7.2.90

Digitized by Google

Digitized by Google

IVRISPRVDENTIA VETVS

ANTE-IVSTINIANEA

EX RECENSIONE ET CVM NOTIS

ANTONII SCHVLTINGII, JOH. FIL.

J. C. ET ANTECESSORIS LVGD. BAT.

EDITIO NOVA,

COLLATA

CVM CODICIBVS ANTIQVISSIMO WVRCEBVRGENSI

ET GOTHANO.

DE ILLVSTRATIONE IVRIS CIVIL. ANTIQVI EX LECTIONE CLASSICORVM AVCTORVM

PRAEFATVS EST

D. GEORGIVS HENRICVS AYRER.

CVM POTENT. REG. POL. ET ELECT. SAX. PRIVILEGIO.

LIPSIAE,

EX OFFICINA WEIDMANNIANA,

M DCC XXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

AVGVSTO

S. R. I. COMITI

A

SVLKOWSKI

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

DOMINO

AVGVSTO

ITIM

SVLKOWSKI

ILLVSTRISSIME COMES.

am in tenerrima aetate ſuperiori quidem anno Illuſtriſſimo *atque* Excellentiſſimo parenti, *ſub exoptatiſſimum eius aduentum, ſimul cum Il-*

Digitized by Google

luſtriſſimo fratre, filialis obſequii teſſeram, obtuliſti litterarum primitias, adeo bonae ſpei plenas, ut, quod de Te Tuis*que conatibus laudatiſſimis princeps, patria, Reſpublica, ſperare non poſſit, nihil eſſe videatur. Tanta enim indoles, tantaque ingenii ſuauitas in illis vbique elucet, vt vel ex infanti* Tua *facundia certo colligi queat,* Te, *quae inſita* Tibi *eſt vis diſerte ac promte dicendi, Polonorum gentis propria,*

&

& *quae* Illuſtriſſimi *atque* Excel-
lentiſſimi parentis *prouidentia ad*
naturam eximiam atque illuſtrem
accedit ratio conformatioque doctri-
nae, ad laudes aliquando Solicouio-
rum, Orichouiorum Varſeuicio-
rum, Samoſciorum *aliorumque ſum-*
morum Oratorum, qui inter Sar-
matas certatim de eloquentiae palma
contenderunt, eſſe adſcenſurum. Na-
tiuae vero animi Tui *dotes ſicuti*
cum ſummo litterarum amore ac ſin-

Digitized by Google

gulari erga omnes illarum cultores propenſione ſunt coniunctae : ita nullum eſt dubium, quin & haſce Iurisprudentiae primitias, ab Antonio Schultingio *ex variis veterum Ictorum, qui ante* Iuſtiniani *aetatem vixerunt, fragmentis, quaſi tabulas e naufragio, collectas olim, eadem, vbi a Palladis ad Themidos ſacrarium progreſſus fueris, auiditate ſis accepturus, qua bonos libros omnes, qui ſapientiae theſauros reclu-*

Digitized by Google

cludunt, euoluere atque inſpicere ſoles. Nemini adeo rectius, quam Tuo Illuſtriſſimo Nomini, *nouam operis vtiliſſimi, quam adornaui, editionem conſecrandam putaui. Quod vt pro ſumma* Tua *benignitate aequi bonique conſulere mihique, rem litterariam pro virili promouere conanti, fauere velis, eſt, quod decentiſſimis precibus enixe abs* Te *peto. Supremum autem Numen ſupplex veneror, vt inſplendi-*

Digitized by Google

didiſſimae gentis decus patriaeque ornamentum Illuſtriſſimo *atque* Excellentiſſimo parenti, *optimae ſpei filios, filiis optimum parentem ſeruet quam diutiſſime,*

ILLVSTRISSIMO
NOMINI TVO

deuotiſſimus

MAVRITIVS GEORG. WEIDMANNVS.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Praeclare omnino de Repbl. litteraria promeriti laudemque ſunt aeternam conſecuti, quicunque vel Claſſicos Auctores, tenebris antea ſepultos, luci priſtinae reſtituerunt, vel iam reſtitutos emendarunt, vel emendatos annotationibus ſuis inſtruxere, commentariisue illuſtrarunt, vel etiam modum docuerunt cum fructu illos legendi. Quae enim ex praeſtantiſſimis eorum monumentis, irreparabili iactura plurimam partem deperditis, ad nos peruenerunt reliquiae, quantum in illis ſapientiae, eruditionis atque elegantiae ſit reconditum, quantumque adeo lectoribus adferre poſſint vtilitatis, luculentiſſime demonſtrant. Non repetam hic magna clariſſimorum virorum nomina, quae iam alia occaſione recenſui [1]. Facile mecum, qui vllo politioris humanitatis ſenſu adficiuntur, conſentient, neminem hic laude ſua defraudandum eſſe, qui litterarum ſtudioſis ad genuinos illos elegantiae theſauros vna vel altera ratione viam parauerit. Sed nec inanem operam illi ſumſerunt, qui ſpeciatim oſtendere ſunt adgreſſi, quantum lectio Claſſicorum Auctorum ſtudio iuris inſeruiat, & quot Romanorum leges, in Corpore Iuris Ciuilis obuenientes, illorum auxilio multo facilius dilucidiusque poſſint explicari. Probe id perpenderunt omnes, qui, non ſatis habentes, Leguleiorum more, magnum legum, ſibi non intellectarum, memoria tenere numerum, ſed earum rationes atque origines penitius inſpicientes, id egerunt, vt, primis apicibus ſufficienter initiati, ad adyta penetrarent Themidos, atque id, quod elegans & ſolidum dicitur in Iurisprudentia, ſibi compararent. Neminem fugit, quid in illa repurganda ſtatim poſt renatas litteras praeſtiterint ALCIATVS, BVDAEVS, CVIACIVS, BALDVINVS, HOTOMANVS,

1 Conf. BLACKWALLIVS de *Praeſtantia Claſſicorum Auctorum*. Cap. IX. not. t

CHARONDAS, CONTIVS, FABRI, AVGVSTINVS, GIPHANIVS, Fratres PITHOEI, RAEVARDVS, RITTERSHVSIVS aliique ſummi nominis viri, quos ILL. HEINECCIVS [2] hanc in rem laudat, & quibus deinde ex hiſce ſeculis poſtremis MERILLIOS, GROTIOS, GOTHOFREDOS, AVERANIOS, VINNIOS, FREHEROS, HERALDOS, OISELIOS, BRVMMEROS, MENAGIOS, HVBEROS, SPANHEMIOS, maximo ipſorum merito ſubiungit. Inter omnes conſtat, quid nouiſſime GERHARDVS NOODT, & duo CORNELII celeberrimi, alter van BYNCKERSHOEK, VAN ECK alter, itemque EVERHARDVS OTTO & modo laudatus HEINECCIVS, ad Iurisprudentiam contulerint illuſtrandam, omnes Claſſicorum Auctorum monumenta diligenter perſcrutati. Nemo eſt, qui ſcripta tantorum perluſtrauerit virorum, quin ſimul perſpexerit, quantum ipſi lucis e fontibus illis limpidiſſimis adfundant legibus Romanorum permultis, maxima obſcuritate laborantibus, quas ſine hoc adminiculo non magis, quam aut Apollinis Oracula, aut Sibyllae Cumaeae folia, foremus intellecturi. Caecutiremus ſaepe cum imperito Gloſſatorum vulgo, atque tanquam illuni nocte, ſaepe laberemur, ſaepius offenderemus ſine lumine, ex Claſſicis ſcriptoribus petito. Niſi enim ipſi nobis praeſto eſſent, tum antiquitatem, cuius CICERONE teſte, plurima eſt in omni iure ciuili effigies, & cuius accuratior notitia iam olim apud ICtos Rom. in maxima poſitum fuit laude, tum hiſtoriam iuris, quam, hiſce ſubſidiis inſtructi, felici ſucceſſu THOMASIVS, BRVNQVELLVS & HEINECCIVS ſunt perſecuti, cum ignariſſimis ignoraremus. Ingens eſt veterum Ictorum numerus, quos, quia ſcripta eorum IVSTINIANI iam aeuo interciderant, non aliunde nouimus, quam aut ex POMPONII recenſione, l. 2. §. 37 ſqq. de O. I. cui praeſtantiſſimi Icti certatim operam nauarunt ſuam, & ad quam multa egregia ILL. BYNCKERSHOEKIVS [3] ſuppleuit, aut ex mentione, quam Claſſici Auctо-

2 *In praef. ad Antiquit. Rom.*

3 *In praetermiſſis ad h. l.* quod eſt primum inter Opuſcula eius Lugd. Bat. edita.

ctores passim de illis iniiciunt. Neque refragamur SCHVLTINGIO, non adeo culpandum esse TRIBONIANVM, aduersus HOTOMANVM contendenti, [4] quod suppressis Ictorum, qui stante libera Rep. Rom. floruerunt, scriptis, Pandectas ex recentiorum, qui sub Imperatoribus vixerunt, Responsis concinnauerit. Fateamur enim, oportet, quae ex PAPINIANO, PAVLO, VLPIANO, IVLIANO, CAIO, AFRICANO, MARCELLO aliisque, quorum ipsis principum constitutionibus probata fuit auctoritas, hauserat, maioris tum in vita ciuili vsus fuisse, quam quae ex AELIORVM, CATONVM, MVCIORVM, MANILII, AQVILII GALLI, BALBI LVCILII, AVFIDII NAMVSAE, ALFENI VARI, TREBATII, CASCELLII, TVBERONIS & aequalium, qui nondum auctoritate publica de iure respondebant, iam antiquatis libris petere potuisset, si etiam adhuc superfuissent. Neque tamen dubitandum est, quin & horum scripta, si modo tulissent aetatem, multum ad illustrationem Iurisprudentiae fuissent collatura. Hinc, vt haec iactura resarciatur, ad Classicos recurrendum est Auctores, qui subinde veterum illorum Ictorum mentionem faciunt; sicuti e. c. GELLIVS memoriae prodidit, quae SERVIVS SVLPICIVS de dotibus, quae NERATIVS de nuptiis, quae alii de aliis argumentis scripserunt. Facilius quoque diuersas sectarum, quas ATEIVS CAPITO & ANTISTIVS LABEO condiderunt, & de quibus erudite atque eleganter ILL. GOTFRIDVS MASCOVIVS disseruit [5], opiniones examinare, vtriusque rationes ponderare, ac dissidia componere possemus, si ipsorum conditorum opera integra nobis inspicere liceret. Quod cum fieri nequeat, ferendum, quod non mutandum, & in illis fragmentis acquiescendum est, quae ex magno bonarum litterarum naufragio, quo tot pulcherrima monumenta perierunt, seruata & virorum cordatorum cura fuerunt col-

 lecta

4 In Orat. prima huic operi annexa.

5. *In Diatribe de Sectis Sabinianorum & Proculianor.*

lecta. Cum ipsis vero iuris studiosus in primis si lectionem Classicorum Auctorum coniunxerit, optime rebus consuluerit suis. Transgressurus forem limites, intra quos praefatio nostra se continere debet, si in latissimum, qui mihi se hic aperit, excurrere vellem campum. Solum ius connubiorum, quod nuper in *dissertatione inaugurali*, quam in *Academia Georgia Augusta* publice defendi, excutiendum sumseram, de huius rei veritate me conuicit. Neque enim, vel quid, vel quotuplex conuentio in manum, aut quaenam inter vxores Romanas differentia fuerit, definire potuissem, nisi cum VLPIANO DIONYSIVM HALICARNASS., CICERONEM, cuius Iurisprudentiam peculiari SCHVLTINGIVS noster oratione extulit, PLINIVM aliosque veteres auctores, in subsidium vocassem. Ita quoque, si paruis licet magna componere, poenae coelibatus & praemia πολυπαιδίας sine DIONIS CASSII, PLVTARCHI, LIVII, SVETONII, VALERII MAXIMI, GELLII & aliorum auctoritatibus, non tam commode atque exacte a doctissimis Commentatoribus ad L. Iul. Pap. Popp. enarrari, nec ius trium liberorum siue a VERTRANIO MAVRO, siue a BRVMMERO, explicari potuisset. Quonam iure ciues olim Romani, Latini, Italia, prouinciae & peregrini gauisi fuerint, ex Classicis praesertim Auctoribus CAROLVS SIGONIVS, EZECH. SPANHEMIVS, PETRVS CANTELIVS, didicerunt, suisque lucubrationibus alios docuerunt. Quae de varia testamentorum condendorum ratione diuersisque legatorum generibus IVSTINIANVS in Institutis habet, magnam illis lucem eorundem scripta foenerantur. Formulae vero & solemnia populi Rom. verba, quae erudita atque vtilissima diligentia BARNABAS BRISSONIVS congessit, Iurisdictio item & Imperium, ipse iudiciorum ordo, feriae, Magistratuum diuersorum auctoritas aliaque innumerabilia iuris capita, quae singularibus celeberrimi viri operibus pertractauerunt, vnde facilius feliciusue, quam ex Classicis scriptoribus, possunt illustrari? Aeternam adeo atque excellentissimam operam Iurisprudentiae

tiae dicauit ſplendidiſſimum orbis litterati decus, ANTONIVS SCHVLTINGIVS, cuius & vita & ſcripta eximia reliqua nemini eruditorum ſunt ignota, dum non ſolum veterum Ictorum fragmenta ſtudioſe collegit, ſed etiam variis ſcriptorum antiquorum locis explicauit & luculentiſſimo commentario tenebras, quibus erant inuoluta, diſcuſſit. Quid iam ante eum in conſarcinandis atque illuſtrandis vetuſti iuris reliquiis viri clariſſimi, ALMARICVS BOVCHARDVS, IO. SICHARDVS, IO. TILIVS, IAC. CVIACIVS, S. LEEWIVS, HIER. ALEANDER, IAC. OISELIVS, CONR. RITTERSHVSIVS, IAC. GOTHOFREDVS, praeſtiterint, ipſe in praefatione, huic operi praemiſſa, indicat, ad quam B. L. remitto. Ipſa autem SCHVLTINGII opera ita placuit, vt, tanquam Phidiae ſignum, omnibus probaretur. Cum igitur diuulgatis iam exemplaribus omnibus, rarior ipſius facta editio fuerit, operae pretium duxit Nobiliſſ. WEIDMANNVS, vir, vti de omnire libraria promouenda maxime ſollicitus, ita in primis editione Codicis Theodoſiani, quam ſtudio & cura Cl. RITTERI adornare coepit, de Iurisprudentia Antiiuſtinianea iam bene meritus, denuo eam prelo ſubmittere, eo maiorem gratiam ab omnibus Iurisprudentiae elegantioris cultoribus initurus, quo magis illam emendandam atque augendam curauit. Non ſolum enim CAIVS & IVL. PAVLVS cum antiquiſſimo Codice manu exarato, & ex Wurceburgenſi *Bibliotheca* liberaliſſime communicato, ſed vterque etiam ſimul cum *Codicis Gregoriani* & *Hermogeniani* fragmentis cum exemplari manuſcripto, quod in *Sereniſſimi Ducis Saxo-Gothani* Bibliotheca inſtructiſſima aſſeruatur, collati, & variantes vbique lectiones annotatae atque ad calcem operis fuerunt reiectae. Quas inſignes ob acceſſiones aeque, ac ob vilitatem pretii, hanc editionem magis ad vſum publicum fore, quam illam, quae a Bibliopola quodam Lugdunenſi paratur, eſt omnino, cur ſperare poſſimus.

INDEX

INDEX
FRAGMENTORVM,
QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Quae supersunt ex Caii institutionum Libris IV.

Iulii Pauli sententiarum receptarum ad filium libri V.

Fragmentum ex Institutionum Lib. II.

Tituli ex Corpore Vlpiani XXIX.

Codicis Gregoriani & Codicis Hermogeniani fragmenta, quae inuenta hactenus fuere, omnia.

Mosaicarum & Romanarum legum collatio ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani Aliorumque veterum iuris Auctorum libris ante tempora Imp. Iustiniani desumta. Cum quibusdam aliis fragmentis.

Consultatio veteris cuiusdam iurisconsulti.

Papiniani responsorum liber.

Dositbei Magistri Liber III. continens Diui Adriani Imp. sententias & epistolas.

Cum Commentariis, Notis & interpretationibus virorum Doctorum integris.

Accedunt Ant. Schultingii orationes duae ad veterem Iurisprudentiam pertinentes.

BENE-

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI
S. P. D.
ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

Rectissime illi sentiunt, qui ita existimant, juris civilis scientiam consistere non tantopere in arte ratiocinandi, aut contemplatione, vel intellectu ejus, quod naturalis ratio aequitasque dictet, quam in historica cognitione ejus, quod quaque de re auctoritate eorum, quos penes jura constituendi est potestas, cautum sancitumque sit, ejusque prudenti interpretatione, & ad emergentes ex facto species applicatione, adhibita quoque ad partes aequitate, ubi de legislatoris verbis vel intentione dubitatio exoritur. Adeoque ad veram civilem sapientiam id erit maxime necessarium, res quasque quam altissime posse repetere: &, cum jura civilia non omnia simul ac semel nata, & absoluta fuerint; sed primo ortum, dein, tempore & rerum usu ita volente, frequenter incrementa, mutationes, & non, nisi sensim, perfectionem acceperint, eorum occasiones, causas, origines, progressus, vicissitudines, consummationes comperta habere. Hoc non ipsa tantum rerum natura evidentissime evincit: sed & veterum sapientum probat auctoritas: qui ipsi sane hunc eumdem in tradendo jure ordinem ubivis tenuerunt. Si autem quacumque tandem ratione quis expiscari queat, quo esse modo quidque quovis tempore habuerit, quid & quatenus sublatum, innovatum, mutatum fuerit, is eadem opera id fuerit assecutus, quid Jurisconsultus aut Princeps, cujus aetatem exploratam habet, cum quid juris sit exponit, scribere potuerit, vel debuerit: & quid consequenter in illius scriptis Justinianei compilatores in Digestis aut Codice interpolarint, inverterint, transformarint. Quae omnia alibi plenius ac diligentius exsecuti sumus a). Hic vero praesidii erit etiam plurimum in cognitione linguae ac Latinitatis uno quoque saeculo usitatae, nec non morum, rituum, totius denique historiae. Nihil tamen majorem erit adjumento, quam diligens & accurata lectio illorum, quae ex primis Juris peritis vel constitutionibus Caesarum extra Corpus Justinianeum, quod ex iisdem fontibus totum ferme haustum est, etiamnum supersunt. In primis igitur hic numeranda veniunt quae nobis restant ex Corpore Alariciano: de quo licet verba fecerint plurimi, ex illis quoque, quorum lucubrationes hic exhibemus, in suis praefationibus vel dedicationibus; nihilominus quia nonnulla ab illis non tanguntur, vel non satis explicantur, quae tamen scitu sunt non inutilia, facere non possum, quin de eo aliqua in medium proferam. Quod igitur praeter Jus Justinianeum aliquid quoque ex antiqua prudentia, unde tantum Juri Justinianeo lucis affulget, in Occi-

a) *Oration. de Jurisprudent. Historic. ad calcem hujus voluminis.*

dente ſervatum, ac ex fatali illo exitio, quod tam multa praeſtantiſſima veterum monumenta plane involvit, ereptum, atque ad nos transmiſſum fuerit, id ipſum Gothis praecipue accepto ferendum eſt: Gothis, inquam, quorum in Imperium Romanum irruptio litteris alioquin & bonis artibus fuit perniciosiſſima. Alaricus, videlicet, Wiſegothorum Rex in partibus Galliae trans Ligerim, nec non Hiſpaniae, pro more aliis quoque Regibus victricium nationum probato, victis Romanis indulſit, ut ſuis poſſent vivere legibus; quarum tamen cum nimia eſſe ipſi videretur obſcuritas, ad certum illas modum redigi, & illuſtrari voluit: quale quid & poſtea in Oriente fecit Imperator Juſtinianus, cui nimia illarum moles ac copia, nec non in quibusdam contrarietas remedium tale videbantur exigere [a]. At hic, cum in illo orbis tractu magis doctrina floreret, hominibus uſus eſt longe eruditioribus: opusque adeo condidit infinitis partibus praeſtantius. Juſſit vero Alaricus paulo poſt exortum ſexti a nato generis humani Servatore ſaeculi per ſacerdotes & nobiles viros Corpus aliquod juris confici [b]: quod continuit breviaria Codicis Gregoriani, Hermogeniani ac Theodoſiani, Novellasque aliquas, nec non Inſtitutiones, aut potius epitomen Inſtitutionum Caji, excerpta ex Sententiis Pauli, & libris Papiniani [c]. Adjectae quoque omnibus, excepto Cajo, quem totum in compendium potius redegerunt, atque inverterunt, paſſim interpretationes; quod ipſe etiam voluerat Rex Alaricus [d]: quae tamen interpretationes genium ac barbariem ſaeculi & gentis redolent, ac non infrequenter nihil referunt minus, quam mentem illorum, quae erant explicanda. Et hae nihilominus interpretationes ſenſim eam auctoritatem ſunt conſecutae, ut loco legum ipſarum allegarentur: quod fieri videmus in Capitularibus ac alibi: idque ad Pauli Sententias ſaepius notatum eſt; imo multi hodie exſtant antiqui libri, in quibus ſolae leguntur interpretationes [e]: de quibus, quatenus ad Theodoſianum Codicem pertinent, fuſe & accurate differit V. C. Jac. Gothofredus [f]. In Caji quoque ſenſu exprimendo & Paulo exponendo quam multa & gravia paſſim Interpres antiquus commiſerit peccata, jam notarunt Viri Eruditi: nonnulla nos quoque obſervavimus. Collectionem vero hanc erroresque in ea admiſſos ego cum aliis adſcripſi Aniano qui unus creditur ex Regis fuiſſe Referendariis [g], quorum officium eſt Principi ſupplicum recitare deſideria, & Principis mandata judicibus inſinuare; ſuntque inter Spectabiles [h]; qualem etiam Anianum fuiſſe, ex iis, quae ſequuntur, conſtabit. Retinuere autem Wiſegothi etiam dignitates a Romanis uſitatas: quod & in Italia Oſtrogothos obſervaſſe ex Caſſiodoro [i] notiſſimum eſt. Fuit quoque

apud

a) *Vid. sis. C. de veter. jur. enucleand.* b) *Exemplar. auctoritatis, seu Commonitor. Timotheo V. I. quid praemissum sit Codici Theodosiano.* c) *Interpretation. l. un. Cod. Theod. de respons. prudent.* d) *Dict. exemplar. auctoritat.* e) *vid. Jac. Gothofred. Prolegom. Cod. Theodos. cap. 6.* f) *dict. loc.* g) *id. Gothofred. ib. cap. 3.* h) *L. 2. C. de offic. ejus, qui vic. alicuj. judic. vel Praesid. obtin. Novell. X. Novell. CXIII. cap. 2. Novell. CXXIV. cap. 4. Procop. Persic. lib. II. cap. 25.* i) *Libris Variar.*

apud Francos primae ſtirpis Reges Referendarius, cui commiſſa erat annuli Regii cura, quique diplomatibus ſubſcribebat [a]: quem tamen hic non intelligo, cum hoc tempore, quo Alaricianum Corpus Juris lucem adſpexit, nondum a Francis victi eſſent Wiſegothi: adeoque a Francis aliquid mutuati eſſe non videantur. Aniano tamen illud Corpus adſcribi non debere opinatur ante memoratus Jac. Gothofredus [b], exiſtimans, Anianum operis hujus neque auctorem, neque interpretem fuiſſe, ſed tantum recognitorem ac ſubſcriptorem. At certo certius eſt, illum etiam editorem fuiſſe, & quidem ex ipſa auctoritate, ſive confirmatione Corporis Alariciani, in qua ita perſcriptum eſt. *Anianus, Vir Spectabilis, ex praeceptione D. N. Glorioſiſſ. Alarici Regis, hunc Codicem de Theodoſiani legibus atque Sententiis Juris, vel diverſis libris electum Aduris anno XXII. eo regnante, edidi atque ſubſcripſi.* (Annus memoratus eſt aerae vulgatae ſextus ſupra quingenteſimum.) Idem de editione tradit Sigebertus Gemblacenſis [c] (cujus teſtimonium minus recte Gothofredus rejicit) his verbis. *Anianus, Vir Spectabilis, jubente Alarico Rege, volumen unum de legibus Theodoſii edidit.* Per leges Theodoſii Sigebertus intelligit jus Romanum, cujus pars eximia erat Codex Theodoſianus; quo ſenſu & Sidonius Apollinaris [d] leges Theodoſianas opponit legibus Theodericianis, ſive Gothicis. Vt proinde non abſurde hic Aniano quid adſcribatur; licet alios quoque huic operi adhibitos eſſe liqueat. Certe & in Jure Juſtinianeo ſi quid carpatur, in Triboniano paſſim faba euditur, quamvis & multorum aliorum miniſterio uſum fuiſſe Juſtinianum Imperatorem nemo ignoret. Nihil quoque hiſce obſtat, quod Gojaricus Comes hoc opus dicatur ordinaſſe, quando, ubi de operis praeſtantia vel vitiis eſt quaeſtio, magis editori, quam ordinatori, quid poſſit imputari. Ceterum Corpus illud Alaricianum ſaepiſſime venit ſub appellatione legis Romanae, vel legum Romanarum [e], etiam Corporis Theodoſiani [f]. Atque ita Gratianus plurima producit ex Sententiis Pauli, quae ait inveniri in legibus Theodoſianis [g]. Ex hoc Corpore ſua habet Papianus in Reſponſis, quem librum juſſu Gundebaldi, Burgundionum Regis, compoſitum eſſe in uſum illorum, qui Romana lege vivere vellent, exiſtimat Vir Doctiſſimus, Frid. Lindenbrogius [h]. Librum certe illum Legi Burgundionum quod ad ordinem paſſim reſpondere, ſaepius ad illum notavimus. Nec conſtitutiones Gregoriani, Hermogeniani, & Theodoſiani Codicis aliunde produxiſſe videtur auctor veteris Conſultationis. Per multa vero ſaecula in Gallia id obtinuiſſe, ut Romani jure uterentur Romano, teſtatiſſimum eſt [i]. Senſim vero partes mul-

a) *vid. du Cange Gloſſar. med. & infim. Latinitat. hoc verb.* b) *iisd. Prolegom. cap. 5.* c) *De Scriptorib. Eccleſiaſtic. cap. 70.* d) *Lib. II. epiſt. 1.* e) *Legib. Burgundion. tit. 55. l. 2. legib. Ripuarior. tit. 58. l. 1. tit. 61. l. 2 edidit Clotarii apud Baluz. in Capitularib. p. 7. & p. 10. Addition. IV. Capitular. cap. 45. & 160. & ſapius in Formul. Marculph. & alter.* f) *Nov. Collect. Formular. ap. Baluz. formul. 16.* g) *Can. propter, 22. & ſeqq. caus. 2 quaeſt. 6. junct. Paul. Sententiar. lib. V. tit. 33 & ſeqq.* h) *Prolegom. in Codic. legg. antiquar.* i) *cit. edict. Clotar. ap Baluz. Marculph Formular. lib. II. formul. 10. & 17. & in Appendic. formul. 54. Formul. Sirmondic. 13 20 21 22. 24. Formul. Lindenbrog. 80. add. Innocent. Cirgn. ad Compilation. V. Decretal. lib. V. tit. 12. c. 5. & Obſervation. jur. Canonic. lib. IV. cap. 4.*

tae illius Corporis intercidere, praecipue Codicis Gregoriani & Hermogeniani breviaria ferme tota, & ex Papiniano excerpta. Quae vero ſuperſint, & a quibus publicata, ſequentia oſtendent.

Cajus ergo & Paulus primi in lucem emiſſi ſunt ab Almarico Bouchardo: & quidem Pariſiis, biennio ante quam Sichardi editio Baſileae prodiit: uti docet Cujacius [a]. Joh. Sichardus vero primus anno CIↃ IↃ XXVIII. publico donavit Codicem Theodoſianum, ſive re vera breviarium illius Codicis, una cum aliquot Novellis Imperatorum, ut & Caji Inſtitutionum libros II. Pauli Sententiar. Receptarum libros V. cum interpretationibus antiquis, fragmenta quaedam ex Codice Gregoriano & Hermogeniano, Papiniani titulum, vel fragmentum potius unicum; addito inſuper Voluſio Maeciano de aſſe, Julio Frontino de controverſiis limitum cum Aggeni Vrbici commentariis. Atque haec tamquam princeps editio talium juris veteris reliquiarum laudatur hodie: quod & a me uno alterove loco factum eſt in notis, dum non ſatis eſſem memor ejus, quod ex Cujacio modo protuli: ipſam enim editionem illam Pariſienſem oculis uſurpavi numquam. Poſtea Joh. Tilius anno milleſimo quingenteſimo & nono ac quadrageſimo, vel quinquageſimo, titulos ex Corpore Vlpiani XXIX. in publicum protulit: (quod perperam a multis Sichardo adſcribitur) quos hodie vulgo putant eodem Corpore Alariciano comprehenſos fuiſſe: at ego alii cuicumque hos potius deberi exiſtimo, quam Wiſegothis, ex quorum barbarie nihil redolent illae puriſſimae juris veteris reliquiae [b]: utcumque illas etiam in codice veteri, qui alia ex Corpore Alariciano continebat, a ſeſe inventas fuiſſe teſtetur Tilius [c]: quam enim frequens eſt, ut in eodem volumine reperiantur diverſiſſimorum auctorum opera? ut inde, ſaltem ſi ex genere ſcribendi & ſtilo aliud conſtet, duci non poſſit argumentum. Poſtea quoque Vir Summus, Jacobus Cujacius Codici Theodoſiano poſt ingentes, quas Joh. Tilius illi contulerat, acceſſiones, pluribus conſtitutionibus & libris aliquot integris ac Novellis a ſe aucto adjecit titulos longe plures ex Corpore Codicis Gregoriani & Hermogeniani, quam in prioribus editionibus haberentur, nec non Cajum, Pauli Sententiarum libros cum Aniani interpretationibus & auctiores, & caſtiores, quam antea fuerant, Vlpianum, Voluſium Maecianum de partibus aſſis, Papiani librum Reſponſorum, qui nondum fuerat editus, notas denique Juris a Magnone collectas. Prodierunt haec Lugduni an. CIↃ IↃ LXVI. Quae omnia iterum pulcherrime recuſa ſunt Pariſiis an. CIↃ IↃ LXXXVI. auctiora ex libris veteribus & emendatiora, uti loquitur titulus, ordine nonnihil alicubi mutato, & additis fragmentis XII. tabularum, nec non duobus ex libris Inſtitutionum Caji, unoque Pauli ex libro Inſtitutionum ſecundo, praeterea Moſaicarum & Romanarum legum Collatione cum fragmentis quibusdam, Conſultatione Veteris Juris-

con-

a) *ad Paul. Sententiar. lib. I. tit. 13. §. 1.* b) *vid. not. ad inſcription. titulor. ex Corp. Vlpian.* c) *in Dedicat. ad Emor. Rancunnet.*

conſulti, Stemmate, quemadmodum hereditates redeant, notisque quibusdam Juris ex Valerio Probo. Non praefert haec editio in titulo nomen Cujacii: ſed dedicationem illius habet primo loco, dein aliorum, qui eas editis a ſeſe libris eo volumine comprehenſis praemiſere. Verum a quocunque tandem curata ſit haec editio, bene ſane is de Juriſprudentia noſtra meritus fuit: ac mihi plurifariam ſua diligentia & praeſtanti judicio profuit. Eodem anno Aureliae Allobrogum, hoc eſt, Genevae, eadem prodiere cum nomine Cujacii in fronte, non tamen eodem per omnia modo: exceptis etiam fragmentis XII. tabularum, & fragmentis Caji & Pauli ex Inſtitutionibus. Illud vero Papiniani fragmentum, ſive, uti id nominaverat Sichardus, titulus Papiniani, hic eſt titulus I. Reſponſorum Papiani, ad exemplum editionis Cujacianae Lugdunenſis. Ego tamen Papiniani id eſſe, poſtquam ſatis diu dubius haeſi, tandem vidi, & probavi a). Non apparent quoque in ea editione Notae Juris ante memoratae. Hanc editionem appellare ſoleo Genevenſem cIↃ IↃ LXXXVI. atque haec etiam mihi ſaepe fuit utilis. Vtramque vero, & Parisienſem, & hanc, ab ipſo Cujacio emiſſam eſſe eodem anno, & differre tamen in non paucis, nullo modo eſt credibile; quamvis & huic doctum virum praefuiſſe facile crediderim. Prodiit haec eadem iterum Lugduni anno cIↃ IↃ XCII, ſi tamen prodiiſſe iterum dici poſſit liber, in quo nihil novi conſpicitur, praeter ſolum titulum: omnia eadem, charta, paginae, verba, litterae, & iidem in litteris bene vel male exprimendis lapſus: ut adeo etiam tunc illa innotuerit fraus, qua veteres libri novo titulo praepoſito emittuntur, quaſi recentes, cum re vera jam diu novitatem exuerint: idque hodie uſurpatur frequenter, absque ullo metu legis Corneliae de falſis. Atque hae primariae ſunt editiones ex illis, quae plura ſimul complectuntur: aliae enim innumerae ſunt, quae non niſi unum vel etiam alterum libellum continent. Paucis quoque in locis citavi editionem Lugdunenſem anni cIↃ IↃ LIX. cui titulus, *Brachylogus totius Juris Civilis, ſive Corpus legum:* ubi conſpiciuntur Cajus ac Paulus, ſed hic ſine interpretationibus, ut & Vlpianus: at non ferenda vel impudentia, vel ignorantia, dicuntur in fronte libri Sententiarum Pauli numquam typis fuiſſe commiſſi, cum praeter editiones alias tunc etiam Cujaciana cum ipſius interpretationibus ante annum in ipſa Gallia prodiiſſet. Anno etiam ſuperioris aevi ſecundo & ſeptuageſimo hic loci collectio quaedam in vulgus eſt emiſſa ſub titulo, *de Origine & Progreſſu Juris Romani Auctores & Fragmenta Veterum Juriſconſultorum, cum notis Arn. Vinnii, & Variorum, Auctore & Collectore S. Leewio, J. C.* in qua etiam Vlpianus, Paulus, Cajus, ac Moſaicarum & Romanarum legum Collatio exſtant: cujus libri recudendi cum multos ante annos bibliopola Farnequeranus conſilium cepiſſet, idque mecum communicaret, non potui ipſi auctor fieri, ut illud exſequeretur, cum illic, ne de aliis dicam, non omnes inveniantur,

a) *In hoc volum. p. 210.*

Digitized by Google

tae illius Corporis intercidere, praecipue Codicis Gregoriani & Hermogeniani breviaria ferme tota, & ex Papiniano excerpta. Quae vero ſuperſint, & a quibus publicata, ſequentia oſtendent.

Cajus ergo & Paulus primi in lucem emiſſi ſunt ab Almarico Bouchardo: & quidem Pariſiis, biennio ante quam Sichardi editio Baſileae prodiit: uti docet Cujacius [a]. Joh. Sichardus vero primus anno clɔ Iɔ XXVIII. publico donavit Codicem Theodoſianum, ſive re vera breviarium illius Codicis, una cum aliquot Novellis Imperatorum, ut & Caji Inſtitutionum libros II. Pauli Sententiar. Receptarum libros V. cum interpretationibus antiquis, fragmenta quaedam ex Codice Gregoriano & Hermogeniano, Papiniani titulum, vel fragmentum potius unicum; addito inſuper Voluſio Maeciano de aſſe, Julio Frontino de controverſiis limitum cum Aggeni Vrbici commentariis. Atque haec tamquam princeps editio talium juris veteris reliquiarum laudatur hodie: quod & a me uno alterove loco factum eſt in notis, dum non ſatis eſſem memor ejus, quod ex Cujacio modo protuli: ipſam enim editionem illam Pariſienſem oculis uſurpavi numquam. Poſtea Joh. Tilius anno milleſimo quingenteſimo & nono ac quadrageſimo, vel quinquageſimo, titulos ex Corpore Vlpiani XXIX. in publicum protulit: (quod perperam a multis Sichardo adſcribitur) quos hodie vulgo putant eodem Corpore Alariciano comprehenſos fuiſſe: atego alii cuicumque hos potius deberi exiſtimo, quam Wiſegothis, ex quorum barbarie nihil redolent illae puriſſimae juris veteris reliquiae [b]: utcumque illas etiam in codice veteri, qui alia ex Corpore Alariciano continebat, a ſeſe inventas fuiſſe teſtetur Tilius [c]: quam enim frequens eſt, ut in eodem volumine reperiantur diverſiſſimorum auctorum opera? ut inde, ſaltem ſi ex genere ſcribendi & ſtilo aliud conſtet, duci non poſſit argumentum. Poſtea quoque Vir Summus, Jacobus Cujacius Codici Theodoſiano poſt ingentes, quas Joh. Tilius illi contulerat, acceſſiones, pluribus conſtitutionibus & libris aliquot integris ac Novellis a ſe aucto adjecit titulos longe plures ex Corpore Codicis Gregoriani & Hermogeniani, quam in prioribus editionibus haberentur, nec non Cajum, Pauli Sententiarum libros cum Aniani interpretationibus & auctiores, & caſtiores, quam antea fuerant, Vlpianum, Voluſium Maecianum de partibus aſſis, Papiani librum Reſponſorum, qui nondum fuerat editus, notas denique Juris a Magnone collectas. Prodierunt haec Lugduni an. clɔ Iɔ LXVI. Quae omnia iterum pulcherrime recuſa ſunt Pariſiis an. clɔ Iɔ LXXXVI. auctiora ex libris veteribus & emendatiora, uti loquitur titulus, ordine nonnihil alicubi mutato, & additis fragmentis XII. tabularum, nec non duobus ex libris Inſtitutionum Caji, unoque Pauli ex libro Inſtitutionum ſecundo, praeterea Moſaicarum & Romanarum legum Collatione cum fragmentis quibusdam, Conſultatione Veteris Jurisconſ-

a) *ad Paul. Sententiar. lib. I. tit. 13. §. 1.* b) *vid. not. ad inſcription. titulor. ex Corp. Vlpian.* c) *In Dedicat. ad Emar. Rancennet.*

conſulti, Stemmate, quemadmodum hereditates redeant, notisque quibusdam Juris ex Valerio Probo. Non praefert haec editio in titulo nomen Cujacii: ſed dedicationem illius habet primo loco, dein aliorum, qui eas editis a ſeſe libris eo volumine comprehenſis praemiſere. Verum a quocumque tandem curata ſit haec editio, bene ſane is de Juriſprudentia noſtra meritus fuit: ac mihi plurifariam ſua diligentia & praeſtanti judicio profuit. Eodem anno Aureliae Allobrogum, hoc eſt, Genevae, eadem prodiere cum nomine Cujacii in fronte, non tamen eodem per omnia modo: exceptis etiam fragmentis XII. tabularum, & fragmentis Caji & Pauli ex Inſtitutionibus. Illud vero Papiniani fragmentum, ſive, uti id nominaverat Sichardus, titulus Papiniani, hic eſt titulus I. Reſponſorum Papiani, ad exemplum editionis Cujacianae Lugdunenſis. Ego tamen Papiniani id eſſe, poſtquam ſatis diu dubius haeſi, tandem vidi, & probavi a). Non apparent quoque in ea editione Notae Juris ante memoratae. Hanc editionem appellare ſoleo Genevenſem clo lo LXXXVI. atque haec etiam mihi ſaepe fuit utilis. Vtramque vero, & Pariſienſem, & hanc, ab ipſo Cujacio emiſſam eſſe eodem anno, & differre tamen in non paucis, nullo modo eſt credibile; quamvis & huic doctum virum praefuiſſe facile crediderim. Prodiit haec eadem iterum Lugduni anno clo lo XCII, ſi tamen prodiiſſe iterum dici poſſit liber, in quo nihil novi conſpicitur, praeter ſolum titulum: omnia eadem, charta, paginae, verba, litterae, & iidem in litteris bene vel male exprimendis lapſus: ut adeo etiam tunc illa innotuerit fraus, qua veteres libri novo titulo praepoſito emittuntur, quaſi recentes, cum re vera jam diu novitatem exuerint: idque hodie uſurpatur frequenter, absque ullo metu legis Corneliae de falſis. Atque hae primariae ſunt editiones ex illis, quae plura ſimul complectuntur: aliae enim innumerae ſunt, quae non niſi unum vel etiam alterum libellum continent. Paucis quoque in locis citavi editionem Lugdunenſem anni clo lo LIX. cui titulus, *Brachylogus totius Juris Civilis, ſive Corpus legum:* ubi conſpiciuntur Cajus ac Paulus, ſed hic ſine interpretationibus, ut & Vlpianus: at non ferenda vel impudentia, vel ignorantia, dicuntur in fronte libri Sententiarum Pauli numquam typis fuiſſe commiſſi, cum praeter editiones alias tunc etiam Cujaciana cum ipſius interpretationibus ante annum in ipſa Gallia prodiiſſet. Anno etiam ſuperioris aevi ſecundo & ſeptuageſimo hic loci collectio quaedam in vulgus eſt emiſſa ſub titulo, *de Origine & Progreſſu Juris Romani Auctores & Fragmenta Veterum Juriſconſultorum, cum notis Arn. Vinnii, & Variorum, Auctore & Collectore S. Leewio, J. C.* in qua etiam Vlpianus, Paulus, Cajus, ac Moſaicarum & Romanarum legum Collatio exſtant: cujus libri recudendi cum multos ante annos bibliopola Farnequeranus conſilium cepiſſet, idque mecum communicaret, non potui ipſi auctor fieri, ut illud exſequeretur, cum illic, ne de aliis dicam, non omnes inveniantur,

a) *In hoc volum. p. 210.*

quae ex jure veteri ſuperſunt reliquiae, nec quae illic conſpiciuntur, tam integre ſint editae, quam edi poſſint ac debeant. Addidi tamen, me jam dudum cogitare de conjiciendis in unum volumen omnibus, quae ex antiquo jure conquiri poſſint, cùm Virorum Doctorum, nec non meis lucubrationibus: idque ad opus aliquid quidem praeparatum eſſe: at multa deeſſe, quae in curſu me impedirent. In primis autem, praeterquam quod hoc opus non poſſet perfici, niſi annua, bima, trima die, deſiderabam non tantum libros veteres manu exaratos, quorum videbam me compotem fieri nulla prorſus ratione poſſe: at editiones etiam antiquas, quae loco manuſcriptorum eſſe debent illis, qui ſcire cupiunt accuratius, quo modo quidque ab initio lectum, poſteaque immutatum fuerit. Acharum ſequenti tempore aliquam adeptus mihi ſum copiam. Verum vel ſic quoque, cum multa adhuc non ſatis mihi eſſent liquida, jacuiſſent forte etiamnunc omnia, quae parata ad hoc inſtitutum habebam, niſi Viri Eruditiſſimi & amici mei urſiſſent negotium, & tantum non convicio editionem a me exegiſſent, praecipue Vir Doctrinae & Juriſprudentiae gloria nulli ſecundus cognatus, & jam quoque Collega meus honoratiſſimus, Gerardus Noodt. Atque interrupta quoque eſt deinceps operis impreſſio, tum mea ex Friſia ad hanc Academiam migratione, quae quando accidit, jam duo & quinquaginta folia abſoluta erant, tum aliis quoque novis & non praeviſis occupationibus. At de eo jam non tantopere erit laborandum, lente, an feſtinate opus prodeat, quam quantum illud in publicum poſſit eſſe utile. Quid itaque hunc in finem in ſingulis partibus, & in univerſum a nobis ſit praeſtitum, jam porro exponemus.

Primum ergo locum tenet Cajus, (ſic ſcribo, non *Gajus*: quamvis enim ita pronuntiaſſe veteres conſtet, tamen eos ſcripſiſſe *Cajus*, docet Quinctilianus [a]: & probant paſſim priſcae inſcriptiones) utpote omnium antiquiſſimus: at qui ita male ab Aniano, ſive a Wiſegothis, acceptus eſt, ut vix in Cajo Cajum poſſis agnoſcere: Inſtitutiones enim Caji, quae olim in deliciis ſunt habitae, in ſcholis praecipue ſtudioſis expoſitae [b], & quas pro norma ſuarum ſumpſit Caeſar Juſtinianus, uti ex his quoque reliquiis apparet, in compendium plane inelegans & inconcinnum redactas hic habemus ſolummodo. Ac ne hoc quidem, uti ita dicam, cadaver Caji incolume ad nos evaſit, cum nihil ex illis, quae poſt materiam furtorum tradita ſunt, hic conſpiciatur. Et tamen de injuriis quoque egiſſe Cajum indicat Papianus [c]: qui quidem meminit regulae Caji, & conſtat Cajum libros Regularum edidiſſe; non tamen ex libris Caji Regularum aliquid in Corpore Alariciano repoſitum eſſe uſquam legimus: & ſimili ratione idem Papianus alibi [d] per regulam Caji intelligit id, quod Cajus in Inſtitutionibus docuit de hereditatibus ab inteſtato: ut proinde nihil ſit cauſae, cur non hunc libellum a Papiano intelligi exiſtimem. Et aut valde ego fallor, aut eodem ordine in libro quarto proceſſit Cajus, ac fecit Juſtinia-

a) *Inſtitution. Orator. 1. cap. 7.* b) *Conſtitution. omnem, §. 1. de conceptio. Dig.* c) *Reſponſor. tit. 5.* d) *Tit. 9.*

ſtinianus Imperator. Nec recte ex eo, quod in Pandectis tantum ex libris tribus Caji fragmenta habeamus, illud intuleris, non niſi tres a Cajo compoſitos fuiſſe, in qua opinone eſt Hier. Aleander [a], qui non debuerat in dubium hic vocare fidem Indicis Florentini, in quo diſerte fit mentio librorum quatuor. Ex multis veterum libris nihil in Digeſta relatum eſt: ac viſum forte ſufficere, quod ex hoc libro in Inſtitutionibus ſatis multa eſſent collocata. Occurrunt autem etiam in hac epitome plurima, quae juri Juſtinianeo lucem foenerentur, veluti circa diverſitatem libertinorum, formam emancipationis, diſcrimina legatorum, vindicationis, damnationis, ſinendi modo, per praeceptionem, ut & inter legata & fideicommiſſa, nec non quaedam de obligatione litterarum vetere, etſi hic quid Cajus ipſe voluerit, extricare, opus ſit ac labor. Nos vero titulum reliquimus Inſtitutionum Caji, uti ab Epitomatore eſt quoque retentus: majori tamen jure id factum eſt a nobis, cum etiam illa, quae ex Caji Inſtitutionibus in Pandectis, in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum, ac apud Boëthium inveniuntur, huc contulerimus: quae vel inter poſuimus ſeparatim, ſi quidem nihil tale exſtaret in epitome, quod fecit ubivis Aleander; vel, ſi ei reſponderent, e regione ei oppoſuimus, ſed ſemper diverſa litterarum forma: ut ita quoque unuſquiſque videat, quid inter verum Cajum, & hunc excarnificatum interſit: quod obſervavit etiam Jacobus Oiſelius. Librorum vero, qui non niſi duo diſtincti apparent, & titulorum numerum non mutavi, licet plures ab ipſo Cajo relictos eſſe nullus iverim inficias: nec adeo cum Aleandro libros feci tres, aut cum Oiſelio quatuor. Vnde nec titulo, qui omnes praecedit, *de jure naturali, gentium & civili*, & ſub quo aliquid aliunde propoſui, numerum addidi, ne alioquin omnium titulorum libri primi numeri a vulgaribus diſcreparent, cum legentium incommodo, & ſine ulla plane utilitate. Sufficere viſum eſt, ſi nihil hic ex univerſis, quae hiſce ex libris reſtant, deſideraretur. Adde, quod non ſit opus, ut epitome circa numerum librorum & titulorum operi ipſi reſpondeat. Ac dum illi ambo pro ſuo quiſque arbitratu omnia diſpoſuerunt, numerumque titulorum admodum auxerunt, praecipue Aleander, (is titulos vocat capita) editiones illorum plane ſibi invicem ſunt diſſimiles. Hic tamen ad marginem notat numeros editionum aliarum: Oiſelius vero ad calcem voluminis iterum vulgatam epitomen poſuit ſub hoc titulo, *Caji Inſtitutionum libri duo*, quo ille potuerat ſuperſedere, nec ullo verbo lectorem fraudare, ſi id, quod nos fecimus, ipſi veniſſet in mentem, ac placuiſſet. De commentario vero Hier. Aleandri & notis Oiſelii, qui ambo Viri Docti adhuc juvenes ad ſcribendum acceſſere, quid ſtatuerem, inſererem huic operi, an prorſus, an ex parte omitterem, diu haeſi dubius, cum nihil occurreret, quod reprehenſioni non pateret, quodque mihi ipſi poſſet ſatisfacere: videbam enim utrumque admodum eſſe diffuſum: & maxime poſteriorem nimis

a) *Praefatio. ad Caj.*

Digitized by Google

mis largiter calamo indulsisse, ac in hoc multa sese offerre satis communia, alia ex auctoribus non ignotis hausta; quod subinde quoque indicavi; alia, quae longius a Cajo abeant. E diverso tamen in utroque, ne dicam de stilo satis nitido, plurima licet invenire minime inelegantia, minime inutilia, atque etiam provectiore aetate nequaquam indigna. Adeoque & a viris eruditis saepius citantur, non absque elogio etiam. Ex variis, quae mihi succurrebant, unum erat eligendum. Mea, videlicet, sola ad Cajum poteram depromere: verum hac ratione plurima debuissent scribi illis plane similia, quae scripserant alii; aut multa debuissent praetermitti non tacta, in quibus tamen legentibus aqua saepe haesisset; maxime si alicui interpretes illi non essent ad manum, hoc est, plerisque: nec scire potuisset lector non eruditus, an locus aliquis ab interpretibus intellectus esset, an non: quod certe ego mihi in evolvendis scriptoribus cum unius viri docti ad specialia loca notis, eveniisse interdum fui expertus: nec dubito, quin id ipsum aliis quoque acciderit. Ne dicam, occasione illorum, quae interpres aliquis profert ad scriptorem illustrandum, necessitatem quoque alii adferri aliquid addendi, vel plenius confirmandi, interdum & refellendi: unde parum aliquando juvatur lector, qui talem interpretem non potest consulere. Alterum ergo erat, ut, quoniam in multis Cajus explicatione carere non potest, ex utroque delibarem quae mihi arriderent, iisque mea superadderem. Verum, cum omnes Interpretes Pauli, Ulpiani aliorumque indeminutos servare mihi staret sententia, nec umquam probare potuissem pravum quorundam morem truncandi, divellendi, lacerandique scripta erudita: viderem insuper, illa quoque luxuriantia, quae hic abundant, non esse tamen inepta, mala, aut rerum bonarum plane inania, huc itidem descendere non potui. Si etiam, quod tertium erat, prolixiores notas alium in locum seorsim contulissem, praeterquam quod ita ne tantillum quidem de voluminis mole decessisset, illud quoque inde crebro exoritur difficultatis, quod ad intellectum paucorum verborum idem liber diversis in locis inspiciendus ac conferendus sit. Minimum itaque tandem visum est habere incommodi, si omnia verbis Caji subjicerem, quod in reliquis hujus corporis partibus commode fieri posse satis animadvertebam. Adjeci quoque legibus ab Alcandro per verba initialia sola saepe citatis numeros: quod & in Cujacianis ad Paulum & Ulpianum lucubrationibus observavi, ut ita loca illa inventu & collatu studiosis essent faciliora. Quamvis autem Oiseliana editio his in terris etiam nunc non difficulter inveniri queat, adeoque ut renovaretur, causa vix esse possit videri; non tamen alibi illa tam facile haberi poterit: nec minus in Oiselii notis occurrunt, quae illustrationi Caji inserviant, quam in Alcandri commentario: ut proinde nec notas Oiselii omittendas esse putarem. Alcandrina vero editio jam dudum comparatu fuit difficillima: ac paucis admodum in bibliothecis reperitur.

Digitized by Google

ritur. Quinimo licet illa prodierit Venetiis anno ſuperioris ſaeculi primo, in ipſa tamen Italia raram illam jam dudum fuiſſe, colligo ex eo, quod de Hier. Aleandro loquens ſcriptum reliquit Leo Allatius [a], eſſe, qui narrent, juvenem adhuc Caji, veteris Juriſconſulti, Inſtitutionum fragmenta ex univerſo Corpore Juris collegiſſe, & commentario illuſtraſſe: ſibi nondum videre contigiſſe. Oiſelius etiam ſeſe ejus compotem fieri non potuiſſe teſtatur plus ſemel [b]. Ego quod hujus libelli uſu gaviſus fuerim, humanitati debeo Ampliſſimi ac Prudentiſſimi Viri, Pauli Voet a Winſſen, qui Illuſtriſſimis & Praepotentibus Trajectinae Dioeceſeos Ordinibus eſt a ſecretis. Cum tamen ferme typis deſcriptus eſſet Cajus, ego quoque nactus ſum mihi exemplar. In hoc vero illuſtrando ipſe brevis eſſe conatus ſum, cum alios in eo viderem fuiſſe plus ſatis operoſos: interdum tamen rerum difficultates, interdum interpretes plura adferre coëgerunt. Illud vero nemo exiſtimet, omnia, quae in his, vel aliis interpretibus intacta relinquo, a me ſtatim quoque approbari. Satis mihi viſum plurima ad examen revocaſſe, quae ad ſcripta auctorum veterum praecipue facerent. D. Gothofredi & Jul. Pacii breves notas ad Cajum, ut & ad Vlpianum, miſſas feci, cum vix quidquam habeant, quod non ab aliis ſit dictum, & in omnium ſint manibus.

Sententias Julii Pauli quod attinet, quis in illis condendis ſcopus fuerit Pauli, quando eas ſcripſerit, quo modo hi libri diverſi fuerint ab aliis libris Pauli Sententiarum, ſive Factorum, quam praeſtans fuerit olim hoc Sententiarum opus, quantae auctoritatis, quam parva pars hodie ex eo ſuperſit, ac non niſi quaedam excerpta; haec omnia ex profeſſo & copioſe alibi demonſtravimus [c]. Quae vero in hiſce reliquiis inveniantur rara, & non ita alibi expoſita, enumerarunt Viri Eruditiſſimi, Conr. Rittershuſius [d] & Jac. Gothofredus [e]. In his Sententiis nullam habui editionem, quam plane ſequerer. Vulgo illa ſola hominum teritur manibus, quam Cujacius curavit & cum interpretationibus ſuis publicavit Lutetiae Pariſiorum anno clo Io LVIII. quaeque inter priora ipſius opera eſt collocata, quam etiam D. Gothofredus exhibuit ad calcem Corporis Juris in maxima forma: idque ſervatum quoque in illius editione Batava: nec alia in collectione hic vulgata, cujus ſupra feci mentionem, expreſſa eſt; niſi quod praetermiſſi in illa ſunt tituli novem poſtremi. Miratus id ego ſum ſaepius, Viros Doctos non aliud, quod ſequerentur, exemplar ſibi propoſuiſſe, cum has Sententias longe auctiores ipſe Cujacius poſtea luci donaverit primum Lugduni anno clo Io LXVI. cujus editionis jam ante memini: ac deinde praeſtantiſſimas quaſdam maximique momenti ſententias ex libro Veſontino, optimo ſane ac locupletiſſimo (cujus accuratam collationem, ſi ejus fuiſſet copia, magno voluiſſem redimere) hauſtas in Obſervationibus publici juris fecerit [f], ac eaſdem more ſuo praeclare illuſtra-

a) *Apib. Vrban. p. 124.* b) *Praf. ad Caj. & in not. ad tit. 1. §. 3.* c) *not. ad inſcription. Sentent. Paul.* d) *Praefation. ad lector. in hoc volum. p. 196. 197.* e) *in Manuali, cujus verba protulimus p. 210.* f) *lib. XXI. cap. 11 & ſeq.*

Digitized by Google

ſtraverit. In Pariſienſi ac Genevenſi editionibus anni clo Io LXXXVI. habentur iſtae omnes: in poſteriore tamen circa illas, quae ex codice Veſontino prolatae ſunt, magis ſervatus eſt ordo, quo illae in eodem libro leguntur, quoque inde deſcriptae ſunt ab ipſo Cujacio. Atque hanc paſſim ſecutus eſt Rittershuſius, qui Paulum diligentiſſime accuratiſſimeque recognitum, multis in locis auctum, emendatum, illuſtratum, uti titulus indicat, publici juris fecit Noribergae anno clo Io XCIV. Quidquid vero ex his Sententiis e Pandectis ac Moſaicarum & Romanarum legum Collatione conquiri poterat, id omne collegit. Paulo etiam Aniani interpretationes adjecit cum ſuis notis & quibuſdam Hub. Giphanii, Viri Clariſſimi, quas in Indice exhibet. Quem librum diu & fruſtra alibi quaeſitum mihi ſuppeditavit Simon Emptinck, Juriſconſultus. Ceterum nonnulla ex Pauli Sententiis in Digeſtis exſtantia, quibus titulum aſſignare non poterat, Rittershuſius ad fines cujusque libri promiſcue rejecit. At rectiorem hac in parte rationem ſecuta eſt editio Aurelianenſis anni clo Io IC. quam ipſam videre mihi nondum licuit: ſed inter opera Cujacii repraeſentavit V. C. Car. Annib. Fabrotus. In illa etiam ex Papiani Reſponſis quaedam ſunt addita, quae & nos retinuimus: ſed alia litterarum forma juſſimus excudi, cum non ſint verbotenus Pauli, ſed tantum ex eo inflexa, & quidem barbariuſcule. Quicumque autem editioni illi praefuerit, vir fuit doctus, ſatiſque habuit compertum id, quod etiam eſt certiſſimum, Sententias ſuas Paulum compoſuiſſe ſecundum ſeriem Edicti perpetui, quae etiam paſſim in diſponendo Codice, & plerumque in Digeſtis a Juſtinianei Juris compoſitoribus ſervata fuit: & cui, qualis ab initio fuit, reſtituendae utiliſſimam Juriſprudentiae operam navavit plus ſemel jam laudatus Jacobus Gothofredus [a]; a quo tamen aliqua Edicti capita praetermiſſa eſſe licet obſervare [b]. Inde haec editio non tantum plures longe habet ſententias, ſed & totos titulos, quam ulla alia, ac numeros utrorumque longe ab aliis diverſos: ut adeo quae ex Paulo paſſim citantur, ea illic invenire opus ſit ac labor: quod nobis viſum eſt, quantum fieri poſſet, vitandum. Nonnullae etiam ſententiae, quae noviter ex libris veteribus ſunt erutae, non eo loco illic ſunt interpoſitae, quo ſecundum Cujacii, qui eas primus in lucem extulerat, teſtimonium collocari debuerant, ac a nobis quoque collocatae ſunt. Hiſce & aliis, quae lectori moleſtiam creare poſſent, remedium nos adhibuimus: omnia enim, quae illic conſpiciuntur, ſervavimus quidem: at ita, ut iis, quae ab editionibus hodiernis abſunt, utpote nec a Cujacio edita anno clo Io LVIII. ſtellulas praeponeremus, ad exemplum illius editionis, tam titulis, quam paragraphis, ſive ſententiis: verum ne numeri noſtri a vulgatis abirent, titulis & ſententiis ex Pandectis huc illatis (in quibus circa ordinem & locum ubi legerentur aliquando ab aliis receſſimus noſtro uſi judicio) numeros non praeponeremus. Atque haec etiam ſi qui volent allegare, potius

a) *Ad calcem Font. quae. Jur. Civil.* b) *vid. not. ad Paul. Sentent. lib. I. tit. 21. §. 1.*

potius tamquam ex Pandectis, quippe juris auctoritate donatis, quam ex hoc volumine, prolata, citabunt. Sed nec haec semper sub iisdem titulis hic reperientur, sub quibus in Digestis comparent, uti nec alia omnia, quae tam in Digestis, quam hisce in libris inveniuntur; quia Tribonianus aliquando plures Pauli sententias ex eodem quidem libro, sed diversis titulis desumptas in unum compegit [a]. Illa tamen, quae non ex Digestis, verum aliunde, & maxime ex libris antiquis, inserta sunt, omnino etiam numeros suos habere debere credidimus, quo commodius queant allegari. In titulis vero talibus Rittershusii exemplum probavimus, qui in locis illis, ubi novus aliquis titulus interjectus est, tituli contigui numerum praemisit quoque noviter reposito: verum distinctionis gratia uni addidit litteram A, alteri B. Sunt vero tales tituli pauci, & praecipui, *de Fugitivis lib. I. tit. 6. A. Si hereditas, aut quid aliud petatur, lib. I. tit. 13. B. de mulieribus, quae se servis alienis junxerunt, sive ad S. C. Claudianum, lib. II. tit. 21. A. ad legem Fabiam, lib. V. tit. XXX. B.* quos jam titulos si quis laudare velit addito numero & littera, vel inscriptionem integram exprimere, nihil erit, quod aliquem possit turbare. Vbi vero novae tantum titulis antiquis accesserunt sententiae, quod crebro accidit; ac sic numerus illarum auctus est, initiali verbo addito in citatione, omnis poterit evitari confusio. Atque haec circa Pauli contextum a nobis sunt praestita. Novam horum librorum editionem molitus fuit quondam Vir Egregius, & in hac Academia Antecessor Clarissimus, Georg. Conradus Crusius, uti ipse testatur [b]: & forte quod is meditatus fuit, si non omnino, ex parte saltem a nobis effectum erit. Paulo adjecimus interpretationes Aniani. Hae pauciſſima quidem habent, quae esse possint usui; aliqua tamen continent bona, nec alibi prodita. Ostendunt praeterea, quis aevi illius, quo factae sunt, captus istis in locis fuerit. Omisit illas Cujacius in editionibus cum suis interpretationibus: (quod fecit etiam editor Aurelianensis) in aliis retinuit, ut & in sua Rittershusius. De interpretationibus hisce jam aliquid dicere antevertimus, nonnihil quoque scripsimus alibi [c]. Cujacii interpretationes illibatas Paulo subjecimus, sine quibus non recte is potest intelligi. Notulas insuper nonnullas ejusdem postumas, quae in editione Fabroti leguntur, non negleximus. Accedunt Conradi Rittershusii & Huberti Giphanii notae, exceptis illis Rittershusianis, quae nihil continent, nisi variantes lectiones minoris momenti, quas, ut & alias, in variarum lectionum separatam collectionem conjecimus. Quae etiam Rittershusius in Indice habebat notata ad certa quaedam loca, tam a se, quam a Giphanio, inde amota, ubi etiam non temere quis illa requireret, eo, quo pertinebant, retulimus. Pro vitis vero Pauli ex Bernardino Rutilio & Valentino Forstero [d], in quibus nihil est, nisi quod hodie fit vulgatissimum, nos vitas Pauli a Viris longe eruditiori-

a) *Vid. not. ad lib. V. tit. 3. §. 6.* b) *Dedication. Diatrib. I.* c) *prim. notar. ad Paul. Sentent.* d) *Hiſtor. Jur. Civil. Roman. lib. II. cap. 78.*

tioribus, Johanne Bertrando, Praeſide Toloſano, & Guilielmo Grotio deſcriptas repoſuimus: quod & circa Cajum ac Vlpianum obſervavimus, ſuppoſitis Bertrando notis quibuſdam ex editione, quae hic loci prodiit anno clo Io CLXXIV. & nos ipſi pluſcula ad Bertrandum & Grotium attulimus, quae ad Juris hiſtoriam & antiquitates facerent.

Pauli Sententias excipiunt tituli ex Corpore Vlpiani XXIX. quibus quare non aliam praepoſuerim inſcriptionem, etſi me non fugiat, eſſe illos ex libro Vlpiani ſingulari Regularum; cauſam dedi ſuo loco, ubi ex profeſſo de eo libro diſſerui [a]. Editionem hujus libelli Tilianam omnium principem nanciſci mihi non contigit: de quo tamen eo laboravi minus, quia pleraeque aliae editiones, tam vetuſtae, quarum penes me ſunt aliquae, quam recentiores, inter quas parum eſt diſcriminis, ex illa provenerunt: nec alium proinde habent fontem, quam codicem manuſcriptum Joh. Tilii: qui ipſe quidem ſcribit [b], exemplar hoc eſſe depravatiſſimum: ſed Virum Doctiſſimum quaedam parum recte aſſecutum eſſe, nec rite expreſſiſſe, illud indicio eſt, quod Incomparabilis ille Cujacius, qui librum ipſum poſtea accurate contulit, plurimas longe praeſtantiſſimas inde hauſerit lectiones, quas Obſervationum libris inſeruit [c]. Atque ad hunc codicem exacta eſt editio Pariſienſis anni clo Io LXXXVI. ante a me commendata; ac lectiones etiam illas recipere religio mihi non fuit. Fragmenta duo illi libello aliunde addidi, ut ita quidquid ex Vlpiani Regularum libro ſupereſt conjunctim haberi poſſet. In titulorum numeris ne quid mutare eſſet neceſſe jam inde a principio, ubi quaedam valde ſunt perturbata in editionibus primis, nec non Cujacianis cum ipſius notis, nos illa, quae de legibus & moribus traduntur, ſeparavimus quidem ab iis, quae ad libertos pertinent, quod & factum in editionibus annorum clo Io LXVI. & clo Io LXXXVI. nec non a Julio Pacio: at ſub uno numero tituli primi univerſa reliquimus, ne alioquin ubivis a vulgatis numeris eſſet recedendum. Cujacii notas addidi, primum maximi illius & capitalis ingenii foetum; quod ſolidae jam tunc doctrinae certique judicii argumentum hominibus doctrinae non vulgaris deinceps admirationi fuiſſe memoriae eſt proditum [d]. Non ipſe has luci expoſuit Cujacius, ſed Joannes Amaricon, factumque ſuum Cujacio probavit. Amaritonis ad Cujacium hac de re epiſtolam, ut & praemiſſam ei a Doctiſſimo Fabroto admonitionem, quas inter opera Cujacii omnia ab hoc ipſo publicata eſt invenire, talium curioſis invidere noluimus. Poſtumas inſuper Cujacii breves quidem, at eruditiſſimas notas ab eodem Fabroto publici juris factas hic invenies reliquis admixtas: hoc tamen ſigno + iis praepoſito a prioribus diſtinctas. Accedunt Ludovici Charondae, Celebris Juriſconſulti, notae. Reſtituiſſe & emendaſſe ſeſe is ait hoſce titulos at veterem manuſcriptum codicem Phil. Gervaſii, quos cum ſuis & Cujacii notis emiſit ad calcem Catalogi legum antiquarum

ab

a) *Not. ad pr. dict. lib.* b) *in Dedic. ad Em. Rancenet.* c) *Obſerv. lib.* XVII. *c.* ult. d) *Paq. Maſſon. in vit. Caj.*

ab Vd. Zasio collecti, ipsiusque annotationibus illustrati Lutetiae Parisiorum anno clɔ Iɔ LV. Ceterum liber ille Gervasianus, quo usus est Charondas, an valde sit vetus & bonus, ego dubito. pleraque saltem, in quibus a Tiliano abit, sunt deteriora. Post absolutum dudum Vlpianum venit in manus meas ejusdem libelli alia Parisiensis editio anni clɔIɔLXXVIII. ubi hi tituli multo quam in priori leguntur emendatiores, & ad codicem Steph. Auredani restituti. Ad marginem brevissimas solummodo notulas adsperfit Charondas: verum lectiones quaedam hic occurrunt elegantes sane & quantivis pretii. Si mature satis hic libellus a me visus & perlustratus fuisset, uno alterove in loco nitidior & plenior prodiisset Vlpianus. Nunc quaedam inde retuli inter varias lectiones: meliora aliqua inter corrigenda & addenda in notis. Praeter hos Petrus Pithoeus, insigne quondam Galliae ornamentum, scripsit additiones & notas ad XXIX. titulos Vlpiani, Jacobi Cujacii[a]: sed has nancisci mihi non contigit; alioquin lubentissime simul reliquis adjunxissem.

In fragmentis Codicis Gregoriani & Codicis Hermogeniani secutus sum ferme editionem Genevensem anni clɔ Iɔ LXXXVI. quatenus reliquis est locupletior, nec illa tantum habet, quae ex Corpore Alariciano sunt residua; verum universa, quae undecumque tandem eruditi potuerunt. De utroque Codice, a quibus, & quando sint facti, & quas constitutiones comprehenderint, alibi diligentius disputo[b].

His proxima est Mosaicarum & Romanarum legum Collatio: quae profecto, utpote ab homine imperito congesta, nihil bonae haberet frugis, si ipsos veteres, quibus illius auctor usus est, hodie superstites haberemus. Atque hac ratione libellum illum ridere quis forte poterit; quod Donelli judicium de eo fuisse accepimus[c]: nunc vero cum iis simus destituti, illis, quibus cordi est antiquae prudentiae puritas ac nitor, libellus hic maximo debet esse in pretio: interque plurima & eximia in Jurisprudentiam & rem litterariam merita Petri Pithoei non ultimo collocandum est loco, quod illarum thesauros insigni hoc munere in lucem prolato Parisiis anno clɔ Iɔ LXXIV. ditaverit, additis notis multiplici eruditione refertis; quas hic quoque exhibemus, & quidem auctiores ex editione Parisiensi anni superioris aevi septimi atque octogesimi, ubi inter opera P. & Fr. Pithoeorum hoc quoque exstat opusculum. Quoniam vero alii viri eruditi hasce notas non omnes habuere, factum est, ut quaedam in suis scriptis correxerint, quae jam in hisce notis postumis Pithoeus ipse viderat esse corrupta, atque eodem modo emendanda. Paululum etiam profuere mihi lectionum varietates ex apographo Viri Maximi, Josephi Scaligeri, quod in publica Academiae hujus bibliotheca asservatur, quodque cum Leidensi exemplari accurate contulit quondam, dum hic studiorum causa ageret, Florentius Petrus Pittenius, Jurisconsultus, & causarum patronus

 insignis,

a) Nominantur inter ea, quae in lucem prodibunt, *in indice operum Petr. & Francisc. Pithoeorum praemisso Corpori Juris Canonici edito Paris.* clɔ Iɔ C LXXXVII. b) *Not. ad inscript. Cod. Greger.* c) *Scaligerian. p. 77.*

insignis, nuper rebus mortalium exemptus, qui me lubenter earum fecit participem. De editione autem Leidensi illud non possum praeterire, notas aliquot Pithoei omissas in ea esse, & emendationes ejus in contextum receptas, nulla tamen cum admonitione lectoris: imo est ubi pro verbis hactenus illic lectis conspicitur emendatio Jac. Gothofredi [a], quae tamen mihi plane displiceat. Talia boni non sunt exempli, nec ulli temere probabuntur. Inde in errorem lectores necessario inducuntur, dum pro genuinis auctoris verbis accipiunt ea, quae sunt conjecturae, saepe etiam infelices: idque tunc maxime periculosum, cum nihil de eo in notis invenitur. Numeros singulis locis, tam ex sacris litteris, quam antiquis Jurisconsultis vel constitutionibus petitis, praemisi, ut commodius omnia allegari & inveniri queant. Fragmentum dein habes Modestini, postea aliud Regularum prolixius paulo, & in quo multa sunt egregia, & non alibi hodie invenienda, unum denique Papiniani, de quo aliquid dixi in praecedentibus.

Sequitur Consultatio veteris Jurisconsulti, uti habet inscriptio, (re enim vera plures sunt hic consultationes, quas etiam suis numeris distinximus) quam ab Antonio Oiselio sibi missam in publicum extulit, propriisque Consultationibus antepositi Cujacius [b], cui & Papiani Responsa accepta esse ferenda supra indicatum est.

Dositheum addidi tandem: sed nec in contextu, nec in notis recessi ab editione Viri Celeberrimi, Melioris Hamenvelto Goldasti, quam solam mihi licuit habere. Noveram alioquin, prodiisse in Gallia recentiorem Nic. Catharini [c]: at quamvis illic omnem lapidem pro me amicus moverit, nullum tamen exemplar investigare potuit. Auctorem hunc ante Justinianum vixisse non dubitat V. C. Th. Reinesius [d]. Habuit ille saltem aliqua ex vetusto jure plane pura & sincera; (nam & fragmentum Regularum nobis servavit [e]) qualia an post conditum jus Justinianeum in Oriente, ubi ipsum vixisse est verisimile, scholaribus, quorum ille usibus sua conscripsit, sint exposita, posset dubitari.

Atque hae sunt vetusti juris civilis reliquiae, quas in praesenti tibi, Lector Benevole, impertimur. Leges antiquas colligere nobis non propositum, sive duodecim Tabularum, sive alias; in quibus plurimorum magnorum Virorum desudavit industria: sed illa exhibere voluimus e jure Quiritium residua, quae ex Jurisconsultis antiquis, vel constitutionibus anteriorum Justiniano Principum exstabant extra Corpus Juris Justinianei, Codicemque Theodosianum & Novellas, quae ei solent accedere. Plura, quae his accensentur a nonnullis, cur hic non compareant, rationes accipe. Volusium Maecianum de partibus assis magis ad rem nummariam, quam ad Jurisprudentiam

a) *vid. not. ad tit. 2. §. 5.* b) *Cujac. Observ. lib. VII. cap. 26. & in dedication. Consultation.* c) Memoratur *in Praefat. ad Glossar. Labbei.* d) *Defension. Variar. Lection. p. 90.* quem laudat Vir Doctissimus, Jo. Alb. Fabricius *bibliothec. Graec. vol. VII. p. 60.* e) *vid. hoc volum. p. 802.*

tiam facere credidi. Stemma quemadmodum hereditates redeant, quod & alibi exhibuit Cujacius [a], jus vetus hac in parte intelligenti exſtruere non erit difficile. Notae Magnonis, quae Regi Carolo dicatae ſunt, & Valerii Probi ad rem Grammaticam potius ſpectare mihi ſunt viſae: quas etiam inter Grammaticorum ſcripta eſt legere [b]. Illud vero non abs re fore exiſtimavi, ut horum loco duas ſubjungerem orationes, quarum priore diſquiritur, culpandusne ſit Tribonianus, quod Jurisconſultorum, qui ſtante libera Republica Romana claruere, libros ſuppreſſerit, ac poſteriorum, qui ſub Imperatoribus floruere, reſponſa in Pandectas retulerit: ubi Triboniani defenſionem ſuſcepi adverſus judicium valde iniquum Viri Eruditiſſimi, Franc. Hotmani. Altera eſt de Jurisprudentia Hiſtorica, in qua nonnulla a me proferuntur ad hujus ipſius libri commendationem tendentia.

Vt vero rationem, quam in toto hoc opere ſervavi, quivis intelligat, nonnulla reſtant exponenda. In ipſo ergo contextu nihil induxi novi, niſi paucis in locis; idque ex fide editionum aut librorum priſcorum, contra quorum auctoritatem quaedam perperam mutata integritati reſtituere religioni non habui. Vix umquam id feci ob ſolam juris rationem, etſi illa eſſet certiſſima, & evidentiſſimae veritatis: & nec ſic aliter, quam ut mentionem ejus facerem in meis notis, quas omnibus excepto Dóſitheo adjeci. In hiſce id primum mihi negotii datum eſſe exiſtimavi, ut ubi lectio erat incerta, falſa, aut abſurda, genuinam indagarem. Eum in finem editiones priſcas paſſim inſpexi, & contuli. Manu exaratorum codicum praeſidium ſi mihi adfuiſſet, non dubito, quin nonnulla inde quoque potuiſſent produci, quae in rem meam verterem. Interea id praeſumere debui, Viros Eruditos, qui ex illis plurima protulere, ſincera fide hic egiſſe. Diffiteri tamen nequeo, in quibusdam ſaepe me deſideraſſe, ut ab ipſis indicatum fuiſſet ſpecialius, quot & quales libri ipſis ad manum fuiſſent, quidque quovis in loco illi haberent; quo modo hodie Viri Docti utuntur. Sane cum tantum in titulo libri quis profitetur generaliter, ſeſe illa, quae edit, ex veteribus codicibus auxiſſe & emendaſſe, vel etiam ſingulis in locis libros tales indefinite laudat, fieri nequit, quin ſaepe curioſus lector valde inde abeat incertus, dum ſcire avet, qua fide atque auctoritate quidque relictum fuerit, vel immutatum. Minime alioquin me fugit, creberrima in antiquiſſimis quoque exemplaribus, & graviſſima eſſe peccata: nec proinde debere nos in legendis & examinandis veterum ſcriptis inde totos pendere. Hoc palmarium eſt, ut quis linguam, & res ipſas, de quibus agit auctor, probe perſpectas habeat: nec ulli codici tantum eſt deferendum, ut certae & inconcuſſae juris rationi ac definitioni comparetur, nedum praeferatur. Plurimum tamen inde venire poſſe auxilii, quin & multa absque tali adminiculo non poſſe perſanari, nemo paulo eruditior, & aequus rerum aeſtimator inficias iverit.

Si

a) *Obſ. lib. VI. in fin.* b) *inter Gramm. H. Putſch. p. 1494. & ſeqq. & ap. Jo. Nicolai de Sigl. Veter. p. 61. & ſqq.*

Si quis vero ita opinetur, procul a Jurisconsulto abesse debere anxiam verborum, syllabarum, & distinctionum subinde curam: res enim solas & negotia humana illius attentionem mereri, is velim cogitet, dici quidem id posse, cum de ratione ac modo scribendi tantum est quaestio, in quo saepe nec inter veteres convenit, & sine dispendio quam velis partem sequaris, de qualibus nec mihi visum est multum laborare: eoque minus, quod horum pars magna ab hominibus litterarum imperitis parum accurate descripta fuerit. Illud vero praecipue ad animum est revocandum, ipsas res, earumque cognitionem in libris priscis & novis sub verborum involucro latere: adeoque sine diligenti & exacto horum intellectu veram illarum notitiam non posse nobis obtingere. Et quid quaeso gravissimis in controversiis de legibus, foederibus, conventionibus publicis & privatis, de testamentis codicillisque frequentius, quam ut de verbis, eorumque vi, significatione, conjunctione, disjunctione maximis ac vehementissimis contentionibus animisque decertetur? in quibus si quis talium rudis cerviculam jactare voluerit, is aquam sibi haerere non raro animadvertet: saepe magno molimine nihil expediet. Ut adeo ejusmodi studium in pretio & laude ponendum veniat; tunc saltem, ubi cum vera ac solida rerum scientia, uti oportet, consociatum & copulatum est. Quid alioquin de summis dicemus Jurisconsultis, tam antiquis, quam recentioribus, imo & hodiernis? an non observare licet passim, exactissimam ab illis curam & diligentiam in verbis interpretandis adhiberi: maximasque ex solis vocum etymologiis quaestiones decidi? De quibus copiosius institui posset sermo, si hujus id esset loci. Procul vero ab eo absumus, ut illorum causam faciamus nostram, qui unice in verbis & vocabulis, punctorumque & commatum apicibus aetatem absumunt. Maximum mihi circa res ipsas fuit studium, & illud simul, ut non solos eruditos, sed & studiosos, tam Juris, quam etiam antiquitatum, pro virili adjuvarem. Inveniuntur autem hic plurima, quae uberiorem flagitarint explicationem, utpote ad jus vetus, & ritus priscos, atque a temporum nostrorum usu plane abhorrentes pertinentia, nec ita passim enarrata, quam jura sunt Justinianea; in quibus quae satis recte & plene sunt exposita, parcius a me illustrata sunt; quando eorum explicationem aliunde petere erat proclive. Unde & in Sententiis Pauli circa illa, quae in Pandectis exstant, elucidanda fui parcior, quandoque intacta praetermisi. Ceterum in omnibus id egi, ut non alieno, sed meo, eoque libero starem judicio: adeoque non infrequenter a Viris Egregiis recessi; eo tamen usus moderamine, quod ab aliis adversus me vellem servatum. Tu hisce, Lector Humanissime, fruere, operam hanc nostram boni consule, ac vale.

INDEX

INDEX TITVLORVM,

Qui in universo hoc opere inveniuntur, secundum ordinem librorum descriptus.

L. B. Ne numeros titulorum in Cajo & Paulo necesse esset mutari, talibus, qui ex Pandectis ad illos supplendos sunt hausti, qualis in Cajo tantum est unus in principio, in Paulo plurimi, numeros non apposuimus, secundum ea, quae diximus in praefatione. Etiamsi vero in Paulo id observaverimus, ut omnibus titulis undecumque tandem noviter illatis stellulas praeponeremus; hoc tamen duobus locis fieri noluimus, ubi quae olim uno sub titulo posita fuerant in duos tantum postea sunt divisa: quamvis numerum vicini tituli geminaverimus, tam illic, quam ubi novus aliquis titulus aliunde, quam ex Pandectis petitus, esset interpositus. Confusionis autem vitandae gratia uni titulo litteram A, alteri B adjecimus. In fragmentis etiam Codicis Gregoriani & Hermogeniani numeris carent tituli, quos quidem illic olim exstitisse alibi legimus: at ex quibus nulla restat constitutio verbis ipsis Imperatorum expressa. In Sententiis Pauli titulis, qui auctiores prodeunt, quales sunt bene multi, praemisimus in hoc Indice litteram a. Haec praemonenda esse existimavimus: unde uno obtutu constabit, quantum ab illis, quae vulgo in usu habentur, distet haec editio.

CAJI INSTITVTIONVM.

Libri I.

De Jure Naturali, Gentium & Civili. pag. 1
I. Libertatibus servorum 4
II. Numero servorum testamento manumittendorum 24
III. Jure Personarum 28
IV. Matrimoniis 32
V. Adoptionibus 42
VI. Quibus modis filii exeunt de potestate patris 46
VII. De Tutelis 61
VIII. Curationibus 66

Libri II.

I. De Rebus 69
II. Testamentis 91
III. Exheredatione liberorum 95
IV. Substitutionibus, & faciendis secundis tabulis 108
V. Legatis 114
VI. Lege Falcidia 121
VII. Fideicommissis 123
VIII. Intestatorum hereditatibus 130
IX. Obligationibus 144
X. Quibus modis Obligatio tollatur 176

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM.

Libri I.

*Ad Municipalem 214
*De Decurionibus 215
*De Muneribus, & Honoribus 216
*Vacatione & Excusatione munerum ib.
*Legationibus 217
*Administratione rerum ad civitates pertinent. 217
a I. Pactis & Conventionibus 218
*In jus vocando 221
II. Cognitoribus ibid.
a III. Procuratoribus 223
a IV. Negotiis gestis 225
V. Calumniatoribus 228
*VI. A. Fugitivis 230
VI. B. Reis institutis 231
VII. Integri Restitutione 233
VIII. Dolo Malo 236
a IX. Minoribus XXV. annorum 237
X. Plus petendo 240
XI. Satisdando 241
a XII. Judiciis omnibus 244
a XIII. A. Judicato 246
a XIII. B. Si hereditas, vel quid aliud petatur 250
a XIV. De Via publica 254
a XV. Si quadrupes pauperiem fecerit ib.
a XVI. Finium regundorum 255
a XVII. De Servitutibus ib.
a XVIII. De Familia herciscunda 257
XIX. Quemadmodum actiones per inficiationem duplicentur 258
XX. De Fidejussore & Sponsore 260
a XXI. De Sepulchris & Lugendis 261

INDEX

LIBRI II.

a I. De Rebus creditis, & Jurejurando 267
a II. De Pœnis constitutis 269
III. De Contractibus 270
a IV. De Commodato, & Depositopignore, Fiduciave 271
V. De Pignoribus 272
VI. De Exercitoribus 275
VII. Ad Legem Rhodiam ibid.
VIII. De Institoribus 276
IX. De in rem verso 277
a X. De Senatusconsulto Macedoniano 278
a XI. Ad Senatusconsultum Vellejanum ib.
a XII. De Deposito 280
a XIII. De Lege Commissoria 282
a XIV. De Usuris 287
XV. De Mandatis 289
XVI. Pro Socio 290
a XVII. Ex Empto & Vendito 291
a XVIII. De Locato & Conducto 298
a XIX. De Nuptiis 299
a XX. De Concubinis 304
*XXI. A. De Mulieribus, quæ se servis alienis junxerint, vel ad S.C. Claudianum 305
a XXI. B. De Dotibus 309
XXII. De Pactis inter Virum & Uxorem 310
a XXIII. De Donationib. inter Virum & Uxor. 311
* De Actione rerum amotarum 313
a XIV. De Liberis agnoscendis ib.
* De Adoptionibus 316
XXV. Quemadmodum Filii sui juris efficiantur 316
a XXVI. De Adulteriis 317
a XXVII. De Excusationibus Tutorum 323
a XXVIII. De Potioribus nominandis 324
XXIX. Qui potiores nominare non possint ib.
a XXX. Ad Orationem Divi Severi 325
a XXXI. De Furtis 326
XXXII. De Operis Libertorum 335

LIBRI III.

*De Bonorum Possessionibus 336
I. De Carboniano Edicto ibid.
a II. De Bonis Liberti 337
III. De Lege Fabiana 339
a IV. A. De Testamentis ib.
a IV. B. De Institutione heredum 345
a V. De Senatusconsulto Silaniano 350
* Jure Codicillorum 354
a VI. De Legatis ibid.
VII. De Mortis causa Donationibus 386
a VIII. Ad Legem Falcidiam ibid.
*Ut in possessionem legatorum vel fideicommissorum servandorum causa esse liceat 383

LIBRI IV.

a I. De Fideicommissis 384
II. Senatusconsulto Trebelliano 390
III. Senatusconsulto Pegasiano 391
IV. Repudianda Hereditate 393
V. Inofficiosi Querelæ 394
VI. Vicesima 408
VII. Lege Cornelia 404
a VIII. De Intestatorum successione 406
a IX. Ad Senatusconsultum Tertullianum 414
X. Ad Senatusconsultum Orphitianum 418
a XI. De Gradibus 419
XII. De Manumissionibus 422
XIII. De Fideicommissariis Libertatibus 425
a XIV. Ad Legem Fusiam Caninium 427

LIBRI V.

a I. De Liberali Causa 431
II. De Usucapione 433
III. De His, quæ per turbam fiunt 435
IV. De Injuriis 439
a V. A. De Effectu Sententiarum, & Finibus litium 447
*V. B. De Rebus auctoritate judicis possidendis 453
a VI. Interdictis ib.
a VII. Obligationibus 464
VIII. Novationibus 467
IX. Stipulationibus ibid.
X. Contrahenda Auctoritate 471
a XI. Donationibus 472
a XII. Jure Fisci & Populi 475
XIII. Delatoribus 485
a XIV. Quæstionibus habendis 486
XV. Testibus 487
a XVI. Servorum Quæstionibus 490
XVII. Abolitionibus 496
a XVIII. Abactoribus 497
a XIX. Sacrilegis 499
a XX. Incendiariis ib.
XXI. Vaticinatoribus, & Mathematicis 501
a XXII. Seditiosis 503
a XXIII. Ad Legem Corneliam de Sicariis, & Veneficis 505
XXIV. Ad Legem Pompejam de parricidiis 512
a XXV. Ad Legem Corn. Testamentariam 513
XXVI. Ad Legem Juliam de Vi publica, & privata 520
XXVII. De Lege Julia Peculatus 524
XXVIII. Ad Legem Juliam Repetundarum ib.
XXIX. Ad Legem Juliam Majestatis 525
XXX A. Ad Legem Juliam Ambitus 527
*XXX. B. Ad Legem Fabiam ib.
a XXXI. De Pœnis Militum 528
XXXII. Quando appellandum sit 529

XXXIII.

XXXIII. De Cautionibus & Pœnis appellationum 530
XXXIV. De Dimiſſoriis Litteris 533
XXXV. De Reddendis cauſis Apellationum 534
XXXVI. Poſt provocat. quid obſervandum 535
XXXVII. De Meritis appellationum 536
Accedit fragmentum ex Inſtitutionum lib. II. tit. de Dotibus ibid.

TITVLI EX CORPORE VLPIANI.

I. De Legibus & Moribus 560
De Libertis 563
II. De Statuliberis 570
III. De Latinis 573
IV. His, qui ſui juris ſunt 577
V. His, qui in poteſtate ſunt ib.
VI. Dotibus 581
VII. Donationib. inter virum & uxorem 587
VIII. Adoptionibus 589
IX. His, qui in manu ſunt 590
X. Qui in poteſtate, manipioque ſunt, quemadmodum eo jure liberentur ibid.
XI. De Tutelis 594
XII. Curatoribus 605
XIII. Cœlibe, Orbo, & Solitario patre 606
XIV. Pœna legis Juliæ 608
XV. Decimis 609
XVI. Solidi Capacitate inter virum & uxorem 611
XVII. De Caducis 615
XVIII. Qui habeant jus antiquum in caducis 617
XIX. De Dominiis, & Adquiſitionibus rerum 618
XX. De Teſtamentis 627
XXI. Quemadmodum Heres inſtitui debeat 633
XXII. Qui Heredes inſtitui poſſunt ib.
XXIII. Quemadmodum Teſtamenta rumpuntur 646
XXIV. De Legatis 649
XXV. De Fideicommiſſis 660
XXVI. De Legitimis Heredibus 665
XXVII. De Libertorum Succeſſionibus, vel bonis 670
XXVIII. De Poſſeſſionibus dandis 671
XXIX. De Bonis Libertorum 675
* De Injuriis 679
* De Actionibus ibid.

TITVLI CODICIS GREGORIANI.

LIBRI I.
I. De Poſtulando 683
II. De Pactis & Tranſactionibus 685
LIBRI II.
I. De his, quæ vi, metuve cauſâ geſta ſunt 688
II. Si adverſus donationes ſponſi factas in integrum quis reſtitui velit ibid.
III. Si Minor ab hereditate ſe abſtineat 689
IV. Si Major fuerit probatus 690
V. De Inofficioſo Teſtamento ib.
LIBRI III.
I. Si certum petatur 691
II. De Petitione Hereditatis 692
III. De Rei Vindicatione ibid.
IV. Si alterius nomine res empta erit 693
V. De Familiæ Erciſcundæ, & Communi Dividundo 694
VI. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur 696
VII. Ad Senatusconſultum Macedonianum 696
* De Jurejurando 697
LIBRI IV.
I. Si debito perſoluto inſtrumentum apud creditorem remanſerit 698
II. Si amiſſis, vel creditori redditis inſtrumentis creditum petatur 698
III. De Depoſito 699
LIBRI V.
I. De Nuptiis 699
LIBRI VI.
I. Arbitrium Tutelæ 702
De Operis Libertorum ibid.
De Bonis Libertorum 703
LIBRI X.
I. Quibus res judicata non nocet 703
II. De Confeſſis 704
LIBRI XII.
De Sponſoribus 704
LIBRI XIII.
I. De Patria Poteſtate 704
LIBRI XIX.
I. De Accuſationibus 705
II. Ad legem Juliam de Adulteriis ib.
III. Ad legem Corneliam de Sicariis 706
IV. De Maleficis & Manichais. 707

INDEX

EX CORPORE HERMOGENIANI CODICIS

I. *De Cauta, & non numerata pecunia* 709
II. *Ex delictis defunctorum quemadmodum conveniantur successores* 710
III. *De Jure Fisci* ibid.
IV. *De Pactis & Transactionibus* 711
V. *De Calumniatoribus, & plus petendo* 712
VI. *De Donationibus* 713
VII. *Ad Exhibendum* 714
VIII. *Ubi agi debeat* ib.
IX. *De Instrumentis* 715
X. *De Testamentis* ibid.
XI. *De Successionibus* ibid.
XII. *De Deposito* 716
XIII. *De Nuptiis* 717
De Pignoribus 718
De eorum contractibus, qui alieno juri subjecti sunt. ibid.
De Jurejurando ibid.

MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIONIS TITVLI.

I. *De Sicariis & Homicidis, casu, vel voluntate* 727
II. *De Atroci Injuria* 736
III. *De Jure & Savitia Dominorum* 742
IV. *De Adulterio* 744
V. *De Stupratoribus* 752
VI. *De Incestis Nuptiis* 755
VII. *De Furibus, & pœna eorum* 759
VIII. *De Falso Testimonio.* 761
IX. *De Familiari Testimonio non admittendo* 766
X. *De Depositio* 768
XI. *De Abigeatoribus* 772
XII. *De Incendiariis* 775
XIII. *De Terminis motis* 780
XIV. *De Plagiariis* 781
XV. *De Mathematicis, & Manichais* 784
XVI. *De Legitima Successione* 789
Modestini Fragmentum ex Regularum libro III. de bonis Libertorum, & Testamentis 801
Fragmentum Regularum ex Veteri Jurisconsulto 803
Fragmentum Papiniani ex lib. I. Responsorum sub titulo de Pactis inter virum & uxorem 810

PAPINIANI LIBRI RESPONSORVM.

I. *De patris, vel matris donatione, & munificentia Dominorum* 827
II. *De Homicidiis* 828
III. *De Libertatibus* 829
IV. *De Sollicitationibus, & Furtis* ib.
V. *De Injuriis, vel Cædibus admissis* 830
VI. *De Fugitivis inquirendis, vel discutiendis* 830
VII. *De Objectione criminum, vel Increpationibus* 831
VIII. *De Violentis* 832
IX. *De Raptu virginum & viduarum* ibid.
X. *De Successionibus diversis* 833
XI. *De Luctuosis Hereditatibus* 834
XII. *De Commotione litium* 835
XIII. *De Inquirendis animalibus, & rebus* 835
XIV. *De Damnis animalium, vel si quid per ea casu evenerit* 836
XV. *De Ablatis pignoribus, vel fidejussoribus* 836
XVI. *De Fugitivorum furtis* 838
XVII. *De Mulieribus ad secundas, aut tertias nuptias transeuntibus* ibid.
XVIII. *De Clausis itineribus, vel aliis servitutibus* ibid.
XIX. *De Superventoribus* 839
XX. *De Corruptis Mulieribus* 840
XXI. *De his, qui hominem inlicite, aut sine causa ligaverint* ibid.
XXII. *De Divortiis* 841
XXIII. *De Donationibus* ibid.
XXIV. *De Sacramentis* 842
XXV. *De Latronibus* 843
XXVI. *De Adulteriis* ibid.
XXVII. *De Puellis, vel Mulieribus sponsatis* 843
XXVIII. *Si quis caballis offum, aut scandulam ligaverit* 844
XXIX. *De Apparitoribus* ib.
XXX. *De Præscriptione temporum* 845
XXXI. *De Falsariis, & Falsis testibus* ibid.
XXXII. *De Interpellationibus & Appellatione* 846
XXXIII. *De Rebus ignitis* ibid.
XXXIV. *Venditione* 847
XXXV. *Tutelis Minorum* ibid.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI. *De Filiis Legitimis, seu Naturalibus* 849
XXXVII. *De Pactis, & Transactionibus* 850
XXXVIII. *Terminis transgressis & evulsis* 850
XXXIX. *Sine censu, vel reliquis comparari nihil posse.* 851
XL. *De Jure Postliminii* ib.
XLI. *Ne quis in sua causa judicet* 852
XLII. *Ut nemo potentiorum nomina inlicite prætendat, aut titulos prædiis suis adfigat* ib.
XLIII. *De Liberali causa, vel de Operis Libertorum* ibid.
XLIV. *De Testamentis* 853
XLV. *De Corporatis* 854
XLVI. *De Censoribus* 854

INDEX EORVMDEM TITVLORVM GENERALIS,

Secundum litterarum seriem.

A.

Abactoribus pag. 497
Abigeatoribus 772
Ablatis Pignoribus, & Fidejussoribus 896
Abolitionibus 496
Accusationibus 705
Actione rerum amotarum 313
Actionibus 679
Ad exhibendum 714
Ad legem Corneliam de sicariis 706. & Veneficis 505. Testamentariam 513. Fabiam 527 Falcidiam 380. Fusiam Caniniam 427
Ad legem Juliam Ambitus 527. de Adulteriis 705. de Vi publica, & privata 520. Majestatis 525. Repetundarum 524
Ad legem Pompejam de Parricidiis 522
Ad legem Rhodiam 275
Administratione rerum ad civitates pertinentium 217
Ad Municipalem 214
Adoptionibus 42. 916. 589
Ad Orationem Severi 325. S. C. Macedonianum 696. Orphitianum 418
Ad Tertullianum 414. Vellejanum 278
Adulteriis 317. 843
Adulterio 744
Apparitoribus 844
Arbitrium Tutelæ 702
Atroci Injuria 736

B.

Bonis Liberti 337
Bonis Libertorum 703. & de Testamentis 801
Bonorum Possessionibus 336

C.

Caducis 615
Calumniatoribus 228. & plus petendo 712
Carboniano Edicto 336
Cauta, & non numerata pecunia 709
Cautionibus, & Pœnis appellationum 530
Clausis itineribus, vel aliis servitutibus 838
Cœlibe, Orbo, & Solitario Patre 606
Cognitoribus 228
Commodato, & Depositio Pignore, Fiducive 273
Commotione litium 835
Concubinis 304
Confessis 704
Consortibus 854
Contractibus 270
Contrahenda Auctoritate 471
Corporatis 854
Corruptis Mulieribus 849
Curationibus 66
Curatoribus 605

D.

Damnis animalium, & si quid per ea casu evenerit 836

Digitized by Google

Decimis 609
Decurionibus 215
Delatoribus 485
Depoſito 280. 699. 746. 768
Dimiſſoriis Litteris 533
Divortiis 841
Dolo Malo 236
Dominiis, & Adquiſitionibus rerum 618
Donationibus 472. 713. 841
Donationibus inter Virum & Vxorem 321. 587
Dotibus 309. 536. 581

E.

Effectu Sententiarum, & Finibus litium 427
Eorum contractibus, qui alieno juri ſubjecti ſunt 718
Excuſationibus Tutorum 323
Ex delictis defunctorum quemadmodum conveniantur, ſucceſſores 710
Ex Empto & Vendito 291
Exercitoribus 275
Exheredatione Liberorum 95

F.

Falſariis, & falſis teſtibus 845
Falſo Teſtimonio 761
Familia Herciſcunda 257
Familiæ Erciſcundæ, & Communi Dividundo 694
Familiari Teſtimonio non admittendo 766
Fideicommiſſariis Libertatibus 425
Fideicommiſſis 323. 384. 660
Fidejuſſore, & Sponſore 260
Filiis Legitimis, ſive Naturalibus 849
Finium Regundorum 255
Fugitivis 230. inquirendis, vel diſcutiendis 830
Fugitivorum Furtis 838
Furibus, & Pœna eorum 739
Furtis 326

G.

Gradibus 419

H.

His, quæ per turbam fiunt 435
His quæ vi, metusve cauſa geſta ſunt 688
His, qui hominem illicite, aut ſine cauſa ligaverint 840
His, qui in manu ſunt 591
His, qui in poteſtate ſunt 577
His, qui ſui juris ſunt 577
Homicidiis 828

I.

Incendiariis 499. 775
Inceſtis Nuptiis 755
In Jure Ceſſione 85
Injuriis 438. 679. vel cædibus admiſſis 830
In jus vocando 221
Inofficioſi Querela 394
Inofficioſo Teſtamento 690
Inquirendis animalibus, & rebus 835
In rem verſo 277
Inſitoribus 276
Inſtitutione heredum 345
Inſtrumentis 715
Integri Reſtitutione 733
Interdictis 453
Interpellationibus, & Appellatione 846
Inteſtatorum Hereditatibus 130. Succeſſione 406
Judicato 246
Judiciis omnibus 244
Jure Codicillorum 354
Jure & Sævitia Dominorum 748
Jure Fiſci 710. & Populi 475
Jurejurando 697. 718
Jure Naturali, Gentium, & Civili 1. Perſonarum 28. Poſtliminii 851

L.

Latinis 573
Latronibus 843
Legationibus 217
Legatis 114. 354. 649
Lege Commiſſoria 282. Cornelia 404. Fabiana 339. Falcidia 121. Julia Peculatus 524
Legibus, & Moribus 560
Legitima Succeſſione 789
Legitimis Heredibus 665
Liberali Cauſa 430. vel de Operis Libertorum 852
Liberis agnoſcendis 319
Libertatibus 829. Servorum 4
Libertis 563

Digitized by G

Libertorum Succeſſionibus, vel Bonis 670
Locato & Conducto 298
Luctuoſis Hereditatibus 834

M.

Maleficis, & Manichæis 701
Mandatis 289
Manumiſſionibus 422
Mathematicis, & Manichæis 784
Matrimoniis 52
Meritis Appellationum 536
Minoribus XXV. annorum 237
Mortis cauſa Donationibus 380
Mulieribus ad ſecundas aut tertias nuptias tranſeuntibus 838. quæ ſe ſervis alienis junxerint, vel ad S. C. Claudianum 305
Muneribus, & Honoribus 216

N.

Negotiis Geſtis 225
Ne quis in ſua cauſa judicet 852
Novationibus 467
Numero Servorum teſtamento manumittendorum 24
Nuptiis 299. 699. 717

O.

Objectione criminum, vel Increpationibus 831
Obligationibus 144. 464
Operis Libertorum 335. 702

P.

Pactis, & Conventionibus 218. & Transactionibus 685. 711. 850
Pactis inter Virum & Uxorem 310. 810
Patria Poteſtate 704
Patris vel matris Donatione, & Munificentia Dominorum 827
Pecunia conſtituta 269
Petitione Hereditatis 692
Pignoribus 272. 718
Plagiariis 781
Plus petendo 240
Pœna legis Juliæ 608
Pœnis Militum 528
Poſſeſſionibus dandis 671
Poſt provocationem quid obſervandum ſit 535
Poſtulando 683
Potioribus nominandis 324
Præſcriptione temporum 845
Procuratoribus 223
Pro Socio 290
Puellis, vel Mulieribus Sponſatis 843

Q.

Quæſtionibus habendis 486
Quando appellandum ſit 529
Quemadmodum actiones per inficiationem duplicentur 285
Quemadmodum Filii ſui juris efficiuntur 316
Quemadmodum Heres inſtitui debeat 633
Quemadmodum Teſtamenta rumpuntur 646
Quibus modis filii exeant de poteſtate patris 46 tollatur obligatio 176
Quibus modis res judicata non noceat 703
Qui habeant jus antiquum in caducis 617
Qui Heredes inſtitui poſſunt 633
Qui in poteſtate mancipioque ſunt, quemadmodum eo jure liberentur 591
Qui potiores nominare non poſſint 324
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur 696

R.

Raptu Virginum & Viduarum 838
Rebus 69 agnitis 846. auctoritate judicis poſſidendis 453. Creditis, & Jujurando 267
Reddendis cauſis appellationum 534
Rei Vindicatione 692
Reis Inſtitutis 231
Repudianda Hereditate 393

S.

Sacramentis 842
Sacrilegis 499
Satisdando 241
Seditioſis 503
Senatusconſulto Macedoniano 278. Pegaſiano 391. Silaniano 350. Trebelliano 390
Sepulcris, & Lugendis 261
Servitutibus 255
Servorum Quæſtionibus 490
Si adverſus donationes ſponſæ factas quis reſtitui velit 688. alterius nomine res empta erit 693. amiſſis, vel creditori redditis in ſtru-

Digitized by Google

ſtrumentis debitum petatur 698. Certum petatur 691. debito perſoluto inſtrumentum apud debitorem remanſerit 698. hereditas, vel quid aliud petatur 250. major fuerit probatus 690. Minor ab hereditate ſe abſtineat 689. Quadrupes pauperiem fecerit 252. quis caballis oſſum, aut ſcandulam ligaverit 844
Sicariis, & Homicidis, caſu vel voluntate 727
Sine cenſu, vel reliquis comparari nihil poſſe 851
Solidi capacitate inter virum & uxorem 611
Sollicitationibus, & Furtis 829
Sponſoribus 704
Statuliberis 570
Stipulationibus 467
Stupratoribus 752
Subſtitutionibus, & ſecundis tabulis 108
Succeſſionibus 715. diverſis 833
Superventoribus 839

T.

Terminia mota 788
Terminis transgreſſis, vel evulſis 850
Teſtamentis 91. 339. 627. 715. 853
Teſtibus 487
Tutelis 61. 594. minorum 847

V.

Vacatione, & Excuſatione munerum 216
Vaticinatoribus, & Mathematicis 501
Vbi agi debeat 714
Venditione 847
Via publica 254
Viceſima 400
Violentiis 832
Vſucapione 433
Vſucapionibus 86
Vſuris 287
Vt in poſſeſſionem legatorum, vel fideicommiſſorum ſervandorum cauſa eſſe liceat 383. nemo potentiorum nomina inlicite prætendat, aut titulos prædiis ſuis adfigat 852

Digitized by Google

EX

CAJI INSTITVTIONVM LIBRIS IV.

Quae ſuperſunt,

Hoc eſt,

CAJI INSTITVTIONVM,

Sive potius

EPITOMES INSTITVTIONVM,

LIBRI II.

Adjectis genuinis Caji Fragmentis undique collectis,

Cum Commentario HIERONYMI ALEANDRI

Junioris,

& JACOBI OISELII Notis,

Quibus ſuas addidit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI EUSEBII HIERONYMI STRIDONENSIS

OPERA OMNIA

EPISTULAE

CXII INCIPIUNT

HIERONYMI ALEANDRI
PRAEFATIO
AD STVDIOSOS ADOLESCENTES.

SExtus jam agitur annus, ex quo ego Patavium veni puer adhuc, & vix signans *primæ lanuginis malas*, ut juri Civili operam darem, quum (ut verum fatear) quasi in alterum terrarum orbem delatus mihi videbar: ita se mihi e molli Musarum sinu erepto nova omnia, & dura offerebant. Ac sane libellus Institutionum Justiniani unicuique per se facilis, qui in bonis auctoribus evolvendis aliquot dies consumserit, salebrosus mirum in modum videbatur, ac nullam aliam ob caussam, quam propter multiloqua indoctorum Doctorum commentaria; (neque enim quæ optima essent, adhuc quisquam patefecerat.) Quod quum ego tunc temporis non intelligerem, putabam me rudi nimis ingenio natum, ac ita paulatim studiorum meorum spe destituebar. Demum jam fere elapso hoc in errore triennio, nobulam mihi bonus genius dissolvit, ut statim perspicerem, eum Romanam Jurisprudentiam posse callere, qui Romanos mores, & instituta teneret. quamobrem pauculos menses in veterum auctorum, quos potui, ac novorum quoque, qui ista hæc docerent, lectione impendi; at id quidem raptim, & currente oculo, ne quemadmodum olim Phrygibus, posæa mihi objiceretur, ut fero saperem. Sequutus itaque docti viri præceptum multa legi, multa scripsi, non tamen ex magistrorum auditorio, sed ex iis, quæ meo Marte observaveram, desunta. perraro enim publica gymnasia introibam: neque tamen me latebat, quod Cicero quadam epistola ad Trebatium scribit, jus civile non tam ex libris, quanquam plurimi sint, cognosci posse, quam doctorem etiam desiderare; sed accidit mihi infeliciter, ut parum ex doctorum voce addiscerem. Neque velim tamen aliquis existimet, non propterea eos optimos esse Jurisconsultos, me judicasse. Sed probe noveram, id illos sectari institutum, quod adolescentibus probaretur, ne, si aliter facerent, soli in scholis relinquerentur, ut quandoque prudentioribus quoque cum insipientium turba degentibus similes se iis ostendere sit necesse. Quis enim nescit, quam multi hodie juvenes Patavium accedant lactentibus adhuc labris, & vix e Grammatices uberibus evulsi? qui regulas quasdam, & περίμετρα edisscentes, triduo in corona doctorum virorum audent Jurisconsultos profiteri? atque hanc sibi solidam putant doctrinam, quæ cavillationibus constet? quibus quid magis contrarium juri, quod esse dicimus artem boni, & æqui? Horum ego turbidas turbas semper aufugi, eosque mihi selegi socios, qui optimis essent moribus, & recto judicio, quibuscum & studia, & curas partiri consuevi. Quumque iisdem mea scripta communicassem, (quæ nec pauca profecto sunt, si tres illi anni spectentur, quos male contriveram) coëgerunt, ut, antequam Patavio discederem, aliquid in lucem emitterem, tum ut parentibus meis, & cognatis ostenderem, non omnino me oleum, & operam perdidisse; tum ut sibi quoque rem gratam facerem, qui quia mediligant, scriptis etiam meis delectantur. Ajebant quoque, usui id vobis, humanissimi adolescentes, & delectationi futurum: quod si ita erit, gloriabor sane, operam me non lusisse. Hunc igitur ad Caji Institutiones Commentarium ad veterem juris disciplinam adcommodatum, sed qui nec unquam negligat, accipite, & probate, non ut ego quidem moneor, sed ut amicorum meorum, qui hunc vobis inter cæteras meas lucubratiuncula donandum elegerunt, judicium probetis. Licet enim quandoque ab Aretinis, a Porciis, a Bartolis abstinere; imo & conducit: nam adfirmo vobis, (usurpabo autem verba diserti scriptoris) *Qui inter ista hæc tantum nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant.* Id & quidam ex Italis nostris, & plures ex Transalpinis videre, tentantes pristino

ſtino nitori Jurisprudentiam donare: ac magna quidem ex parte fecerunt. Reliquum modo a vobis ſperatur; quibus ſi ſtudium quoque meum probatum iri cognoſcam, cognoſcam etiam calcar additum currenti equo. Hæc ſcripſi, hæc edidi adoleſcentibus adoleſcens, ſcholaſticus ſcholaſticis, non iſtis ſeveræ frontis, & gravis ſupercilii. qui ſi tamen hiſce minutis manus admoverint, ſciant ſe cum pueris ludere, ac veluti ſapientiſſimus Socrates filiolis obſequens, *equitare in arundine longa.*

De Cajo.

Cajus clariſſimus Jurisconſultus quis fuerit, quoque tempore floruerit, alii alia tradidere, longeque a ſcopo aberrarunt. Quidam enim Flavium illum Appii cæci ſcribam putarunt, cujus mentio eſt in *l. 2. de Orig. jur.* & apud Livium *lib. IX. in fin.* & alios: quidam C. Livium Druſum, quem nominat Cicero *lib. V. Tuſcul.* & Celſus in *l. 38. de act. emt.* Quidam ex Servii auditoribus exiſtimarunt, quod & Bernardinus Rutilius videtur ſenſiſſe: propterea quod Cajus nominetur inter Servii auditores in *l. 2. D. de orig. jur.* quo tamen in loco vox illa *Cajus* delenda eſt, ut recte animadvertit Cujacius, alioquin non decem, ut eſſe dicuntur a Pomponio, ſed undecim forent. Alii Cajum Caſſium credidere, a quo Caſſianorum familia deſcendit, quorum opiniones refelluntur ab Ant. Auguſtino *lib. I. Emend. cap. 5.* Atque hi quemadmodum antiquiorem fecerunt, ita alii juniorem, quam par erat, ac poſtremis temporibus natum exiſtimarunt: quippe qui arbitrati ſint, eum Caracallæ tempeſtate vixiſſe, nonnulli Theodoſio, aut Arcadio imperante, decepti Epitome Inſtitutionum, quam exponendam ſuſcepimus. Alii ridiculе etiam Juſtiniani temporibus, quia eum quodam loco ſuum appellet, quæ omnia falſa eſſe patebunt ex ipſiusmet Caji teſtimonio: nam ipſum vixiſſe ſub Marco Aurelio Antonino Philoſopho liquet ex *leg. 9. D. ad S. C. Tertullianum*, ubi Cajus ſcribens ad Senatusconſultum Orficianum ita ait: *Sacratiſſimi Principis noſtri oratione cavetur, ut matris inteſtatæ hereditas ad liberos, tametſi in aliena poteſtate erunt, pertineat.* Nam his verbis denotari M. Aurelium, vel ex Juſtiniano patet, qui *in princ. Inſtit. de S. C. Orfic.* inquit: *Liberi ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex S. C. Orficiano, quod Orficio, & Rufo Coſſ. effectum eſt Divi Marci temporibus*, qui fuit annus Chriſti Domini noſtri CLXXIX. ab urbe condita CMXXX. quum & Commodus imperabat adſcitus in partem Imperii ab Aurelio anno præcedenti: itaque non tam M. Aurelii, quam utriusque orationem ſequutum eſſe Senatusconſultum Orficianum tradit Ulpianus *in frag. Reg. tit. 26.* Hinc ergo colligere licet, vixiſſe Cajum tempore M. Aurelii, quem ſubindicat *in l. 73. D. de lega. 1.* Nam quod cenſuit Cujacius *in poſteriorib. notis ad Inſtit. Juſtin.* eum fuiſſe Hadriani, ſive Antonini Pii temporibus, non invitus quidem admiſerim, dummodo non floruiſſe eum iis temporibus, nec tanquam Juriſconſultum fuiſſe cognitum concedatur. quod enim inquit *l. 42. de Donat. int. vir. & uxo. Neque ex indulgentia principis Antonini, &c.* ſane & Aurelium poteſt intelligere, qui Antoninus quoque dicebatur. Sed & ipſe potius credam, Antoninum Pium indicari, quem tamen jam ante obiiſſe, quam hæc ſcriberet Cajus, facile credendum eſt, quia *Principis noſtri* dixiſſet, ut de Aurelio fecit. Sic etiam Imperatorem Antoninum nominat in *l. 11. D. de jurisd. om. jud.* abeque noſtri appellatione, demum id apertiſſimum eſt, quia in cæteris omnibus locis hunc Antoninum appellat Divum, ut in *l. 1. D. de ju. perſ. l. 56. de lega. ii. l. 96. de lega. iii l. 90. de cond. & demo. l. 43. §. reſcripto, ad S. C. Trebell.* quod nomen Imperatoribus tantum vita functis competebat, utique poſtquam Senatus (ut impia ſuperſtitio ferebat) inter Divos retuliſſet. Adoleſcentulus igitur, aut etiam puer temporibus Antonini Cajus fuerat, ſicut & Hadriani, quod demonſtrat in *l. 7. D. de reb. dub.* quum ait: *Et noſtra quidem*

a) *Adoleſcentulus igitur, aut etiam puer &c.*] Cum Cajus rem narrans, quæ accidit imperante Hadriano, dicit, illam evenisse ſua ætate, *l. 7. pr. D. de reb. dub.* quamvis ponas, id factum eſſe extremis Hadriani temporibus, tamen quia Antoninus Pius per annos duos ac viginti & aliquot menſes imperio præfuit, neceſſe eſt, ut eo hoc adhuc vivo provectioris fuerit ætatis. SCHULTING.

dem ætate Serapias Alexandrina mulier ad Divum Hadrianum perducta est, &c. ſic & Divum Hadrianum nominat in *l. 26. D. de fide jussoribus, & mian.* Quam vero celebris fuerit Jurisconſultus, ejus ſcripta produnt, quæ multa quidem confecit: hæcque potiſſimum recenſentur. Ad edictum provinciale libri duo & triginta. Ad leges libri quindecim. Ad edictum urbicum libri duodecim, qui ſoli tempore Juſtiniani reperti ſunt, plures enim ſcripſerat. Aureorum, ſeu Rerum quotidianarum libri ſeptem. Ad leges duodecim tabularum libri ſex. De verborum obligationibus libri tres. De manumiſſionibus libri tres. Fideicommiſſorum libri duo, De caſibus liber ſingularis. Regularum liber ſingularis. Dotalitiorum liber ſingularis. Ad formulam Hypothecariam liber ſingularis. Ad edictum ædilium Curulium libri duo. De tacitis fideicommiſſis liber ſingularis. Ad Senatusconſultum Tertullianum liber ſingularis. Ad Senatusconſultum Orficianum liber ſingularis. Ad legem Glitiam liber ſingularis. Regularum libri tres. [a] de Origine vocabulorum liber ſingularis. Inſtitutionum libri tres, quorum fragmenta nos collegimus, & interpretamur. Caji magna erat auctoritas, ut ejus volumina publice prælegerentur, ut tradit Juſtinianus Conſtitutione *Omnem*, quæ Digeſta præcedit. Ejusdem quoque ſcripta ab Impp. Theodoſio, & Valentiniano confirmata ſunt, ut jus haberent auctoritatem, *l. un. C. Theo. de reſp. prud.* Et ejus [b] libri Grammaticis, & aliis doctis viris familiares erant. Itaque citatur a Boëtio non ſemel in *Comment. Topic. Cicer.* [c] ab Agellio *lib. II. cap. 17.* a Priſciano *lib. VI.* a Diomede *lib. I. cap. 4.* a Servio *lib. III. Georg.* a Papiano, novitio Jurisconſulto, in Reſponſis *tit. 5.*

De Nomine Caji.

Mirum profecto videri poteſt, celeberrimum hunc Jurisconſultum ſolo tantum prænomine notum eſſe: ut nec nomen ejus, nec cognomen ullum exſtet: quum tamen antiquitus etiam viliſſimi homines ſua nomina haberent, & cognomina. Quin unusquisque nomine potius, aut cognomine appellabatur, quam prænomine. Itaque C. Julius Cæſar, aut Julius, aut Cæſar vocatur, non Cajus. Sic M. Tullius Cicero, Tullius magis, aut Cicero dicitur, quam Marcus. Sunt, qui putarint, eum ex Caſſiorum familia fuiſſe, ſed nulla fulti ratione. Sunt, qui exiſtiment, dictum fuiſſe Cajum Lælium, quia quæ Cajus refert in *l. 7. de reb. dub.* ea Paulus *l. 3. D. ſi pars hered. pet.* Lælium ſcripſiſſe adfirmat. Verum nihil obſtat, quominus & Lælius, & Cajus hiſtoriam eandem recenſuerint, quum præſertim Lælium id vidiſſe appareat, at Cajus magis narret tanquam ab alio acceptum. Nominatur etiam idem Lælius Jurisconſultus ab eodem Paulo in *l. 43. D. de Petit. hered.* Eſtque ſine dubio Lælius Felix, cujus fragmenta quædam ſunt apud Agellium *lib. XV. cap. 27.* Scripſerunt alii, Cajum cognominatum fuiſſe Noſtrum, propterea quod ita appellatur a Pomponio in *l. pen. de ſtip. ſerv.* item a Juſtiniano in *Proœmio Digeſtorum*, in *Proœm. Inſtitutionum*, & in *§. item lex Cornelia, Inſt. de Pub. Jud.* quod non ita facile admittendum arbitror: potuit enim illum Pomponius eo modo appellare in benevolentiæ, & amicitiæ ſignificationem, quia eodem tempore vixit. At Juſtinianus ſic nominat, quia eo plurimum eſt uſus, ut & ipſe fatetur. Sic Paulus, & Tryphoninus dicere ſolent, Scævola noſter, quia hoc auctore ſæpius utuntur, quod & Cujacius notavit. Quamquam non deſint, qui dicant, ideo a Juſtiniano Noſtrum appellatum, quia is Cajus fuerit Chriſtianus, quum tamen a nemine hoc eiſci poſſit, ut hi ſe magis divinatores, quam hiſtoricos demonſtrent. Sane & Caligulam Imperatorem nominatum tantummodo Cajum ex Suetonio, & aliis apparet. Et

quin-

a) *De Origine vocabulorum liber ſingularis*] Non Cajus, ſed Gabius Baſſus, In libro de origine verborum & vocabulorum, laudatur a Gellio *Noct. Attican. lib. III. cap. ult.* qui ejusdem libros de origine vocabulorum citat *lib. V. cap. 7.* ac libri tertii meminit *lib. II. cap. 4.* & ſeptimi *lib. XI. cap. 17.* Baſſus hic ergo eſt Aleander cum Scip. Gentile & Guid. Pancirolo, dum hoc opus Cajo adſcripſere. Et hos duos notat V. C. Ægid. Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap. ult.* SCHULTING.

b) *Libri*] Hoc de inſtitutionum libris liquidum, non item de aliis.

c) *Agellio*] Gellius illic non laudat Cajum, ſed Gavium Baſſum.

quatuordecim Martyres Cajos duntaxat vocitatos piè docent historiæ, præsertim Romanum Martyrologium: at optimi illi Christiani unico tantum nomine ut plurimum contenti erant. Cæterum Caji nomen Romanis perquam celebre fuit, ut & significat nuptialis illa formula, *Ubi tu Cajus, ego Caja.* & hilaris erat appellatio, nam *Caji dicti a gaudio parentum*, ait C. Titius Probus, qui libellum conscripsit de Nominibus, Prænom. &c. qui etiam Valerio Maximo adscribitur. Itaque nunc Hetrusci vernaculo idiomate jucundas, lætasque res Gajas quandoque vocant, quo vocabulo Dantes, Boccatius, Petrarca, & cæteri usi sunt. Quamobrem neque absurde quisquam existimarit, non tantum prænomine, sed & cognomine aliquem appellari Cajum. Sicut & Cajus dictus est servus in *l. 9. C. de oper. liber.* nam is a L. Titio manumissus, L. Titius Cajus vocatus esset, sumebant enim patronorum nomina nomine suo in cognomen mutato, qua de re non nihil Agellius *lib. IV. ad fin. cap. 20.* Quamvis autem in Florentinis Pandectis scribatur perpetuo Gajus, non Cajus, nos tamen edocti Romanæ scriptionis usum, vitiosum id existimavimus. Nam etsi multa prius scriberent C littera, quæ sono G pronunciarent, demumque eadem etiam hac posteriore littera scribere cœpissent, auctore Varrone, & Festo, aliisque, postquam eam Carbilius Spurius invenit, ut ait Plutarchus *Problem. LIV.* tamen prior illa littera in Cajo, & Cneo remansit, qua de re idoneum dabo fidejussorem Quintilianum, qui *lib. I. cap. 7.* sic ait: *Quid quæ scribunt aliter quam enunciant? nam & Gajus C littera notant, quæ inversa & mulierem declarat, quia tam Cajas esse vocitatas, quam Cajos etiam ex nuptialibus sacris apparet, nec Gneus eam litteram in prænominis nota accipit, qua sonat.* Denique in marmoribus semper CAJVS insculptus est, non GAJVS.

De Institutionibus Caji.

Quanquam Justinianus in Oratione ad Antecessores scribat, Institutiones suas ex omni pene veterum Institutionum corpore confectas esse, tamen in Proœmio Institutionum fatetur, illud opus præcipue ex Caji Institutionibus esse compositum. Ac sane libellus Justiniani cum hisce Caji fragmentis & Epitome collatus ostendet, quam totus fere ex iis transscriptus sit. ex quo præstantia Caji comprobatur, & ejus Institutionum, quæ quidem ejus ponderis, & auctoritatis erant, ut ab Antecessoribus publice discipulis explicarentur, prætermissis aliis aliorum Jurisconsultorum, ut patet ex eadem Oratione, seu Epistola, quæ Pandectas præcedit. Constabant vero hæ Institutiones ex a) tribus libris, quorum primus personas, eorumque statum continebat, secundus Res complectebatur, earumque adquisitiones, & dominia; tertio differebatur de Obligationibus. quod apparet ex inscriptione *l. 2. de Oblig. & act.* cui fides magis est adhibenda, quam auctori Epitomes, qui duos tantum libros facit, quoniam is etiam plura capita confundit, quæ nos segreganus, & causam in Commentario patefacimus. Ac demum satius est existimare, ordinem, quem diximus, a Cajo observari. Index certe Jurisconsultorum, qui Pandectas Florentinas antecit, quatuor fuisse libros denotat: sic enim characteribus partim Græcis, partim Latinis scriptum habet: INSTITVTON BIBLIA TECCARA. quod an probandum sit, nescio, certe qui Epitomen confecit, post obligationum tractatum nihil addit, non omissurus forte si quid ulterius fuisset. Ego sane auctoritati illius Indicis non multum defero, neque puto a Pandectarum compilatoribus fuisse conscriptum, quia & alia errata continet, & plures in eo desunt Jurisconsultorum libri, qui in Digesta sunt relati, in quibus neque minimum quidem hujus quarti libri fragmentum exstat. facile autem homini error manare potuit ex Justiniani Institutionibus, quæ in quatuor libros sunt distinctæ. Quæ vero fragmenta ex hisce tribus Caji supererant, omnia collegimus, & eo ordine inter Epitomen disposuimus, qui aptior visus est.

De

a) *Tribus*] Imo quatuor. Dixi hac de re in Præfatione.

PRAEFATIO.

De Epitome Inſtitutionum Caji, ejusque Auctore.

Multis negotium faceſſere viſa eſt Epitome illa, quæ titulum Inſtitutionum Caji præferebat. Quidam enim putarunt, vere eſſe Inſtitutiones Caji, ac propterea in non paucos errores inciderunt, dum multa dixiſſe Cajum adfirmarunt, quæ nec per ſomnium quidem dicere potuerat, ut omittamus Latinitatem illam parum latinam. Alii hoc perſpicientes non Caji hoc opus, ſed alterius absque nomine eſſe credidere, erroreque librariorum factum, ut Caji nomen in fronte gereret. Nonnulli quoque Caji quidem hoc eſſe opus, at non illius Caji celebris Jurisconſulti, ſed alterius ejusdem nominis, qui Theodoſii ætate, aut etiam paulo ante Juſtinianum vixerit. ſolentque appellare Cajum Juniorem. Hique omnes toto (ut dicitur) cælo aberrarunt. At illi recte cenſuere, qui dixerunt, & eſſe Caji, & non eſſe: hoc eſt, eſſe quidem Inſtitutiones Caji, ſed in compendio redactas ab Aniano, Conſiliario Alarici Regis Wiſigothorum, quibusdam detractis, & immutatis: quæ ſententia præcipue fuit clariſſimi viri, Jacobi Cujacii *in præfatione ad Codicem Theodoſianum.* Id veriſſimum eſſe, clare conſtabit ex multis argumentis, quæ Commentarium hunc meum legentibus occurrent. Opere pretium autem erit, quo tempore id Anianus fecerit, diſcutere. Alaricus Wiſigothorum Rex nonus ab illo Alarico, qui Italiam ingreſſus eſt, Toloſæ regnabat, ut videre eſt apud Jornandem *de Rebus Geticis cap. 47.* ſucceſſerat autem Eurico patri, quod quo fuerit anno, declarat Iſidorus *in Chron. Goth.* ſic ſcribens: *Era Ioxxii. anno XI. Zenonis Imperatoris, Eurico mortuo Alaricus filius ejus apud Toloſenſem urbem Princeps Gothorum efficitur, eosque rexit annis viginti tribus.* Fuit autem is annus Chriſti * ccccLxxxiii. Quum igitur Alaricus, & Gothos ſubditos haberet, & Romanos, ac Gothi moribus, & conſuetudine potius uterentur, Romani legibus Romanis, tentavit paulatim & Romanos trahere ad Gothorum inſtituta. Itaque quum pater ejus Euricus Gothis etiam leges ſcriptas dare cœpiſſet, de quo hæc Iſidor. *Sub hoc Rege Gothi legum inſtituta ſcriptis habere cœperunt. nam antea tantum moribus, & conſuetudine tenebantur:* Alaricus negotium mandavit Aniano, viro ſpectabili, ut ex omni Romana Jurisprudentia quædam decerperet, ſuasque interpretationes adderet, quæ a Gothorum inſtitutis non omnino abhorrerent: quod ille anno viceſimo ſecundo regni Alarici, Chriſti vero ** Io IV. exſequutus eſt; conjecitque in unum volumen Codicem Theodoſianum, Codicem Hermogenianum, & Gregorianum, Pauli receptas Sententias, Caji Inſtitutiones, & alia Jurisconſultorum, & Imperatorum reſponſa, & placita, ſed ut ei libitum, detruncata, & falſis expoſitionibus deturpata. quæ omnia apparent tum ex Commonitorio Alarici Codici Theodoſiano præfixo, tum ex interpretatione ejusdem Aniani *ad l. un. C. Theod. Reſpon. Pruden.* Tam vero Aniani Gloſſæ, quam leges ipſæ juris habebant auctoritatem, quod vel ex hoc apparet, quia Gratianus canonum collector *2. quæſt. 6.* Theodoſianas leges (ut ipſe ait) adducens, caput *22. c. 25. & 26.* ſcribit ex Aniani interpretationibus *ad Pauli Sentent. lib. V. tit 35. & 36.* omiſſis Pauli verbis. Neque vero ea res Gothos fefellit, nam eo tandem ventum eſt, ut Rex Chindaſwindus prohibuerit amplius uti Romanis legibus; quod habetur in legib. Wiſigothor. *lib. II. tit. 1. cap. 9.* Cæterum Inſtitutiones Caji peſſimis modis ab Aniano acceptæ ſunt: nam quum eas per omnium manus verſari perſpiceret, non, ut in cæteris, contextui adjunxit interpretationes, ſed confecto ex iis breviario adulterinum ſuppoſuit partum, hocque commento hominibus impoſuit, ut crederent, id Cajum ſcripſiſſe, quod ipſe aut ex novo jure, aut ex ſuo capite confinxerat. Atque hoc illud eſt, quod nos pluribus in locis Commentarii noſtri patefecimus. Diviſimus autem hanc Epitomen in plura capita, aliter ac Anianus fecerat, notato tamen ad oram paginæ ordine veterum editionum.

* CCCCLXXXIII.] Potius CCCCLXXXV. ** Io IV.] Rectius Iovi.

JACO-

JACOBI GISELII J. C.

PROLEGOMENA AD LECTOREM,

In quibus de Auctore, & nova hac ejus Editione differitur.

Si indies operam navant, quo Rempublicam Literariam, cui nomen dedere, laboribus, & vigiliis magis magisque excultam & exornatam reddant, iis plerumque in more positum est, cum hujusmodi aliquid moliuntur, Lectorem in operis ingressu paucis alloqui, eumque de instituti sui ratione admonere, qua tanto instructior postea ad operis lectionem accedere possit. Idem nunc mihi, Lector humanissime, faciendum existimavi. Ab ipsomet enim temporis momento, quo Literarium amore flagrare coperim, omnem semper meam eo intendi diligentiam, ut aliquando ex privatis meis studiis in Reipublicæ Literariæ utilitatem & commodum aliquid emergere posset, & quo alii naturæ doribus profuse instructi, mentis ac ingenii acie facillime penetrarent, ibi ego indefesso labore & industria mihi viam sternerem, atque ita saltem naturæ defectum compensarem. Cujus rei dubito tamen an hoc, quod in præsens publici juris facimus, specimen esse possit. Exhibetur equidem hic tibi, Lector, Caji, magni olim nominis & auctoritatis Jurisconsulti, quicquid nobis ex Institutionum libris, tanquam tabulæ ex naufragio servatæ, supersit. Sed avulsæ sunt hæ reliquiæ a reliquo corpore, quo primum in animum induxeram omnia veterum Prudentum fragmenta, quæ extra Pandectarum collectionem ad nos pervenere, simul junctæ includere, eaque in unum volumen conjecta ac notis perpetuis illustratæ, publico bono exponere. Verum quo minus istud hoc tempore præstare potuerim, alia subinde oborta, nec antea prævisa, occupationes in causa fuere. Placuit tamen quæ ad Cajum inchoaveram ad finem perducere, ut in eo saltem periculum facerem, atque ediscerem, quo animo mihi ad cætera cum otio absolvenda pergendum esset. Sed alia & majoris paullo momenti hic dicenda veniunt. Nam statim in operis frontispicio non potest non in omnium oculos incurrere alia, & ab ea, quæ vulgo circumferri soleat, diversa horum librorum partitio, & distributio. Pro duobus enim Caji Institutionum libris, ut vulgaris habet partitio, quatuor hic damus, sive potius, quæ ex quatuor Caji Institutionum libris fragmenta nobis supersunt. Tot enim Institutionum libros Cajum scripsisse disertim testatur Index Auctorum, quorum verba in Digestorum Corpore Justinianus legum auctoritatem haberè voluit, Pandectis Florentinis præfixus. Cui & ipse Sacratissimus Imperator in suis Institutionum libris, ad Cajanarum exemplum suo jussu compositis, suffragatur. Ut nihil dicam de fragmentis illis, quæ ex tertio Institutionum libro Caji in Pandectis, & apud Pariatorem Legum Mosaicarum & Romanarum reperiuntur. Unde luce meridiana clarius est vulgarem Cajanarum Institutionum partitionem nihil minus, quam Caji manum sapere. Et jam inter omnes Eruditos convenit Institutiones illas, quæ vulgo Caji nomine circumferuntur, ab Aniano, Alarici Gothorum Regis Consiliario, quemadmodum Cujacio appellatur, ex veris Caji Institutionibus compilatas, & in suorum temporum usum deformatas esse. Cujus rei indicia omni exceptione majora non semel in libris istis occurrunt, quæ

quæ & a nobis in notis noſtris ubique, quod ſciam, indicantur. Nam, ut rem paullo altius repetamus, cum Germanicæ nationis populi, eoſque inter præſertim Gothi, Franci, Saxones, Vandali, excuſſo Romanorum jugo, quo ab aliquot retro annis preſſi fuerant, non ſolum in priſtinam libertatem ſeſe, & regiones ſuas vindicaſſent, ſed & finibus ſuis egreſſi, Italiam ipſam, Romanaſque Provincias armis invaſiſſent, ac ſub poteſtatem ſuam redegiſſent, populis etiam ſubactis & devictis, uti victorum mos eſt, leges novas, & longe a recepto apud eos Jure diverſas præſcribebant. Unde natæ leges Viſigotharum, Salicarum, Burgundionum, aliæque, quas videre eſt in Codice Legum Antiquarum a Lindenbrogio publicato. Quas tamen leges ut reciperent devictæ gentes magis ipſis moleſtum & arduum, quam ipſorum dominantium imperium. Quo animadverſo Victores ad debellatorum magis ſibi gratiam conciliandam, hanc erga ipſos humanitatem exercuere, ut unicuique, præſertim Romanis, liberum permitterent, qua lege, & nominatim Romana, vivere vellent. Quemadmodum hoc conſtare poteſt ex tit. 60. Legum Burgundionum, ex tit. 43. Legum Salicarum, item ex tit. 57. lib. II. Legum Longobardorum. Hinc eſt, quod in Gallia Narbonenſi, ſub Regibus Viſigotharum Vetus Juriſprudentia Romana, una cum Codice Theodoſiano, aque ac Viſigotharum leges, obtineret. Quem in finem quoque Alaricus Gotharum Rex per Anianum, Virum, ut credibile, tum temporis ſpectabilem, Corpus quoddam Juris ex Codd. Theodoſiano, Gregoriano, Hermogeniano, ex Cajo itidem noſtro, Ulpiano, & Paulo, Juriſconſultis ſummis, concinnari voluit. Aniamus itaque Regis ſui juſſu, nonnullis in ſuorum temporum uſum ex veterum Prudentum ſcriptis, Principumque Conſtitutionibus, congeſtis & compilatis, adjectis inſuper etiam quibuſdam ex jure Gothico ut plurimum petitis Interpretationibus, Corpus quoddam Juris Romano-Gothicum, ut ita dicam, formavit. In hoc Corpore Caji noſtri Inſtitutionum libri maximam partem enervati, & e quatuor, quot a Cajo conſcripti fuerant, duo tantum effecti comparebant. Comparebant itidem ibi Excerpta quædam, viginti novem Titulis diſtincta, ex Ulpiani Regularum libro. In hunc quoque ordinem coacti erant Pauli Sententiarum libri quinque, ac compendio exhibiti. Conſpiciebantur ſimiliter ibi ex Codicibus Gregoriano & Hermogeniano Principum Conſtitutiones decurtatæ. Sed principem quaſi locum in iſta collectione ſibi vindicabat Breviarium quoddam Codicis Theodoſiani; quod & hodie, quale ab Aniani manu profectum, integrum habemus. Et huic forte Compendio adſcribendum, quod poſteri negligentiores fuere in deſcribendo integro Codice Theodoſiano, Theodoſii Imperatoris auctoritate congeſto; cujus ſemper ſane quam pauciſſima MSS. exemplaria reperta fuere, neque ullum hactenus viſum, in quo integer Codex Theodoſianus haberetur. Ita ut Viri Doctiſſimi, qui omnem etiam lapidem movere, præter liberos undecim poſteriores, & hoc ætatis nostræ non niſi per gradus quoſdam & ex variis exemplaribus præſtitum, nihil eruere potuerint. Sed ad rem. Aniano, eo, quem diximus modo ex veterum Prudentum ſcriptis, & Principum Conſtitutionibus ab ipſo compilatis, ſuiſque adjectis Interpretationibus, formato Corpore quodam Juris Romano-Gothici, Alaricus Gotharum Rex iſti robur & auctoritatem addidit, quemadmodum ex Commonitorio ad Timotheum V. S. Comitem emiſſo, manifeſtum. Quod legum Corpus communi quaſi conſenſu receptum, tanta itium poſtea auctoritatis fuit, ut deinceps, vel Legis Romanæ, *vel* Legis Theodoſianæ, *vel etiam* Corporis Theodoſiani *nomine laudaretur. Cujus forte non abs re erit hic aliquot exhibere exempla. Ac primum quidem a* Legis Romanæ *nomine, ob crebriſſimam ejus allegationem, etiam Auctori Veterum Formularum ſecundum Legem Romanam nomen a Bignonio inditum. Paſſim enim hoc apud ipſum occurrit nomen.*

Sic

Sic tit. 20. Lex Romana, *inquit*, exposcit, ut quicumque uxoris suæ negotium fuerit persecutus, &c. *Quod petitum ab Aniano* ad Legem 4. Cod. Theodos. de cognitor. & procuratorib. *Sic quoque* tit. 22. Quicquid filiis, vel nepotibus de facultate patris cognoscitur ordinasse voluntatem ejus, in omnibus Lex Romana constringit adimplere. *Inuuit* leg. 1. Cod. Theodos. de famil. ercisc. *Item* tit. 24. Lex Romana constringit, ut qui tutores noluerint esse, &c. *Quod habes apud Anianum* ad legem 1. Cod. Theodos. Qui petant. *Et sexcentis similibus locis nomen istud apud veterem illum Formularum auctorem legere est. Similiter* Corporis Theodosiani *appellatione idem citat Formularum auctor*, tit. 11. Secundum sententiam illam, quæ data est ex Corpore Theodosiani libri quinti, dicentem, si quis infantem, &c. *Quod est ex Aniano* ad Legem 1. Cod. Theodos. de his qui sanguinol. empt. vel nutr. accep. *Denique sub* Legis Theodosianæ *nomine adducitur in Concilio Nannetensi*, canone 8. Ait enim Lex Theodosiana, nulla ratione fœminæ amplius, quam suas causas agendi habeant facultatem. *Quæ Aniani sunt in* Leg. 5. Cod. Theodos. De cognitor. & procurator. *Ivo quoque* Epistola 217. *ad Gaufridum Bellovacensem*: Et in legibus Theodosianis, si aliquis unam rem per legitimas scripturas duobus donaverit, uni prius, & alteri postea, &c. *Ex Aniano itidem ad Pauli* librum v. Sentent. tit. 11. de donationibus. *Nec non Gratianus* causa 2. quæst. 6. Vnde in Theodosianis Legibus sic statutum invenitur: Propter superfluam appellatorum licentiam, &c. *Similiter ex Aniano, ad ejusdem Pauli librorum* v. Sentent. tit. 33 de caut. & pœnis appellat. *Cæterum, cum Anianus in hac sua Juris Romani Collectione veterum Prudentum verba passim mutaverit, ut nonnunquam ea ad suorum temporum usum accommodaret, fieri aliter nequit, quin, non bene ubique mente auctorum percepta, sæpius impingeret. His inter non minimam Aniani manum expertus est Cajus noster. Nam, ut omittam, quod supra jam monui, cum ex quatuor Institutionum libris, duos tantummodo nobis exhibuisse, Caji contextus ab Aniano passim mutatus, transfixus, dispunctus, & in compendium redactus. Ita ut pro vero Cajo jam legamus Epitomen quandam Cajanarum Institutionum obstetricante Aniano natam. Quod etsi verissimum, non idcirco tamen existimandum omnem omnino Cajo dignitatem & elegantiam periisse; sed potius cum Magno Cujacio*, Præfatione ad Codicem Theodosianum, *Censeo* restare inter lateres Aniani male coctos adhuc lapillos quosdam, si quis non pigretur internoscere, e quibus, veluti e culmo fruges, & luculentius, si reliquias eas adjunxerit, quæ Pandectis insperſæ sunt: quæque Justiniani Institutionibus leguntur, quanti momenti, ponderis, artificii Caji Institutiones fuerint, æstimari possit. *Et sane, quod summi olim momenti, ponderis, artificii ha Caji Institutiones fuerint, etsi non aliunde nobis liqueret, non diutius tamen Justinianus, qui suos Institutionum libros ad Cajanarum, ut perfectissimum tum temporis exemplar, componi voluit, nos ignorare sineret. Omnino enim tenendum, nisi Cajus in suis Institutionibus omnia Juris Elementa magis succincte, docte, eleganter & nervose explicasset, ac cæteri, qui Juris Institutiones satis magna copia conscripsissent, Imperatorem nunquam Institutiones ejus, præ cæterorum Prudentum Institutionibus, in amore habuisse, aliisque omnibus præposuisse. Sed hæc Justiniani approbatio omnem dubitationem, si quam de earum dignitate & præstantia concipere possemus, protinus tollit. Quemadmodum vero olim Cajus noster Justinianearum Institutionum Compositoribus facem prætendit, vianque præmonstravit, quam inire deberent, cum in singulis suo loco, & ordine disponendis, tum in omnibus connectendis & bene distribuendis; sic nos vicissim nunc eadem Imperiales Institutiones, ut Cajum, quantum quidem ex his reliquiis potuit, sibimet restitueremus, duces fuere. * Ac primo pristinum Cajo librorum numerum red-*

* *primo pristinum &c.*] Nos hæc sequi noluimus. Rationem dedimus in Præfatione.

Digitized by Google

reddidimus, & cuicunque libro suam sibi materiam assignavimus. Sed cum hæc librorum divisio etiam aliam titulorum dispositionem & partitionem requireret, hanc quoque mutandam non dubitavimus. Titulos etiam nonnullos, quos Anianus sublegerat, postliminio quasi revocavimus. Sæpius enim Anianus res plane diversas, nec ulla affinitate inter se conjunctas, sub uno eodemque titulo collocaverat. Quod, ut de aliis nihil dicam, neminem fugere potest, qui modo inspexerit libri secundi vulgaris editionis tituhum ultimum. Ubi Anianus sub titulo, ut inscriptio habet, Quibus modis obligatio tollatur, *agit de obligationibus ex delicto; quo nihil absurdius fingi potest. Quid enim obligationibus ex delicto commune cum modis tollendarum obligationum, vel his cum illis? Idem de cæteris esto judicium. Quare & hac in parte Cajo subveniendum duximus, & quemadmodum Justinianus in libris dividendis, & suæ unicuique materiæ assignanda nobis opem tulisset, ita & in titulis & materiarum inscriptionibus ab eo mutuandis nobis præivit. Sic nati sunt nostræ Editionis libri I. tit. 1. tit. 2. tit. 3. & tit. 5. Sic libri II. tit. 4. & tit. 5. Sic libri IV. tit. 1. Neque ab æquis harum rerum æstimatoribus nimiæ nobis audaciæ notam inustam iri veremur; quod libros per tot annorum intervalla communi quasi consensu receptos, & sero approbatos, nova omnino, sed verius novantiqua facie conspiciendos præbeamus. Sed potius gratiam aliquam apud non ingratam posteritatem inire speramus, quod opella nostra Cajus saltem nitidiore quodammodo veste indutus, in publicum processerit. Nam uti Anianum omnem operam impendisse apparet, ut Cajus a semetipso vix agnosceretur, ita nos contra industriam nostram adhibuimus, ut Cajum Cajo redderemus, atque eum Hippolyti in morem antea discerptum & dilaceratum, mox Æsculapii quasi ope, reviviscentem in dias luminis protraheremus oras. Quod ut tanto melius procederet, utque Cajanarum Institutionum dignitas & elegantia omnibus magis conspicua redderetur, non solum omnes earum per Pandectas hinc inde dispersas reliquias collegimus, sed & quæcumque apud alios auctores, Boëtium puta, Priscianum, Legum Romanarum & Mosaicarum Collatorem, exstarent fragmenta, hic suo loco & ordine collocavimus. In illis vero digerendis potissimum hac observari placuit. Primum omnia illa fragmenta diverso typorum charactere describi curavimus ab istis, quæ ab Aniani manu supersunt; quo primo etiam oculorum intuitu cuivis liquere possit, quid ab Aniano profectum, quid vero ab aliis nobis servatum esset. Deinde loca & auctorum nomina, quorum beneficio ista debemus, ubique subjecimus: Postremo etiam hunc ordinem in istis fragmentis disponendis observavimus, ut quorum vestigia adhuc in Aniani exstarent Excerptis, ea juxta Aniani contextum distincta columna ponerentur, quo tanto facilius horum inter se invicem collatio a quovis institui posset, atque ita minori cum labore constare, quid ab Aniano mutatum, quid retentum, quid omissum. Cætera autem, quorum ne umbra quidem in Aniano appareret, ut suo loco, unde petita esse videbantur, inserentur, curavimus. In summa operam dedimus, ut quæcunque tandem ex Caji Institutionum libris undique exstarent, ea omnia conquisita hic & comprehensa, suoque ordine & loco dispositа exhiberemus. Videtur quidem Caji nostri mentionem fieri a Diomede* libro 1. *quo loci & ejus auctoritate, quanquam in re non magni momenti, utitur; sed incertum omnino, cum Diomedes librum non addiderit, & Cajus quamplurima conscripserit, unde istud petitum. Diomedis verba sunt:* Sunt quædam verba, quæ primam personam amittant, veluti ovas ovat, &c. Faris, fatur, raro for invenitur. Verum in compositione, ut apud Cajum reperimus, effor dictum. *Magis vero est, ut dicamus Servium ad Caji Institutiones respexisse, cum illud Virgilii* lib. III. Georgicor. Magno mutentur, *interpretetur*, ingenti pretio com-

parentur, *& continuo annectat:* Nam apud majores omne mercimonium in permutatione conſtabat: quod & Cajus Homerico confirmat exemplo. *Licet enim inter hodiernas Caii reliquias Homericum iſtud exemplum non reperiatur, quin tamen olim Cajus noſter, Sabini & Caſſii ſententiam referens, eo uſus fuerit, facile Juſtinianus in ſuis Inſtitutis nobis perſuadere poterit. Niſi forſan aliquis exiſtimet Servium loqui de Cajo Caſſio Longino, qui emptionem & venditionem antiquiſſimis temporibus rerum permutatione contractam fuiſſe dicebat, atque iſtud Homericis quibuſdam verſibus confirmare ſolebat. Nam & ſimpliciter ſub Caji nomine, ex Cujacii ſententia, indicatur Cajus Caſſius Longinus a Javoleno in lege* LIV. D de condit. & demonſtr. *ubi Commentariorum Caji mentio fit; quamquam aliter Pithœo videatur, qui per Commentaria iſta a Javoleno intelligi putet Caji noſtri Inſtitutiones; cum & eodem nomine a Boëtio in* lib. III. Topicorum Ciceronis *adducantur. Sane Servium ego potius Caji noſtri Inſtitutiones, cum iſta ſcriberet, in animo habuiſſe arbitrarer. Et jam pridem a Viris Doctiſſimis & in hac palæſtra probe exercitatis exploſa eſt illorum ſententia, qui Cajum noſtrum cum Cajo illo Caſſio Longino confundunt; cum hic Tiberii temporibus, noſter vero ſub Hadriano demum & Antonino Impp. floruerit. Sub Hadriano enim ipſemet Cajus diſertiſſimis verbis ſe vixiſſe teſtatur* lib. I. Fideicommiſſorum, *cujus verba nobis ſervata in lege* 7. D. de reb. dub. *ubi narrat, ſua ætate mulierem quandam Alexandrinam, nomine Serapiam, ad D. Hadrianum perductam fuiſſe, cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa fuerat. Sed & ad Antoninum Pium, Hadriani Succeſſorem, perveniſſe, ex variis itidem Digeſtorum locis evinci poteſt. Sic lege* 40. D. de donation. inter vir. & uxor. *Cajus ejuſdem Antonini reſcripti nuper emiſſi mentionem facit, inquit enim:* Nuper ex indulgentia Principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, &c. *Antonini Imperatoris etiam meminit in Lege* 96. D. de legatis III. in *Lege* 50. D. de condit. & demonſtrat. *in Lege* 63. §. 5. D. ad Senatuſconſ. Trebellianum, *& in Lege* 11. D. de juriſdict. *Sic in Lege* 9. D. ad Senatuſconſ. Tertull. & Orfitian. *quæ deſumpta eſt ex Libro ſingulari Caji ad Senatuſconſultum Orfitianum*, Sacratiſſimi Principis noſtri *elogio nemo prater M. Antoninum Philoſophum deſignatur, cujus Orationis ibi cautum fuiſſe dicitur, ut matris inteſtatæ hereditas ad liberos, tametſi in aliena poteſtate eſſent, pertineret. Nam, ut conſtat ex Juſtiniani Inſtitutionum* lib. III. tit. 4. *D. Marci Antonini temporibus Cornelio Scipione Orfito & Vettio, ſive, ut alii volunt, Velio Ruſo COSS. Senatuſconſultum iſtud Orfitianum promulgatum fuit. Sic Gloſſæ Nomicæ;* Ὀρφιτιανὸν δόγμα ἐπὶ Ὀρφίτου καὶ Ῥέ[illegible]τῶν ὑπατῶν ἐκφωνηθὲν παρὰ τῷ Σαουιλλίοντος τότε Μάρκου. *Ne quis autem miretur, cum Cajus illis demum temporibus vixerit, quare eum* [a] *Juriſconſulti Antiquiſſimi nomine paſſim inſignivimus, ſciat nos patiſſimum hanc ob cauſam cum jure meritoque hoc elogio decorandum duxiſſe, quod uti nemini veterum Prudentum, e quibus Digeſtorum Corpus congeſtum, Cajus noſter dignitate & præſtantia ceſſit, ita maximam eorum partem ætate poſt ſe reliquit. Cæterum præter hoſce Inſtitutionum libros Cajus & aliis quamplurimis ſcriptis Jus Romanum adjuvare, & poſteritatem ſibi obnoxiam reddere voluit. Quorum bonam partem in Digeſtorum Indice recenſitam videmus. Ex iſto enim Indice apparet eum ſcripſiſſe, ad Edictum Provinciale libros triginta duos; quindecim ad Leges; decem ad Edictum Urbicum; Aureorum, ſive Rerum Quotidianarum libros ſeptem; Δωδεκαδέλτου, ſive ad Leges* XII. *Tabularum ſex; tres de Verborum obligationibus; de Manumiſſionibus totidem; Fideicommiſſorum duos; unum de Caſibus; Regularum unum; Dotalitiorum unum;*

a) *Juriſconſulti Antiquiſſimi nomine paſſim inſignivimus*] In titulo generali, & in ſingulorum librorum inſcriptionibus: quod pro ſuo arbitratu fecit Oiſelius: nos omiſimus.

Digitized by Google

unum; unum itidem ad Formulam Hypothecariam. Sed & alia Cajum adhuc ſcriptis conſignaſſe, ex nonnullarum legum Pandectarum inſcriptionibus liquido conſtat. Sic inſcriptio Legis 8. D. ad Senatuſconſ. Tertullian. & Orfitian. *præfert Cajum conſcripſiſſe librum ſingularem ad Senatuſconſultum Tertullianum; inſcriptio itidem legis 9.* dict. tit. *alium ad Senatuſconſultum Orfitianum; ſimiliter Lex 4.* D. de inofficioſo teſtam. *librum ſingularem ad Legem Gliciam. Scripſit quoque libros duos ad Ædilitium Edictum, ut videre eſt in* D. tit. de Ædilitio Edicto. *Item librum ſingularem de Tacitis Fideicommiſſis, ut conſtat ex inſcriptione Legis 23.* D. de his, quib. ut indign. auſer. *Atque hæc quidem ſunt Caji noſtri ſcripta, quæ mihi Pandectarum titulos luſtranti occurrere. Libros quindecim ad Legem Juliam & Papiam, quorum ſæpius mentio in Pandectis, eoſdem puto eſſe cum illis, quos Pandectarum Index ſimpliciter vocat* ad Leges; *verum non abs re erit hic indicare, quorum primum ſtudio & labore Caji noſtri Inſtitutionum libri, uti Anianus eos reliquerat, lucem aſpexere, quoſque deinceps nacti ſint Editores. Et prima hujus rei laus debetur Sichardo, qui Caji hæc excerpta, una cum Codd. Theodoſiani, Gregoriani, Hermogeniani, a Ulpiani Regularum, & Pauli Sententiarum reliquiis primus in Germania edidit.* b *Poſt eum Almaricus Buchardus Cajum in Gallia publicavit. Denique Cujacius ipſe cum Codicis Theodoſiani a ſe procuratæ editioni adjunxit. A Lovanienſibus item publicatus anno* clɔ Iɔ LXX. *Pacius ſimiliter Juſtiniani Inſtitutionibus brevibus notis a ſe illuſtratis Caji Inſtitutiones ſummariis præfixis adjecit. Quemadmodum & fecit Dionyſius Gothofredus, qui eas ad calcem Corporis Juſtinianei Juris Univerſi a ſe editi adtexuit, & ad marginem breviſſimis annotatiunculis illuſtravit. Italia quoque Caji editionem Hieronymi Alexandri Junioris cura adornatam vidit, una cum Commentariis, Venetiis, anno hujus ſeculi* clɔ Iɔ C. *Hi omnes Cajum nobis dedere, quemadmodum Anianus eum fabricaverat. Nemo vero ante nos,* c *quod ſciam, omnia Cajanarum Inſtitutionum fragmenta ſimul juncta exhibuit. Ut ſaltem, etſi nihil aliud hic a nobis præſtitum foret, aliorum labori in iſtis rediquiis conquirendis & diſponendis ſubvenimus. Viſum tamen fuit vulgarem Aniani editionem cum hactenus a Viris Doctiſſimis in eorum ſcriptis laudetur, quando ad Caji auctoritatem provocant, quoque poſt notas noſtras adjungere; nam præterquam, quod hoc modo noſtræ editionis & diſtributionis ratio melius & facilius conſtare poſſit; ita etiam Studioſorum hominum commodo conſulitur, ne aliorum ſcripta percurrentes, ubi Caji Inſtitutiones citentur, ad alias editiones confugere neceſſe habeant. In notis utplurimum brevitati ſtuduimus & littora legimus, ita tamen, ut ſimul operam daremus, ne obſcuri evaderemus. Unde nonnunquam, ubi res exigere videbatur, vela magis expandimus, & vento dedimus, paullo in altum provecti; nunquam tamen inſtituti noſtri non memores, notas nempe nos, non commentaria ſcribere. Et forſan non fallax noſtra erit ſpes, non omnino inutilem fore opellam noſtram iis, qui veteris & ſolidæ Juriſprudentiæ Romanæ cognitione delectantur. Tu, Lector æquiſſime, videbis, hoc eſt, judicabis. Vultures autem illos togatos & forenſes rabulas, qui, quod ipſi ignorant, & aſſequi nequeunt, in aliis damnare non verentur, clamantes quamplurima, quæ hic notamus, nimis antiqua & obſoleta eſſe, non moramur. Quiſquis ſuo modo ſtudet; uti illi non ex meo præſcripto ſtudiis incumbunt, ita nec ego, ut mihi quidem videtur, illorum exemplum ſequi cogor. Ego ipſos facile patiar, poſtquam manum ferulæ nimis ſubito ſubduxerint, ac cruda ſtudia in*

a) *Ulpiani Regularum*] Has reliquias primum editas eſſe a Joh. Tillio, dictum in præfatione.
b) *Poſt eum*] Imo biennio ante edidit Cajum & Paulum, uti ibidem eſt monitum.
c) *Quod ſciam*] Fecit id quoque Alexander: ſed hunc feſte vidiſſe negat Oiſelius.

forum protruſerint, per integrõs dies cauſas quaſcunque e faucibus Stentoreis ad ravim uſque clatrando, auditorum aures lancinare, totamque coronam ſumma moleſtia & tædio afficere; dummodo ipſi ſimilem mihi gratiam referre non recuſent, & ſponſa mea, qua cum ipſis nihil commune, ſaltem me pro libitu uti frui ſinant, nec iſtud nimium lividis oculis aſpiciant. Sed iſti homines, ſi adhuc homines appellandi, qui humanitati omni nuntium remiſerunt, ignorantiæ ſuæ pœnas luunt: dum, uti bonarum artium & humaniorum litterarum omnino rudes, ità & earum contemptores eſſe audiant. Quod tamen de iſtis dictum nolim, qui quidem operam ſuam foro addixere, ut oppreſſis auxilium, inſontibus tutelam, miſeris & ſordidatis ſolatium patrocinio ſuo præſtarent; ſed & ſimul melioribus literis imbuti, eas adhuc favore & benevolentia proſequantur. Aleandri Commentaria a Doctiſſimis Viris laudari video; ſed mihi eorum copia hactenus denegata fuit, nec quamvis ſatis magnam adhibuerim diligentiam, ullum exemplum nanciſci potui. Sic ut de iſtis judicare nequeam. Viderit ille forſan quædam, quæ noſtram diligentiam effugere, ſed & fieri potuit, a nobis quædam animadverſa eſſe, quæ ipſi in mentem non venerant. Sane, quamvis contingere caſu potuerit, ut de una re utrique noſtrum eadem ſederit ſententia, tamen in tractandi modo quam multum alterum ab altero abire puto. Ille Commentaria confecit, ubi campus latiſſimus exſpatiandi, & omnia prolixiori orationis filo diducendi; nos notas tantummodo conſcripſimus, hoc eſt, breviter & conciſe, paucisque verbis multa comprehendere ſtuduimus. Quod tamen ita factum, ne quid omitteremus, quod ad rei elucidationem requiri videretur. Princeps vero cura nobis fuit ubicunque Aniani manus appareret, vel nonnunquam lateret, indicare. Coronidis loco de nomine auctoris addi poſſet, quod & olim jam ab Antonio Auguſtino tentatum, utrum Cajus, ut veterum Romanorum monumenta, an vero Gajus, ut Pandectæ Florentinæ ubique ſcribunt, appellandus? Et ego quidem nauci intereſſe exiſtimo, utrum hoc, vel illo modo ſcribatur. Negari quidem non poteſt antiquiſſima veterum monumenta ubique Cajum præferre; ſed & conſtat, jam pridem ante Juſtiniani tempora obtinuiſſe, ut Gajus ſcriberetur; quemadmodum pro Cnæus *etiam* Gnæus *dictum. Itaque & nos in notis modo* Cajum, *modo* Gajum, *pro ut ſub ſtili acumen caderet, ſcripſimus. Atque hæc erant, quæ nobis in anteceſſum dicenda videbantur. Jam te demitto, mi Lector, poſtquam te rogaverim, ut opellam noſtram qualemcunque hic a nobis præſtitam æqui bonique conſulas, ac ſtudia noſtra publico bono deſtinata, favore tuo proſequi non dedigneris. Vale. Lugduni Batav. A. D. XII. Kalend. Maji* CIↃ IↃ CLVIII.

CAJI

Digitized by Google

CAJI VITA,

Descripta a Johanne Bertrando, Praeside Tolosano, *Βίος Νομικῶν*, sive de Jurisperitis, libro primo.

Fuisse hunc Juris auctorem Grammaticis familiarem, plerisque ignotum non est; & maxime Servio, ut ex illius verbis ad hos Virgilii versus apparet:

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?

Homericæ tamen lectioni eum deditum male colligit Cujacius XI. *Obs.* 38. ex his verbis, Servii Virgilii [b] interpretis III. *Georg. Apud majores omne mercimonium in permutatione constabat, quod & Cajus Homerico confirmat exemplo,* [c] non enim hæc de Tito Cajo intelligenda esse, sed de Cajo Cassio, supra docuimus in Proculo. Vixisse autem hunc Cajum Hadriani Imperatoris temporibus, scriptis ipse suis testatus est in *l. utrum, 7. D. de reb. dub.* quam haud dubie, & ex Pandectis Florentinis, & aliis impressis codicibus Caji esse constat; suaque ætate reperta est mulier, quæ uno fœtu quinque liberos enixa est: *Et nostra quidem ætate*, inquit, *Serapiæ Alexandrina mulier ad D. Hadrianum perducta est cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa est.* quibus ex verbis apparet, Cajum hæc scripsisse Hadriano jam mortuo, & inter Divos illos fictitios relato, & consecrato. Sed an is sit Ælius ille Hadrianus ex consobrina Trajani natus, XV. Romanorum Imperator: an vero Antoninus Pius Hadriani nomine a Cajo hic intelligatur, quæri potest. Sæpe enim Hadrianus in Jure pro Anton. Pio sumi videtur, ut in *l. si de vi, 37. D. de judic.* quod Callistratus Hadrianum scripsisse ait: *Si de vi & possessione quæratur, prius cognoscendum de vi, quam de proprietate rei.* Martianus ad Pii rescriptum refert in *l. qui cœtu, 5. D. ad leg. Jul. de vi publ.* Papinianus quoque in *l. deducta, 58. §. 3. ad Senat. Trebell.* & in *l. acceptis, 93. D. ad leg. Falcid.* scribit Hadrianum rescripsisse: *Eum, qui centum nummis acceptis hereditatem restituere rogatus est, totam pecuniam jure Falcidiæ percipere videri*, id ipsum constituisse Pium Imperatorem Martianus ait in *l. in quartam, 91. D. ad leg. Falc.* Huic simile est, quod a Cujacio colligitur *in titulo de Senatusc. Tertulliano* ex *l. inter fidejussores, 26. D. de fidej.* si conjungatur lex *si testamentum, 49. eod. tit.* Sed mihi ista quæstio non faciles explicatus habere videtur; nam & duo esse diversorum Imperatorum rescripta illa, quorum Callistratus & Martianus meminerunt, asseverari potest: licet utrumque τῷ κοινῷ τῶν Θεσσάλων scriptum legatur. Quod quidem Antonium Augustinum *lib.* IV. *cap.* 16. adeo hærere fecit, ut de ea re differere maluerit, quam judicium proferre suum; fierique potuit, in simili specie

a) *Vt ex illius verbis &c.*] Verba Servii hæc sunt: *Manifestè enim fieri origo, dicendo* vidi. Eadem allegat Cujac. *lib.* XI. *Obs. cap.* 38. ubi addit: *ad illum, opinor, respexit locum, quinque ex Caja fuisse Trebonianus, legit in Cajo Servius &c.* Hæc cum apud Cujacium legeret auctor, quæ Cujacii sunt verba, Servii esse ratus est. *Ex edit. Lugd. Batav.*

b) *Interpretis*] Ad *lib.* III. *Georg.* versu 207. *Ex. edit. ed.*

c) *Non enim hæc de Tito Cajo &c.*] Non video, cur non Cajum nostrum potuerit intelligere Servius, at quare is quoque non potuerit allegare versus Homericos. SCHULTING.

a) *Igno-*

ſpecie eadem Pium Imperatorem conſtituiſſe, quæ antea Ælius Hadrianus conſtituerat. & quanquam non ſim neſcius, Antoninum Pium Hadriano mortuo prænomina *Imperatoris Cæſaris Hadriani filii, Trajani Parthici nepotis*, atque omnes Imperii titulos, & inſignia ſuſcepiſſe: numquam tamen aliena nomina Imperatoribus tribuuntur, niſi ab eis, qui ſub eorum imperio vixere. Hoc, ut mea ſert opinio, vel [a] ignoraſſe videtur Tribonianus, vel neglexiſſe in §. 2. *de Senatuſc. Tertull. in Inſtit.* cum Senatuſconſultum Tertullianum Hadriani temporibus factum eſſe aſſerit; Tertullum enim & Sacerdotem ſub Antonino Pio Coſſ. fuiſſe inficiari nemo poteſt. Cæterum Antonius Vacca in *præm. Digeſt. §. 1.* ait, ſe quandoque ſuſpicatum, hunc Cajum vel Chriſtianum fuiſſe, vel Chriſtianis, qui tunc erant, judicium adjunxiſſe ſuum: eaque de cauſa *ſuum* a Juſtiniano appellatum in *§. quas ex omnibus, in proœmio Inſtitut.* & in *§ lex Cornelia, de publ. judic.* Caji quidem cujuſdam fit mentio a Nicephoro Calliſto *lib.* IV. *Eccleſ. Hiſt. cap.* 12. quem Chriſtianum fuiſſe, & pro religione nonnulla ſcripta ediciſſe ab eo docemur; alium tamen ab hoc noſtro puto: eumque potius augurarer eſſe, quem ſub Zepherino, Romanæ urbis Epiſcopo, Antonino Severi filio imperante, diſputationem adverſus Proculum, Montani ſectatorem, celeberrimam habuiſſe ſcribit D. Hieronymus in *Catal. ſcript. Eccleſ.* Neque autem exiſtimandum eſt, Cajum a Juſtiniano ſive Triboniano *noſtrum* appellari, quod Chriſtianus fuerit, ut Vacca arbitratur: ſed quod præcipue illius ſcriptis fuerit delectatus in Inſtitutionum compoſitione. quod ex his Triboniani verbis latis liquet: *Quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus, & præcipue ex Caji noſtri tam Inſtitutionum, quam Rerum quotidianarum, aliiſque multis commentariis compoſitas &c.* [b] quod etiam de Pomponio dici poteſt in *l. cum ſervus, 39. D. de ſtipulat. ſervorum.* Atque hoc certe non animad verterunt homines quidam minime mali, ſed parum in his rebus verſati, quarum arbitrati ſunt ſe tenere ſcientiam, cum Cajum Juſtiniani familiarem dixerunt, quod *noſtrum* ipſe appellarit. Nec reprehenſione minus dignus Bernardinus Rutilius ab ingeniis ſagacibus exiſtimabitur, cum locum ſupra citatum Juſtiniani depravatum ſcribit, & vitio exemplarium nomen *Caji* in dictionem *noſtri* corruptum. Multos autem Cajus de jure civili libros ſcripſit, quorum hi in Indice Juſtinianeo leguntur.

Ad Edictum provinciale lib. XXXII.

Ad leges lib. XV.

Ad Edictum Urbicum qui habere potuerunt lib. XII.

Politianus corrupte legit *Ad edictum publicum libri* XV. Plures enim ad Edictum Cajus libros ſcripſit, ſed Juſtiniani temporibus [c] duodecim tantum extabant: quamvis in indice Græco exaratum ſit τὰ μένα ἐνεσθέντα βίβλια δέκα. Edicti autem Urbici tracta-

a) *Ignoraſſe videtur Tribonianus*] Quis erit nobis arbiter auctor, Tribonianum hoc non ex aliquo vetere Juriſconſulto, & ipſo forte Cajo deſcripſiſſe? Dixi aliquid, quod ad difficultatem hanc tollendam pertineat, ad Ulpianum *lib.* 26. *§.* 2. IDEM.

b) *Quod etiam de Pomponio dici poteſt*] Menagius *Amanitat. Jur. Civil. cap.* 20. mavult, ita ſcripſiſſe Pomponium, quia iiſdem, quibus Cajus, vixit temporibus: & hi duo amici erant: quod non improbabile. IDEM.

c) *Duodecim tantum extabant &c.*] Nihil adducit, quare credamus, plures exſtitiſſe quam decem, fidemque derogemus Indici Florentino: nec enim leges ex libro undecimo aut duodecimo uſquam comparent. IDEM.

a) *Alia-*

tractationem non abs re distinxisse videtur Cajus ab Edictis Provincialibus; Provincialia siquidem Edicta erant, quæ a Proconsulibus in Provinciis Consularibus, aut a Prætoribus in Prætoriis proponebantur. Hujus Edicti explicationem per titulos fuisse distributam, ex multis legum inscriptionibus constat. Erat in eo titulus *de Publicanis, l. veter. 19. D. de act. emti. l. hoc Edicto, 5. D. de public. & vect.* titulus *de liberali causa, l. si liber, 13. D. ad exhibendum.* cujus tamen inscriptio non ad Edictum Vrbicum, sed hoc modo concepta est: *Cajus libro ad Edictum Prætoris Vrbani.* quæ quidem demonstrat, his in libris Edicta Prætorum Vrbanorum explicari. Titulus etiam erat *de aqua pluvia arcenda, l. sed venditor, 13. D. de aqua pluv. arc.* Titulus *de damno infecto, l. in noxalibus, 30. D. de nox. act. l. eorum, 19. D. de damn. infecto.* Titulus *de re judicata*, ex inscriptione, quam Labittus probat, *l. intra dies, 7. de re judicat.* Titulus *de operis novi nunciatione, l. creditori, 9. D. de oper. novi nunciat.* Titulus *qui neque sequantur, neque ducantur, l. solutum, 48. D. de verb. signific.* Titulus *de Testamentis, l. illa institutio, 32. D. de her. instituend.* Titulus *de legatis, l. semper, 56. D. de Regul. jur.* Hi autem libri aliquando a Jureconsultis nominantur *Ad Edictum prætoris urbani.* ut apparet ex inscriptione *d. leg. si liber, 13. D. ad exhib. & dicta l. illa institutio.*

Aureorum, sive rerum quotidianarum lib. VII.

Ex his libris plurima decerpsit Justinianus, vel Tribonianus in componendis Institutionum libris. & continebantur in iis[a] actarum rerum plures species, quasi expressæ notæ hominum vitæ quotidianæ. quod ex *l. ex maleficio, 4. D. de obligat. & act.* conjicere licet. Dicuntur autem libri *Aureorum*, vel *rerum quotidianarum*, non ut apud Plutarchum in vita Alexandri *Dialia*, sed ut Lucretius *lib.* III. dixit *Dicta aurea*, & Alpheus Avitus *libros excellentium*, qui a Prisciano citantur: & apud Constantinum Harmenopulum *lib. I. tit. I. §. 12.* legimus posteriores Imperatores [b] χρυσοβύλλους λόγους composuisse. Cæterum in indice Græco scriptum est tantum αὐρεῶν βιβλία ἑπτα.

Institutionum lib. IV.

Extat apud Boëtium *lib.* III. *in Topic. Ciceronis* ex *lib.* I. Institutionum Caji locus sane luculentus. Et earum Epitome ab Aniano Alarici consiliario composita sub Caji ipsius nomine legitur.

Dodecadelti lib. VI.

In indice Græco δώδεκα δέλτα βιβλία ἕξ, i. *duodecim tabularum libri sex.* sic apud Theophilum *lex* XII. Tabularum δωδεκαδέλτους νόμους dicitur.

De verborum obligationibus libri III.
De manumissionibus libri III.
Fideicommissorum libri duo.

Ponun-

a) *Actarum rerum plures species*] Imo multa ad fundamenta Juris pertinentia in illis exposuisse Cajum patet ex *l. 1. l. 3. l. 5. l. 7. l. 9. D. de adquirend. rer. domin.* aliisque locis. Quia vero res continebant hi libri frequentis usus, vocari potuerunt *Rerum quotidianarum*: & quia utilissimæ erant eædem res, *Aureorum*. IDEM.

b) χρυσοβύλλους λόγους] Vocant etiam posteriores Græci χρυσοβούλλια λόγια, & quidem ab aurea bulla, sive sigillo quo muniebantur talia scripta: vide quæ habet du Cange *Gloss. med. & infim. Græcitat.* ut adeo id huc non pertineat. IDEM.

Ponuntur deinde quatuor

Libri singulares,
De casibus [a] *enucleatis,*
Regularum,
Dotalium,
De formula hypothecaria.

quanquam plures illum edidisse argumento est, quod ex [b] lib. singulari Caji ad orationem Antonini excerpta est *l. si quis, 60. D. de ritu nupt.* ex libro singulari [c] ejusdem de assignatione libertorum *l. Senatusconsulto, 59. cod. tit.* quodque in proœmio Digestorum §. 1. inter quatuor Caji libros singulares, qui in sex illis libris, qui a voce magistri edocebantur ante Justiniani institutum, primus de veteri rei uxoriæ actione, secundus de tutelis, tertius & quartus de Testamentis & legatis commemorantur. præterea inscriptio *L. Sacratiss. 7. D. ad Senat. Tertull.* est ex libro singulari Caji ad Senatusconsultum Orphicianum, & *l. in suspenso* ex libro singulari ad Senatusconsultum Tertullianum.

De casibus

enucleatis, ut supra dictum est. quales autem essent illi casus, conjici fortasse potest ex *l. Neratius, 63. D. de condict. indeb.*

Regularum.
Dotalium.
De formula hypothecaria.

vel hypothecariæ: sic liber hypothecariæ in proœmio *D. §. vobis autem.*

[d] Scripsit etiam Cajus notas ad libros Digestorum Juliani, ex quibus deprompta est *l. si pactus 54. D. de pact.* quorum mentio fit in *l. si in venditione, 10. D. de peric. & comm. rei vend.* & apud Marcellum in *l. sed interim, 11. §. 6. D. de donat. inter vir. & uxor.* Citantur etiam Commentarii Caji a Javoleno in *l. si quis, 54. de condit. & demonstr.* Sed libenter crediderim Javolenum in dicta lege & in *l. si alient, 78. D. de solut.* de Cajo Cassio, cujus mentio fit in *l. 2. de orig. jur.* intellexisse. quod ex inscriptione conjicitur, quæ ex Javoleni *libro* 11. *ex Cassio* desumpta est, & ex *lib.* VI. & maxime ex *l. si hereditas, D. 28. de statuliber.* quem enim alibi Cajum tantum vocat, hac in lege [e] C. Cassium nominat.

a) *Enucleatis*] Non est hoc in Indice.

b) *Ex libr. singulari*] Male: nam *l. si quis* Paulum auctorem habet, non Cajum. *Ex ed. Lugd. Batav.*

c) *Ejusdem &c.*] Et hæc lex non bene Cajo tribuitur, cum sit Pauli. *Ex cod. ed.*

d) *Scripsit etiam notas &c.*] Omnia, quæ hic de Cajo proferuntur, Scævolæ competunt, cui & ipse auctor ea tribuit *p. 107.* non tamen id ejus, verum operis postumi editorum ἀνώνυμου crediderim. *Ex cod. ed.*

e) *C. Cassium*] Atqui in vulg. ed. est *Cajum & Cassium. Ex cod. edit.* Sed rò & rectius videtur abesse a Codice Florentino.

EJUS-

Digitized by Google

EJVSDEM GAJI VITA,

Auctore Guilielmo Grotio de vitis Jurisconsultorum Libro II. capite VII.

Gajus recte subjungetur coætaneo & amico suo Pomponio, a quo familiaritatis ergo *Noster* nominatur [a]. Vixit itaque tempore Divi Pii, ut patet ex his ejus verbis [b], *nostra ætate mulier ad D. Adrianum perducta est*, & alibi, *super ex indulgentia Principis Antonini* [c], ubi Imperatoris Antonini, id est, Pii, meminit. Scripsit tamen etiam post Pium, nam eum Divum Antoninum appellat [d], quod de Pio intelligendum alia loca aperte demonstrant [e]: Neque est quod Bertrandus se torqueat, an *d. l. 7. de Reb. dub.* de Hadriano, an vero de Pio sit accipienda, satis enim constat ex collatione aliorum locorum [f], Hadrianum illic designari, nisi omnium Imperatorum nomina perperam confundere velimus. Hujus Gaji prænomina aut cognomina non invenio: certe cum Justinianus suum [g] appellat, cujus rei alii alias causas afferunt, ego autem Bertrando assentior, ita scilicet locutum, quod ejus labore maxime delectaretur, ejusque opera in compilandis Institutionibus suis plurimum esset usus. Idque eo facilius in Gajo admittendum, quia plures eo nomine fuerunt Jurisconsulti, nimirum Gajus, sive Cajus Juventius Mutii, & Gajus Servii Sulpitii discipulus, quem nos Gajum Aulum Ofilium vocatum supra diximus, itemque Gajus Atejus Pacuvius, & Gajus Cassius Longinus, quare aliqua nota hic posterior a reliquis distinguendus fuit. Citatur a Javoleno Gajus quidam [h], sed is forte est C. Cassius Longinus, ex quo illum locum Javolenus excerpserit, quod & Bertrandus animadvertit. Meminit & Gaji Julianus, sed & is procul dubio unus ex antiquioribus est. Laudatur & liber septimus Gaji [1] de origine vocabulorum ab Agellio [i], sed id an ad nostrum Jurisconsultum pertineat incertum est. Sane ex hujus Jurisconsulti Institutionibus quædam a Boëtio [k] & Prisciano [l] referuntur. De genere & dignitatibus ejus nihil mihi liquet. Scripta hæc in Catalogo recensentur. Ad Edictum Provinciale libri triginta duo, ad leges, id est, ad legem Juliam & Papiam, ut ex inscriptionibus patet, libri quindecim: ad Edictum urbicum qui reperiri potuerunt libri decem. Notandum tamen hos Gaji commentarios diversos habuisse titulos, ut ex inscriptionibus discimus, videlicet de Testamentis (qua de materia duos scripsit libros. [m]) de Legatis (quam materiam tribus libris prosecutus est [n]) de liberali causa (quam duobus libris explanavit [o]) de damno infecto de publicanis, de prædatoribus, re judicata, de operis novi nuntiatione, aquæ pluviæ arcendæ, qui neque sequantur &c. ex quibus omnibus in Pandectas aliquot leges sunt relatæ. Deinde Aureorum, sive Rerum quotidianarum libri septem; Institutionum quatuor, quorum Epitome ab Aniano Alarici consiliario confecta etiamnum extat; de verborum obligationibus tres, de manumissionibus tres: Fideicommissorum duo: de Calibus unus: Regularum unus, sive ut inscriptio quædam loquitur,

a) *L. 39. de stip. serv.* b) *l. 7. de reb. dub.* c) *l. 11. de Jurisd. l. 42. de Donat. inter vir. & uxor.* d) *l. 56. de legat. 2. l. 2. de his qui sunt sui vel al. jur.* e) *l. 2. dict. tit.* f) *l. 2. si pars hared.* g) *In Proœm. Dig. Const. omnem. §. 1. & constit. Inst. §. 7.* h) *l. 14. de Cond. & Dem. l. 78. de solut.* i) *Lib. XI. c. 18.* k) *Lib. III. Top. Cic.* l) *Prisc. lib. VI. init.* m) *l. 18. 18. si quis om. caus. test.* n) *l. 56. de Reg. jur.* o) *l. 2. de Lib. caus.*

1. *De origine vocabulorum &c.*] Editiones Gellii meliores hos libros adscribunt Gavio, sive Gabio Basso. Vide notata ad Alexandri Præfationem.

resignaverit, designaverit
signum, signatum
exsculpserit, sculpserit
reseraverit, reservaverit
quive, quidve
corruperit, corrumpérit
vultuve, vultuque
adulterinam reprobaverit, adulteram probaverit
& honestiores, in MS. *&* abest

damna-

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES.

damnantur, dantur, *alia manus* dentur
tolluntur, alia manus *tollantur*
puniuntur, puniantur.

4.

Contrave, contradere.

Interpr.

Eam librarius legi 5. supposuit.

5.

Libellos, libello
album propositum, salvo propolito
testationes, contestationes
cautiones, caulationes
chyrographa, cyrografum
frandem, fraude
deliquerit, lederit, *alia man.* leserit
quive, quidve
as, in MS. abest
argentaverit, in MS abest
quive cum argentum, quidve cum argento
vel aurum poneret, aurum posuerit.

6.

Adhibitis, vel adhibitis
ad mediam, *ad* in MS. abest
triplici, & triplici
cera, ceræque
imprimantur, inferantur
interiori, interiore
fervens, fervet. *addit.* int. n. eg.

7.

Resignaverit, fignaverit
teneatur, tenuerit. *addit.* int. n. eg.

8.

Instrumenta, ftrumenta
litis, utilitatis
dimidia, media
in perpetuum, in perpetuo. *addit.* interpr. n. eg.

9.

Hæc postposita est decima, atque utraque, a librario in unum quasi corpus transfusa.
reddiderit, tradiderit. *add.* int. n. eg.

10.

Aliis, in MS. abest.

11.

Si qui, fi quis
imposuerit, propofuerit
gentes, gentes
fugerit, fugerit
quo quid alienum, quodque aliud
coerceretur, cohercetur.

12.

Militiamque confingunt, fi militiam confingunt. *vel si a nova manu profectam*
deportantur, deportantur aut capite puniuntur. *additur in fin.* interpr. n. eg.

13.

Si qui, fi quis
mentientes, menciens
quidve, qui vel
delicti, litis. *addit in fin.* int. n. eg.

Tit. XXVI.

1.

Ad imperatorem, *ad* in MS. non apparet
necaverit, legaverit
necarive, negarive
inve publica vincula, vi publica in vincula
capitis, capite.

2.

Ludicram, lucidam
& confessi, in MS. & non apparet
& qui & in MS. abest
carcerem, carcere
duci, educi
quod jus, quo jus
dicenti, judicent di
alarumve, aliarumive
ut sine aliqua impedimento, si fi aliquid impedimentum
delictum, delicto.

Interpr.

Etiamsi, etiam fi quis
ludicra arte, ludicram artem
de crimine, in crimine
& qui propter, & fi quis propter
redigantur, redigantur
leges sententia, legis fententiam
parere, carcerem
impedimento, impedimentum.

3.

Tenetur, tenentur
idve ut fieret, vel ut fieret
funerari sepelirive, fine maris fepellive
igni, ignis
in metallum, in metallo.

4.

Per vim, aut vim
in legem, in lege *add. in fin.* int. n. eg.

Tit. XXVII.

Attrectaverit, extraxerit. *addit. in fin.* interpr. n. eg.

Tit. XXVIII.

Ad L. Jul. repetundarum, ad leg. Jul. repetendarum.

1.

Dicantur, dicuntur
a præside, ex præfide
in exilium, exilio
mittuntur, mittantur
relegantur, relaxantur.

Tit. XXIX.

1.

Quive, qui vel
delictumve, delictumve
deserverit, ervierit
imperatorem, imperator
his, is
igni interdicebatur, igne interdicta
quod crimen, qd de crimine
facto, factum
& verbis, ex verbis. *addit. in fin.* interpr. n. eg.

2.

Hanc interpretationem sequitur dimidia lex 1. ad leg. Jul. de vi publ. & privat. item ejus tit. lex 2. cum interpretatione, lex etiam tertia, & pars legis 2. hujus tituli, quas somnians librarius his & præpostero ordine hoc posuit. Apparet tandem integra lex 2.
Criminis, certis
alicujus, aliquos
admissi causa, ammiflio caufa
excipitur, excipietur. *add.* int. n. eg.

Tit. XXX.

Magistratum, magiftratus
servos, fervus
ut vis publica, ob vim publicæ.

Tit. XXXI.

1.

Addit. interpret. non eg.
prosequenti, profequente
magna manu, in manu *addit.* interpr. non egit.

Tit. XXXII.

Quo defertur, non quo juratur, quod & futuræ non quod & juratur.

Interpr.

Vno, unum
ex litigatoribus, & ex delitigatoribus.

Tit. XXXIII.

1.

Haberet, habere
retractanda, non tractandæ
pœna, pœna
& nisi, quod nifi
morans, ignorans
eo in loco, fi in eo loco
interim, interim
cum eo ipso, & ipfo
quo, quod

Interpr.

superfluam appellatorum licentiam, fuperbiam appellandum licentiam
videantur, videntur
pœna, fines
appellet, in MS. abeft
inter sit, inter fe
quo inter agi possit, quod inter poffit agi.

2.

Conjuncta hæc cum interpretatione anteced.
Ne quis, nec quis
captionem, captione
incidat, incedat
quid aliud, qui aliud
quis fidejussorumve, qui vel fidejuffiorem
præsens, præfentem
sed si contra, & contra

pro-

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES.

pronunciatum, denunciatum.

Interpr.

Dando, dampno
fidejussore, fidejussores
teneat, teneat
causa, causæ
sed si, & si

3.

Conjuncta cum interpret. anteced.
Per unum, in unum
indemnitati pœna consuli, solemnitatis pœnam consuli. *addit.* interpr. non eg.

4.

Cautio, causatio

Interpr.

& vicerit, evicerit

5.

Conjuncta cum interpret.
Provocatur, provocatus
exigenda, faciendæ.

Interpr.

A judicum, judices.

6.

Conjuncta cum interpretat.
In cautione, in MS. *in* abest. *addit.* interpr. non egit.

7.

Tertiam, tercia. *add.* int. n. eg.

Lex 8. in MS. abest.

TIT. XXXIV.

De dimisser. literis, de missoriis literis.

1.

A quo appellatum, qui appellatus
intra quintum, in quinto.

Interpret. connexa cum lege.

ista, ita
jam, in MS. abest
appellationum; appellatione.

2.

Connexa cum interpretatione.
Submovetur, summo iucetur, qui pœnam appellationis inferre cogitur. *addit* int. n. eg.

TIT. XXXV.

1.

Meritum, merito
ipsam rationem, ipsa ratio
enim, in MS. abest.

Interpr.

Damnari potest, dampnatori potest

2.

Conjuncta cum interpretat.

Interpr.

Connexa cum lege.

Non confidentia, in MS. *non* abest
aut causa, in MS. absunt
mora, morte
non recipiuntur, in MS. *non* abest.

3.

Quod ita, in MS. *quod* abest
arbitrio, arbitrium. *additum in fin.* interpr. non egit.

TIT. XXXVI.

1.

Recte, rectorum.

Interpr.

Judici, judicem
dum, in MS. abest
in dubio, in dubium
sequestratur, sequestratur
postulari quia non potest, absunt hæc in MS.

2.

Conjuncta cum interpret.
Vectura, vecturæ, *recentior manus* vincturæ.

TIT. XXXVII.

De mor. appellationum, de mer. appellationis.

1.

Ponendum est, puniendum est
sequeretur, requiritur
impendit, impedit
simplos sed quadruplos, simplum sed quadruplum.

Interpr.

Appellatio injusta pronunciatur, instituta appellatur, *manus alia* injusta
quos, quod
sustinere, in MS. abest
simplum, simplo ei.

Explicit Juli Pauli sententiarum ad filiom lib. V. Incipit Corporis Gregoriani liber primus de transactionibus.

Abest ergo titulus primus de postulando *a Cujacio primum editus.*

TIT. II.

De pactis & transactionibus, MS. *de pactis* non habet.

6.

Gordianus A. Gurdianus
Licinio Timotheo evocato, ad licium Timotheum evocato
actionem, actionis
non decisionem, non decisionis
mandasti, mandati
derogabit, derogabitur
P.P. Kal. Jan. r. X. Kal. Januario.

Interpr.

Si quis, si quando
compositione, petitione
in ipso, in justo.

Incipit Gregoriani liber secundus si adversus donationes sponsis factum in integrum, quæ restitui velit.

TIT. II.

Avimo, Savina, *superaddito* o
adsistit, existit
causa, causæ
a minore denantur, animo redonatur
propter quæ &, in MS. *quæ &* non adsunt
VC. VO.
hoc, in MS. abest
opponet, opponit
VC. VO.
P F. V. VV.

Interpr.

Minoribus, minores
gesserint, gesserit
restitutionem, restitutione
subveniri, subvenire
in hoc, in MS. abest
obtentum, obtentu
debeant, debeat.

TIT. IV.

Actio, Edio
si ad, si id
ætatem, ætate
effecisti, & fecisti
pretendis, pudentes
PP. Prid Id. nov. Aquis, proposita data id. nov.

Interpr.

Quis, in MS. abest
conscripserit, consenserit
per ætatis, ut ætatis
non est, in MS. *non* abest
alium, alios.

TIT. V.

1.

Imperator, Imperatores
a patre nubenti, parte. in MS. reliqua desunt
quarta, quartam
inofficiosum testamentum, officiosum testamento
accusari, accusare
fuit separata, fuisse parata, *emendavit etiam in fuisses*
introducis, introducet
querelam, querella
emissa, amissa
continetur, continentur
quarta, carta
portione, positione
Maximo II. Maximo, in MS. abest nota numeralis.

2.

Si, in MS. abest
natos, natis
tertia, terciam
potuit, possit
accusationem, accusatione
prohiberis, prohiberes
in qua tamen, in quarta tamen
quia etiam, quæ etiam
eo, eo patre
fuerunt, fuerint
Maximo II. maxime, abest nota numeralis
& Emiliano, in MS. & abest.

Interpr.

Quia illud, in MS. *quia* abest
non potest, non poterit
alienata, aliena.

Inci-

Digitized by Google

VARIAE LECTIONES.

Incipit liber Gregor. III de petitione hereditatis.

TIT. II. 1.

Imp. Antoninus A Poncio Ingenuo, Constantinus A. Poncio Ingenuo.

TIT. III.

Imp. in MS. abest
Gordianus, Gurdianus
Alexandro, Alebrando
si a, in MS. *si* abest
eo nomine, ejus nomine
erogatis, erogatus
posse, possit
IIII Id. Mart. Attico, IIII Id. Mar. tacio.

Interpr.

pertinebunt, pertinebit
dum id, dum eum
in alieno, in alienum
expensas, expensis.

2.

Rubricam habet: Interpretatio.
Eo nomine, ejus nomine
supra adscriptis, in MS. desunt.

3.

XIV Kal. XIII Kal. *addit.* interpr. non eg. sed habet interpr. *impressus.*

4.

A domino, in MS. *a* abest
primum, prius
Aquilino, Aquilo.

5.

Si neque, si quæ. *supra hæc* quam
ratum, rato. *supra id ratione. addit.* int. n. eg. habet eam *impressus.*

TIT. IV.

Impp. in MS. abest
Ausonio, Auxonio
instrumentis, strumentis
non oberit, noverit
dominium, dominio
Aemiliano, Hemiliano.

2.

Aeliano, Helio
confeciſti, feciſti
possessionem, possessione
gestum est, ingestum
satis juris, satis juris
III Id. IIII Id.

Interpret.

Uxoris, & uxoris
non potest, in MS. *non* abest
res legitur, relegitur
res comparatæ, in MS. *res* abest
datam, data.

TIT. V.

De fam. herciscunda & communi dividundo, de familia herciscundæ & communi dividenda.

1.

Gordianus, Gurdianus
sic haberi, in MS. abest
ac si sine ejus rei, ac si ejus rei
commemoratione, recommemorationem
judicis, judicio
convenire, convenire non prohiberis
alioqui, aliquid
habiturus, habituros
ex re, in MS. *ex* abest
falcidiam, falcidia
cessare falso, usque ad *renunciasti* in MS. absunt
feria preces, feria preces
subveniri sibi, subvenire
Papo, Papa.

Interpr.

aliam, aliquam
& illa, in MS. *&* abest
non sunt, sunt non
perveniant, pertinent.

2.

Antonio Potito, Antonio positum
meministi, meminis
pater, nec pater
ageres, ageris
verum, virum
in extremum, in MS. *in* abest
indubitati juris est, bubitari jus est
Secundi II. Seculare II.

Interp.

Ut omnis facultas, omnes facultates
quartam ejus, quartæ juris
accepit, accipit.

TIT. VI.

Q. c. eo, qui in aliena potest. est, negot. gestum esse dicitur, quod cum eo, qui aliena potestate est negotium gestum esse dicitur.

Sed sola hæc apparet rubrica, neglecta constitutione Alexandri. Librarius enim hic adposuit constitutionem Alexandri ad SC. Macedon.

auctoritas, auctoritate
filiofamilia, filiæ familiæ
studiorum causa roma agenti, studiorum causarum agenti
quos patris, quo patris
recusaret, recusare
contractu, contractus
in patrem, in patre
nec in quos usus versa sit, nec in quo usus versaſſet
exquiri, his queri
eo filio, & filio.

Interpr.

Macedonianum, Macedoniano
filiofamilias, filiofamiliæ
quod si ipse, quod ipse
spatium, spacio
pecuniam, pecunia
de peculio potest, filii potest.

Gregorianus liber tertius, quartus titulus, si debito persoluto instrumentum apud creditorem remanſit, (*remanserit*)
manet, maneat
Antonino, Antonio. *addit.* interpr. non eg.

2.

Metrodoro, merodoro
ut tamen, & tamen
reddatur tibi aut incisa, reddatur aut tibi incisa
potes, potest
Gallieno II & Faustino, Gallieno & Fausto. *addit.* interpr. n. egit.

TIT. II.

Si amissis vel debitori reddit. instrumentis creditum petatur, si amissis ut debitore redditis instrumentis creditum petitur
compellet, compellit
vir clarissimus, absunt hæc a MS.
modo, in MS. abest
supra scriptis, in MS. absunt. *addit.* int. n. eg.

2.

Gordianus, Gurdianus
militibus, militi
instrumentis, strumentis
vi ignis, vi igne, *nova manus* sui signe
quantitatum debitarum, quantitatium debitorum
Sabino, Savino.

Hic sequitur rubrica

Quibus res judicata non noceat. *sed prima Constitutio in MS abest.*

2.

Aelia, Helix
sententiam, sententia
latam, lata
nullas vires. obtinere notissimi juris est, nullum sui juris obtinere notissimum est. *addit.* int. non indiget.

Sequitur mox rubrica

Gregorianus lib. XIII. titulus de patria potestate.

A, in MS. abest
Victorinæ, victoriæ
Bassæ Cassiæ, basiæ castæ
oblato, obligato
IV Kal. III Kal.
roma, roma
V. quinquet.

Sequitur rubrica

Incipit liber Hermogeniani ex corpore Gregoriani de cauta & non numerata pecunia.

Aurelius, Aurilio, *librarius emendavit* Aurelio
ex cautione, & ex cautione
firmio, firmio
Cas. A. Coss. Cæsare.

Interpr.

Theodosiano, Theodosiani
ex Hermogeniano, in MS. *ex* abest
credidimus, credimus
intra quæ, intra quo
contestari, constari.

Sequitur rubrica

Ex illicitis defunctorum quemadmodum conveniantur successores.

Aurelius Ennio Saturnino, licet ante litem contestatam defuncto eo, qui ex proprio, Aurilio & tennio saturnino licet ante litem contestato defuncto qui ex proprio.

Plura non exstant in Codice: Nam hæc verba immediate sequitur breve Chronicon Regum Langebardorum, ineditum ut puto.

1CAJI
2INSTITVTIONVM
3LIBER PRIMVS.
EX TITVLO
4 *De Jure Naturali, Gentium & Civili.*

1. CAJI] Titus Cajus a multis vocatur, etiam a Bertrando *de Jurisperit. l. 11.* Menagio *Amœnitat. Jur. Civ. cap. 43.* unde tamen id hauſtum ſit, mihi non eſt compertum; uti nec G. Grotio *de vit. Juriſconſultor. lib. 11. cap 7.* Videri quidem id poſſet non eſſe ſine exemplo, cum M. Cajus quoque occurrat apud Gruterum *Inſcript. p.* MXXV. 9. verum ille idem vocatur M. Gavius apud eundem *p.* CCCCXV. 7. ubi eadem inſcriptio plenius exhibetur: & pro *Cn. Cajo p.* CCCCXLIV. 2. legi debere *Cn. Hajo*, notavit Pighius, atque ita in ipſo lapide ſculptum eſſe teſtatur ἀυτόπτης, Vir Inſignis, Marq. Gudius. Cæterum varii Caji memorantur in inſcriptionibus legum Codicis, *l. 9. de jur. & facl. ignorant. l. 3. de his, qua vi metuſv. cauſ. l. 5. de inſtitor. & exercitor. action l. 11. mandat. l. 3. de auctoritat. præſtand. l. 17. ad L. Falcid. l. 8. de his q. accuſar. non poſſ. l. 6. de excuſat. muner.* in quarum tamen nonnullis codices variare oſtendit editio Charondæ. Plures alios habet Glandorpius *in Onomaſtic.* qui omnes ab hoc diverſi quidem ſunt; at inde conſtat, nomine hoc etiam ſolo multos appellatos fuiſſe. Unde vero dicantur Caji, vel Gaji, an a γαῖα, id eſt, terra: an quia γάϊος Italis & Tarentinis ſignificat mercenarium; quod notat Cujacius *ad præam. Inſtit. §. 6.* an a γαίω *gaudeo*, an aliunde, nec certum eſt, nec magni refert. Quod vero Oiſelius adjecit, *Juriſconſulti antiquiſſimi*, cum pro ſuo id tantum fecerit arbitrio, nos expunximus. SCHVLTINGIVS.

2. INSTITVTIONVM] Ita etiam Ulpianus, Paulus, Florentinus, Marcianus aliique Inſtitutionum libros ediderunt, quos imitatum ſe eſſe, dum libros Divinarum Inſtitutionum ſcripſit, indicat Lactantius *lib. 1. cap. 1. Inſtituta* tamen etiam dixere: & Priſcianus *lib.* VI. *fin.* laudat Cajum *libro primo Inſtitutorum*, notante Fabroto *ad Theophil. §. 6. præam. Inſtitution.* nec non Boethius *in Topic. Cicer. lib. 11.* Ulpianum *in ſuis Inſtitutis.* atque ita in Gloſſis, εἰσαγωγή, *inductio, introductio, inſtitutio, inſtitutum*: & alibi, *inſtituta κεφάλαια*: & *inſtitutum hoc*, εἰσαγωγή. Verum hoc poſterioris minuſque probatæ Latinitatis, & multum apud Latine loquentes differre *inſtitutiones & inſtituta*, nec tirones ignorant. IDEM.

3. LIBER PRIMUS] Sichard. *Liber prior de perſonis* ſed Lugd. CIↃ IↃ LXVI. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. *Inſtitutionum liber.* Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. *lib. 1. Inſtitutionum.* atque in his omnibus editionibus unico tantum libro Inſtitutiones hæ conſtant. Mihi hæc placuit inſcriptio, quæ ipſis Epitomes hujus primis verbis plane convenit. Secundus quoque a primo in ipſa hac Epitome ſatis ſeparatur: poſtea vero nulla librorum diſtinctio apparet; ut proinde hæc Epitome duos tantum contineat libros, quamvis ipſæ Inſtitutiones Caji non tribus, ut volebat Alexander, ſed quatuor libris conſtiterint. Et utinam in ſolo numero imminuendo peccaſſet Anianus, & non etiam paſſim verba & mentem Caji corrupiſſet! IDEM.

4. *De Jure Naturali &c.*] Anianus; qui (ut ſatis apparet) redegit in Epitomen Inſtitutiones Caji, multa omiſit, nec tantum particulas capitum, ſed & capita integra, ac, quod Cajus tribus libris, ipſe duobus complexus eſt. Certe compendium non habet hujus fragmenti, quod exſtat in *l. 9. D. de juſt. & jur.* & apud Juſtinianum ſub tit. *de jur. nat. gent & Civili.* idque nos titulo *de jure gentium & Civili* munivimus. ALEXANDER. Non dubitavi duo hæc Caji ex Inſtitutionum Libro primo fragmenta, in Digeſtorum corpore nobis ſervata, huc transferre, eaque in fronte operis ſub titulo *de Jure Naturali, Gentium & Civili*, collocare, cum de primo nemini dubium eſſe poſſit, quin huc pertineat; alterum autem & a Juſtiniano, qui ſuos Inſtitutionum libros ad Cajanarum exemplum componi curavit, ſub eodem titulo relatum ſit. OISELIVS. Et nos hæc fragmenta hic omnino collocanda eſſe arbitramur, exigente id & naturali ordine, & methodo Juſtiniani, qui Cajum ſequi ſolet: non tamen hæc fragmenta integrum titulum, ſed particulam tantum eius confecere; & de multis aliis hic diſputavit Cajus: ideoque ſufficere putavi, id notari, eſſe hæc ex tali titulo deſumpta, nec exemplo Alexandri & Oiſelii numerum titulo apponi; ne ita vulgatum numerum turbarem, editioque hæc ſtudioſis minus foret commoda. Satis erit, illa hic legi, &, tamquam ab Epitome diverſa, alia litterarum forma repræſentari, quod & fecit Oiſelius. SCHVLTING.

OMnes populi, [1] qui [2] legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. [3] Nam [4] quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est:

5. *Qui legibus*] Non hoc demonstrat, ut quidam sint populi, qui sine legibus, moribusve vivant; quod enim referat, non propterea restringit. Sed ait, quum omnes populi legibus moribusve vivant, partim suo proprie partim communi omnium iure utuntur. quod intellexit Theophilus, quum ait: *Omnes igitur populi aut scripto jure utuntur, aut non scripto; & alias proprio, id est, civili, alias communi, id est, jure gentium.* Jus scriptum lex est, jus non scriptum consuetudo, seu mores. Utrumque jus apud Romanos est, *l. 6. de inst. & ju. §. constat. Inst. de ju. nat gent. & civ.* at ea ratione, ut quum scriptis legibus non utimur, id custodiri oporteat, quod moribus, & consuetudine inductum est, *l. de quibus, D. de legibus.* Athenienses scripto solummodo jure, Lacedæmonii moribus tantum vivebant *§. sine scripto, Inst. de ju. nat. gen. & civ.* AILAND.

6. *Legibus & moribus*] Sic & Iustinianus Imp. *§. 1. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ubi tamen Theophilus Paraphrastes Graecus videtur legisse *legibus, aut moribus.* Vertit enim Ἄνας ἂν δῆμος, ἢ ἐγγράφοις κέχρηται νόμοις, ἢ ἀγράφοις. Neque hoc absque ratione est: quædam enim gentes legibus, quædam moribus tantum reguntur. De quibus elegans locus ex Cæsarii, fratris Gregorii Nazianzeni, libello, de variarum gentium legibus, & consuetudinibus, exstat apud Cedrenum, &, qui ex Cedreno descripsit, Georgium Phrantzem *Chron. lib. III. cap. 3,* Quorum utrumvis adire haud pigeat; locus enim nimis prolixus est, quam ut huc transcribi queat. Legibus utplurimum regebantur Athenienses, nec tamen solis, licet id innuat Tribonianus *§. 10. Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Ex Aristotele enim *Ethic. lib. I.* & Thucydide *lib. II.* constat, Athenienfibus jus fuisse & ἐγγράφον, & ἄγραφον. Lacedæmonii vero moribus utebantur, nam una τῶν καλλίστων ῥητρῶν hæc erat, μὴ γράφειν νόμους ἐγγράφους, ut testatur Plutarchus in vita Lycurgi. Unde Cicero in *Orat. pro Flacco* de iisdem sic scribit: *Adsunt Lacedæmonii, cujus civitatis fortissima ac nobilissima virtus, non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur: qui soli toto orbe terrarum septingentos jam annos amplius suis moribus, & nunquam mutatis legibus vivunt.* Vide & Josephum *lib. II. contra Appionem.* Idem & de Lyciis refert Heraclides περὶ πολιτ. Λύκιοι νόμοις δὲ χρῶνται. ἀλλ' ἔθεσι. Romani vero jam ab ipso Romulo & legibus & moribus regebantur, ut videre est apud Livium *lib. I.* & Dionys. Halicarnass. *lib. II.* OISEL. Non est verum, omnes populos legibus & moribus vivere, quod vult Paraphrasis Theophili & nota Aleandri: rectiusque ergo illud *qui* ita accipitur, ut excludantur populi, apud quos sola Principum arbitria pro legibus sint: quales ab initio rerum omnes fuisse tradit Iustinus *lib. I. cap. 1.* imo & Romanos aliquamdiu ita egisse in principio scribit Tacitus *Annal. lib. III. cap. 26.* & Pomponius *l. 2. §. 1. & 24. D. d. orig. jur.* nec non qui ab optimatibus ex ipsorum voluntate gubernantur; qualis an vere dici possit civitas, quærit Dion Chrysostomus *oration. 31.* adde ubi penes patres familiarum tantum in domesticos est imperium, quales Homerus describit Cyclopas *Odyss. I. vers. 112. & seqq.* & quales fuere Aborigines, quos Sallustius describit *Catilinar. cap. 6* his verbis: *Genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum:* & de Gætulis similia idem habet *Jugurthin. cap. 18.* qualis tamen non tam civitas erit, quam dissociata multitudo, ut de illis agens loquitur Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. I. cap. 4. §. 2.* Recte vero se hic habet lectio vulgata *& moribus;* licet Theophilus, cujus Paraphrasis a verbis Imperatoris non parum recedit, verteris disiunctive, non improbante Oiselio. (qui quae adjicit, pleraque iam ante notaverat Fabrotus *ad Theophil. §. 1. Inst. h. t.*) Nulla autem variatio codicum in Pandectis & Institutionibus a viris doctis hic observatur: & re vera non solos Romanos, sed & plerasque gentes moratiores & legibus & moribus regi certum est. Obiter monendum de Lacedæmoniis, eos non quidem usos jure in scripturam redacto; illorum tamen ῥήτρας magis accessisse ad jus scriptum, quam ad mores, cum non tacita populi voluntate, sed expressa Lycurgi Legislatoris auctoritate essent inductae: ut adeo non proprie solis moribus usi esse dici possint Lacedæmonii, quod hic volunt interpretes: nec defendi, quod jus Romanum non scriptum, quod solo usu constat, ab illorum institutis derivetur; quamvis hoc tradatur *§. 10. Inst. h. t.* ubi iam Bachovius & Vinnius aliique Viri eruditi hoc observarunt. In rebus factis, qualis haec est, Imperatoris auctoritas non major est, quam alicujus historici; adeoque hic ab illo licet dissentire. SCHVLTING.

7. *Quod quisque populus ipse sibi; &c.*] Qui nimirum nullius imperio subjectus est, sed suis legibus & moribus vivit. Talem nempe populum, vel civitatem liberam Graeci αὐτόνομον appellant. Civitas enim, quae a majori quadam potestate dependet, eatenus tantum jus sibi constituere potest, quatenus id ei, ab eo, cujus imperio subjecta est, concessum est. *l. ἀξίωσις D. de leg. Rhod.* OISEL. Liberae civitates ut sint eo sensu, ut nullius subsint imperio, non est opus, modo non sint in potestate alterius populi: cessit enim ipse populus per se, ubi in Principem est translatum imperium, jus illud non possit introducere, jure tamen suo civili regi potest; & quod Princeps jubet, intelligitur is nomine populi, ejusque vice jubere. Ita & constitutiones juris civilis species sunt in jure nostro. Idem est in statu, ubi optimates obtinent imperium. SCHVLTING.

8. *Vera*

est: [8] *vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis.* [9] *quod vero* [10] *naturalis ratio inter omnes homines constituit, id* [11] *apud omnes peraeque custoditur:* [12] *vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur.* L. IX. D. DE JUST. & JUR.

8. *Vocaturque jus civile.*] Harmenopulus Promptuar. *lib. 1. tit. 1.* Jus civile sic definit: πολιτικὸς δὲ νόμος, inquit, ἐστιν ὃ τινι μέν πόλει μόνῃ κέχρηται, διὰ τὸ ἐνωθῆναι ἐκείνῃ· ἄλλη δὲ ἡ χρῆσιν ἔχουσα βουλῇ, ἐπιζήμιον ἔσται τοῦτο, καὶ βλάβης πρόξενον. Cicero vero in *Topicis*, ut sit, *aquitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas.* Sic autem Jus civile in specie dicitur. Alioquin Jus civile in genere sumptum & jus naturale & gentium, quatenus ab eo speciali lege non est recessum, complectitur. Et optime Ulpianus *l. 6. D. de just. & jur.* Jus civile est, quod neque in totum a naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est, civile efficitur. Atque hinc omnia illa, quæ, licet fundamentum in jure naturali, vel gentium habeant, certam quandam ac propriam formam a jure civili accipiunt, juris civilis esse dicuntur; veluti matrimonia, patria potestas, tutelæ, testamenta, successiones, actiones & id genus alia. Magis proprie tamen ea juris civilis dici possunt, quae nullum aliud fundamentum habent, quam beneplacitum ejus, penes quem legum ferendarum potestas est; quæ etiam idcirco tantum obligant & justa sunt, quia sic legibus civilibus constituta sunt; qualia sunt jura adoptionum, usucapionum, donationum inter conjuges, Senatusconsulta, Macedonianum, Vellejanum, Trebellianum, Leges, Ælia Sentia, Junia Norbana, Fusia Caninia, Voconia, Furia, Falcidia, & in aliquibus capitibus Lex XII. Tabularum. Hujusmodi vero jus civile est, quod describit Auctor Paraphraseos ad Nicomachum, qui vulgo Andronicus audit; dum *lib. V. cap. 10.* ait: Νομικὸν δίκαιόν ἐστιν ὅπερ τὴν νομοθετηθεῖσαν, διάφορον ὄν, καὶ ὅτε δίκαιον, ὅτε ἄδικον ἰδόκει, μετὰ δὲ τὸ νομισθῆναι δίκαιόν ἐστι. OISEL. Hæc jam fere notaverat Vinnius *ad § 1. Inst. h. t.*

9. *Quod vero naturalis ratio*] Quod naturali ratione inter omnes homines peræque observatur, ait idem Cajus *lib. 11.* Aureorum *l. 1. de Adq. rer. dom.* ALEAND.

10. *Naturalis ratio*] Naturalem rationem Jurisconsultus hic appellare videtur insitam animis hominum notitiam de honesto & turpi, justo & injusto. Vel etiam per naturalem rationem intelligere possumus naturalem hominum ratiocinationem, qua scilicet, usu exigente & humanis necessitatibus efflagitantibus, gentes humanae ex consilio & conventione, ad tuendam generis humani societatem, sibi jura quædam constituere. Et sic tam jus illud, quod omnibus hominibus, a natura insitum, & ab omnibus, vel saltem moratioribus, æque observatur, ac vulgo a DD. jus gentium primævum vocatur, quam illud, quod propter utilitatem humani generis, communi gentium approbatione receptum, quodque jus gentium secundarium appellatur, Cajus noster hic innuit. OISEL.

11. *Apud omnes.*] Vel eos saltem, qui secundum rationem humanam vivunt. Theophilus *lib. 1. tit. 2.* Ἐθνικὸν νόμιμόν ἐστι τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἤγουν τῶν λελογισμένως βίον ἠθελόντων διατεινάντων. IDEM.

12. *Vocaturque jus gentium*] Quod & naturale vocat Cicero *lib. 11. de Invent. Rhet. lib. 11. de leg. lib. III. Offic.* & Justinian *§. ult. Instit. h. t. §. 1. & §. singulorum, de Rer. divis.* Ex hoc jure introducta sunt bella, & captivitates, & servitutes, & manumissiones: discretæ gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutæ, exceptis quibusdam, quae a jure civili introductae sunt. illud etiam, vt vim atque injuriam propulsemus, ut hominem homini insidiari nefas sit *l. 3. l. 4. l. 5. de just. & jur. §. jus autem gent. Instit. h. t.* Juris gentium quoque est erga Deum religio, ut parentibus, & patriæ pareamus *l. 2. de just. & ju.* Nec vero divisionem nostrorum interpretum admitto, qui ajunt, jus gentium duplex esse, primævum scilicet (ut eorum verbis utar) & secundarium: Primævum esse rationem a Deo nobis insitam, ex qua fiat, ut Deum veneremur, parentibus pareamus, & hujusmodi. nam quum quærimus, quid sit jus gentium, non rationem ipsam dicemus esse, quis enim rationem jus dicat? sed quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, idque apud omnes populos peræque custoditur. Propterea quod de religione dicitur, non hoc est, ut consideremus singulos homines per se de divinis cogitare, & animo, proprioque actu Deum venerari, quod & Elephantos facere quidam scribunt, sed apud omnes gentes receptum esse, ut vigeant religiones, templa ædificentur, sacerdotes creentur, ritus, ceremoniæ, sacrificia instituantur, quæ qui neglexerit, supplicio aliquo mulctatur. Pariter ut filii parentibus pareant, communi omnium jure custoditur, ut qui inobedientes, & contumaces adversus parentes fuerint, pœna aliqua coerceantur. quod sensit auctor Rhet. ad Heren. qui *Lib. 11.* ait, *Natura jus est, quod cognationis, aut pietatis caussa observatur, quo jure parentes a liberis, & a parentibus liberi colantur.* Id vero, quod scribit Pomponius in *d. l. 2. de just. & ju.* sumptum videtur ex Xenophon. *Lib. de Dict. & fact. Socrat.* ait enim, Καὶ γὰρ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται, θεοὺς σέβειν οὕτω καὶ γονέας τιμᾶν, πανταχοῦ νομίζεται. Hoc est, *Etenim apud omnes homines prima lex est, Deos venerari, insuper ut parentibus honorem habeamus, universalis lex est.* ALEAND. J. Cti nostri per jus naturale intelligere solent instinctus illos, qui hominibus cum brutis sunt communes *pr. Inst. h. t. l. 1. §. 3. D. de justit. & jur.* quod vero jus inter homines obtinet extra jus civile, vno nomine jus gentium appellant *h. l. §. 2. Instit. h. t. l. 1. §. ult. & ll. seqq. D. d. t.* ita tamen, ut id aliquando tribuant omnibus homi-

Digitized by Google

* * * * * *

[11] *Omne jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel* [12] *ad res, vel ad actiones.* L. I. D. DE STATU HOM.

hominibus, aliquando gentibus humanis *dd. ll.* Certe inter juris gentium scita quaedam sunt, circa bella v. gr. captivitates & servitutes, quæ non eodem modo omni tempore & loco observata fuere. Ceterum hodie qui juris naturæ gentiumque doctrinam tractarunt, solis hominibus jus naturale adscribunt *v. Grot. de jur. bell. ac pac. lib. 1. cap. 1. § 12. Selden. de jur. nat & gent. lib. 1. cap. 4. & 5. Pufendorff. de jur. natur. & gent. lib 11. cap. 3. §. 2.* quo admisso, an detur jus gentium separatum, controvertitur. Et sane quod omnes gentes vel etiam humaniores inter se obligabit, nec ex specialibus expressis vel tacitis pactis descendit, non potest aliunde esse, nisi a natura, quæ non solum in naturali & simplici rerum statu jura præscribit; verum de illis quoque præcipit, quæ post mutatum illum statum locum obtinent. Sed hæc fusius tractare nobis hic propositum non est, cum id agamus praecipue, ut, quæ ex Cajo extra Digesta supersunt, illustremus: nec etiam examinare illa, quæ obiter hic attingit Aleander, in quibus alioquin est quod possit reprehendi. SCHULTING.

13. *Omn jus, quo utimur, &c.*) Habetur hoc fragmentum in *l 1. D. de stat. hom.* & in *§. ult. Instit. h. t.* non est autem cum superiori adeo conjungendum, ut non pro certo habeamus, quædam deesse, ex scilicet, aut similia, quæ Justinianus inter utrumque enumerat, nempe Romanos tam proprio, quam communi jure uti: proprium jus aut scriptum esse, aut non scriptum: Scriptum constare lege, plebiscito, Senatusc. Principum placitis, magistratuum edictis, responsis prudentium. hæcque omnia abunde declarasse. Nunc accedit ad applicationem universi juris, ut vel ad personas spectet, vel ad res, vel ad actiones; quæ ipse sic digessit, ut primo libro de personis loquatur; Secundo de rebus tractet; Tertio de actionibus differat, aut potius de obligationibus, quæ matres actionum sunt; quem ordinem non servavit Justinianus, qui in quatuor libros Institutiones suas disposuit. ALEAND. Hæc sunt tria objecta, circa quæ versatur jus Romanum, Personæ, Res & Actiones. Theophil. *lib. 1. tit. 3. Μάθημεν περὶ πόσα ἡ τῶν Ῥωμαίων κατηγόρητος νομοθεσία. περὶ τρία τόλιν κατηγόρητος, περὶ πρόσωπα, περὶ πράγματα, περὶ ἀγωγάς.* OISEL. Putavit Aleander Cajum tres tantum, non quatuor Institutionum libros composuisse, contra apertam indicis Pandectis Florentinis præfixi auctoritatem: & cum ex illis, quæ ex Cajo reliqua sunt, constet, Justinianum Institutiones suas ad Cajanarum ordinem composuisse. verisimilius est, & in his de rebus actum libro II. III. & principio IV. ubi & de delictis & quasi delictis Cajum egisse probabile est. SCHULTING.

14. *Ad res*] Hoc nomine omnes contractus, & modi intelligi debent, quibus res adquiruntur. ALEAND.

TIT. I.

[1] *De Libertatibus servorum.*

[2] CAJI Institutionum liber primus dicit omnes homines [3] aut libe-

[a] *Summa itaque de jure personarum divisio hæc est; quod omnes ho-*

ros

1. *De Libertatibus servorum*] Ita omnes editiones: sed Aleander & Oiselius, *de jure personarum*, omisso hoc titulo; quia, scilicet, has Institutiones Caji, quantum potuerunt, Justinianeis accommodare voluerunt. Nos, memores, nos non in Cajo ipso integro, sed in Aniani Compendio versari, in quo illa omnia, quæ scripsit Cajus sub titulis, uti videtur, *de jure personarum, de ingenuis, de libertinis, &c.* sub solo hoc titulo de *Libertatibus servorum*, contracta & proposita sunt; melius fore existimavimus, si ab hisce vestigiis non recederemus. & alioquin, si quisque pro suo captu titulos tollat & reponat, quo res tandem abibit? Nos ergo titulos, uti ab Aniano collocati erant, intactos servavimus, & illa tamen quoque, quæ in Pandectis & alibi ex ipsis Caji Institutionibus supersunt, [illegible] singula locis inseruimus. Editio vero Sichardi [illegible] incipit. *Omnes homines aut liberi sunt, aut servi:* & [illegible] ita habet, *alii sunt ingenui, alii libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini &c.* Sed editio Lugd. CIↃ IↃLXV. & posteriores, quas inspexi, hanc lectionem exhibent. SCHULTING.

2. *Caji Institutionum liber primus dicit.*] Etsi fragmenta Institutionum Caji non exstarent, hoc tamen initium veritatem patefaceret, & una initium secundi libri. ALEAND. His verbis manifesto Anianum tenemus; neque enim Cajus sic incipere potuit. Sed Anianus dum Cajanarum Institutionum epitomen concinnare vult, more suo ita initium facit, referens quasi quæ in Institutionum libris Cajus tractaverit. Neque Caji tantum Institutionum libros quatuor ita ab Aniani manu enervatos, & in compendium contractos habemus, sed & falcem suam in aliorum Veterum Jurisconsultorum scripta immisit, veluti in Ulpiani Corpus Regularum, Pauli Sententias, item in Codd. Gregorianum, Hermogenianum & Theodosianum, atque ex iis omnibus

quæ-

ros esse, [a]aut servos. [1]Sed ex ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, | *mines* [b]*aut liberi sunt, aut servi.* L. III. D. DE STAT. HOM.

alios

quædam sub Alarico Gothorum Rege in suorum temporum usum excerpsit, atque in unum Corpus redegit: quod deinceps *Corporis Theodosiani*, vel etiam *Legis Romanæ* nomine allegari solitum. Sed de his omnibus uberius in Prolegomenis diximus, neque hic repetenda. OISEL.

a. *Summa itaque &c.*] Ex *l. 3. de Statu hom.* hoc caput titulum *de jure personarum* præferre debere, etiam Justiniani Institutiones demonstrant; qui autem epitomen confecit, is (credo) ex suo capite capita divisit, & titulos adfixit. *Summa*, maxima, prima, quæ majores partes sub se continet, quam reliquæ personarum divisiones. ALEAND.

b *Aut liberi sunt, aut servi*] Unusquisque aut omnino liber est, aut omnino servus. nemo est, qui pro parte sit liber, pro parte servus. & quamquam libertas τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον recipiat, meliori enim libertate fruuntur ii, qui ingenui sunt, quam qui libertini: rursum ex libertinis melior erat conditio civium Romanorum, quam Latinorum aut Deditiorum, & Latinorum melior, quam Deditiorum: nihilominus omnes liberi sunt, nec quisquam pro parte servus est. at servorum conditio nullam prorsus admisit differentiam §. *ult. Inst. de jur. pers.* quamvis enim quidam duriorem, quidam minus acerbam serviant servitutem, non tamen constituit jus civile, minus hosce servos esse, quam illos: &, ut Theophilus ait, scindi in species servitus non potest. ALEAND. Si tamen quis etiam dari velit mixti generis homines, qui de utraque conditione aliquid habeant, juvare hunc poterunt, quæ observat Vir Inclytus, Ger. Noodt *Probabil. lib. 1. cap. 12.* quales tamen homines ad speciem in iis prædominantem referre videntur veteres, dum duas tantum species ponunt, non ignari, homines etiam tales exsistere. SCHULTING.

3. *Aut liberos esse*] Sic dictos a libertate, quæ est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur. *l. 4. D. de stat. hom. §. 1. Inst. de jur. pers.* Sic Cicero in Paradoxis: *Libertas est potestas vivendi, ut velis.* Arrianus in Epictetum *lib. 1. cap. 12.* καὶ πῶς ἂν γένοιμεν ἐλεύθεροι; ἐλεύθεροι γάρ ἐσμεν, ᾧ γένεται πάντα κατὰ προαίρεσιν, καὶ ὃν οὐδὲ δύναται κωλῦσαι. Dion Chrysostom. *Orat.* XIV. τί ἐστι τὸ ἐλεύθερον; τὸ μηδενὸς ὑπήκοον, ἀλλὰ πράττειν ἁπλῶς τὰ δοκοῦντα ἑαυτῷ. Vid. Diog. Laërt. *in Zenone*, Julian. Imp. *Misopog.* OISEL.

4. *Aut servos*] Servos nomen accepisse, quod Imperatores, hoc est, ut Theophilus optime reddit, οἱ τῶν πολεμίων ἡγεμόνες, captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solebant, notum est. ex *l. 4. D. de stat. hom. l. 239. §. 1 D. de V. S.* Et ita Agell. *lib. IV. cap. 5.* Isidor. *Etymolog. lib. IX. cap. 4* Item Augustinus *lib. 1. in Genes. quæst. CLIII. Primum servos, quibus hoc nomen in Latina lingua inditum est, bella fecerunt. Cum enim homo ab homine superatus, jure belli posset occidi, quia servatus est, servus appellatus.* Hoc est, quod Græcum Basilicis *d. l. 239. de V. S.* dicunt: ἀπὸ τῦ φυλάττεσθαι, καὶ μὴ φονεύεσθαι. Servabantur vero ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς πράσεως, ut est in iisdem Basilicorum libris. Ac sic, quisquis ille fit, Vetus Juris Civilis Epitomator: qui in *hostibus captis, & in servitutem redactis*, scribit esse *observatum, quod utile erat & benignum. Eos enim servari & non occidi benignitatis esse, servire utilitatis, occidi neutrius.* Est autem servitus constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur. *l. 4. D. de stat. hom.* natura enim omnes liberi nascuntur. *l. manumissiones. 4. D. de just. & jur.* φύσει γὰρ πάντες ἦμεν ἐλεύθεροι ποτὲ, ut loquitur Philistio. Et Cyrillus *Hom. V. de fest. Paschal.* αὕτη γὰρ ἡ ἐλευθερία τῆς ἐνδεεστάτης φύσεως. Fiunt & servi jure civili variis modis, veluti, cum liber homo, major viginti annis, ad pretium participandum sese venundari passus est. *l. 5. D de stat. hom. l. ult. D. quib. ad lib.* cum aliquis supplicio damnatus servus pœnæ efficitur; cum libertus, ut ingratus erga patronum in servitutem revocatur §. 2. *Inst. de cap. diminut. l. 2. C. de libert. & eor. lib.* Sic qui ad dilectum militum citatus non responderat, in servitutem redigebatur. *l. 4. §. 10. D. de re milit.* & Florus *Epit* XIV. Suetonius *in Augusto.* Idem cum incensus aliquis veniisset, ut est apud Ulpian. *in fragm. tit. XI. §. 10.* Dionys. Halicarnass. *lib. IV.* Ciceronem *Orat. pro Cecina, prope finem.* Sic ex S. C. Claudiano mulier fiebat serva, quæ denuntiante domino alieno servo se junxerat. Ulpian. *d. tit. XI. §. 10.* Unde Tertullianus *lib. II. ad Uxor. Nonne insuper consuerunt servitutis vindicandas, quæ cum alienis servis post dominorum denunciationem in consuetudine perseverarunt?* Ita enim legendum apud Tertullianum jampridem a quibusdam Viris Doctissimis monitum. Meminit ejus Tacit. *Annal. XII.* Ubi, de rebus gestis sub Claudio agens, sic scribit: *Inter quæ refertur ad patres de pœna fœminarum, quæ servis conjungerentur: statuiturque ut ignaro domino ad id prolapsæ, in servitute: si consensissent, pro libertis haberentur.* At Suetonius hujus juris auctorem facit Vespasianum in cujus vita. nisi forte dicendum jus Claudianum ab eo renovatum. hujusque juris vestigium exstat in *l. 27. D. de pos.* observante Cujacio *ad l. 3. C. de mariteg.* Hodie tamen a Justiniano abolitum, ita ut mulier, quæ servo succubuit, non amplius fiat ancilla ejus, cujus ille servus erat: sed verberibus castigatur servus, & dissolvitur ejusmodi copula *l. un. God. de S. C. Claud. toll.* IDEM.

5. *Sed ex ipsis, qui liberi sunt &c.*] Valde dubito, Anianum omisisse definitionem libertatis & servitutis, quarum alteram Florentinus dixit esse naturalem facultatem ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur: alteram esse constitutionem juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur, *l. 4. de stat. hom. §. 1. Instit. de jure pers.* ALEAND.

alios libertinos. [c] Ingenuos, [7] qui ingenui [8] nati sunt: [9] Libertinos, qui

*** ***

[c] *Libertini sunt, qui* [d] *ex justa servitu-* justa

6. *Ingenuos.*] Ingenuus est is, qui statim, ut natus est, liber est. *pr. Inst. de ingen.* & qui cum libertate solem respexit, ut ait Imperator in *l. 14. C de fideicom. libert.* Talis proprie ingenuus est; habentur tamen & pro ingenuis, qui a Principe natalibus restituti sunt. *D. de natal. rest.* Sic & qui jus aureorum annulorum impetrarunt, quod Modestinus δίκαιον χρυσῶν δακτυλίων appellat *l. 14. D. de excus. tut.* jura ingenuitatis consequuntur. *D. de jur. aur. annul.* Quanquam annulo donati, quoad vivunt, tantum imaginem ingenuitatis, non vero statum habeant. *l. un. C. ad l. Visell.* Unde Ulpianus, Vivunt quasi ingenui, moriuntur quasi liberti *l. 3. pr. D. de bon. lib.* Cæterum quia res judicata pro veritate habetur, ingenuum etiam cum accipimus, qui sententia judicis talis renunciatus est, quamvis sit libertinus, *l. ingenuum, 25. D. de stat. hom.* At hodie ex Novell. LXXVIII. omnes liberi ingenui sunt. OISEL.

7. *Qui ingenui nati sunt*] Idem per idem explicatum videtur. Marcianus quidem in suis Institutionibus ingenuos esse dicit, qui ex matre libera nati sunt, *l. 5. de stat. hom.* Justinianus ingenuum ait, qui statim, ut natus est, liber est; sive ex duobus ingenuis natus, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo, sive etiam ex patre servo, matre libera §. 1. *Inst. de ingen.* Forte vero (si non potius *qui liberi nati sunt* scripsit Cajus) respexit ad priscam *libertinorum* appellationem: nam si quis recte Jurisconsultorum Institutiones & regulas perspexerit, videbit multa ad antiquorum temporum usum spectantia. Constat autem, olim falsum fuisse, ingenuos esse omnes, qui matre libera nati sunt, nam qui matre libera, patre liberto nascebantur, libertini dicebantur, non ingenui. id patet ex Sueton. *Claud. cap. 24.* dum ait. *Laticlavum, quamvis initio affirmasset non lecturum Senatorem, nisi civis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. ac si quoque reprehensionem veremi, etiam Ap. Cæcum censorem, generis sui pronunctorem libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus, temporibus Appii, & deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.* quod & apud Ciceron. intelligi reor in *Orat. pro Cluentio*, eo loco: *nam Popillium, quod erat libertini filius, in Senatum non legit.* Post illa tempora ingenuus erat, qui liber nascebatur, præterquam in casu *l. cum inter 14. C. de fideicommiss. lib.* Hodie omnes indistincte non solum nascuntur, sed manumissi ingenui statim fiunt, *Novel. 78.* ALEAND. Quæ ex Suetonio de libertinis adducit Aleander, non recte huc trahuntur; & cum jam Claudius, Princeps non indoctus, suo tempore hanc verbi illius ignoraverit significationem, adeoque illa hominibus vulgo multo magis esset ignota, quis credat Cajum I. Ctum longe recentiorem, temporibus Divi Marci ita scripsisse, quasi sermo sibi non esset cum hominibus præsentibus, sed cum illis, qui ante quatuor vel quinque secula vixissent; resque dudum plane obliteratas, tamquam usu obtinentes, proposuisse? Est hoc ab Aniano, cujus ævo, ut & postea, homines liberi omnes dicebantur ingenui, *v. du Cange Glossar. h. v.* quique adeo pro *liberi*, quod scripserat Cajus, reposuit *ingenui.* quæ prior fuit Aleandri opinio, & longe verior. SCHULTING.

8. *Nati sunt*] Et in eodem statu permanserunt; nam si quis natus ingenuus fit, postea aliqua ratione in servitutem deveniat, non ingenuus tunc, sed servus est, qui si manumittatur, libertinus, non ingenuus erit *l. liber homo 21 de statu hom.* At etiam qui ingenui nati non sunt, ex post facto juris interventu, ingenui fiunt. ut ecce, si libertinus a Principe natalibus suis restitutus fuerit. illis enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, quum servus natus esset, hic enim, quantum ad totum jus pertinet, perinde habetur, atque si ingenuus natus esset *l. 2. de natal. resti.* non ita qui jus aureorum annulorum accepit, is enim vere ingenuus non fit, quamvis ut ingenuus habetur *l. pen. de jure aureor. an. l. 3. de bon. libert.* itaque qui jus aureorum annulorum impetravit, patrono reverentiam exhibere debet, *l. 10. de in jus voc.* denique jus aureorum annulorum non statum ingenuitatis, sed imaginem libertinis dat *l. 2. C. de jur. aur. annul.* ALEAND.

9. *Libertinos, qui justa*] Theophil. *Inst. lib. 1. tit. 5.* Ἀπελεύθερός ἐστιν, ὁ ἐκ δουλείας καὶ ἐννόμου δουλώσεως ἐλευθερωθείς. Legendum vero apud Gajum ut edidimus, *qui justa*, ex emendatioribus codd. non autem, vt vulgati habent, *qui pro justa.* Libertini enim non sunt liberati, quia juste servierunt, nec libertas eis data est, quasi pretium justæ & liberalis servitutis Sed sunt libertini, quia ex justa, hoc est, vera, & vel jure gentium, vel civili probata servitute *l. 6. D. de stat. hom. l. 34. D. de stipul. servor.* manumissi sunt. Sic Cicero *Orat. pro Cecin. Cum is, qui in servitute justa fuerit, censu liberetur.* Olim temporibus Appii Cæci & deinceps aliquamdiu ipsi manumissi non dicebantur libertini, sed liberti; quique ex libertis procreati fuerant, hi libertinorum nomine veniebant, ut testatur Sueton. *in Claud. Cæs.* Postea vero indifferenter ipsi manumissi nunc liberti, nunc libertini dici cœpere, & ex his procreati ingenui. Differunt vero liberti & libertini nomina, quod Libertini nomen ad statum & conditionem personæ referatur, Liberti vero ad jus patronatus. *l. 2. & ult. D. si ingen. esse dicet.* OISEL. Non muto hanc lectionem, quam & Sichardi & Aleandri editiones agnoscunt; quæque meliorem habet sensum, quam si addas *pro*: quod in editione Lugd. CIↃ IↃ LXVI. quam Cujacius curavit, aliisque, quæ eam secutæ sunt, exstat. Quia tamen Anianus passim & in rebus & in verbis omnia turbat, quid scripserit, certo statui non potest. Cajus ipse dixit *ex justa servitute*: & sic alii loquuntur. SCHULTING.

c *Libertini sunt &c.*] Olim (ut docuimus) libertini erant filii eorum, qui servi esse desierant, hodie ingenui sunt

justa servitute manumissi [10] liberi fiunt. [11] Ingenuorum omnium unus status est. Libertorum vero [12] ideo non unus est, quia [13] tria sunt genera libertorum:

te [e] *manumissi sunt*. L. VI. D. DE STAT. HOM.

fiunt. Sed alia ratione diferepant inter se hæ appellationes, quia libertus refertur ad patronum, sicut patronus ad libertum, & (ut dicunt) correlativa sunt inter se nomina, ut quum filium dicimus, respicimus patrem, quum patrem ad filium cogitatio venit. Libertini autem appellatio generis conditionem respicit; itaque si quem dixerimus servum non esse, sed nec ingenuum, tunc libertinum fatebimur. atque hæc ex Ulpiano probari possunt *l. ult. si libert. ingenu. esse dic.* & Mod. *l. 1. de excus. tut.* ALEAND.

d. *Ex justa servitute*] Iusta servitus est a jure comprobata, ut eorum, qui in bello capti sunt, ut vernarum, hoc est, qui domi nascuntur, ut qui majores XX annis ignoranti se venundari sunt passi pretii participandi gratia. hique manumissi libertini fiunt: qui aliter in servitute sunt, manumissi ingenui remanent. aliud enim est, servum esse, aliud servire, ut ait Fabius *lib. V. cap. 10.* qui a latrunculis & prædonibus capiuntur, serviunt quidem, sed servi non sunt, *l. hostes. l. latrones. de capt. & post. rev.* pariter qui in civilibus dissensionibus capiuntur, *l. si quis 21. §. ult. eod. tit.* & qui ignarus status sui diutino tempore servierit *l. 2. Cod. de ingen. man.* sic ii, qui nexi in servitutem creditoribus addicebantur, de quibus Quintilianus *Lib. VII. cap. 4. Circa propria, ac differentia magna est subtilitas, ut cum quæritur, an addictus, quem lex servire, donec solverit, jubet, servus sit. altera pars sunt ista: Servus est, qui est jure in servitute. altera, qui in servitute est eo jure, quo servus, aut, ut antiqui dixerunt, qui servitutem servit. qua finitio etiamsi constat aque, nisi tamen propriis & differentibus adjuvetur, inanis est: dicet enim adversarius servire eum servitutem, aut eo jure, quo servum. Videamus ergo propria, differentiaque liberorum. qua libro quinto leviter in transcursu attigeram. Servus quum manumittitur, fit libertinus, Addictus recepta libertate est ingenuus: Servus invito domino libertatem non consequitur, Addictus solvendo citra voluntatem domini consequitur: ad servum nulla lex pertinet, Addictus legem habet, &c.* Theophilus non contentus *justa servitute*, addit & *legitima*, at quam affert rationem satis non percipio. mihi quidem justæ servitutis appellatione abunde intelligi ea videtur, quam Cajus intendit. Cæterum non me latet, justam servitutem posse dici alterius servi, qui mihi bona fide servit. *l. & generaliter 28. de Noxal. act.* & liberi hominis, quem bona fide possideo. *l. si servus. 34. de stipul. servo.* IDEM.

10. *Liberi fiunt*] Hæc Anianus diligenti nimis declaratione; nam quid opus fuit dicere *liberi fiunt?* quasi vero aliqui ex justa servitute manumissi liberi non fiant. Certe qui recte manumissi sunt, amplius servi non sunt, at qui servi non sunt, liberos esse fatendum est: summa namque divisio personarum est, omnes homines aut liberos esse, aut servos. Cajus ea verba omisit, cujus hæc sunt in *l. 6. de statu hom. & §. 2. Instit. de libert.* IDEM

Verba Cajl verbis Aniani subjecerat Aleander, quæ nos e regione illorum collocavimus.

e. *Manumissi sunt*] Servitus contra naturam est, *§. 2. Inst. de jus. pers.* at vitium hoc necessarium fuit; inventum tamen est manumissionis remedium, sed non omnino naturæ serviens, neque enim plenam tribuit libertatem. Quid ergo, si dominus servum manumittens pacisçatur, velle se eum esse ingenuum? ac potest quidem jus patronatus hodie remittere *l. uls. Cod. de bon. lib.* facere tamen non potest, ut is libertinæ conditionis non sit *l. ingenui, Cod. de ingen. manu* recte Seneca *Epist. 31. Quid est eques Romanus, aut libertinus, aut servus? nomina ex ambitione, aut ex injuria nata.* ALEAND.

11. *Ingenuorum omnium unus status est. &c.*] Liberi homines aut Ingenui sunt, aut Libertini. Ingenuorum unum est genus, aut, ut Dialectici loquuntur, una est species atque ea postrema, quæ nullas sub se species habet. ALEAND. *Ingenuorum omnium unus status est.*] Hoc est, ut ait Theophilus *lib. 1, cap. 5.* Ἷσον ἡ γεγέννηται ἄτομος, οὐκ ἔχουσα τὸ μᾶλλον ἢ τὸ ἧττον ἐν ἑαυτῇ. OISEL.

12. *Ideo non unus, quia &c.*] A primis urbis Romæ cunabulis una, atque simplex libertas competebat, id est, eadem, quam habebat manumissor; nisi quod libertinus erat, qui manumittebatur, manumissor ingenuus *§. libertinorum Instit. de libert.* Erat igitur civis Romanus, qui ex servo factus fuerat liber: sicque Cicero loquitur *pro Corn. Balbo* eo loco. *Servus denique bene de Republ. meritus persæpe libertate, id est, civitate publice donari videbamus.* At ea libertas nulla alia manumissione dabatur, quam tribus illis, quæ infra declarabuntur; censu scilicet, vindicta, testamento. quod idem Cicero ostendit in Topicis, ubi ex partium enumeratione argumentum deducit; ait enim. *Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber; neque est ulla earum rerum, non est igitur liber.* omnes enim hic partes manumittendi nominat; nam si eo tempore in usu fuissent manumissiones inter amicos aut per epistolam, hæque liberum fecissent, corrueret argumentum: prima enim positio (quam majorem isti vocant) nullatenus admitteretur, quod & Boetius ibidem exsequitur. Neque movet me, quod in Plauti, Terentiique Comœdiis servos manumitti videamus nullo ex his tribus modis, nam ex actionem inter Græcos, & exteras gentes, ut plurimum fingebantur, penes quos Romanorum solemnitates in usu non erant: utique enim sicut servitutes, ita manumissiones juris gentium sunt *l. 4. de just. & jur.* & Theophilus *in §. dedisitias Inst. de libert.* naturales vocat manumissiones inter amicos, per mensam, per epistolam, legitimas vero censu, vindicta, testamento. Quod si quis aliter, quam uno ex iis tribus modis manumissus fuerat, non liber esse, sed in libertate morari dicebatur, quod præclare pa-

torum: quia liberti aut Cives Romani ſunt, aut Latini, aut Dedititii. [14]Tamen, qui Cives Romani ſint, qui Latini, qui Dedititii, breviter explanandum eſt.

§. 1. [15]Cives Romani ſunt, qui his tribus modis, id eſt, [16]teſtamento, [17]aut

tet ex fragmento Doſithei magiſtri Grammaticæ, quod cum Theodoſiano Codice circumfertur; in eo ſic eſt, leviter a me emendato. *Primum ergo videamus quale eſt, quod dicitur, eos, qui inter amicos apud veteres manumittebantur, non eſſe liberos, ſed domini voluntate in libertate morari, & tantum ſerviendi metu dimitti. Antea enim una libertas erat vindicta, vel teſtamento, vel cenſu, an qua civitas Romana competit manumiſſis, quæ appellatur legitima libertas. Hi autem, qui domini voluntate in libertate erant, manebant ſervi, & ſi manumiſſores audebant in ſervitutem denuo eos per vim ducere, intercedebat Prætor, & non permittebat manumiſſum ſervire. Omnia tamen tanquam ſervus adquirebat manumiſſori: & ſi quid ſtipulabatur, vel ſi per ſcripturam acceperat, vel ex quacunque cauſa alia adquiſierat, domini hoc faciebat.* quare is quodammodo ſervus erat, at ſervitutem non ſerviebat, interpoſita Prætoris auctoritate. in libertate igitur morabatur, at non in ea libertate, qua cives Rom. quam legitimam Doſitheus appellat, Ulpianus *in Fragment.* juſtam, ut & Sueton. *Aug. cap. 40. Servos non contentus multis difficultatibus a libertate juſta removiſſe, quum & de numero, & de conditione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curioſe cavilſet, hoc quoque adjecit, &c.* eodem quoque capite probatur, quod nos diximus, iis temporibus civitatem Rom. cum libertate ſemper fuiſſe conjunctam, ſic enim de Auguſto ſcribit; *Magni præterea exiſtimans ſincerum, atque ab omni colluvione peregrini, ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, & civitatem Rom. parciſſime dedit, & manumittendi modum terminavit.* qui igitur iis tribus modis manumiſſus non erat, quamvis in libertate morabatur, tamen liber dici vere non poterat, quod etiam ex Ulpiano apparet, qui *in Fragment. Regular. tit. 1.* ait: *Hodie autem ipſo jure liberi ſunt ex lege Junia, qua lege Latini ſunt nominati inter amicos manumiſſi.* deſunt enim quædam, quæ hanc ſententiam antecedebant, quibus veriſimile eſt dictum fuiſſe, nullos ex ſervis exſtitiſſe liberos, niſi qui uno ex iis tribus modis manumiſſus eſſet. ALEAND.

13. *Tria ſunt genera libertorum*] Sic Ulpian. *Fragm. tit. 1. pr. & Inſt. de libert. §. 3.* OISEL.

14. *Tamen*] Alius dixiſſet, *itaque*: verum in connectendis periodis ſæpe peccat Anianus. SCHULTING.

15. *Cives Romani &c.*] Hic tertium caput diſtinximus, quod Epitomator non ſervavit, qui id ſub primo capite habet cum inſcriptione *de libertatibus ſervorum.* Nos titulum poſuimus *de libertinis*, ſecuti Ulpianum in Fragmentis & Juſtinianum in Inſtitutionibus. ALEAND. Sic Aleander. Oiſelius non ita; ſed novum tantum poſuit paragraphum, quod & nos ſecuti ſumus, gnari nos in Compendio Inſtitutionum Caji tantum verſari: in quo nullus eſt novus titulus, quamvis in integris Caji Inſtitutionibus illum exſtitiſſe non negem. SCHULTING.

Cives Romani] Una olim libertas erat, eaque civium Romanorum, ut declaratum eſt; cœperunt poſtea tria eſſe genera libertorum; nam qui manumittebantur, modo majorem, & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant Cives Romani: modo minorem, & Latini ex Lege Junia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia Dedititii §. *libertinorum Inſt. de libert.* Hic a nobilioribus incipit; declaratque qui liberti Cives Romani fiant. ALEAND. Ulpianus *in Fragm. tit. 1. Cives Romani ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo jure impediente, manumiſſi ſunt.* Quod Græci Interpretes dicunt, ἢ ἀπογρ. ἢ τεταμέντῳ, ἢ ἐνδίκῳ. Cicero *pro Cecina. Qui poteſt ex jure Quiritium liber eſſe is: qui non eſt civis?* Optime Cicero ait, neminem poſſe eſſe liberum ex jure Quiritium, niſi qui ſit civis. Et ſic Vetus auctor Græculus in fragmento de jure, cujus uſum olim conceſſerat Cl. Rumpſius τῷ πόνῳ Salmaſio, qui eum primus Græce in dias luminis oras protraxit, hanc vocari dicit legitimam libertatem, qua quis civis Romanus fit; illam vero non contingere, niſi aut vindicta, aut teſtamento, aut cenſu. πρότερον γὰρ, inquit, μία ἐλευθερία ἦν, καὶ ἡ ἐλευθερία ἐγίνετο ἐκ πρεσαγωγῆς, ἢ κατὰ διαθήκην, ἢ ἐν ἀποτιμήσει, καὶ πολιτεία Ῥωμαίων συνῆδεν ἐλευθερουμένοις, ἥτις πρεσαγορεύεται νόμιμος ἐλευθερία. Ubi ἐκ πρεσαγωγῆς vertit, quod in Latino erat *ex vindicta*, ἀπὸ τοῦ προσάγειν, quod eſt vindicare, ἐλευθοῦν, ἐλευθεροῦσθαι, ut optime a Salmaſio obſervatum. Hi itaque proprie liberi erant. Cæteri enim, qui inter amicos manumittebantur, & Latini fiebant, non tam *liberi*, quam *in libertate morari* dicebantur; quodammodo enim adhuc ſervi manebant, ſervitutis tamen timore liberati. Idem Auctor Vetus Rumpſii, de Latinis libertis agens, inquit: Πρῶτον μὲν ἴδωμεν ποιανὸν ἐστιν ὁ λέγοντες μὴ εἶναι ἐλευθέρους, ἀλλὰ τῷ δεσπότου θελήσει εἰς ἐλευθερίαν διαφέρειν, καὶ μένειν τῷ δουλικῷ φόβῳ ἀνειλόμενοι. *Primum ergo videamus quale eſt, quod dicitur, non eſſe liberos, ſed domini voluntate in libertate morari, & tantum ſervitutis timore dimitti.* Hiſce ex eodem fragmento ſubjungit Salmaſius, quæ in Latinis ſub finem Collat. Leg. Moſaic. & Rom. a Pithœo editis, modo allatis præcedunt. Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον δυνηθῶσιν ἕκαστα ἐκφέρειν, βέλτιον δοκεῖ ἄρξασθαι ἀπὸ ἀπελευθέρων, καὶ πρῶτον περὶ Ῥωμαίων γράφειν, μὴ πλανώμενοι ταῦτα διερμηνεύειν ἀναγκαζώμεθα. *Sed ut magis poſſint ſingula adferri, melius videtur incipere a libertis, & primum de Latinis ſcribere, ne ſæpius eadem interpretari cogamur.* Latina Interpretatio, quam Pithœus edidit, hic mutila eſt. Poſtea idem Auctor addit eos, qui domini voluntate in libertate erant, ſervos manſiſſe; atque a manumiſſoribus

[18] aut [19] in [20] Ecclesia, [20] aut [21] ante Consulem fuerint manumissi.

§. 2.

soribus in servitutem revocari potuisse; uti & omnia, quæ acquirebant, tanquam servi, domino, sive patrono distuliſſe: Οὗτοι δὲ οἱ ὑπὸτὸν θεληθέντα ἐν ἐλευθερίᾳ εἶναι, ἅμενον δοῦλοι, νῷ οἱ ἐλευθερωθέντες ἐτέλουν ὡς δουλείαν πάλιν αὐτοῖς κατὰ βίβλον ἄγειν, παρεγίνοντο δὲ οἱ τεκτονικοὶ, νῷ οὐκ ὀφείλοντα ἐλευθερωθέντα δουλεύειν. πάντα μέντοι καθὼς δοῦλος προσεπόριζεν ἐλευθερωθέντι, ἢ εἴ τι ἐπιφέροντα, ἢ κατὰ συγγραφὴν εἴληφεν, ἢ ἐξ ἄλλης ὁτουοῦν δίκης ἄλλος προσεκτήσατο, τῷ ἀφεντὶ τοῦτο ἐγίνετο, τυτέστι, τῷ ἐλευθερωθέντι πάντα τὰ ὑπάρχοντα πρὸς τὸν πάτρωνα διέφερεν. Hoc itaque modo manumissi nihil, præter nudum libertatis nomen ex parte habebant. OISEL. Hi manumissi olim in libertate tantum morabantur, quod facti est; non vero erant liberi, quod est juris. postea propriam acceperunt libertatem, factique sunt Latini duntaxat, ut docet fragmentum, quod viri docti laudarunt. SCHULTING.

16. *Testamento*] Ut testamento manumissi liberi fiant, lex XII. tabul. facit, ait Ulpian. *in fragment. tit.* 1. ea enim lege ita cautum fuerat: *Paterfamilias uti super familia pecuniaque sua legassit, ita jus esto*, ut est apud Auctor. Rhet. ad Herenn. & alios, quibus verbis latissima potestas tributa videtur, & heredis instituendi, & legata, & libertates dandi, ut ait Pomponius *in l. verbis* 120. *de verb. sign.* itaque ex latissima hac potestate poterat testator quoscunque servos, & totam familiam testamento manumittere. at (ut inquit idem Pompon.) interpretatione coangustatum est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium, nam lege Caninia modus terminatus est numero servorum testamento manumittendorum, de qua postea erit sermo. modum etiam imposuit lex Ælia Sentia, quæ in fraudem creditorum, & patroni manumittere prohibet, aut si manumissor sit minor 20 ann. de qua etiam infra loquemur. Ante vero legem Juniam, qui testamento manumittebantur, cives Romani erant, post legem Juniam hac etiam in parte coangustata est testatoris potestas, nam minor 30 annis servus manumissus perinde haberi jubetur, atque si domini voluntate in libertate esset, idque Latinus fit, ut ait Ulp. *in fragment. tit.* 1. Pariter qui est in bonis testatoris, (de quo dominii genere infra verba habebimus) non etiam ex jure Quiritium tempore faciendi testamenti, & mortis testatoris, justam libertatem non consequitur, ut idem Ulpian. declarat. Et Theoph. *in §. ult. Instit. de libert.* Et qui testamento servum manumiserat ea conditione, ut Latinus esset, justam libertatem non consequebatur, sed Latinus fiebat *l. un. §. illo procul dubio, Cod. de Lat. lib. toll.* Similiter si sub conditione libertas data esset, & pendente conditione servum heres manumisisset *d. l. un §. seq.* Testamento autem manumissus ita demum fit liber, si testamentum valeat, ut ex eo adita sit hereditas, vel si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem *l. testamento* 23. *l. sciendum* 32. *D. de manum. test.* vel si heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate *l. 3. Cod. de testament. manumiss.* Modo vero directa libertas testamento dabatur, hoc modo, *liber esto, liber sit, liberum esse jubeo*; quam qui consequebantur, nullius liberti erant *l. si necem*, 4. *de bon. lib.* vocabantur autem liberti Orcini, & apud Ulp. *in fragm. tit* 2. & *in l. directis* 10. *Cod. de testam. manum. §. libertas, Instit. de sing. reb. per fid. relict.* & aliis locis, ab Orco deducto nomine, quasi Orci liberti essent, ad quem descenderat dominus: Theophilus vocat Charonianos, quasi Charontis libertos. Modo fideicommissaria relinquebatur libertas, cum heres rogabatur, ut servum manumitteret; ut puta; *Rogo, fidei committo heredis mei, ut Stichum servum manumittat.* isque heredis libertus fiebat, cujus rei titulus est in Pandectis & Codice. Sicut autem aliena res legari, aut per fideicommissum dari potest, ita alieno servo libertas fideicommissa (neque enim directa potest) datur, *l. libertates*, 16. *de fideicommiss. lib.* tunc enim debet heres servum redimere, & manumittere vel magno precio, si ita testatore sit jussum, *l. impuberem*, 22. §. *si testamentarius, ad leg. Corn. de falsi* quod si jussum non sit, justum precium attenditur, quoniam nec precii computatio pro libertate fieri potest, utpote pro re inæstimabili. Quod si dominus non vendat, extinguebatur olim libertas, ut Ulpian. ostendit *in fragment. tit.* 2. *ad fin.* hodie non deficit, quia possit tempore procedente, ubicunque occasio servi redimendi fuerit, præstari libertas ex rescripto Alexandri *l deberi*, 6. *C. de fideicom. liber.* §. *libertas, Instit. de sing. reb. per fid. rel.* Quid autem si heres, qui rogatus est libertatem dare, (quum ex testamento justa libertas competat) vellet Latinum facere? Et statutum est non posse: servi enim deteriorem conditionem heres facere non potest *l. si is, qui ex causa*, 15. *de fideicomm. liber.* nam & si servo, antequam manumitteretur, injecta fuissent vincula, quia Dedititiorum numero fuisset, extinguebatur fideicommissa libertas *l. fideicommissaria* 42. *de fideicom. liber.* ALEXAND. Hic est unus modus, quo manumissi fiunt Cives Romani, cum quis servum suum in testamento liberum esse jussisset. Sic Priscus *in Eclog. Legat.* de Romanis: ἐλευθερίας δὲ τρόποι παρ' αὐτοῖς πλείους, ἓν μὲν τὸν παρόντας, κἀκεῖνα νῷ τελευτῶντας χαρίζονται. Tales Appianus Alexandrinus *in Mithridatico* dicuntur ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντες. Qui si directis verbis ex testamento libertatem consequebantur, testato: is fiebant liberti, & appellabantur liberti Orcini, sive Charonitæ, a Theophilo χαρωνικοὶ, quasi Orci, sive Charontis liberti. §. 2. *Inst. de sing. reb. p. fid. rel.* Ulpian. *tit.* 2. *Is qui directo liber esse jussus est, Orcinus fit libertus.* Glossæ Basilicæ: *Orcini.* ἀπελεύθεροι τεθνεῶτος, ὡς ἄλλοι χαρωνικοὶ ἀπελεύθεροι. Eædem Glossæ: *Orcinus libertus*, χαρωνικὸς ἀπελεύθερος, ὅρκος γὰρ ὁ χάρων. Nullius enim viventis sunt liberti in *l. 4. D. de bonis libert.* quamvis ad defuncti familiam pertineant. *l. 3. §. plane. D. de legit. tut.* Unde & familiæ liberti dicuntur: *l. socius* 48. *D. de manumiss. test.* Atque hinc explicandum quod legitur *l. un. §. 7. C. de Lat. lib. toll.* liberos & cognatos jus patronatus in Orcino habere;

bere; quamvis enim familia plenum jus patronatus in Orcino non habuerit, ſuſpicari tamen licet, quædam jura, ut in liberto habuiſſe. Oportet autem, ut hereditas adeatur ex teſtamento, nec enim ſola pilei impoſitio facit libertum Orcinum, *l. directis. Cod. de teſt. manum. Vid. Cujac. Obſervat. lib.* III. *cap.* 23. Sin vero precariis verbis iis data fuerat libertas, non teſtatoris, ſed manumiſſoris fiebant liberti. *Ulpian. d. t. 2. Inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict. §. 2.* OISEL. Quod de minore triginta annis ſervo teſtamento manumiſſo Aleander adſcribit legi Juniæ, adſcribere debuit legi Æliæ Sentiæ; ex qua talis perinde habetur, ac ſi domini voluntate in libertate moraretur, *Ulpian. tit.* 1. §. 12. quales quidem omnes ex lege Junia Norbana Latini fiebant: at lex illa de hoc caſu non dicitur egiſſe. SCHULTING.

17. *Aut in Eccleſia.*] Videmus hic Aniani manum, qui manumiſſionem in Eccleſia, hoc loco, quemadmodum & mox, pro manumiſſione *cenſu* facta, ut Gajus ſcripſerat, ſubſtituit. Hic autem modus tribuendæ libertatis in Eccleſia a Conſtantino primum introductus eſt, ut patet ex *l. 1. & 2. C. de his qui in Eccl. man. l. 1. Cod. Theod. de man. in Eccl.* Cujus & meminit Sozomenus *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 9.* ubi ſcribit, Conſtantinum tres feciſſe Leges de manumiſſionibus in Eccleſia. Et ſane ex *l. 1. Cod. Juſtin. d. t.* colligi etiam poſſe videtur, aliam præterea legem præceſſiſſe, quæ non exſtat. Verba autem Sozomeni hæc de re ſunt hujusmodi. Περὶ τὴν αὐθεντίαν τῆς ἐλευθερίας, ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλοῦσι, νεῦσις ἔσχε νόμος, ἀνιέντος πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένους ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱεροῖς πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν. Eadem habes apud Hiſtor. Tripartit. Interpretem *lib. 1. cap. 9.* Videndus & Nicephorus *Hiſtor. Eccleſ. lib. VII. cap. 16.* Hinc D. Auguſtinus *Sermone V.* ex illis, quos Sirmondi beneficio habemus: *Servum tuum manumittendum manu ducis ad Eccleſiam. Fit ſilentium. Libellus tuus recitatur, aut ſi deſiderii tui perſecutio.* Sic & idem Auguſtinus *Serm. de com. vita Cleric.* de Diacono quodam Hipponenſi, qui, antequam eſſet clericus, emerat aliquot ſervulos: *Hodie*, inquit, *illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt Epiſcopalibus geſtis.* Manumiſſionis in Eccleſia factæ exemplum habes & apud Burchardum *lib. II. cap. 26. & cap. 30.* item apud Gregorium P. P. *Regiſt. lib. V. Epiſt. 12.* Ejuſque mentio in Capitulis Caroli & Ludovici Imp. *lib. I. cap. 88.* & formula ejus, qua fieri ſolet, exſtat in Formulis Veter. Incerti Auctor. *cap. 8 & cap. 56.* Item apud Auctorem Formularum ſecundum Legem Romanam *cap. 12.* ut eas diſtinctionis cauſa inſcripſit Bignonius. Erat autem hic manumittendi modus inventus ad imaginem veteris illius, quo ſtante Rep. Rom. ſervi in comitiis luſtrali cenſu manumittebantur. Id enim ex verbis Conſtantini in *d. l. 2. C. de his, qui in Eccleſ. man.* haud obſcure colligitur, dum ait: *Qui religioſa mente in Eccleſia gremio ſervis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eam eodem jure donaſſe videantur, quo civitas Romana ſolemnitatibus decurſis donari conſuevit.* Per *ſolemnitates decurſas* nihil aliud ſignificat, quam comitiorum & cenſus morem obſoletum, ut bene obſervavit Hotomannus. *Cenſu* vero *manumittebantur olim, qui luſtrali cenſu Romæ, juſſu dominorum inter cives Romanos cenſum profitebantur*, ut ait Ulpianus *tit. 1* ſive, ut Boetius *ad Topic. lib. 1.* definit, *qui conſentiente, vel jubente domino nomen deferebant in cenſum.* Moris enim erat, ut *luſtris ſingulis*, hoc eſt, ſingulo quinquennio ſinguli Romani cives *cenſum profiterentur*, hoc eſt, apud Cenſores Romæ in campo Martio declararent, quantum quiſque in bonis haberet. Dixi Romæ in Campo Martio, quia *cenſus* tantum in urbe agebatur, non vero in provinciis; ibi enim *Profeſſio* obtinebat, id eſt. ἀπογραφή, non cenſus, hoc eſt ἀποτίμησις. Sic enim diſtinguit Vetus juris fragmentum ex Bibliotheca Rumpfii, a litterarum, dum Deus fataque ſinebant, Principe, nunc τῇ μακαρίᾳ Salmaſio publicatum: Ἀλλ' ἐν τῇ πόλει ἡμῶν μόνον ἀποτίμησιν ἄγεσθαι δεδήλωται, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις μᾶλλον ἀπογραφὰς χρῆναι. Philoxenus tamen in Gloſſis *Cenſum*, Græca utraque voce indifferenter explicat. *Cenſus* ἀπογραφὴ οὐσίας, ἀποτίμησις. Sic eodem modo aliæ Gloſſæ Gr. Lat. ἀπογραφὴ *cenſus, profeſſus, profeſſio.* Et ἀπογράφομαι, *cenſeor, profiteor.* Item ἀποτίμησις, ἀπογραφὴ χωλῶν, *cenſus.* Profeſſio vero cenſus fiebat imprimis nomine ejus, qui cenſum profitebatur, adſcripto in tabulis cenſualibus, deinde & facultatibus ejusdem. De jure cenſus adi Sigonium *de antiq. jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 14.* OISEL. In *l. 2. C. d his, qui in Eccleſ. manumittunt.* per ſolennitates decurſas intelligo illas, quæ in manumiſſione per vindictam erant obſervandæ, ac eo tempore etiam nunc libertas ſic dari conſueverat: ſolennia illa enim demum a Conſtantio ſublata ſunt *l. 1. C. d. formul. & impetrationib. action. ſublat.* idque jus refert Hermogenianus *l. 23. D. de manumiſſ. vindict.* quem JCtum hoc demum tempore vixiſſe recte videtur ſtatuere V. C. Jac. Gothofredus *Prolegom. Codic. Theodoſ. cap. 1. add. Menag. Amœnitat. Jur. Civ. c. 11.* Quod vero Sam. Petitus *ad Leges Attic. p. 254.* exiſtimat, verbum *eccleſia* ab Cajo ipſo eſſe, ac ſumi pro conſilio, id a vero plane alienum eſt. nemo ſic locutus eſſe probabitur unquam: & ipſi Græci ἐκκλησίαν ſumunt non pro paucorum virorum judicumque conſilio, verum pro populi concione. Præterea, quæ apud conſilium fiebant manumiſſiones, vel a minoribus viginti annis, vel ſervorum triginta annis minorum, de quibus Ulpianus *tit. 1.* toto hinc cœlo diſtabant. Anianus Cajum ſæpe ad ſua accommodat tempora, atque ita eccleſiæ apud eumdem occurrunt, & exponuntur templa Dei *lib. II. tit. 1. §. 1.* Nec alia quoque mens Cujacii *Obſervat. lib. VII. cap. 16 fin.* Ceterum non quidem luſtrum amplius fuit conditum poſt Veſpaſianum, ut docet Cenſorinus *de die natal. cap. 18* ac ſic luſtralis cenſus tamquam rei non amplius uſitatæ meminit Ulpianus: non vero ideo cenſus quoque ſublatus fuit. Auctor certe fragmenti veteris *in fin.* cenſus meminit, ut rei uſitatæ, de quo ad illud ipſum (ſi Deo placuerit) dicemus. SCHULTING.

18. *In Eccleſia*] Nulli dubium eſſe debet, quin Cajus ſcripſerit *cenſu*. At Anianus, quæ ſua ætate obſoleta erant, in hac Epitome omiſit, quæque tunc obtinebant adſcripſit, ut manumiſſio in Eccleſia, quæ a Con-

Constantino adinventa est. Quoniam igitur de censu locutus fuerat Cajus, de hoc nonnihil disseremus. *Censor dictus est*, inquit Varro *lib. IV. de ling. Lat. ad cujus censionem, id est, arbitrium censeretur populus.* Idem quoque (ut est apud Nonium) *lib. II. de vita pop. Rom. Itaque quod hos arbitros instituerunt populi, Censores appellarunt: idem enim valet censere & arbitrari.* Ad arbitrium itaque Censorum quinto quoque anno cives censebantur, id est in publicas tabulas referebant nomina, filios, agros, pecuniam, servos, quos possidebant, pro quibus tributum pendebant, *l. 21. §. ult. de ann. leg. l. generali, 32. in fin. de usufruct. leg.* id quod a Servo Tullio Rom. Rege inventum est, ut refert Dionysius *lib. IV.* forma vero deferendi in censum exprimitur aliquatenus in *l 4. de censib.* Debebat autem quisque res suas deferre, quod si quis alienas detulisset, idque fecisset domini consensu, ipse dominus efficiebatur, *l. censualis 7. C. de donat.* At soli cives censebantur, quod quibusdam locis ostendit Cicero *pro Corn. Balbo, & pro Arch. Poeta.* Quin, ut tradit Dionysius, cives, qui secus fecissent, amissis bonis, & civitate efficiebantur servi, & publice venibant ex lege Ser. Tullii: quod & Cicero *pro Cæcina* tangit. *Quum autem incensum vendidit, hoc judicat, quum ii, qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eum, qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.* & Ulpian. *in frag. tit. de tutel. Maxima capitis deminutio est, per quam & civitas, & libertas amittitur, veluti quum incensus aliquis venierit.* Quamobrem cum liberi, nisi censi essent, servi fiebant, consequens erat, ut servi, qui lustrali censu Romæ jussu dominorum inter cives Rom. censum profitebantur, liberi, & cives evaderent. hique censu manumitti dicebantur, ut est apud Ulpian. *in fragm. tit. 1.* Boet. *in Top. Cic.* Theoph. *in §. ult. Inst. de libert.* Quum autem censendo finis factus foret, lustrum condebatur, hoc est sacrificio, quod Suovetaurilia vocabant, populus lustrabatur, & quoniam id quinto quoque anno fiebat, lustrum pro quinquennio dici cœpit. Quoniam vero, quæ censu facta erant, lustro condito confirmabantur, dissensio fuit, an servus, qui censu manumissus esset, ante conditum lustrum liber foret: quod M. Tullius significat *lib. 1. de Orat.* iis verbis. *Quid de libertate, quo judicium gravius esse nullum potest? nonne ex jure civili potest esse contentio, quum quæritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit?* Præclare vero de censuali manumissione in fragmento Dosithei Magistri Grammaticæ ita scriptum est: *Et qui in censu manumittitur, si triginta annos habeat, civitate Romana potitur. Census tamen Roma agi solet. Census autem lustro conditur. Est autem lustrum quinquennale tempus, quo Roma lustratur. Sed debet hic servus ex jure Quiritium manumittentis esse, ut civis Romanus fieri possit. Magna tamen dissensio inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo census, an eo tempore, in quo lustrum conditur. Existimant enim censum descendere ad diem lustri, non lustrum decurrere ad diem census. Propterea quæsitum est, quia omnia censu aguntur, lustro confirmantur. Sed in civitate Romana tantum census agi declaratum est, in provinciis autem magis professionibus utuntur.* ALEAND.

19. *Ecclesia*] Manumissio in æde sacra, qua cives Romani fiebant, inventa est (ut diximus) a Constantino, quem super ea re tres constitutiones scripsisse, constat ex Histor. Tripert. *lib. 1. cap. 9.* quarum duæ exstant sub *tit. Cod. de his, qui in Eccles. manumittuntur.* Id autem sub adspectu antistitum fieri debebat, hoc est Episcopi & Presbyterorum, aut Presbyterorum & Diaconorum, ut exponit Papianus *Respons. lib. tit. 3* Sicque manumissos Ecclesia a quocunque defendit, ut qui eis aut status aut peculii quæstionem moverit, animadversione ecclesiastica coerceatur *cap. sess qui, cap. liberti, dist. 87.* IDEM.

20. *Aut ante Consulem*] Consulem tantum nominat Gajus, vel potius ejus Carnifex Anianus, cum & hoc modo, vindicta nimirum, (hunc enim intelligit) non solum ante Consulem, sed & ante Prætorem in urbe manumittebatur, in provinciis vero ante Præsidem, vel Proconsulem. *l. 2. D. de off. Proconf. l. 1. D. de off. Conf. l. 2. D. de off. Præf. l. laudabile. 4. C. de adv. div. jud.* item apud Præfectum Ægypti. *l. 21. D. de manum. vind.* Sicut & apud magistratus municipales, quibus hujusmodi jus est, ut ait *l. 4 C. de man. vind.* hoc est, qui legis actionem habent. Paulus II: *Sinten. tit. 21. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari & manumitti potest.* In universum apud omnem magistratum, qui legis habet actionem, vindicta manumitti potest. Hinc in Glossis Nomicis: βινδίκτα ἐλευθερία, ἐλευθερία (sic enim legendum, non ἐλευθέρα, ut est in vulgatis) ἡ ἐν τῷ ἔχοντες γινομένη. Aliæ Glossæ Gr. Lat. Ἐλευθερία ἐπὶ ἔχοντες βίνδικτα, *Vindicta.* Erat autem *Vindicta*, auctore Boetio *lib 1 in Top. Cic. Virgula quædam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia, atque ideo illa virgula Vindicta vocabatur.* Sic Scholiastes quoque Persii, qui quibusdam Cornutus dicitur, *ad Sat. V.* ita *vindictam* exponit, *virgam nempe, qua manumittendi a Prætore in capite pulsantur* Glossæ Nomicæ βινδίκτα interpretantur, ῥάβδου μικρᾶς ἧς ὁ πραίτωρ τὸν τῷ ἐλευθερούμενον κεφαλὴν ἔκρουεν. Quod Boetius appellat *virgulam capiti imponere*, Cornutus in verbis adductis *virga caput pulsare.* Plutarchus vero *in de Sera numinis vindicta* vocat: ῥάβδος λεπτὸν ἐκβάλλειν τοῖς σώμασι. Atque hinc toties in juris nostri libris *Vindictam imponere* pro *manumittere.* ut in *l. pen. § non tamen D. de cast. pec. l. 14. in fin. D. de manumiss. l. 22. §. potest D. de liber. caus. l. 5. D. de manum. vind. l. 2. C. si adv. libert.* Item *Vindicta libertatem imponere*, ut in *l. 10. C. qui test. fac.* Et *Vindicta liberare* in *l. 15. D. de manumiss. l 5. D. de manum. vind. l. 122. §. Flavius. D. de V. O.* Verba autem solemnia, quorum præter Boetium mentionem etiam facit Hermogenianus *l. 23. D. de man. vind.* a lictore, aut Prætore prolata, erant: AIO TE LIBERVM MORE QVIRITIVM. ut patet ex antiquissimo, nescio quo, Verborum juris Interprete, qui Epitomen juris Civilis concinnavit, ubi & alia hunc manumittendi ritum illustrantia habet: *Vindicta*, inquit, *est modus manumittendi, dictus hoc nomine secundum quosdam, a vindicta virga Prætoris, quam imponebat capiti ejus, hæc solemnia verba*

dicens: AIO TE LIBERUM MORE QUIRITIUM. *Secundum quosdam vero deductus a Vindice servo Vitelliorum, qui conjurationem dominorum suorum contra Rempublicam detexit, & ideo apud consilium dicitur vindicta liberatus.* Ita enim hic locus legendus, distinguendus ac supplendus est; qui vulgo in editione Aurelianensi, quæ anno CIↃ IↃ XCIX prodiit, corrupte legitur. De Vindice, vel Vindicio, ut a quibusdam appellatus, est & apud Pomponium in *l. 2. §. & cum 24. D. de orig. jur.* Theophilum *lib. I. tit. V.* Livium *lib. II.* Plutarch. *Publicola.* Dionys. Halicarnass. *lib. V.* Scholiast. Juvenal. *Sat. VII.* Servium *ad lib. VI. Æneid.* Claudianum *in de V. Consulatu Honorii*, quo nemo elegantius hunc ritum expressit:

- - Mox latum sonuit clamore tribunal.
Te fastos ineunte quater, solemnia ludit
Omnia libertas: deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque jugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu.
Tristis conlitio pulsata fronte recedit
In civem, rubuere genæ, tergoque removit
Verbera promissi felicis injuria voti.

Nota sunt cætera loca Plauti *in Milit.* Persii *Sat. V.* Juvenalis *Sat.* Rubi ad hunc alludunt morem, OISET.

21 *Ante Consulem*] Hic de vindicta agendum est, hoc est de manumissione, quæ fit vindicta, quæ lictoris virgula erat: quod Boet. ita explanat *in Topic. Cicer. Erat etiam pars altera adipiscendæ libertatis, quæ Vindicta vocabatur. Vindicta vero est virgula quædam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solemnia: atque ideo illa virgula vindicta vocabatur.* Et veterés Glossæ ad illum Persii versum *Sat. V.*

Vindicta postquam meus a Prætore recessi.

Virga est, inquiunt, *qua manumittendi a Prætore in capite pulsantur, ideo dicta, quod eum vindicat libertati.* Eam festucam nominat idem Auctor *eadem satyra*,

Non in festuca, lictor quam jactat ineptus.

Ut & Plaut. *Milite Glor.*

Quid ea? ingenua, an festuca facta, serva, An libera est?

Et Plutarchus *in lib. de Serà num. vind.* ait, Romanos corporibus eorum, quos liberos faciebant, tenuem festucam solitos imponere. Putat vero idem Plutarch. *in Publicola*, quod & Livius *lib. II.* & Theophilus confirmare videntur, dictam vindictam a Vindice Vitelliorum familiæ servo, qui primus ea festuca liberatus est. Sed a vindicando potius trahi id nomen videtur, unde etiam vindiciæ. *Vindicia* (ait Festus) *appellantur res ea, de quibus controversia est, quod possint dici vis, quæ fit inter eos, qui contendunt.* Sic enim legendum videtur ex eo, quod Agellius ait *in fin. cap. 9. lib. XX.* ubi de vindiciis tractat: *Conferens vim illam civilem & festucariam &c.* Apud Consulem igitur, aut Præconsulem, aut Prætorem, aut quemvis magistratum, qui legis actionem haberet, dominus caput servi, aut aliud membrum tenens dicebat: *Hunc hominem liberum esse volo*, ut ostendit Fest. *lib. XV.* Tunc servus libertatem vindicabat, seu pro eo lictor, qui vindictam imponebat, & recipiebat, & quædam solennia verba loquebatur. Prætor autem libertatem addicebat, quam ad rem forte pertinent notæ illæ apud Probum *in actionibus*, S.S.C.S.D.E.T.V. Hoc est: *secundum suam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindictam.* Denique enim, easdem solemnitates tunc adhibitas, quæ in cessionibus in jure adhibebantur, de quibus *Lib. II.* disputabimus. Certe enim hæc manumissio in jure cessio erat: idque patefacit Ulpian. qui in *Fragment. tit. 19.* ait: *In jure cedi res etiam incorporales possunt, velut usufructus, & hereditas, & tutela legitima, & libertas.* Apparet autem & tunc manumissos circumagi solitos ex eadem Persii Sat.

- - - - - quibus una Quiritem
Vertigo facit. Hic Dama est non tressis agaso,
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama.

Et meminit Seneca *in quadam Epist. & 11. Controvers.* Unde *Ambactus* servus, servus *circumactus* Festo dicitur. Solemnitates autem verborum in desuetudinem abierunt; itaque manumissio per lictorem domino tacente fiebat: & verba solemnia, licet non dicebantur, ut dicta accipiebantur, *l. antepenult. de man. vind.* Sed etsi lictor non adesset, ea res agi poterat: scribit enim Ulpianus, se, cum in villa cum Prætore esset, passim esse apud eum manumitti, etsi lictoris præsentia non esset *l. ego 2. de man. vind.* neque enim omnino necesse est pro tribunali manumittere, sed & in transitu, & cum lavandi, aut gestandi, aut ludorum gratia prodiisset magistratus *l. antecedd. eod. tit.* Sciendum autem, apud filiumfamilias magistratum manumitti posse, etsi ipse filiusfamilias manumittere non possit *l. 18. eod. tit.* at Prætor apud Collegam suum manumittere non potest *l. eod.* quia par imperium habet: apud Consulem vero, qui majus habet imperium, poterit manumittere *l. apud 23. de manum.* Sed Consul apud Collegam videtur posse *l. un. de off. Cons.* & Prætor apud se, diuu consilium præbet *l. 5. de man. vind.* Hique vindictam exigunt: sed Imperator, quum servum manumittit, non vindictam imponit, sed quum voluerit, fit liber is, qui manumittitur ex lege Augusti *d. l. apud de manumiss.* ALEAND. Ferri non potest, quod existimat Aleander, servum, postquam dominus apud magistratum dixisset, se velle, illum esse liberum, libertatem vindicasse: non enim hoc dicto solo justam consequebatur servus libertatem, nec servus aliquid in jure dicere aut vindicare potuit. Prætor dicebat quidem eum esse liberum, ut indicat nota Probi, quam laudat Aleander. Idem quoque vindicta servi caput pulsabat, teste Scholiaste Persii *ad Sat. V. v. 88.* atque hanc deinde tradebat lictori his verbis, *ecce tibi vindictam.* verum totus hic actus pertinuit ad illa, quæ Prætor dicebat, non ad ea, quæ addicebat, ad quæ referenda est cessio in jure. Nec aliter Car. Sigonius *de judic. lib. I. cap. 7.* Nihil huc facit Ulpianus *tit. 19. §. 11.* ut ad ipsum locum videbimus. Nec libertas personalis inter eas fuit res, quæ in jure cedebantur; verum res & jura, quæ in nostro sunt patrimonio. Quod in fine notæ suæ scribit Aleander, Consulem apud collegam posse manumittere, id non probatur ex *l. un. §. ult. D. de offic. Consul.* & recte post Glossam viri quidam eruditi illud *potest* illic sic accipiunt, ut possit Consul viginti annis minor, causa apud collegam probata,

Digitized by Google

§. 2. [22]Latini ſunt, qui aut [23] per epiſtolam, aut [24] inter amicos, aut [25] convi-

bata, apud ſe manumittere, *add. l. 20. §. ult. D. de manumiſſ. vindict.* De veteribus vero manumiſſionis hujus ritibus legi quoque poſſunt, quæ habet V. C. P. Faber *ad t. D. de origin. jur.* SCHULTING.

22. *Latini ſunt.*] Hæc libertatis ſpecies lege Junia Norbana introducta eſt, quæ lex lata fuit Tiberii Cæſ. tempore, M. Junio Silano, L. Norbano Balbo Conſ. anno ab U. C. DCCLXXI. a Chriſto nato XX. quare Latini Juniani dicti ſunt ad differentiam Latinorum Colonariorum, quorum exemplo hi ſunt inventi, ut ait Juſtinian. *in l. un. Cod. de Lat. lib. toll.* & in fragmento Doſithei ita eſt. *Sed nunc habent propriam libertatem, qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Juniani, quoniam Lex Junia, quæ libertatem iis dedit, exæquavit eos Latinis Colonariis, qui tunc erant cives Romanorum, & nomen ſuum in civitatem dederant.* Quæ verba ſcrupulum videntur injicere; nam ſi Latini Colonarii cives Romani erant, Juniani vero æquiparari ſunt Colonariis, ſequitur dicendum, Junianos etiam cives fuiſſe Romanos, quod falſum eſt. Aut igitur æquiparavit eos lex Junia habita ratione non ſui temporis, ſed ante legem Juliam, quæ totum Latium civitate donavit: aut dicendum (quod potius eſt) Latinos civitate donatos non eo jure fuiſſe, quo originarii cives, hoc eſt Quirites, niſi ſi quis populus fundus factus eſſet, hoc eſt, iiſdem legibus uteretur, quibus Populus Rom. qua de re qui plura volet, adeat Panviniun *in civitate Rom.* Sigonium. *in lib. de antiquo jure Italiæ.* Latini igitur, quum ſocii eſſent populi Rom. cives dicti ſunt, & jus civitatis habebant. ſed non jus Quiritium, quo jure omnes legum actiones Romanis competebant. Itaque ante Antoninum Pium Colonariis, & Junianis Latinis non dicebatur dari civitas Romana, ſed jus Quiritium, quod palam oſtendit Plinius, qui pro tribus Latinis jus Quiritium a Trajano petit, *lib. X. epiſt. 104. Valerius, Domine, Paulinus, excepto uno jus Latinorum ſuorum mihi reliquit: ex quibus rogo, tribus interim jus Quiritium des.* Sic & eodem libro *ep. 4. & ep. 6.* quibuſdam peregrinis civitatem Romanam, aliis vero jus Quiritium petit. ex quo apparet, idem non fuiſſe. At poſtquam Imperator Antoninus omnibus, qui ſub Imperio Romano eſſent, id jus contribuit, ut veri cives eſſent, *l. in orbe, 17. de ſtatu hom. Nov. 78. in fin.* factum eſt, ut quum omnes ejuſdem generis cives eſſent, Latini Juniani (quibus id ab Antonino indultum non erat) non amplius jus Quiritium, ſed civitatem Romanam peterent, ideoque ſeparantur cives Romani a Latinis Junianis. Sed quoniam Originarii, & Colonarii Latini jam ſublati eſſent, quia omnes cenſerentur Quirites, Juſtinianus Junianos quoque ſuſtulit, inquiens ſatis abſurdum eſſe, ipſa origine rei ſublata, ejus imaginem derelinqui *l. un. Cod. de Lat. lib. tol.* ALEAND. Ita appellati, quod ex lege Junia Norbana, lata Tiberii Cæſaris tempore, M. Junio Silano, L. Norbano Coſſ. anno U. C. IↃ CCLXXI. ad ſimilitudinem veterum Latinorum in colonias (qui Ulpiano *tit. 19.* Latini Colonarii) deductorum introducti eſſent, ac eodem cum illis jure haberentur. *l. unic. C. de Latin. libert. tollend.* Hos Latinos libertos Juſtinianus abrogavit, iisque civitatem donavit Romanam. *conf. tit. C. de Lat. libert. toll.* & noviſſime, quemadmodum omnes libertinos, eos exæquavit ingenuis, ſalvo tamen manente jure patronatus, *Novell. 78.* OISEL. Multa hic notavit Aleander., quæ nec ipſe forte ſatis intellexit, nec ſtudioſis erunt facilia. Cives Romani olim dantes ſe in Latinas colonias, civitatem amittebant, mediamque ſubibant capitis deminutionem; adeoque etiam jura privata civium amiſere, præter pauca: ſaltem mancipii jus habuere *Ulpian. tit. 19. §. 4.* ubi ea de re dicemus. His æquati ſunt lege Junia Norbana illi, qui non juſte olim manumiſſi in libertate tantum morabantur, quod erat factí; non vero proprie erant liberi, quod eſt juris, ut docet fragmentum ab Aleandro laudatum. Illic vero quod dicitur, *qui tunc erant cives Romanorum, & nomen ſuum in civitatem dederant*, rectius in Græcis profertur ita, ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι, ἔνομα ἴδιον εἰς τὴν πολιτείαν ἐδεδώκεισαν. hoc eſt, *qui, cum eſſent cives Romani, nomen ſuum in coloniam dederant*, ubi tamen in interpretatione verbum ἀπελεύθεροι *liberti*, quod non eſt a bona mann, omiſimus; uti & interpres Latinus id non adgnovit; cum falſum ſit, libertinos omnes fuiſſe, qui in colonias tales nomina dederunt; ut docet ἐκτῶν Ezechiel. Spanheimius *Orb. Roman. Exercitat. 1. cap. 8.* Colonias quoque Latinas etiam diu ſub Imperatoribus in variis orbis Romani partibus exſtitiſſe docet idem Vir Summus *cap. 9.* Quod de populis fundis factis Aleander addit, id eo pertinebat, ut populi ſocii ac Latini non aliter legibus populi Romani obſtringerentur, niſi iiſdem eſſent fundi facti, ſive eaſdem adſciviſſent & adprobaſſent; ut docet Cicero *pro Balbo cap. 8.* ubi videnda, quæ in editione Celeberrimi Grævii adnotata leguntur. id vero ab hoc loco plane eſt alienum. Quod etiam addit de Antonino Pio, a quo omnes in orbe Romano cives eſſe factos putavit Aleander, ut & alii, id debuit adſcribere Caracallæ, quem per Antoninum Imperatorem intelligi *l. 17. de ſtat. hom.* eruditis jam conſtat, & de quo aliquid dicemus ad Ulpianum *tit. 17. §. 2.* Sed quod omnes in orbe Romano ſunt facti cives Romani, id ſpectavit ſolos ingenuos, non libertinos; quorum conditio tunc non eſt mutata, & quorum adhuc differentia durabat ſeculo quinto, ut conſtat ex Salviano Maſſilienſi *ad Eccleſ. lib III.* Latinis vero Junianis dicebatur dari promiſcue civitas Romana, & jus Quiritium; & Ulpianus *tit. 3. de Latinis* illa confundit plus ſemel. SCHULTING.

23. *Per epiſtolam.*] Qui per epiſtolam hodie manumittuntur, quia cives Romani ex conſtitutione Juſtiniani ſunt, ita fieri debent, ut epiſtola & a domino, & a quinque teſtibus ſubſcribatur *d. l. un. §. ſancimus, Cod. de Lat. lib. toll.* quod non exiſtimo lege Junia cautum fuiſſe, quia ſatis erat id ex voluntate domini fuiſſe, at fine teſtium ſubſcriptione ea voluntas declarari poterat. ea vero epiſtola a domino ſervo ſcribebatur,

[25] convivii adhibitione [26] manumittuntur.

§. 3.

ut ex fragmento Dosithei apparet, & aliis. ALEAND. Ἡλικα ὄντι αὐτῷ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ δι' ἐπιστολῆς ἐπέτρεπον διάγειν ἐν ἐλευθερίᾳ, ut loquitur Theophil. *lib. 1. tit. 5.* Necesse vero est, ut adhibeantur ex Constitutione Justiniani quinque testes, qui cautioni hujus manumissionis a domino scriptæ, vel signatæ subscribant. *l. un. §. 1. C. de Lat. libert. toll.* Manumissionis per epistolam exemplum habes in *l. 38. D. de acquir. poss.* & apud Eustathium *Ism. lib. 1.* ut ibidem observavit in notis Doctiss. Gaulminus. OISEL.

24. *Inter amicos.*] Hic etiam modus erat, quo voluntate domini servus in libertate morabatur, ex quo lex Junia Latinam libertatem ei competere statuit, & Justinianus Romanam civitatem; adhibitis tamen quinque testibus *d. l. un. §. & si quis.* Quæstio esse poterat, an peregrinus, qui Romæ moraretur, si servum suum manumisisset, Latinum fecisset? quia lege Junia cautum erat, ut qui voluntate domini liber esset, Latinus censeretur; sic enim est in fragment. Dosithei. *In his, qui inter amicos manumittuntur, voluntas domini spectatur ex lege Junia, quæ jubet eos fieri Latinos, quos dominus liberos esse voluit.* hic autem voluntate domini liber erat. Sed Latinum non fuisse, patet ex verbis ejusdem fragmenti, quæ ita habent: *Peregrinus manumittens servum non potest Latinum facere, quoniam lex Junia, quæ Latinorum genus induxit, non pertinet ad peregrinos, sicut & Octavenus probat. at Prator non permittit manumissum servire, nisi aliter lege peregrina confirmatum fuerat.* Sicut & eos, qui ante legem Juniam eo modo manumissi erant, non sinebat Prætor servire, ut supra dictum est. Prætoris enim est æquitatem præ oculis habere, itaque favere libertatibus dicitur *l. 3. §. 1. de Alien. jud. mut. ca fa.* is igitur in libertate morabatur, poteratque Romanam civitatem a Principe impetrare, ut pro quodam Medico fecit Plinius, qui ad Trajanum scribens *lib. X. epist. 4.* sic ait. *Quare rogo des ei civitatem Romanam: est enim peregrina conditionis manumissus a peregrina.* Vide quot hominum conditiones, quum tamen nec servitutem, nec libertinitatem, nec peregrinitatem natura agnoscat, ut recte dixerit Seneca *lib. de beat. vita cap. 20. Servi liberine sint, ingenui, an libertini, justæ libertatis, an inter amicos data, quid refert?* ALEAND. Cum nempe Dominus præsentibus amicis servum liberum esse ait, vel, ut verba Theophili usurpem, ὡς ἂν φίλων παρόντων ἐλευθέρου τινά. Sic Seneca *de Vita Beata, cap. 22. Servi liberine sint, ingenui, an libertini, justæ libertatis, an inter amicos data, quid refert? vid. Plin. lib. VI. Epistol. 16. Martial. lib. IX. Epigr. 89. Ulpian. in Fragm. tit. 1.* Sic Vetus Auctor, cujus de Jure fragmentum a Rumpfio acceptum, Salmasius ὁμήγυρις primus publicavit, & unde jam ante quædam adduximus, ait, inter amicos manumissos propriam quandam libertatem accipere, & Latinos Junianos fieri, quoniam Lex Junia, quæ eis libertatem dederat, eos exæquavit Latinis Coloniariis; quales erant cives Romani liberti, qui nomen suum in Coloniam dedissent. Ἀλλὰ τὸν ἔχοντα ἴδιον ἐλευθερίαν εἰς τοὺς φίλους ἠλευθερωμένους, καὶ γίνονται Λατῖνοι Ἰουνιανοί, ἐπειδὴ νόμος Ἰούνιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτοὺς Λατίνοις Κολωναρίοις, οἱ ὅτε ἦσαν πολῖται Ῥωμαῖοι ἀπελεύθεροι, ὄνομα ἴδιον εἰς τὴν πολιτείαν ἐδεδώκεσαν. Quibus ex verbis videmus eos, qui ex civibus Romanis libertis in coloniam missi, *Latinos Colonarios* fieri. Addit deinde idem Auctor: Ἐν τούτοις οἱ μεταξὺ φίλων ἐλευθερώντων, θέλοντες δεσπότα σκαπτίκιον, νόμος γὰρ Ἰούνιος τούτους γίνεσθαι Λατίνους κελεύει ὡς ὁ δεσπότης ἐλευθέρους ὄντας βούλεται. Antea hos non ἐλευθέρους ὄντας, sed τῷ δεσπότῃ θέλοντα εἰς ἐλευθερίαν δικτρίβειν dixerat; item τῷ δεσπότῃ θέλοντα ἐν ἐλευθερίᾳ ὄντας, ut manifestum ex iis, quæ ad §. 1. h. t. adduximus. Quod sane melius: nec enim, qui inter amicos manumissi, proprie liberi erant, sed tantum *voluntate domini in libertate versabantur.* quodammodo tamen hinc liberi esse dici possunt. Quod & innuit Lex in themate Declamationis Quintiliani CCCXL. *Qui voluntate domini in libertate fuerit, liber sit.* Quemadmodum autem in manumissione per epistolam, ita & in hac manumissionis specie Justinianus constituit, ut ad minimum quinque adsint amici, coram quibus, tanquam testibus, dominus manumissionem suam profiteatur, quam postea & ab ipsis, & a tabulario publico conscribendam & consignandam curet. *l. un. §. 2. Cod. de Lat. lib. toll.* OISEL.

25. *Convivii adhibitione.*] Quum libertatis dandæ gratia servum convivio adhibebant, ut ait Theophilus. itaque exprimi debebat, id fieri, ut is liber esset; cujus rei argumentum fuisset, si invitatus esset, ut accumberet: nam veteres, cum cœnarent cubuisse super lectulis, non sedisse, notum est. Erant autem prope lectos mensarum subsellia, quibus servi, aut si qui viles homines invitarentur, sederent: quod Terentio evenisse scribit Donatus in ejus vita, & significat Parasitus apud Plautum *Sticho:*

Haud possibo equidem sed in lecto accumbere,
Scis tu, med esse imi subsellii virum.

& eadem Comœdia servi duo;

. . . . Potiusne subsellia
Cynice accipiamur, quam in lectis. ALEAND.

Quod Tertullianus *in libro de Resurrect. carnis, mensa honorari* vocat. Nec tamen simpliciter sufficit servum mensæ dominicæ accumbere, ac cum eo simul cibum capere, sed oportet, ut dominus cum expresse libertatis dandæ causa convivio adhiberi contestetur, hoc enim exigit Papianus *tit. 44.* Quod & satis indicat Theophilus, dum ait: *Per mensam, ἵνα συνεσθίωσιν ἐπὶ ἐλευθερίᾳ· ἔθος πρότερον τῷ οἴκῳ.* Utque sic eum vel inter epulas, vel etiam antequam accumberent, manumittat. Hujusmodi manumissionis exemplum habemus apud Theodorum Prodromum *lib. VIII. Amor. Rhodanthes & Dosiclis;* ubi Statia Rhodanthem in convivio liberam esse jubet, ut bene ibi observavit ὁ κῶν Gaulminus Notarum finarum *cap. 14.* OISEL. Non pertinet ad hanc manumissionem locus Tertulliani *de resurrection. carn. cap. 8.*

Digitized by Google

§. 3. [27] Dedititii vero sunt, qui [28] post admissa crimina suppliciis subditi,

cap. 5. ubi non de servis, sed jam ante rite manumissis agit, & dicit, *& vestis alba nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine ac tribu mensaque honorantur.* quo modo etiam illa verba accepit Brissonius *selectar. ex jur. Civil. Antiquitat. lib. 1. cap. 21.* Reliqua Oiselii nota quædam habet, quæ jam ante Fabrotus scripserat *ad Theophil. §. ult. Inst. de libertin.* Hunc vero modum non esse ex illis, qui in civitatem Romanam a Justiniano transfusi sunt, scribit Cujacius *Paratitl. C. d. Latin. libertat. tollend.* quo si tamen & hic adhibeantur quinque testes, quo minus tamquam inter amicos facta videatur manumissio, nihil obstabit. SCHULTING.

26. *Manumittuntur.*] Qui his tribus modis manumittebantur, Latini fiebant. Sed & alia ratione, veluti si servus, qui justa manumissione liberatur, minor 30 ann. sit, aut tantum in bonis domini sit, non etiam ex jure Quiritium; pariter si dominus, qui testamento, vel vindicta eum liberat, expresserit, velle se eum esse Latinum: & si testamento libertas data esset sub conditione, qua pendente heres servum manumisisset. quæ omnia supra indicavimus. Præterea si servus ægrotans a domino ejectus, & expulsus, esset, Latinam libertatem consequebatur *l. un. §. sed scimus Cod. de Lat. lib. toll.* & ii, qui pileati domini funus antecedebant, vel cadaver ventilabant ex voluntate testatoris, vel heredis *d. l un. §. sed & qui.* & si in liberali judicio superatus fuerat servus a domino, deinde servi precium ab aliquo ei solutum esset, servus Latinus fiebat, *d. l un. §. illud etiam.* item ancilla Latina fiebat, quæ homini libero fuerat in uxorem a domino data, & ei dos constituta, *§. sed & si quis;* pariter si apud acta servus a domino filius nominatus esset, *§. similique modo.* præterea si instrumenta servitutis servo data essent a domino, aut ab eodem corrupta testibus præsentibus *§. ille autem.* Insuper, qui nascebantur matre ingenua, patre vero servo fiscali, Latinæ conditionis erant, *l. 3. Cod. Theod. ad S. C. Claud.* quæ omnia sustulit Justinianus. ALEXAND.

27. *Dedititii vero sunt*] Quemadmodum exemplo Latinorum Colonariorum lex Junia quandam libertatis speciem invenit, ita exemplo populorum, qui se in Romanam ditionem dederant, quod Theophilus videtur non ignorasse, introducta fuerat alia libertas a lege Ælia Sentia, quæ lex lata est Sex. Ælio Catulo, C. Sentio Saturnino Coss. Anno ab U. C. DCCLVI. quum Christus dominus noster sextum annum ageret, tempore Augusti Imper. qui sanxerat, *ne vinctus unquam tortusve quis ullo libertatis genere civitatem adipisceretur*, ut refert Sueton. in ejusdem vita *cap 40.* Plane Dedititii populi pessimo libertatis genere utebantur, ut mirum non sit apud Historicos nec liberorum nomine vocari, quum legitur quibusdam civitatibus ademptam, quibusdam redditam libertatem. Deditionis autem formula ea est, quam Livius tradit *l. 1.* de Collatinis loquens, *Rex interrogavit, Estisne vos legati oratores missi a populo Collatino, ut vos, populumque Collatinum dederetis? fumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquas, terminos, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia in meam populique Rom. ditionem? dedimus. & ego recipio.* Ex quo fiebat, ut ii omnibus rebus privarentur. Verum Romani iis uti frui sinebant, dum gravissimum solverent stipendium. Ad eorum igitur similitudinem excogitavit lex Ælia Sentia libertos Dedititicios, sen, ut Ulpianus *in fragm.* semper vocat, Dedititiciorum numero, qui magis umbram & imaginem libertatis, quam libertatem habebant. IDEM. Ex lege Ælia Sentia, quæ auctore Augusto lata Sex. Ælio Catulo, C. Sentio Saturnino Coss. anno ab Urbe condita IↃ CCLVI. Dedititii autem dicti ad exemplum peregrinorum, qui populi Romani armis perterriti, vel etiam victi sese & omnia sua in populi Romani ditionem dedissent; quod omnium optime persequitur Theophilus *lib. I. tit. 5.* Σενσιάνεια δὲ (ὁ νόμος Αἴλιος Σέντιος) ἀνῆκε δεδιττίους, καλῶ μίμησιν τῶν περιγείων. κατὰ γάρ τινας τῶν περιγείων, ὑποτελῆς ὄντες Ῥωμαίοις, τυραννικόν τι φρονήσαντες κατὰ τῶν Ῥωμαίων, ὅπλα ἔλαβον κατ' αὐτῶν, καὶ πολεμοῦμενοι Ῥωμαῖοι ἐνίκησαν. ἃ δυνηθέντες γὰρ αὐτῶν ὑπενεγκεῖν τὴν ἐνδοξίαν οἱ περιγείνοι, βίψαντες τὰ ὅπλα, ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι. φιλανθρωπευόμενοι δὲ Ῥωμαῖοι, τὸ μὲν ζῆν αὐτοῖς ἐχαρίσαντο, ὕβρεων δὲ αὐτοὺς, μόνην προσηγορίαν, δεδιττίους ὀνομάσαντες, quia victi sese dediderunt, τινὲς ἐκδόντες ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασιν. Sic in Glossis Philoxeni: *Deditii: οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τῷ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐκτιθέντες.* Glossæ Isidori: *Si barbarus dedat se Romanis, deditius is est.* Deditio autem, qua verborum conceptione fieri solebat, habes apud Livium *lib. I.* ubi Collatinorum deditionem recenset: *Rex, ait, interrogavit: Estisne vos legati oratoresque missi a populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? fumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? est. Deditisne vos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquas, terminos, delubra, utensilia, divina, humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? dedimus. & ego vos recipio.* Habes & apud eundem Livium *lib V.* Falisscorum, & *lib. IX.* Campanorum deditionis formulas. Sed vide mihi antiquam deditionis formulam haud male ex jure explicatam a R. Fornerio *Rer. Quotid. lib. IV. cap. 24. Dedititicrum* itaque *numero sunt*, (Ulpianum *in fragm tit. 1* audis) *qui pœna causa vincti sunt a domino, quibus vestigia inscripta fuerunt; qui propter noxam sorti, nocentesque inventi sunt, quive traditi sunt, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent, vel in custodiam conjecti fuerunt; deindè quoquo modo manumissi sunt; idque ex lege Ælia Sentia.* Adde & Theophil. *lib. I. c. 5.* OISEL. Horum quidem usus Justiniano imperante diu non fuerat notus. nolim tamen huc referri verba Taciti *Annal lib. XIII. cap. 36.* quod duæ fuerint manumittendi species institutæ, quæ huc refert Vir Inclytus, H. Grotius *Flor. sparsion. ad §. ult. Inst. d. libertin.* Sane & Cajus hic, & Ulpianus *tit. 1. §. 7. 14. tit. 7. §. 4.*

tit.

diti, [29] & publice pro criminibus cæſi ſunt: aut [30] in quorum facie, vel corpore

tit. 20. §. 14. & Paulus *Sententiar. lib. IV. tit. 12.* & Tertullianus *de pall. cap. 4.* Dedititiorum meminerunt, tamquam illorum, qui tunc uſitati eſſent. Ac manumiſſionis forma civem Romanum facere poterat, vel Latinum: at Dedititium faciebat non manumittendi forma, ſed propria crimina, quocunque tandem modo ad libertatem perveniſſet. De hiſce plura Cujacius *Paratitl. tit. C. d. deditit. libertat. tollend.* SCHULTING.

28. *Poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi.*] Subditus autem ſuppliciis hic intelligendus eſt, non is tantum, qui tortus eſt, ſed & qui vinctus fuit; nam id etiam lege Ælia Sentia cautum eſt; ait enim Ulpianus *in fragm. Reg. Dedititiorum numero ſunt, qui pœna cauſſa vincti ſunt a domino.* & idem ad eandem legem ſcribens declarat, eum, qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis eſſe, niſi corpori ejus vincula ſint adhibita *l. verum, 216. de verb. ſign.* Nam quum vinculorum tantum lex mentionem feciſſet, æquum fuit, ut ſtrictius acciperetur, ob favorem ampliandæ civitatis, quæ ea lege coercetur, quæ enim odioſa ſunt, (ut juris regula fertur) ea interpretatione lenienda ſunt. alioquin, quum de favorabili cauſa agitur, vinculorum appellatio latius accipitur; nam etiam carceribus incluſi vinctorum numero habentur, quia nihil intereſt, parietibus, an compedibus teneantur *l. ſuccurritur 9. D. ex quib. ca. majo.* Quod autem in ſervo diximus, de privato carcere intelligendum eſt: nam ſi in publico carcere cluſus ſit, etiam ſi compedes adhibiti non ſunt, credo legi locum eſſe; quod ex Ulpiani fragm. apparet, qui, quum dixiſſet de his, qui vincti ſunt, addit, *vel in cuſtodiam conjecti fuerunt.* idque confirmat Theophilus. Cuſtodiam vero carcerem eſſe publicum tradit Calliſtratus *in fin. d. l. ſuccurritur.* Debet autem exacti conſilii eſſe dominus, qui ſervum vincire jubet, nam ſi pupillus ſit, vel furioſus, ſtatui ejus non præjudicat, ut refert Paul. *Sent. lib. IV. tit. 12.* Sed nec communem ſervum unus ex ſociis vinciendo futuræ libertati nocebit; inter pares enim ſententias clementior ſæviori præfertur, ut ibidem Paulus tradit. Vinciri autem videtur, non tantum ſi ipſe dominus faciat, ſed & ſi vinciri jubeat, aut vincientis procuratoris, actoriſve factum comprobet. Quod ſi antequam ſciret vinctum ſolutionis ejus cauſas adprobaverit, libertati futuræ vincula non nocebunt. Sed nec debitor, creditorve ſervum pignori obligatum vinciendo, Dedititium facere poſſunt, alter enim ſine altero cauſam pignoris deteriorem non facit. quæ omnia Paulus exſequitur loco ſupra adducto. Ait, *poſt admiſſa crimina*, nam ſi nullum admiſerit crimen, vincula & ſupplicia nihil obſtant. Sed & ſi admiſerit quidem, tormentis vero ſubjectus de nulla culpa confeſſus fuerit, ad juſtam libertatem perduci poterat, quod docet idem Paulus *eod. lib. Sent.* & Ulpianus *in fragm.* ALEAND.

29. *Et publice pro criminibus cæſi*,] Legendum forſan, *aut publice &c.* nam etſi publice cæſi non eſſent, tamen vincula obſtabant juſtæ libertati. at qui publice cæſus eſt, vix eſſe poteſt, ut non antea in vinculis, aut cuſtodia fuerit. Erant & alia ſupplicia, quæ juſtam impediebant libertatem, ut ſi quis traditus eſſet ad ludum gladiatorium, aut ut cum beſtiis in arena depugnaret, ut Ulpianus, *in fragm.* refert, ex quo arenarii ſervi dicebantur *l. hæ demum 38. de ope. liber.* IDEM. Nihil muto, ſed incaute ſcripſiſſe puto Anianum & pro *aut.* ſervi vero ob levia crimina flagellis cædi ſolebant, & dominis reddi *l. 10 pr. D. de pœn. l. ult. D. de injur. Paul. Sententiar. lib. V. tit. 4. §. ult. & tit. 18. §. 1.* & quidem in poſterioribus locis redditur ſervus ſub pœna vinculorum. SCHULTING.

30. *In quorum facie, vel corpore*] Vereor, ut Cajus illud *in corpore* ſcripſerit, non Anianus adiderit. Stigmata enim, quæ ſervis inurebantur, in facie tantum fieri ſolita credo, ut ab omnibus inſpici poſſent: nam fures ita inſcribebantur, ut ab iis homines caverent, & fugitivi pariter, ne a quoquam reciperentur. Ac de ſervo ſcriptore fugitivo, venuſtum eſt Auſonii Epigramma 1.

Tam ſegnis ſcriptor, quam lentus, Pergame, curſor
Fugiſti, & primo captus es in ſtadio.
Ergo notas ſcripto toleraſti, Pergame, vultus,
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Notas vero, hoc eſt ſingulas litteras, & verba etiam ſcribi ſolita eſſe, multis exemplis apparet. Notæ quidem ita fortaſſe ſcribebantur F. H. E. L. T. *Fugitivus hic eſt Lucii Titii.* nam ſi adprehenſus eſſet, nomina & notæ ad magiſtratus deferebantur, ut facilius agnoſci poſſet *l. 1. fin. de fugit.* Notæ autem etiam cicatrices intelliguntur, ut *eadd. ll.* dicitur, & ſignificant hæc verba *quæcunque indicia.* itaque ſi non litteræ, ſed cicatrices inciſæ eſſent, qua forma, qua latitudine, qua magnitudine forent, ad magiſtratum deferebantur. Certe & haſce inſcriptiones habuiſſe quodammodo ſuas formulas videtur ſignificare Petronius Arbiter *in Satyrico*, quum ait. *Implevit Eumolpus frontes utriuſque ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* Dicebantur etiam ex notæ ſtigmata, ut apud Ulpianum *in fragm.* (ſ. enim legendum, non *veſtigia*, & Sueton. *Calig. cap. 27.* unde ſervi ſtigmatici a quibuſdam ſunt vocati. & quia ut plurimum litteræ erant, litterati quoque ſunt dicti, ut apud Apulejum *lib. IX.* Plautum *in Caſina:* & inſcripti apud Plinium *lib. XVIII. cap. 3.* Varronem *lib. 1. de re Ruſt.* & Senecam *de benefic. lib. IV. cap. 37. & ſequent.* Inuſti quoque, ut vocat Valerius Maximus *lib. VI. cap. 8. Servus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpiabilique litterarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus.* Nam ignito ferro candenti ferro litteras incidebant, idque eſt, quod ait Cajus, *aut igne, aut ferro.* Hodie in equis utimur quum coxæ aliquo ſigno inurimus, quod & apud veteres in uſu fuit: Anacreon

Ἐν λεχέων μὲν ἔγραψε
Πυρὶ κἀσφύγ' ἵππους.

Sed poſt ſervorum inuſtionem atramentum infundebant, quo perſpici facilius poſſent, idque ex Petronio apparet,

pore [31] quæcunque indicia aut igne, aut [32] ferro impressa sunt, & ita impressa

apparet, & ex Zonara *in Theoph.* qui refert, duobus monachis ab impio Imperatore inscriptos fuisse vultus infuso atramento, adeo ut (quod mirum est) epigramma caperent duodecim versuum Jambicorum. Lege Remmia liberis quoque hominibus, qui calumniæ damnati essent, frontes inscribebantur K nota, quia Kalumniam veteres scribebant, ut testantur Valerius Probus, Martianus Capella, Velius Longus, Terentius Scaurus, & Diomedes. & significat Julianus contra Antiochenos sic scribens; ἔτι, φησὶν ἐν τῷ πάγκαλός μοι πλόκαμον δεῖ σχεῖν, καὶ ὅτι πολεμῶ τῇ χιτῶνος δὲ ὑμᾶς ἔσεσθαι τῷ κάντα, καὶ ὑμῖν γε οἱ πολύχνοι τῆς δὲ τῆς πόλεως διὰ δικαίαν δεῖσιν, ὅτι πρὸς τοῦτο καὶ τὰς ἐκγελοίους ἐκυνοφωνήσατε πόλεις ἰσχὺς, καὶ ὑμοῦνας ἡμοῖ. *Deinde, quod ex barba mea oporset funiculos nectere, quodque bellum gero cum X Chi. vos autem desideratis K Kappa. Atque utinam Dii custodes hujus urbis id verbis duplex largianeur, quoniam praeter hoc calumniasi estis sacras urbes finitimas, quae & mecum Diis serviunt.* nam quod ad K attinet, eam litteram ex Labaro Juliani sustulerat, quam adpinxerat Constantinus in honorem Christi Domini nostri, & Sanctissimæ Crucis, cujus rei meminit Justus Lipsius in libello *de Cruce.* quod vero ait, Antiochenos desiderare K, intelligit Konstantini nomen, in quo ea littera prima est, quam eos duplicem mereri ob calumnias ideo scribit, quia facile fuit, ut calumniatoribus ita frontes inscriberentur K. K. nam hasce notas *calumniæ causa* significare, docet Isidorus *Etym. lib. 2.* aut certe *calumniæ condemnatus*, ut in *l. ult. C. Hermog. de calumniat.* Atque hasce inscriptiones intelligit Cicero *in Orat. pro Sext. Roscio Amer. Sed si ego hos bene novi, litteram illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam alias omnes oderitis, ita vehementer ad caput adfigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis.* & Plinius Junior in *Paneg. Trajani* de delatoribus ita ait. *Expellere penatibus gestiunt? suis exturbentur; neque ut antea, exsanguem illam, & ferream frontem nequidquam convulnerandam praebeant punctis, & notas suas rideant.* Hinc que viri probi integræ frontis dicti sunt, & notam inurere pro infamiam irrogare. Statuit tandem Constantinus, ne quis in facie signaretur, inquiens, faciem, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cælestis, minime esse maculandam, *l. si quis 17. C. de Pœn.* ALBAND. Servis antiquitus aut fugitivis, aut gravius quid delinquentibus, pœnæ nomine & ignominiæ causa notas quasdam, in fronte, vel etiam per totam faciem candenti ferro inscribi, aut potius inuri solitum, ex infinitis veterum auctorum testimoniis manifestum. Apud Petronium Eumolpus: *Frontes notans inscriptione solerti, ut videamini stigmate puncti.* Et paulo post. *Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali duxit manu.* Hinc Plinius *lib. XVIII. cap. 3 At nunc eadem illa vincti pedes, damnata manus, inscripti vultus exercent.* Item Junior *in Panegyrico: Exsanguem illam & ferream frontem, nequisquam convulnerandam praebeant punctis, & notas suas rideant*: Sic Ausonius de Pergamo scriptore fugitivo:

Ergo notas scripto toleraſti, Pergame, vultu,
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Martialis *lib XII. Epigr. 62.*

Frons haec stigmate non meo notanda.

Claudianus *lib. II. in Eutropium.*

- - *Facies quamvis inscripta repugnet,*
Sequo suo prodat titulo.

Unde & Bion apud Diogenem Laertium de patre suo: Ἔχων ἐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπιγεγραμμένην τῆς τῦ δεσπότυ τιμῆς σύμβολον. Quod vero Gajus dicit *in facie, vel corpore*, postremum illud videri possit ab Aniani liberalitate profectum; malim tamen & ipsum Gajum ita scripsisse; atque forsan intellexisse notas manibus imprimi solitas. Unde Petronius: *Lycas nec manus, nec faciem meam consideravit.* Quo & alludit Ausonius:

- - *Inscribe istam, quae non vult scribere dextram.*

Sic Plato *lib. VIII. de legibus* sacrilegorum servorum, aut peregrinorum manus & vultum notis compungi jubet: Ὃς δ' ἂν ἱερόσυλος, inquit, ληφθῇ, ἐὰν μὲν ᾖ δοῦλος ἢ ξένος, ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ταῖς χερσὶ γραφὰς τὰν συμφορὰν, καὶ μαστιγωθεὶς ἐκβλὼς τῶν ὁρίων τῆς χώρας ἐκβαλθήτω. Sed de universa stigmatum ratione dicitur tractasse Hieronymus Aleander in Commentariis suis ad hunc Caji locum. Sic enim de eo testatur Laurentius Pignorius in Commentario *de Servis veterum*; ubi & ipse quædam huc spectantia habet. Mihi, etsi omnem lapidem moverim, hactenus illum Aleandri ad Cajum nostrum Commentarium videre non contigit. Ita ut quidquid hic, vel ad totum Cajum Aleander præstiterit, judicare nequeam. Quibus Aleander ad manus est, ipsi, si velint, viderint, quid hoc loco præstiterit. Vel harum rerum curiosis, quibus eadem ac mihi fors, ejus vicem stipplebunt, Baronius *in Not. ad Martyrol. Roman. XXII. Decemb.* Lipsius *Elect. lib. II. cap. 15.* Commentatores ad loca Petronii superius adducta. Raderus *ad Martial. lib. II. Epigr. 25. in fin. & lib. VIII. Epigr. 70.* suæ editionis, uti vocat, repurgatæ, verius dixeris, enervatæ. Ramirezius *ad Martial. lib. II. Epigr. 29.* Radulphus Fornerius *Rerum quotidianar. lib. VI. cap. 25.* Tit. Popma in de *Operis Servorum*, verbo LITTERATVS SERVVS. &, qui horum omnium postremus, Joannes Rhodius, in Notis suis ad Scribonium Largum *cap. 231.* ante triennium a se editum. OISEL. Novissime de notis talibus multa congessit Joh. Nicolai *de sigl. veter cap. 25.* qui & de iis, quæ pecudibus inustæ sunt, agit *cap. ult.* Ceterum postquam faciei notas ejusmodi imprimi vetuit Constantinus *l. 17. C de pœn.* collaria cum inscriptionibus servis circumdata, vel collaria, quibus laminæ cum inscriptionibus appenderent, *v. Fac. Spon. Miscellan. Erudit. Antiquitat. p. 300. & 301.* SCHVLTING.

31. *Quacunque indicia*] Sic Cajus hasce notas frontibus servorum inustas vocat, quæ ab aliis plerisque *stigmata* proprio nomine vocantur. Ita enim Suetonius

preſſa ſunt,[15] ut deleri non poſſint: hi, ſi manumiſſi fuerint, Dediticii appellantur.

§. 4. Sed inter hæc tria genera libertorum ideo [34] Cives Romani meliorem ſtatum habent: quia [35] & teſtamenta facere, & ex teſtamento quibuſcunque perſonis ſuccedere poſſunt: [36] nam & Latini, & Dediticii [37] nec teſtamenta

nius *in Caligula*, Seneca *lib. IV. de beneficiis.* Quintilianus *lib. VII. inſt. Orat. cap. 4.* Scribonius Largus *cap. 231.* Petronius, Herodianus *lib. VII.* Theophilus, aliique innumeri. Sic Pollux *lib. VIII. cap. 7.* στίγματα ἀπὸ τῦ στίζειν dicta vult. Aëtius *Tetr. XII. Serm. IV. c. 22.* στίγματα καλῶσι, inquit, τὰ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἢ ἄλλῳ τόπῳ μέρει τῦ σώματος ἐντιθέμενα. Ulpiano *fragm. tit. 2.* hujuſmodi notæ *veſtigia* dicuntur. Nec enim neceſſe, ut cum Cujacio hic *ſtigmata* reponamus. Simili modo ſervilium verberum impreſſas corpori notas, *flagellorum veſtigia* appellat Chryſis apud Petronium, *Viderint matrona, quæ flagellorum veſtigia oſculantur.* Auſonius *Epigr. 25.* Valerius Maximus *lib. VI. cap. 7.* ſimpliciter *notas* vocant, Plinius *in Panegyr. notas & puncta.* Seneca *lib. 2. de Tranquil. ſerviles litteras.* Unde hujuſmodi litteris inuſti Servi Plauto *in Caſina, litterati* dicuntur. *Si hic litteratus me ſinas.* Scribonio Largo *litteras habentes.* Tertullianus *de Pallio* eos *Subverbuſtos* vocat, quaſi verubus uſtos, ut notat Feſtus in voce *Subverbuſtam.* Sic Petronio *ſtigmate punctis*, Valerio Maximo *notæ inuſti*, Martiali *inſcripti*, Juvenali *inſcripta ergaſtula*, Ciceroni, & Nonio Marcello *Stigmata*, Item Pollucі *lib. III. cap. 3.* τιγώνες καὶ στιγματίαι; & poſſime ibi Rod. Gualtherus, qui τὰς στιγματίας, vertit *verberatores.* Auctor Etymologici Magni, στιγματίας καλεῖσι τὰς ὀλέτρας τῶν τιζομένων ἢ ἐγκεντριστάς. Eodem nomine & eos indigitant Lucianus, & Athenæus *Dipnoſoph. lib. XIV.* Cui & *lib. III.* ἐγκαυστοὶ dicuntur. Simili modo & *Celatos* Propertio *lib. IV. Eleg. 5* appellatos putem, ſimilitudine ducta a cælatoribus, qui *cælo* ſive *celto*, inſtrumento ſuo ſculptorio, ſculpendo, ſive cælando cavaturas, ſive ſulcos faciunt, & relinquunt. Quanquam video Scaligerum *celatos ſervos* apud Propertium interpretari *creta ſignatos.* Quod non adeo placet. Servos enim viliſſimos & infimi pretii ibi Propertius denotare vult. Hi vero, qui eſſe poſſunt, niſi ſint ob ſcelera notis inuſti? IDEM. In noviſſima Propertii editione τῦ μαικήνα Jani Brouckhuſii ſcriptum eſt:

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Cretati medio cum ſaliere foro.

ut intelligantur venales ſervi, quorum pedes gypſo dealbati eſſe ſolebant *v. Brouckh. ad l.* SCHVLTING.

32. *Aut ferro*] Juvenalis *Satyra XIV.*

Uritur ardenti duo propter linea ferro.

Hujuſmodi ferrum Palladius & Hippocrates καυτῆρα vocant, Lucianus & Plutarchus καυτήριον. Unde & nota ipſa ἔγκαυμα Platoni *in Timæo*, & ipſi inuſti Athenæo *lib. III.* ut modo vidimus, ἔγκαυστοι dicti. OISEL.

33. *Ut deleri non poſſint*] An quia fictitia quædam ſunt ſtigmata? ut in Satyricо Petronii, quæ ſpongia detergebantur; ait enim; *ut vero ſpongia nulla facies ploranti deterſa eſt, & liquefactum per totum os atramentum, omnia ſcilicet lineamenta fuligine nubes confudit.* an quia vera eſſent ſtigmata, ſed aliquo modo deleri poſſent? qua de re tractat Scribonius Largus *de Compoſ. medicament. cap. 92. medic. 231.* refertque Tryphonis medicamento ex allio, cantharidibus Alexandrinis, ſulphure, chalcite, cera, & oleo compoſito deletas fuiſſe eas notas. Sed & quadam herba utebantur, cujus mentionem facit Columella *lib. X.*

Ponitur & lactis guſtum, quæ condias herba,
Dejectura quidem frontis data ſtigmata fugarum,
Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Grajo.

Eſt autem ea herba Lepidium, de qua idem Columella *lib. XII. cap. 8.* & Plinius *lib. XX. cap. 17.* ALEAND.

34. *Cives Romani meliorem ſtatum habent*] Inter libertinos ſi qui fiunt Cives Romani, ideo meliorem cæteris libertinis conditionem habent, quia omnia jura Civium Romanorum, veluti connubii, teſtamenti, tutelæ, mancipii, nexus, & patriæ poteſtatis conſequuntur, quorum nullum nec Latinis, multo minus Dediticiis competebat. Latini tamen Juniani ex lege Norbana in meliore conditione erant, quam Dediticii, ut ex ſequentibus Caji noſtri, & quæ ad eum notabimus, patebit. OISEL. Hæc non ita indiſtincte vera eſſe, ex ipſis notis Oiſelii in ſequentibus liquebit.

35. *Et teſtamenta facere*] Mancipationes, quæ in teſtamentis fiebant, inter cives Romanos procedebant; imo & qui teſtabatur, & qui hereditatem emebat, & qui libripens erat, aut teſtis, civis eſſe debebat: etiam is, cui hereditas aut legatum relinquebatur. Unde Cicero *in Orat. pro Arch. Poeta*, contendens, eundem Archiam civem eſſe, *iis temporibus*, inquit, *quæ tu criminaris, ne ipſius quidem judicio in civium Romanorum jure eſſe verſatum, & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hereditates civium Romanorum.* ALEAND.

36. *Nam & Latini.*,] Anianus dicere voluit, *Latini vero &c.* Sed huic paſſim non conſtat ratio loquendi: & ſic *titul. 2.* aliquoties *nam* poſuit pro *at*, & alibi quoque. SCHVLTING.

36. [36] *Nam & Latini, & Dediticii nec teſtamenta &c.*] Latini quidem teſtamentum facere non poſſunt, quia id nominatim lege Junia expreſſum eſt. Is autem, qui Dediticiorum numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, quum ſit peregrinus, nec quaſi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis ſit, ut ſecundum leges civitatis ſuæ teſtetur. Hæc Ulpianus *in fragm. tit. 20.* Sed nec Latini, quamvis lege Junia cautum non eſſet, eadem ratione videntur condere poſſe teſtamenta, quum nec cives Romani ſint, nec alterius civitatis. at certe expreſſione opus fuit, ne domini frandarentur eorum bonis; Latini enim moriebantur

ſtamenta condere,[39] nec ſibi ex teſtamento aliorum aliquid [39]dimiſſum poſſunt [40]ullatenus vindicare. Tamen [41]Latini [42]certis rebus privilegia Civium

bantur, ut ſervi *l. un. C. de Lat. lib. toll.* nam quoad reliqua prorſus ἀνόμοιοι non erant, quum & commerciorum, mancipationumque cum civibus participes forent, ut tradit Ulpianus *in fragm. tit. 19.* & familiæ emptores, & teſtes, & libripendes fieri poſſent, ut teſtatur idem *tit. 20.* ALEAND.

37. *Nec teſtamenta condere*] Sic Ulpianus *in fragm. tit. 20. Latinus Junianus, item is, qui Dediticiorum numero eſt, teſtamentum facere non poteſt. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus eſt; is autem, qui Dediticiorum numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus; nec quaſi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis civis,* (ſic lego cum Cujacio) *ut adverſus* (idem valet ac *ſecundum*) *leges civitatis ſuæ teſtetur.* Latini itaque vivebant ut liberi, moriebantur vero ut ſervi, quia ultimo ſpiritu ſimul animam atque libertatem amittebant, & quaſi ſervorum, ita bona eorum jure quodammodo peculii ex lege Junia Norbana manumiſſores detinebant, ut ait Imperator §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* Hinc Salvianus *lib. III. ad Eccleſ. More illorum uteris, qui ſervos ſuos non bene de ſe meritos, quia civitate Romana indignos judicant, jugo Latinæ libertatis addicunt, quos ſcilicet jubent quidem ſub libertorum titulo agere viventes, ſed nolunt quicquam habere morientes: negato enim his ultimo voluntatis arbitrio, etiam, quæ ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt.* OISEL.

38. *Nec ſibi ex teſtamento aliorum &c.*] De Dediticiis dubitationi locus non eſt. De Latinis videamus. Et Latinos habere teſtamenti factionem patet ex fragmentis Ulpiani *tit. 11. de tutel. §. teſtamento. & tit. 20. de teſt. §. Latinus.* quod hic Cajus aperte negat; ſed omnia recte conciliantur. Latinus heres quidem inſtitui poteſt, (neque enim id lege Junia vetitum eſt) at ſi intra diem cretionis, hoc eſt, centum dies jus Quiritium non conſequatur, caduca fit hereditas, quod declarat Ulpianus *in fragm. tit. 17. & tit. 22.* De eo igitur, qui Latinus manſerit, hic Cajus loquitur; ideo non ait heredem aut legatarium fieri non poſſe, ſed ex aliorum teſtamento capere prohiberi. Ad hanc inſtitutionem Catoniana regula non pertinet, quum ad leges tantum antiquas, hoc eſt XII. tabularum, non ad novas pertineat, *l. ult. D. de reg. Caton.* quare ad leges Papias non pertinet, ut ſenſit recte Doctiſſimus Cujacius, ex antiquis enim legibus dies legati cedit a morte teſtatoris, ex Papia ab apertis tabulis. unde nec ad Juniam legem pertinebit, quæ additionem ſpectat, & veluti conditionem adjicit: in conditionalibus autem inſtitutionibus Catonis regula locum non habet, *l placet, D. de reg. Caton* Admittuntur etiam Latini ad matris ſucceſſionem ex S. C. Orphitiano, ſi tempore additionis cives eſſent, ut colligitur ex Paulo *lib. IV. Sent. tit. 10. §. ad legitimam.* ALEAND. De Dediticiis Ulpianus *frag. tit. 22. Dediticiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt.* In Latinis vero diſtinctio quædam obſervanda, quam Ulpianus dicto loco ex Cujacii reſtitutione ſuppeditat, dum ſubjicit: *Latinus Junianus ſiquidem mortis tempore, vel intra diem cretionis civis Romanus ſit, heres eſſe poteſt: quod ſi Latinus manſerit, lege Junia capere hereditatem prohibetur.* Et cum hoc temperamento accipiendum, quod Gajus hic, vel potius Anianus ex eo, tradit, Latinum nihilomagis ac Dedititium ex alieno teſtamento capere poſſe. Et hac in parte melior eſt conditio Latinorum, quam Dedititiorum, quia illis vel hereditas, vel legatum relinqui poteſt; cujus etiam capaces fiunt, ſi intra centum dies cives Romani facti fuerint; Dedititiis vero ne quidem aliquid teſtamento alieno relinqui poteſt, quia cum illis teſtamenti factio nulla eſt; cum Latinis vero teſtamenti factionem eſſe, nominatim proditum eſt ab Ulpiano *fragm. tit. 21. & 20.* Quod ſi intra diem cretionis, vel, quod idem eſt, intra centum dies, (tot enim dies ordinarie cretioni dabantur, ut liquet ex Ulpian. *fragm. tit. 22.*) Latinus Junianus non conſequebatur jus Quiritium, cum id, quod ei relictum erat, ex lege Junia Norbana caducum fiebat, *Ulpian. fragm. tit. 17.* Poteſt tamen Latinus Junianus, etiamſi in eodem ſtatu manſerit, fideicommiſſum capere, ut eſt apud Ulpianum *tit. 25.* dum ait, fideicommiſſa iis dari poſſe, quibus legari poteſt, & ab his excipit Latinos Junianos, quos, licet legatum capere non poſſint, fideicommiſſum capere poſſe notat. Notandum hic obiter Hotomannum forte ipſum errore non carere, dum *Comment. ad Inſt. tit. de libert.* Cajum noſtrum erroris inſimulat, quod de Latinis Junianis dixerit, eos nihil ex teſtamento ſibi poſſe vindicare, quaſi ſimpliciter negaſſet eos heredes poſſe inſtitui; & ait nominatim ſcriptum eſſe ab Ulpiano, *tit. 20.* Latinos heredes inſtitui poſſe. Paullo ante vidimus diſtinctionem ex ipſo Ulpiano allatam Ac cum Cajus utatur verbo *vindicare*, potius ad effectum hujuſmodi inſtitutionis reſpexiſſe videtur, qui nullus eſt, Latino in eodem ſtatu manente, quam ſimpliciter negaſſe Latino teſtamento alieno nihil relinqui poſſe. Quanquam, ne quid diſſimulem, quæ fortaſſe Cajus diſtinctius tradiderit, ea ab Aniano, dum nimis brevitati ſtudet, confuſa eſſe, haud vane ſuſpicor. Sic & in eo melior erat conditio Latinorum, quod peregrinorum loco habebantur, qui commercium habebant, eodem Ulpiano auctore *tit. 19.* ſecus ac Dedititii. OISEL.

39 *Dimiſſum*] Dictum eſt pro *relictum*, ut in teſtamento M. Grunnii Corocottæ porcelli: *inclamavit ad ſe parentes ſuos, ut de cibariis ſuis aliquid dimitterent eis.* ALEAND. Sic Anianus paſſim loquitur *tit. d. legatis §. 2. 3. & de fideicommiſſ. §. 1. 2. 3. 4. 5.* & alibi. Sic & Lampridius *Heliogabalo. c. 31. Habuerat præterea facultates a multis dimiſſas gratia patris.* SCHULTING.

40. *Ullatenus vindicare*] De hereditate & legato intelligitur, nam fideicommiſſum capere poſſunt, ſic enim Ulpianus *in fragm. tit. 25. Latini Juniani fideicommiſſum capere poſſunt, licet legatum non poſſint*, nam fideicommiſſum, ut idem affirmat, non ex ri-

vium Romanorum libertorum consequi possunt: [41] Dediticii vero nulla ratione possunt ad Civium Romanorum libertorum beneficium pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, [44] si iterum ab ipsis aut testamento, aut [45] in Ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, Civium Romanorum privilegia consequuntur.

§. 5. [46] Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt: nam si aliquis multa debita habeat, [47] cujus substantia a creditoribus teneatur obnoxia,

gore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. quamobrem & reliquis peregrinis dari posse existimo, quum nuda spectetur dantis voluntas, ex qua etiam, quæ inutiliter data sunt, convalescunt. *l. 1. §. 1. & §. si quis plane D. de leg. 3* ALEAND. Postquam fideicommissa jure confirmata sunt, ambularunt hac in parte pari cum legatis passu. *Ulpian. tit. 25. de fideicommiss. §. 6 Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.* nec aliam addit exceptionem §. 7. quam de Latino Juniano, itaque nec nos ulterius progredi possumus, cum nusquam alibi tale quid occurrat de peregrinis. Ita quoque Viri insignes, Janus a Costa & Vinnius *ad §. 1. Inst. de fideicommissar. hereditatib.* SCHULTING.

41. *Latini certis rebus privilegia &c.*] Quibusdam ex causis Latini consequebantur civitatem; quarum una hic a Cajo refertur, eaque est iteratio; nam si quis, postquam aliqua ratione manumissus Latinus factus est, iterum aut vindicta, aut censu, aut testamento manumissus esset, civis fiebat. cujus rei meminit Plinius *lib. VII. epist. 16 Hic nunc Proconsul provinciam Bæticam per Ticinum est petiturus. Spero, immo confido, facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti.* Reliqui modi visuntur apud Ulpianum *in fragm. Regul. tit. 3.* Hique sunt. Si beneficio Principis civitatem impetraverit; si uxorem duxerit testatione interposita, quod liberorum quærendorum causa id fecerit, natus autem filius fuerit, & anniculus factus; si Romæ triennio inter vigiles militaverit; si navem fabricaverit non minorem, quam X. M. modiorum, & Romam sex annis frumentum portaverit, quod Tranquillus attingit *Claud. cap. 19.* si ædificium Romæ construxerit, & perfecerit: Romæ autem fieri dicuntur & quæ in continentibus sunt: perfecisse autem intelligitur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit *l. ædificia, 139. de verb. sign.* Item si pistrinum fabricaverit. ALEAND.

42. *Certis rebus*] Id est, certis modis. Hi autem enumerantur ab Ulpiano *in fragm. tit. 3. Latini*, inquit, *jus Quiritium consequuntur his modis, beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, ædificio, pistrino: præterea ex Senatusconsulto, veluti qui sit ter ennxa.* Singulorum explicationes vide apud eundem dicto loco. OISEL. Sic quoque loquitur Anianus *lib. II. tit. 3. §. 4.* de testamento, *his rebus, quas diximus, infirmatur*, pro *his modis.* SCHULTING.

43. *Dediticii vero nulla ratione*] Hoc Augustum cavisse scribit Suetonius in ejus vita: *ne vinctus unquam, tortusve quis, ullo libertatis genere civitatem adipisceretur.* Et in hoc pessima fuit conditio Dediticiorum, ideoque infimum libertatis gradum adepti dicuntur *l. un. C. de dedit. libert. toll.* Latini vera libertate potiuntur, quamdiu vivunt; Dediticii umbra tantum & imagine libertatis; quapropter & hodie sublata. *d. l. un. C. de ded. lib toll.* OISEL.

44. *Si iterum ab ipsis*] Ulpianus *fragm. tit. 3. Iteratione fit civis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat, major triginta annorum, iterum juste manumissus est ab eo, cujus ex jure Quiritium servus fuit.* Juste iterum manumittitur, qui aut testamento, aut censu, aut vindicta manumittitur. Et hoc est, quod Plinius Junior *lib. VII. epist. 16.* ad Fabatum, profecturum suum, scribit, dum inquit: *Si voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumisisti, nihil est, quod vereare, ne sit hoc illi molestum.* IDEM.

45. *In Ecclesia*] Jam diximus, Cajum scripsisse *censu.* ALEAND.

46. *Non tamen omnes*] Qui Cajum in compendium redixit, hic caput non distinxit, quod tamen Cajum fecisse credo, motus compositione Institutionum Justiniani. IDEM. Posuit ante hæc verba Aleander novum titulum, *Qui & quibus ex causis manumittere non possunt*, Justiniani exemplo: unde & in suis Commentariis Institutionum loca ex eo titulo hausta, tamquam ex titulo, illi, quem ipse fecit, respondente allegat. Oiselius quoque talem his præfixit titulum, *Cui & quibus ex causis manumittere non liceat.* Nos ab Aniani vestigiis non recessimus. SCHULTING.

47. *Cujus substantia a creditoribus teneatur obnoxia*] Legendum *cujus substantia creditoribus &c.* Substantiam vero pro bonis & facultatibus dixit, ut in *l. 6. D. qui & a quib. manum.* & passim in jure. ALEAND. Error hic fuit facilis, cum eadem littera *a*, quam deleri vult Aleander, occurrat in fine verbi præcedentis: & sæpe litteræ eædem a librariis male sint repetitæ. Ceterum quamvis ita vellet ratio rei ipsius; quo enim pacto manumissio fiet, saltem inter vivos, si ipsos servos detineant creditores? quia tamen hic Aniani Epitomen legimus, qui in scribendo passim non est accuratus, nihil ausim mutare. Mox quoque creditoris in singulari meminit, cum antea dixerit *creditoribus.* SCHULTING.

48. *Si in fraudem creditoris*] Lex Ælia Sentia libertatibus modum imposuit. Statuit inter cetera, ne quis in fraudem

noxia, [49] si [49] in fraudem creditoris sui servos suos [50] manumittere voluerit, collata manumissio [51] non valet. §. 6.

fraudem creditorum manumitteret, non tantum in testamento, sed & vindicta, aut alio modo. In fraudem vero creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse, *l. 10. D. qui & a quib. manum.* nam qui hoc agit, videtur debitum denegare, itaque fraudem facit. Tertullianus *de idololat. Fraudis conditio ea est, opinor, si quis alienum rapiat, aut alii debitum deneget.* Verum quia fraudis interpretatio non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur *l. fraudis, 79. de R. J.* nisi consilium fraudandi manumissor habuerit, quamvis bona ejus creditoribus non sufficiant, libertates non impediuntur *§. in fraudem 3. Instit. h. t.* quia id fecit bona fide: est autem bona fides contraria fraudi & dolo *l. 3. in fin. D. pro socio*, quod evenire potuit, quum sæpe de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperent homines: quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per alios exercent *d. l. in fraudem, 10. qui & a quib. manu. lib. non fi.* Impediuntur etiam lege Ælia Sentia libertates, quæ in fraudem creditorum testamento datæ sunt, etiamsi debitori heres, qui solvendo est, exstiterit, *l. in fraudem 5. C. de testam. manum.* Creditores autem appellantur, quibus quacunque ex causa actio cum fraudatore competit, *l. si quum fidei commissa, 16. §. ne quis. qui & a quib. manu.* Itaque & legatarii & fidei commissarii erunt hoc in numero, nisi si quid legatum sub conditione sit, nam antequam conditio exstiterit, inter creditores legatarius iste non habetur *l. 27. eod. tit.* Porro quum impediri libertates dicimus, intelligendum est, ipso jure nullas esse; ideo creditoribus opus non erit Pauliana actione, quæ in ceteris rebus competit *l. videamus 38. §. in Faviana, de usur. §. item si quis 6. Inst. de actionibus.* Unus excipitur casus, quo in fraudem creditorum libertatem dare licet, quum scilicet dominus, qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituit, qui liber sit, heresque solus, & necessarius; si modo nemo alius ex eo testamento heres exstiterit *§. 1. Inst. h. t.* nam si servus institutus, liber homo substitutus sit, a secundo gradu incipiendum erit *l. si is, qui solvendo. 57. de hered. instit.* is autem servus ante Justinianum non tantum in bonis testatoris, sed etiam ex jure Quiritium esse debebat; quia si in bonis tantum fuisset, Latinitatem consequitus esset, quod non proficit ad hereditatem capiendam *Ulpian. in fragm. tit 22. §. eum servum.* Solus vero is servus institui debet, quod si duo pluresve heredes esse jussi sunt, primo loco scriptus liber, & heres sit, ut appareat ex eodem Ulpiano *in fragm. tit. 1. §. ab eo domino 14.* ALBAND.

49. *In fraudem creditoris.*] Fuit & hoc caput legis Æliæ Sentiæ, ne debitor, qui solvendo non est, servos suos in fraudem creditorum manumitteret. *l. 16. §. 2. D. qui & a quib. manum. l. non fi.* Hujusmodi debitor ἄπορος a Theophilo appellatur eumque definit: ἄπορός ἐστιν, ὃ μηδὲν ὑπολειπόμενον μετὰ τὴν τῶν χρεῶν ἐξαίρεσιν, ἢ, ὁ πλείοσιν ὑποφίλαν ὢν κτήσητε. Glossæ Gr. Lat. ἄπορος, egens, egenus, inops. Hujus contrarium εὔπορος. Eædem Glossæ: εὔπορος, copiosus, opulentus, Glossæ Philoxeni: Locuples, εὔπορος, πλούσιος, πολυκτήμων. Et sic Græci in Basilicis *lib. XLVIII.* hæc invicem opponunt; cum dicunt, ex hereditate, quæ solvendo non est, quamvis heres locuples existat, servum ad libertatem non pervenire: Ἐπὶ ἐπόρου κλήρου κἂν εὔπορος ᾖ ὁ κληρονόμος, δοῦλος οὐκ ἐλευθερώται. *add. l. 5. D. qui & a quib. man. l. 5. C. de testam. manum.* In fraudem vero creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse, ut loquitur Cajus noster *lib. 2. Aureor. l. 10. D. qui & a quib. manum.* Fraus autem cum effectu accipienda est *l. 1. D. de statulib.* ac de animo fraudandi manumissoris constare debet, alias libertas non revocatur *l. 1. C. qui quan. non poss.* Ἀμφοτέρων μὲν συμβαινόντων, ὁ οἰκέτης οὐκ ἐλευθεροῦται, ἂν δὲ ἑλλείπωσιν, ὁ δοῦλος ἐλεύθερος ἀποτελεῖται ait Theophilus *lib. 1. tit 6.* Sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines: quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per servos atque libertos exercent: quod sæpe attriti illis negotiationibus, longo tempore id ignorant, & manumittendo sine fraudis consilio, indulgent servis suis libertatem *d. l. 10. D. d. t. §. 3. Inst. eod.* Quamdiu autem incertum est fraudati sint creditores, nec ne, & si fraudati, utrum creditores jure suo uti velint, quodque iis debetur in judicio persequi, manumissi interimvi ipsa statuliberi sunt. *d. l. 1. D. de statulib.* Creditores autem accipe eos, quibus ex quacunque causa debetur, οἱ ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας χρεωστήμενοι, ut loquuntur Basilicorum Conditores, etiam conditionales, & fidei commissarios. *l. 8. l. 26. D. qui & a quib. man.* OISEL.

50. *Manumittere.*] Non distinguit, an inter vivos, an in ultima voluntate, uti nec Ulpianus *tit. 1. §. 15.* nec imperator *pr. inst. qui & quib. ex caus. manumittere non poss.* adeoque hæc prohibitio ad manumissiones in ultima voluntate factas restringi non potest. Aperte satis ad manumissiones inter vivos hoc quoque jus pertinere constat ex *l. 5. §. 2. l. 6. D. qui & a quib. manumiss. liber. non fiunt. l. 5. C. qui manumittere non poss.* Nihil ad rem facit, quod Tacitus *Annal. lib. XV. c. 53.* Nihil ad rem facit, quod Tacitus *Annal. lib. XV. c. 53.* referat, Scevinum libertatium & pecuniarum in servos collatarum rationem hanc reddidisse, *quia tenuis jam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffideret.* id enim alio referri potest: certum enim est, si nemo hereditatem ipsius post mortem subiisset, & libertates & omnia, quæ ab eo relicta essent, esse ejus caritura fuisse. At libertates inter vivos datæ valere poterant, nisi probaretur etiam ipsum fraudandi animo manumisisse: & potest quis diffidere testamento, vel ex eo quod vereatur, ne hereditas sua sit futura suspecta, vel minus locuples. SCHULTING.

51. *Non valet.*] Hoc est, ipso jure nulla est: quia lex Ælia Sentia impedit libertatem, *pr. Instit. qui & quib. ex caus. manu. non poss.* ἐμποδίζει τῇ ἐλευθερίᾳ, ut reddit

Digitized by Google

§. 6. Aut si libertus Civis Romanus [52] filios liberos non habuerit, & [53] in fraudem patroni sui servos suos manumittat, [54] similiter data manumissio non valet.

§. 7. Præterea [55] minor quicunque viginti annorum dominus servo suo liber-

Theophilus. Glossæ optimæ: *Impedit, ἐμποδίζει, & impedimentum ἐμποδισμός.* Sic *impediri* dicitur donatio inter virum & uxorem in *l. 5. §. 8. & §. ult. D. de don. int. vir. & ux.* Neque enim libertas, utpote ipso jure nulla, rescinditur, aut revocatur per legem Æliam Sentiam, quamvis id fieri, sed minus proprie, dicatur in *l. 5. §. 2. D. qui & a quib. man. l. & 1. Cod. qui man. non poss.* & accipiendum respectu actus manumissionis, qui suspenditur, donec constet de fraude, & an creditores jure suo uti velint. Græci in Basilicis *lib. XLVIII.* & hoc sensu verbo *κωλύεσθαι* utuntur, cum inquiunt: *Αἱ δὲ βλάβην τῶν δανειστῶν ἐπενδεῖσαι ἐνεργείαι.* In ceteris vero rebus alienatis in fraudem creditorum Rescissoria actione utimur, veluti Pauliana, Fabiana, sive Calvisiana. OISEL. Ipso jure absque hac lege valuisset manumissio, ut & alienatio in fraudem creditorum: cum qui obæratus est, rerum suarum dominus esse non desinat, nec illas libere administrare, nisi dispositione juris hoc impediatur. Verum uti edictum Pauli alia in fraudem creditorum gesta revocari voluit, sic hic lex Ælia Sentia manumissiones tales noluit effectum sortiri: imo etsi nemo hac de re conqueratur post manumittentis mortem, tamen erunt inutiles, *arg. l. 54. §. 1. l. 57. D. de manumiss. testament.* Latinos hos libertos fuisse, traditur in fragmento veteri sæpe memorato, de quo ad illud fragmentum. SCHULTING.

51. *Filios liberos non habuerit*] Vacat una earum vocum: aut *liberos* dixit ad servorum differentiam; poterat enim libertus filios servos habere, ut si ei a domino donati essent; ideo autem ait, non valere manumissionem, si filios non habuerit, quoniam ii excludebant patronum §. *quæ de causa, Instit. de succeff. liberr.* quare domino fraus non fiebat, quando exitantibus filiis ex ea hereditate nihil sperabat. ALEAND. Recte additum *liberos*: servi enim etiam ipsi liberto esse poterant liberi, qui nec juris civilis communione gaudent, nec edicti prætoris *l. 20. §. 7. D. qui testamens. facer. poss.* nec fuit hic ratio ambigendi Aleandro. SCHULTING.

53. *In fraudem patroni*] Hujus originem e legibus XII. Tabularum petendam censeo, quæ patronum ad successionem omnium bonorum liberti, nullis relictis suis heredibus defuncti ab intestato vocabat. *pr. Instit. de succ. libert.* Cautum itaque ne liceret liberto, qui liberos non haberet, manumissionibus bona sua exhaurire, ac hoc modo patronum, si contingeret libertum sine testamento decedere, legitima successione fraudare. Quomodo vero jus patronorum circa libertorum successiones postea variatum fuerit, cum Prætoris edicto, tum lege Papia, & demum ipsius Justiniani Constitutione, facile cuivis inspicienti *d. t. Inst. de succ. libert.* patere potest. OISEL. Eadem lege Ælia Sentia hoc cautum *Ulpian. tit. 1. §. 15.* quæ lex ita plane libertates has impedit, ut etiam ipsi heredi liberti hoc profit, quod in patroni fraudem factum est *l. 9. §. ult. D. de liberal. caus.* adeoque nec hic utemur distinctione Ulpiani *l. 16. pr. D. de jur. patronat.* an libertus manumiserit in fraudem legis, ut minorem se centenario faceret, atque ita id ageret, ne lex, quæ majores centenariis libertos tantum cogebat relinquere patronis partem, in hereditate sua haberet locum: an in fraudem patroni tantum. priori denum casu alienationes ipso jure non valent, posteriori sunt revocandæ: sed circa libertates a liberto datas in fraudem patroni solius idem etiam jus est, ut non valeant, quia non possunt hæ semel datæ revocari. Non vero hoc jus deducendum ex XII. tabb. quæ liberam plane testamenti factionem liberto dederunt, & ab intestato tantum patronum illi voluerunt succedere *pr. Inst. de succession. liberter. Ulpian. tit. ult. §. 1.* verum postquam Prætores certis casibus patronis dederunt partis bonorum possessionem contra tabulas §. 1. *Inst. d. t. Ulp. d. l.* ad imaginem societatis, quam antea inter patronum & libertum contrahi moris erat *l. 1. § 1. 2. D. de bon. liberter.* circa quam tamen distinctionem induxit lex Papia §. 2. *Inst. d. t.* tunc demum ratio fuit inhibendi libertorum fraudes lege Ælia Sentia circa manumissiones, & tam lege ipsa Papia, quam edictis Prætorum circa alienationes, secundum distinctionem *d. l. 16. D. de jur. patronat.* SCHULTING.

54. *Similiter data manumissio non valet*] Ipso jure, ideo patrono opus non erit Fabiana aut Calvisiana actione, ut in ceteris rebus distractis *l. 1. D. si quid in fraud. patron. fact. sit.* ALEAND.

55 *Minor quicunque viginti annorum*] Quid si quum ipse non posset, alii servum dederit, ut manumitteret? & constat legi fraudem fieri, ideo manumissio invalida est *l. si quis, 7. §. ult. D. qui & a quib. man. lib.* idemque dicendum est, si partem in communi servo habuerit, eumque manumittendi causa tradiderit *l. 16. §. 1. eod. tit.* IDEM. Et hoc est ex lege Ælia Sentia, quod dominus minor viginti annis servum manumittere non possit, nisi probata justa causa apud consilium *l. 7. §. 1. D. qui & a quib. l. 4. & passim D. de man. vind.* Cum enim multi a multis manumitterentur, Augustus hic etiam quædam observanda circa ætatem manumissoris constituit. Sic enim Dio Cassius *lib. LV.* ubi & de ætate manumissi certa quædam constituta fuisse ait. *πολλῶν τε πολλοὺς ἀκριβῶς ἐλευθερώσαντες, διέταξε τήν τε ἡλικίαν, ἣν τόν τε ἐλευθερώσαντά τινα καὶ τὸν ἀπελευθερούμενον ὑπ' αὐτοῦ ἔχειν δεῖσθαι.* Legem Æliam Sentiam intelligit, Augusti temporibus latam. Præcipua autem causa, quoad manumissoris ætatem fuit, ut obviam iretur captiosis servulorum insidiis. Nescilicet

ejus

libertatem dare non potest; [56] nisi forte tantum minor manumissor, cui pater suus [57] & mater a patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certe pædagogum, aut [58] collactaneum manumittat. [59] Nam [60] quamlibet dominus,

ejus ætatis domini, cum nondum iis certum ac firmum animi judicium, fraudulentis servorum adulationibus, ac dolosis artibus facile circumscriberentur & circumvenirentur; atque ita, antequam bene scirent, quid agerent, facultates suas diminuerent. OISEL.

56. *Nisi forte &c.*] Qui minor erat viginti annis, non aliter manumittere poterat, quam vindicta apud consilium, justa causa manumissionis approbata. In consilium autem adhibentur Romæ quinque Senatores, & quinque Equites Romani, in provincia viginti recuperatores cives Romani *Ulpian. in fragm. tit. 1. §. eadem lex. 13.* Justæ autem manumissionis causæ sunt, veluti si quis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratres, sororesve naturales, aut cognatos, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnamve, aut collactaneum, aut capsarium manumittat, aut servum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, aut servum, qui dominum a periculo vitæ, infamiæve liberavit *l. si minor. 11. cum tribus sequent. l. justa. 9. D. d. manu. vind. §. eadem lege, Instit. h. t.* ALEAND. Hæc est una ex justis manumittendi causis, si quis minor XX. annis parentes suos, patrem, aut matrem in consilio manumittere velit. Sed, inquies, qui fieri potest, ut parentes sint in potestate ac dominio filii? ut parentes sint servi, filius vero liber & civis Romanus? ita ut parentes libertatem, si quam habere velint, a filio consequi debeant? Hoc omnium optime explicat Theophilus *lib. 1. tit. 6.* ὑπόθου, inquit, τὸν πρῶτον υἱὸν μεμενηκότα ὑπὸ πατρικὴν ἐξουσίαν. τελευτήσαντος δὲ τοῦ δευτέρου, ἐντεύξεται κληρονόμος τὸν παῖδα, ἀλλ' εἰ μὴ ἔστι τῶν ἐτῶν, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συμβήσεται τὸν οἰκεῖον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων πραγμάτων δεσπότην αὐτοῦ γενέσθαι. ἵνα μὴ βουλόμενος ὁ παῖς ἐν δουλείᾳ τοὺς θέσαντας αὐτὸν ὑβριζομένους ὁρᾷν, ἐλευθέρους τούτους ἐποιήσατο. Præter justas causas, hic a Gajo memoratas, sunt & aliæ: veluti, si quis filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut servum decem & septem annorum, procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, intra sex menses ducendam, manumittat, quas habes *§. 5. Inst. qui & ex quib. caus. & l. 9. l. 11. & aliquot seqq. D. de man. vind. l. 21. D. qui & a quib. manum.* OISEL.

57. *Et mater*] Ita editiones, quas vidi, præter Paris. CIↃIↃLXXXVI. quæ exhibet *vel*: quod quidem rectius; nihil tamen mutandum duxi; & Anianus conjunctionem copulativam pro disjunctiva hic sumpsisse videtur; uti alibi passim in scribendo minime est accuratus. Idem in eo quoque peccavit, quod ita hæc proponat, quasi minori has personas liceret manumittere suo jure, cum tamen certum sit cognitionem causæ per consilium præcedere debere. SCHULTING.

58. *Collactaneum*] Collactanei sunt, qui eandem nutricem simul bibere, ut loquitur Apulejus *lib. 11. Metamorph.* Glossæ Philoxeni: *Conlactanei*, σύντροφος, ὁμογάλακτος. Aliæ Glossæ Gr. Lat. Ὁμογάλακτος. *Collactaneus.* & ita Theophilus vertit. Utitur hac voce D. Hieronymus *ad Furiam: Nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec candidulus & rubicundulus assecla adhæreat lateri tuo.* Vetus inscriptio apud Gruterum. *pag.* IↃCLX. *n.* 11.

SVAE GOLLACTANEAE
FL. THEMATILLIANA
ET L. VAL. CERTVS
L. VALERIO. LVCINO
FILIO. PIENTISSIMO
FECER

In aliis veterum monumentis *Collactaneus* appellatur *Collacteus* & *Collactius*. Ita in veteri inscriptione Romæ reperta, in corpore Gruteriano. *p.* IↃLXXXV. *n.* 8.

DIS MANIBVS
L. CLARTI
HYPERETIS
FECIT
P. CLARTIVS. HELOPS
PAEDAGOGO
L. CLARTI SCYRI
COLLACTEI
SVI

Et alia itidem Romana, apud Gruter. *p.* IↃCLXI. *n.* 5.

DIS. MANIBVS.
PRIMITIVO. COLLACTIO. V.
BENEMERENTI. FECIT
ETC.

Et sic apud Juvenalem *Sat. VI.* ut in veterib. codd. Mss. reperitur vox *collactea*, prava, quæ eodem lacte nutrita est:

— quid dicas nota collactea Maura.

Eodem modo & Martianus Capella *de nuptiis Philologiæ & Mercurii lib. 1. Sed quod sororis ejus Collactea & indiscreto amica fœdere videretur.* OISEL.

59. *Nam quemlibet dominus, id est, quatuordecim*) In aliis est, *nam quilibet.* credo legendum, *nam quamlibet dominus, qui est quatuordecim* Sed nec ex Justiniani constitutione quatuordecim annos natus, manumittere poterat, ille enim plenam elegit pubertatem, unde septimum & decimum annum implesse debebat *§. ult. Instit. d. t.* postea statuit, ut quo tempore testamentum quis facere posset, liceret eidem servos manumittere. *Novel.* CXIX. ALEAND.

59. * *Nam quamlibet dominus quatuordecim annos egressus*] Sic legendum; deletis irreptitiis illis *id est*; quæ hic possessionem occupaverant. OISEL.

60. *Quam-*

Digitized by Google

nus, [61] id est, quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, [62] libertatem tamen servis non potest in hac ætate conferre.

60. *Quamlibet*] Ita editiones, quæ mihi ad manum sunt fere omnes habent, nulla *quemlibet*, quod exhibet Aleander. SCHULTING.

61. *Id est, quatuordecim annos egressus*] Oiselius omisit illa, *id est*, quæ tamen editiones Sich. Lugd. Paris. Genev. aliæque habent. forte scriptum fuit olim, *dominus pubes*, i. e. q. a. eg. ut *inst. lib. 11. tit. 2. §. 3. impuberes, id est, minores XIV. annorum, aut puella XII.* & verbum *pubes* excidit. Non statim delenda sunt, quæ quo pertinent ignoramus: Idem.

62. *Libertatem non potest in hac ætate conferre*] Justinianus primum mediam viam invenerat inter XIV. & XX. ætatis annum, ut scilicet ei, qui XVII. annum implevisset, decimumque octavum attigisset, libertatem in testamento servo suo dare liceret. § 7. *Inst. qui & quib. ex caus.* Postea vero jure novissimo permisit non minus libertatem, quam res alias relinquere ea ætate, qua testamentum facere permissum est, masculis nimirum anno ætatis XIV. fœminis vero XII. *Nov.* CXIX. *cap.* 2. OISEL.

TITULUS II.

De numero servorum testamento manumittendorum.

[1] Constitutum est, quantum servorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti, [2] hoc ordine: ut, si quis duos servos habet, ambos

1. *Constitutum est*] Lege Fusia, Furia, aut Fusia Caninia, ita enim alterum Consulis nomen variat, & quodnam verius, adhuc sub judice lis est: in vulgatis Institutionum libris *Fusia*, apud Ulpianum *in fragm.* & Theophilum *Furia*, in Pandectis vero Florentinis, *Fusia* appellatur; sic enim habent inscriptiones ad *l. 35. D. de cond. & demonst. & l 215. D. de V. S.* Quin posterius nomen præferunt, ut Contius, Giphanius, Hotomannus *in Com. ad Inst. h. t.* eam latam volunt Fusio Caleno & C. Caninio Gallo Coss. anno ab U.C. IↃCCLII. & ajunt id constare ex Fastis Capitolinis; qui tamen, ut a Stephano Pighio editi sunt, eo anno nullum hoc nomine Consulem exhibent. Ideoque si hoc legis nomen magis arrideat, potius dicendum cum Rævardo *Conject. lib. 11. cap. 1.* existimaverim, hanc legem primo latam fuisse anno ab U.C. IↃCCVI. quo Consules fuisse Quintum Fufium Calenum & P. Vatinium Fasti Capitolini referunt. Postea vero hanc legem retractam esse ab Augusto, rogante C. Caninio Gallo Consule, anno ab U.C. IↃCCII. ut idem Fasti habent. & ita, quæ primum *Fusia* solum vocabatur, postea *Fufiam Caniniam* ea ratione appellatam fuisse. Ut ut sit, ex Suetonio in vita Augusti constat, eum multa de numero, conditione & differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisse. OISEL. Non fuit hac de re lex tam antiqua, lata anno IↃCCVI. cum de manumissionum nimio abusu, tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus, ut nullo jure coercito, conqueratur multis & graviter, remediumque a Censoribus vel Consulibus exoptet Dionysius Halicarnassensis *Antiquitat. lib. IV. cap. 24.* quem in sequentibus quoque laudat ipse Oiselius: is vero cum scripserit demum anno IↃCCXLV. ut ipse in proœmio testatur, non sine ratione in annum IↃCCLI. hoc conferri videtur posse, quo saltem Caninium Gallum suffectum fuisse Consulem, constat ex Fastis, v. *Pigh. Annal. ad. d. ann.* quis vero huic additus, Augustoque, qui se quoque Consulatu abdicavit, suffectus fuerit, in Fastis non apparet; sive Furius vel Fufius, unde lex hæc Furia & Fusia; sive Fufius, unde lex Fusia. nec alibi dicitur Fufia. Saltem circa hoc tempus videtur lata esse hæc lex; uti quoque lata lex Ælia Sentia anno IↃCCLVI. SCHULTING.

2. *Hoc ordine &c.*] Hic computus ex lege Caninia est, quæ testamentarias manumissiones coercuit, faciliores enim ad donandum fumus in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, quum sciamus, nihilominus nos privari, etsi donatum non esset. Lata fuit hæc lex tempore Augusti, ut testatur Dio *lib. XLVIII.* Ex qua, qui unum habet servum, eum potest testamento manumittere; item qui duos habet, ambos manumittere potest; qui vero tres, aut quatuor, aut quinque, duos tantum; qui sex, aut septem, tres; qui octo, aut novem, quatuor: qui non minus quam decem, nec magis quam decem & septem, quinque: qui non minus quam 18. nec magis quam 20. sex: qui 21. 22. 23. septem: qui 24. 25. 26. octo: qui 27. 28. 29. 30. novem. Atque huc usque tertiam partem. Qui non minus quam 31. nec magis quam 44. decem; qui 45. 46. 47. 48. undecim: qui 49. 50. 51 52. duodecim: qui 53. usque ad 56. tredecim: qui 57. usque ad 60. quatuordecim: qui 61 usque ad 64 quindecim: qui 65 usque ad 68. sedecim: qui 69. usque ad 72. decem & septem: qui 73 usque ad 76. octodecim: qui 77 usque ad 80. decem & novem: qui 81 usque ad 84. viginti:

ab

ambos manumittere poſſit: qui vero tres, duos teſtamento manumittat: qui quatuor, ſimiliter duos: qui ſex, tres: qui octo, quatuor: qui decem, quinque: qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, ſedecim, decem & ſeptem, ſimiliter quinque: qui decem & octo, ſex: & ab hoc numero uſque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat: qui amplius, quam triginta habuerit, uſque ad centum, quartam partem de numero ſervorum manumittere poteſt: qui vero plures, quam centum habuerit, quintam partem manumittere poteſt. Sed & hoc ſtatutum eſt, ut de [3] quamlibet grandi familia [4] nulli amplius, quam centum teſtamento manumittere liceat.

§. 1. [5] Nam qui voluerit aut in Eccleſia, aut ante Conſulem, aut inter amicos, aut per epiſtolam manumittere, poteſt his manumiſſionibus [6] omnem familiam jugo ſervitutis abſolvere.

§. 2.

ab 84. uſque ad 88. unum & viginti: ab 88. ad 92. duos & viginti: a 92. ad 96. tres & viginti: a 96. ad centum, quatuor & viginti. Hinc uſque quartam partem: a 100 ad 130. viginti quinque: a 130. ad 135. ſex & viginti: a 135. ad 140. viginti ſeptem: a 140. ad 145. duodetriginta: a 145. ad 150 novem & viginti: a 150. ad 155. triginta: & ſic ſemper quintam partem. Itaque qui ducentos habet, quadraginta manumittit: qui trecentos, ſexaginta: qui quadringentos, octuaginta: qui quingentos, centum; nec ultra licet: ut etiam, qui mille ſervos habeat, plures quam centum manumittere nequeat. qua de re Ulpianus *in fragm. Regul. tit. 1. §. pen.* & Paulus *lib. IV. Sentens. tit. ult.* qui ait, etiam fugitivos numero ſervorum computandos, quorum ſemper poſſeſſio animo retinetur. ALEAND. Eodem fere ordine hæc de legitimo, qui teſtamento manumitti poſſunt, ſervorum numero, habentur apud Ulpianum *in fragm. tit. 1.* & Paulum *Sentent. lib. IV. tit. ult.* ubi videndus Cujacius, qui accurate de numero ſervorum teſtamento manumittendorum diſſerit. OISEL. Et eo quoque potuiſſet lectorem ablegare Alexander, atque enumeratione illa prolixa abſtinuiſſe: in qua quoque in eo lapſus eſt, quod de triginta tantum novem velit potuiſſe manumitti, cum de decem id hic Cajus diſerte tradat. SCHULTING.

3. *Quamlibet.*] Ita editiones antiquæ meliores, Sich. Lugd. CIↃ IↃ LXVI. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. Genev. ejuſdem anni; quod non debuit mutari in edit. Lugd. CIↃ IↃ LIX. in *qualibet*; quo pacto quoque edidere D. Gothofredus, Jul. Pacius, Alexander & Oiſelius. *Quamlibet* hic eſt *quantumvis*, ut *tit. præced. §. ult. tit. 4. §. 8. lib 11. tit. 3. §. 1.* & ſic locuti quoque optimi auctores: imo frequentiſſime Ovidius, uti docuit late Vir Inſignis, Nicol. Heinſius *ad Ovid. Epiſtol. VI. verſ. 140.* IDEM.

4. *Nulli amplius, quam centum*] Idem & Ulpianus *fragm. tit. 1. §. pen.* & Paulus *Sent. lib. IV. tit. ult. §. ult.* tradunt. Ita Vopiſcus de Tacito Imperatore: *Servos manumiſit, intra centum tamen, ne Caninium transire videretur.* Quod tamen locum non habet in teſtamento militis, is enim teſtamento omnibus ſervis libertatem dare poteſt. *l. 51. D. de manum. teſt.* OISEL. Religio Taciti Imperatoris fuit nimia, cum nec verba legis, nec mens ad manumiſſiones ipſius intervivos pertinerent, *§. 1. h. t.* SCHULTING.

5. *Nam qui &c.*] Anianus *nam* ſumit pro *ſed*: uti & mox §. 2. §. 3. §. 4. & alibi; quod jam antea quoque obſervavimus: nec opus hic poſito aſteriſco, uti fecit Alexander, qui exiſtimavit, aliquid deeſſe ante verbum *Eccleſia.* IDEM.

6. *Omnem familiam*] Familiam hic appellat ſervos omnes unius domini; quod auctoribus noſtris haud infrequens. Sic eſt tit. *in D. ſi familia furt. fecer. l. 92. in pr. D. ad l. Aquil. l. 13. D. de opt. leg. l. 2. § 14. D. Vi bon. rapt. l. 295 §. 3 D. de V. S.* & alibi; ſicque etiam Juſtinianus *Inſt. de leg. Juſ Can. toll.* ubi Theophilus vertit κύριος τῆς οἰκίας. Sed cur non æque omnem familiam teſtamento, quemadmodum vivi, manumittere poſſimus? Ratio diverſitatis, quam lex reſpexit, eſt, quia homines vivi ac bene valentes haud adeo profuſe liberales ſunt, ut ſe rebus ſuis, quibus adhuc in vita degentes opus habere poſſunt, tam facile ſpolient; morituri vero cum jam rebus ſuis amplius ſupereſſe, nec iis in poſtremum uti poſſe credant, denique vanam liberalitatis & beneficentiæ laudem apud populum captantes, facile in animum inducunt, ſervos ſuos omnes manumittere. Hinc eſt, quod Tacitus de Othone multa inter ſuos diſtribuente, *Parce*, inquit, *nec ut morituro.* Imo eo uſque hæc popularis auræ captatio apud Romanos proceſſerat, ut morientes ſervos ſuos etiam nequiſſimos libertate donarent, quo majori pompa, ob magnum pileatorum numerum funus comitantium efferrentur. Huic vero vanitati Lex occurrere voluit: tum etiam, ne, conceſſa libera teſtamento manumittendi poteſtate, civitas Romana libertis & ſordidis hominibus contaminaretur. Et de hac Romanorum vanitate elegans eſt locus Dionyſii Halicarnaſſei *lib. IV.* ubi de hujusmodi importunis & intempeſtivis liberalitatibus conque-

§. 2. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus supra scriptus, ordo servandus est: ut [7] illis tantum libertas valeat, [8] qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integre in servitute eos certum est permanere. [9] Quod si non [10] nominatim servi vel ancillæ in testamento manumittantur: sed confuse omnes servos suos vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, [11] nulli penitus firma esse jubetur hoc [12] ordine data

ritur. Ἐγώ γ' ὦν, inquit, ἐπιτιμῶ τινας τοῖς δούλοις συγχωρηθέντας εἶναι ἐλευθέρους, μετὰ τὰς ἑαυτῶν τελευτὰς, ἵνα χρηταὶ καλῶνται νικῶσι, καὶ πολλοὶ τοῖς κλίνοις αὐτῶν ἐκκομιζομένοις παρακολουθῶσι τοὺς πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες· ἐν οἷς ἐπόμνυόν τινες, ὡς ὧν παρὰ τῶν ἐπιτιμήσαντων ἀκούειν, ἢ τῶν δεσποτῶν ἐξελευθέρους κακοῦργοι ἀρτίως, μυρίων ἄξια διαπεπραγμένοι θανάτων. εἰς τούτους μέντοι τοὺς δυσκλεῶς πίλους ἐν τῇ πόλει ἀποβλέποντες οἱ πολλοὶ δυσχεραίνουσι, καὶ προβεβλήντουτὸ ἔθος, ὡς ἂ πρέπον ἦ ἐλευθερίᾳ πόλει, καὶ πάντος ἄρχειν ἀξίων τόπου, τούτους πολίτας ποιεῖσθαι. Justinianus autem, cum mirus libertatis fuerit patronus, his rationibus insuper habitis, modum servorum testamento manumittendorum lege Fusia Caninia præscriptum fustulit, derogata ipsamet lege Caninia, ac unicuique libera servos ultima voluntate manumittendi potestate concessa, Constitutione, quæ exstat in *Cod.* sub *tit. de leg. Fus Can. toll.* OISEL.

7. *Illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt*] Quum itaque legitimum numerum excedunt, non omnium irritæ sunt libertates, sed eorum, qui posteriùs nominati sunt: quod etiam obtinuit in lege Ælia Sentia: nam si quis ære gravatus alieno tot servos manumiserit, ut aliqua ex parte solvendo non sit, qui primi nominati sunt, liberi erunt, donec creditoribus suum solvatur, *l. si quis habens, 24. D. qui & a quib. manu.* at in lege Ælia Sentia ex causa ordo variatur: nam si quis decem debeat, duosque servos manumittat, alterum qui decem, (isque prior sit) alterum, qui sex valeat, si posterior servus manserit, nihilominus solvendo non erit, quare ne uterque servus sit, humanius dicetur, prioris duntaxat libertatem impediri, *d. l. si quis habens.* In lege Caninia nulla habetur ratio majoris, aut minoris pretii. Quod si quadraginta quis habens servos, cum decem tantum manumittere in testamento posset, prius factis codicillis sex manumiserit, postea condito testamento duodecim; quum octo in servitutem retrahi debeant, num qui codicillis continentur, an qui testamento, retrahendi sunt? & notat Paulus *lib. IV. Sentent.* eos, qui codicillis scripti sunt, novissimo loco computari debere, quoniam codicilli sequela sunt testamenti. ALEAND.

8. *Qui prius manumissi sunt*] Confirmantur, quæ hic a Gajo dicuntur *l. 83. §. 1. D. de her. inst. l. 24. D. qui & a quib. man. l. 24. §. 17. D. de fideicom. lib.* quibus omnibus locis indicatur ordinem scripturæ sequendum esse, ut, qui primo loco scripti sunt, prius libertatem consequantur. Sic quoque ex ordine scripturæ colligitur voluntas testatoris, ut prius nominati intelligantur prius vocati, *l. 60. D. de her. instit. l. 34. D. de usufr. l. 77. §. 24. D. de legat. 2.* nisi forsan voluntas testatoris ordini scripturæ repugnet: nec enim ordo scripturæ impedire debet ordinem juris & voluntatis. *d. l. 77. §. 42. D. de legat. 2.* OISEL.

9. *Quod si non nominatim*] Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur. *Ulpian. tit. 1. §. ult. Paul. Sentent. lib. IV. tit. 14.* Nominatim autem videntur liberi esse jussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo, evidenter denotati essent: veluti *Dispensator meus, Cellarius meus, Cocus meus, Pamphili servi mei filius,* ut scribit Cajus noster *lib. 1 Aureor. l. 24. D. de manum. test.* Officiorum enim, & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur. Tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur. Ita Paulus *Sentent. lib. IV. tit ult.* IDEM. Jure novo etiam incerto servo libertas dari poterit; modo postea appareat, quis ille sit, ex Imperatoris Justiniani constitutione §. 27. *Inst. de legatis.*

10. *Nominatim*] Quoniam per legem Caniniam nulli servos omnes testamento manumittere licebat, ideo necesse erat, ut qui manumitterentur nominati essent, hoc modo: *Stichus & Damas liberi sunto,* vel ex S. C. Orphitiano, *Obsonatorem, & qui ex ancilla illa nascetur, liberos esse volo:* officiorum enim & artium appellatio, aut si qua alia demonstratio est, nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur, ut tradit Paulus *lib. IV. Sentent. tit. ult.* nam & si plures Stichi, pluresve Damæ sint, nec appareat, de quibus testator senserit, nullus liber est, *l. quum ex pluribus, 31 de manum. testam.* quod & in lege Ælia Sentia procedit, nam si is, qui solvendo non est, quum servum necessarium sibi heredem facere possit, sic scripserit, *Apollonii servi mei liberi & heredes mihi sunto,* quum duo sint Apollonii, nec alter altero prior nominatus sit, constat, amborum libertates impediri; quoniam invicem sibi obstant *l. qui solvendo, 42. cum seq. de hered. instit.* ALEAND.

11. *Nulli penitus*] Id est, nullius momenti est hujusmodi data libertas: servi enim, vel ancillæ ita confuse scripti invicem sibi obstant. *arg. l. 42. & l. 43. D. de her. inst.* OISEL.

12. *Hoc*

Digitized by Google

data libertas; sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, [12] id est, in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit adgnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, [14] si adgnosci non potest, qui prior, qui posterior manumissus fuerit.

§. 3. [15] Nam si aliquis in ægritudine constitutus [16] in fraudem hujus legis facere

12. *Hoc ordine*] Sic scripsit Anianus, pro, *hoc modo*, ita mox iterum.

13. *Id est in circulo*] Hoc Aniani prorsus esse existimo, aut alterius, qui glossulas interlineares addiderit; neque tamen interpretatio hæc aspernanda est; nam & olim id factum indicat Ausonius *in Ludo sapientum*, ubi Solonem sic loquentem facit.

Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus,
Quærentem, quisnam primus sapientum foret;
Ut in orbe teres nomina eorum inscriberet,
Ne primus esset, ne vel imus quispiam.

At non tantum orbiculari, sed & triangulari, aut alia figura confundi nomina possent. ALEAND. Hæc verba, *id est, in circulo*, mihi videntur, vel ab imperito quodam librario a margine, ubi tanquam Glossema forte a lectore adscripta erant, in contextum recepta, vel saltem ab Aniano, dum Caji verba illustrare conatur, non suo loco inculcata. Quidquid sit, constat ex manumissione compluriuum in orbe tereti scripta nulli libertatem competere, quia non apparet, quis primus, quis secundus, quis denique novissimus scriptus sit. *Quidquid enim*, ut ait Arnobius *lib. IV. adverf. Gent. teres est, atque ex omni parte rotunditatis connexione convulsum, nullum habet initium, nullum finem.* Et Ocellus Lucanus in *de Natura Universi*: ὅτι δὲ (κύκλος) πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἀνάρχος ἐστὶ καὶ ἀτελεύτητος. Sic Solon apud Ausonium *in Ludo septem Sapientum*:

Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus,
Quærentem, quisnam primus sapientum foret;
Ut in orbe teres nomina eorum inscriberet,
Ne primus esset, ne vel imus quispiam.

Adde Plutarchum *Quæst. Roman.* Senec. *de Benef. lib. V. cap. 9.* Chrysostom. *in laudo Machabæor.* τίνα οὖν ἐκλέξεσθε τῶν ἑπτὰ ἀπολέσθαι ἀδελφῶν; ἆρα τὸν πρῶτον, ἢ τὸν δεύτερον, ἢ τὸν τρίτον, ἢ τὸν ἕκτον; μᾶλλον δὲ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς ἕκτος, χαίρει γὰρ ἕκαστος, χαίρει δὲ ὅταν ἄρχῃ, ὅταν τέλος ἐπιθῇ τοῦ. OISEL. Forte & hæc, *id est, in circulo*, sunt ab ipso Cajo, sed ordinem verborum invertit Anianus. commodius sane sequerentur post illa, *non possit adgnosci*. Aliud vero est *confuse* manumittere, de quo in præcedentibus dixit; quod fit, cum nulli in specie nominantur, sed generali vocabulo plures vel omnes includuntur: aliud *in circulo*, cum revera nominantur diserte singuli, sed quis prior, quis posterior sit, non apparet; quia circulus nec finem, nec initium ullis sui partibus sentit, ut loquitur Plinius *Natural. Histor. lib. II. cap. 2.* Male hæc pro eodem habet Merillius *Observation. lib. VII. cap. 40.* ut & huc applicat verba Dionysii Areopagitæ *de divin. nominib. cap. 7.* ubi is id tantum agit, ut doceat, propter cœlestem sapientiam etiam animas ratione esse præditas, lateque, ἐκφοδικῶς, & circumquaque, περὶ κύκλῳ, circa veritatem eorum, quæ exsistunt, circumspatiari: quæ ad hanc rem nihil faciunt. Inscriptio quoque inter marmora Oxoniensia *p. 308.* ubi dedicatur aliquid SILVANO, HERCULI, LIBERO, nominibus in forma circuli scriptis; ex qua Viri Clarissimi, Joh. Seldenus *ad d. insc.* & Jac. Gothofredus *de jur. præcedent. part. 3. cap. 4.* simile quid concluserunt, noluisse dedicantem ordinis ratione cuiquam illorum Deorum detrahere; illa, inquam huc non pertinet: & non sine causa Virorum illorum Doctorum sententiam improbat V. C. Th. Reinesius *Inscription. class. 1 inscr. 108.* tamquam nimis arguram, nec etiam veram. Res ipsa id ita fieri volebat; clypeus enim dedicatus est, in cujus extremo circulo nomen dedicantis, TI. JULIUS ALEXANDER D. D. DIIS SANCTIS, in interiori nomina ipsorum Deorum; quæ certe non potuerunt illic commodiori modo poni. Hoc vero, quod hic traditur, in servis procedere ita demum videtur, si ultra jussum numerum sint manumissi; si intra numerum, non apparet ratio, cur non illi omnes liberi fiant, cum certi sint & nominati, quod lex requirit tantum in hoc casu. Minus recte quoque hæc acceperunt Joh. Wouwerius *Polymath. cap. 24. n. 16.* & Ph. Jac. Mausiacus *judic. de Plutarch. script. p. 28.* SCHULTING.

14. *Si adgnosci non potest, qui prior, qui posterior manumissus fuerit*] Expungantur. ALEAND. Verum an non & alibi in scribendo ineptit Anianus? cujus tamen incommoda, & nunc æquo prolixior, nunc concisior ratio scribendi nobis ferenda est. Non hic quæritur, quo pacto debeat scribi, sed quomodo ille locutus sit. SCHULTING.

15. *Nam si aliquis &c.*] In fraudem legis facit, qui salvis legis verbis sententiam ejus circumvenit *l. contra legem 29. de legib.* quapropter qui moribundus totam familiam epistolis, aut alio modo manumisit nullo condito testamento, non potest dici contra legem Caniniam facere, quæ testamentarias solum manumissiones coercet. Facit certe contra mentem legis, quæ etsi fieri non vetuit, fieri tamen noluit; quum parum distet manumissio testamento facta ab ea, quam facit is, qui nuper se decessurum sciat, quum & hæc ultima sit voluntas. Hodie lex Caninia sublata est ex constitutione Justiniani *C. de lege Fus. Canin tollend. & Inst. eod. tit.* Sed nec olim in testamento militis locum

facere noluerit teſtamentum, ſed epiſtolis, aut quibuſcunque aliis [17] rebus ſervis ſuis pluribus, quam per teſtamentum licet, conferre voluerit libertates, & ſub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumiſſi fuerint, uſque ad numerum ſuperius conſtitutum, liberi erunt: qui vero poſt ſtatutum numerum manumiſſi fuerint, ſervi ſine dubio permanebunt.

§. 4. Nam ſi incolumis quoſcunque diverſo tempore manumiſit, qui per teſtamentum manumiſſi ſunt, nullatenus computentur.

cum habuiſſe credo, ex *l. teſtamento centurio, 51. de manum. teſtam.* ALEAND.

16. *In fraudem legis*] Finge ſpeciem. Titius adverſa valetudine decumbens, ac jam moribundus, prætermiſſo teſtamento, cum ſciret eo omnibus ſuis ſervis libertatem dare non poſſe, propter legem Fufiam Caniniam, epiſtolam ſcribit, qua totam familiam manumittit. Quæritur, an ſervi omnes libertatem ex hujusmodi epiſtola conſequantur? Ait Cajus noſter, cum Titius epiſtolam hanc legis fraudandæ cauſa conſcripſerit, ſervis ultra legitimum numerum nihilo magis libertatem competere; ſed iis, qui primo loco ſcripti ſunt uſque ad numerum lege definitum, de decem, puta quinque, libertate donatis, ceteros in ſervitute manere. Idem ego putem obtinere, ſi quis condito teſtamento, legitimum numerum ſervorum, quinque puta, de decem, manumiſerit, poſtea moribundus ſcribat epiſtolam, qua itidem quinque ſervos liberos eſſe velit. Cum hæc epiſtola in fraudem legis videatur conſcripta, quinque ex teſtamento liberi eſſe juſſi libertatem conſequentur, ceteri in ſervitute manſuri. OISEL.

17. *Rebus.*] Per res intelligit Anianus modos, uti *tit. 1. §. 4.*

TITULUS III.

[1] *De jure perſonarum.*

[2] Aliquae perſonæ [3] ſui juris ſunt, aliquæ [4] alieno juri ſubjectæ ſunt. Itaque cum oſtenditur, quæ perſonæ alieno juri ſubjectæ ſint, tunc evidenter adgnoſcitur, quæ ſui juris ſint.

[a] *De jure perſonarum alia diviſio ſequitur: quod quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ ſunt. Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt: nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, [b] ſimul intelligemus, quæ ſui juris ſunt. diſpiciamus itaque de his, quæ in aliena poteſtate ſunt.*

§. 1.

1. Hunc titulum ita cum conceperit Anianus, cujus eſt hæc Epitome, eum, ut & reliquos, retinui, rejecto illo, quem hic poſuerant Aleander & Oiſelius, *de his, qui ſunt ſui vel alieni juris.* SCHULTING.

2. *Aliquæ perſonæ*] Ipſiſſima Caji verba circa hanc materiam, ut ea a Digeſtorum compilatoribus exſcripta ſunt, habes *l. 1 D. de his, qui ſui vel al.* unde ea hic e regione apponenda curavimus, ut melius ex eorum comparatione unicuique innoteſcere poſſit, quemadmodum ea ab Aniano interpolata, enervata & contracta ſint. OISEL.

a. *De jure perſonarum alia &c.*] Exſtat hoc fragmentum in *l. 1. D. de his, qui ſunt ſui vel alieni jur.* quæ inſcriptio a Cajo in ſuis Inſtitutionibus addita fuit, non aut Anianus mutavit, *de jure perſonarum*, qui titulus generalior eſt, ideo melius ſupra capiti ſecundo adaptatus eſt. ALEAND.

3. *Sui juris*] Τῶν ἰδίων δικαίων, ut eſt apud Theophilum, ſive *ſuæ poteſtatis, ot αὐτεξούσιοι.* Gloſſæ Gr. Lat. quæ a quibuſdam Cyrillo adſcribuntur: *Αὐτεξούσιος, Licentioſus, Suæ poteſtatis, Emancipatus, Sui juris.* Item *ὁ ἑαυτοῦ, Suus.* Sui vero juris ſunt familiarum ſuarum principes, id eſt, paterfamiliæ & materfamiliæ. *Ulpian. tit. IV.* Sic liberi morte parentum ſui fiunt juris, & ſinguli novarum familiarum capita & duces, etiam impuberes, ut pupilli, pupillæve, qui jure ſaltem ſuæ ſunt poteſtatis. *l. 195 §. 2. D. de V.S.* Tertull. *de Veland. virg. Materfamilia vocatur, licet virgo, & paterfamilias, licet inveſtis.* Ita manumiſſi ſunt ſui juris. Perſius *Sat. V. Meus a Prætore receſſi.* id eſt, liber, mei juris. OISEL.

4. *Alieno juri ſubjecta*] Theophilo *οἱ ὑπεξούσιοι*; ſub aliena poteſtate, vel imperio, ut ait Plaut. *Menæch. Act. V, Sc. 7.*

ME,

§. 1. [7] In poteſtate itaque dominorum ſunt ſervi; quam poteſtatem [6] omnes gentes habere certum eſt: [7] ſed diſtringendi in ſervos dominis pro ſua poteſtate permittitur; [8] occidendi [9] tan-

§. 1. *Igitur in poteſtate ſunt ſervi dominorum. quæ quidem poteſtas juris gentium eſt: nam apud omnes peræque gentes animadvertere poſſumus, dominos in ſervos* [c] *vitæ neciſque*

ME. *Mea quidem cauſſa liber eſto, atque ito, quo voles.* MES. *Nempe jubes?* ME. *jubeo hercle, ſi quid imperii eſt in te mihi.* IDEM.

b. *Simul intelligemus*] Notum eſt Dialecticorum axioma, cognito altero ex contrariis cognoſci & alterum. ALEAND.

5. *In poteſtate*] Dominorum poteſtas ſumma olim fuit, unde Theophilus reddit, ἄκραν ἐξουσίαν, utpote quibus jus vitæ & necis, de quo mox plura, in ſervos ſuos competebat. OISEL.

6. *Omnes gentes*] Quemadmodum ſervitus ex jure gentium eſt, ita & dominorum in ſervos poteſtas ex eodem jure originem trahit. Quod vero Cajus noſter dicit, licet decurtatis Aniani verbis, ſicuti ex collatione contextus Caji e regione appoſiti apparet, eandem apud omnes gentes dominorum in ſervos fuiſſe poteſtatem; jus nempe vitæ & necis, quemadmodum apud Romanos, id non uſquequaque verum eſt, quin patiatur exceptionem. Quoſdam enim populos ſervos ſuos admodum humaniter tractaſſe conſtat. Ita de Germanis ſcribit Tacitus. *Verbere, aut vinculis ſervum coercere haberi nefas.* De Parthis Juſtinus *lib. XLI. Servos pari ac liberos ſuos cura habere.* Ex Lycurgi quidem inſtituto primis temporibus Lacedæmoniis ſervos ſuos occidere permiſſum. Hoc vero poſtea in deſuetudinem abiit, ut teſtatur Philoſtratus in Vita Apollonii, quem *lib. VI. cap. 10.* inducit loquentem de Lacedæmoniis: ἀπὸ ἀκοσμίας, (τὰς ἐλάτας ἀδικοῦντας) δὲ ξυνεχώρη ὁ Λυκοῦργος, ἀλλ' ἢ ἐντεῦθεν καὶ ἐπ' ἐμοὶ μάτῃ. Imo & ceteros pleroſque Græciæ populos ſervos ſuos ſatis humane tractaſſe, nec nimium in eos ſæviiſſe ſcriptis reliquit Athenæus *Dipnoſoph. lib. VI.* ubi de ſervorum apud Græcos conditione late agit. IDEM. Quantum jus gentium in ſervos poteſtatis dominis largiatur, ut, videlicet, id liceat impune, exponit H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. III. cap. 7. §. 2* quatenus vero recta ratio id temperet, docet *cap. 14.* de quo hic plura non addimus. SCHULTING.

7. *Sed diſtringendi*] Verbo *diſtringendi* utitur, pro *coercere*, ſive *caſtigare cum modo.* Quibus plerumque autem modis antiqui ſervos ſuos caſtigare ſolebant, breviter accipe ex Plauti Aſinaria *Act. III. Sc. 2.* ubi Leonidas ſervus, fallaciis ſuis & dolis ſe pœnas olim perpeſſas quidem, jam elufiſſe ait:

Perfidia laudes gratiaſque habemus merito magnas,
Quum noſtris ſycophantiis, dolis, aſtutiiſque,
Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti:
Qui adverſum ſtimulos, laminas, cruceſque compedeſque
Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias,
Torteroſque acerrimos, gnaroſque noſtri tergi,
Qui ſæpe ante in noſtras ſcapulas cicatrices indiderunt.
Eas nunc legiones, copias, exercituſque eorum
Vi, pugnando, perjuriis noſtris, fuge, potiti.

Locus deſideraret commentarium, cui tamen hic nullus locus. OISEL. Hic omiſſum τὸ *jus*, vel *facultas*, ab ipſo forte Aniano: vel ex ſequentibus ſubaudiendum *licentia*: aut dicere debuerat *diſtringere*. Aniani vero eſt hoc diſtringendi verbum, non Caji. Sic vero loquitur & Caſſiodorus *lib. II. Variar. 14. Genus pietatis eſt in illos diſtringere, qui contra naturæ ordinem, ſceleratis ſe docentur actionibus miſcuiſſe.* In Legibus Burgundionum *tit. 76. l. 3. In ſe diſtringendum eſſe non dubitent. add. du Cange Gloſſar. med. & infim. Latinitat. h. v.* Ceterum ſi hæc comparentur cum genuinis Caji verbis in Digeſtis, patebit hæc omnia a manu Aniani eſſe: quod etiam notavit Vir Summus, Hugo Grotius, *Flor. Sparſion. ad t. Inſt. d. his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Anianus vero quædam hic habet ex titulo *Cod. Theod. de emendation. ſervor.* SCHULTING.

c. *Vitæ neciſque*] Nam ut quiſque ſuas pecudes impune occidere poteſt, ita & ſervos, ſervi enim pecudibus comparantur *l. 2. ad leg. Aquil.* ALEAND. In *d. l. 2.* quadrupedes dicuntur æquiparari ſervis, nec immerito, quatenus damnum in utriſque datum ſimili reſarcitur modo. Alibi quoque pari paſſu ambulant *l. 38. §. 2 D. d. Ædilit. edict.*

8. *Occidendi tamen*] Jure gentium dominis quidem in ſervos vitæ neciſque poteſtas fuit. Lactantius *Divin. Inſtit. Epit. cap. 3. Habet in nos non modo ut pater, verum etiam ut dominus licentiam verberandi; vitæ ac necis poteſtatem.* Salvianus *de Gubernat. Dei lib. IV. Cum occidunt ſervulos ſuos, jus putant eſſe, non crimen.* Dio Chryſoſt. *Orat. XIV.* Ἀλλὰ μὴν, ὃν ἂν ἐγὼ ἄνθρωπον κατηγάσωμαι καὶ δήσω, καὶ ἀνιαλῶν, καὶ ἀλλ' ὅ, τι ἂν βούλωμαι ἐργάσασθαι, τοῦτο ἐμὸν δοῦλός ἐστι. Seneca *de benefic. lib. III. cap. 22.* de domina a ſervis ſuis ſervata: *Manumiſit utrumque e veſtigio illa: nec indignata eſt ab his ſe vitam accepiſſe, in quos vitæ neciſque poteſtatem habuiſſet.* Primum lege Petronia dominis poteſtas ablata eſt ad beſtias depugnandas ſuo arbitrio ſervos tradere, ut ait Modeſtin. *lib. VI. Regul. l. 11. D. ad l. Corn. de ſicar.* Deinde Adrianus Imp. ut eſt apud Spartianum. *Servos a dominis occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices, ſi digni eſſent.* Poſt Adrianum D. Pius Antoninus herilis poteſtatis terminos adhuc anguſtiores fecit Conſtitutione ſua, qua dominis non plus in ſuorum ſervorum, quam in alienorum vitam juris eſſe voluit, ut eſt apud Cajum noſtrum hoc loco. Sed & majorem dominorum aſperitatem & atrociam coercuit. §. 2. *Inſt. de his, qui ſui vel al. l. 2. D. de his, qui ſui vel*

tum servos suos domini licentiam non habebunt: nisi forte servus, dum pro culpæ modo cæditur, [10] casu forsitan moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, [11] iis judicibus, quibus publici officii potestas commissa est, [12] tradendus est, ut pro suo crimine [13] puniatur. *Qui sine causa servum suum occiderit,* [i] *non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis constitutione coercetur.* L. I. D. DE HIS, QVI SVI VEL AL. IVR. SVNT.

que potestatem fuisse, & quodcunque per servum adquiritur, [d] *id domino adquiritur.*

§. 2. [c] *Sed hoc tempore* [f] *nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, &* [g] *sine causa legibus cognita in servos suos sævire. nam* [h] *ex constitutione Divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis constitutione coercetur.* L. I. D. DE HIS, QVI SVI VEL AL. IVR. SVNT.

§. 2.

alien. jur. Postremo Constantinus sanxit, ut qui servum suum occiderit, homicidii reus sit *l. un. Cod. de emend. servor.* OISEL.

9. *Tantum*] Sic habent editiones, quas consului: paucæ in margine exhibent *tamen*, quod Oiselius solus in contextum recepit. Ego *tò tantum* Aniano non ausim abjudicare. SCHVLTING.

10. *Casu forsitan moriatur*] Paulus *lib. Sentent. v. tit. ad leg. Corn. de Sicar. Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari.* (quod fragmentum habetur in Collatione legum Mosaicarum & Romanarum edita a Pithœo) quod etiam confirmatum est a Constantino *l. 1. l. 2 C. Theodos. de emend. serv.* in maleficiis enim voluntas spectatur, non exitus, *l. Divus 14. D. ad leg. Corn. de Sicar. l. 1. in fin. l. 5. C. eod. tit.* ALEAND. Constantinus *leg. un. C. de emend. serv. Si virgis, aut loris dominus servum affixerit, aut custodiæ causa in vincula conjecerit, dierum distinctione, sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo morte sustineat.* OISEL.

d *Id domino adquiritur.*] Ignoranti etiam & invito: id quod Accursius & ceteri interpretes abunde examinant. ALEAND.

e. *Sed hoc tempore*] Vere eo tempore, nam antea licebat, quod vetuit Antoninus, cujus temporibus Caius vixit. IDEM.

f. *Nullis hominibus.*] Prohibuit Antoninus servos sine causa occidi: nam etsi servi sint, homines tamen sunt, *l justissime, 44. D. de Ædilit. edict.* nec prorsus pecudibus comparantur: nam partus pecudum in fructu est, non ancillarum, *l. in pecudum, 28. D. de usur. l. vetus 68. D. de usufr.* præterea esse potest, ut cives aliquando sint, augeantque Rempublicam. Sed & pecudes mactari quandoque leges vetant, ut de aratoriis bobus Solon statuisse fertur: quos etiam pignori capi vetuit Constantinus *l. exsequutores 7. Cod. quæres pign. oblig. poss.* IDEM.

g. *Sine causa.*] Divus Hadrianus Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime tractasset. *l. 2. in fin. D. h. t.* IDEM.

11. *Iis judicibus*] Hi erant Romæ Præfectus urbi, in Provinciis Præsides *l. 1. §. si quis servum. D. de Off. Præf. urbi l. 24. §. ult. D. de pig. act. l. 9. D. de manumiss.* IDEM. Sic Modestinus *l. 11. D. ad l. Corn. de sicar.* postquam dixit, dominis non licere post legem Petroniam, servos suos ad bestias depugnandas suo arbitrio tradere, addit: *Oblato tamen judici servo, si justa sit domini querela, sic pœnæ tradetur.* Spartianus *in Adriano,* loco modo allato. OISEL.

12. *Tradendus est.*] A domino *l. servos 5. D. de accusat.* ALEAND.

13. *Puniatur.*] Sich. *publice puniatur.* Cum vero illud adverbium *publice* editiones Cujacii aliæque meliores non agnoscant, nec ad sensum requiratur, textui illud inferere nolui. SCHVLTING.

h. *Ex constitutione Divi Antonini*] Quæ habetur in *d. l. 2. & in Justinian Inst.* Idem quoque cum fratre Vero constituit, ne quis servum venderet, ut cum bestiis depugnaret, *l. domini, 42. D. de contra empt.* utique post legem Petroniam, & Senatusconsulta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere. oblato tamen judici servo, si justa sit domini querela, sic pœnæ tradetur, *l circumcedere 11. ad fin. D. ad L. Cornel. de Sicar.* ALEAND. Non recte Aleander per Divum Antoninum hic memoratum intellexit Marcum Antoninum, L. Veri fratrem, cum constitutio illa differte adscribatur Antonino Pio *d. l. 2.* cujus tamen hæc, quam alia quoque constitutio reperitur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 3. de jure & sevitia dominorum,* ubi plura hac de re invenies. SCHVLTING.

i. *Non minus puniri jubetur, quam &c.*] Qui autem alienum servum dolo malo occiderit, tenetur lege Cornelia de Sicariis, qua capitis pœna irrogatur, *§. liberum 11. Inst. de lege Aquil.* Hominem enim lex simpliciter dixit, quo nomine etiam servus significabatur *l. 2. § 2. D. ad leg. Corn. de Sicar.* sicut & infans, *l. pen. C. eod. tit.* & fœmina, *l. 152. de verb. sign.* Verba Caji Anianus ita contraxit. IDEM. Aleander verba

Digitized By Google

§. 2. [14] In potestate etiam pa- [k] *Item* [l] *in potestate nostra sunt* [m] *libe-*
trum

ba Epitomes verbis Cajl subjecerat; nos utraque ex adverso sibi invicem opposuimus.

14. *In potestate etiam patrum*] Patria potestas & olim summa apud Romanos, ita, ut non minus jus vitæ & necis in liberos patri esset, quam dominis in servos *l. 11. D. de lib. & post. her. l. fin. C. de patr. potest. l 2. Cod. Theod. de liber. caus.* Sopater in Hermogen. ἐξὴν πατρὶ ὄντι τὰς παῖδας ἀναλῶ. Simplicius *Com. in Epicteti Enchirid.* οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι, &c. καὶ παιδάσκειν ἃ βούλοιτο τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν, καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. Exactius hæc exsequitur Dionys. Halicarnass. *lib. II.* ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων νομοθέτης, ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐδωκεν ἐξουσίαν πατρὶ καθ' υἱοῦ, καὶ παρὰ πόλλα τοῦ τῆ βίᾳ χρῆναι, ἐάν τε ἄγραν, ἐάν τε μαστιγῶν, ἐάν τε δέσμιον ἐπὶ τῶν κατ' ἀγρὸν ἔργων κατίσχειν, ἐάν τε ἐκποτιτνύναι προαιρῆται, κἂν τὰ πολιτικὰ πράττειν ὁποῖς ἂν συγχώρῃ, κἂν ἐν ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις ἐξετάζόμενος, κἂν διὰ τὴν ἡλικίαν τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν ἐπαινῶμενος. Adde Sis Dion. Chrysostomum *Orat. XIV.* ἴσως γὰρ ἂν οἶδα, ὅτι παρὰ πόλλοις καὶ σφόδρα εὐκεμμένοις, ταῦτα ἃ λέγω ἔξεστι τοῖς πατράσι περὶ τοὺς υἱεῖς, καὶ ἂν ἐν βούλονται, καὶ ἀποδόσθαι, καὶ ὅ, τι τούτων χαλεπώτερον· ἔξεστιν γὰρ ἐνίοις ἀποκτεῖναι, μήτε κρίναντας, μήτε ὅλως αἰτιασαμένους. Hoc vero patris in liberos jus ab Attica lege migravit Romam; Athenis enim Solon legem tulit περὶ τῶν ἀπείτων, qua filium suum parenti necare permissum, ut auctor Sextus Empiricus *lib. III. Pyrrhon. Hypoth.* καὶ Σόλων Ἀθηναίοις τὸν περὶ τῶν ἀπείτων νόμον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἐκάστῳ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. Et liberi sub patria potestate haud multum a servientium specie differebant. Unde Libanius *Declam. XXXVII.* Κύριοι τῶν παίδων οἱ γονῆς οὐχ ἧττον ἢ τῶν οἰκετῶν. Lactant. *Divin. Instit. lib. IV. cap. 3. Dominum vero eundem esse, qui sit pater, etiam juris civilis ratio demonstrat. Quis enim potest filios educare, nisi habeat in eos dominicam potestatem?* Et paulo post: *Ergo servus est, qui & filius; idem dominus, qui & filius* Seneca pater *Controvers. 29. lib III. Ut vivis parentibus filius familiæ nulli potest servire, nisi patri, omni alia servitute liber est.* Idem in *Excerpt. Controvers. 9. lib. III. Lex, quæ de servato loquitur ad personas tantum extraneas pertinet: ad filium & ad patrem non magis, quam ad servum & dominum, libertum & patronum.* Sic quemadmodum servus domino, ita jure vetustissimo, id est, florente Republica, omnia filius patri acquirebat. Dionys. Halicarnass. *lib. VIII.* Ῥωμαίοις ὧδε ἴδιόν ἐστι κτῆμα, ζώντων ἐκ τῶν πατέρων, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ σώματα τῶν παίδων, ὅ, τι βούλονται τοῖς παῖδεσιν ἀποδίδοσθαι. Sextus Empiric. *Pyrrh. Hypoth. lib. III.* εἴ τε Ῥωμαίων νομοθέτου τοὺς παῖδας ὑποχειρίους, καὶ δούλους τῶν πατέρων καλοῦσιν ὄντας, καὶ τῆς ἴσης τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας, ὅπως ἂν ἐλευθερίους οἱ παῖδες τύχωσι, κατὰ τοὺς ἀρχιγενάντας. Philo Jud. *de Decalog.* παίδων γὰρ ὧδέν ἴδιον, ὃ μὴ γονέων ἐστὶ, ἢ ὅσοιδεν ἐπιδεδοκότων, ἢ τὰς αἰτίας τῆς κτήσεως ἐπισκοπούμενον. Verum patria illa majestas, ut loquuntur Valerius Maximus *lib. VII. cap. 7. §. 1.* & Quintilianus *Declam. CCCLXXV.* seu summa illa patris in liberos potestas posteriorum legislatorum Constitutionibus multum delibata est; qui, ut quasi iracundiæ parentum frenum injicerent, certum modum ei statuerunt, *l. ult. C. de patr. potest.* ita ut inauditum filium hodie interficere patri non liceat. *l. 2. D. ad l. Corn. de sicar. l. 3. D. de l. Pomp. de parricid.* Extra quam, si quid contra Reipubl. salutem filius moliatur. *l. 35. D. de rel. & sumpt. funer.* Sic in acquirendi modo, primum filio militi peculium castrense sibi proprium habere permissum. Juvenal. *Sat. ult.*

— nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore tensus,
Omne tenes cujus regimen pater.

Ubi vetus Scholiastes: *Castrense peculium liberum habent.* Deinde ad exemplum castrensis, etiam quasi castrense peculium exceptum, quasi militum, comparatione literatæ militiæ. *§. ult. Inst. de mil. test.* Sic etiam Constantinus excepit bona materna, quorum usumfructum tantum pleno jure patri, filio proprietatem tribuit. *l. 2. C. de bon. mat. l. 1. & l. 2. C. Theod. eod.* Gratianus, Valentinianus, & Theodosius idem statuerunt de bonis materni generis, id est, ex materna cognatione delatis *l. 6. Cod. Theod. eod.* & qui eos secuti Arcadius & Honorius *l. 2. C. d. t. l. 7. Cod. Theod. eod.* Hæc enim antea pleno jure patri acquirebantur. Thalelæus Græcus Interpres *ad d. l. 1. C. de bon. mat.* αὕτη ἡ διάταξις, ὡς τὸ παλαιὸν τῶν πραγμάτων πάντων προσποριζομένων, καὶ κατὰ διαθήκην, ἔλεγεν ὡς ἐν ξένῃ τὰ μητρῷα πράγματα ἐπεσκοπεῖτο ὁ υἱός. Et ibidem: τὸ αὐτὸ νόμισον, κἂν μὴ ἦσαν μητρῷα τὰ πράγματα, ἀλλ' ἦσαν ἐκ τινος τῶν ἀπὸ μητρικῆς συγγενείας καταφερομένων. Postea Theodosius & Valentinianus, Leo & Anthemius hoc & ad lucra nuptialia, & sponsalitia produxere. *l. 1. l. 4. l. 5. C. de bon. quæ lib.* Postremo Justinianus generali Constitutione adventitia omnia quæcunque tandem ex causa filio acquisita, ejusdem juris esse voluit; ita, ut in iis filius proprietatem, pater vero tantummodo usumfructum habere possit. *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* Notat vero Thalelæus *ad l. l. 6. §. cum autem. C. de bon. q. lib.* Si filius in causa sit, quo minus pater utatur fruatur, eum propter id a patre posse exheredari. Hoc enim modo interpretatur quod dicitur *in d. l. 6. d. §. patria potestas exercenda est.* πατρικὴν, ὅτι ὡς ἐν βουλήσει ἀποτεφόμενος αὐλῆς, δύναται παῖδι αὐλῆς ἐξειδάσας. Debet tamen pater, qui peculii adventitii usumfructum habet, eo uti frui, boni viri arbitratu; *d. l. 2. C. de bon. mater.* etsi cautio fructuaria ab eo non exigatur, ut annotavit Thalelæus *ad d. l. 1. C. de bon. mat.* πρόσεχε πῶς δέδωκε τὸν πατέρα βιῷ τὴν ἐπιτροδοσίαν, ὃν ὁ ἀσυφφελήσας ἐνεγκάζεται παρέχειν τῇ περιουσίᾳ περὶ τὸ πράγμα φυλάττειν ἐξαλές. Ἐπίλοιπα δὲ ἐνδοῖς φυλάττειν τὰ πράγματα. Et Justinianus *l. 8. §. Hoc procul dubio C. de bon. quæ lib.* nominatim patri cautionem remisit. ORTEL.

k. *Item*

trum ſunt [15] filii, [16] ex legitimo matrimonio procreati.

ri noſtri, [n] *quos ex juſtis nuptiis procreaverimus:* [o] *quod jus proprium civium Romanorum eſt.*

k. *Item in poteſtate &c.*] *Ex l. 3. D. h.t.* Porro liberos habebant Romani in poteſtate, ut domini ſervos. Itaque quidquid filius adquirebat, patri adquirebat, ut ſecundo libro dicetur. Præterea, ut tradit Dionyſius, patres poteſtatem habebant eos coercendi, verberandi, ruſticis in operibus habendi, ac etiam occidendi. qua de re exemplum eſt Caſſii apud Valerium Maximum *lib. V. cap. 8* & Cicero Clodium alloquens *in Orat. pro domo ſua, Patrem,* inquit, *tuum, civem optimum, clariſſimi viri filium, qui ſi viveret, qua ſeveritate fuit, tu profecto non vivores &c.* ALEAND.

l. *In poteſtate*] Poteſtatis verbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratuum, imperium: in perſona ſervi, dominium: in perſona liberorum, patria poteſtas *l. poteſtatis, 215. D. de verb. ſign.* ita vero ſunt in poteſtate, niſi aliqua capitis diminutione exierint. IDEM.

15. *Filii.*] Per filios Anianus intelligit liberos, quorum mentionem fecerat Cajus.

m. *Liberi noſtri.*] Hoc eſt tam filii, quam nepotes, & pronepotes, & deinceps; omnes enim liberorum appellatione continentur *l. 220. de verb. ſign.* ALEAND.

16. *Ex legitimo matrimonio.*] Quas Cajus juſtas nuptias, Anianus legitimum matrimonium appellavit. IDEM. Theophil. ἐξ ἐνόμων γάμων, id eſt, ex nuptiis, quæ moribus legibusque conſtant. *l. 3. §. 1. D. de don. int. vir. & uxor.* Nam liberi ex injuſtis nuptiis procreati in patris poteſtate non ſunt. *l 11. D. ſtat. hom.* neque patrem habere intelliguntur, ſicut nec vulgo concepti. *§. pen. Inſt. de Nupt. l. 23. D. de ſtatu hom.* quemadmodum nec naturales liberi; nam licet patrem habeant, non tamen habent juſtum; *l. 1 & paſſ. Cod. de nat. lib.* Pater enim eſt, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant. *l. 19. D. de ſtat. hom.* OISEL.

n. *Quos ex juſtis nuptiis procreaverimus.*] Juſtæ nuptiæ ſunt, quas inter ſe cives Romani contrahunt, quibus lege vetitum non eſt, ut ſequenti capite dicetur. Sed & quos non procreavimus, habere in poteſtate poſſumus, veluti, ſi quis alium adoptaverit. qua de re *cap. 8.* [hic *tit. 5.*] ſermo erit. ALEAND.

o. *Quod jus proprium civium Rom. eſt.*] Nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem Romani habebant, ut ait Juſtinianus *§. 1. Inſt. de pat. poteſt.* nec vere allarum gentium poteſtas in filios dici poterat, etſi præcipiebantur filii parere parentibus: ut apud Hebræos *Deuteron. cap. 21.* & Plato *lib. IV. de legibus.* neque enim apud ceteros jus erat filios quoquo modo puniendi & occidendi. In Compendio locus hic ita habet. IDEM.

TITVLVS IV.

[1] *De Matrimoniis.*

[2] LEgitimæ ſunt nuptiæ, [3] ſi Romanus Romanam [4] nuptiis intervenientibus [5] vel conſenſu ducat uxorem.

§. 1.

1. *De Matrimoniis.*] Ita dubio procul ſcripſit Anianus. Oiſelius in ſua editione, *De nuptiis;* quomodo titulum hunc concepit Tribonianus, & procul dubio Cajus, qui hic egit de nuptiis, hoc eſt, matrimoniis juſtis; quo pacto in ſcheda ms. Gloſſarii veteris lego: *Nuptiæ, juſtum matrimonium.* & Auctores noſtri matrimonium quoque uſurpant pro conjunctione jure civili injuſta *l. 13. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter.* etiam inter peregrinos. Papinianus *volat. in Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit 4. Civis Romanus, qui ſine connubio ſibi peregrinam in matrimonio habuit.* Contubernium quidem his adſcribit Oiſelius in nota ſua: ſed aliud, credo, agens. Imo & hominibus quibuscumque matrimonium adſcribitur *pr. Inſt. de jur. natural. gent. & civil. l. 1. §. 3. D. de juſtit. & jur.* SCHULTING.

2. *Legitimæ ſunt nuptiæ*] Quoniam ait, eos liberos eſſe in poteſtate parentum, qui nati ſunt ex legitimis nuptiis; ideo, quæ ſint juſtæ nuptiæ, declarat. ALEAND.

3. *Si Romanus Romanam*] Juſtum matrimonium eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium ſit. Eſt autem connubium uxoris jure ducendæ facultas, quam habent cives Romani cum civibus Romanis, ut eſt apud Ulpian. *in fragm. tit. 5. & in princ. Inſt. de nupt.* Boetius quoque *in Cicer. Topic. in loco a conſequentibus,* ſic ait: *Non autem omnibus erat connubium cum Romanis, nec vrant nuptiæ jure contractæ, quæ non aut inter civem Romanum, civemque Romanam inibantur, aut cui Princeps populusve civitatem, aut connubium permiſiſſet.* quod aliquando fieri denotat Ulpianus loco jam citato, & ego alibi latius exſequutus ſum. ALEAND. Ut nuptiæ ſint juſtæ & legitimæ tria requiruntur; primum, ut contrahentes ſint cives Romani; deinde, ut ſint juſtæ ætatis, ſive puberes; tertio, ut tum ipſi, tum eorum parentes, in

in quorum potestate sunt in istas nuptias consentiant. *tit. Inst. de nupt.* Dixi primum requiri, ut, qui justas nuptias contrahere velint, sint CIVES ROMANI. Hi enim soli connubii jus habent: Ulpianus *fragm. tit. 5. Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis, cum Latinis autem & peregrinis ita, si concessum.* Boëtius *in Topic. Ciceron.* Non omnibus, inquit, *erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non aut inter civem Romanum civemque Romanam inibantur, aut cui Princeps populusve civitatem, vel connubium permisisset.* Sic & Isidorus *Origin. lib. IX. cap. ult.* *Connubium non est, cum civis Romanus cum Latina jungitur.* Hinc Seneca *lib. IV. de beneficiis.* *Promisi tibi*, ait, *filiam in matrimonium: postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connubium.* Qui itaque non erant cives Romani, sed aut peregrini, aut deportati, inter hos non erat connubium; sed potius contubernium; quemadmodum & servi non matrimonium, sed contubernium contrahere dicebantur. *l. 14. D. de rit. nupt. l 3. Cod. de incest. nupt. Ulpian. fragment. tit. 5. Paul. Sentent. lib. II. cap. 19.* Requiritur & JUSTA ÆTAS, nempe ut masculi sint Puberes, qui & Vesticipes dicuntur Agellio *lib. V. cap. 19.* Ausonio *Idyll. IV.* In Glossis Dosithei *Vesticipes, pubescens.* Aliæ Glossæ: *Vesticipe, juvenis, qui barba vestitur*, &, ut est apud Afranium *in Compit. cujus corpus pilare primum cœpit.* quod Polluci *lib. 2. cap 12.* ὑπηνήτης ἢ ἀμφίλαφος. Cujus contrarium est *Impubes, investis, investiceps*, ἄνηβος. Glossæ Cyrilli: ἄνηβος *impubis, impubes.* quasi ἄνευ ἥβης. λέγεται δὲ ἥβη ἡ πρώτη τριχώσεις τῶν αἰδοίων, ut loquitur Eustath. *ad Iliad. lib 11.* Fœminæ vero, ut sint *Viripotentes, maturæ tempestivæ, Veneris muneribus potentes* Horatio, Virgil. *lib. VII.* Agell. *lib. XII. cap. 8.* Symmach. *lib. VI. Epist. 3.* sive, ut ait Petronius, *quæ muliebris patientia legem possint accipere.* Glossæ Philoxeni: *Viripotens*, Ἔναυλος, Ἔναυλος. Quales Græcis, ἡμίεια γάμου, ἔτην ἔχουσα γάμου, τὴν ἡλικίαν ἔχουσα γάμου. Hæc ætas est in fœminis duodecim annorum, in masculis vero cum decimum quartum annum expleverint. *l. 4. D. de rit. nupt. l. 24. C. de nupt.* Dio Cass. *lib. LIV.* Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὸν τοῦ γάμου ὥρον ἔτη πλήρη νομίζουσι. Vid. & Plutarch. *in Numa.* Sic Macrobius *lib. VII. Saturn. cap. 7. Secundum jura publica duodecimus annus in fœmina, & quartus decimus in puero definit pubertatis annos.* Tunc enim, ut idem tradit Macrob. *lib. 1. in Somn. Scipionis cap. 6.* moveri incipit vis generationis in masculis, in fœminis vero purgatio: eoque tempore exsurgit τῶν σπουδαίας ὄρεξις. Aristotel. *Polit. lib. VI. cap. 17.* Philo *de Mundi opific.* Martian Capella *lib. VII. de Nupt. Philologiæ.* Fœminæ enim citius maribus pubescunt, idque etiam consentiente Aristotele, *qui lib. VII. περὶ ζώων ἱστορίας*, tradit τὰ θήλεα θᾶττον τῶν ἀρρένων γηράσκειν καὶ τελειοῦσθαι καὶ ἀκμὴν λαμβάνειν. Ita & Plutarchus *Sympos. III. Quæst. 4.* αἱ δὲ παρθένοι τῶν παίδων ὀργῶσι πρότερον, καὶ παλαίουσι πρὸς τὸ γυναῖον. Utrum autem pubertas annis, an vero habitu corporis æstimanda esset, dubitatum fuit inter Veteres, ut indicat Quintilianus *Inst. Orat. lib. IV. cap. 2.* Cassiani pubertatem in masculis ex solo habitu corporis æstimabant. Proculejani eum vero puberem esse dicebant, qui decimum quartum annum implevisset. Priscus Javolenus eum puberem dicebat esse, in quem & numerus annorum & habitus corporis concurreret, ut est apud Ulpianum *fragm. tit. 11.* & Javoleni sententiam obtinuisse ait Justinianus *Inst. quibus mod. tut. fin.* Servius *ad Eclog. VIII.* *Bene cum annis jungit habitum corporis, nam & in jure pubertas ex utroque colligitur.* Isidorus *Orig lib XI. cap. 2* *Quidam*, inquit, *ex annis pubertatem existimant: id est, eum puberem esse, qui quartumdecimum annos expleverit, quamvis tardissime pubescat. Certissimum autem puberem esse, qui & ex habitu corporis pubertatem ostendat, & generare jam possit.* Ubi Isidorus Javoleni sententiam amplecti videtur. Quidnam autem per habitum corporis Veteres Jurisconsulti designarint, non bene convenit inter Interpretes. Sunt, qui intelligunt turpem quandam & inhonestam corporum inspectionem, quam Justinianus a Veteribus in masculis observatam fuisse vult; & a se demum abrogatam. *pr. Inst. quib. mod. tut. fin. & l. ult. C. quand. tut. vel cur.* Quod & Servius, qui & alias extra Grammaticam suam, haud raro nugatur, quasi id & in fœminis obtinuisset, innuere videtur; dum ad verba illa Virgilii *Æneid. VII.*

Jam natura viro, jam plenis nubilis annis,

notat: *Non est iteratum, sed secundum jus dictum, in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas comprobatur.* Sed si hoc velit, graviter errat, nunquam enim id a Romanis in fœminis factum; imo forte nec in masculis hujusmodi quid usitatum. nec talis inspectio Romanorum moribus satis convenire videtur. Legimus quidem apud Quintilianum *Decl. CCLXXIX. Postea nudari filium atque in conspectu judicum constitui coëgisset, atque interrogares, an ille maritus esset, qui fieri pater non posset.* Sed quis adeo hospes est in bonis literis, ut ignoret liberam illam confingendi licentiam, quam sibi Veteres in ejusmodi Scholiasticis exercitationibus sumpsere? Sic quod Imp. Diocletianus in *l. 4. C. qui setat. fac. poss.* ait: *Licet in adolescente nondum vigoris emersissent vestigia*, id de externa corporis forma, dispositione ac vigore intelligendum. Ut ita Veteres JC. cum ex habitu corporis pubertatem colligi velint, nihil aliud significent, quam externam illam corporis naturam ac dispositionem, qua aliquis liberorum procreationi operam dare posse judicetur. Judæos vero pubertatem ex inspectione corporis æstimasse ex eorum libris haurire licet. Puella enim, cui duodecimo anno atque die unico insuper exacto, duo saltem pubis pili, quos שיבן התחתון *signum inferius* vocant, non excreverint, pro *Minori*, seu קטנה habebatur. Similiter & in masculo observatum, ut qui habitus, גדול seu *Major*, & איש sive *Vir*, cum exacto anno decimo tertio præter diem unicum, bini ejusmodi ei pili excreverint. quemadmodum ex Maimonide *Halach. Isboth*, seu *de re uxoria cap 3.* observavit Seldenus *cap. 9 De Success. ad leg. Ebr.* Vid. & Sanhedrin *cap. VIII. in principio.* Justinianus vero Proculejanis accessit; quanquam eorum sententiam jam ante Justi-

nianum a Romanis receptam fuiſſe ex ſupra allatis ex Dione, Plutarcho, Macrobio, ſatis manifeſte probatur, quibus & accedere poteſt Tertullianus, qui *lib. de Virginibus Velandis*: *Tempus*, inquit, *etiam Ethnici obſervant, ut ex lege naturæ jura ſua ætatibus reddant. Nam fœminas quidem a duodecim annis, maſculum vero a duobus amplius ad negotia mittunt: pubertatem in annis, non in ſponſalibus, aut nuptiis decernentes.* Ceterum, hæc juſtæ ætatis requiſitio efficiebat, ut ſi puella minor duodecim annis in viri domum deducta eſſet, ea non ante pro juſta uxore haberetur, quam annum duodecimum apud virum impleſſet. *l. 4. D. de ritu nupt.* neque dos promiſſa ante id tempus elapſum a viro peti poſſet. *l. dotis promiſſio. D. de jure dot.* Denique tertio requiri ad juſtas nuptias diximus CONSENSVM, cum eorum, qui coeunt, tum parentum, quorum in poteſtate ſunt. *l. 3. l. 35. D. de ritu Nupt. l. nec filium C. de nupt.* Nam nuptiæ ſine conſenſu coeuntium conſiſtere nequeunt, ſicut nec ullus alius contractus ſine conſenſu valere poteſt *l. 2. §. 3 D. de pact.* Conſenſum vero parentum adhiberi debere & naturalis & civilis ratio ſuadet; hæc propter jus patriæ poteſtatis, illa, quoniam æquum eſt, ut parentes propter liberorum educationem hoc honoris habeant, ut nuptiis conſentiant. *pr. Inſt. de nupt.* Conſenſus autem præcedere debet. *l. 25. §. 4 D. de acq. hered.* Sin vero ſequatur conſenſus, nuptiæ ab initio juſtæ non ſunt, ſed ab eo tantum tempore, quo pater filii, vel filiæ conjunctioni conſenſit, per *l. 13. §. 6. D. ad l. Jul. de adult. l. 11. D. de ſtat. hom. l. 6. C. de nupt.* Sufficit vero vel tacitus conſenſus præcedens, vel concomitans. *l. 5. C. de nupt. l. 7. §. 1. D. de ſponſal.* Matris conſenſus in liberorum nuptiis, cum non ſint in ejus poteſtate, non eſt neceſſarius, ſicuti nec patris in filii emancipati *l. 25. D. de rit. nupt.* Filia autem minor viginti quinque annis etiamſi emancipata fuerit, patris etiam conſenſum in ſecundis nuptiis adhibere debet. *l. 18. l. 20. C. de nupt.* OISEL. Multa hic habet Oiſelius ſatis vulgo nota: an vero iis, quæ de inſpectione partium genitalium in maribus tradit Imperator Juſtinianus, recte fidem deneget, examinabimus ad Ulpianum *tit. 11. §. ult.* SCHVLTING.

4. *Nuptiis intervenientibus, vel conſenſu*] Nuptias hic intelligit ſolemnitates illas, quibus utebantur in deductione uxoris ad mariti domum, quas hic recenſere nimis longum eſſet, quum præſertim id alii fecerint, apud quos unicuique videre eſt. Matrimonium itaque ſolo conſenſu perficitur, ut etiamſi dotis inſtrumenta defuerint, pompaque aliaque nuptiarum celebritas omittatur, nihilominus firmum ſit matrimonium, *l. ſi donationum, 22. C. de nupt.* quamobrem in liberæ mulieris conſuetudine non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtum fecerit, *l. 24. D. de rit. nupt.* ALEAND. Per Nuptias Cajus hic intelligere videtur celebritates ſolemnes, quæ in copulandis matrimoniis pro variis cujuſque civitatis legibus obſervantur. *l. pen. D. de don. int. vir. & uxor.* Ita enim nuptiæ a matrimonio diſtinguuntur in *l. 10. & l. 11. D. de rit. nupt. l. 27. D. de don. int. vir. & ux. l. 13. C. de nupt. §. ſi adverſus inſt. de nupt.* De qua celebritate Quintilian. *Declam. III. Vis*, inquit, *ſcire, quid ſint nuptiæ? Aſpice illam virginem, quam pater tradidit eunti die celebri, comitante populo.* Cajus vero & has celebritates ad legitimum matrimonium conſtituendum deſiderare videtur; qua in opinione ſunt & alii quidam, qui etiam jure Romano ſolemnem illam mulieris in domum mariti deductionem a veteribus uſurpatam, ad implendas nuptias requiri exiſtimant, per *l. 5. D. de rit. nupt. l. 13. D. de cond. & dem. l. 6. C. de don. ante nupt. l. 24. C. de nupt.* Licet aliis verius videatur neutrum eorum, ut neceſſarium deſiderari, per *d. l. pen. D. de don. int. vir. & ux. & l 22. C. de nupt.* OISEL. Hoc in loco plane non videtur loqui noſter Cajus, ſed Anianus; uti jam olim cenſuit Vir Eruditiſſimus, P. Faber *Semeſtr. lib. II. cap. 23.* Caji tempore duobus modis inibantur nuptiæ, vel per in manum conventionem, quæ requirebat confarreationem, uſum, vel coemptionem, de qua eſt titulus Ulpiani nonus. *de his q. in man. ſunt.* ad quem de illis dicemus; vel ſine ea, cujus rei meminit idem *tit. 26. §. 7.* quales nuptiæ illo tempore frequentes erant, uti ad Ulpianum videbimus, & quas non recte in nota ſequenti omiſit Oiſelius & multi alii; cum tamen in Digeſtis & Codice vel nulla, vel vix ulla illarum, quæ per in manum conventionem fiebant, occurrant veſtigia. Dubio quidem procul Tribonianus memoriam earum illic exſtare noluit: ſed nec illa tam frequens fuit forte apud veteres, quam multi exiſtimabunt. In locis ab Oiſelio laudatis *l. 10. l 11. D. de rit. nupt. l. 27. D. de donationib. int. vir. & uxor. l. 13. C. de nupt.* non quid diverſum, ſed idem ſonant nuptiæ & matrimonium. In *§. 12. Inſt. de nupt.* matrimonium videtur eſſe minus, quam nuptiæ; quo pacto & alibi matrimonium etiam dicitur de conjunctione minus jure civili legitima: uti modo eſt monitum. Deductio in Domum quod ad effectus quoſdam adhiberi debuit, de quibus *v. Jac. Gothofred. ad l. 6. Cod. Theod. de tyronib.* SCHVLTING.

5. *Vel conſenſu*] Duo hæc verba diſpungenda, uti & quam plurima alia apud Gajum typis editum, ait Seldenus *in Uxore Ebraica lib. II. cap. 29.* auctoritate pulchri & pervetuſti Codicis ſui MS. Et ſane cum tribus modis apud Veteres Romanos, Uſu nempe, Farre, & Coemptione, Nuptiæ fieri ſolerent, videri poſſit ſolo conſenſu Nuptias legitimas non potuiſſe contrahi. Non fallax forſan ſpes, ſi hunc Seldeni, vel alium quempiam bonæ notæ MS. Codicem oculis luſtrare licuiſſet, quin plurima, quæ ſatis depravata in hiſce Inſtitutionibus habentur, priſtino ſuo nitori reddere valuiſſemus. Nunc nobis non adeo arriſit Apollo. Hæreo tamen adhuc, utrum hæc verba *vel conſenſu* omnino ſpuria ſint. Nam forſan & Cajus ita ſcribere potuit, reſpiciens nimirum tritum illud, *Nuptias non concubitus, ſed conſenſus effici.* Vel falleni Anianus hoc præ oculis habens, liberali manu iſta addere potuit. Ut enim omnino a recenti aliqua manu ſint, alii Vett. MSS. Codd. in quibus adſcripta reperiri dicuntur, obſtaculum præbere videntur. OISEL.

6. *Non*

Digitized by Google

§. 1. Sed [6]non omnes personas uxores ducere licet: [7]quia [8]nec patri filiam, [9]nec filio matrem, nec nepoti aviam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate conjunctæ sunt, sed etiam de adoptivis, [10]hoc est, [11]adfiliatis, jussum est observari. nam etsi per emancipationem [12]adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas [13]semper [14]constat illicitas.

§. 2.

6. *Non omnes personas*] Nuptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint, ut loquitur Cajus noster *lib. XI. ad Edict. Provinciale, l. 54. D. de ritu nupt.* add. *l. ult. D. eod. l. 17. C. de nuptiis.* Sic Ulpianus *fragm. tit. 6. Inter parentes & liberos cujuscunque gradus connubium non est.* Vid. Auctor. Collat. Legum Mosaicar. & Roman. *tit. 6.* IDEM.

7. *Quia nec patri filiam*] Incipit enumerare personas, quibuscum incestum committitur, nam si quis ex his, quas moribus prohibemur, uxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere, *l. sororis, 39. de rit. nupt.* præcipue vero nuptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero parentum, liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint usque ad infinitum. *l. 53. eod. tit.* ALEAND.

8. *Nec patri filiam, nec filio matrem*] Fuere tamen gentes, quæ ab hujusmodi conjunctione non abhorruere, imo, quibus fas implere parentem, ut de Parthis ait Lucanus *lib. 1.* Sic apud Persas matribus miscere permissum, ut seges tam Latinorum, quam Græcorum testantur Auctorum. Minutius Felix *Octavio*: *Jus est apud Persas cum matribus miscere.* Sextus Empiric. *Pyrrh. Hypothes. cap. 24. lib. III.* Πέρσαι γὰρ μάλιστα αὐτῶν οἱ σοφίαν ἐκτῶν δοκοῦντες οὐ μόνον γαμοῦσι τὰς μητέρας. Vid. Herodot. *lib. III.* Theodoret. *Serm. III. & contra Gent. Orat. IX.* Philo Jud. *lib. de VI. & VII. præcepto Decal.* Dio Chrysostom. *Orat X. & XXI.* Harmenopul. *Enchirid. lib. 1. tit. 1.* Chrysost. *de Virg. cap. 9.* Hieronym. *lib. II. adverſ. Jovian. cap. 6. & cap. 30.* Tatianus πρὸς Ἕλλ. Olympiodorus *in Gorg. Platon.* Tertull. *Apologet.* alii innumeri. Ita apud Assyrios Semiramis, postquam filio nupserat, lege lata parentum & liberorum matrimonia inter se permisit; unde id jus ad Persas defluxisse auctor Constantinus Manasses *Annal.*

Ὁ δὲ Νινύας ἔλαβε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα
Εἰς γαμετὴν καὶ σύνοικον ἐξ ἐρωτομανίας,
Ἧσαν νοσήσας κοιλιῇ καὶ παρὰ φύσιν ἔρωτι,
Καὶ Σεμιράμιδος αὐτῆς τοῦτο συνδιαπράσας.
Ἐξ οὗ καὶ νόμος γέγονε παρὰ τοῖς Ἀσσυρίοις
Μητρογαμεῖν, καὶ τὰς ἰδίας τῆς φύσεως συγχέειν.
Τὸ πρᾶγμα δὲ τὸ μυσαρὸν τοῦτο καὶ βδελυκτὸν
Ἐξ Ἀσσυρίων ἐκμαθὼν μητέρα καὶ πρὸς Πέρσας

Adde Agathiam *lib. II. de bello Goth.* Justin. *lib. 1.* Augustin. *de Civit. Dei lib. XVIII. cap 2.* P. Oros. *lib. 1. cap. 4.* Sic de Medis, Æthiopibus, & Indis scribit Hieronym. *lib. II. adverſ. Julianum.* De Hybernis Strabo *lib. IV.* & de Arabibus Idem *lib. XVI.* De Naura incolis Curtius *lib. VIII. cap. 2.* De Nomadibus Chrysostomus *Hom. VIII. in ſecund. Pauli Epiſt. ad Corinth.* Idem ſcelus obtinuisse apud Machlyes & Ausæos non difficile est colligere ex Herodoto *lib. IV.* item Garamantas, ex Platone *de Republ. lib. V.* Aristotel. *Polit. lib. II. pr.* Plinio *lib. V. cap 8.* Lactantio *Divinar. Inſtit. lib. III. cap. 25* & Chaldæos ex Cæsario apud Glycam, & Cedrenum in rebus Alexandri. Horrendum vero est, quod de Zenone Cittiæo scribit Sextus Empiricus *Pyrrh. Hypoth. lib. III. cap. 24.* cum nempe dixisse: μὴ ἔχοντα ἄνομα τὸ μόριον τῆς μητρὸς, τῶν ἑαυτῆ μορίων, τρῦφαι, καθάπερ οὐδὲ ἄλλό τι μέρος τοῦ σώματος αὐτῆς τῷ γεγεῖ τρῦφαι Φιλῶν ἂν ἴσως τις εἴποι. OISEL. In verbis Sexti Empirici V. C. Æ. Menagius *ad Diogen. Laert. lib. VII. n. 33.* legit μητρὸς τοῖς ἑαυτῆ μορίοις τρῦφαι, sensu meliore.

9. *Nec filio matrem*] Perse matrem ducebant defuncto patre, teste Philone *in lib. de ſpecial. legib.* quod scelus Oedipodi accidit, & quanquam per ignorantiam, quot mala peperit? ALEAND.

10. *Hoc est adfiliatis*] Cujacius *lib. VII. Obſ. cap. 15.* ex hac adfiliatorum appellatione argumentum colligit, hanc Epitomen esse Aniani; nam eodem vocabulo utitur in interpretatione *l. 2. Cod. Theod. de legit. hered.* IDEM.

11. *Adfiliatis*] Ita Anianus interpretatur illud Gaji *de adoptivis*, vocabulo barbaro, & sæculo pato; quo & idem Anianus utitur in *l. 2. Cod. Theod. de legitim. hered.* Glossæ Isidori: *Adfiliatio, pene natura imitatio.* Papias: *Adfiliatis, adoptio in loco filii.* OISEL.

12. *Adoptio dissolvatur*] Cajus noster *lib. XII. ad Edict. Provincial.* Nefas, *inquit*, existimatur eam quoque uxorem ducere, quæ per adoptionem filia neptisve esse cœperit: in tantum, ut etsi per emancipationem adoptio dissoluta sit, idem juris maneat. *l. 55. D. de rit. Nupt.* Cujus ratio posita est in reverentia, quæ parentibus debetur; quæ adeo magna esse debet, ut, licet cognatio dissoluta sit emancipatione, propter memoriam pristinæ necessitudinis, & quod olim pater fuerit, ab hujusmodi nuptiis abhorrere debeamus. IDEM.

13. *Semper constat illicitas*] Ob publicum pudorem, & nominis reverentiam, quamvis adoptivi emancipati liberorum nomen amittant, *l. 3. D. unde lib.* turpe enim est, quam diu vocavimus matrem, hanc postea vocemus uxorem, & mulier, quem filium habuit, hunc maritum vereatur. In aliis personis, præterquam in parentibus, & liberis hoc non procedit, itaque patris adoptivi mei matrem, aut materteram, aut neptem ex filio, si emancipatus fuero, uxorem ducere possim, scilicet quia post emancipationem extraneus intelligor, *l. quinetiam 55. D. de ritu nuptiar.* ALEAND.

§. 2. [15]Inter fratrem quoque & ſororem, ſive eodem patre ac matre nati fuerint, ſive diverſis matribus aut patribus, matrimonia eſſe non poſſunt. [16]Inter adoptivos etiam fratres illicita ſunt conjugia, niſi forte adoptio [17]emancipatione fuerit diſſoluta: [18]nam ſi emancipatio intervenerit, nuptiæ inter hujusmodi fratres licito contrahuntur.

§. 3. [19]Fratris quoque & ſororis filiam uxorem ducere non licet.

§. 4.

14. *Conſtat*] Oiſel. *conſtat eſſe*. Sed verbum *eſſe* in editionibus aliis non exſtat.

15. *Inter fratrem quoque &c.*] Ad eos venit, qui transverſo gradu conjuncti ſunt, quorum nuptiæ uſque ad certum terminum prohibentur ac primo fratrum, ſororumque nuptias ait eſſe interdictas, nec interest, ex juſtis nuptiis cognatio deſcendat, an vero non: nam & vulgo quæſitam ſororem quis vetatur uxorem ducere, *l. & nihil, 54 D. de ritu nupt.* qua hoc jus moribus. non legibus introductum eſt, ideo naturale jus, & pudor inſpiciendus eſt. quare etſi ad leges ſerviles cognationes, & affinitates non pertinent, *l. Juriſconſultus, 10. §. 2. D. de grad. & affinib.* tamen in hoc jure ſervandæ ſunt, *l. libertinus 8. l. adoptivus, 14. §. 2. D. de rit. nupt.* non parcimus enim nominibus cognatorum etiam in ſervis: nam parentes, & filios, fratreſque etiam ſervorum dicimus, *d. l. Juriſconſultus §. 2.* Jure itaque gentium fratrum connubia vetita ſunt, quamvis apud quoſdam populos recepta fuiſſe legantur: quam conjunctionem nec Plato videtur improbare *lib. V. de Repub.* nam quod in mundi initio fratribus ſorores copulabantur, hoc factum eſt compellente neceſſitate, quod poſtea damnabile viſum eſt, *35. q. 1. cap. 1.* ALEAND. *l. 17. C. de Nupt.* Simplicius *Commentar. in Epictet.* Τὸ δὲ ἔθος καὶ τὸ νόμιμον τὸν πρὸς ἀδελφὴν, ἢ ἀδελφοῦ μίξιν ἐκκεκλύκασιν. Ita Phocilydes *in Gnomis:*

Μηδὲ κασιγνήτης ἢ ἀνέψιον εἰλάσσειν εὐνήν.

Hanc legem Athenienſes violarunt; apud eos enim fratribus & ſororibus conſanguineis, ὁμοπατρίοις, non vero ὁμομητρίοις, nuptias contrahere licitum. Cornelius Nepos *in Cimone: Habuit in matrimonio ſororem germanam ſuam Elpinicem, non magis amore, quam patrio more ductus: Athenienſibus enim licet eodem patre natas uxores ducere.* Sororem quam vocet *Germanam*, ipſe Nepos explicat, dum addit eodem patre natam; quæ alias *conſanguinea* dicitur. Quod & fecit Juſtinianus *Inſt. de legit. agn. ſucceſſ* §. 3. & ibidem §. 4. utrumque nomen conjunxit, & ſororem ὁμοπατρίαν appellavit *germanam conſanguineam.* Idem de Athenienſibus, quod Corn. Nepos, teſtatur & Philo Judæus *de Legib. Special.* ubi & addit contrarium a Lacedæmoniis obſervari; apud eos nimirum fratres & ſorores uterinos, non vero conſanguineos matrimonio jungi: ὁ μὲν γὰρ, inquit, Ἀθηναίοις δόλον ὁμοπατρίοις ἐπιγῆμαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὰς ἐπὶ ταῖς ὁμομητρίοις γάμου ἐπιτρέψας, τὰς πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἐκώλυσεν. Vid. Minut. Felic. *Octav.* Cyrill. *contr. Julian. Imper.* Apud Ægyptios vero univerſim inter fratres & ſorores, ſive per alterutrum parentem, ſive per utroſque prognatos legitima erant connubia, ut eſt apud eundem Philonem Judæum *dict. lib.* Hinc Seneca *Apocol.* ubi Claudio ſororis nuptias objicit: *Athenis licuit, Alexandriæ ſolent.* Sextus Empiricus *Pyrrh. Hypoth. lib. III. c. 24.* εἰ δὲ λέγοιεν τὰς ἀδελφὰς ἀγαθοὶ πρὸς γάμον γαμεῖν, ἐροῦμεν, ὡς ὁ ποιητὴς φησιν,

Ζεὺς δὲ Ἥρην ἀγαθὴν ἀκαχήμενος ἀλόχου τε.

Vide & eundem *lib. I. cap. 14.* Diodor. Sicul. *Bibliotb. lib. I.* Pauſan. *in Arcadic.* OISEL.

16. *Inter adoptivos.*] *l. per adoptionem, l. 17. D. de rit nupt.* quod & Pontificio jure comprobatum eſt, *c. uni. de cogn. lega.* ſtante igitur adoptione a cognatis abſtinere debemus, cognati vero adoptivorum ſunt, qui & adgnati ſunt, *l. ſi qua, 12. in fin. D. de ritu nupt.* ALEAND.

17. *Emancipatione fuerit diſſoluta*] Per adoptionem enim quæſita fraternitas eo uſque impedit nuptias, donec manet adoptio, ut ait Cajus noſter *in l. 17. D. de rit nupt.* Et Paulus *lib. Sentent. apud Auctor. collat. leg. Moſaic. & Roman. Adoptiva cognatio,* inquit, *impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres earenus, quatenus capitis minutio non intervenit.* Tum enim amplius non ſunt fratres & ſorores, quia civilis cognatio, ſive agnatio, quæ per legitimum ac civilem modum, nimirum adoptionem, contracta, per eundem modum, nempe per emancipationem diſſolvitur. Vid. Theophil. *lib. I. tit. 10. §. 2.* OISEL.

18. *Nam ſi emancipatio intervenerit*] Emancipatio jus adgnationis ſolvit, non jus cognationis. in adoptivis tamen etiam cognationis jus ſolvit, neque enim adoptivus cognatus intelligi poteſt, niſi & adgnatus ſit. dum igitur manet adoptio, manet & cognatio, quoniam qui adgnatus eſt, & cognatus eſt. *l. ult. §. 1. D. de grad. & adf.* ſed ſoluta adoptione, quia deſinit eſſe adgnatus, nec cognatus per conſequens eſt; adoptio enim jus ſanguinis non adfert, *l. qui in adoptionem, 23. de adopt.* Hinc patet, poſſe me uxorem ducere eam, quæ in adoptione ſoror mihi fuit: neque enim fratrum, & ſororum nomen ita verendum eſt, ut parentium: quum apud veteres puellæ amatores ſuos fratres, illi e contra amaſias ſorores blando vocabulo appellarent, quod eruditiſſimo cuique notum eſſe exiſtimo. ALEAND. Idem ſi quis unum in adoptionem dederit. Ita Dion Caſſius *lib. LX. p. 627.* tradit, Claudium, poſtquam Neronem adoptaverat, Octaviam filiam ſuam in adoptionem dediſſe, antequam illam Neroni in matrimonium daret. SERVLTING.

19. *Fratris quoque & ſororis filiam.*] Hic adgnoſcenda eſt Aniani additio; neque enim ſcripſit Cajus, fratris filiam

§. 4. [20] Sororem quoque patris ac matris [21] uxores accipere non licet.

§. 5.

filiam uxorem habere non licere, sed fororis tantum, ob Senatusconsultum indultu Claudii factum: de quo sic Suetonius *cap. 26. Verum illecebris Agrippinæ, Germanici fratris sui filiæ, per jus osculi, & blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornavit proximo Senatu, qui censerent, cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi Reipubl. maxime interesset, dandamque ceteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur. Ac vix uno interposito die confecit nuptias, non repertis, qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero Primipilari, cujus officium nuptiarum & ipse cum Agrippina celebravit.* qua de re etiam Tacitus late *lib. XII.* Ex eo igitur tempore admittebantur ex nuptiæ; quod tamen ad fororum filias tractum non est, quod enim contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentias, *l. 14. de legib.* ex quo id intelligitur, quod ait Ulpianus *in fragmen. Regul. tit. 5. Inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonium contrahi non poterat: nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam, non etiam sororis filiam aut amitam, vel materteram, quamvis eodem gradu sint, &c.* Sic enim legendum indicant fragmenta in Collatione legum Mosaicarum & Romanarum *tit. 6.* ubi & hæc Pauli sententia refertur. *Inter parentes, & liberos jure civili matrimonia contrahi non possunt, nec filiam sororis, aut neptem ducere possumus.* Et vestigia quædam sunt in Pandectis, ut Papinianus adulterium committi ait cum sororis filia, *l. miles §. 1. D. ad l. Jul. de adult. l. si adulterium, 38. §. 1. eod. tit.* ut & Ulpianus *in l. etiam, 56. D. de ritu nupt.* & Paulus sororis pronepotem matrimonio jungi non posse, *l. sororis 39. D. eod. titul. de ritu nupt.* Cur enim his locis de sororis filia aperte definitur, de fratris filia verbum nullum? Id autem postea correctum invenitur a Diocletiano & Maximiano, *l. nemini 17. Cod. de nupt.* quum tamen nec ab iis correctum sit, nam ea verba, *frateream fratris sui filiam, & ex ea neptem*, addita sunt a Triboniano: neque enim habentur in edicto Diocletiani & Maximiani, cujus ea *l. 17.* particula est. quod edictum integrum est in Collatione Legum Mosaic. *t. de incest. nupt.* ubi ea particula sic habet; *cum quibus autem personis tam cognatorum, quam ex adfinium numero contrahi non licebit matrimonium, hoc edicto nostro complexi sumus: cum filia, nepte, proneptequæ; matre, avia, proavia; & ex latere amita, ac materterea, sororis filia, & ex ea nepte. Itemque ex adfinibus privigna, noverca, socru, nuru, ceteræque, quæ antiquo jure prohibentur, a quibus omnibus volumus abstinere.* Et quamvis etiam eorum Imperatorum constitutionibus interdictæ ex nuptiæ essent, tamen non potuit hoc scribere Cajus, qui tot annis ante eos vixit, nempe M. Aurelii Antonini temporibus. Interdictæ sunt certe a Constantino, Christiano Imper. *l. 1. Cod. Theodos. de incest. nupt.* ex quo jure Anianus hic Cajum loquentem facit. ALEAND. Sic in *l. 17. C. de nupt. l. ult. C. de incest. nupt. l. ult. Cod. si nupt. ex re-script. pet. §. fratris. Instit. de nupt.* Et hoc quidem semper in sororis filia obtinuit. Fratris vero filiam aliquando uxorem ducere licuit. Ulpianus apud Leg. Roman. & Mosaic. Pariatorem. *tit. 6. Nunc ex tertio*, inquit, *gradu licet uxorem ducere, sed fratris tantum filiam, non etiam sororis.* De filia sororis idem ex Paulo liquet, ex quo locus ibidem statim subjungitur: *Inter Parentes & liberos matrimonia contrahi non possunt: nec filiam sororis, aut neptem ducere possumus.* Itemque ex Papiniani loco, & Impp. Diocletiani & Maximiani rescripto ibidem adductis. Ex quo rescripto etiam manifestum est *l. 17. C. de incest. nupt.* quæ est eorundem Impp. a Triboniano interpolatam esse, quoad ea, quæ habet de fratris filia & nepte. & ob id in *l. 39. & l. 56. D. de rit. nupt. l. 58. §. 1. D. ad l. Jul. de Adult.* loquuntur JC. de sororis filia, nepte, pronepte, cum qua neque connubium, neque concubinatus est, non de fratris filia; & in *l. ult. D. de cond. sin. caus. & l. 57. D. ritu nupt.* de avunculo, non de patruo. Fratris autem filiam uxorem ducere posse a Claudio primum introductum, cum Agrippinæ, Germanici fratris sui filiæ, in amorem pellectus, eam sibi matrimonio jungere vellet; ac a Senatu postulavit hujusmodi matrimonia imposterum legitima esse, ut referunt Tacitus *Annal. lib. XII.* & Suetonius *in Claudio*, uti & Zonaras. Unde Seneca Tragicus *in Octavia*, ubi has nuptias exfecratur:

Genit amque fratris conjugem captus sibi
Toris nefandis flebili junxit face.

Hujusmodi vero nuptiæ a Nerva iterum vetitæ, ut Xiphilinus in Nerva tradit. Ἐνο. ἀδέλφιδᾶ δὲ ἄλλα, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γαμεῖν. Quod & refert Zonaras *in Annal.* Nomine ἀδελφιδᾶς apud Xiphilinum intelligendam fratris filiam ex Polluce, Hesychio & Moschopulo jam pridem ab aliis monitum. Non tamen diu hoc observatum, sed paullo post iterum nuptiæ cum fratris filia, ex edicto Claudii pro licitis haberi cœperunt. Nam Capitolinus de Antonino Philosopho: *Filiam suam*, inquit, *Lucillam, fratri desponsit.* & de Heraclio, quod fratris filiam in uxorem duxerit, testatur Zonaras *Tom. III. Annal.* Sed Impp. Constantinus & Constans Constitutione, quam exhibet Cujacius *Observ. lib. VIII. cap. 28.* tale connubium, ut abominandum capitali pœna vetuere. Postea tamen imperante Zenone, ac a Basilisco tyrannide occupata, rursus hujusmodi nuptiæ permissæ, in quas Zeno recuperato imperio gravissime iterum animadverti voluit. *l. ult. C. de incest. nupt.* (hanc enim Zenonis esse Constitutionem Cujacius vult. *d. l.*) & *l. ult. C. si nupt. ex resc. pet.* OISEL. Videnda quoque quæ hac de re novissime scripsit V. C. Ger. Noodt *Observation. lib. II. cap. 5.*

[20] *sororem quoque patris ac matris*] Amitam & materteram ducere non licet, etiam si per adoptionem conjunctæ sint, *l. 17. D. de rit. nupt.* ALEAND. Amitam, vel materteram uxorem ducere non posse notum est ex *§. 6. Inst. de nupt. l. 17. §. 2. D. de rit. nupt. l. 17. C. de*

[20] §. 5. [22] Genero quoque [21] socrum suam, [24] nec socero nurum uxorem accipere licet, [25] neque vitrico privignam, [26] neque privigno novercam.

§. 6. [27] Fratres [28] enim amitinos vel consobrinos in matrimonium jungi nulla ratione permittitur.

§. 7.

C. de nupt. Ea vero est differentia inter utramque, quod nec amitam, quamvis adoptivam, materteram vero adoptivam ducere possum. *dd. ll.* & ratio differentiæ, quia amita mihi & agnata & cognata est; matertera vero solummodo cognata; Regula autem juris est, cognationem, quæ natura contingit, in adoptione pro nulla haberi. Διὰ τὸν κάνονα λέγοντα, ut est apud Theophilum, τὸ ἐν φύσει κεχωρὸν ἐν θέσει οὐκ ἄνοιγ νομίζεται. OISEL.

21. *Uxores*] Sic editiones antiquæ & novæ. sine causa in sua Oiselius reposuit *uxorem*.

22. *Genero quoque socrum*] *§. 7. Inst. de nupt. l. 17. C. de nupt.* Paulus apud Leg. Mosaic. & Rom. Collat. *Nec socrum*, inquit, *nec nurum, privignam, nec novercam aliquando citra pœnam incesti uxorem ducere licet.* Optimum vero est, nec sine ratione, quòd Paulus addat *aliquando*, id est, quæ *quondam* socrus, nurus, privigna, vel noverca fuerit. τὸ ποτὲ, ut habet Theophilus: δεῖ δὲ προστεθῆναι τὸ ποτὲ, καὶ λέγειν, ὅ δύναμιν λαμβάνων πρὸς γάμον τὴν ποτὲ μου νύμφην, ἢ τὴν ποτὲ μου πρόγονον. Si enim adhuc sit socrus, nurus, privigna, vel noverca, major obstat ratio, quamobrem nullam harum uxorem ducere liceat; quia eodem tempore duas uxores nemini habere licet. Vide Theophilum *lib. 1. tit. 10.* OISEL.

23. *Socrum suam.*] Qua appellatione non tantum uxoris meæ mater, sed avia, & proavia intelligitur. Sed nec matrem ejus, quam sponsam habui, uxorem ducere possum, *l. adoptivus, 14. §. ult. D. de ritu nupt.* ALEAND.

23. **Socrum suam, neque novercam*] Hujusmodi sunt nuptiæ, quas Cicero *pro Cluentio* exsecratur: *Nubit genero socrus; auspicibus nullis, nullis auctoribus, funestis ominibus. O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum! O libidinem effrenatam & indomitam! O audaciam singularem!* Et merito, socrus enim, uti & noverca matris loco sunt. ἐκείνη μητρὸς τάξιν ἐπέχουσι, ait Theophilus. Sic de socru Libanius *Epistol.* CCCXV. ἡ πενθερὰ δὲ σοὶ τίμιον, ὥσπερ ἡ μήτηρ ἐστί. Apud Aristenætum *lib. II. epist. 8.* gener socrus suæ amore flagrans, inquit: τί ἂν πράξω; πῶς ἀνοίξω πρὸς ἐμαυτὸν, πῶς ἐπιστὰς πρὸς παιδίσκην ἐκκλίνω; αὐτὴ μοι τὸν ἐρώμενον ἐξ αὐτοῦ παίδα κλαῦσ. πῶς ἀμητιώτις ἂν διαλέξομαι γυναικὶ, ἣν παιδίσκης μητέρα προσεῖπον; Sic quam Lycophron dixerat ἑταίρην τοκέων, *secundam matrem*, Tzetzes interpretatur μνηστὴν, *novercam*. Philo Jud. *de legib. special.* Τοιαύτην δὲ καὶ ὁ ἡμέτερος νόμος φυλακὴν πεποίηται τῶν προγόνων τελευτησάντων πατρὸς ἀγεδεῖαι μνηστὴν ἔφησε, διά τε τὴν πρὸς τὸν πατέρα τιμὴν, καὶ διότι μνηστὴ καὶ μητρὸς ὁμοῦ συγγενὶς. Callistus apud Tacitum *Annal.* XII. Lolliam Paullinam laudans, inquit eam *vacuam æmulatione, & privignis parentis loco futuram.* Phocylides:

Μνηστὴν μὴ ψαῦε γαμέτην ἐπέλεξο γονῆος,
Μητέρα δ' ὡς τίμα τὴν μητρὸς ἴχνια βᾶσαν. OISEL.

24. *Nec socero nurum, nec vitrico privignam*] Filiarum enim loco sunt, ἐκείνη συγκρίνων τάξιν ἐπέχουσι. Theophil. Philo Jud. *de special. legib.* Μήτ' αὖ πρόγονον, χήρων, ἢ παρθένον, ζώσης μὲν τῆς γυναικὸς ἐκτὸς ἔστω, ἐλθὼν δὲ μετὰ ἀποθανόσης· δυάμει γὰρ ὄγε παίδων πατὴρ, ὀφθὰν τὴν ἐκτὸς γυναικὸς ἐν τάξει συγατρὸς τιθέσθω. IDEM.

25. *Neque vitrico privignam*] Quia filiæ loco est *d. l. adoptivus, 14. §. nunc videamus. §. adfinitatis, Inst. de nupt.* Philo *in lib. de special. legib. Non fratris, patruive uxorem licet ducere, tanto minus privignam, cui vitricus parentis loco est, & ipsa vicissim loco filiæ, nempe ex uxore hujus genita.* ALEAND.

26. *Neque privigno novercam*] Quia matris loco est, *§. Socrum quoque, Inst. de nupt.* etiamsi sponsa tantum patris fuerit, *l. si quis, 12. §. 1. D. de ritu nupt.* Philo Hebr. *eod. lib. At nostra lex tantam cautelam adhibuit in hoc negotio, ut ne privigno quidem post patris obitum novercam diu permittat, tum ob patris reverentiam, tum quia noverca, & mater cognata appellationes videntur.* Antoninus tamen Caracallus novercam duxit, *quæ* (ut testatur Spartianus) *quum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxime corporis parte nudasset, dixisseque Antoninus, vellem, fecisset, respondisse fertur, si libet, licet: an nescis, te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? quo audito furor incensus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasque eas celebravit, quas, si scires, se leges dare, vere solum prohibere debuisse: novercam enim (non alio docendæ ætatis nomine) duxit uxorem.* Hæc Spartianus. Hodie privignum vocamus Filiastrum, non adeo barbaro vocabulo, nam & in jure Pontificio id nomen legitur, ut 30. *q. 1. c. 2.* & aliis locis, & in antiquis inscriptionibus Romæ & Patavii. ALEAND. Plura dabit Eruditissimus du Cange *Glossar. med. & infimæ Latinitatis verb. Filiaster.*

27. *Fratres enim amitinos, vel consobrinos*] Lego, *Fratres etiam &c.* Hic aliud Aniani facinus detegendum est: neque enim esse potest, ut Cajus scripserit, consobrinos matrimonio conjungi non posse, id enim nullo jure vetabatur, ut colligi potest ex *l. 3. D. de ritu. nupt.* ex *l. Lucius 78. §. filiam, D. ad S. C. Trebell.* & aliis auctoribus. Tempore tamen Theodosii ex nuptiæ vetitæ erant, nec contrahi poterant, nisi ex indulgentia Principis, *l. uni. C. Theod. si nupt. ex rescript. petit. Cassiod. Var. lib. VII. epist. 40.* de quo & Paulus Diaconus in ejus vita sic ait: *Tantum pudori tribuens, & continentiæ, ut consobrinarum nuptias, tanquam sororum vetuerit.* Idque post Theodosii mortem anno primo confirmarunt ejusdem filii Arcadius & Honorius, *l. 3. C. Theod. de incest. nupt.* atque ad has constitutiones Anianus interpretationes scripsit, non item

ad

§. 7. [26] Sed nec uni viro duas ſorores uxores habere, nec [30] uni mulieri duobus fratribus jungi permittitur. §. 8.

ad eam, qua iidem Imperatores nono poſt primam anno, Fl. Stilicone iterum, & Anthemio Coſſ. haſce nuptias permiſerunt, quæ non in Theodoſii, ſed in Juſtiniani Codicem ſolum relata eſt, *l. celebrandis, 19. C. de nupt.* itaque & in §. *duorum Inſt. de nuptiis*, recte legitur: *Duorum autem fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris, & ſororis conjungi poſſunt.* nam duci ex tantum perſonæ in quarto gradu prohibebantur, quæ loco filiorum, aut parentium eſſent. conſobrinæ autem nec parentium, nec filiorum loco ſunt. At hodie quoque hæ nuptiæ vetitæ ſunt ex Pontificum jure, cui omnino parendum eſt. IDEM.

27. * *Fratres etiam amitinos, vel conſobrinos.*] Sic connexio inſtituenda. nam τῷ *enim*, quod antea pro *etiam* hic legebatur, nullus hic locus. Quæ vero hoc §. de amitinorum, vel conſobrinorum nuptiis dicuntur, eas nempe nulla ratione permitti, ab Aniani manu ſunt, & ad ſæculi ſui morem ex Gothorum jure accommodata; nam apud Gothos Theodoſii Conſtitutio, qua conſobrinarum nuptiæ, antea licitæ, prohibitæ, & de qua mentio in *l. 2. Cod. Th. ſi nupt. ex reſcr. pet.* recepta fuit, ut apparet ex Caſſiodoro, *lib. VII. Variar.* De Theodoſio Majore ſcribit Sextus Aurelius Victor, eum tantum pudori & continentiæ præbuiſſe, *ut conſobrinarum nuptias vetuerit, tanquam ſororum.* Meminere & hujus Conſtitutionis Paulus Monachus *in Theodoſio*, & D. Ambroſ. *lib. VIII. epiſt. ad Paternum.* Theodoſii filii Arcadius & Honorius, primo imperii ſui anno, patris ſui Conſtitutionem confirmarunt, uti patet ex *l. 3. Cod. Theod. de inceſt. nupt.* quam legem mutilatam & interpolatam Tribonianus tranſtulit in Cod. Juſtinianeum. & exſtat *l. 6. C. de inceſt. nupt.* Poſtea vero aliquot annis interjectis, iidem Impp. abrogata patris & ſua Conſtitutione, nuptias inter conſobrinos ut legitimas, eſſe voluere. *l. 19. C. de nupt.* quod jus & a Juſtiniano comprobatum & receptum. *d. l. 19 & §. 4. Inſt. de nupt.* quanquam ſint, qui de eo dubitant, cum in quibusdam Mſſ. *d. §. Inſt.* negatio adſcripta reperiatur: uti & apud Theophilum, qui de conſobrinis dicit, *ὁ δύναται πρὸς γάμου συνέλθειν.* Et ſane veriſimilius eſt, Theophilum negationem ex ſeculi ſui jure, quo iterum ejusmodi nuptiæ improbatæ, addidiſſe. Unde & in libris Baſilicorum propter Juniorum Principum Conſtitutiones, *d. l. 19. C. de nupt.* non eſt translata. Et hinc quoque tale connubium illicitum dicitur Harmenopulo. *lib. IV. tit. 6.* Mich. Attaliati *Synopſ. jur. tit. 26.* Leoni & Conſtantino in ἐκλογῇ τῶν νόμων *tit. 12.* & Matthæo Monacho *Quæſt. Matrimon. tit. de grad. ſept. conſang.* OISEL. Anianum hic non Caji, ſed temporis ſui doctrinam tradidiſſe, notarunt jam dudum Viri Præclari, Jac. Cujacius *ad §. 4. Inſt. de nupt.* Car. Ann. Fabrotus *ad Theophil. D. §. 4.* pluresque alii. Idque rectius, quam dicere Cajum Theodoſii demum ætate vixiſſe; quod volebat Hotmanus *ad d. §. 4.* Anianus quidem Caji Epitomator ſeculo demum ſexto hæc ſcripſit; at Cajus ſub Pio & Marco Antonino floruit. Quod attinet Theophilum, in uno Ms. codice negationem ab initio non exſtitiſſe, ſed recentiori manu additam eſſe, teſtatur is, quem modo laudavi, Fabrotus; qui recte quoque notat *ad §. 3. Inſt. d. t.* non poſſe videri Theophilum boni interpretis functum eſſe officio, ſi ipſe illam addidiſſet. Et ſane alibi idem Theophilus jus inſtitutionum, etſi poſtea eſſet mutatum, ita tamen repræſentavit in ſua Paraphraſi, uti id erat a Juſtiniano perſcriptum. SCHULTING.

28. *Enim*] Sichard. *etiam*, quo modo edidit & Oiſelius; in reliquis invenitur *enim*: quod, utcumque non tam bonum habeat ſenſum, mutari tamen non debuit abſque ulla idonea auctoritate. Incommode loqui ſolet Anianus, qui *nam* uſurpat pro *ſed, tit. 1. §. 4. & tit. 2. §. 1.* ubi jam id monitum eſt: alibi etiam *enim* pro *autem, lib. II. tit. 8. §. 3.* & hic *Fratres enim* ſcripſit pro *Sed & fratres.* IDEM.

29. *Sed nec uni viro duas ſorores, &c.*] Intellige diverſis temporibus, nam duas uxores habere eodem tempore, etiam ſi ſorores non ſint, moribus Romanis non convenit, *l. 2. C. de inceſt. nupt. l. 5. C. de donat. ante nupt.* & infamis, eſt qui duas habet, *l. 1. D. de his, qui notant. infam. l. eum qui 18. C. ad leg. Jul. de adult.* ALEAND. Ita Impp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius Conſtitutione ſua, quæ eſt *l. 5. C. de inceſt. nupt.* duabus ſororibus conjungendi licentiam quocunque etiam modo diſſoluto conjugio, ſubmoverunt. S. Baſilius *Epiſtola* CXCVII. *ad Diodorum*. Ἀνὴρ, inquit, παῖδα ἀνεψιαδοῦς ποτὲ γεγαμηθὼς ἐκτεθῇ πρὸς ἄνδρα ἑδραῖον ἐβίωσεν κοινωνίαν, μήτε γάμον γεγενῆσθαι τοῦτο, μήθ' ὅλως ἀκλησιαστικὸν πλήρωμα παραδέχεσθαι πρίτερον ἢ διαλυθῇ μὲν ἐκεῖνος ἄλλῳ γάμῳ. De infelici exitu matrimonii Honorii Imp. qui duas Stiliconis filias, unam poſt alteram, duxerat, teſtantur Zonaras *Tom. III. Annal.* Marcellinus Comes *in Chronico*, & Paul. Diaconus *lib. XIV. Append. ad Eutropium.* Ex Novella Patriarcharum Sisinii & Xiphilini, ne ſororem quidem ſponſæ defunctæ aliquis uxorem ducere poteſt, modo ſponſa ſeptennio major fuerit; nam ante eam ætatem ſponſalia non conſentur mutuo conſenſu contracta. Novellæ verba apud Harmenopulum *Enchirid. lib. IV. tit. 6.* ſunt: ἀλλὰ τὴν ἀδελφὴν τῆς μνηστῆς μὴ ἐκδεδυκὼς λαβεῖν δύναται γυναῖκα ἄνηρ, ἢ μόνον ἐπλάτυνε τὴν ἐκείνης γῆν ἐπίτροπος· ὅτε γὰρ κατὰ συναλλαγὴν ἢ μέσου ἡμῶν γένηται μνηστεία. OISEL.

30. *Uni mulieri duobus fratribus*] Quemadmodum nec vir duas ſorores ducere, ita nec mulier duobus fratribus nubere poteſt, ut variis Imperatorum Conſtitutionibus ſancitum. *l. 3. l. pen. l. ult. C. de inceſt. nupt. l. 1. l. 3. Cod. Th. eod. l. 17. C. de nupt.* Canone 2. Concilii Neocæſarienſis mulier duobus fratribus nupta ab Eccleſiæ membris abſcindi jubetur, niſi forſan reſciſſo hujusmodi matrimonio, propter humanitatem pœnitentia ei largiatur. Γυνὴ ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξοστίζεσθω μέχρι θανάτου· πλὴν ἐὰν τῷ θανάτῳ ἐγγίσῃ, οὕτω γήμασα λύσει τὸν γάμον, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἔξει τὴν μετάνοιαν. Specialis fuit lex Hebræorum de vidua fratris ſine liberis defuncti a ſuperſtite fratre aut ducenda, aut dotanda; ut qui pri-

§. 8. Quod si quis [31] incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, [32] nec uxorem habere videtur, nec filios: nam hi, qui ex hujusmodi conceptione nati fuerint, [33] quamlibet matrem videantur habere, [34] patrem vero nullatenus habere censentur, & tanquam si [35] de adulterio concepti fuerint, computantur: [36] qui [37] spurii appellantur [38] hoc est sine [39] patre filii.

§. 9.

primus ex eo matrimonio nasceretur, demortui fratris nomen ferret, ejusque filius censeretur, de qua *Deut. c. 25. com. 5.* Si vero frater liberos reliquisset, tum fratris viduam ducere nefarium censebatur. Ut & testatur Josephus *Antiquit. lib. XVII.* ubi de Archelao agens: Τὸ κατ' ἐκεῖνο, inquit, παρεβαίνειν πειρώμενος, γαμήσειν μὲν τὴν Ἀρχελάου θυγατέρα, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ γαμηθῆναι γενομένην, ἐξ ὧν καὶ τέκνα ἦν ἤδη, κακόμοιον ὂν Ἰουδαίοις, γαμετὰς κατὰ νόμον ἄγεσθαι, γαμεῖ. De hac vero, ut & aliis exceptionibus, quibus ex Rabbinorum sententiis fratris demortui viduam ducere nefas, vid. Selden. *Uxor. Ebraic lib I. cap. 12. & seqq.* OISEL. Quod scribit de lege Hebræorum, ex ea fratris uxorem fuisse ducendam aut dotandam, id non ita scriptum est in lege *Deuter. cap. 25. v. 5. & seqq.* sed lex vult plane illam accipi in matrimonium, proposita ignominiæ nota. SCHULTING.

31. *Incestas vel nefarias*] Itaque non tantum nuptias cum illis, quæ in linea recta nobis conjunctæ sunt, sed & cum illis, quæ in linea sunt collaterali, nefarias vocat: & sane has quoque ducere nefas *l. 9. §. pen. D. lib. & postum.* & has violare, est contra fas *l 5. D. de quæstionib.* Atque ita Impp. Diocletianus & Maximianus in edicto, relato in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 6.* quas vocaverant prius generaliter illicitas incestasque nuptias, postea appellant nefariam conjunctionem. Adeoque quod Vir Summus, Jac. Cujacius *Paratit. l. 5. C. de incest. & inutilib. nupt.* tradit, nefarias non dici, quæ incuntur cum cognatis a latere, perpetuum esse non videtur. IDEM.

32. *Nec uxorem habere videtur, nec filios*] *l. si quis 6. Cod. de incest nupt.* ALEAND. In illegitima conjunctione nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur, ut loquitur Imperator noster *§. 12. Inst. de nupt.* hæc enim nomina justi conjugii propria sunt. *l. 6 C. de interd. matr. l. 6. C. de incest. nupt. l. 3. D. de jur. dot. l. 20. C. de don. ant. nupt.* Hinc Concilium Matisconense *Can. 18 Incestam copulationem, in qua nec conjuges, nec nuptias recte appellari leges sanxerunt, catholica detestatur ecclesia.* OISEL.

33. *Quamlibet matrem habere videantur*] Mater enim nunquam latere potest, sed semper certa est; etiamsi filius vulgo quæsitus. *l 5. D. de in jus vocand.* Ulpian. *fragm tit. 4.* Calphurnius Flaccus Declam. XXX. *In quo puero, nescio quid indignius, utrum patris origo. quod est dubia, an matris, quod certa est.* Huc facit illud Synesii *epist 111.* in fine, ubi legem illam damnat, quæ filium ab alenda matre meretrice exsolvit; cum mater ipsi æque certa sit, ac legitime nato uterque parens. Itaque quod ex justa conjunctione natus utrique parenti debet, id filium matri meretrici debere: Ἄτοπος, inquit, τῷ νόμῳ τοῖς γὰρ ὅτι μὲν γεννήσασι, ἀναντίρρητον μὲν ἡ μήτηρ, ὁ δὲ πατὴρ τεκμήριον, ἀμφισβητήσιμος. ὅσον δὲν ἀμφοτέροις παρὰ τῶν τεκόντων ὀφείλεται, τοῦτο πᾶν ἥκιστα ἔδει παρὰ τῶν ἑκατέρου τὸ τεκμήριον. IDEM.

34. *Patrem vero nullatenus habere censentur*] Quia talem habent patrem, quem legibus habere non licet. *l 23. D. de ritu nupt.* Pater enim tantum dicitur, quem nuptiæ demonstrant. *l. 5. D. de in jus vocand.* & vicissim filius, qui ex viro & legitima ejus uxore nascitur. *l. 6. D. de his q. sui vel al.* Unde apud Calphurnium Flaccum *Declam. XL. Non est*, inquit, *filius tuus. Nuptiis enim solemnibus non est natus.* Imo ex incesto coitu nati ne naturalium quidem nomine veniunt. *l. Sacris 45. C. de Episc. & cler. Novell. LXXIV. cap. 6.* Ac est perspicuus error Theophili *lib. 1. tit. 10.* dum hujusmodi natos naturales filios esse dicit. Sed eodem jure sunt, uti vulgo concepti, qui nec patrem habere intelliguntur, quoad ea, quæ sunt juris civilis & effecta justi matrimonii, puta, quod nec in patris potestate, nec familia, nec sacris sint. *§. 12. Inst. de nupt. l. 3. C. solut. matr. l. 4. C. Theod. de incest. nupt.* Jure Civili quoque nati ex hujusmodi nefariis & incestis nuptiis, ne quidem alimenta debentur. *Nov. LXXIV. cap. 6. Nov. LXXXIX. cap. 13.* Sic Augustum ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosci aliqui vetuisse, auctor est Suetonius in ejus Vita. IDEM. Theophilus in *§. 12 Inst. de nupt.* dicit, ita natos esse tales, ὡς ἡ φύσις ἔδωκε μόνον, ὁ νόμος ἀγνοεῖ, *quos natura dedit, lex ignorat:* quod verissimum est: natura enim illos produxit, idque meri facti est, nec negari potest: at hos liberos esse naturales eo sensu, quo dicuntur naturales in jure nostro, vel illorum loco haberi, non dicit Theophilus. verum subjungit, illos, quod ad patriam potestatem attinet, perinde haberi, ac si ex meretricio coitu essent concepti, uti & verba Imperatoris exigebant. Nihil ergo peccavit Theophilus. SCHULTING.

35. *De adulterio*] Et hoc Aniani, non Caji, qui dixit tales haberi, quasi vulgo conceptos, quales vocantur spurii, ut docet Imperator *§. 12. Inst. h. t.* & ipse mox Antianus docet, illos spurios appellari, quos hic dicit computari quasi de adulterio concepti essent. Locutus vero hic est Anianus ex usu sui loci & temporis, quibus etiam pro stupro similive illicito coitu adulterium usurpabatur. In legibus

Digitized by Google

§. 9. [40]Regula juris hoc continet, [41]ut qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis ſtatum ſumant: qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, ſtatum ſumant eo tempore, quo naſcuntur. Ac proinde legitima

legibus Wiſigothorum *lib. III. tit. 4. §. 7. Si puella ingenua, ſive vidua ad domum alienam adulteris cauſa venerit, & ipſam ille uxorem habere voluerit &c. add. §. 8. 14. 15. 16. 17. 18.* Plura dabit is, cui hæc debeo, Eruditiſſimus du Cange, *Gloſſar. med & infim. Latinit. voc. adulterium.* IDEM.

36. *Qui ſpurii appellantur*] Spurii ſunt vulgo quæſiti, qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, *l. 23. D. de ſtatu hom.* ALEAND.

37. *Spurii appellantur*] Spurii proprie dicuntur, qui volgivaga Venere, ſive ex meretrice publica, aut ſcorto meritorio procreati. Gloſſæ Nomicæ: *Spurius* πορνογέννητος. Eædem Gloſſæ: *Spurios*, σύφορτος, πορνογενεῖς. Qui & in jure Pontificio *Manſeres*, & *Manzeres* appellari videntur: ſic enim vocem hanc pro qualicunque ſcorti prole ejuſdem juris magiſtri accipiunt, *ad tit. de Renunciat. cap. 10. Niſi cum. §. Perſona.* Vocis origo non aliunde petenda, quam ex Ebraico ממזר, quod occurrit *Deuter. cap. 23. com. 2.* & ab Interpretibus Græcis, uti & vulgatæ verſionis Auctore, *in πόρνης*, ſeu, *de ſcorto* natum redditur. Quanquam id a Judæorum magiſtris ſtrictius plerumque ſumatur, & pro eo, qui ex coitu naſcitur, ſive ממרים, id eſt *Exciſione*, ſive ultimo ſupplicio ex ſententia forenſi plectendo. Vide ſis Selden. *de ſucceſſ. ad leg. Ebraor. cap. 3.* Inque ea ſignificatione magis conveniret eum *ſpurii* appellatione, uti Cajus ea voce hoc loco utitur, dum *ſpuriorum* nomine eos etiam vocat, qui ex inceſto coitu naſcuntur. OISEL.

38. *Hoc eſt, ſine patre filii*] Plutarchus *in Problem. Spurius primum nomen eſt apud Romanos, ut Sextus, & Primus, & Cajus. Prima autem nomina non tota ſcribuntur, ſed aut una litera, ut T. Titum: aut duabus, ut GN. Gneum; aut tribus, ut SEX. Sextum, & SER. Servium. Sic Spurius SP. ſcribebatur: eos autem, qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græce dicuntur, S. & P. deſignabant, quaſi Sine Patre. Hoc errore factum, ut Spurii ſine patre dicerentur.* ALEAND.

39. *Sine patre filii*] Cajus hic in eadem eſt ſententia, in qua eſt Plutarchus *in Quæſt. Roman.* dum *ſpurios* dictos vult, quaſi *ſine patre* natos. Ortum eſt hoc nomen a communi literarum nota, S. P, nimirum, qua & prænomen *Spurius*, & *ſine patre* natus denotabatur. Sic enim Plutarchus, cum, de Romanis agens, quærit: διὰ τί τοὺς ἀπάτορας σπορίους αὐτοὺς καλοῦσιν; ἢ γὰρ, reſpondet, ὡς Ἕλληνες νομίζουσι, καὶ λέγουσιν οἱ ῥήτορες ὃν ταῖς δίκαις, συμφορᾷ τινος καὶ κοινῇ συμπεσὼν γεγόνασι, ἀλλὰ ἔστι ὁ Σπόριος τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὁ Σέξτος καὶ ὁ Δέκιμος, καὶ ὁ Γάϊος. τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐκ ὀλογράφουν, ἀλλ' ἢ δι' ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν Τίτον καὶ τὸν Λούκιον καὶ τὸν Μάρκον· ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν Τιβέριον καὶ τὸν Κόιντον· ἢ διὰ τριῶν, ὡς τὸν Σέξτον καὶ τὸν Πούπλιον. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Σπόριος τῶν διὰ δυοῖν γραφομένων, τῷ Σ. καὶ τῶν Π. γράφεται δὲ διὰ τούτων καὶ τὰς ἐκτέσεις, οἷον πάτερες, οἷον ἄνυ παῖδες· τῷ μὲν σίγμα τὸ εἶνε, τῷ δὲ Π τὸ πάτερες σημαίνοντες. τοῦτο δὲν τὴν πλάνην ἐποίησε, τὸ διὰ τῶν αὐτῶν γραμμάτων τὸ Σίνε πάτερες, καὶ τὸν Σπόριον γεγράφεσθαι. Subjungit & aliam, licet magis turpiculam hujus nominis rationem Plutarchus, dum inquit: Λεκτέον δὲ καὶ τὸν ἕτερον λόγον· ἔστι δὲ ἀτοπώτερος, τὰς γὰρ Σαβίνας φασὶ τὰς γυναικὸς αἰδοῖον ὀνομάζειν σπόριον· ὅτι ἐφυβρίζοντας ὕστερον τὸν ἐκ γυναικὸς ἀγάμου καὶ ἀνεγγύου γεγενημένον. OISEL. Videndus quoque de etymologia verbi *ſpurius* V. C. Æg. Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 39.*

40. *Regula juris hoc continet &c.*] Idem ſcribit Ulpianus *in fragm. Regul. in calce tit. 5.* & certe quo ad regulam juris veriſſimum eſt, ex legitimis nuptiis natos liberos patrem ſequi, vulgo quæſitos matrem, *l. quum legitime, 19. D. de ſtatu hom.* quam & eſſe legem naturæ ait Ulpianus in *l. 24. eod. tit.* quare ex Cive Romano & Latina Latinus naſcitur, & ex libero, & ancilla ſervus, quoniam cum his connubia non ſunt, ut idem affirmat in *fragm. tit. 5.* In legitimo igitur matrimonio conceptus, etiam ſi mater ſtatum mutet, tamen liber, & in poteſtate patris naſcitur. At qui vulgo conceptus eſt, quoniam patrem habere non cenſetur, matrem ſequi debet, quocunque ſtatu ea ſit. itaque ſi naſcens matrem, quæ prius ancilla fuerat, liberam inveniat, liber eſt; & e contra, ſi ex libera ancillam inveniat, ſervus naſcitur. & hæc quidem juris regula eſt. Ceterum favore libertatis, cujus gratia multa adverſus rigorem juris recepta ſunt, admittunt juris prudentes, ut quocunque tempore libera fuerit mater, ſeu tempore conceptionis, ſeu partus, ſeu medio tempore, is, qui naſcitur, liber ſit, ſive ex juſtis nuptiis, ſeu vulgo quæſitus ſit, ut ſcribunt Paulus *lib. 21. Sentent. tit. 24.* & Martianus in *l. 5. D. de ſtatu hom.* ALEAND.

41. *Ut qui legitime concipiuntur*] Sic & Ulpianus *in fragm. tit. 5. In his*, inquit, *qui jure contracto matrimonio naſcuntur, conceptionis tempus ſpectatur, in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis. veluti, ſi ancilla conceperit, deinde manumiſſa pariat, liberum parit: nam quamvis non legitime concepit, cum editionis tempore libera ſit, partus quoque liber eſt.* Ita quidem de jure eſt, ſed propter favorem libertatis receptum eſt, ut liber naſcatur, cujus mater aut conceptionis, aut partus, aut intermedio tempore libera fuerit. *l. 5. §. 2. & 3. D. de ſtat. hom. Paul. Sentent. lib. 11 tit. 24.* Nec intereſt, utrum juſtis nuptiis procreatus, an vero vulgo quæſitus ſit, quia non debet, ut loquitur Marcianus *d. l. 5. §. 2. D. de ſtat. hom.* calamitas matris nocere ei, qui in ventre eſt: vel, ut ait Theophilus *lib. 1. tit. 4.* δεῖ γὰρ βλάπτειν τὴν τῆ παιδὸς τεκνίαν, τὸ ἐκ παρέλης γενέσθαι τὴν σύλληψιν. OISEL.

legitima conjunctione conceptus, etiamſi mater ejus ſtatum mutet, id eſt, ſi ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus eſt, ingenuus naſcitur: nam qui non legitimo matrimonio concipitur, ſi mater ejus ex ancilla, dum prægnans eſt, libera facta fuerit, liber naſcetur: ſi vero ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, [42] ſervus naſcetur; quia non legitime, ſed vulgo conceptus eſt.

42. *Servus naſcetur*] Ita volebat ratio juris, a qua tamen jam Imp. Hadrianus reſcripto ſuo receſſit in muliere ultimo ſupplicio damnata *l. 18. D. de ſtat. homin.* & in damnata in metallum Imp. Antoninus *l. 4. C. de pœn.* adeoque merito circa partus aliarum, quæ quovis modo libertatem perderent, idem receptum eſt. Jure novo Imp. Juſtinianus voluit generaliter in quæſtionibus de ſtatu & familia partus tempus inſpici, niſi utilius infantibus ſit conceptionis tempus obſervari *l. 12. fin. C. de naturalib. liber.* SCHULTING.

TITULUS V.

[1] *De Adoptionibus.*

[2] Adoptio [3] naturæ ſimilitudo eſt, ut aliquis filium habere poſſit, quem non generaverit.

§. 1. Et ipſa adoptio duobus modis fit: una, quæ adrogatio dicitur: alia, quæ adoptio. [4] Adrogatio eſt, quando

[a] *Generalis enim adoptio duobus modis fit: aut Principis auctoritate, aut Magiſtratus imperio.* [b] *Principis auctoritate ad-*

aliquis

1. *De adoptionibus*] Quoniam filiosfamilias non ſolum natura, verum & adoptiones faciunt, *l. 1. D. de adopt.* ideo quum de iis dixerit, qui natura ſunt filii, ſubjicit de his, qui per adoptionem in alterius poteſtatem veniunt. ALEAND.

2. *Adoptio naturæ ſimilitudo eſt*] Filiosfamilias non ſolum natura, verum & adoptiones faciunt, ut ait Modeſtinus, *l. 1. D. de adopt.* Unde Quintilianus *Declamatione CCCXLVI. Dando in adoptionem jus omne translatum eſt.* Gloſſæ Philoxeni, *Adoptio, τεκνοποίησις, υἱοθεσία. ἔστι δὲ υἱοθεσία*, ut eſt apud Theophilum, *νόμιμος πρᾶξις μιμουμένη τὴν Φύσιν πρὸς παίδων παραμυθίαν ἐπινοηθεῖσα.* ſive Adoptio eſt actus legitimus naturam imitans, quo quis in filii locum aſſumit eum, qui ſibi extraneus eſt, ad ſolatium eorum, qui liberis carent, inventus. Quod adoptio ſit actus legitimus, ſive legis actio patet, ex *l. 3. l. 4. D. de adopt. l. 1. Cod. eod.* In *l. 23. D. de lib. & poſt.* adoptio dicitur *naturæ imago.* OISEL. Adoptio in ſpecie eſt legis actio *l. 4. D. h. t. l. 3 D. de offic. Proconſul. l. 1. D. de offic. Juridic.* adeoque pertinet ad actus juriſdictionis, & quidem voluntarias: a quibus differunt actus legitimi, ſive ſolennia negotia, quæ publice privatimve ſolenni modo & ritu celebrantur; quales multos enumerat J. Ctus *l. 77. D. de R. J.* Adrogatio ad juriſdictionem non pertinet, ſed ſupremæ poteſtatis auctoritatem deſiderat. SCHULTING.

3. *Naturæ ſimilitudo eſt*] Adoptio naturæ imago eſt, *l. filio 23 D. de lib. & poſtu.* ideo quum natura major minoris filius eſſe nequeat, conſequens eſt, ut nec majorem minor adoptet, *l. 15. in fin. D. hoc tit.* adoptio enim in his perſonis locum habet, in quibus & natura habere poteſt, *l. ſeq. eod.* ALEAND.

a. *Generalis enim adoptio &c.*] Exſtat in *l. 2. D. de adopt.* Adoptionis nomen generale eſt; in duas autem ſpecies dividitur, quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera adrogatio *l. 1. D. eod. tit.* IDEM.

4. *Adrogatio eſt*] Antiquiſſimis temporibus adrogatio ſolemni juris ordine fiebat per populum comitiis curiatis, arbitris pontificibus, ac habita tum ſedula inquiſitione, de ætate ejus, qui adoptare vellet, tum jurejurando conceptis verbis præſtito, ne id fieret dolo malo, bonaque ejus, qui adrogabatur, per hujusmodi actum inſidioſe appeterentur. Is etiam, qui adrogandus, interrogabatur, an *auctor fieret*, hoc eſt, an id fieri pateretur, ut eſt apud Ciceronem *Oratione pro Domo ſua*, & Agell. *lib. V. c. 19.* ubi & formula rogationis, quæ ad populum haberetur, exſtat: *Velitis, jubeatis, Quirites, uti Lucius Valerius Lucio Titio tam jure legeque filius ſibi ſiet, quam ſi ex eo patre, matreque familias ejus natus eſſet: utique ei vitæ necisque in eo poteſtas ſiet, uti patri endo filio eſt? Hæc ita, ut dixi, ita vos, Quirites, rogo.* Et hunc arrogandi per populum modum etiam aliquamdiu ſub Principibus duraſſe, certum eſt. Nam ex Tacito *lib 1. Annal.* & Suetonio *in Auguſto*, liquet, Tiberium ab Auguſto in foro lege Curiata adoptatum. Ita & Neronis adoptionem cenſuerunt Patres, populus juſſit. Tacit. *lib. XII. Annal.* Imo ad Imperatoris Galbæ

tempora

Digitized by Goog

aliquis [3] patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo adrogatio dicitur, quia & ille, qui adoptat, [6] interrogatur, utrum illum, quem adoptat, filium habere velit: & ille, qui adoptatur, interrogatur, *optamus eos, qui sui juris sunt; quæ species adoptionis dicitur adrogatio,* [c] *quia & is, qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse; & is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur.*

tempora perduraſſe, ut privatorum adoptiones lege Curiata apud Pontifices fierent, manifeſte Tacitus teſtatur *lib. 1. Hiſtor.* apud quem Galba, cum Piſonem adoptaret, inquit: *Si te privatus lege Curiata apud Pontifices, ut moris eſt, adoptarem, &c.* Quo tempore vero primum Principis auctoritate adrogatio fieri cœpta, cum veterum monumenta id non exacte teſtentur, & nobis ex veteri formula NON LIQVERE dicendum. Saltem ex Cajo noſtro liquet, jam ſuis temporibus Principis auctoritate adrogationem factam; niſi forſan quis ſuſpicetur Tribonianum falcem ſuam in Caji verba, quæ ex libro 1. Inſtitutionum in *l. 2. D. de adopt.* adduxit, immiſiſſe, ac ad poſteriorum Imperatorum Conſtitutiones accommodaſſe. Neque hoc modo divinanti fundamentum deerit, quo conjecturam ſuam ſuperſtruxerit. Harum enim inſtitutionum libro ſecundo, ubi Cajus, tractans de modis, quibus teſtamenta infirmentur, ait: *Si quis poſt factum teſtamentum adoptaverit* (generali verbo utitur, pro ſpeciali *adrogaverit*) *apud populum illum, qui ſui juris.* Si adrogatio facta apud populum, certe non fuit auctoritate Principis. Sic & Ulpianus, qui haud dubio poſt Cajum vixerit, *in fragm. tit. 8.* adrogationem per populum, & Romæ tantum (utpote ubi adhuc quaſi imago quædam veterum comitiorum) fieri ſcribit. Quicquid ſit, conſtat veterum adrogandi per populum morem paulatim in deſuetudinem abiiſſe, ac adrogationem, ut loquuntur Impp. Diocletianus & Maximianus, *l. 2. C. de adopt.* ex indulgentia Principali factam, perinde valuiſſe apud Prætorem, vel Præſidem intimatam, ac ſi per populum jure antiquo facta fuiſſet. Quibus vacat adire poſſunt Rævardum *in de Auctoritate Prudent. cap. 6.* Ubi alio modo Caji verba explicare ſtudet. OTSEL. Videri quoque poſſunt, quæ ſcribit Aleander *ad lib. 11. tit. 3. de exheredatione liberor.* §. 3. aliquid etiam dicetur ad Ulpianum *tit. 8. de adoptionib.*

5. *Patrem non habens*] Ita Anianus expreſſit, quod Cajus dixerat, *qui ſui juris eſt.* Agell. *lib. V. cap. 19. Adrogantur,* inquit, *qui, cum ſui juris ſunt, in alienam ſe poteſtatem tradunt: ejuſque rei ipſi auctores fiunt.* Sui juris intellige eum, qui jam veſticeps, ſive pubes ſit, nam impubes, qui & inveſtis, auctor in eam rem fieri non poteſt; imo pupillus olim ne auctore quidem tutore adrogari poterat; nam, ut ait Agellius dicto loco, *tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non eſt, ut caput liberum fidei ſuæ commiſſum alienæ ditioni ſubjiciant.* Hodie vero & pupilli ex Conſtitutione D. Antonini adrogari poſſunt. Ulpian. *fragm. tit. 8.* IDEM. Simili modo perperam Anianus loquitur *lib. 11. tit. 3. §. 3. eum, qui ſui juris eſt, hoc eſt, qui patrem non habet.* & mox hoc ipſo in loco, *patrem habens,* pro, *in poteſtate parentis conſtitutus,* & in §. 4. *avum paternum non habuerint,* pro, *non fuerint in avi paterni poteſtate.* SCHVLTING.

b. *Principis auctoritate*] Antea populi, ut tradit Agellius *lib. V. c. 19.* nam comitia curiata præbebantur arbitris Pontificibus, quæ igitur olim per populum, hodie per Imperatorem fit, *l. 2. in fin. C. de adopt.* nam lege Regia populus ei, & in eum omne ſuum imperium, & poteſtatem contulit, *l. 1. D. de conſtit. Princip.* ALEAND.

6. *Interrogatur*] Editio Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. *apud curiam interrogatur,* non addito, unde illa *apud curiam* hauſta ſint: adeoque, quoniam id ignoro, nec in aliis editionibus illa invenio, non auſus fui illa in contextum recipere. Et quod ad rem ipſam attinet, emancipationem quidem ante curiam factam eſſe ſuo tempore docet Anianus *tit. ſeq. §. 3.* quod & in adoptione in ſpecie factum eſſe non nego: verum de adrogatione hic fermo eſt: illa autem non curiæ, at ſummæ poteſtatis auctoritate indiget. Si tamen illa verba in antiquis codicibus, quorum inſpiciendorum nulla plane nobis eſt copia, exſtarent, hoc ſenſu poſſent accipi, ut res quidem in curia peragereturr; ita tamen, ut ſubintelligeretur, opus etiam eſſe Principis indulgentia, non diſſimili ratione, ac fieri videmus in *l. 2. C. hoc tit.* SCHVLTING.

c. *Quia & is, qui adoptat, rogatur &c.*] Vera ne hæc etymologia eſt? an ea, quam tradit Agellius iis verbis? *Adrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit.* quæ verior videtur, nam & Sextus Pompejus. *Rogatio* (inquit) *eſt, quum populus conſulitur de uno pluribusve hominibus, quod non ad omnes pertineat, & de una pluribuſve rebus, de quibus, non de omnibus ſanciatur.* Ejus autem rogationis verba Agellius hæc refert. *Velitis, jubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam jure, leges que filius ſiet, quam ſi ex eo patre, matreque familias ejus natus eſſet: utique ei vita, neciſque in eum poteſtas ſiet, uti patri endo filio eſt? Hoc ita, ut dixi, ita vos Quirites, rogo.* Quum vero tempeſtate Caji adoptio per populi rogationem amplius non eſſet in uſu, ſatius duxit etymon tradere ſuis temporibus accommodatum. Sed & quum per populum adoptabatur, non tantum populus, ſed & is, qui adoptabat, & qui adoptabatur, rogabantur, ut Cicero oſtendit *in Orat. pro domo ſua,* quum ait: *Credo enim, quamquam in illa adoptione legitime factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, ut in te P. Fonteji vita, neciſque poteſtatem haberet, uti in filio.* ALBAND.

rogatur, utrum id fieri velit. Illa vero [7] alia adoptio est, ubi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: & ita ille, qui adoptatur, de [8] certi patris potestate discedit, & in adoptivi patris incipit esse potestate.

[d] *Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt: sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia:* [e] *sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.*

§. 2. Nam & [9] feminæ adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: [10] feminæ vero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent. §. 3.

7. *Alia adoptio est, ubi quis patrem habens &c.*] Et hæc adoptionis species olim ex Jure Veteri solemni juris ordine fiebat; erat enim actus legitimus, qui in filiisfamilias trina mancipatione & bina manumissione; in ceteris vero liberis una tantum mancipatione peragebatur: *l. ult. C. de adopt.* De hac adoptionis specie Agellius *lib. V. c. 19. Adoptantur*, inquit, *cum a parente, in cujus potestate sunt, tertia mancipatione in jure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur.* Legis actio dicitur esse apud eum, apud quem aliquid fit ex præscripto & forma legis, cum solemnibus ad eam rem peragendam constitutis. Hodie vero ex jure Justinianeo, pater desiderans filium in adoptionem dare, sufficit, ut hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem judicem manifestet, præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo præsente, qui adoptat. *d. l. ult. C. de adopt. & §. 8. Inst. quib. mod. j. p. pot. sol.* OISEL.

d. *Imperio magistratus &c.*] Qui sui juris erat Curiatis comitiis alterius potestati subjiciebatur: qui in parentis potestate, in alienam familiam transibat imperio magistratus, hoc est, adhibitis solemnibus in jure apud magistratum, apud quem legis actio est, *l. 4. D. de adopt.* Fiebat autem hæc adoptio per æs & libram, ut plerique actus legitimi, Agellius *eod. lib. V. Adoptantur, quum a parente, in cujus potestate sunt, tertia mancipatione in jure cedunt, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur.* sicque intelligitur Suetonius *Augus. cap. 64.* cum ait: *Cajum & Lucium adoptavit domi per æs & libram emptos a patre Agrippa.* videbatur enim naturalis pater filium alteri vendere, & tradere, ut in nexu moris erat, accepto sestertio nummo, quasi pretii loco. Hæc autem in re opus trina mancipatione erat, ut etiam in emancipationibus, quas solemnitates abstulit Justin. *l. ult. C. hoc tit.* ALEAND.

8. *De certi patris*] Hoc est patris naturalis. Nescio, an hæc, quæ sequuntur, Tribonianus dempserit ex *d. l. 2.* recte enim adoptari possunt post illa verba: *qualis est nepos, neptis, pronepos proneptis. Nam &c.* IDEM.

e. *Sive inferiorem, qualis est nepos*] In his non tres mancipationes, sed una satis erat, *d. l. ult. C. de adopt.* IDEM.

9. *Feminæ adoptari possunt.*] Antequam populus jura sua in Principem transtulisset, fœminæ adrogari non poterant, id quod ita scribit Agellius: *Neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis potestate non est, adrogari possunt: quoniam & tum fœminis nulla comitiorum communio est, &c.* Sic enim omnino cum negatione legendum est; non ut vulgo, *quæ in parentis potestate est*; nam ii tantum Curiatis comitiis adrogabantur, qui sui juris erant, non qui sub alterius potestate. Hodie vero fœminæ ex rescripto Principis adrogari possunt, ut Cajus noster testatur *in l. 21. D. hoc tit. l. in adoptionem, 2. C. eod.* IDEM. Fœminæ semper quidem adoptari potuere; adrogari autem jure veteri non poterant, quia adrogatio fiebat in comitiis auctore populo; cum fœminis vero nulla comitiorum communio erat, ut ait Agellius *lib. V. cap. 19.* Nunc vero ex rescripto Principis & fœminæ adrogari possunt. *l. 21. D. de adopt.* OISEL. Fœminas olim adrogari non potuisse docet quoque Ulpianus *tit. 8. §. 5.* uti a Cujacio emendatus est.

10. *Fœmina vero adoptare non possunt*] Adoptio jus patriæ potestatis tribuit, at mulier filios in potestate habere non potest, §. *ceteri, Inst. de hæred. qualis. & differ.* ipsa enim familiæ suæ & caput, & finis est, *l. pronunciatio, 195. de verb. sign.* & qui nascuntur, in familia matrum non esse, palam est *l. sequ.* quare consequens est, ut mulier adoptare non possit. aliquando tamen ex indulgentia Principis adoptare mulier conceditur in solatium amissorum liberorum; non tamen ut adoptatos in potestate habeat, sed tanquam se progenitos naturales & legitimos, *l. 5. C. hoc tit. §. pen. Inst. eod.* ALEAND. Fœminæ neutro modo adoptare possunt, ut ait Ulpian. *fragm. tit. 8. in fine.* quia nec naturales liberos in potestate habent. Postea tamen iis ex indulgentia Principis permissum, ut in solatium liberorum amissorum, πρὸς παραμυθίαν τῶν τελευτησάντων αὐτῆς παίδων, ut loquuntur Theophilus, & Harmenopulus *lib. 11. tit. 8.* adoptare possint. *l. 5. C. de adopt. l. 29. §. 3. D. de inoff. testam.* Adoptatus tamen a fœmina non fit ei filiusfamilias, sed tantum filius; nec enim eum ut filium habent in potestate; quem tantum in solatium orbitatis accipiunt, & ut habeant heredem. Itaque *d. l. 5. C. de adopt.* de viduis capienda est, nec ad nuptas extendenda. Ex Leonis tamen *Novell. XXVII.* fœminis simpliciter, uti & virginibus adoptare permissum. Quam & in Oriente receptam fuisse, constat ex Harmenop. *Enchirid. lib. 11. tit. 8. §. 4.* & Matthæo Monacho *Synt. matrim. tit. de adopt.* OISEL.

11. *Spado-*

§. 3. [11] Spadones autem, qui generare non poſſunt, adoptare poſſunt: & licet filios generare non poſſint, quos adoptaverunt filios habere poſſunt.

§. 4. [12] Si quis vero filios habens ſe dederit adoptandum, non ſolum ipſe in patris adoptivi poteſtatem redigitur, ſed & filii ejus, [13] ſi tamen avum

§. 1. Illud utriuſque adoptionis commune eſt, quod & hi, qui generare non poſſunt, [f] *quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.*

§. 2. [g] *Hoc vero proprium eſt ejus adoptionis, quæ per Principem fit, quod is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati* pater-

11. *Spadones autem &c.*] Hæc reliqua ſunt contracta ex Cajo *in d. l.* 2. ALEAND.

11. * *Spadones*] Σπάδονες εἰσιν, οὗτινες διά τι πάθος ἢ φύσιν ἐκκλίνουσι τοῖς γενικοῖς μορίοις συνδυασθῆναι καλῶς γάμου· διὰ δὲ ἀναπηρίας παιδοποιῆσαι, ait Theophilus *lib. 1. tit. 11.* &, qui pæne ad verbum ex eo deſcripſit, Harmenopulus *lib. 11. tit. 8.* In Gloſſis Baſilicis: *Spadones, οἱ φύσει τῶν γενικῶν μορίων ὑποσάντες.* Ceterum Juriſconſulti noſtri ſpadonum nomen aliquando ſpecialiter accipiunt pro caſtrato, quemadmodum Ulpian. *in l. 4. §. 2. D. ad l. Cornel. de ſicar.* aliquando vero generatim pro omni eo, qui generare non poteſt, ſive id natura, ſive arte, ſive morbo factum, ut ita & thlibias, & thlafias, item caſtratos eo nomine comprehendant, ut idem Ulpianus in *l. 129. D. de V. S.* & *l. 39. D. de jur. dot.* Theophilus τῶν εὐνούχων nomen generale facit, & ſub eo ſpadones, caſtratos & thlibias comprehendit. In adoptionis materia *ſpadones* dicuntur, ut ex Theophilo modo vidimus, qui propter vitium, quod tamen ſanari poteſt, liberis operam dare non poſſunt; & ſic quoque uſurpatur a Pomponio *l. 6. §. 2. D. de ædil. edict.* & Marciano *l. 14. §. ult. D. de manum. vind.* Hi enim adoptare poſſunt, ut eſt in *l. 40. §. ult. D. de adopt.* & apud Ulpianum *fragm. tit. 8.* quemadmodum & uxorem ducere, *l. 6. §. 2. D. de jur. patron. l. 30. §. 1. D. de jur. dot.* Ex Leonis *Novell. XXVI. & XXVII.* etiam caſtratis adoptare permiſſum. OISEL.

f. *Quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.*] Poſt hæc verba addunt alii ex Inſt. Juſtiniani, *caſtrati autem non poſſunt.* quæ verba abſunt a Pand. Florentinis. Iis adoptare conceditur, qui natura generare nequeunt, quod Tullius oſtendit *in orat. pro domo ſua*; ait enim. *Cauſa queri ſolet adoptandi, ut & is adoptet, qui quod natura jam aſſequamur poteſt, & legitimo, & Pontificio jure quærat*, & alio loco; *Quid eſt, Pontifices, jus adoptionis? nempe, ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos poſſit, & quum potuerit, ſit expertus.* Quamobrem recte ſpadones adoptant. Sunt autem ſpadones, qui natura inhabiles ſunt ad generandum, ut optime declarat Ant. Auguſtinus *Emendat. lib. III. cap. 5.* Cur autem caſtratis non licet? ſunt vero caſtrati, quibus exſecta ſunt virilia. Hac in re variæ fuere opiniones, ſed Antonius Auguſtinus adquievit rationi, quam tradit Theophilus *in §. ſed & illud, Inſtit. hoc tit.* cui tamen ego non aſſentior, ut pluribus docui *Obſervat. lib. 1. cap. 17* ALEAND.

12. *Si quis filios habens ſe adoptandum dederit*] Falſus eſt hoc loco Anianus, neque Caji mentem percepit, dum quæ Cajus de adrogatione dixerat, ille ad adoptionem producit: neque enim filius in poteſtate patris conſtitutus ſeſe adoptandum (ut loquitur Anianus, cum *adrogandum* dicere deberet) dare poteſt; ſed a patre in adoptionem datur; & ipſe ſolus tranſit in poteſtatem patris adoptivi; liberi vero ejus in avi poteſtate remanent. *l. 28. D. de adopt.* Nemo vero ſe adrogandum dare poteſt, niſi qui ſit ſui juris; ac ſi liberos habeat in poteſtate, ipſi cum patre eorum tranſeunt in poteſtatem adrogatoris, tanquam nepotes. *l. 40. D. de adopt.* Itaque clauſula illa, quam de ſuo adjecit Anianus: *ſi tamen avum paternum non habuerint*, locum nullo modo hic habere poteſt. Et inde eſt, quod Cajus hoc loco in verbis e regione appoſitis dixerit, *hoc proprium eſſe ejus adoptionis, quæ per Principem fit.* atque Ulpianus *in fragm. tit. 8. Si Paterfamilias*, inquit, *ſe adrogandum dederit, liberi quoque ejus quaſi nepotes, in poteſtate fiunt adrogatoris.* OISEL.

g. *Hoc vero proprium*] Qui ſui juris eſt, quum adrogatur, ſe, ſuaque omnia in adoptatoris poteſtatem, & dominium confert. itaque ſi filios in poteſtate habet, deſinit habere, & ejuſdem poteſtati ſubjicit, qui enim ſub poteſtate eſt, alios habere in poteſtate nequit. nec intereſt, naturales ſint filii, an adoptivi: ſic enim Germanicus nepos factus eſt Auguſti, qui adoptivus filius erat Tiberii ab Auguſto adoptati, *Sueton. Tib. cap. 15. §. illud proprium, Inſt. hoc tit.* & Hadrianus Antoninum Pium ea lege adoptavit, ut ille Marcum, & Verum ſibi adoptaret, teſte Capitolino. atque hæc Anianus ita redegit, *Si quis vero &c.* ALEAND.

13. *Si tamen avum paternum non habuerint.*] Hæc Anianus ſatis inſulſe, debuit enim dicere: *ſi tamen in avi poteſtate non ſint.* Nam ponamus filium emancipatum liberos habere; & ſiquidem ante emancipationem eos ſuſceperit, eo emancipato, remanent in poteſtate avi, itaque non tranſeunt cum patre in alterius adoptionem. Si poſt emancipationem, quamvis avum habent, tamen in patris poteſtate ſunt, quo adoptato, & ipſi tranſeunt in poteſtatem adoptantis. IDEM.

paternum non habuerint, in adoptivi patris tranſeunt poteſtatem, tanquam nepotes.

adrogatoris ſubjicitur, ſed & liberi ejus in ejusdem ſiunt poteſtate, tanquam nepotes. L. II. D. DE ADOPTIONIB.

TITULUS VI.

[1] *Quibus modis filii exeunt de poteſtate patris.*

FIlii, qui in poteſtate patris ſunt, [2] mortuo patre ſui juris fiunt. [3] Sed ſi hic filius, qui morte patris ſui juris effectus eſt, filios habeat, in ejus poſt patris ſui obitum erunt filii poteſtate. Nam ſi pater moriatur, & avus paternus vivat, nepos ex filio ſui juris eſſe non poteſt: [4] quia in avi remanet poteſtate, qui avo mortuo ſui juris efficitur. Item ſi moriatur pater, [5] & [6] relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc

1. *Quibus modis filii &c.*] Dixit de filiis, qui ſub patris poteſtate ſunt, nunc agit de liberatione ab ea poteſtate. ALEAND.

2. *Mortuo patre*] Mortuo patre familias quotquot capita ei ſubjecta fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere, ſinguli enim patrum familias nomen ſubeunt, *l. pronunciatio, 195. D. de verb. ſig. l. 4. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* quod de iis, qui ſui heredes ſunt, intelligendum eſt, hoc eſt, qui proximi ſunt patrifamilias, *l. ult. D. de bon. damn.* Nam ſi quis decedat, qui filios in poteſtate habeat, & ex iis nepotes, filii tantummodo ſui juris fiunt, nepotes vero, qui prius in avi, tunc in patris poteſtatem recidunt, §. 1. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. Ulpian. fragm. tit. 10. §. mortuo.* ſeu naturales ſint, ſive adoptivi, *l. 5. D. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* IDEM.

2. * *Mortuo patre ſui juris fiunt*] Sic Ulpian. *fragm. tit. 10. §. 2. & Inſt. quib. mod. jus pat. poteſt. pr.* Et hinc eſt, quod Ulpianus in *l. 195. §. 2. D. de V. S.* ait: *Cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei ſubjecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere: ſinguli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt.* Huc quoque alludit Petrus Blæſenſis *in Epiſt. LIV. Nec aſtringit ipſam paterna devotio, quia non eſt in ſacris patris, ſed quaſi emancipata per patris mortem, & in alienam poteſtatem non recidens, liberam animi ſui adepta eſt facultatem.* OISEL.

3. *Sed ſi hic filius*] Hoc Ulpianus *in fragm. tit. 10. §. 2.* ſic expreſſit: *Morte avi nepotes ita demum ſui juris ſiunt, ſi poſt mortem avi in poteſtate patris futuri non ſunt.* Nepotes enim ex filio, mortuo avo, recidere ſolent in poteſtatem filii, hoc eſt, patris ſui, ut eſt in *l. 5. D. de his, qui ſui vel al. jur.* IDEM.

4. *Quia in avi remanet poteſtate*] Patre in poteſtate mortuo, nepos ſui juris eſſe nequit. *l. 3. §. 2. D. de agn. & al. lib.* Huc pertinent illa Appulei, *in Apologia*, ubi inquit: *Æmilia Pudentilla, quæ nunc mihi uxor eſt, ex quodam Sicinio, Amico, qui cum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit: eoſque pupillos in poteſtate avi relictos paterni, (nam ſuperſtite patre Amicus deceſſerat) per annos ferme XIV. memorabili pietate ſedula aluit.* IDEM.

5. *Et relinquat filium emancipatum*] Aut alia ratione capite minutum, ut in exilium actum, aut adoptatum ab alio. adeo ut ſi filium ſuum emancipatum pater adoptaverit, aut adoptatum denuo redadoptaverit, tamen mortuo eo nepos in patris non revertatur poteſtatem, *l. ſi pater, 41. D. de adopt.* ALEAND.

6. *Relinquat filium emancipatum*] Nepotes ex filiofamilias emancipato poſt mortem avi non recidunt in poteſtatem patris; & ſufficit filiumfam. ſemel e poteſtate exiiſſe; nam etiamſi pater eum readoptaverit, filii tamen ejus, qui avo ſunt nepotes, avo mortuo, ſui fiunt juris. *l. 41. D. de adopt.* Ex hoc autem Caji loco forte defendi poſſit vulgata Inſtitutionum *pr. tit. quib. mod. j. patr. pot. ſolv.* lectio, quæ habet, *aut per emancipationem exiit de poteſtate patris*, ubi illud *per emancipationem*, gloſſema volunt eſſe Cujacius, Hotomannus, Fabrotus, quia nec in quibusdam Veter. codd. reperiatur, nec Theophilus, aut Ulpianus *in fragm. tit. 10.* agnoſcant. Accedit, quod & aliis modis, quam per emancipationem, liberi deſinant eſſe in poteſtate patris. At fieri potuit, ut Tribonianus, cum de filio emancipato Cajum loqui viderit, & eas voces Inſtitutionibus Juſtinianeis inſeruerit. OISEL. Non ſine cauſa tamen abſunt illa verba *pr. Inſt. d. t.* a veteribus libris, & quidem omnibus, quos vidit Charondas, nec non omiſſa a Theophilo; unde Cujacii & Hotmani editiones Inſtitutionum illa non habent. Re vera non ſola emancipatione, ſed & aliis capitis deminutionibus liberi a patria poteſtate liberantur. Nec vero abſimile, aliquem illa adjeciſſe, dum reſpexit ad jus Novellæ LXXXI. *c. 2.* ubi docemur, id ſingulariter obtinere in illis, qui per dignitatem ſui juris fiunt, ut liberi ex ipſis nati, poſt mortem parentum, in quorum poteſtate fuerant antea, in ipſorum nunc recidant poteſtatem, ſecus ac fit in liberis eorum,

tunc nepotes liberi & sui juris erunt, & in patris emancipati potestatem non veniunt.

§. 1. Item de potestate patris exeunt filii, [7] si pater eorum [8] in exsilium missus

eorum, qui emancipati fuerant. Arianus quidem hic emancipationis solius meminit: at Cajum hujus solius mentionem fecisse, & non etiam mortis & aliorum potestatis tollendæ modorum, vel in specie, vel in genere saltem, non est credibile. Imperator §. 2. *Inst. de hered. qualitat. & different.* etiam generalius loquitur de filio potestati exempto, & ita dicit: *aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus patris potestate.* Quid ergo laboramus in defendendis verbis, quæ sensum faciunt pejorem, nec certæ sunt auctoritatis? SCHULTING.

7. *Si pater eorum in exsilium missus*] Idem Ulpian. *in fragm. Reg. tit. 10. §. si patri.* Exsilii nomine proprie usus est, quo significatur aquæ & ignis interdictio, aut in ejus locum successa deportatio: per has enim pœnas eximitur caput de civitate: nam cetera non exsilia, sed relegationes proprie dicuntur, *l. 2. D. de pub. judi.* quare Ovidius, qui relegatus erat, recte ait *lib. 11. Tristium*:

Quippe relegatus, non exsul dicor in illo,
Parcaque fortunæ sunt tibi verba meæ.

Sicque exsilium a relegatione separatur *in l. 38. §. qui nondum, & §. judices, D. de pœn. & in l. antepen. D. de injur.* & alibi. itaque hoc in loco ea vox in propria significatione accipi debet; nam improprie etiam pro relegatione sumitur, ut *in l. 4. in princ. D. si quis cautionibus. l. 4. D. de pœn.* & plurimis aliis locis. Relegatio autem jus patriæ potestatis non solvit, *l. 4. D. de interd. & releg.* quid vero si deportatus restituatur? an recidet filius in potestatem? Et distinctione utendum est, aut simpliciter restitutus est, tuncque filii remanent sui juris, *l. 6. C. de sent. pass.* aut specialiter quoque impetravit, ut liberos in potestatem reciperet, tuncque redeunt in potestatem, *l. 9. C. eod.* impetrasse autem videtur, cui dignitas, ac bona restituta sunt *l. ult. C. eod. tit.* ALEAND. Restitutio plena patriam quoque potestatem restituit, tam in patre, quam in filio, §. *1. Inst. h. t.* adeoque & talis filius jura sui heredis recuperabit, auctore Paulo *Sententiar. lib. IV. tit. 8. §. 24.* Frustra de filio restituto hoc negat V. C. Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de sentent. pass. & restitut.* nec juvat ipsum lex 6. *C. d. t.* ubi restitutio non est plena, sed filio tantum reditus in patriam concessus, & dignitas restituta est. verum ad filii dignitatem hoc non pertinet, ut sit in patria potestate; quamvis ad patris dignitatem pertineat, habere filium in potestate, *arg. l. ult. pr. C. d. t.* uti hoc ipsum recte notavit ille ipse Gothofredus. Male quoque dictam legem 6. accepit Alexander, quasi de simplici restitutione loqueretur, quam non reduceret filium in potestatem existimat: sed re vera illa ipsa quoque plena est, quippe, quæ absque restrictione indulgetur, *l. ult. C. d. tit.* adeoque similis illi, quæ expresse fit *in integrum*, cujus mentio *l. 1. C. d. tit.* SCHULTING.

8. *In exilium missus*] Id est, deportatus; quanquam enim *exilii* nomen generale est, exulesque non deportati solum, sed & relegati & interdicti appellantur, ut indicat *tit. D. de interd. relegat. & deportatis, & l. 4. l. 5. D. eod. l. 4. D. de pœn. l. 28. §. 2. & l. 29. D. de excusat.* plerumque tamen & quasi proprie ad deportationis speciem revocatur, & a relegatione removetur, quasi exilium non fit, cum jus civitatis retinetur. Sic Paulus in *l. 2. D. de pub. jud.* inquit; *Capitalia judicia sunt, in quibus pœna mors, aut exilium, hoc est, aquæ & ignis interdictio; per has enim pœnas eximitur caput de civitate. nam cetera non exilia, sed relegationes proprie dicuntur: tunc enim civitas retinetur.* Et hoc sensu Ovidius. *lib. 11. Trist.*

Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

Et *lib. V. Trist. Eleg. 11.*

Ipse relegati, non exulis utitur in me
Nomine.

Deportatio autem fiebat, cum quis civitate mulctatus, nervo, aut compedibus vinctus, in navim aliquam imponebatur, ac servis publicis, qui eum in insulam aveherent, tradebatur; eratque hæc exilii species atrocissima, & qui hoc modo condemnati, ad peregrinitatem redigebantur, & ἀπόλιδες fiebant, *l. 17. §. 1. D. de pœn.* denique mortuorum loco habebantur, §. *1. Inst. quib. mod. jus pat.* Atque hinc est illud Julii Cæsaris apud Suetonium, ubi convocatis ad concionem militibus: *Desinant quidam*, inquit, *quærere ultra, aut opinari, mihique qui compertum habeo credant: aut quidem vetustissima nave impositos, quocunque vento, in quascunque terras jubebo avehi.* Estque hæc in insulas deportatio, ut notum, suffecta in locum aquæ & ignis interdictionis. *l. 2. §. 2. D. de pœn. l. 3. D. ad l. Jul. pecul. l. pen. D. de var. & extr. cogn.* Quod itaque Cajus de in exilium misso, id Ulpianus de eo, cui aqua & igni interdictum in *fragm. tit. 10. Si patri*, inquit, *vel filio aqua & igni interdictum sit, patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem peregrinus civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest.* OISEL. Vereor, ne hæc mentio exsilii sit ab Aniano, quia loco eorum, quæ Cajus dixerat de interdictione aquæ & ignis, vel saltem de deportatione, cujus meminit Imperator *§. 1. Inst. h. t.* exsilii mentionem injecerit, omissa quoque mentione servitutis, sive pœnæ, cujus mentio *in §. 3. Inst. d. t.* sive alterius; quæ idem hac in parte efficit, ac patriam potestatem tollit. Locus vero Suetonii ab Oiselio & ante ipsum ab Hotmano *Commentar. verbor. jur. verb. exilium*, citatus nihil ad hanc deportationem facit, sed pœnam exhibet novam omnino & extraordinariam. Deportatio hæc, (ut de illa hic aliquid dicam) nondum nota erat & ordinaria pœna vivo Cæsare. Augusto demum consilium reorum quorundam atrocissimorum insulis includendo-

rum

missus fuerit: quia non potest filium civem Romanum in potestate habere homo [9] peregrinæ conditionis effectus. Item filius, si vivo patre in exsilium missus fuerit, [10] in potestate patris civis Romani esse non potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur.

§. 2. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate, [11] quamdiu apud hostes fuerit, filios [12] non habebit. Sed si de captivitate evaserit, [13] jure postli-

rum dedit Livia, apud Dionem Cassium *lib. LV. p. 562.* ac postea ea quoque constituit Augustus, ne interdicti aqua atque igni in continente morarentur, teste eodem Dione Cassio *lib. LVI. p. 587.* Et ab illo tempore occurrunt, quibus tantum aqua atque igni sit interdictum, sub Tiberio, *Tacit. Annal. lib. III. c. 38. lib. IV. c. 21. lib. VI. c. 30.* sub Claudio, *Tacit. Annal. lib. XII. c. 42.* sub Nerone, *idem Tacit. Annal. lib. XVI. c. 12.* sub Trajano, *Plin. lib. IV. epist. 11.* qui quidem in continenti morari non potuerunt, secundum id, quod ex Dione modo adferebamus, & civitatem statim amiserunt, *l. ult. D. de legationib.* at non etiam certa illis insula adsignata esse videtur; quod tamen in nonnullis quoque evenit, qui dicuntur Tacito in insulas relegati, *Annal. lib. III. c. 68.* demoti, *lib. VI. c. 30.* amoti, *Annal. lib. IV. c. 21.* quin & apud Tacitum occurrit aliquis in insulam deportatus *Annal. lib. IV. c. 13.* Et Ulpianus meminit interdictorum aqua & igni simpliciter *l. 18. D. de stat. homin. l. 10. §. 2. D. ad leg. Jul. de vi public. & tit. 10. §. 3.* & horum simul & deportatorum, tanquam talium, inter quos aliquid esset diferiminis *l. 1. §. 2. D. de legat. 3.* his verbis. *His, quibus aqua & igni interdictum est, item deportati fideicommissum relinquere non possunt:* nec multo aliter Imperator hos distinguit *§. 2. Inst. de capit. deminution.* dum de media capitis deminutione agens sic loquitur: *quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum est, vel ei, qui in insulam deportatus est.* & Theophilus hoc discrimen adgnoscit, dum ait. Διαφορὰ δὲ δεπορτάτου, καὶ aquæ & igni ἐντεταλμένου, ὅτι ὁ μὲν δεπορτάτος τόπῳ περιγράφεται, τουτέστι τῇ νήσῳ· ὁ δὲ aquæ & igni ἐντεταλμένος πανταχοῦ ἄρχεται τόπου. *Sed in illo differunt deportatus, & aqua & igni interdictus, quod deportatus certo loco concludatur, hoc est, insula: is vero, cui aqua & igni interdictum est, omni loco arceatur.* ubi illud, πανταχοῦ, *omni*, in quibusdam libris non esse testatur Fabrotus. Et certe arcetur quidem interdictus talis certo loco, sed non omni loco. Ceterum videtur sensim magis magisque observatum esse, ut ita damnati in insulas deportarentur: imo plerique tales rei simpliciter deportarentur, adeoque nec ante pro damnatis haberentur, nec civitatem perderent, quam in quam insulam deportandi essent, pronunciatum esset, *l. 2. §. 1. D. d. pœn.* & quidem a Principe, vel Magistratu, cui hoc jus datum est, *d. l. 2. §. 1. l. 1. §. 3. 4. D de legat. 3.* Ac talis deportatio proprie est, quæ in locum interdictionis aquæ & ignis successisse dicitur *d. l. 2. §. 1. l. 3. D. de leg. Jul. peculat.* quæque interdictioni quoque additur: sed & nuda tamen interdictio aqua & igni aliquando quoque usurpari, atque inter hos interdictos & deportatos differentia, de qua in præcedentibus dixi, manere potuit. SCHULTING.

9. *Peregrinæ conditionis*] Deportati enim ad peregrinitatem rediguntur, *l. sed si hac lege, 10. §. sed si pœnam D. de in jus voc.* ita ut civitatem non habeant, propterea que ἀπόλιδες dicuntur, *l. sunt quidam, 17. D. de pœn. l. 1. §. his quibus, D. de leg. 2.* ALEAND.

10. *In potestate patris civis Romani esse non potest*] Sic omnino legendum; nam, ut modo ex Ulpiano vidimus, civis Romanus peregrinum in potestate habere non potest. Legebatur antea in vulgatis, *civis Romanus*, nullo plane sensu. OISEL. In edit. Pacii & Gothofredi male legitur, *civis Romanus*, non ita in aliis Sich. *civis Ro.* Lugd. CIↃIↃLXVI. Paris. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. *civis Rom* & Lugd. CIↃIↃLIX. *civis Romani:* ut proinde vulgatis editionibus ita indistincte error talis inputari non debeat. SCHULT.

11. *Quamdiu apud hostes fuerit &c.*] Hoc tempore vere est servus hostium, *§. 5. Inst. h. t.* & jure, & facto, nec habet jura liberi hominis, teste M. Seneca *Controversiar. lib. III. controv. 19.* dum ait, *Quomodo civis jura habeat, qui liberi hominis non habet?* idque ex vero dictum est, non more scholastico, uti putavit Vir Doctus. Eventu quidem inspecto, vel post reditum, vel post mortem, pro tali non habebitur, fictione juris, vel postliminii, vel legis Corneliæ, hujusque intuitu, quamdiu supereſt pater apud hostes, filius ab ejus potestate plene non est liberatus, *l. pen. D. de suis & legitim. heredib.* at interim captus perfecte est servus. ID.

12. *Non habebit*] Quamvis retro creditur in civitate fuisse, qui ab hostibus captus est, *l. 16. D. de capt. & postlim.* tamen quia in alterius potestate est, pendet jus liberorum *§. si ab hostibus. Inst. hoc tit.* in incerto enim sunt, utrum sui juris facti, an adhuc pro filiis familias computentur, etsi interim sui juris potius esse dicuntur, ideoque ea, quæ medio tempore adquirunt propria faciunt, *l. in bello 12. D. de capt. & postlim.* at si pater revertatur, ejus fiunt *l. bona, 22. D. eod. tit. l. filius 21. D. de verb. oblig.* ALEAND.

13. *Jure Postliminii*] Postliminium est constitutio, qua omnia jura captivi in suspenso retinentur, non abrumpuntur, *l. illa institutio, 32. §. 1. D. de hered. instit.* Postliminium est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ inter nos, ac liberos populos regesque moribus, legibus constitutum, *l. 19. D. de capt. & postlim.* duæ enim species postliminii sunt, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus, *l. 14. eod.* dictum autem est a *post*, & *limine*, ut recte sensit Scævola, qua de re ita Cicero *in Topicis: Scævola autem, P. filius jurisconsultus*

postliminii omnem,[14] sicuti in aliis rebus, ita & in filios [15]recipit potestatem. Si vero pater, qui ab hostibus captus est, in captivitate moriatur, [16]ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui juris effecti intelliguntur. §. 3.

tum putas esse verbum, ut sit in eo & post, & limen; ut quæ a nobis alienata sunt, quum ad hostem pervenerunt, ex suo tanquam limine exierint, hinc quum redierint post ad idem limen, postliminio videantur rediisse. quam notationem & Justinianus probat *in §. dictum est, Inst. hoc tit.* Jure autem explodetur opinio Servii, qui dicebat, hoc in verbo nihil esse notandum, nisi *post*; & *luminium* illud productionem esse verbi, ut Cicero testatur *eod. loco*: nam & *eliminium* dici potest, sicut *eliminare* dicimus. Redibant igitur ad idem limen; at non per limen admittebantur in ædes, si jam diem obiisse nunciatum fuerat, quia id ominosum putabant, sed per tegulas, & impluvium intro se ipsos demittebant, teste Plutarcho *Problemat. 5.* IDEM. Ulpianus *in fragm. tit. 10. Si pater*, inquit, *ab hostibus captus sit, quanquam servus hostium fiat, tamen cum reversus fuerit, omnia pristina jura recipit, jure postliminii. Quamdiu apud hostes est, patria potestas in filio ejus interim pendebit: & cum reversus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit.* Romani fictione juris postliminii, eum, qui ex hostium potestate reversus, fingunt semper in civitate fuisse, liberosque in potestate etiam tempore captivitatis retinuisse. *l. 12. §. 1. l. 16. l. 22. §. 2. D. de capt. & postl. l. 6. §. ult. D. de tutel.* Status enim liberorum interim pendere dicitur Ulpiano, ut modo vidimus, & ita *in d. l. 12. & l. 22. §. 2. d. t.* ὡς τὸ ἐν τῷ μεταξὺ ἐν ὑφειμένῃ ἴσως τὰ τῆς ὑπεξουσιότητος, ait Theophilus. Seneca quidem *lib. III. Controv. 19. Quomodo*, inquit, *civis jura habeat, qui liberi hominis non habet?* Sed istud non de jure, sed Scholastico more dictum: verissimum enim est, quod ait Papinianus, huc respiciens, *in l. pen. D. de suis & legit. hered.* filium a patria potestate quamdiu pater vixerit, non esse in plenum liberatum, διὰ τὸ ἡσυχῇ πως τὴν κατ' αὐτὸν ὑπεξουσιότητα, ἅτε ὀπισθεμπτὸν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ὄντος, ut loquuntur Basilicorum Conditores *lib. XLV. tit. 1.* Neque caret hæc fictio suo effectu; per eam enim, si quædam filius medio tempore acquisierit, hæc pater reversus, tanquam sibi acquisita, occupare poterit jure peculii, etiamsi filius ante reversionem patris decesserit, *l. pen. D. de suis & legit. her.* Neque quamdiu pater apud hostes in vivis est, tali filio tutor dari potest. *l. 6. §. ult. D. de tutel.* Ita & pecunia filio credita tempore captivitatis patris, eo reverso, in SC. Macedonianum incidit. *l. 1. §. 1. D. de SC. Maced.* Postliminio autem reversus a Pomponio dicitur, qui intra præsidia nostra esse cœpit. *l. 5. §. 1. D. de capt. & postl.* a Paulo vero, cum in fines nostros intraverit. *l. 19. §. 3. D. eod.* imo si ad regem socium, vel amicum tantum pervenerit, ut explicat Paulus *d. l. 19.* Et hæc propter juris utilitatem ita quidem recepta; quanquam, si vim ac proprietatem nominis spectare velimus, *postliminio* reversum proprie dicendum eum, qui ad *limen* domus, id est, domum reversus: postliminium enim dictum a *limine*, quæ est ultima pars ædium egredientibus, prima vero intrantibus. Inde proprie vocabulum id usurpatum de iis, qui ab exteris oris, vel ab hostibus capti, domum rediissent. Cicero *pro Balbo: Ad populum latum, ut is Publicius, si domum revenisset, & inde Romam rediisset, ne minus civis esset.* De postliminio ibi agit. Idem Cicero *lib. 1. de Oratore: Similique in genere inferiore ordine, si quis apud nos servisset ex populo fœderato, seque liberasset, ac postea domum revenisset, quæsitum est apud majores nostros, num is postliminio rediisset, & amisisset hanc civitatem.* Imo fit etiam loquitur Florentinus *in l. 26. D. de cap. & postl. Nec enim satis est*, inquit, *corpore domum quem rediisse, si mente alienus est.* Fallit itaque & fallitur Tribonianus, dum limen etiam imperii finem esse voluit; fines enim imperii *limites* appellantur; quod vocabulum non tantum ad publica, sed & ad privata refertur; unde & *limites agrorum*, quibus privatorum possessiones terminantur. nec enim *limen & limes* sola terminatione, sed longe magis diversa significatione differunt.[a] Plura desiderantibus videantur τὰ περιεργότερα Salmasii *Observat. ad Jus Att. & Rom.* OISEL. Videri quoque poterunt, quæ de etymologia postliminii habet V. C. Ægid. Menagius *Amœnitat. Jur. Civ. c. 39.* cui Salmasii sententia quidem placet; ita tamen, ut ex illis, quæ adfert, manifestum quoque sit, non solum Tribonianum, vel veteres, quos ille est secutus, sed alios quoque verbum *limen* pro finibus vel limitibus Imperii usurpasse. SCHULT.

14. *Sicuti in aliis rebus.*] Quas ante habuerat: nam quæ interim filius adquisivit, propria fecit, ut diximus. Quid si filius captus sit, & postliminio revertatur? & constat in potestatem patris redire, *l. quum duo, 14. D. de capt. & postlim. rev.* sicut & servus, & ceteræ res, ut naves longæ, & onerariæ, equus, & equa freni patientes, mulus clitellarius; hæc enim sine culpa domini amitti potuerunt: at si qua turpiter amittuntur, postliminio non redeunt, velut arma, & vestes, *l. 2. & 3. D. eod. Cicer. in Topic. Fest lib. XIV.* Quod si filius apud hostes susceptus sit, & postliminio redierit, hic etiam filii jura habet, *l. apud 9. D. eod.* ALEAND. In iis nimirum, quæ juris sunt, puta civitatem, familiam, bona, sive eorum dominium, *l. 5. §. 1. & l. 22. §. 1. D. de capt. & postlim. l. 18. D. eod.* quæ vero facti sunt, ea postliminio non continentur: cujusmodi est possessio; quæ, si captivitate interrupta, postliminio reverso non restituitur. *l. 19. D. ex quib. caus. maj. l. 23. §. 1. D. de acq. poss.* OISEL.

15. *Recipit in potestatem.*] Si tamen manendi in civitate animum habeat, nec malit hostes sequi. alioquin recepisse civitatem non videtur, ut de Regulo responsum est, *l. 5. §. pen. D. eod.* ALEAND. Is edidit, *filios rec. in pot.*

16. *Ab eo tempore.*] In omnibus partibus juris is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur. quum captus est, *l. 18. D. de capt. & postlim. rev.* quod lege Cornelia cautum est. IDEM. Hoc fit fictione legis Corneliæ, quæ eum, qui apud hostes decessit,

Digitized by Google

§. 3. Item [17] per emancipationem filii sui juris efficiuntur. [18] Sed [19] filius masculus tribus [20] emancipationibus de potestate patris exit, & sui juris efficitur. [21] *Est autem Mancipatio,* [22] *ut supra quoque indicavimus, imaginaria quædam venditio;*

ipso captivitatis momento decessisse fingit. *l. 12. D. qui test. fac. poss.* eaque in filiofamilias, ut is ab eo tempore sui juris fuisse intelligatur, quemadmodum & in ceteris omnibus rebus juris servatur, *l. in omnibus. 18. D. de capt. & postlim.* Unde pecunia filio credita, dum pater apud hostes viveret, si ibi moriatur, repeti potest, tanquam patrisfamilias credita. *l. 1. §. 1. D. de SC. Maced.* Eodem modo & testamentum a filio conditum, patre apud hostes degente, ac illic moriente, valiturum Papinianus scribit, tanquam a patrefamilias factum, *l. pen. D. de suis & leg. her.* OISEL. Quid audio? testamentum a filiofamilias patre apud hostes vivente conditum, patre illic moriente valiturum esse, idque Papinianum scribere? scilicet in *l. pen. D. de suis & legitim. heredib.* Certe Papinianus illud quidem docet, ipsum decessisse patremfamilias, adeoque heredem habiturum, non reverso patre, & postquam constabit illius patrem fato functum esse, *l. 2. §. 3. D. unde legitim.* videlicet heredem ab intestato: de qua successione tantum intelligendus est JCtus: qua enim ratione testamentum condere is potest, qui nondum in plenum est liberatus patria potestate, ut ille ipse loquitur? *d. l. pen.* & quo pacto hic erit status sui certus, ac scilet se esse patremfamilias? constat autem in statu errantes, vel de eo dubitantes testari non posse, *l. 14. l. 15. D. qui testament. fac. poss. l. 2. pr. D. de legat. 3.* SCHULTING.

17. *Per emancipationem*] Ut totum hunc Caji locum de veterum in emancipationibus solemnitatibus adhibitis melius percipias, adi sis Theophilum *lib. 1. tit. 12.* quo nemo post Cajum nostrum exactius emancipationum solemnitates prosequutus est. OISEL.

18. *Sed filius masculus*] Dixit *filius*, quia in nepotibus, ceterisque unica mancipatio satis erat. dixit *masculus*, quia idem jus erat in filiabus fœminis, quod in nepotibus, ut inferius apparebit. ALEAND.

19. *Filius masculus tribus emancipationibus*] Ulpianus *fragm. tit. 10. Filius ter emancipatus, ter manumissus sui juris fit.* Theophilus: Ἀντὶ ἑξαίτου τοῦ παῖδα πωλεῖσθαι τρεῖς ἐμαγκιπατίωνες, γίνεται τρεῖς ἐλευθερίαι. OISEL.

20. *Emancipationibus*] *Emancipationibus* dixit pro *mancipationibus.* Et videri posset Anianus mancipationem cum emancipatione confudisse: proprie enim res erat mancipandus, ut emanciparetur: & sic Ulpianus *tit. 10. §. 1.* dixit *ter mancipatus.* (non *emancipatus*, ut scriptum est in nota Oiselii) sed & alibi ipsi veteres hæc confuderunt, & *emancipatio* pro simplici mancipatione occurrit *§ 1. Inst. de stipulat. ordinand.* ubi ita etiam legit Theophilus. Ita *agros emancipare* dixit Valerius Maximus *lib. VIII. c. 6.* & *fundos emancipare* Plinius *lib. X. epist. 3.* quæ duo loca, ac plura notavit Brissonius de *verb. sign.* Plura de usu verbi *emancipare* apud bonos auctores notavit *ὁ πάνυ* Joh. Fred. Gronovius *ad Senec. epist. XLV.* Hic tamen forte Caius scripserat *mancipationibus*, utpote hac occasione de ipsa mancipatione acturus. SCHULTING.

21. *Est autem &c.*] Recitat hoc fragmentum Boethius *tertio Commentariis Tullian. Topic.* Cujus verba sunt. *Mancipi res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret solemnitatem. Nexus vero est quadam juris solemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in Institutionibus Cajus exponit. Ejusdem autem Caji lib. primo Institutionum de nexu faciendo verba hæc sunt:* Est autem &c. Quæ verba quum ita habeant tam in impressis, quam in manuscriptis, pro certo habendum est, Cajum non alio, quam primo libro hæc scripsisse: quod confirmatur etiam ex omnibus Prisciani exemplaribus, qui in fine libri sexti verba illa, *qui libram aneam teneas, qui appellatur libripens*, ex Cajo adducit, atque, id esse primo libro Institutionum. Putaveram ego id Cajum tractasse libro secundo, ubi de rebus differit, & earum adquisitione: sed exemplaria omnia aliter ostendunt: quumque libro primo reponendum hoc fragmentum foret, nullum existimavi locum hoc, quo posui, aptiorem. Mirum autem non est, si hæc Anianus omisit, quia & de in jure cessione idem fecit, & de ceteris solemnitatibus, quæ jure Gothico receptæ non fuerant. ALEAND. Recte omnino Aleander præclarum hoc ex Boethio fragmentum non alibi, quam hic, collocavit: cujus argumenta inde etiam adjuvari possunt, quod Boethius post hæc ipsa verba Caji exhibita, paucis interjectis, laudet iterum eumdem Cajum, & verba illius, de in jure cessione appositurus dicat, ea esse *ex secundo Commentar.* cur non dixit *eodem*, utique si uterque locus ex eodem libro secundo esset depromptus? Et Priscianus *lib. VI.* non illa tantum, quæ Aleander adscribit, verba Caji ex hoc ipso libro adducit, sed & hæc, *adhibitis non minus quinque testibus, puberibus, item libripende*: quæ non quidem verbo tenus, re tamen ipsa ex hoc quoque loco deprompta videntur. Quin & Anianus insuper quidem, & longe hinc abeuntem ac perbrevem mancipationis descriptionem adfert, pro suo, videlicet, more: attamen ex eo ipso recte colligitur, Cajum hic loci occasione emancipationis de mancipatione quoque disputasse. Nec etiam, quatenus quidem sola spectatur mancipatio, differimen fuit inter filium, & res alias mancipi; cum & hic patris esset, & ab eo vindicari posset *ex jure Romano*, sive *ex lege Quiritium*, uti ex Pomponio docet Ulpianus *l. 1. §. 2. D. de rei vindic.* quamvis rei momentum, & manumissiones accedentes publicam quoque certi magistratus auctoritatem exigerent. Contius tamen hæc Caji verba sub titulo *de rebus* ponenda esse existimavit: eumque secutus Oiselius illa ad finem tituli *de rebus, lib. II. tit. 1.* exhibuit, subjecto alio Caji fragmento *de in jure cessione*, & utriusque meminit in principio notæ suæ. Nos illud probare non potuimus: & notam quoque Oiselii huc revocandam duximus, ut sic legeretur loco: ac verbis, quorum illustra-

qllustrationi inſervit, ſubjiceretur. Ex illis vero, iuæ attulimus, rationes, quæ Oiſelium, ut fragmentum hoc alio transferret, inpulerunt, non difficulter removebuntur. SCHULTING.

21.**Eſt autem Mancipatio*] Res altius repetenda eſt. Omnes res aut mancipi erant, aut nec mancipi. Mancipi res ſunt prædia in Italico ſolo, tam ruſtica, quam urbana; item jura prædiorum ruſticorum, item ſervi, & quadrupedes, quæ dorſo, collove domantur. ceteræ res nec mancipi dicuntur, ut tradit Ulpianus *in fragm. tit. 19.* atque harum rerum multis modis dominia adquirimus, veluti mancipatione, traditione, uſucapione, in jure ceſſione, adjudicatione, lege; ut eſt eodem loco apud Ulpianum. Ex his modis adquiſita dominia quædam ex jure Quiritium dicuntur, quædam in bonis, quæ naturalia dominia vocat Theophilus *in §. ult. Inſtit. de libert.* Ex jure Quiritium adquirebatur dominium tribus modis, mancipatione, in jure ceſſione, uſucapione; quamvis Varro tres alios addiderit: ſic enim loquitur *lib. 11. de Re Ruſtic. c. 10. In emtionibus dominum legitimum ſex fere res perficiunt. Si hereditatem juſtam adiis: ſi, ut debuit, mancipio ab eo accepit, a quo jure civili potuit; aut ſi in jure ceſſit, qui potuit cedere, & id ubi oportuit; aut ſi uſu cepit; aut ſi e præda ſub corona emit: tumve, quum in bonis, ſectione ve, cujus publice emit:* nam & alios hoſce modos mancipationis ſolemnitas comprehendit; hereditas enim mancipatione emebatur, hoc eſt, per æs, & libram, ut refert Ulpianus *in fragment.* & Juſtinianus *lib. 11. Inſtit.* & qui ſub corona emebat, videbatur mancipio accipere, propterea que vocabatur manceps, teſte Feſto Pompejo *lib. XI.* quamvis venditor earum rerum nomine emtori nihil præſtaret, ut patet ex Agellio *lib. VII. c. 4.* Tres itaque erant modi adquirendi legitimi dominii, quorum unus hic a Cajo refertur, eſtque Mancipatio, ſeu Nexus, nam nomen Nexi & generale eſt, & ſpeciale, *Nexum* (inquit Feſtus) *eſt, ut ait Gallus Ælius, quodcunque per æs, & libram geritur, idque necti dicitur. quo in genere ſunt hæc, teſtamenti factio, nexi datio, nexu liberatio, &c.* quamobrem & hanc mancipationem Tullius nexum vocavit, quum ait *in Topic. Alienatio eſt ejus rei, qua mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt.* Nullæ autem res alienari mancipatione poterant, quam quæ mancipi erant, quod & Ulpianus teſtatur *in fragmens. tit. 19. Mancipatio propria ſpecies alienationis eſt rerum mancipi; eaque fit certis verbis, libripende, & quinque teſtibus præſentibus.* Quod ſi quis mancipio dediſſet rem nec mancipi, nihil agebat, ut Cicero pariter innuit *in Topicis*, iis verbis. *Finge mancipio aliquem dediſſe id, quod mancipio dari non poteſt, num idcirco id ejus factum eſt, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem ſe nulla re obligavit?* quod & a Boetio ibidem declaratur. Quod autem inquit Tullius, *inter quos ea jure civili fieri poſſunt*, hoc denotat, non omnes potuiſſe mancipio dare, aut accipere: id enim locum habuit tantum inter cives Romanos, quod hic aperte Cajus fatetur, inquiens: *quod ipſum jus proprium Romanorum eſt civium.* Poſtea communicatum eſt etiam Latinis Colonariis, Latinisque Junianis, iisque peregrinis, quibus commercium datum eſt, ut declarat Ulpianus *eod. tit. 19. fragm.* Proprium vero mancipationis erat, quod periculum rei mancipatæ penes eum, qui tradidit, erat: unde illud eſt apud Plautum *in Perſa*

Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur:
Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit.

Et paulo inferius:

\- - - - - - - - *nihil mihi opus eſt litibus.*
Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio?

Cicero quoque *in oratione pro Murena: Quod ſi in iis rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit, &c.* Proinde ſi res eo modo emta evicta fuiſſet, venditor duplotenus obligabatur, ut ait Paulus *lib. 11. Sent. tit. 17. §. res empta.* in aliis vero emtionibus periculum penes emtorem erat, niſi de evictione ſtipulatione caviſſet, tunc enim tanto condemnandus erat, quanto cautum foret, *Paul. eod. loc. §. antecedit.* Solebat itaque in ſimplicibus emtionibus ſtipulatio duplæ intercedere, aut certe ſimplæ, idque eſt, quod ait Varro *eod. lib. 11. de Re Ruſt. c. 10. Aut ſi mancipio non datur, dupla promitti, aut, ſi ita pacti, ſimpla.* Ac duplam quidem promittebant in pretioſis rebus, in ceteris ſimplam, *l. emptori, 37. D. de eviction.* cogebaturque venditor eam duplam promittere, *l. 2. eod. tit.* quod ſi non promiſiſſet, antea non tenebatur: poſtea, quia tam aſſidue duplæ ſtipulatio fiebat, receptum eſt, ut teneretur, ac ſi cautum eſſet, ob bonæ fidei judicium, *l. quod ſi, 31. §. quia aſſidua, D. de adil. edicto, l. ex empto, 11. §. Caſſius, D. de act. empti.* In ceteris vero rebus, quæ pretioſæ non eſſent, ad ſimplam agebatur, ut paſſim ex tit. *de eviction.* patet. Notandum autem, quod ait Varro *eodem loco*, qui cum legitimos illos adquirendi modos enumeraſſet, ſubjungit: *In horum emtione ſolet accedere peculium, aut ſi excipies, ſtipulatio intercedere ſanum eum eſſe, furtis, noxiſque ſolutum;* nam in ſimplicibus emtionibus niſi exprimatur, peculium non accedit, *l. quoties, 29. D. de contrah. emt. l. 3. D. de evict. l quis ergo, 17. D. de pecul.* ALEAND. Duo hæc inſignia & quantivis pretii Caji noſtri fragmenta, ex Inſtitutionum libris nobis a Boetio *in lib. III. Topicor. Ciceronis* ſervata, alterum de *traditione nexu*, ſive *mancipatione*, alterum de *in jure ceſſione*, ſolemnibus jure veteri alienationis, & dominii acquirendi modis, ad titulum *de Rebus* pertinere, ſub quo Cajus, ut ex Juſtiniano, ejus exemplum ſecuto, videre licet, de acquirendo rerum dominio tractavit, nemo dubitabit, niſi qui plane ignoret, quid aut *Mancipatio*, aut in *jure Ceſſio* ſibi velint. Sed cum Boetius fragmentum illud, quod de mancipationis ſolemnibus agit, quaſi ex libro primo Inſtitutionum foret, adducit, videri poſſet, iſtud ad hunc titulum, *de Rebus*, utpote de quibus Cajus, quemadmodum ex Juſtiniano itidem diſcimus, libro demum ſecundo egerit, non pertinere. Accedit & Priſciani auctoritas, qui libro ſexto, verba quædam, quæ de libripende agunt, ex hoc eodem Caji fragmento, allegare videtur: qui & ipſe ea, tanquam ex libro primo Inſtitutionum citat. Et illa quidem, quæ apud Priſcianum *lib. VI.* exſtant, ex Inſtitutionum libro primo eſſe, fa-

esse concedimus, & ad emancipationis solemnitatem, qua pater filium e potestate dimittit, pertinere: quare & ea libro primo, suo loco inseri curavimus. Sed nego verba illa, quæ apud Priscianum leguntur, omnino esse ex eodem loco, ex quo ea, a Boetio citato, sunt petita: sed Priscianum sua hausisse ex libro primo, ubi Cajus de liberorum emancipatione egerat; Boetium vero ex eo titulo, ubi Cajus de modis adquirendi dominii tractaverat. Quæ mancipatio, qua alienatio, & rerum dominium transferebatur, omnino alia erat ab emancipatione, qua liberi e patria potestate exibant. In eo quidem convenichant, quod in utraque quinque testes, cives Romani, puberes, item Libripens, qui libram teneret, adhibendi. Sed filius ut sui juris esset, præter trinam mancipationem, etiam trina manumissio intervenire debebat; & ea omnia apud Magistratum fieri, apud quem esset legis actio. Hæc vero mancipatio etiam inter privatos fieri poterat. Neque Priscianum eundem Caji locum, quem Boetius, præ oculis habuisse, facile ex collatione verborum ab utroque adductorum, quæ non omnino ipsissima sunt, cuivis patere potest. Et jam pridem A. Contius *disput. jur. civil. lib. 1.* viderat, Caji verba apud Boetium sub titulo *de Rebus* collocari debere. Sed in eo falsus est, quod existimaverit Cajum libro primo de rebus egisse: nam aliter eum vel Justinianus, qui institutiones suas ad exemplum Caji componi voluit, docere potuisset; ut omittam fragmenta illa, quæ ex secundo libro Institutionum Caji in Digest. *tit. De rerum divisione & De acqu. rer. dom.* afferuntur. Omnes quidem impressi codices Boetii, quos ego vidi, constanter referunt, quasi hæc verba e libro primo essent. A. Contius autem Boetium citat, quasi apud eum scriptum exstaret, *Cajus libro a Institutionum*, (ex MSS. forte) & addit, *puto legendum* lib. 1. *ut hoc tractaverit Cajus sub tit. de Rebus.* Sed corrigere debuisset *libro 2.* sive *secundo*: nam aut omnino Boetius ita scripsit, aut memoria, cui nimium forte fisus, eum fefellit, ut ea, quæ libro secundo apud Cajum haberentur, quasi libro primo exarata essent, adduceret; quia forsan meminerat & de emancipationis solemnibus libro primo actum. Quicquid sit, nullum mihi est dubium, bina hæc fragmenta ex eodem titulo *de Rebus*, & per consequens ex Caji Institutionum libro secundo esse. Itaque & hic locum eis dedimus. Boetius vero hæc fragmenta Caji citat ad explicanda verba Ciceronis *lib. III Topicor.* ubi Cicero ait: *Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut cessio in jure, inter quos ea jure civili fieri possunt.* Ad hunc locum vero Boetius inquit: *Mancipi res appellabant, quæ ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quandam nexus fieret solemnitatem. Nexus vero est quadam juris solemnitas, quæ fiebat eo modo, quo in institutionibus Cajus exponit. Ejusdem autem Caji libro primo* (leg. *libro secundo*) *Institutionum de nexu faciendo hæc verba sunt.* Hic jam Caji locus de mancipatione, sive traditione nexu subjungitur, quemadmodum a nobis hic transcriptus est. Notandum tamen Caji verba, ex cerissima τῶν κάλων Salmasii emendatione, aliquomodo hic emendatiora, ac in vulgatis codd. legi: nam pro eo, quod vulgo apud Boetium editum est, *is, qui mancipium accipit*, & paullo post, *a quo mancipium accipit*, nos utroque loco reposuimus *mancipio accipit*. De qua emendatione, quin verissima sit, nemo, nisi his in rebus plane hospes, dubitabit. Inde enim illæ loquutiones natæ *mancipio dare, & mancipio accipere*. Item *mancipio vendere & emere*. Ut *l. 4. D. de evict. qui mancipio vendidit*. Ceterum de mancipatione, ut legitimo & solemni alienationis modo, & Ulpianus *fragm. tit. 19. Mancipatio*, inquit, *propria species alienationis est, & rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripenda & quinque testibus præsentibus.* Quæ autem sint res mancipi, idem Ulpianus *d. t. 19.* paulo ante dixerat; *Mancipi res sunt*, ita sonant verba, *prædia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus. Item jura prædiorum rusticorum: velut via, iter, actus, aquæductus. Item servi & quadrupedes, quæ collo dorsove domantur, velut boves, muli, equi, asini; cetera res nec mancipi sunt. Elephanti & cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec mancipi sunt; quoniam bestiarum numero sunt.* Rerum nec mancipi nuda traditione ex justa causa alienatio fieri poterat, dominiumque earum acquiri. Res vero mancipi non aliter alienatæ censebantur, nisi aut in jure cessæ, (de quo alienationis modo mox dicemus) aut alteri traditæ essent nexu per mancipationem. Hoc modo res mancipi vere alienari, ac plenum earum dominium ex jure Quiritium transferri solebat. Si alio genere res aliqua earum, quæ mancipi erant, vendita, ac tradita, præterquam traditione nexu, aut in jure cessione, non censebatur alienata, sed ex jure Quiritium illius esse existimabatur, qui vendidisset; & in bonis ejus, qui emisset. Ulpianus *fragm. tit. 1. In bonis tantum alicujus servus est, velut hoc modo: si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus, neque in jure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Nam quamdiu quid horum non fiat, is servus in bonis quidem emptoris est, ex jure autem Quiritium venditoris.* Ita bene huic loco addita negatio a Magno Salmasio, Diatriba luculentissima *de Mutuo*, ubi hunc alienationis & transferendi dominii modum, ut & ceteros ex jure veteri Romanorum exactissime diduxit & explicavit; quemadmodum & jam antea fecerat *in lib. de Usuris, c. 8.* Quo, cum ab ipso omnia ibi exhausta sint, harum rerum cupidos remittimus, ad alia properantes. OISEL. Multa occasione mancipationis hic possent notari: sed, cum de illa quoque scribat Ulpianus *tit. 19.* ad illum quoque nonnulla dicenda erunt. Quod vero Aleander existimat, ex jure Quiritium dominium tribus tantum modis adquisitum fuisse, mancipatione, in jure cessione, usucapione, credo illum hausisse ex Ulpiano *tit. 1. §. 16.* ubi is docet, quo pacto factum fuerit olim, ut servus non esset alicujus jure Quiritium, sed tantum in bonis, atque adeo nec per manumissionem civis Romanus posset fieri, sed tantum Latinus, atque ait. *In bonis tantum alicujus servus est, si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus est, neque in jure cessus, neque ab ipso anno possessus.* Sed hic Ulp. non docet, hos esse modos solos adquirendi juris Quiritium: sed ut res mancipi alicui tradita tantum,

Digitized by Google

venditio; quod ipsum jus proprium Romanorum est civium: eaque res ita agitur, adhibitis [22] *non minus, quam quinque testibus,* [24] *Romanis civibus,* [25] *puberibus, & præterea alio ejusdem conditionis, qui libram æneam teneat,* [26] *qui appellatur Libripens. Is, qui* [27] *mancipio accipit,* [28] *æs tenens ita dicit:* HVNC EGO HOMINEM

tantum eidem pleno jure adquiratur, tali quid defiderari. Non negat tamen Ulpianus, rem ita traditam aliis quoque modis transire posse in dominium Quiritarium. Et Varro, cujus auctoritate ipse utitur Aleander, *de Re Rustic. lib. II. c. 10.* sex fere modis id effici potuisse docet: & cur non aliis quoque, qui alibi occurrunt? veluti adjudicatione & lege, quarum meminit Ulpianus *tit. 19. §. 2.* adde adrogationem, & modum, quem S. C. Claudianum induxit. Quod quoque addit Vir Eruditus, modos ceteros Varroni memoratos mancipationis solennitate comprehendi, fateor hereditatis testamentariæ adquisitionem aliquid ex ea habuisse, maxime tunc cum ipse heres in testamento instituendus esset familiæ emptor: ceterum ipsa aditio vel cretio, quibus demum vere adquirebatur hereditas, a mancipatione immane quantum differebant. Et adquisitio hereditatis ab intestato quid, quæso; cum mancipatione habuit commune? Manceps quoque, qui apud Festum dicitur inde appellari, *quid manu capiatur,* (ubi Cl. Dacerius non improbabiliter legit *capiat*) quique definitur, *is, qui quid a populo emit, conducitve;* & emptio sub corona, adde & sectionem bonorum, quæ publice veneunt, quid cum mancipatione habeant commune, vellem ut Aleander explicatum dedisset. Sane emtio & venditio sola nihil habet mancipationi simile, & solo consensu peragitur; quamvis ad venditionis inpletionem illa passim adhibita fuerit, & res vendita postea sit tradita vel mancipata, *Paul. Sentent. lib. I. tit 13. § 4. lib. II. tit 17. §. 3.* De obligatione ex nexu aliquid dicendum erit ad Paulum *Sentent. d. lib. II. tit. 17. §. 3.* De iis, quæ hic scripsit Oiselius, aliqua jam diximus, ac statim alia ex iis excutiemus. SCHVLTING.

22. *Ut & supra quoque indicavimus.*] Indicasse forsan id potuit in titulo *de libertinis,* scribens de iis, qui Cives Romani efficiebantur, qui scilicet manum sloris essent ex jure Quiritium. ALEAND. Verum hoc esse constat ex Ulpiano *tit. I. § 16.* & Theophilo *§. ult. Inst. de libert.* sed & occasione adoptionis, quæ per æs & libram fiebat, de mancipatione aliquid Cajus dicere potuit. SCHVLTING.

23. *Non minus, quam quinque testibus*] Accurate loquitur Cajus: nec enim præcise quinque requirebantur testes; sed plures quoque licebat adhibere, non pauciores. Et hic numerus testium, & quidem marium, jam necessarius fuit sub Romulo, cum ageretur de partu monstroso exponendo, ut docet Dionysius Halicarnassensis *Antiquitat. lib. II. c. 15.* & forte in aliis quoque casibus, & ipsa mancipatione diu ante XII tabulas servatus: nec enim ex XII tabulis aut legis actionibus inde compositis derivanda est mancipatio, cum leges illæ ejus meminerint, ut rei notæ dum dicunt, *Qui nexum faciet, mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto. Fest. voc. nuncupata.* IDEM.

24. *Romanis civibus*] Etiam Latinis Junianis; *Ulpian. in fragm. Reg. tit. 20.* ALEAND.

25. *Puberibus*] Puberem Cassiani cum esse dicebant, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare potest; Proculeii autem eum, qui quatuordecim annos explevit: verum Priscus cum puberem esse, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum, teste Ulpiano *in fragm. tit. II.* Cajus noster Proculeianus potius erat, at Paulus Cassianus videtur fuisse, cujus sententiam recte exponit Ant. Augustinus *lib. III. Emend. c. 5.* Qui igitur in Pandectis inveniuntur scripsisse, puberem quatuordecim annorum esse, ii Proculeiani sunt, aut si Cassiani quidem erant, Triboniani manum sunt passi: nam Proculeianos secutus est Justinianus, rejecta Cassianorum, & Prisci sententia, *l. ult. C. quando tut. vel cur. esse desin.* quod & antea probasse videntur Diocletianus & Maximianus, *l. 4. C. qui testam. facer. poss.* IDEM.

26. *Qui appellatur Libripens.*] In omnibus imaginariis venditionibus libra interponebatur, teste Plinio *lib. XXXIII. c. 3.* ea ratione, ut imaginem venditionis adhiberet, ex antiquiori instituto: nullæ enim antiquitus fiebant venditiones absque libra, quum veteres ære gravi uterentur, & penso eo, non numerato debitum solverent, ut patet ex eodem Plinio, Festo *lib IV. & XIV.* Varrone, *lib. IV. de Ling. Lat.* Sane vero nummus unus pretium non denotat, *l. si quis, 10. §. ult. D. de adquir. poss. l. si quis, 46. D locat.* alioquin hæc venditio imaginaria non diceretur: imaginaria enim venditio non est, pretio accedente, *l. 16. de reg. jur.* IDEM.

27. *Mancipio accipit*] Non dubitavi quoque ego certissimam hanc Viri Summi, Cl. Salmasii, emendationem in contextum admittere, Oiselii exemplo; non enim hic accipitur *mancipium,* id est, servus: sed res quævis mancipi accipitur *mancipio,* hoc est, mancipatione interveniente. Verum non item accedo correctioni legis *4. D. de evictionib.* ut pro *mancipium* legatur *mancipio:* quam ex eodem Salmasio *de Usur. cap 8.* adducit, & probat idem Oiselius; quamquæ ante ipsos jam proposuerat Vir Maximus, Jac. Cujacius *Observation. lib. XXI. c. 15. & ad l. 68. D. de evictionib. ad Papinian. Responsor. lib. XI.* Nihil video, cur non rectissime dicatur illic, *qui mancipium vendidit:* de quo vendito cum debeat a venditore duplæ stipulatione caveri, *l. 31. § 20 D. de adilit. edict.* quæritur, an is debeat de evictione cavere dato fidejussore; quod negat Ulpianus, nisi hoc nominatim sit actum, *confer. l. 37. pr. l. 56. pr. D. eod. tit.* Adde, quod sæpe quidem fiat apud veteres mentio rerum mancipio datarum & acceptarum. exempla peti possunt ex nota Aleandri ad principium hujus fragmenti, & Brissonio *de verbor. significatione.* verum illas locutio-

MINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO: ISQUE MIHI [29] EMPTUS EST [30] HOC AERE, AENEAQUE LIBRA. [31] *Deinde aere percutit libram,* [32] *indeque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco.* Ex BOETHIO LIB. III. COMMENTARIOR. IN TOPIC. CICERONIS.]

[33] Mancipatio autem, [34] hoc est, manus traditio, [35] quædam similitudo vendi-

ret, *mancipio vendere*, & *emere* nulla auctoritate adstructas video. At jam dudum emendatio illa displicuit Viro Erudito, Desiderio Heraldo, *Animadversion. in Salmas. Observation. ad Jus Attic. & Roman. lib. IV. c. 2. n. 3. & 4.* De verbis Ulpian. *tit. 1.* quæ pariter correxit Salmasius, Oiselio adstipulante, ad ipsum videbimus Ulpianum. SCHULTING.

28. *Aes tenens*] Ita vulgo quoque hæc scribunt Viri Eruditi, qui ea allegant. Cynus tamen *ad Inst. C. d. usucapion. transformand.* hæc laudans, exhibet, *rem tenens*; quod non inprobabile est, ut ita is, cui mancipio res dabatur, eam ipsam rem, sive, ut hic Cajus exemplum mox ponit, hominem, manu tenens pronunciaverit illa verba, quæ hic sequuntur. *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo, &c.* Idem firmat Isidorus *Origin. lib. V. c. 25.* ita scribens. *Mancipatio dicta est, quia res manu capitur. Unde oportet eum, qui mancipium accipit,* (scribendum, *mancipio accipit*, uti mox recte scriptum est, *mancipio datur*) *comprehendere id ipsum, quod ei mancipio datur.* Huc quoque facit Ulpianus *tit. 19. §. 6.* his verbis. *Res mobiles non, nisi præsentes, mancipari possunt, & non plures, quam quæ manu capi possunt.* Atque etiam in cessione in jure simili ratione is, cui res mobilis cedebatur, eam tenens, ex jure Quiritium suam esse dicebat, ut auctor est Cajus noster apud Boethium eodem in loco, ubi hoc ipsum de mancipatione fragmentum profertur. Idem quoque in instituendis rerum vindicationibus usitatum fuisse docet A. Gellius *Noct. Atticar. lib. XX. c. 9.* & pluribus adstruit Brissonius *de formul. lib. V.* Non nego tamen, eum, qui mancipio accipiebat, æs quoque ostendisse, atque ita dixisse, rem sibi emptam esse *hoc ære.* Ceterum locum talem apud Cynum exstare indicavit mihi Vir Amplissimus, & cui multum nostra debet Jurisprudentia, Corn. van Bynkershoek, in Suprema Batavorum Curia Senator. Refert vero Cynus, sua se hausisse ex scriptis Jacobi de Ravani: hunc vero dicere, se illa vidisse in libro Institutionum Caji, quem Cynus modo Cajum Sejum, modo Cajum solummodo vocat. Ego, ut dicam, quod sentio, non credo, Jacobum ipsas genuinas Institutiones Caji oculis suis usurpasse unquam; sed soli suæ debere Boethio. Nihil sane ab illo Cynus habet præter ea ipsa, quæ apud Boethium leguntur, de rebus mancipi, de mancipatione, & de in jure cessione, eodem plane ordine, quo illa reliquit Boethius, cujusquoque ipsius verba promiscue cum Caji verbis adducuntur, alicubi inversa, etiam in pejus. Hoc tamen in loco codex Boethii, quo usus est Jacobus, qui ante quatuor secula vixit, rectior fuisse videtur, quam nostri vulgati. & ad Ulpianum *tit. 19. §. 1.* quoque, Boethium in verbis quibusdam ex Cyno restitui posse ostendemus. IDEM.

29. EMPTUS EST] Alii, EMPTUS ESTO. Sic Brissonius *de Formul. lib. V.* Salmasius *de usur. c. 2.* IDEM.

30. Hoc AERE AENEAQUE LIBRA] Horatius *lib. II. epist. 2.*

Si proprium est, quod quis libra mercatus, & ære est.

ALEAND.

31. *Deinde aere percutit libram*] Quam rem facere animadvertebatur. Varro *lib. IV. de Ling. Lat. Deinde porta Rauduscula, quod erat ære fusa, ut Raudus dictum ex eo in veteribus mancupiis scriptum,* RAUDUSCULO LIBRAM FERITO. Festus *lib. XVII. Rodum vulgus quidem in usu habuit, non modo pro ære imperfecto, ut Lucilius, quum ait:* Plumbi paxillum, rodus linique metaxa, *sed etiam pro signato, quia in mancipando, quum dicitur,* RODUSCULO LIBRAM FERITO, *asse significatur libra.* IDEM.

32. *Indeque aes dat ei, &c.*] Atque ita satisfaciebat, saltem imaginarie, præcepto legis XII. tabularum, quod volebat ab emptore pretium venditori numeratum esse, ut emptor rei sibi traditæ foret dominus, *§. 40. Inst. de rer. division.* ubi Imperator scribit, idem etiam jure gentium, sive naturali effici. Et hoc jam etiam ante illas leges cautum fuisse, & in duodecim quoque tabulas cum aliis plurimis antiquioribus juribus translatum esse videri potest. SCHULTING.

33. *Mancipatio quædam similitudo venditionis est*] Ab initio quidem non imaginaria, sed vera fuit venditio, & vera manumissio. Legem enim Romulus tulerat, quam & postea a Decemviris in XII. Tabulam relatam fuisse auctor est Dionysius Halicarnass. *lib. II.* Ut si pater filium ter mancipasset, isque ab iis, quibus erat mancipatus, ter liberatus manumissus, filius sui fieret juris, nec recideret in patris potestatem. Verba legis ab Ulpiano *fragm. tit. 10.* referuntur: SI PATER FILIUM TER VENUMDUIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO. Postea hanc legem Jurisconsulti interpretatione sua ad fictionem traduxere, ut retentis solemnitatibus, imaginaria tantum venditio, ac manumissio intercederent. OISEL.

34. *Hoc est manus traditio.*] Lego, *hoc est manu traditio.* Quemadmodum in manumissionibus servorum utebantur quodammodo in jure cessione, ut supra declaravimus, ita in manumissionibus filiorum intercedebat mancipatio, quasi filius res esset quædam mancipi. Itaque his solemnitatibus utebantur. Antestatus quinque testes convocabat ante Præsidem, ubi libripens erat, & pater naturalis cum filio suo, item & alius, qui filium emere debuerat, qui fiduciarius pater dicebatur. Tradebat ergo naturalis pater filium fidu-

venditionis est: quia & in emancipationibus præter illum, [36] hoc est, certum patrem, [37] alius pater adhibetur, [38] qui [39] fiduciarius nominatur. Ergo iste

fiduciario patri dicens: *Mancupo tibi hunc filium, qui meus est*; at ille e contra; *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære, æneaque libra* statimque percussa libra sestertium nummum dicis causa dabat ei, a quo filium acceperat, quem protinus manumittebat: is vero manumissus in naturalis patris potestatem denuo recidebat. idque iterum fiebat. quumque tertio naturalis pater filium manciparet, iis verbis utebatur: *Mancupo tibi hunc filium, qui meus est, ea conditione, ut mihi remancupes, ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.* (nam ea formula, *Ut inter bonos, &c.* usos fuisse in fiducia testis est Cicero *lib III. Offic.*) idque ea ratione excogitatum fuit, ne si fiduciarius ille pater tertio filium manumisisset, in ejus bonis succesturus esset, ad similitudinem patroni: quod jus æquius visum fuit, ut naturalis pater haberet, nam post tertiam manumissionem liber erat, nec recidebat amplius in patris potestatem ex lege XII. tabularum. ALEAND. Quod Aleander habet de quinque testibus per antestatum convocatis, vellem probatum dedisset. De antestato postea aliquid habebit. Manumissio quoque plerumque quidem post mancipationem protinus fuit facta: sed & tempus intercedere potuisse patebit ex iis, quæ notabimus ad Ulpianum *tit. 23. §. 3.* SCHULTING.

35. *Quædam similitudo venditionis est*] Paulus deduci filium in imaginarjam servilem causam ait in *l. 3. §. 1. D. de cap. dimin.* unde recte Theophilus: *Ideo autem vendebatur filius, ut in servitutem redigi videretur, & ita commode ei libertas daretur: nam liber manumitti non poterat.* Ob eam igitur mancipationem liberorum manumissio nomen emancipationis sumpsit, minus certe proprium: nam mancipatio est venditio, seu alteri traditio, manumissio est e manu, hoc est, potestate missio, & liberatio. Et quamvis filios manumittere sæpe legitur in jure nostro, & titulus est, *si a parente quis manumissus sit*: tamen discriminis gratia manumissionem propriam servorum, emancipationem liberorum dicimus, *l. 1. §. 1. D quando act. de pec. ann.* Ficte igitur filius vendebatur, ficte in servitutem redigebatur, ex qua manumitti videretur: neque enim is, qui servus non esset, aliter quam ficte vendi poterat. Unde quum ob sævitiam coëgerit Antoninus dominos ad servorum venditionem, *l 2 D. de his, qui sunt sui vel alien. jur* Trajanus filium, quem pater male contra pietatem adficiebat, coëgit emancipare, *l. ult. D. si a par. quis man. sit.* ALEAND.

36. *Hoc est, certum patrem*] Sic naturalem patrem supra vocavit *tit. anteced. De certi patris potestate dissed.* IDEM.

37. *Alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur*] A contracta nimirum fiducia. Fiducia vero est redhibendi, vel revendendi lex venditioni apposita sic enim malo cum Cujacio, quam cum Hottomanno, qui fiduciam vult esse contractum principalem, quo nihil falsius; & perpetua fere dissentiendi libido a Cujacio Hottomannum eo deduxit. In emancipatione igitur, quæ imaginaria est venditio, naturalis pater fiduciam cum emptore imaginario contrahere dicitur, cum filium ea lege ipsi mancipat, ut eum sibi remancipat, atque ita pater naturalis ipse filium remancipatum manumittere, & per hanc manumissionem in eum, ejusque bona jura patroni consequi possit. OISEL. Cujacius & Hotmanus de fiducia agunt *ad §. 8. Inst. de legitim. adgnator. succession.* ubi Hotmanus ait, illam esse contractum, *quo fidem alterius secuti, rem ei aliquam cum pacto retrovendendi mancipamus.* Et postea scribit, eam contractam dici, *ubi venditio cum pacto de retrovendendo contracta est.* Si vero fiducia non nisi pactum fuerit, quo modo inde nasci potuit certa & nominata actio, judicium, formula fiduciæ? quorum tamen meminit Cicero *de offic. lib. III. c. 15. & c. 17. pro Rosc. Comœd. c. 6. pro Ca. in. c. 3 Epistolar. familiar. lib. VII. epist. 12.* & fiduciæ Judicii Modestinus *relat. in Collation. Mosaicar. & Romanar. leg. tit. 10.* Hæc aperte docent, re vera fiduciam inter contractus numerari debere: & sic *contracta fiducia §. 8. Inst. de legitim. adgnator. succession. l. 2. §. 15. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* & alibi. De fiducia, qua quis rem creditori mancipabat in crediti securitatem, ea lege, ut soluto debito remanciparetur, mentio est in Pauli Sententiis *lib II. tit. 4.* ac aliis locis, de eaque ad Paulum nonnulla habebimus SCHULTING.

38 *Qui fiduciarius nominatur*] Boetius *in* IV. *Commen. in Top. Cic. Fiduciam vero accipit, cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet. Velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum manciper, ut ei quum tempus, quod suspectum est, præterieris, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur.* Livius *lib. XXXII.* de Corintho loquens: *Nabidi eam Tyranno velut fiduciariam dare optimum visum, ut victori sibi restitueret.* Ex quibus apparet, quare pater hic fiduciarius nuncupetur. Sicque heres fiduciarius vocabatur, qui hereditatem emebat in testamento per æs, & libram, ut restitueret heredi, quem testator in tabulis scripsisset, de quo Ulpianus & Theophilus, propterea que fidei commissarius heres fiduciarius dicitur, *l. Sejus 46 l. si postulante, 67. in fin. ad Trebell.* ALEAND. Is, cui testator, qui per æs & libram testamentum condebat, imaginarie hereditatem mancipabat, familiæ emptor vocatur ab Imperatore §. 1. *Inst. de testament. ordinand.* & a Theophilo *ibid.* & Ulpiano *tit. 20* aliisque nusquam heres fiduciarius In *l. 46. & l. 67. §. ult. D. ad S C. Trebellian.* fiduciarius heres is est, qui fideicommisso oneratus est, uti & alibi. SCHULTING.

39. *Fiduciarius pater nominatur*] Ita, scilicet, si contracta fiducia mancipatio tertia filii fieret, de quo mox dicet Arianus. ceteroquin non quadrabat nomen patris fiduciarii tali emptori. Arianus perperam hunc indistincte patrem fiduciarium vocat, tam hic, quam mox iterum iterumque. IDEM.

40. *Unum*

iſte naturalis pater filium ſuum fiduciario patri mancipat, hoc eſt, manu tradit: a quo fiduciario patre naturalis pater [40] unum, aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem pretii accipit, [41] & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. [42] Hoc ſecundo & tertio fit, & ſic de patris poteſtate exit.

Quæ

40. *Unum aut duos nummos, quaſi in ſimilitudinem pretii*] Theophilus: διὰ τοῦτο λέγω τοιοῦτον ἀντὶ τοῦ ἕνα νόμισμα. Atque hoc eſt, quod dicitur nundinum aliquando intervenire *dicis gratia, l. IV. D. commod. Sæpe*, inquit, *pecunia commodantur, ut dicis gratia numerationis loco intercedant*. Ubi addendum, velut in mancipationibus. Interveniebat vero in mancipationibus ſeſtertius nummus unus aſſium quatuor. Unde verba illa ſolemnia donationis, quæ fiebat per mancipationem in *l. ult. C. de donat. ſeſtertio nummo uno aſſium quatuor*, quemadmodum ea ex Baſilicis reſtituit Magnus Cujacius, *Obſerv. X. c. 37*. Ita enim illud in mancipatione ad diſcrimen alterius nummi exprimi ſolebat. In inſcriptione veteri Urbis Romæ: *Hoc monumentum L. Titurius Sabinus ſe vivo donavit L. Sannio Symphoro, mancipatione ſeſtertio nummo uno*. Sic Vitruvius *de Architect. lib. I. c. 4. Nummo ſeſtertio mancipio dedit*. Neque quempiam moveat, quod Cajus hic ſimpliciter dicat *unum, vel duos nummos*, non addito *ſeſtertii* nomine: facile enim quivis divinare poteſt, Anianum hoc loco, ut in toto opere, ſpicas legiſſe. OISEL. De mancipatione, quæ in donatione adhibita olim eſt, ex profeſſo egit Vir Doctiſſimus, Frideric. Brummerus *ad leg. Cinc. c. 14*. ubi quoque cum Cujacio in *l. ult. C. de donationib.* legit, *ſeſtertio nummo uno*: verum cum Hotmano ſequentia, *aſſium quatuor*, tamquam ſpuria rejicit. Certe veteres inſcriptiones, in quibus aliquando occurrit mentio ſeſtertii nummi unius, quarum aliquas habet Brummerus, & unam quoque Sponius *Miſcellan. p. 242*. nuſquam hoc addunt: ideoque valde dubitari poteſt, an non a mala ſint manu. Quia tamen re vera ſeſtertius quatuor aſſes continuit, exſtantque hæc verba non tantum in libris antiquis, teſte Ant. Auguſtino *Emendation. lib. II. c. 7*. ſed in ipſis quoque Baſilicis, uti etiam obſervavit Cujacius *Obſervat. lib. X. c. 37. & lib. XIX. c. 31*. illa plane damnare non auſim. SCHULTING.

41. *Et iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit*] Non poſſit ita ſcripſiſſe Cajus; ſed quæ ille diſtinctius tradiderat, confuſe & non plene exhibuit nobis Anianus; quo enim pacto pater naturalis eum, quem jam vendiderat, quique alterius factus erat jure Quiritium, quo pacto, inquam, illum fiduciario patri, ut loquitur Anianus, vel potius emptori, mancipio dare jam potuit? Hic opus erat, ut filius ab emptore prius eſſet manumiſſus: quia enim non, niſi trina mancipatione, & trina manumiſſione ſui juris fiebat, neceſſario poſt primam ſecundamque mancipationem & manumiſſionem in naturalis patris poteſtatem redibat: & quidem tacite, ut inquit Theophilus *§. 6. Inſt. quib. mod. jus p. p. ſolvit*. adeoque tunc iterum ab eo mancipari poterat. IDEM.

42. *Hoc ſecundo & tertio fit.*] Singulæ vero emancipationes vel iisdem, vel aliis teſtibus fieri poſſunt, vel eodem die, vel interpoſito tempore, ea tradit Paulus *Sentent. lib. II. tit. 25*. Hinc adgnoſcere licet, quanti foret Romanorum patria poteſtas, ut unica manumiſſio ſatis non videretur, idque ex lege XII. tabularum, cujus verba ab Ulpiano referuntur *in fragm. tit. 10*. Cum ait; *Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit: id enim lex duodecim tabularum jubet his verbis*, SI PATER FILIVM TER VENVM DEDIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO, quam legem ex Romuli inſtituto translatam eſſe in XII tabulas patet ex Dionyſio, qui *lib. II.* ſic ſcribit: *Neque vero hac licentia contentus Romulus poteſtatem etiam filiorum vendendorum patribus uſque ad tertiam auctionem conceſſit. qua poteſtas multo major eſt, quam domini in ſervum: nam ſervus a domino venumdatus recepta libertate liber eſt, filius iterum, atque iterum in poteſtatem patris revertitur, poſt tertiam vero venditionem, ſi ſe in libertatem vindicarit, a poteſtate patris egreditur*. Sed de veris feriisque venditionibus intelligit Dionyſius, non de fictis, & imaginariis, cui tamen nefcio, an facile fides adhibenda: potuit enim Græcus homo verba legis de veris venditionibus capere, non de fictis; nam etſi patribus licebat filios interficere, tamen vendere non licuiſſe, teſtatur Conſtantinus Imper. his verbis: *Libertati a majoribus tantum impenſum eſt, ut patribus, quibus jus vitæ in liberos, neceſque poteſtas olim erat permiſſa, libertatem eripere non liceret*, quæ ſunt in *l. ult. C. de pat. poteſt*. crudelius enim, & indignius Romanis viſum eſt, ſi liberi homines, de cives ſervitutem ſervirent, quam ſi mortem oppeterent, ideo inquit Tullius *in orat. pro domo ſua: Jus a majoribus noſtris, qui non ficte, & fallaciter populares, ſed vere & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, ut civis Romanus libertatem nemo poſſit invitus amittere*. & idem *pro Cæcinna: Si pater vendidit eum, quam in ſuam poteſtatem ex ſuſceperat, ex poteſtate dimittit*. Sane enim de ficta venditione intelligit. Nam quod patri liceret filium noxæ dedere, *§. ult. Inſt. de noxal. act.* hoc non ex mero patris arbitrio, ſed ex filio quoque perveniebat, qui facto ſuo libertatem ſibi abjudicavit. Sed valde ſcrupulum injicit, quod *eodem libro II.* tradit Dionyſius, ex Numæ Pompilii legibus: ut ſi pater filio uxorem ducere permiſiſſet, quæ ei ſacrorum, pecuniarumque ſocia ex legibus fieret, non amplius filium vendendi jus haberet. Niſi & hic de emancipationibus intelligendum eſt: nam ſi filium emancipaſſet, is propria ſacra ſibi conſtituiſſet, utpote qui a ſacris paternis dimitti, atque abſolvi dicebatur, *l quidam, 31. C. de fideic. l. 1. §. ult. C. de ann. except.* cujuſque enim familiæ privata ſacra erant, ut oſtendit Cicero, II. *de legib.* ejus autem uxor, quæ in manum convenerat, non ideo ex ſacris ſoceri ſui abſoluta eſſet, in cujus poteſtate erat, *Ulpian. in fragm. tit. 22. §. ſui heredes*. neque enim poterat in mariti poteſtate fuiſſe; qui enim ſub alterius poteſtate

Quæ tamen emancipatio solebat [41] ante Præsidem fieri, [44] modo ante Curiam facienda est: ubi [45] quinque testes cives Romani in præsenti erunt, & pro illo, qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens, [46] & qui [47] Antestatus

testate est, alium habere in potestate non potest, *l. sic evenit, 21. D. ad leg. Jul. de adult.* quia igitur cum marito cohabitare debuerat, nec poterat sacra, in quibus erat, deserere, statuit Numa, ne tunc filius emancipiaretur. Sed hæc fortasse nimis subtiliter disputata quibusdam videbuntur. quare adhuc hæreo. Sane constat, post leges XII. tabularum patres jus habuisse filios occidendi, ut de Torquato, deque aliis notum est; de venditis filiis exemplum nullum extat: nisi si forte quis propter nimiam paupertatem, egestatemque victus causa filium sanguinolentum vendiderit, *l. 2. C. de patr. qui fil. su. dist.* Sanguinolentos autem vocant ἀρτιβλάστους, hoc est, recens natos, & sanguine uteri materni adhuc perfusos, ut docti viri notarunt, quasi hi nondum perfecte homines sint, nec de eorum vita plenius speretur. ALEAND. De trina filii venditione videbimus ad Ulpianum *tit. 10. §. 1.* ubi quæremus, de quanam venditione, verane, an imaginaria, lex antiqua intelligenda sit. SCHULTING.

42. *Hoc secundo & tertio sit, & sic de potestate patris exit.*] Vitiosa hæc sunt. Optima vero est lectio, quam Jurisconsultorum nostri seculi nemini secundus, Clariss. Fabrotus in veteri MS. codice se reperisse dicit, in Notis suis selectissimis ad Theophilum. Ea vero sic habet: *Hoc secundum fit. & tertio cum fiduciario patri mancipat & tradit: & sic de patris potestate exit.* Optime hæc cohærent; & ex ungue, ut dicitur, leonem. Neque enim dubito, quin plurima ope istius codicis MS. apud Gajum nostrum possent restitui. Sed nobis non licet esse tam beatis. OISEL. Lectio hæc, quam e veteri codice protulit Fabrotus, ipsius Aniani manum exhibere videri potest. Editio quoque Sichardi quædam habet huc accedentia; sic enim illic legitur, *& tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit.* Re vera in tertia demum filii mancipatione opus erat contracta fiducia, ut ita patri remancipatus ab ipso posset manumitti, ut in sequentibus docebit Anianus; qui manumissionis hic quoque non meminit, absque qua tamen sui juris quis fieri non poterat. SCHULTING.

43. *Ante Præsidem fieri, modo ante Curiam facienda*] Mira hic fit juris veteris & novissimi commixtio ab Aniano, dum dicit hodie sufficere, si loco Libripendis, & Antestati (quem antea patrem fiduciarium appellavit) simpliciter adhibeantur duo alii testes, ut ita septem testium numerus impleatur. Mox tamen, quasi sui oblitus, iterum de patre fiduciario sermonem habet, ac si hodie adhuc emancipatio contracta fiducia fieret. Sic ut vel ex hoc uno loco appareat, quam eximius juris decoctor Amanus fuerit, cum omnia jura, liquida, crassa, quasi unam in ollam conjecerit. Quas apud Gajum emancipationis solemnitates invenerat, dum epitomen earundem concinnat, retinere voluit, insertis non suo loco, quæ posteriorum Principum Constitutionibus abrogata fuerant, cum ea in ultimum locum reservanda forent. Eodem modo Tribonianus cum sociis parum subtiliter loquuntur, cum *§. ult. Inst. de leg. agn. succ.* dicunt, ex Justiniani Constitutione, quæ est *l. ult. C. de emanc. lib.* induci, ut emancipationes liberorum semper videantur contracta fiducia fieri: nam Justinianus ea Constitutione imaginarias antiquæ emancipationis solemnitates penitus sustulit. Quomodo autem, quod sublatum est, fieri videri possit? OISEL. Recte notavit Aleander *ad hunc locum*, Anianum hic nobis referre jus Gothorum, quod separat a jure veteri Romano, quod descripserat Cajus. Constitutiones sane antiquum modum non sustulerunt ante Justinianum: ut adeo inde non sint profecta, quæ hic habet Anianus; qui tamen in aliis confusionis non immerito arguitur ab Oiselio: verum & is post Vinnium non recte carpit Tribonianum, qui in *§. ult. Inst. de legit. adgnator. succession.* nihil plane peccavit: licet enim sublata esset vetus solennitas, quid vetat tamen rem ita intelligi fictione juris, ac si re ipsa parens contracta fiducia filium emancipasset? Et erat magni usus hæc fictio: dubitari enim poterat, an pater, qui desierat esse adgnatus filio per emancipationem, nunc quidem ut patronus, ad ejus successionem, &, si impubes foret, ad tutelam ejus vocaretur, quum jam non amplius in usu esset manumissio illa, per quam antea pater hoc jus adquisiverat. Postea adgnatis sunt exæquati cognati, *Novell. CXVIII.* ac tunc illa fictio cœpit esse supervacua. SCHULTING.

44. *Modo ante Curiam facienda est.*] Quonam tempore? Gothorum; Anianus enim est, qui loquitur: quod & Alciatus animadvertit *lib. 11. Parerg. cap. 26.* nam & adoptiones iis temporibus ante Curiam fiebant, ut idem Anianus testatur *ad l. 2. C. Theod. de leg. hered.* ALEAND.

45. *Quinque testes*] Theophilus: Πάντα παρεγίνοντο μάρτυρες, τρεῖς ζυγοστάτης, ἐκφερόμενος ζυγὸν καὶ χάλκιον νόμισμα, καὶ υἱέως τις. Quem Cajus appellat *Libripendem*, Theophilus vocat ζυγοστάτην. Optime Glossæ Philoxeni. *Libripens*, ζυγοστάτης. Sic Theophilus υἱέως τινὰ dicit pro eo, qui Cajo *Antestatus*, sive, pater fiduciarius. OISEL.

46. *Et qui Antestatus appellatur.*] Valde errasse mihi visus est Aut. Augustinus, qui in explanatione legum XII. tabul. *cap. 52.* Antestatum hic interpretatur eum, cujus aurem vellebant; cum potius is fit, qui aliorum aures vellebat: nam si antestari nihil aliud est, quam testes vocare, seu admonere, ut testes sint, iis autem aures attingebantur, ut recordarentur, se testes esse, ut idem declarat, sequitur dicendum, non Antestato aurem esse vulsam, sed ipsum aliis, nempe testibus vulsisse: passivum enim verbum non

Digitized by Google

tus appellatur, alii duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen cum

est antestari, ut eo significetur, testes vocari; sed vocare: unde Antestatus non qui vocatus, sed qui vocavit testes, dicendus est. quo errore & Turnebus lapsus est, *lib. XXIX. Adverss. c. 14.* neque vero magis Cujacio assentior, qui *lib. VII. Observat. c. 16.* credit, Antestatum hunc eundem esse cum fiduciario patre: nam Cajus, aut certe Anianus, id aliquo modo significasset: quis enim non videat, ex contextu orationis, fiduciarium patrem, & Antestatum diversas esse personas? Puto igitur, aliquem fuisse, qui in ea solemnitate hoc ageret, ut quinque testes convocaret, deinde cum libripende huic actui interesset. De antestatione etiam Ful. Ursinus *in notis ad leg. XII. tabul.* Lilius Gyraldus *Dial. 9.* Budæus *in poster. adnot. ad Pand.* Alciat. *lib. 11. Parerg. c. 20.* ALBAND.

47. *Antestatus*] Cajus hic *Antestatum* appellare videtur eum, qui testato, sive testibus adhibitis convenitur, ut observavit Cujacius; quemadmodum *denuntiatus* dicitur, cui fit denunciatio, *l. 49. D. de jud.* Ita pater fiduciarius, cum emancipatio fieret adhibitis quinque testibus, puberibus, civibus Romanis, ea ratione a Cajo vocatur Antestatus, utpote testato conventus. Hac etiam fortasse significatione accipienda verba Livii a Prisciano *lib. VIII.* adducta: *Impubes libripens esse non potest, neque antestari*, hoc est, impubes in emancipationibus Antestatus, sive pater fiduciarius esse non potest, cum patrem esse ætas non patiatur. Quanquam & Livii illud *antestari*, pro *testis fieri*, capi possit: habet enim passivam significationem, ut Prisc. ibidem notat, & reddit προδιαμαρτυρῆσαι. vel, ut ibi mavult ὁ πάνυ Salmasius, προδιαμαρτυρῆσθαι. Alias & activam habet significationem, & *antestari* dicitur, pro *testem facere*, quod fiebat tacta auricula; cum nempe aliquis, qui vadimonio non steterat, ab adversario, ei invia occurrente, obtorto collo in jus raperetur; quod ei licitum, si modo aliquem ex præsentibus antestatum fecerat, tangendo ejus auriculam, ac dicendo *licetne antestari?* Videndi Acron & Porphyrio, antiqui Horatii Interpretes, ad illud Satyræ, *Licet antestari?* Salmasius olim, cum Glossæ optimæ habeant *Antestor*, μαρτύρομαι, pro *antestari* ubique apud veteres reponi volebat *antestari*, & explicat, *Antestari esse in re præsenti, & in loco ubi res gesta est, aut gerenda, testem facere, proximum nempe, vel primum, qui adstat loco, in quo id fit, de quo testis capitur.* sive, *Antestari esse aliquem ex circumstantibus testem facere:* περὶ αὐτοῦ τοῦ τόπου ἐν ᾧ τι πράττεται. Sic *Ansermini, Ansegetes, Ansanctæ, &c.* Neminem, cui litteræ in honore, adire pigeat *Observat. ad Jus Att. & Rom. c. 30.* ubi multa scitu utilissima exhibentur. OISEL. Antestatus, cujus meminit quoque Magno *in Notis Juris*, quis fuerit, difficile est explicatu, nec adeo inter eruditos constat. A Cajo ipso mentio ejus videtur facta occasione emancipationis: & Anianus jus sui loci & temporis exponens indicat, inter septem testes unum quoque hujus loco adsumi. A libripende diversum fuisse arguit præclara inscriptio apud Gruterum *p. 1021.* ubi narratur donatio & mancipatio facta, LIBRIPENDE CLAVDIO DATIVO, ANTESTATO CORNELIO VICTORE. Adduxit illam quoque Merillius *Observ. lib. VIII. c. 37.* qui putat, Antestatum eum fuisse, qui rogabat testes, illorumque fidem obtestabatur, auriculamque tangebat, uti in antestationibus moris fuit, non tantum cum quis aliquem in jus vocaret, quod notissimum est: sed & in mancipationibus. In illis certe, quæ in testamento per æs & libram condito fiebant, adhibitas fuisse ἀτὰρ ἐπήκοους, *aurium tactiones* docet Clemens Alexandrinus *Strom. lib. V. p. 574.* a quibus hac in parte aliæ mancipationes non videntur diversi juris fuisse; uti notavit etiam Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 13. & 14.* ubi inscriptionem illam, ex qua pauca verba allegavi, ex professo & luculenter illustrat, & Alexandri de Antestato sententiam laudat, & plane sequitur. Certe quum auctoritatibus aliis destituamur, notatio præcipue verbi *antestari* consideranda est. ea autem non alia est, quam *testem fatere*, in duodecim tabulis, apud Plautum, Horatium, aliosque. Et apud Livium in illis verbis. *Impubes libripens esse non potest, neque antestari.* Priscianus quidem *lib. VIII. antestari* interpretatur passive προδιαμαρτυρῆσθαι: verum id optime accipietur activo sensu: & Priscianum eo nomine post Lambinum *ad Horat. lib. 2. Satyr. 5.* notavit Brummerus *dict. loc.* Paulo plus ad Antestati officium pertinuisse vult Alexander, quam Merillius, testium, nempe, convocationem; quod an verum sit, dubito. Ceterum, an præter quinque testes, & libripendem Antestati quoque necessario adhibiti fuerint, ita, ut absque illis res non subsistitisset: an autem per eos ipsos, inter quos res agebatur, id quod Antestati faciebant, potuerit perfici, alia videtur esse quæstio. Certe si is omnino adhibendus fuit, mirandum est, id antea omissum esse a Cajo, cujus ipsa de mancipatione verba ex Boethio modo habuimus, nec non ab Ulpiano *tit. 19.* & Theophilo *§. 6. Inst. quib. mod. j. p. p solvit.* Et Imperator *§. 1. Inst. de testament. ordinand.* ubi testamenti per æs libram facti solennia enumerat, nihil habet de Antestato. Anianus hic non turbat, dum pro libripende & Antestato duos tantum testes adhiberi tradit, adeoque incertum relinquit, an Antestatum sumat pro emptore filii, quem ipse patrem fiduciarium minus recte vocat, uti ab illo sumi quoque putarunt Virialiqui Eruditi; an vero pro alio: quo tamen admisso, si is necessarius fuisset, præter patrem & filium octo intervenire debuissent personæ, proque iis adhibendi videntur fuisse testes non septem, sed octo. Sed hæc hactenus. Quæ vero de verbo *antestari* ex Salmasio habet Oiselius, de emendatione loci Prisciani, & de mutando verbo *antestari in attestari*, non carent scrupulo, cum utraque illius verbi etymologia, ut dicatur, quasi *circum testari*, vel quasi *ante testari*, suos potuerit habere auctores. SCHULTING.

48. *Tamen cum aeris mancipatus fuerit, &c.*] Imo ante

cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario [49] patre remancipetur, & [50] a naturali patre manumittatur: ut, [51] si filius ille mortuus fuerit, [52] ei in hereditate naturalis pater, non [53] fiduciarius, succedat. [54] Fœminæ, vel nepotes masculi ex filio [55] una emancipatione de patris, vel avi exeunt potestate, & sui juris efficiuntur. [56] Et hi ipsi, quamlibet una mancipatione de patris, vel

ante emancipationem cautio de remancipando filio inter patrem naturalem & fiduciarium interponenda est; ante illam enim pater naturalis cum fiduciario fiduciam contrahere debet, si filium ipse manumittere velit; alioquin pater fiduciarius eum manumittere potest, & ei post mortem, tanquam patronus, succedere. Non autem necesse fuit, ut trinæ hæ mancipationes & manumissiones uno eodemque tempore fierent, nam & iisdem, vel aliis testibus fieri poterant, vel eodem die, vel intermisso tempore, ut est apud Paulum *lib. 11. Sentent. tit. 26.* Ita, ut filius ex prima, vel secunda mancipatione manumissus, reversus in patris potestatem, patris rumperet testamentum adgnatione; cum ei suus heres adgnasceretur. *Ulpian. fragm. tit. 23.* OISEL.

49. *Patre remancipetur*] Ita editiones meliores habent. Sichard. *patre mancipetur*, non recte; & in illius codicibus syllaba *re*, quæ fuerat geminata, semel est omissa: quod in libris antiquis frequens esse notarunt dudum Eruditi. Remancipatio vero illa fiebat secundum contractam fiduciam, de qua modo dictum est. SCHULTING.

50. *A naturali patre manumittatur*] Quæ manumissio Vindicta fiebat, ut habet Theophilus, ubi ejus notat Scholiastes: τὴν γὰρ τοῦτον ἐλευθερίαν μετὰ τὴν πρώτην λύσιν ἐποίουν, γράφοντες αὐτὸν Vindicta. OISEL.

51. *Ut si filius ille mortuus fuerit*] Qui servum manumittit, patronus efficitur, vocaturque ad hereditatem, ideoque ad tutelam: quæ omnia in fiduciario patre erant, qui fiduciarius tutor dicebatur, teste Ulpiano *in fragm. tit. 11. §. qui liberum.* Sed contracta fiducia is tertio non manumittebat, sed patri naturali remancipabat, qui manumittens quasi patronus filio olim suo efficiebatur, heresque futurus erat; atque ob eam rem in Tertulliano matrem superabat, quod avo tamen, & proavo non concedebatur, *l 2. §. sed neque avus, D. ad S. C. Tertull.* Existimo autem hanc remancipationem ex prudentium cautionibus ortam. ALEAND.

52. *Ei in hereditate naturalis pater succedat*] Hoc est, quod Justinianus in *Institt. de leg. agn succeff.* dicit: *Ad legitimam successionem vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium, vel filiam, nepotem, vel neptem ac deinceps emancipat.* Quod etiam obtinet ex *l. ult. C. de emancip. lib.* ubi Justinianus, licet imaginarias illas venditiones sustulerit, tamen patri manumissori jus patroni salvum voluit esse, quoad legitimam in bona filii successionem. Jure novissimo vero parens manumissor jure patroni in hereditatis commodo non amplius utitur. *Novell CXVIII. cap. 2.* OISEL.

53. *Non fiduciarius*] Id aliter volebat ratio juris civilis, ex qua hic manumissor velut patronus erat alieno filio a se manumisso. Prætor tamen hoc emendavit data bonorum possessione *unde decem persona*: ad quam decem admisit personas, quas extraneo manumissori prætulit, §. 1. *Inst. de bonor. possessionib.* ubi illæ recensentur, & ab Ulpiano *relat. in Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. ult. in fin.* SCHULTING.

54. *Fœmina vel nepotes masculi ex filio una emancipatione &c.*] Ut in adoptionibus unica mancipatio in filiabus & nepotibus ceterisque liberis satis erat, *l. ult. C. de adopt.* ita in manumissionibus, ut Ulpianus quoque testatur in *fragm. tit. 10. §. 1.* quare si post primam, alteramve manumissionem filii testamentum sit conditum a patre, isque præteritus sit, quoniam revertitur in patriam potestatem, testamentum adgnatione rumpitur, teste eodem Ulpiano *in fragm. tit. 23. §. adgnascitur.* At filia, quum emancipatur, vel nepos, ceterique, quia una emancipatione exeunt de potestate, testamentum non rumpunt, *l. verum, 8. D. de injust. rupt. & irrit. fac. testam.* ALEAND. Ulpianus *fragm. tit. 10. Ceteri autem liberi*, inquit, *præter filium, tam masculi, quam fœminæ, una emancipatione manumissioneque sui juris fiunt.* Sin malis Græce, audi Theophilum, qui ὁ δὲ υἱωνὸς, ἢ ὁ ἔγγονος, ἢ ἐγγόνη καὶ τὰ λοιπὰ πρόσωπα διὰ μιᾶς ἐλευθερίας ἐγίνοντο αὐτεξούσια. OISEL. Quæ Alexander habet de testamento patris, qui filium jam semel bisve mancipavit, per illum, si manumitteretur, rumpendo, ea distinctius explicata invenient Studiosi in notis ad Ulpianum *tit. 23.*

55. *Una emancipatione*] Ratio dabitur ad Ulpianum *tit. 10. § 1.*

56. *Et hi ipsi, quamlibet una mancipatione &c.*] V. C. Car. Ann. Fabrotus *ad Theoph. §. 6. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solvit.* partim ex autoritate scripti libri, partim ex conjectura, legendum censet. *Et hi ipsi una mancipatione de patris vel avi potestate exeunt, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint: & ab eo manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, sed fiduciarius, a quo manumissi sunt:* ubi post *hi ipsi* excidisse videtur *quamlibet*, vitio forte typographorum. Miror vero, quod pro illis vulgatis, *& a naturali patre manumissi*, quæ optime sese habent, referibat, *& ab eo manumisse*, quasi hoc agi deberet, ut a fiduciario patre manumitterentur; quod veritati & menti Aniani plane adversatur. Admodum vero placet lectio, quam ex vetere libro MS. profert Vir Præclarus, Janus a Costa *ad tit. Inst. de legitim. parent. tutel.* ita autem habet. *Et si ipsi quamlibet una mancipatio-*

vel avi potestate exeant, [57] nisi [58] a patre fiduciario remancipati fuerint, & a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, [59] nisi fiduciarius, [60] a quo manumissi sunt. nam si remancipatum sibi naturalis pater, vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit.

Quod si habeat quis filium, [61] & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio ejus est: aut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc ei pro juris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere [62] potest.

[a] *Liberum arbitrium est ei, qui filium & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestate retinere: vel ex diverso, filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere: vel omnes sui juris efficere. Eadem & de pronepote dicta intelligemus.* L. XXVIII. D. DE ADOPTIONIB.

ne de patris vel avi potestate exeunt, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint, & a patre naturali manumissi, succedere eis pater naturalis non potest. sed fiduciarius, a quo manumissi sunt, succedit. Unde non dubitavi, editionem hanc uno verbo augere, & pro vulgari *a patre remancipati*, reponere, *a patre fiduciario remancipati*. Non tam excors fuit Anianus, ut scriberet *a patre* pro *a patre fiduciario*. Ipse jam aliquoties hos duos satis distinxit. Idque etiam confirmatur ex eo, quod ex Fabroto adduximus. SCHULTING.

57. *Nisi a patre remancipati fuerint*] A patre nimirum fiduciario. OISEL.

58. *A patre fiduciario remancipati.*] Inde filia contracta fiducia emancipata vocatur *fiduciata* ab Aniano ipso *interpretation. l. 3. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* SCHULTING.

59. *Nisi fiduciarius*] Ita editiones vulgatæ. Solus Oiselius edidit *sed*: quo modo quoque Fabrotus & Janus a Costa hic legunt. Non ausim tamen illud *nisi* Aniano abjudicare; & facilius credo, pro verbo minus commodo librarios reposuisse aliud commodius, quam pro facili inusitatius. *Nisi* vero pro *sed* Latinitatis fuit posterioris & corruptæ. Exempla dabit Doctissimus Du Cange *Gloss. med. & infim. Latinitat. v. nisi.* IDEM.

60. *A quo manumissi sunt*] In libro MS. quo usus est Janus a Costa, post hæc sequitur *succedit*: quod tamen in suo codice non videtur invenisse Fabrotus, uti nec id habent libri vulgati, & per se subintelligitur. Mox iterum *nam* ponit pro *sed*; de quo dictum in præcedentibus. IDEM.

61. *Et voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere*] Hoc enim patri licitum; confirmatur quoque *l. 6. §. 2. & l. seq. D. de bon. poss. contr. tab. & l. 6. D. unde liberi.* ubi hujusmodi mancipationis exempla referuntur. OISEL.

a. *Liberum arbitrium est ei &c.*] Invenitur hoc fragmentum in *l. 28. D. de adopt. & em.* Et filios, & nepotes, & deinceps pater habet in potestate, nec alter ab altero pendet, ut uno emancipato, & alter emancipatus intelligatur. quare aut filium tantum potest emancipare, aut nepotem tantum, aut omnes. Quod si filium emancipaverit, dum nepos apud hostes est, isque postliminio reversus sit, avum sequetur, non patrem, etiamsi in ejus potestate vere nunquam fuerit, ut si pater adrogatus, & emancipatus sit, *l. 1. §. sed si quis. D. de su. & legit. heredib. l. si me, 13. D. de capt. & postlim. rev.* Quid si filium emancipet, cujus uxor prægnans sit? & constat, nepotem, qui nascetur, in avi, non in patris potestate futurum, *§. ult. Inst. hoc tit.* in hisce enim casibus tempus conceptionis spectatur, *l. emancipatum, §. 1. D. de Senator.* hæc Anianus ita contraxit. *Quod si habeat quis filium &c.* ALEAND.

62. *Potest*] Oiselius hisce subjicit duo fragmenta ex libro primo Institutionum Caji, ex Priscianо *lib. VI.* nempe. *Adhibitis non minus quinque testibus, puberibus, item Libripende.* Et alterum. *Qui libram aneam tentat, qui appellatur Libripens.* quæ non aliunde, quam ex illo ipso loco Caji, quem ex Boethio jam repræsentavimus, hausta sunt. His subjicit Oiselius hanc notam.

Adhibitis non minus &c.] Duo hæc Caji fragmenta, quæ Priscianus libro sexto, ex Caji Institutionum libro primo adducit, omnino huc pertinere existimo, ubi de emancipatione filiifamilias Cajus agit. Cum autem ex ante dictis satis superque intelligi possint, uberiorem eorum explicationem supervacaneam addere non vacat.

TITU-

Digitized by Google

TITVLVS VII.

De Tutelis.

Tutores aut legitimi sunt, aut testamentarii.

§. 1.

1. *De tutelis*] In hac materia, uti passim, pessime Cajum accepit Anianus. Plura procul dubio de tutelis, tam masculorum, quam feminarum, tradidit Cajus, quorum nonnulla in Institutionibus Justiniani videntur conservata. Sed ad jus antiquum pertinentia de utrisque illis tutelis plurima legere est apud Ulpianum *tit. 11. de tutelis*: ad quem nos quoque aliqua notabimus. SCHULTING.

2. *Tutores aut legitimi sunt &c.*] Hic fit transitus ad aliam divisionem personarum. nam ex his personis, quæ in potestate non sunt, quædam velin tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur, *in pr. Instit. hoc tit.* In tutela sunt masculi impuberes, hoc est minores XIV. annis, fœminæ XII, hodie, nam olim fœminæ erant in perpetua tutela, ut tradit Ulpianus *in fragm. tit. 11.* Est autem tutela, ut Servius definivit, *vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ipse sese defendere nequit, jure civili data, ac permissa, l. 1. D. hoc tit.* Summa vero tutorum divisio ea esse potest, quod tutores aut legitimi sunt, aut dativi. Rursum ex legitimis quidam sunt, qui vere legitimi sunt, quidam quasi legitimi, quidam ad instar quasi legitimorum, quidam fiduciarii. Vere legitimi sunt hi, de quibus hic mentio habetur: proximi enim adgnati, qui ad pupilli hereditatem vocantur, ex lege XII. tabul. tutores sunt legitimi. *l. 1. D. de legit. tutor.* Quasi legitimi tutores sunt patroni filiorum libertorum; neque enim nominatim in ea lege de hac tutela cavetur, sed per interpretationem inducta est; nam lex vocat patronos ad successionem libertorum, sicut adgnatos ad successionem pupillorum. & quoniam hac ratione adgnati tutores sunt, ita interpretatione factum, ut & patroni tutores sint per consequentias hereditatium, quæ ex ipsa lege iis datæ sunt, *l. 3. in princ. D. de legit. tutorib.* Tutores ad instar quasi legitimorum sunt patres filiorum emancipatorum: quæ tutela exemplo patronorum recepta est, ac uti patronorum legitima tutela dicitur, sic hæc quoque; minus proprie certe, quum nec ex lege, nec ex interpretatione legis id nomen erui possit: patronus enim legitimus dictus est per consequentiam hereditatis, ad quam ipsa lege vocatur, quamvis verbis legis tutor non constituatur. at pater emancipati neque tutor constituitur, neque ad hereditatem a lege vocatur: sed utrumque prudentium interpretatione inductum est, quia ut patronus servum, ita pater filium manumittit. Hunc itaque vicem legitimi tutoris sustinere ait Ulpianus *in d. l. 3. in fin.* Fiduciarius tutor erat is, qui in antiqua illa filiorum emancipatione fiduciarius pater appellabatur: nam quum filium emisset, eque manumisisset, tutor ejus efficiebatur ad similitudinem patroni, & nihilominus dicebatur tutor fiduciarius, teste Ulpiano *in fragm. tit. 11. §. qui liberum.* Postea inductum fuit, ut post tertiam venditionem remancipatum filium pater naturalis manumitteret, ut ipse heres esset, ut supra declaravimus: sicque tutor ejus efficiebatur pariter fiduciarius, ut idem Ulpianus ait. Quia tamen is vere pater erat, fiduciarii tutoris nomen absurde quodammodo videbatur retinere, ideo ipse etiam legitimus dictus est, ut & ad legitimam filii successionem vocari dicitur *in §. ult. Inst. de legit. adgnat. succeff.* Illud autem nomen fiduciarii tutoris post mortem suam ad filium in potestate retentum transmittit: is enim fiduciarius tutor efficitur ejus, cujus pater legitimus tutor dicebatur, *l. 4. D. de leg. tut. tit. Inst. de fiduciar. tut.* quoniam ad fratris bona admittitur, ut patroni filius ad successionem liberti. Sunt & alii legitimi tutores ex Anastasiana constitutione, nempe fratres emancipati fratrum in potestate retentorum: nam quum eos ad legitimam horum successionem vocarit, æquum fuit, ut & tutores faceret, *l. 4. C. de legit. tut.* Antea ipso jure nec tutores erant, nec heredes, ut qui capitis minutione adgnati esse desiissent. Pari quoque ratione filii fratrum emancipatorum legitimi tutores erunt patruorum, qui e patris potestate non exierant, cum & hi ad eorum hereditatem, & tutelam a Justiniano admittantur, *l. ult. §. 9 nulc. C. de legit. hered.* ALEAND. Tutela aut testamentaria, aut legitima, aut dativa ex lege Attilia in urbe, & ex lege Julia & Titia in provinciis, ut satis notum est, tum ex *tit. Digestor.* tum *Institut. Justinian. & l. 32. C. de Episc. & cler.* Eodem redit, quod ait Boetius *in Ciceron. Topic. lib. III. Tutela quatuor fere modis est: aut enim consanguinitatis gradu, aut patronatus jure defertur, aut testamento patris eligitur, aut urbani Prætoris jurisdictione formatur.* Tutelam *consanguinitatis gradu, aut patronatus jure* deferri dicit, quam nostri Legitimam vocant. Aliter tamen divisionem tutelæ Ulpianus instituit *fragment. tit. 11.* eum sub legitimæ nomine & comprehendat testamentariam, Attilianam, Julianam, (qualis ex lege Julia de maritandis ordinibus mulieri virginive datur ad dotem constituendam) & quæ SC. introducta est. Deinde addit moribus tutorem dari ei, qui cum tutore judicio agere vult, quem, cum a Prætore urbis dabatur, *Prætorianum* vocat, & inde ipsam etiam tutelam *Honorariam* appellare possimus. Hodie autem hoc casu non tutor, sed curator datur. *§. 3. Inst. de auct. tut. l. 3. §. 2. D. de tutel. l. 1. C. ut in lit. dand. tut.* Novissimo etiam jure prohibitum, debitorem, vel creditorem pupilli tutorem fieri; sin vero tutor post susceptam tutelam pupilli debitor, vel creditor esse cœperit, tunc & perpetuus curator adjungi debet. *Novell. LXXII. c. 1. & 2.* Est autem tutela, Servio definiente, *vis ac*

§. 1. [3] Legitimi sunt, qui pupillo [4] per virilem sexum propinquitate conjunguntur: & qui proximior fuerit de adgnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: [5] quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. [6] Sunt

potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per etatem se ipse defendere nequit, jure civili data ac permissa. l. 1. D. de tutel. §. 1. Inst. de tutel. Græci in Glossis Nomicis: *ἐπίτροπός ἐστι δίκαιόν τι καὶ ἰσχὺν κατὰ ἀνδρὸς κεφαλῆς ἀδόλως ἔχον, καὶ πρὸς ἀσθένειαν ἀνηβίαν, ἢ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς, ἢ διὰ τὸ τῆς ἀνεπιτηδειότητος κωλύειν ἀνενεργήτως.* quæ ad verbum quoque exscripsit Harmenopulus *Promptuar. lib. V. tit. 11.* Pro eo, quod Servius habet, *vis & potestas*, videtur legisse *jus & potestas*: cum reddat *δίκαιον καὶ ἰσχὺν*, quomodo & vertit Theophilus. Rectius tamen *vis & potestas*, ut hæc duo quoque junguntur, *l. 17. D. de legib. l. 9. C. de codicil. §. 3. Instit. de interdict.* Ordine autem præpostero hic procedit Cajus, sive potius Anianus, ei enim, si quid toto hoc opusculo commissum, omne adscribendum judico, dum de legitima tutela ante testamentariam tractat, cum hac deficiente, illa demum locum habeat. *l. 11. D. de test. tut.* OISEL.

3. *Legitimi sunt*] Per eminentiam ita dicti, quia ex Lege XII. Tabularum introducti sunt; & vel ex verbis legis veniunt, quales sunt adgnati; vel ex sententia & interpretatione, quales sunt patroni. *l. 3. D. de leg. tut. Ulpianus fragm. tit. 11.* Exemplo vero legitimæ patronorum tutelæ & parens liberorum impuberum emancipatorum vicem legitimi tutoris sustinet. *d. l. 3. §. ult. D. d. s. Inst. de leg. par. tut. l. 5. C. de dol. malo.* Quanquam hæc tutela potius fiduciaria dicenda foret, uti & ab Ulpiano vocatur *fragm. tit. 11.* Est & alia tutela, quæ & quadantenus vicem legitimæ sustinere videtur; cum nempe fratres, post mortem patris, fratrum emancipatorum, & pater filii sui, ab avo emancipati, tutores existunt. Quam tutelam ob alterius nominis inopiam Fiduciariam appellari, non male existimat Hotomannus. IDEM.

4. *Per virilem sexum*] Ulpianus *fragm. tit. 11. Agnati sunt*, inquit, *a patre cognati virilis sexus, per virilem sexum descendentes, ejusdem familiæ, veluti fratres patruales, filii fratris patruelis. add. l. 10. §. 2. D. de grad. & aff. l. 2. §. 1. D. de suis & leg.* Cum vero tutela virile sit munus, oportet agnatum non solum per virilem sexum esse conjunctum, sed & virilis sexus esse; secus ac in legitima hereditate, ad quam etiam soror consanguinea admittitur. *§. 3. Inst. de leg. agn. success. Ulpian. fragm. tit. 26. Paul. IV. Sentent. cap. 8.* IDEM.

5. *Quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem*] Melius sententia cohærebit, si legas trajectis vocibus: *Quia is, qui proximus fuerit ad hereditatem, ipse proximus est ad tutelam.* Ut argumentum sumatur ab hereditatis commodo ad onus tutelæ, quod magis usitatum, vel saltem magis congruum videtur; quo argumentandi genere & utitur Justinianus *Inst. de leg. patr. tut.* cum ait: *Ubi successionis est emolumentum, ibi & tutela onus esse debet.* Si nimirum talis sit persona, quæ tutelam administrare possit: soror enim consanguinea pupillo fratri legitima est hæres; alius vero agnatus tutor. *l. 1. §. 2. D. de leg. tut.* Quanquam, ut verum fatear, & vulgata lectio suo pede stare potest, ut argumentatio procedat ab tutelæ onere, ad hereditatis commodum, juxta *l. 10. D. de R. J.* & sic conveniat regulæ Mucianæ *l. 73. D. de R. J.* Ubi dicitur: *Quo tutela redit, eo hereditas pervenit.* Quam regulam tamen & Basilicorum Auctores converso ordine proferunt: *ὅπου κληρονομία, ἐκεῖ καὶ ἐπιτροπή.* Quod & faciunt Harmenopulus *lib. V. tit. 9.* & Theodorus Hermopolites. Et e Latinis Placentinus, Accursius, Cujacius ipse, (etsi tandem & alteram lectionem defendi posse dicat) Balduinus *in Jurisprudentia Muciana*, Hotomannus *lib. VI. Observ. c. 5.* Ant. Faber, Giphanius, aliique Interpretes, hanc regulam ita concipiendam, volunt: *Quo hereditas redit, eo tutela pervenit.* vel ita, *Quo hereditas pervenit, eo tutela redit.* Sed parum interest utrovis modo legatur: nam & hereditas *redire* dicitur in *l. 37. D. de testam. mil. l. 69. pr. l. 77. §. 7. D. de legat. 2. l. 3. D. si quis omiss. causa test. l. 10. pr. D. de grad.* Et in veri stemmate: *Hereditates quemadmodum redeunt.* Sic quoque loquuntur Terentius *in Hecyra, & in Andria*, & Cicero *lib. 1 de Oratore.* Pariter tutela *redire* dicitur in *l. 11. D. de test. tut. & d. l. 10. D. de grad.* Ab onere tutelæ ad hereditatis commodum etiam argumentum ducit Justinianus *§. pen. Inst. de leg. agn. succ.* Ubi quoque Theophilus: *ἔστι γὰρ ὅτε καὶ τὸ βάρος τῆς ἐπιτροπῆς ἐκφεύγει, ἔστιν ὅτε μὴ καὶ ἐπὶ τὸ κέρδος τῆς κληρονομίας ἀφίκηται.* Summe autem prudentia, ut ait Ulpianus in *d. l. 1. D. de leg. tut.* Lege XII. Tabul. cautum, ut qui sperarent successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. Sic, cum ex lege Platonis & agnati & cognati admitterentur ad hereditates, eos quoque tutelam administrare voluit: *Ἐὰν γὰρ τὸ κυριεύειν*, inquit, *μὴ διεζευγμένον τελευτήσῃ τις, ἢ τῆς τῶν ἐπιτρόπων αἱρέσεως ἀλόγως, ἐπιτρόπους εἶναι τοὺς ἐγγύτατα γένει πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς κυρίους, τοὺς μὲν πρὸς πατρὸς, τοὺς δὲ πρὸς μητρὸς· ἵνα ἡ ἐκ τῶν τὰ τελευτήσαντος φίλων.* Solon vero apud Athenienses, cum pupillorum vitam periculis ac insidiationi proximorum nimis expositam esse existimaret, atque securitati eorum consulere vellet, lege cavit, ne tutor fieret, nisi agnationis jure hereditatem pupilli hereditare posset, *ἀπὸ ἐπιτροπῆς, ἐὰν μὴ ᾧ τὸν κλῆρον ἔχοντα τὸν ἀφανῶς τελευτήσαντα*, ut est apud Diogenem Laertium *in Solone.* Qui tamen ita remoti erant inter agnatos, ut successionem *κατὰ γένος* sperare non possent, ii ad tutelam admittebantur. Sic inter *τοὺς ἐπιτρόπους*, tutores recenset Auctor Etymologici Magni: *ἐπίτροποι δὲ λέγονται*, inquit, *οἱ μακρὰν τῷ γένει κληρονομοῦντες, οἷον ἐξάδελφοι, ἢ τῷ γένει μὲν ἐγγὺς δὲ τῷ χρόνῳ ἀπέχοντες κληρονόμοι.* Et certe neque hoc absque ratione fuit. Cui enim non nota sunt illa apud Satyricum improbi heredis substituti, quales & legitimos reperire licet, vota?

Po-

ized by Google

[6 *Sunt autem adgnati, qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt,* 7 *quaſi a patre cognati :* 8 *veluti* 9 *frater* 10 *eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo: item patruus, & patrui filius, nepoſve ex eo.* L. VII. D. DE LEGITIM. TUTORIB.]

§. 2. 11 Teſtamentarii ſunt, quos patres, aut avi paterni in 12 teſtamento

— *Pupillumve utinam, quem proximus heres*
Impello, expungam!

Huic etiam malo occurrere voluit Charondas, cum legem ſanxit, qua cognatos, qui pupillo ſuccedere non poterant, tutelam pupilli gerere voluit: agnatos vero, ad quos hereditas perventura, bona pupilli adminiſtrare. Eoſque hoc facturos tanto majori cura ac diligentia, tanquam propria bona, cum ſucceſſionem eorum mortuo pupillo morbo, aut alia cauſa, ſperare poſſint. Ita enim de eo Diodorus Siculus *lib. XII.* ſcribit, ubi, poſtquam ſummam hanc in re legiſlatoris laudaverat prudentiam, ſubjungit: Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς ὁ προσήκοντες τῇ κληρονομίᾳ τῶν ὀρφανῶν, οὐκ ἐπιβουλεύουσιν· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς εἰκῇ ἐπιβουλεύουσι μὲν ὑ ὑπόντων, διὰ τὸ μὴ πιστεύεσθαι τῷ σώματος, τῆς δ' ὑσίας ὡς ἰκείνης καθημένης, ἐὰν οἱ ὀρφανοὶ τελευτήσωσιν, ἢ διὰ νόσον, ἢ τινα ἄλλην συμφορὰν, ἐπιμελέστερον οἰκονομήσουσι τὰ χρήματα, ὡς ἰδίας τὰς ἐκ τῆς τύχης ἐλπίδας ἔχοντες. Hodie vero & Jure Juſtinianeo, tam cognati, quam adgnati, modo proximi ſint, ad tutelam vocantur: ſublata enim omnis juris adgnatici & cognatici differentia. *Novell. CXVIII. cap. 4. & 5* IDEM. Nihil omnino mutandum in verbis Aniani hoc loco, ubi ratio redditur, cur adgnati ad tutelam vocentur. Ad *l. 73. D. de R. J.* videri poterit Jac. Gothofredus, ex quo aliqua deſumpſit Oiſelius. SCHULTING.

6. *Sunt autem adgnati &c.*] Sumſimus hæc ex *l. 7. D. de legit. tut.* quæ omnia Aniano ſatis habuit complecti iis verbis: *qui pupillo per virilem ſexum propinquitate conjunguntur.* Alciatus *lib. III. Parerg. cap. pen.* adgnatos putat dictos, quod adnati ſint, hoc eſt juxta nos nati, ut Plinius adnata membra vocat, quæ prope alia ſuboriuntur, ut digiti ſunt. ALEAND. Hæc Caji verba ex Inſtitutionum libro primo in *l. 7. D. de leg. tut.* nobis ſervata, §. 2. vicem hic ſuſtinere viſum fuit; cum haud dubie hinc petita fuerint. Illuſtrantur hæc quoque in Gloſſis Nomicis: Ἀδγνάτος λέγεται ὁ ἀπὸ ἀρσενικῆ γένους καταγόμενος, ἤγουν ὁ ἐκ τῆ ἀρσενικῆ τέκνου τεχθείς. Eædem Gloſſæ: Ἀδγνατίωνα, ἐξήγησιν. OISEL. Nos numerum paragraphorum non adpoſuimus illis, quæ non ſunt ipſius Aniani, ſed aliunde hauſta.

7. *Quaſi a patre cognati*] Quaſi per patrem nobis conjuncti. Cognatio nomen eſt naturale, adgnatio civile, *l. ult. §. 1. D. de grad. & adfin. §. ult. Inſt. de leg. adgn. tut.* proinde eo, tanquam notiori nomine adgnationem declarat. Sed non ſemper, qui per patrem conjunguntur, adgnati ſunt, ut unus ex paternis proavis, nempe qui aviæ meæ paternæ pater eſt: is enim mihi per patrem conjungitur, at quia patri meo adgnatus non eſt, nec mihi adgnatus eſt. Adgnati ergo ſunt, qui per virilem ſexum conjunguntur, & gentiles ſunt, hoc eſt ex eadem domo, & gente proditi, ex eadem familia, quique omnes uno nomine appellantur, *l. pronunciatio, 195. §. communi. D. de verb. ſig. vide lib. II. cap. ult.* [*hic tit. 8. §. 3.*] ALEAND.

8. *Veluti frater*] Si emancipatus non ſit: tunc enim adgnationis jus amittit, quamvis gentilitatem videtur retinere: neque enim nomen familiæ mutat, ut ſi L. Titius pater C. Titium filium emancipaverit, is emancipatus Titius nihilominus vocabitur, ſicque gentis nomen retinet. Aliud eſt, ſi in adoptionem datus ſit; intelligo autem de adoptione ante Juſtinianum. Suus ergo & emancipatus adgnati non ſunt, ſed nec fratres jure civili ſunt: & major ſolutio eſt emancipatio, quam mors: ut ecce: ſi filium naturalem emancipavero, & alium adoptavero, ii fratres non ſunt: ſi filio meo mortuo Titium adoptavero, is defuncti frater fuiſſe videtur, *l. 5. D. de grad. & adfin.* IDEM.

9. *Frater eodem patre natus &c.*] Non ſoli quidem viri adgnati ſunt, ſed & mulieres adgnatæ: ſed ob ſubjectam materiam tutelæ, quæ mulieres excludit, virorum hic tantum mentio fit: & ſic Imperator quoque virorum tantum meminit §. 1. *Inſt. de legitim. adgnator. tutel.* & Ulpianus *tit. 11. §. 4.* SCHULTING.

10. *Eodem patre natus,*] Qui conſanguineus dicitur *l. 2. ad fin. D. de ſuis & leg. hered.* & germanus, §. *nos vero, & §. ſeq. Inſt. de legit. adgnat. ſucceſſ.* nec intereſt eandem matrem habeant, an diverſas, *l. ult. §. 1. D. de grad. & adfin.* ALEAND.

11. *Teſtamentarii ſunt &c.*] Ad dativos tutores tranſit. Dativi tutores ſunt, aut teſtamentarii, aut Attiliani, & Juliani: at hi poſteriores proprie dativi dicuntur, quamvis etiam teſtamentarii recte eo nomine appellentur, *Ulpian. in fragm. Reg. tit. 11. §. teſtamento quoque.* Legitimi autem nunquam dativi appellantur, nam legitimos tutores nemo dat, ſed lex duodecim tabularum fecit tutores, *l. 5. D. de legit. tut.* IDEM.

11. **Teſtamentarii*] Sive patresfamilias ſint, ſive filiifamilias, ſive ſervi teſtatoris dati cum libertate ante Juſtinianum, poſt Juſtinianum etiam ſine libertate, quum tacite data intelligatur, quæ omnia in ejusdem Inſtitutionibus videre eſt. IDEM. Hi & legitimi dici poſſunt, quatenus ex Lege XII. tabul. parentibus conceſſum liberis in poteſtate conſtitutis teſtamento tutorem dare; & quia teſtamento dati ſunt, ideo & dativi appellantur, ad differentiam legitimorum,

Digitized by

to ſuo tutores [13] filiis, [14] aut [15] nepotibus [16] delegaverint. Quod ſi nec teſta-

rum, qui ipſo jure fiunt tutores, ſine ulla alterius rei acceſſione. Ulpianus *fragm. tit. 11. Teſtamento*, inquit, *nominatim tutores dati confirmantur eadem lege XII. tabul. his verbis:* VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELAVE SVAE REI, ITA IVS ESTO: *qui tutores dativi appellantur.* Varro Satyra Menippæa, cui titulus TESTAMENTVM, *vel bis-Sunde, Natis, quos Menippea hæreſis nutricata eſt, tutores do.* OISEL.

12. *Teſtamento ſuo*] Olim quidem non niſi teſtamento tutores dari poterant, ſed poſt codicillorum uſum receptum, & tutores codicillis teſtamento confirmatis dari cœperunt. *l. 32. in fin. D. de excuſ. tut.* IDEM. Codicillis ita confirmatis dati ſunt quaſi teſtamento dati, *l. 3. pr. D. de teſtamentar. tutel.*

13. *Filiis*] Impuberibus in poteſtate conſtitutis, ὑπεξουσίοις ἀνηβοις ait Theophilus. Tutela enim jure patriæ poteſtatis mandatur, ut loquitur Papinianus *l. 40. D. de adminiſtr. tut.* Itaque emancipato filio pater non jure tutorem dat; datus tamen confirmabitur; idque fiet ut plurimum ſine inquiſitione. *l. 1. §. 2. l. 6. D. de confirm. tutor.* & ſine ſatisdatione. *l. 3. D. eod.* niſi forſan inquiſitio certa ex cauſa inſtituenda, ut in caſibus *l. 8. & duab. ſeqq. D de confir. tut.* Eatenus vero & patria poteſtas ſe extendit, ut pater etiam filio exheredato jure tutorem dare poſſit. *l. 4. l. 26. §. 2. l. 31. D. de teſt. tut.* quoniam tam exheredatio jure patriæ poteſtatis ſit, quam tutela delegatur. Mater vero, cum nullam in liberos poteſtatem habeat, ne quidem filio inſtituto jure tutorem relinquere poteſt; ſed ſi dederit filio, quem heredem inſtituit, tutorem, datus cum inquiſitione, abſque ſatisdatione tamen, confirmabitur. *l. 2. D. confirm. tut. l. 4. D. de teſt. tut.* ubi expreſſis verbis habetur, exheredato a matre tutorem dari non poſſe; unde & optime Viri Doctiſſimi monuere negationem tollendam ex *l. 4. C. de teſt. tut.* ubi vulgo legitur, *quando autem eos heredes (non) inſtituerit.* Quam & veteres libri non agnoſcunt, nec interpretes Græci. IDEM.

14. *Aut nepotibus*] Si nimirum avo ſui ſint heredes, alias enim iis tutorem dare nequit. *l. 73. §. 1. D. de R. J. funct. §. 2. de her. qual.* Nam ſi pater eos præcedat, in patris ſui poteſtatem poſt avi mortem recidunt. *l. 1. §. ult. D. de teſt. tut. §. 3. Inſt. de tutel.* Eſt tamen caſus, ubi tutor dabitur utiliter nepoti, cujus pater ſuperſtes eſt & in poteſtate. *l. 10. §. 2. D. de teſt. tut.* Ubi Ulpianus inquit: *Qui filium & ex eo nepotem habebat, ſi nepoti tutorem dederit, habet diſceptationem, an aliquo caſu non utilis ſit datio. ut puta ſi proponas, filium vivo patre deceſſiſſe, & nepotem ex eo ſucceſſiſſe vivo avo. & fortius dicendum eſt, tutelam quoque e lege Junia Velleia confirmatam: nam & Pomponius libro ſexto decimo ex Sabino ſcripſit, valere tutoris dationem: cum enim confirmatum ſit teſtamentum, conſequenter tutoris quoque datio valebit in eo teſtamento ſcripta, quod valet. Idem eſt*, (ſic enim malo pro eo, quod in Florentina eſt, *id eſt*, quaſi Ulpianus dicat, idem hoc caſu quoque obtinere, ac ſuperiori) *ubi nepos vel hæres inſtitutus ſit, vel nominatim exheredatus ſit.* Mirum in modum autem ſe torquet Accurſius in hujus ſpeciei facti conſtituenda. Magnas enim difficultates videt exoriri, ſive uterque, ſive alter tantum, ſive neuter inſtitutus eſſe dicatur. Poſtquam autem diu ſecum luctatus, eo tandem devenit, ut Azonis ſententiam ſecutus, dicat, inſtitutum eſſe filium, et autem ſubſtitutum nepotem. Quam ſententiam & multi ex turba veterum Interpretum amplectuntur, & ex elegantioribus etiam ſequitur Dionyſius Gothofredus *in notis.* Quo minus tamen eam probem, facit, quod teſtator, qui filium ſuperſtitem habeat, nepotem impune præterire poteſt, utpote qui nondum ei eſt ſuus heres. Sin vero eum patri ſubſtitutum dicamus, ejus ſubſtitutionis hæc videlicet ſententia erit. *Si filius meus me vivo moreretur, ſum nepotem, qui mihi ex eo eſt, inſtituo, eique, ſi mortis mea tempore adhuc in pupillari ætate erit, ſempronium tutorem do.* Quo caſu quin & teſtamentum, & tutoris datio valeat nulla poteſt eſſe dubitatio. Sed caſus aliquis eſt ponendus, in quo de utroque dubitari poſſit, propter illa verba Juriſconſulti; *tutelam confirmatam, & teſtamentum.* Confirmari enim dicuntur ea, quæ per ſe non valent: ut tutor datus a patre filio emancipato, ut datus a matre. Quemadmodum enim quæ reſciſſione egent, hoc ipſo valere intelliguntur: ita, quæ confirmatione, hoc ipſo non valere. At illa ſubſtitutio, illaque tutoris datio per ſe valida erat. Alia itaque quærenda eſt ſpecies, in qua dubitatio locum habere poſſit. Eam vero cum Mureto hanc eſſe arbitror. Teſtator inſtituto filio, nepoti, quem ex eo habebat, tutorem dat. Si filius patri ſuperſtes ſit, valet teſtamentum, ſed tutoris datio nulla eſt. Quo enim tutorem filiofamilias? Sed accidit, ut præmoriatur filius. Videri poteſt & teſtamentum & tutoris dationem corruere. Nam & nepos quaſi agnaſcendo rumpit id teſtamentum, in quo præteritus eſt: & rupto teſtamento, quicquid in eo ſcriptum eſt, irritum eſt. Sed auxilio eſt lex Junia Velleia, quæ ut multos alios rumpendi caſus ſuſtulit, ita hunc quoque. Voluit enim eos, qui vivo teſtatore in locum ſuorum heredum ab eo inſtitutorum ſuccedunt, teſtamentum non rumpere, ſed ex eo ipſo teſtamento heredes eſſe. *l. Gallus. §. 13. D. de lib. & poſt.* ibi enim dicitur, *ſuccedentes in locum liberorum non vitiat lex rumpere teſtamentum.* Atque hic mihi ille videtur caſus eſſe, quo Ulpianus ait, *fortius dicendum eſſe tutelam quoque e lege Junia Velleia confirmatam.* IDEM. Cogit me Oiſelius, niſi velim Studioſos ab illo in errorem induci, notæ ipſius ſatis prolixæ aliam addere longiorem, quam vellem alioquin. Apud Ulpianum *l. 10. §. 2. D. de teſtamentar. tutel.* nihil mutandum eſt: de legendum, uti vulgo legitur. *Cum enim confirmatum ſit teſtamentum, conſequenter tutoris quoque datio valebit in eo teſtamento ſcripta, quod valet, id eſt, ubi nepos vel hæres inſtitutus ſit, vel nominatim exheredatus ſit.* Res ita habet. Ante legem Juniam Velleiam nepotes, patre mortuo, vel poteſtati patriæ exempto, vivo etiam aumc avo, neceſſario quaſi adgnaſcendo totum avi teſtamentum rumpebant; ita ut inſtitutio vel exhereda-

ſtamentarius tutor fuerit, nec legitimus, [17] tunc [18] inquiſitione judicis pupillis tutores dantur.

TITV-

exheredatio ejus, qui nondum erat ſuus heres. ſed tantum ex poſt-facto fieri poterat, illud non poſſet impedire. Id inhibuit lex Junia Velleja capite ſecundo, effecitque, ut, ſi nepos talis inſtitutus ſit, vel exheredatus, is teſtamentum avi jam non rumpat, §. 2. *Inſt. de exheredation. liberor. l. 29. §. 13. D. d liber. & poſtum.* Verum quamvis jam teſtamentum ſalvum maneret, non erat tamen quoque aperte cautum, nepoti tali ab avo recte dari tutorem, cujus datio per ſe erat inutilis ab initio, utpote ei facta, qui, ſi mortuus ſtatim eſſet avus, non erat futurus ſui juris, quamvis ipſum teſtamentum non fuiſſet ruptum, & filius in poteſtate manſiſſet. Utilem tamen eſſe admittit Ulpianus in caſu, quo filius vivo patre deceſſit, nepoſque avo factus eſt ſuus heres: aitque, fortius dicendum eſſe, tutelam quoque e lege Junia Velleja confirmatam; idque auctoritate Pomponii adſtruit, & eo argumento, quod lex illa teſtamentum confirmat, ut, ſcilicet, quod aliter rumperetur quaſi adgnatione ſui heredis, nunc ſuo robore ſtet: adeoque & tutoris datio in eo ſcripta, quod valet, *id eſt*, uti addit, *ubi nepos vel heres inſtitutus ſit, vel exheredatus.* alioquin enim teſtamentum non valeret, ſed ruptum eſſet quaſi adgnatione ſui heredis. Rectaque eſt de hac re Azonis aliorumque ſententia. Quæ Oiſelium poſt Muretum *Obſervation. Jur. lib. ſingular. cap. ult.* in alia traxerunt, nihili ſunt. Verum non eſt, ab avo ſuperſtite filio præteriri poſſe impune nepotem, niſi ſolum initium ſpectes, vel caſum, quo filius etiam eſt in patris ſui poteſtate, cum is moritur; alioquin enim id a nepote quaſi adgnaſcente rumpetur. Et quod vult, nepote patri ſubſtituto & ſuccedente tutoris dationem ſine dubio valere, id ita verum non eſt; cum de hoc caſu quod ad tutelam lex Junia Velleja non expreſſe egerit: & diverſa alio modo erat ratio, quum ipſum teſtamentum ab initio valuerit, & tantum, ne id rumpatur, lex proſpiciat: tutoris vero datio ab initio fuerat inutilis, cum nepos non eſſet morte ſola avi ſui juris futurus, *arg. §. 3. Inſt. de tutel.* ſed prudentium interpretatione rectiſſime per conſequentiam huc uſque valor teſtamenti producitur. Perperam vero Muretus & Oiſelius putant, hic nepoti tantum tutorem datum eſſe, quaſi non foret opus eumdem quoque heredem inſtitutum eſſe aut exheredatum, & quaſi lex Junia Velleja avi teſtamentum, amoto filio ipſo adhuc vivo, ſuſtineret indiſtincte, etſi nepos ille ſit præteritus: quo nihil excogitari potuit a vero magis alienum. Ante legem illam non poterat impediri, ne liberi patribus aviſque vivis ſui heredes nati, vel in locum ſuorum ſuccedentes adgnaſcendo vel quaſi adgnaſcendo rumperent teſtamenta patrum vel avorum. id emendavit lex, nec illa rumpi voluit: non tamen ſimpliciter, ſed eo ſubintellecto, modo tales eſſent heredes inſtituti, vel exheredati; ut aperte tradit Scævola in eodem, quem ipſi adducunt, loco, *l. 29. §. 13. D. d. liber. & poſtum.* & Ulpianus *l. 2. pr. D. d. vulgar. & pupillar. ſubſtitution.* Et quidem poſtumorum virilis ſexus exheredatio nominatim facienda erat, §. 2. *Inſt. de exheredation. liberor.* ſaltem hoc erat tutius, & magis obſervabatur olim. *Ulpian. tit. 22. §. 22.* quod & Ulpianus voluit in verbis finalibus modo adductis: in quibus pro *exheredatus* Muretus legit *ex heredibus*, admodum perperam. SCHULTING.

15. *Nepotibus*] Si pater eorum mortuus ſit, aut emancipatus, tunc enim nepotes ſui heredes ſunt, *l. hereditas, §. 1. D. de teſtam. tut.* ALEAND.

16. *Delegaverint*] Non improprie delegare tutores Anianus dixit. Sane *delegare* eſt *alium pro ſe ſubſtituere*, quod facit pater, qui dat tutorem ſe decedente: utique enim & tutela poteſtas eſt. Præterea a *legandi* verbo hoc deducitur, quo omnis teſtatoris ordinatio ſignificatur, ut heredis inſtitutio, legatorum, & libertatium datio. tutoris quoque conſtitutio, *l. verbis, 120. D. de verb. ſign.* Fuit lex duodecim; VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA, TVTELAQVE SVAE REI, ITA IVS ESTO. *Ulpian. in fragm. tit. 11. l. ſæpe, 13. D. de verb. ſign.* IDEM.

17. *Tunc inquiſitione judicis pupillis tutores dantur*] Olim quidem ſi neque teſtamentarius, neque legitimus, aut, qui ſub illis comprehenduntur, confirmandus & fiduciarius tutor erat, tutor ex lege Attilia in Urbe a Prætore, & majore parte Tribunorum; in provinciis vero a Præſidibus ex lege Julia & Titia dabatur. *Ulp. in fragm. tit. 11. & pr. Inſt. de Attil. tut.* De cujuſmodi tutoribus loquitur Livius *lib. XXXIX. Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a Tribunis & Prætore petito, cum teſtamentum faceret unum Ebutium inſtituerent heredem.* Deinde Conſules pupillis utriuſque ſexus tutores ex inquiſitione dare cœperunt; quod a Claudio Cæſare primum conſtitutum, tradit Suetonius in ejus vita: *Sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores a COSS. darentur.* Apud Plinium *lib. IX. Epiſt. 13.* Cornutus inquit, *datum ſe a Conſulibus tutorem Helvidii filiæ, petentibus matre ejus & avitrico.* Poſtea rurſus eam Prætoris curam eſſe voluit Marcus Antoninus, qui, referente Julio Capitolino, *Prætorem tutelarem primus fecit, cum ante tutores a COSS. poſcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur.* De cujus officio libros ſingulares olim conſignarunt Ulpianus & Paulus, ut ex Indice Pandectarum libris præfixo liquet. Poſtremo vero receptum, ut Romæ Præfectus Urbis, vel Prætor ſecundum jurisdictionem ſuam, in provinciis autem Præſides ex inquiſitione, vel Magiſtratus municipales juſſu Præſidum, ſi pupilli facultates non forent magnæ, tutores darent. Juſtinianus & hoc ex parte in provinciis mutavit, ſcilicet, ut Magiſtratibus, ſi pupilli facultates quingentos ſolidos aureos non excedant, una cum

civitatis Episcopo, tutores creare liceat, non exspectato Prætidum jussu. *l. 30. C. de Episc. aud.* Notandum vero obiter tutoris dationem non ex eorum genere esse, quæ magistratibus jure magistratus, & vi suæ jurisdictionis competunt, sed ex eorum, quæ ex speciali vel legis, vel Principis concessione, iis demum permittuntur. *l. 6. §. 2. D. de tutel.* OISEL.

18. *Inquisitione judicis*] Nullo existente tutore, aut testamentario, aut legitimo, aut fiduciario, tunc tutor pupillo datur ex inquisitione, in Urbe a Prætore Urbano, & majori parte Tribunorum plebis ex lege Attilia, in provinciis a Præsidibus provinciarum ex lege Julia & Titia, *Ulpian. in fragment. tit. 11. Justinian. in Instit. tit. de Attil. tut.* hæc tamen Justinianus postea mutavit. ALEAND.

TITVLVS VIII.

[1] *De Curationibus.*

[2] Peractis [3] pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores [4] ratio minorum [5] incipit pertinere. [6] Sub curatore sunt minores ætate,

1. *De Curationibus*] Ita editiones Cujacianæ, Lugd. CIↃ IↃ L X V I, Genev. CIↃ IↃ L X X X V I. Paris. CIↃIↃLXXXVI. nec aliter Aleander: atque etiam ita hic titulus conceptus est in editione Institutionum Justiniani a Cujacio curata, qui testatur, ita scriptum esse in melioribus libris veteribus: & sic Theophilus scribit, ἄπωμεν περὶ τῆς κυρατιώνος, *dicamus de curatione*: in cujus quoque editione optima, quæ est Fabroti, titulus est περὶ κυρατορίων, *De Curationibus*. Sichardus quoque in margine habet *curatione*: atque ita etiam in libris quibusdam inveniisse videtur. De curatoribus vero quæ dixerat Cajus, in paucissima contraxit Anianus. De iisdem agit Ulpianus *tit. 12.* SCHVLTING.

2. *Peractis pupillaribus annis*] Quod ex Proculi sententia fit, ut supra diximus, cum de legitima ætate eorum, qui nuptias contrahere possunt, agebamus, in masculis anno XIV. completo, in fœminis vero XII. Macrobius *lib. 1. in Som. Scip. cap. 6. Post annos bis septem*, inquit, *ipsa ætatis necessitate pubescit, tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis, & purgatis fœminarum. Ideo & tutela puerili quasi virile jam robur absolvitur, de qua tamen fœmina, propter veterum festinationem; maturius biennio liberatur.* Hinc Seneca *Consolat. ad Marciam cap. 24. Pupillus relictus sub tutorum cura usque ad decimum quartum annum fuit. Add. Ulpian. fragm. tit. 11. in fin. pr. Inst. Quib. mod. tut. fin. l. ult. C. quand. tut. vel cur. esse desinant.* OISEL.

3. *Pupillaribus annis*] In masculis quatuordecim, in fœminis duodecim. *vid. sup. cap. 9. (vulg. tit. 4.) & lib. 2. cap. 6. (vulg. lib. 11. tit. 2.)* ALEAND.

4. *Ratio*] Per rationem Anianus intelligit rem familiarem, ejusque administrationem. Imperator dicit *negotia pr. Inst. h. t.*

5. *Incipit pertinere*] Si adolescentibus libuerit, invitis enim curatores non accipiunt, præterquam in litem, *§. 2. Inst. hoc tit.* atque hi honorarii curatores appellantur, quoniam a Prætore constituuntur, *Ulpian. in fragm. tit. 12.* ALEAND.

6. *Sub curatore sunt minores ætate*] Scilicet qui curatores habere desiderarunt, *l. 13. in fin. D. de tut. dat.* ac sibi ipsi petierunt. *l. 1. §. pen. & ult. D. qui pet. tut.* Neque enim hodie magis, quam olim adolescentes invîti curatores accipere coguntur. Illud interest, quod, cum olim ex lege Lætoria, (qua remedium adversus captiones & circumscriptiones adolescentum, quibus hæc ætas exposita est, latum, ac insuper permissum curatores dari adolescentibus, quibus vita paullo dissolutior & lascivior, quique suis rebus ob dementiam, vel ingenii & mentis imbecillitatem minus superesse possent,) non nisi expressis & magistratui probatis caussis ab iis, qui curatorem dari desiderarent, curatores solebant dari; hacque ipsa datione existimatio adolescentis lædebatur; ac ei quasi perpetua infamiæ nota inurebatur; hodie ex Constitutione D. Marci omnes adolescentes indiscriminatim honeste sine periculo famæ curatores accipere possint, nullis nimirum rationibus redditis, quam ob causam petantur; ut testatur Jul. Capitolinus in M. Antonino Philosopho, de eo ita scribens: *De curatoribus vero, cum ante non nisi ex lege Latoria, vel propter lasciviam, vel propter dementiam darentur, ita statuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.* Ex quibus verbis apparet, Antoninum Constitutione sua neminem necessitate impositâ constringere voluisse, ut curatorem etiam invitus accipere deberet; sed illud tantum cavisse, ut omnes sine discrimine adolescentes salva sua existimatione curatores accipere possint, neque necesse sit causas ullas, ob quas peterentur, allegare, quod exigebat Lex Lætoria. His dictis repugnare videtur, quod Ulpianus ait *l. 1 §. ult. D. de minor.* hodie adolescentes usque ad annum XXV. curatorum auxilio regi, neque eis ante rei suæ administrationem committi debere, quamvis rem suam bene gerentibus. Sed animadvertendum, Ulpianum loqui de eo, qui jam sponte curatorem acceperit; quo semel accepto, adolescentes ejus auxilio usque ad annum XXV. regi debent, neque potest magistratus eum, quem semel curatorem constituit, a munere suo remo-

Digitized by Google

te, [7]majores [8]everſores, [9]inſani. Hi, qui minores ſunt, [10]uſque ad viginti

removere, & minoribus jam amplius ſub cura vivere non deſiderantibus, rerum ſuarum adminiſtrationem reſtituere, *arg. l. 2 & l. 3. pr. D. eod.* quoniam ſolius Principis eſt ætatis veniam concedere, qui & ipſe non, niſi perraro atque extra ordinem, ut eſt in *d. l. 3.* minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem indulgere ſoleat. OISEL.

7. *Majores*] *Lex duodecim Tabularum*, ut ait Ulpianus, *fragm. tit. 12. furioſum itemque prodigum, cui bonis interdictum, in curatione jubet eſſe agnatorum. add. l. 1. de curat. furioſ. §. 1. Inſt. h. t.* Verba legis referuntur ab Auctore ad Herennium, & Cicerone *Tuſc. Quæſt. lib. III Si furioſus exiſtat, agnatorum gentiliumque ejus in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto.* Nec diſtinguit lex, utrum iſti minores ſint, an majores, ſolis enim furioſis pupillis ex ſententia Quinti Mucii, a Juliano etiam probata, exceptis, ceteros omnes in agnatorum curatione eſſe voluit. *l. 3. pr. D. de tut.* Poſt reſcriptum vero Divi Antonini, ex quo omnes minores curatores accipere cœperunt, minori XXV annis furioſo, non ut furioſo, ſed ut adoleſcenti curatorem dari placuit, quaſi magis ætati, quam dementiæ tantiſper conſuleretur: ſic ut ei, quem ætas curæ, vel tutelæ ſubjicit, non neceſſe ſit quaſi dementi quæri curatorem, ut loquitur Ulpianus in *d. l. 3. §. 1. D. de tut.* Et hoc eſt, quod Græci *Baſil. XLV. tit. 1. ad l. 2. §. ſimater. D. ad SC. Tertull.* tradunt: κἂν γὰρ ἄνηβος ᾖ υἱὸς μανῇ, ἀ μὲν ἔχει κηδεμόνα, μένει ὑπ' αὐτόν. εἰ δὲ μή, λαμβάνει ὡς ἄνηβος, ἢ νέος, ἢ μὴν ὡς μαινόμενος κηρατέρα, ὅπως ἂ ἔχῃ κράτος. IDEM. Lex duodecim tabularum non aliter adgnatum ad curationem furioſi aut prodigi vocavit, quam ſi illis cuſtos non eſſet: eo enim recte verba XII. tabularum, AST CVI CVSTOS NEC ESIT, quæ Feſtus habet *in v. nec.* referre videtur Vir Præclarus, Jac. Gothofredus *ad leges XII. tabb. tab. 5.* adeoque pupillo tali curator ex hac cauſa dari non potuit, cum ille cuſtodem alium habeat, vel habere ſaltem poſſit, & debeat. Minoribus quoque dementibus & laſcivientibus curatores dari juſſit lex Lætoria, teſte Capitolino *in Marc. Antonin. cap. 11.* quod tamen tantum habuiſſe locum, ſi id ipſi petiiſſent, uti in præcedentibus notavit Oiſellius, poſt Vinnium *ad §. 2. Inſt. h. t.* vix eſt veriſimile. dementes certe de eo parum fere laborabunt: & diſſoluti curatores non tantum non petent, ſed ſibi datos, quantum poſſunt, evitabunt, ſuoque more & remotis arbitris malent vivere. Poſt tamen Marci Antonini conſtitutionem talibus non, ut dementibus vel prodigis, ſed tanquam minoribus, curatores dabuntur. quod & de dementibus reſcripſit Antoninus, Ulpiano teſte, *l. 3. §. 1. D. de Curat.* is vero Ulpiano non eſt Marcus Antoninus, ſed Antoninus Caracalla, ſub quo pleraque ſcripſit Ulpianus, & de quo aliquid dicemus ad Ulpianum *tit. 17.* qui etiam Ulpianus *tit. 12.* diſtinctius exponit, quibuſnam lex XII. tabularum dederit curatorem, quibus vero illos dederit Prætor. Illic & de origine hujus juris videbimus. SCHULTING.

7. * *Majores everſores*] Everſores vocat prodigos. Hi vero aut majores ſunt, aut minores XXV. annis, curatorem accipiunt vel inviti: nam aliquis eligendus eſt, qui eos conſilio regat, & bona adminiſtret; nam prodigo per Prætorem bonis interdicitur: cujus rei ea formula eſt, QVANDO TV TVA BONA PATERNA, AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB EAM REM TIBI EA RE, COMMERCIOQVE INTERDICO. quam habet Paulus *Sentent. lib. III. tit. 4.* Atque ob eam cauſſam filius quoque patri prodigo curator eſſe poteſt, *l. his qui, 12. D. de tut. & curat. dat. ab his &c.* Quod ſi filius non ſit, adgnati curatores erunt ex lege XII. tabularum, qui propterea legitimi dicuntur, *Ulpian. fragm. tit. 12.* ALEAND.

8. *Everſores*] Sic appellat eos, qui vulgari nomine a noſtris prodigi vocantur, eos nempe, qui neque modum, neque finem impenſarum habent, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundunt, ut deſcribuntur ab Ulpiano *l. 1. D. de curat. furioſ.* Hinc in *l. 1. D. ſi famil. furt. fec.* ſervus dicitur *patrimonium domini everſtere*, pro diſperdere, exhaurire, ſpoliare dominum patrimonio. Sic Jul. Firmicus *Matheſ. lib III.* ait, *everſionem patrimonii facere*, quod alibi quoque dicit *patrimonii labem facere.* Eodem modo dicuntur *Everſores in l. 2. Cod. de palat. ſacrar. larg. & l. 1. C. Theod. de ſuſcept. & in l. 2. C. de jur. fiſc. Inter everſores*, qui dolo malo, cum ſint adminiſtratores, rem, pecuniamve fiſcalem dilapidant, & profundunt. Ut aliquis autem pro prodigo habeatur, oportet, ut ei bonis interdictum ſit. *Ulpian. fragm. tit. 12. l. 10. D. de curat. furio.* Unde Horat. *lib. II. Satyr. 3.*

- - - - *Interdicto huic omne adimat jus*
Prætor, & ad ſanos redeat tutela propinquos.

Quibus verbis vero per Prætorem alicui bonis interdici ſolebat, docet Paulus *lib. III. Sentent. tit. 4.* cum inquit: *Moribus per Prætorem bonis interdicitur hoc modo:* QVANDO TVA BONA PATERNA, AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB EAM REM TIBI EA RE (ſive, ut in quibuſdam legitur codd. AERE) COMMERCIOQVE INTERDICO. OISEL.

9. *Inſani*] Furioſis nominatim lex duodecim tabul. curatores ſtatuit adgnatos, quorum exemplo & prodigorum curatio inventa eſt, *l. 1. D. de curat. furio. &c.* Primo igitur ad filios patris matriſve furioſæ curatio pertinet, *d. l. 1. & l. 4. D. eod.* & quamvis generaliter curatores ad bona potius, & ad res, quam ad perſonas dentur, tamen hujuſce curatoris conſilio, & opera tueri debet non ſolum patrimonium, ſed & corpus ac ſalus furioſi, *l. 7. D. eod. tit.* nam & verbis duodecim tabularum comprehenditur, quæ ſunt: SI FVRIOSVS EXISTAT, ADGNATORVM, GENTILVM-

ginti & quinque annos completos ſub curatore ſunt. Qui vero everſores, aut inſani ſunt, "omni tempore vitæ ſuæ ſub curatore eſſe jubentur: quia ſubſtantiam ſuam rationabiliter gubernare non poſſunt.

LIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO: quæ habentur apud Ciceronem *lib. 11. de Invent. & in Rhetor. ad Herenn. lib. 1.* propterea que tutela vocatur ab Horatio *lib. 11. Serm. Sat. 3.*

- - - - Interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

At quum legitimus ille curator inhabilis ad eam rem videtur, Prætor alii dat adminiſtrationem, *l. ſæpe 13. eod. tit.* ALEAND. Quamvis hoc nomine proprie furioſi indicentur, tamen & mente captos ſub eo videtur comprehendere; cum utique ſub cura ſint; & plerumque inter ſe, quemadmodum & furor a dementia, diſtinguantur, ut *in l. 27. §. coram. D. de recept. arbitr. l. 2. D. de inoff. teſt. l. 8. §. 1. D. de tutor. & curator. dat. l. 6. D. de curat. fur. l. 25. C. de nupt. l. ult. §. 2. C. de adminiſtr. tut.* Gloſſæ veteres: *Demens*, Ἄνους, Ἄφρων. Eædem Gloſſæ: *Furioſus*, Οἰστρηλὰξ, Μανιώδης. Cicero *in Piſonem: Ego te, non vecordem*, inquit, *non furioſum, non mente captum, non tragico illo Oreſte, aut Agamemnone dementiorem putem?* OISEL.

10. *Uſque ad viginti quinque annos*] Μέχρι ὧ τὸν κε ἐνιαυτὸν ὑπερβῶσιν, ut ait Theophilus. Atque hoc adeo verum, ut & extremum momentum elapſum eſſe oporteat: nam ſi minor ultimo etiam XXV. anni die nondum exacto læſus ſit, reſtitutionem in integrum habere poteſt: tempus enim de momento in momentum ſpectatur. *l. 3. §. 3. D. de minorib.* IDEM.

11. *Omni tempore vitæ ſuæ*] Si ſemper in eo ſtatu permanſerint; alioquin tandiu erunt ambo in curatione, quandiu vel furioſus ſanitatem, vel prodigus ſanos mores receperit, *d. l. 1. de curat. furio. &c* Dantur etiam curatores ex edicto Prætoris fatuis, mutis, ſurdis, debilibus, & qui negotiis ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt, *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. D. de poſtul.* ALEAND. Si nempe in eodem ſtatu permanſerint; alioquin ſi furioſus ſanitatem, vel prodigus ſanos mores receperit, ipſo jure deſinunt eſſe in poteſtate curatorum. *l. 1. D. de curat. furioſ.* OISEL. Non ſatis conſiderate Aleander putat, ex edicto Prætoris curatores dari fatuis, mutis, ſurdis, debilibus aliiſque, eoque trahit *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. D. de poſtuland.* ubi nihil tale legitur: ſed id tantum docetur, infames non poſſe poſtulare, niſi pro ſe ac certis perſonis, quarum, videlicet, tutores vel curatores ſunt, veluti pro pupillis, furioſis, fatuis, mutis, ſimilibusque: quæ ſane ad dationem curatoris non pertinent. Quod vero attinet ad curam furioſorum & prodigorum finiendam, in furioſis ſufficere videtur, ut ad ſanam redeant mentem, idque apertum ſit: adeoque hujus compotes bonorum adminiſtrationem liberam habebunt, quibus nunquam iis interdictum eſt ſpeciali magiſtratus decreto: at in prodigis, qui ex ſermone non poſſunt dignoſci, *l. 12. §. 2. D. de tutorib. & curatorib. dat.* facileque modeſtiam & frugalitatem poſſunt ſimulare; ne dicam, quæ uni ſæpe prodigalitatis, alteri liberalitatis, ſigna videri; in his, inquam, ut ſine ſpeciali judicis decreto credamus interdictionem bonorum, omneſque, qui illam ſequuntur, effectus, qui ſane maximi ſunt, ceſſare, ratio non patitur; quæ omnino vult, bonorum interdictionem ſolenniter iis factam iterum ſpeciali & contrario decreto tolli: atque ita conſtare, illos ſanos mores recepiſſe, quos ut receperint, jus requirit, *l. 1. D. de curatorib. furioſ. & al. extr. minor. dand.* ut ita, quo modo res hæc inducta eſt, eodem modo ceſſet; nec privati ſibi adrogent judicium ejus, quod magiſtratui debetur, cujuſque effectus ad multos pertinere debebit. SCHULTING.

FINIS LIBRI PRIMI.

CAJI

CAJI INSTITVTIONVM

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De Rebus.

Cajus ſuperiori [2] commentario de jure perſonarum aliqua diſputavit. nunc in hoc commentario de [3] rebus [4] iterum tractat.

§. 1. Omnes itaque res [5] aut noſtri juris ſunt, aut divini, aut publici.

[a] *Summa rerum diviſio in duos articulos deducitur: nam aliæ ſunt divini ju-*

Noſtri

1. *LIBER SECVNDVS*] Sichard. *Liber poſterior de Rebus:* & poſt verbum *tractat* titulum exhibet, *de Rerum diviſione.* In edit. Lugd. CIↃIↃLXVI. Pariſ. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. tituhs hic tantum novus eſt, *de Rebus*, non etiam novus liber: adeoque unicus tantum liber harum Inſtitutionum titulis conſtare octodecim, vel, uti habet Genev. novendecim. Sed cum Anianus aperte librum novum hic incepiſſe indicet, non dubitavi, exemplo Sichardi, D. Gothofredi, Pacii, Aleandri & Oiſelii novum hic incipere librum: atque etiam in citandis his Inſtitutionibus paſſim Viri Docti id ſequuntur. Titulum vero ab Aniano relictum retinui, quem [illegible] mutavit Aleander ſcribendo, *De Rerum diviſione, & qualitate.* SCHVLTING.

2. *Commentario*] Commentarii quoque dicebantur libri Inſtitutionum Caji, ut etiam apparet ex præfatione Juſtiniani in ſuas Inſtitutiones & Boetio *in Topic. Tullianis.* ALEAND.

3. *De Rebus*] Rei appellatione, quæ alias generalis eſt, ut & perſonas & actiones contineat, quemadmodum illo verſu Leg. XII. Tabul. VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO, ubi latiſſimam poteſtatem habere dicitur, *l. 120. D. de V. S.* ſimiliter in *l. 1. D. ad leg. Falcid.* hic cetera omnia deſignantur, ſive ea extra patrimonium noſtrum, ſive in patrimonio noſtro ſint; & cum corporea, tum incorporea, contractus, obligationes, jura & cauſæ comprehenduntur *l. 23. l. 49. D. de V. S. l. 32. D. de acqu. rer. dom.* OISEL. Etſi verba ipſa XII. tabularum talia fuiſſent, qualia proponuntur in *l. 120. D. de verbor. ſignificat.* non video tamen, quo pacto per rem cujuſque, de qua diſponere poteſt, aliud intelligi queat, quam patrimonium resque, quæ in eo ſunt: quis enim de ſatu ſuo, iiſque, quæ perſonæ cohærent, in teſtamento poteſt diſponere? Intereunt hæc morte. De actionibus quoque non alia ratione quis poteſt diſponere, quam quatenus conſiderantur tamquam jura, quæ in patrimonio ſunt. Ceterum verba XII tabularum non ab omnibus eodem referuntur modo: & quidem illud *rei* alii non adgnoſcunt, uti Paulus *l. 53. pr. D. de verb. ſignif.* de quo aliquid erit dicendum ad Ulpianum *tit. 11. §. 14.* ubi verba hujus legis quoque exhibentur. SCHVLTING.

4. *Iterum*] Non eſt denuo, ſed τὸ δεύτερον, *ſecundo loco*: duplici enim ſignificatione accipitur, *l. 7. §. hæc vox, D. de edend.* at poſitum videtur minus proprie, tunc enim utimur, cum dicimus *primo, iterum, tertio.* ALEAND.

a. *Summa rerum diviſio &c.*] Poſtquam primo libro abunde tractavit de perſonis, earumque ſtatu, & qualitate, hoc libro ad res accedit, earumque adquiſitiones. Sumtum eſt autem hoc fragmentum ex *l. 1. D. hoc tit. Summa*, Prima, maxima, ut etiam *libro 1.* dixit, *Summa itaque de jure perſonarum diviſio &c.* IDEM.

5. *Aut noſtri juris ſunt &c.*] Aliam diviſionem rerum confinxit Anianus: quum tamen illa Caji generalior, & melior ſit. Hic autem, utpote Chriſtianus, neque muros, portaſque civitatis divini juris eſſe dicit, neque religioſi loci mentionem habet: nam hodie locus, ubi quis humatus eſt (niſi in Eccleſia ſit, aut intra porticum, & mœnia Eccleſiæ) divini juris non eſt. IDEM. Res privatas intelligit; & nimis generaliter accipit Gothofredus in notis, dum *res noſtri juris* hic interpretatur, *quæ & humani juris dicuntur* a Gajo noſtro in fragmento hujus libri, *l. 1. D. de rer. diviſ.* Humani enim juris etiam res publicæ dicuntur,

Digitized by Google

Noſtri juris ſunt, quæ [6] in proprietate noſtra eſſe noſcuntur. Divini juris ſunt, *aliæ humani. Divini juris ſunt, velut* [b] *res ſacrae, &* [c] *religioſae.* [d] *Sanctis*

quas Anianus in hac rerum diviſione diſcernit ab iſtis, quæ noſtri juris ſunt. Eodem modo Cornelius Nepos *in Themiſtocle*, ubi de Athenienſibus muros urbis ſuæ exſtruentibus loquitur, qui *neque ulli loco parcerent, ſive ſacer, ſive privatus eſſet, ſive publicus.* Sic enim hic locus in duobus optimæ notæ Mſs. Codd. quorum uſus mihi ab humaniſſimo, ac paternarum virtutum, ut digniſſimo, ſic & unico herede, Iſaaco Voſſio, conceſſus. Haud dubie autem Anianus melius feciſſet, ſi Caji, veſtigiis inſiſtens, res omnes primo in divini & humani juris, has deinde in publicas & privatas diviſiſſet. OISEL.

6. *In proprietate noſtra*] Id eſt, quæ in bonis noſtris, ſive, quod idem hoc loco valet, quæ in patrimonio noſtro ſunt. In his & jura contineri modo monuimus ex *l. 49. D. de V. S. & l. 52. De de acq. rer. dom.* Servitutes itaque cum jura ſint, & utique in bonis noſtris erunt. Et quidni ea res in bonis noſtris erit, quæ & vindicari, *§. 2. Inſtit. de act.* unde & *tit. D. ſi ſerv. vind.* & pignori dari poteſt? *l. 12. D. de pignor.* qua denique bona noſtra augeri, vel deminui dicuntur in *l. 5 §. 9. D. de op. nov. nunciat.* Neque huic repugnat *l. 1. D. de uſu & uſufr. leg.* Ubi Paulus negat uſum, vel uſumfructum itineris, actus, &c. legari poſſe, cum ſervitus ſervitutis eſſe non poterit. nec erit utile ex Senatusconſulto, quo cavetur, ut omnium, quæ in bonis ſunt, uſusfructus legari poſſit; quia, dicit, id jus neque in bonis, neque extra bona ſit. Sed loquitur JC. *h. l.* non de jure aliquo conſtituto, ſed demum conſtituendo; quod dicit in bonis teſtatoris non fuiſſe, quia id jus ſeparatum non habuerit a jure dominico, titulo ſervitutis; nec tamen extra bona, quia ſaltem cauſæ ſuæ, ſive ſundo ſuo inhæſit. Vide omnino Comment. ad *Inſt. de rer. diviſ. pr.* magni olim Præceptoris noſtri, nunc τῦ μακαρίτου Vinnii; in cujus morte quantum hæc noſtra Diva Myſtam amiſerit, ex ejus ſcriptis horum ſacrorum non ignari facile percipere poſſunt; ſed omnium optime id norunt, & dolent iſti, quibus, dum Deus fataque ſinebant, ab ejus ore pendere licuit. IDEM. In *l. 1. D. de uſu & uſufruct. legat.* quæ contra primam rerum diviſionem, quam proponit Imperator *pr. Inſt. de rer. diviſion.* cum qua coincidunt, quas hic habemus, objici ſolet, in principio non Paulus, ſed ipſe Sabinus loquitur: & docet, uſumfructum itineris, actus, viæ legari non poſſe a domino, nempe, prædii; quia ſervitus ſervitutis eſſe non poteſt: (certe non ejus, quæ ne quidem exſtitit, ut in his ſpeciebus) & ne quidem Senatusconſulto, quo omnium, quæ in bonis ſunt, uſusfructus legari poteſt, confirmari; quia id jus, ſive illud iter, actus, via, neque in bonis, neque extra bona ſit: verum inde recte quoque colligetur, id neque in rerum natura eſſe: adeoque nihil inde contra hanc diviſionem poterit inferri. Benigna tamen interpretatione illud legatum ſuſtinebitur ex ſententia Pauli, quem in verbis illis: *Sed incerti actio erit &c.* a Sabini opinione diſcedere recte notavit Vir Celeberri-

ris

mus, Gerardus Noodt *Probabil. lib. II. c. 3.* SCHULTING.

b. *Res Sacræ*] *Gallus Ælius ait, ſacrum eſſe quocumque modo, atque inſtituto civitatis conſecratum ſit, ſive ædes ſive ara, ſive ſignum, ſive locus, ſive pecunia, ſive quid aliud, quod Diis dedicatum, atque conſecratum ſit. quod autem privati ſuæ religionis cauſſa aliquid earum rerum Deo dedicent, id Pontifices Rom. non exiſtimare ſacrum. At ſi quæ ſacra privata ſuſcepta ſunt, quæ ex inſtituto Pontificum ſtato die, aut certo loco facienda ſunt, ea ſacra appellari, tanquam ſacrificium. Ille locus, ubi ea ſacra privata facienda ſunt, vix videtur ſacer eſſe.* Hæc Feſtus. Hodie quoque non ſolent Epiſcopi conſecrare templa, ſeu ſacella, quæ in privatis ædibus ſunt. Sacræ igitur res ſunt, quæ publicæ conſecratæ ſunt, non private, *l. 6. D. hoc tit.* a Pontificibus, ſive etiam ab Imperatoribus, qui Pontificiam ſumebant auctoritatem, *l. 9. D. hoc tit.* Ideo tam ipſi conſulebantur, quam collegium Pontificum: ut Plinius fecit *lib. X. epiſt. 73.* quam auctoritatem deſierunt ſumere Imperatores, qui Chriſtiani effecti ſunt, ut ex marmoribus inſcriptis, & numiſmatibus videre eſt. Quæ igitur facta ſacra ſunt, non facile ſacra eſſe deſinunt, quare diruta æde ſacra locus ſacer manet, *d. l. 6. l. ædes, 73. D. de contrab. emt.* & ita Trajanus Plinio reſpondet *lib. X. epiſt. 76.* At quum loca capta ſunt ab hoſtibus, ſacra eſſe deſinunt; ſed liberata quaſi quodam poſtliminio reverſa priſtino ſtatui reſtituuntur, *l. 36. D. de relig. & ſumt. fun.* ALEAND.

c. *Religioſæ*] Quod religioſum eſt, id & ſanctum eſſe oportet; ita enim definivit Maſſurius Sabinus: *Religioſum eſt, quod propter ſanctitatem aliquam remotum, ac ſepoſitum a nobis eſt. Verbum a relinquendo dictum, tanquam ceremonia a carendo.* ut eſt apud Agellium *lib. IV. c. 9.* & M. Tullius *lib. IV. de Repub.* ſepulturam, quæ religioſa eſt, ſanctam ſignificat his verbis, quæ apud Nonium ſunt: *Eosdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic Pontificio jure ſanctitudo ſepulturæ.* idem Philippica IX. *Sepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moveri, atque deleri poteſt, atque ut cætera extinguuntur, ſic ſepulchra ſunt ſanctiora vetuſtate.* Religioſus autem locus non publicas ceremonias requirit, ſed religioſum unusquisque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum, *d. l. 6. D. hoc tit.* nihil autem refert, liberi hominis, an ſervi corpus ſit, *l. 2. D. de relig. & ſumt. fun.* At non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus, religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt, *d. l. 2. §. Celſus.* Credo omnibus notum eſſe, jure [illegible]. tabul. non licuiſſe intra urbem humare quenquam, ut Cicero teſtatur *lib. II. de legib.* quod ab Hadriano confirmatum eſt, *l. 3. §. Divus D. de ſepulc. viol.* & ab Impp. Diocletiano & Maximiano *l. mortuorum, C. de relig. & ſumt. fun.* Id tamen abrogavit Leo Imper. *Novella conſt. 33.* ſtatuens, ut tam intra urbem, quam extra liceret ſepelire. Poſtea conſtitutum eſt, ut in atriis, porticibus, & exhe-

dris

ris sunt [7] Ecclesiæ, id est, templa Dei, vel ea patrimonia, ac substantiæ, quæ ad Ecclesiastica jura pertinent. [8] Publici juris sunt muri, [9] fo-

ris sacrarium alium sepelirentur, 13. quæst. 2. c. præcipiendum. Demum receptum, ut & intra Ecclesiam, c. nullus, eod. tit. IDEM.

6. *Sancta quoque res*] Proprie dicimus sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata; ut leges sanctæ sunt, sanctione enim quadam sunt subnixæ: quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, & si Deo non sit consecratum, *l. 9. D. hoc tit.* Quod ergo sanctum est, id non propter se aut religiosum est, aut sacrum; at quod religiosum est, & sanctum est, Macrob. *lib. III. Satur. c. 3. Sanctum est, ut idem Trebatius lib. X. Religionum refert, interdum idem, quod sacrum, idemque, quod religiosum: interdum aliud, hoc est, nec sacrum, nec religiosum.* Festus Pompejus *lib. XVII. Siquidem quod sacrum est, idem lege, aut institute majorum sanctum esse putant, ut violari ob eam pœna non possit. idem res ipsas quoque esse, quarum sit aliquid, quod ibi homini facere non liceat: quod si faciat, adversus Deorum voluntatem videatur facere.* Sancire est confirmare & adprobare: quare beatos illos viros, quos ex pio veterum instituto, post mortem colimus, non ante sanctos vocamus, quam a summi Pontificis adprobatione inter cœlites relati sunt, quod canonizare dicimus. IDEM.

7. *Veluti muri*] Si quis violaverit muros, capite punitur, si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione: nam ob eam rem & Remus occisus est, *l. 1. & l. D. hoc tit.* & non tantum urbis Romæ, sed & municipiorum sancti sunt muri, *d. l. 9. in fin. hoc tit.* quo jure & valli, & muri castrorum censentur, *l. 3. ad fin. D. de re milit.* IDEM.

8. *Et portæ*] Plutarchus *in Romuleis* parum videtur percepisse differentiam inter sacrum, & sanctum: scribit enim muros *ἱερὰς* esse, portas non item, quod per has cadavera efferantur, aliæque res impuræ. at, ut vidimus, nec muri sacri sunt, sed tantummodo sancti, ob pœnam in violatores sancitam, quod & de portis statutum est, *l. 2. & 3. D. ne quid in loc. sac. fiat.* ideo sanctæ rectæ dicuntur. IDEM.

9. *Quodammodo divini juris sunt*] Sacra Diis superis, & majoribus, religiosa Diis manibus dedicata erant. ideo ea proprie divina dicuntur. Sancta minus proprie, quoniam nullis Diis dicata erant. Sed quia civitates Deos habebant tutelares, ut tradit Tertullianus *adversus gent.* & alii, quorum custodiæ portæ & mœnia commendata fuerant, ideo divini juris quodammodo dici possunt. Stephanus, Græcus interpres, *Basilic. lib. XLVI. tit. 2.* ait, portas & mœnia ideo dici divini juris esse, quia muniunt nos, & efficiunt, ut in tuto simus. At videntur etiam dedicari consuevisse, ut apparet ex inscriptione veteri Veronæ: COLONIA AVGVSTA VERONA, NOVA GALLIENIANA, *res quoque res [e] veluti muri, [f] & portæ, [g] quodammodo divini juris sunt. Quod autem divini juris est, [h] id nullius in bonis est: id vero, quod humani juris est, plera-*

VALERIANO II. ET LVCILLO COSS. MVRI VERONENSIVM FABRICATI EX DIE III. NONARVM APRILIVM, DEDICATI PRID. NON. DECEMBRIS. &c. IDEM. Exstat hæc inscriptio apud Gruterum *p.* CLXVI. *inscr. 2.*

7. *Ecclesiæ, id est, templa Dei*] Ecclesiæ nomine proprie collegium, seu conventio hominum religionis causa intelligitur: ad hoc nomen pro templis ipsis, in quibus hæ conventiones fiunt, Christiani usurpavimus. Hinc Anianus templa Jurisconsultorum Ethnicorum in Ecclesias solet convertere. Quare & ad Pauli *Sentent. lib. V. tit. 19.* cum Paulus templa nominasset, Anianus sic ait; *Ista, quæ de templo dicta sunt, de Ecclesia loqui intelligenda sunt.* IDEM. Ita Anianus, pro quo Cajus scripserat *Res sacræ & religiosæ.* Ecclesiæ autem proprie vocabantur ædes Deo consecratæ, in quas Christiani conveniebant ad unanimiter Deum precandum. Zosimus *lib. V.* Ἐκκλησία τῶν χριστιανῶν. Germanus Archiepiscopus C. P. *in Historia Ecclesiastica.* Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς θεοῦ, τέμενος ἅγιον, εἰς ὃν προσευχῆς. Ita vero hæ ædes dictæ, quia ibi συνήγετο ἡ ἐκκλησία; unde & Latinis primis Christianorum temporibus *conventicula* dicebantur, ut ex Ammiano Marcellino *lib. XXVII.* Lactantio *lib. V. c. 11.* Arnobio *lib. IV.* Orosio *lib. VII. c. 12.* aliisque notum est. Ac videntur Christiani *domos suas orationum*, ut loquitur Augustinus *Epist. LXIV. ad Aurelium*, ut a Gentilium templis re differebant, ita & voce distinguere voluisse. Sic Zeno Veronensis discrimen inter Ecclesiam & templum facit, hoc Gentilibus, istam Christianis tribuens, dum *Sermone de Continentia* inquit: *Properamus itaque, ut sæpe contingit, in unum sibimet convenire diversæ religionis diem, quæ tibi Ecclesia, illi adeunda sunt templa.* Quomodo & D. Hieronymus *Epist. ad Riparium presbyterum, adversus Vigilantium*, intelligendus. *Mortua cadaveri*, inquit, *atque pollutæ præbebant excubias, ut posset multo secula Dormitantium somniare, imo eructare immundissimam crapulam. Quum Juliano persecutore sanctorum basilicas suas destruerent, aut in templa converterent.* Atque hæc de hoc satis. OISEL.

h. *Id nullius in bonis est*] Nec ullius fieri potest; ut nec profana res, quæ publici juris sit. videndus Accursius. ALEAND. Sacra tamen res profana potest fieri lege, adeoque jussu supremæ potestatis, *l. 83. §. 5. D. de verbor. obligationib.* & quo pacto res sacræ etiam considerentur ut publicæ, docet Vir summus, Hugo Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. 2. c. 2. §. 2.* SCHULTING.

9. *Publici juris sunt muri, feræ, portæ*] Imo Aniane, muri & portæ res sanctæ sunt, & potius divini juris, quam publici; ut merito iterum vapules, dum, quæ Cajus optime, ut ex ejus verbis appositis manifestum, distin-

ra, portæ, [10] theatra, [11] circus, [12] arena, [13] quæ antiqui ſancta appella-

rumque alicujus in bonis eſt: poteſt autem & nullius in bonis eſſe: nam res hereditaverunt,

diſtinxerat, temere confundis. Nec urbis Romæ tantummodo muros, verum & municipiorum ſanctos haberi Sabinum recte reſpondiſſe Caſſius refert, *l. 8. §. 3. D. de rer. div.* Et de muris quidem nulla dubitatio eſſe poteſt, quin ſancti ſint, cum muros violare capitale ſit, *l. ult. D. eod.* Cicero *de natura Deor. lib. III. Eſt mihi tecum*, inquit, *pro aris & focis certamen, & pro Deorum templis atque delubris: proque urbis muris, quos vos Pontifices ſanctos eſſe dicitis, diligentiusque urbem religione, quam mœnibus cingitis.* Eodem modo & Plutarchus *in Romulo* muros ſanctos eſſe teſtatur; ſed de portis illud negat. Quod tamen ad JC. noſtrorum auctoritatem convellendam nihil facit, cum Plutarchus ibi ex veteri jure Pontificio & Etruſcorum libris ritualibus loquatur, quo equidem portæ ſanctæ non habebantur. Sed cum portas non minus violare nefas, quam muros, optima ſane ratione & portas ſanctas noſtri dixerunt eſſe, *l. 2. D. ne quid in loco ſacr.* OISEL. Recte Oiſelius, Vinnium *ad §. 10. Inſt. de rer. diviſion.* ſecutus, Plutarchum intelligit de jure Pontificio. nec debuit Aleander *in nota ad Cajum* reprehendere Plutarchum, quaſi parum aſſecutum differentiam inter *ſacrum* & *ſanctum*. Etiam Feſtus *v. Rituales* inter muros & portas diſtinguit, dum refert, in Etruſcorum libris perſcriptum eſſe, *qua ſanctitate muri, quo jure porta.* & Cicero tale quid innuit, *de natura Deor. lib. III. cap. ult.* dum docet, Pontifices dicere, muros *ſanctos* eſſe. Hi vero plus videntur intelligere per *ſanctos*, quam Cajus; & quidem, illos eſſe ſacros: qua ratione ſancta pro ſacris paſſim uſurpari, notiſſimum eſt: & Plutarchus *in Quæſtionib. Roman. cap. 27.* ſcribit [illegible] adeoque ſanctum & ſacrum, quod de portis negat. quatenus vero jure civili utriſque proſpectum ſit, ne violentur, alia quæſtio eſt, quæ ad Juriſconſultos pertinet. Nec aliud voluit Vir Præclarus, Ulricus Huberus *Digreſſion. lib. I. c. 23. §. ult.* SCHULTING.

9. *Fora*] Varro *de L. L. lib. IV. Quo*, inquit, *conferrent ſuas controverſias, & qua vendere vellent, Forum appellarunt.* Fora Romæ plurima fuere, ut Forum boarium, olitorium, Forum Cæſaris, Forum Auguſti, Forum Nervæ, aliaque quamplurima, ſed præ cæteris foris, amplitudine & antiquitate excellebat Forum, quod *Romanum*, *Vetus*, *Magnum*, & κατ' ἐξοχὴν ſimpliciter *Forum* dicebatur. Sed de his non eſt hic dicendi locus. Videantur, cui libet, Antiquarii, qui ex profeſſo de Urbe Roma ſcripſere. OISEL.

10. *Theatra*] Hæc univerſitatis eſſe dicuntur in *l. 6. §. 1. D. de ver. diviſ. & §. 6. Inſt. eod.* Hic pro locis, in quibus eduntur ſpectacula; ac erat Theatrum ædificium in hemicycli formam exſtructum, cum ſcena ad ludos dramaticos exhibendos, a Caſſiodoro *lib. IV. Epiſt. Viſorium* Latine appellatur, quemadmodum & Amphitheatrum, quod in circuli formam, & ad ludos gladiatorios deſtinatum, idem Caſſiodorus *lib. V. Variar. epiſt. XLII. duo viſoria in unum juncta* appellat. *Cum Theatrum*, inquit, *quod eſt hemiſphærium, Græce dicatur: Amphitheatrum quaſi in unum juncta duo viſoria recte conſtat eſſe nominatum.* Tria Romæ Theatra in Veterum monumentis celebrantur, unum POMPEII, alterum MARCELLI, tertium BALBI. Quorum primum ſitum fuit in Campo Floræ, ſecundum in Foro Montanario; tertii ſedem juxta Circum Flaminium fuiſſe autumant Antiquarii, qui conſulendi. IDEM.

11. *Circus*] A circuitu nomen accepit, *quod circum ſpectaculis ædificatus, ubi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt*, ut ait Varro *de L. L. lib. IV.* Unde & Græcis ἱππόδρομος dictus, ab equis in illo curſu agitatis. Hinc in libris noſtris mentio *equorum Circenſium* in *l. 1. D. de muner. & honor.* item *ludorum Circenſium* in *l. 122. D. de legat. 1.* Inter Circos, qui decem Romæ fuiſſe memorantur, magnitudine & antiquitate cæteris præcellebat Circus, qui *Maximus* appellatus. IDEM.

12. *Arena*] Amphitheatrum, ubi ludi committebantur ita nominatur in Ædilitio edicto *l. 1. D. de Ædil. edict. l. 4. D. de accuſat.* & aliis locis: ſic autem dictum, quia arena ſternebatur. qua de re Lipſius *de Amphith. c. 3.* ALEAND. Sic ego malim cum Gothofredo, quam quomodo Pacius edidit, *area.* Loci quidem publici appellatio, ſecundum Labeonem, & ad *areas*, & ad inſulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraque publica pertinet, ut refert Ulpianus in *l. 2. §. 3. D. Ne quid in loc. publ.* Sed illud de locis publicis accipiendum, ad quæ interdictum iſtud pertinet, quod, cum in eadem *l. 2. §. 9.* non competere ei dicatur, qui in campo publico ludere, vel in publico balneo lavare, aut in theatro ſpectare arceatur, neque haud dubie is habebit, qui forſan in arena ludos gladiatorios ſpectare prohibeatur. Cum vero hic præcellerit *theatri*, & *circi* mentio, utique & *arenæ*, qui locus gladiatorum eſt, &, ut amphitheatrum ejusdem cum theatro naturæ, hic magis quam *areæ* conveniet. IDEM. In editione Caji ad calcem Inſtitutionum a Pacio editarum anno CIↃIↃCXXII. legitur *arenæ*; & ſic in omnibus aliis quoque, quæ mihi ad manum ſunt, invenio. SCHULTING.

13. *Quæ antiqui ſancta appellaverunt*] Hæc particula, *quæ*, inquit Gothofredus *in notis*, referenda eſt ad muros, fora, portas, theatra, circum & arenam. Video utique eam ad præcedentia eſſe referendam, ſed & ſimul Aniani ſtupiditatem miror, qui hæc omnia ſancta antiquis appellata fuiſſe dicit. Quis enim fando unquam audiverit fora, theatra, circum, vel arenam inter res ſanctas referri? Cajus muros & portas ſanctarum rerum nomine, & illud optime factum, complexus fuerat; Anianus auctuarii loco & fora, & theatra, & circum, & arenam addit. Hi ſunt unciones Gothici. OISEL.

14. *Aut*

verunt, pro eo, quod exinde tolli aliquid, [14] aut contingi non liceret. Sed hæc omnia in nullius bonis ſunt, ideo publici juris eſſe dicuntur. Sed & res hereditariæ, antequam aliquis heres exſiſtat, [15] id eſt, quando dubitatur, utrum ſcriptus, an legitimus heres ſuccedere debeat, [16] in nullius bonis eſſe videntur.

§. 2. [17] Præterea quædam res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales ſunt, [18] quæ manu tangi poſſunt:

riæ antequam aliquis heres exſiſtat, nullius in bonis ſunt. Hæc autem res, quæ humani juris ſunt, [i] *aut publicæ ſunt, aut privatæ. Quæ publicæ ſunt,* [k] *nullius in bonis eſſe creduntur, ipſius enim* [l] *univerſitatis eſſe creduntur. Privatæ autem ſunt,* [m] *quæ ſingulorum ſunt.* L. I. D. DE DIVISION. RER. ET QVALITAT.

§. 1. [n] *Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. Cor-*

14. *Aut contingi*] Ita non loquuntur Juriſconſulti: ſed docent, non licere hæc violare. SCHULTING.

i. *Aut publica ſunt, aut privatæ*] Non videtur id propoſitum fuiſſe Cajo, ut rerum, quæ humani juris ſunt, perfectam & abſolutam, ſed tantum ut qualem qualem exhiberet diviſionem: in qua non pauca omiſſa ſunt, quæ ex Inſtitutionibus Juſtinianeis peti poſſunt. IDEM.

k. *Nullius in bonis eſſe creduntur*] Ideoque nec ſervus communis civitatis ſingulorum pro parte intelligitur, ſed univerſitatis, & ideo tam contra civem, quam pro eo poſſe ſervum civitatis torqueri, Divi Fratres reſcripſerunt. Ideo & libertus civitatis non habet neceſſe veniam edicti petere, ſi vocet in jus aliquem ex civibus, *l. 6. §. 2. D. hoc tit.* ALEAND.

l. *Univerſitatis eſſe creduntur*] Quædam etiam publica ſunt, quæ univerſitatis non ſunt, *l. quod in littore, 14. D. de adquir. rer. dom.* ut aër, mare, littus maris: ſed hæc communia dicuntur, *l. 2. D. hoc tit.* IDEM.

15. *Id eſt, quando dubitatur &c.*] Quod modo ex Cajo recte deſcripſerat Anianus, id non recte interpretatur, nimisque reſtringit: ſive enim dubitatur, quis debeat ſuccedere, ſive id conſtat, quamdiu nemo hereditatem ſuſceperit, nullius bona ſunt. SCHULT.

m. *Quæ ſingulorum ſunt*] *Privos, privaſque antiqui dicebant proſingulis: ob quam cauſſam & privata dicuntur, quæ uniuscujuſque ſunt. hinc & privilegium, &c.* Hæc Feſtus, cui Nonius duobus locis adſtipulatur, adductis teſtimoniis ex Lucillio, & Lucretio. ALEAND.

16. *In nullius bonis eſſe videntur*] Hereditariæ tamen res vi & effectu juris privatæ ſunt; nam hereditatis jacentis eſſe finguntur, quæ tantiſper perſonæ, defuncti nimirum, vicem ſuſtinet, *l. 34. l. 61. D. de acq. rer. dom. l. 31. D. de hered. inſt.* Hereditatem jacentem dixi defuncti perſonam repræſentare, nam ſi ut adita conſideretur, tum heredis perſonam retro repræſentaſſe videtur. & ita capiendum, quod Pomponius dicit in *l. 24. D. de novat.* hereditatem interim ſuſtinere perſonam heredis. OISEL.

17. *Quædam res corporales ſunt*] Hanc rerum in corporales & incorporales diviſionem forte juris noſtri auctores a Stoicis ſumpſere. Iſti enim, ut ſcribit Sext. Empiricus *lib. VII. adverſ. Mathemat.* τῶν ὄντων φασὶ τὰ μὲν εἶναι σώματα, τὰ δὲ ἀσώματα. Unde & Seneca *Epiſt. LVIII.* *Quod eſt*, inquit, *in has ſpecies divido, ut ſint corporalia, aut incorporalia. Nihil tertium eſt.* Sic Tertullianus, cujus aliquot exſtant fragmenta in Pandectarum corpore, ex libris Quæſtionum, & de caſtrenſi peculio collecta, *adverſus Hermogenem: Niſi fallor*, ait, *omnis res aut corporalis, aut incorporalis ſit neceſſe eſt.* IDEM. Subdit mox Tertullianus hæc. *Certe poſt corporale & incorporale nihil tertium.* Sed quod Tertullianum Juriſconſultum eumdem eſſe Oiſelius poſt alios putat cum Scriptore Eccleſiaſtico, merito Viris quibuſdam Eruditiſſimis diſplicuit, ut & noviſſime Æg. Menagio *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 12.* Ceterum longe alio ordine in ſcribendo uſus eſt Tribonianus in Inſtitutionibus, ac Cajus, vel ſaltem Anianus hic. Et tamen, ut credamus, Anianum diverſo ordine Epitomen confeciſſe, ac invenerat in Cajo, nihil eſt, quod nos adigat. SCHULTING.

n. *Quædam præterea*] Hanc partitionem rerum corporalium, & incorporalium Cicero *in Topic.* facit rerum, quæ ſunt, & quæ intelliguntur. ALEAND.

18. *Quæ manu tangi poſſunt*] Quæ ſenſibus externis, viſu ſcilicet & tactu, percipi poſſunt; ſive, ut ait Theophilus, ἃ τῇ ἁφῇ τῇ θίγει ὑποπίπτει, quæ ſub tactum, oculoſque recidunt. Seneca *Epiſt. CVI.* *Numquid eſt dubium*, inquit, *an id, quo quid tangi poteſt, corpus ſit?* Tangere enim & tangi niſi corpus nulla poteſt res, *ut ait Lucretius*, Cicero *lib. III. Top.* *Eſſe ea dico, quæ cerni, tangive poſſunt, ut fundum, ædes, parietem, ſtillicidium, mancipium, pecudes, ſuppellectilem, penus, & id genus cetera.* Lactant. *Divinar. Inſt. lib. VII. c. 12.* *Solidum & comprehenſibile corpus eſt, & oculis, & manu videtur, & tangitur.* Adde Tertull. *de Anima, c. 11.* Servium *in VI. Æneid.* Chryſoſtom. *in Joan. Hom. XXV.* Auguſtinum *de C. D. lib. VIII. cap. 6.* OISEL. Locus Ciceronis Oiſelio laudatus exſtat *in Topic. c. 5.* quem exponit Boethius *in. Topic. Ciceron. lib. III.* Simili modo alium deinceps locum allegat idem Oiſelius.

19. *Aurum, argentum*] Non tantum factum & in-

fectum

Digitized by Google

possunt: velut ager, mancipium, vestis,[19] aurum, argentum, & his similia. Incorporales sunt,[20] quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ non in corpore, sed[21] in jure consistunt,[22] sicut est hereditas, & obligationes[23] diversis contractibus scriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diversi con-

porales hæ sunt,[o] *quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in jure consistunt,*[p] *sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet,*[q] *quod in hereditate res corporales* tractus

fectum, verum etiam signatum. unde expressis verbis & pecunia a Justiniano in *Inst.* & a Cajo nostro inter res corporales numeratur. Et nummi æque ac cætera corpora vindicari possunt, *l. 14. D. de reb. cred. §. ult. Inst. quib. al. lic.* Quando vero, ut sit nonnunquam, nummi opponantur corpori, ut in *l. 46. D. de cond. indeb. l. 5. pr. D. de impens. in res dotal. l. ult. D. de adim. legat.* tunc non omne corpus simpliciter, sed certum intelligendum, *l. 68. D. ad SC. Trebell. l. 10. D. de acceptilat.* in quo nihil præter corpus in considerationem venit. OISEL.

19. *Quæ tangi possunt*] Aristoteles *IV. Physic.* tradit, Philosophos fere omnes existimasse, corpus esse, quidquid tangi potest. unde Lucretius *libro primo*:

Tangere enim, & tangi, nisi corpus, nulla potest res.

ALEAND.

20. *Quæ tangi non possunt*] Theophilus: Κεφάλαιον δὲ ἴσθι ὃ τῷ μόνῳ γνωρίζεται, ὅτε δὲ ἁφῇ ὅτε θέᾳ ὑπόκειται. Ita Quintilianus *Inst. Orat. lib. V. c. 10.* ait: *Jus, quod sit incorporale, apprehendi manu non potest.* Et Cicero superioribus ex *lib. III. Top.* relatis, continuo annectit: *Non efferar sus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen atque intelligi possunt: ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si adgnationem definias, quarum rerum nullum subest quasi corpus.* Quanquam, quæ hoc loco a Cicerone recensentur, non sint proprie hujus loci, in quo agitur de iis rebus, quæ acquiri possunt, quæque patrimonium nostrum augent. OISEL.

21. *In jure consistunt*] Res incorporales dicuntur in jure consistere, quia a jure quodammodo existentiam suam, hoc est, certam ac definitam formam acceperunt. Non quod quasi extra juris considerationem, & per se non subsistant, sed quod non eo modo, & forma, quemadmodum in jure considerantur. IDEM. Cicero *in Topic. cap. 5.* res has dicit intelligi, negat vero esse. ubi tamen ipsum ad hominum opinionem, non ad veritatem locutum esse, scribit Boethius. Quinctilianus etiam *Institut. Orator. lib. V. cap 10.* distinguit inter jus, & rem. Re vera non sunt hæ substantiæ, utpote nec extensæ, nec cogitantes; sunt tamen facultates & qualitates vere existentes, plurimosque habentes effectus, ut recte docet Vinnius *ad tit. Inst. de reb. corporalib. & incorporalib.* SCHULT.

22. *Sicut est hereditas*] Hereditas juris nomen est, *l. 119. l. 178. §. 1. l. 208 D. de V. S.* Unde Papinianus *in l. 30. D. de hered. pet.* inquit, *Hereditas, etiam sine ullo corpore, juris intellectum habet.* Et Quintilianus *Inst. Orat. lib. V. c. 10. Ut alia sit conditio heredis, alia victoris: quia ad illum jus, ad hunc res transeat.* OISEL. Hereditas aliquando notat universitatem rerum, ut cum dicitur posse dividi hereditas vel dividi: sed & denotat successionem in jus universum, quod defunctus habuit; sive jus universale, quo quis defuncto succedit, eumque repræsentat, & quod ad commoda, & quod ad onera; Theophilo *ad tit. Inst. de rebus corporalib. & incorporalib.* Δικαίῶν τι φανερὸς τρόπος ἐνιστάμενον, τῷ κατελαμβανόμενον, ὃ ποιεῖ μὴ τῆς ἁφῆς κρατεῖσθαι λόγον γινέσθαι διενόησεν. *Jus certis modis constitutum, intellectu comprehensum, quod alieni patrimonii universalem me dominum efficit:* quod jus ab ipsis rebus distinctum est: imo & absque rebus juris habet intellectum, *l. 30. D. de hereditat. petition.* SCHULTING.

23. *Diversis contractibus scriptæ*] Fortan *adscriptæ*, quidam habent, *de diversis &c.* Cajus dixit, *Obligationes quoquo modo contractæ.* ALEAND. Sich. *de diversis*, non male. Cur vero Aleander malit *adscriptæ*, causam non video. Ceterum Anianus, dum Cajum voluit exponere, mentem ejus corrupit. Nihil huc faciunt scripturæ; sed ipsum juris vinculum hic considerandum, quo tenetur debitor: & jus petendi, quod habet creditor. Nec eleganter pro obligatione in genere mox commemorat Anianus emptionem aut diversos contractus, qui quidem obligationem pariunt: ipsi tamen contractus non sunt obligationes proprie: & obligationes quoque ex delictis & aliunde oriuntur. Sæpe Anianus, quæ Cajus latiori sensit expresserat, male coangustat. SCHULTING.

p. *Sicut hereditas*] Cajus noster ita alio loco definit hereditatem: *Hereditas est successio in universum jus, quod defunctus habuit, l. nihil aliud, 24. D. de verb. sign.* Heredes enim juris universi successores sunt, *l. quoties, §. heredes, D. de hered. instit. l. 37. D. de adquir. hered.* Est ergo successio in jus, aut certe jus successionis, *l. bonorum, 208. D. de verb. sign.* & hereditatis possessio est magis juris, quam corporum possessio, *l. 3. §. hereditatis, D de bonor. possess.* nec enim minus intelligitur hereditas, & si nullum subsit corpus, *l. hereditas, 30. D. de petit. heredit.* ALEAND.

q. *Quod in hereditate res corporales*] Seneca deridet Jurisconsultorum hanc differentiam, hereditatis, & rerum hereditariarum; sic enim loquitur *lib. VI. de Benef.*

Digitized by Google

tractus res corporales in ſe habeant; jus tamen ipſius hereditatis, vel emptionis; [24] aliorumque contractuum incorporale eſt.

§. 3. [25] Incorporalia etiam ſunt [26] jura prædiorum urbanorum, vel ruſticorum. [27] Prædiorum [28] urbanorum

porales continentur: nam & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia: nam ipſum jus ſucceſſionis, & ipſum jus utendi fruendi, & ipſum jus obligationis incorpora-

jura

Benef. cap. 5. Juriſconſultorum iſta argutæ ineptiæ ſunt, qui hereditatem negant uſucapi poſſe, ſed ea, quæ in hereditate ſunt, tanquam quidquam aliud ſit hereditas, quam ea, quæ in hereditate ſunt. Recte vero negabant Juriſconſulti hereditatem poſſe uſucapi: nam ſine poſſeſſione uſucapi nihil poteſt, *l. ſine 25. D. de uſucap.* at hereditas non poſſidetur, quoniam incorporalis res eſt, *l. 3. D. de adq. poſſ. l. 43. D. de adq. rer. dom.* quod docet Accurſ. *in l. 1. D. pro hered.* ALEAND. Non credo Senecam, qui ubivis ſubtiliter ſatis ad Juriſconſultorum placita alludit, diſtinctionem inter hereditatem, & res hereditarias ignoraſſe, non magis, quam ignoravit differentiam, quæ eſt inter rem, & actionem; munus, & donationem, aliaque ſimilia, quæ ſatis diſtinguit eodem libro *de Beneficiis VI. cap. 2.* & quod in *cap. 6.* de hereditate occurrit, id proponitur tantum tamquam objectio quædam; non ex perſona Senecæ, ſed alterius: quod jam olim notavit Marcus Lyciama *Membranar. lib. III. eclog. 19.* SCHULTING.

24. *Aliorumque contractuum*] Contractus συνάλλαγμα eſt, qui parens eſt (ut ita dicam) obligationis. Quare quod Cajus ait ineſſe corpora in obligationibus, Arrianus id ad contractus adaptat, nam ſine contractibus obligationes eſſe nequeunt. Sed & ex maleficio, & variis cauſarum figuris oriuntur obligationes, *l. 1. D. de oblig. & act.* qua de re *libro tertio.* ALEAND.

25. *Incorporalia ſunt jura prædiorum*] Servitutes prædiorum etiamſi corporibus accedant, incorporales tamen ſunt, *l. 14. D. de ſerv.* Jus enim prædii eſt qualitas prædii, eodem modo ut bonitas, ſalubritas, amplitudo, non vero pars prædii, *l 86. D. de V. S. l. 4. D. ſi ſerv. vindic.* OISEL.

26. *Jura prædiorum &c.*] Servitutes aut perſonarum ſunt, ut uſus, & uſusfructus, aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum prædiorum, & urbanorum, *l. 1. D. de ſervitut.* ALEAND.

27. *Prædiorum urbanorum jura*] Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt, quæ ædificiis inhærent; ædificia enim, ubicunque ſint, urbana prædia vocantur, *l. 1.* D. *com. prad. l. 166. l. 198.* D. *de V. S.* Sic ut non tam ex loco, quam ex materia, urbanorum & ruſticorum prædiorum diſtinctio ſumpta ſit. Ac quamvis in agro ædificia ſita ſint, urbana tamen prædia erunt. Quod Græci *in Synopſ. Baſil.* exprimunt: πολιτικὰ κτήματα ἀκίνητα λέγεται, κἂν ἐν ἀγρῷ ὦσιν. Unde Columella *lib. 1. cap. 6.* Villam in tres partes dividi jubet, in *urbanam, ruſticam & fructuariam.* Urbanam vocat eam partem, in qua dominus ædificium quoddam voluptatis cauſa ſibi exſtruxit. Quale ædificium proprio nomine *prætorium* appellatur a Palladio *lib. 1. cap. 8. & d. l. 198.* D. *de V. S.* Imo quodvis ædificium in agro poſitum, quamvis ipſum præſtet ruſticum, tamen quoad jus ſervitutis, puta, altius tollendi, vel non tollendi, tigni in parietem immittendi, vel non immittendi, inter prædia urbana numerabitur. Jura enim altius tollendi, vel non tollendi, luminibus officiendi, vel non &c. urbanorum prædiorum propria ſunt, ut paſſim liquet *tot. tit.* D. *de ſerv. P. U.* Apud Neratium itaque in *l. 2.* D. *de ſerv. P. R.* ubi inquit, *Ruſticorum prædiorum ſervitutes ſunt: licere altius tollere & officere prætorio vicini;* niſi ſit librarii mendum, neceſſario dicendum, eum potius ſic loqui ſuo arbitratu, quam conſiderato juris effectu. Poſſumus enim uti prædia, ita & prædiorum jura bifariam conſiderare, vel enim ſimpliciter; & tum nihil vetat prædia loco diſtinguere, ut, quæ in urbe, urbana, quæ vero in villa fructuaria ſita ſint, ruſtica appellemus, etiamſi habitandi tantum cauſa ibi exſtructa ſint. Quæ diſtinctio locum habet, cum quæritur de jure taciti pignoris, quod domino tribuitur in invectis & illatis ab inquilino in prædium urbanum, non vero in invectis in prædium ruſticum, *l. 4. l. 7. §. 1.* D. *in quib. cauſ. pign. tac. & arg. l. 198.* D. *de V. S.* Eodem modo & ſervitutes, cum ſimpliciter quæſtio eſt, quorum prædiorum ſint, loco, uti prædia, diſtingui poſſunt. Atque ita Neratius in *d. l. 2.* ſervitutes R. P. accepiſſe videtur, quamvis valde inconſiderate inter ea jus altius tollendi, & luminibus officiendi recenſeat, quæ proprie urbanorum prædiorum ſunt. Sin vero ſervitutes vi & effectu juris, cujus exempla in *l. 1. l. 6.* D. *de ſerv. prad. urb. l. 6. l. 7. §. 1.* D. *com. prad. l. 11. §. ult. & l. 12.* D. *de pign. l. 5. §. 9. l. 14.* D. *de op. nov. nunc.* conſiderentur, tunc loci ratio nulla habetur, ſed quæ ædificiis inhærent, urbanæ, quæ puris locis, ruſticæ vocantur. OISEL. Hæc ita jam expoſuerat Vinnius *ad §. 1. Inſt. d. ſervitutib. ruſticor. & urbanor. prædior.* diſtinctius quam alii. Eodem pertinet, quod ſcribit Paulus *l. 3.* D. *de ſervitutib.* ſervitutes prædiorum conſiſtere alias in ſolo, alias in ſuperficie. & ſic dicuntur ſervitutes, quæ in ſuperficie conſiſtunt, pro urbanis *l. 20. pr.* D. *d. S. P. U.* quia illæ, ut conſtituantur, ſuperficiem requirunt, cui inhæreant, quo modo Imperator §. *1. Inſt. h. t.* dicit eas ædificiis inhærere. SCHULTING.

28. *Urbanorum*] Urbana prædia ſunt omnia ædificia, etiamſi in villa ædificata ſint, §. 2. *Inſt.*

jura ſunt, [29] ſtillicidia, [30] feneſtræ, [31] cloacæ, [32] altius erigendæ domus, *le eſt. Eodem numero ſunt & jura prædiorum urbanorum, & ruſticorum:* [33] aut

de ſervit. ruſt. & urb. prad. l. 1. D. *communi. prad.* ALEAND.

29. *Stillicidia*] Stillicidium dictum eſt, quod aqua ſtillatim cadat, ut ait Varro *lib. IV. de Ling. Lat.* Credo triplicem eſſe ſtillicidii ſervitutem, immittendi, recipiendi, non recipiendi. Immittendi ſtillicidii ſervitus eſt, veluti ſi quis ſtillicidium, quod utile erat hortis ſuis, aut ciſternæ, jure ſervitutis in vicini aream immittat. Recipiendi ſervitus eſt, veluti, ſi quis patiatur alterius ſtillicidium in ædes ſuas, aut aream cadere. Non recipiendi ſtillicidii eſt, veluti, ſi ſervitutem habeas immittendi ſtillicidii, quam ego ex conventione tibi ceſſero, quia privor ea utilitate, quam ciſterna, aut horti mei fruebantur, ſervitutem patior non recipiendi ſtillicidii: ex quo intelligitur §. 2. *Inſtit. de ſervit. ruſt. & urb. prad.* quod non percepit Theophilus. Cetera de ſtillicidio vide in *l. 19. & 20.* D. *de ſerv. urb. prad.* & alibi. IDEM. Recipiendi ſcilicet, vel non recipiendi, ut habet Juſtinianus *Inſt. de ſervit.* vel quod idem eſt, avertendi, vel non avertendi, quemadmodum Gajus noſter alibi loquitur, *l. 2.* D. *de ſerv. U. P.* Quorum illud eſt jus, quo vicinus aquam, e cœlo in tectum ſuum cadentem, in tectum, vel aream vicini derivare, vel avertere poteſt: ut vicinus eam recipere cogatur, *d. l. 2. & §. 1. Inſt. de ſerv.* Hoc vero, nempe non recipiendi, vel non avertendi ſtillicidii jus eſt, quo vicinus aquam, a vicini ædibus ſtillantem, in aream, vel tectum ſuum recipere non tenetur. Idem & in ſervitute fluminis obſervatur. Quanquam ſervitus fluminis recipiendi gravior ſit, quam ſtillicidii. Differentiam Varro *lib. IV. de L. L.* innuit: *Fluvius*, inquit, *quod fluit, item flumen: a que lege prædiorum urbanorum ſcribitur: Stillicidia, flumineque, ut ita fluant, cadantque. Inter hæc hoc intereſt, quod ſtillicidium, eo, quod ſtillatim cadat: flumen, quod fluat continue.* Stillicidium itaque eſt, cum aqua pluvia e tecto ſtillatim & guttatim cadit. Flumen vero cum aqua in alveum, vel canalem collecta, cum impetu in alienas ædes, vel aream fertur, *vid. Paul. in l. 20. §. 4. & 5.* D *de ſerv. U. P.* OISEL. Vinnium ſequitur *ad §. 2. Inſt. de ſervitutib. ruſticor. & urbanor. prædior.* qui poſteriorem ſpeciem ſtillicidii non avertendi paulo plenius exponit, & accipit de caſu, quo vicinus lege aut more illud aliter recipere debet; ut videatur ſic in utraque ſpecie agi de aqua noxia a ſe arcenda, vel non arcenda. Nolim tamen inficias ire, dari etiam poſſe jus aquæ pluviæ guttatim cadentis, quæ mihi prodeſſe poſſit excipiendæ. Sed qualis ſit futura illa ſervitus ſtillicidii immittendi, quam ponit Aleander, qua, nempe, ſtillicidium, quod mihi utile erat, jure ſervitutis in alienum immitto, vellem expoſuiſſet pluribus. Sane mihi hoc non jus videtur, ſed onus, quo re mihi utili debeo carere. Theophili de ſervitute ſtillicidii non recipiendi ſententia hæc eſt, ut illa in eo conſiſtat, quod is, qui antea jus habuit ſtillicidii immittendi, id nunc non poſſit; quam ſequuntur Viri Egregii, Jac. Cujacius, Jan. a Coſta & Fabrotus. Cum vero hic non ſit nova ſervitus, ſed res ad naturalem tantum redeat libertatem, merito illam improbabimus cum Viro Egregio, Ulr. Hubero, *Prælection. ad Inſtitut. d. t.* §. 9. SCHULT.

30. *Feneſtræ*] Ut quis patiatur feneſtram ab alio in ſuo pariete aperiri, *l. 8.* C. *de ſervit.* ALEAND. Per feneſtræ ſervitutem Cajus intelligere videtur jus, quo alicui liceat feneſtram habere, vel etiam, aperto pariete ſuo, feneſtram ponere, luminis ex area vicini excipiendi gratia, neque vicino liceat quid contra erigere in ſuo, quo minus lumen per feneſtram excipi poſſit; quod alioquin non conſtituta ſervitute ſuo jure facere poſſet, *l. 9.* D. *de ſervit. prad. urban.* Servitus itaque feneſtræ eadem erit cum ſervitute, quæ luminum appellatur; de qua Paulus in *l. 4.* D. *d. t.* ait: *Luminum ſervitute conſtituta id acquiſitum videtur, ut vicinus lumina noſtra excipiat.* Ita nimirum, ne quid contra erigat in ſuo, quo lumina præcludantur. OISEL. Feneſtræ ſervitus in jure non occurrit: & videtur hoc verbum eſſe ab Aniano, qui hanc ſpeciem inter illas ſtillicidii & cloacæ pro ſuo arbitrio poſuit. Quale vero jus intelligendum ſit, parum liquet. Verbum *feneſtræ* accipi poſſe vix videtur pro illo jure, quo licet nobis feneſtras noſtras, ſive earum opercula eas aperiendo projicere etiam ſupra alienum ſolum, cujus meminit H. Grotius *in Introduction. lib. II. cap. 13. n. 21.* quamquam & Latinis feneſtrarum appellatione veniunt illarum opercula, *l. 19.* D. *de rei vindication. l. 13. §. 7.* D. *locat. conduct.* Verum nulla talis ſervitutis in jure noſtro reperimus veſtigia. Fieri poteſt, ut hic Cajus primo fecerit mentionem luminum, pro quibus verbum *feneſtræ* poſuerit Anianus: & poſtea illius, ne luminibus officiatur; pro qua Anianus illic poſuit *luminum*, ſed illam deſcribendo ſervitutem oſtendit, re vera illam eo tendere, ne ædificando lumina obſcurentur. Ceterum *feneſtræ*, ſive *luminum* ſervitus in eo conſiſtere nequit, ut alicui in ſuo pariete liceat feneſtras facere; quod cuilibet liberum eſt jure dominii, *arg. l. 9.* D. *de S. P. U. l. 8. §. 5.* D. *ſi ſervit. vindicet.* niſi lex ſpecialis hoc prohibeat. Atque hoc caſu etiam ſervituti luminum uſum fore non negaverim, ut ſic vicinus lumina mea excipiat, ut loquitur Paulus *d. l. 4.* D. *de S. P. U.* Sed ea etiam oppoſuerit, ſi quis parieti alterius non tantum immittere lumina velit, *l. 8. C. de ſervitutib. & aqu.* ſed etiam ſi parieti communi, *l. pen.* D. *de S. P. U.* (in quo loco nihil eſt mutandum) is enim communis eſt pro diviſo, quatenus cujuſque ſolo inſiſtit, *arg. l. 83.* D. *pro ſocio.* ut proinde non obſtet regula, quod nemo in re communi aliquid poſſit facere jure ſervitutis, *l. 28.* D. *de S. P. U.* Ut vero vicino meis feneſtris, quas in meo pariete facio, officere non liceat, opus eſt alia ſervitute, luminibus non officiendi, non hac; de qua non recte diſputant cum alii, tum & Oiſelius. SCHULTING.

31 *Cloacæ*] Cloacam habere licere per vicini domum, putavit Neratius ſervitutem eſſe ruſticorum prædiorum,

[n] aut non erigendæ, [o] & luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum vero rusticorum [p] *quæ etiam servitutes vocantur.* L. 1. §. 1. D. DE DIVISION. RER. ET QVALITAT.

diorum, ut & altius tollendi, & protectum habendi, *l. 2. D. de servit. ruſt. prad.* quæ tamen intelligenda ſunt de ædificiis in villa conſtructis, quæ ruſtica eſſe prædia autumavit Neratius, *l. 4. D. in quib. cauſ. pign. &c.* Ex quo mirari licet oſcitantiam Triboniani, qui hanc opinionem in Digeſtis admiſit refragantem cæteris Jurisconſultis, ſibique ipſi, qui aliter in Juſtiniani Inſtitutionibus ſcripſit. Et credemus, nullam eſſe in libris juris *κακοσυντακτον*? Cloaca eſt locus cavus, per quem colluvies fluit, *l. 1. § 1. D. de cloac.* Romæ plurimæ erant cloacæ, & tam privatæ, quam publicæ, *d. l. 1. §. idem Labeo.* quas Caſſiodorus *Variar. L. III. epiſt. 30.* tantas fuiſſe refert, ut aliarum civitatium poſſent miracula ſuperare. mira quoque de iis refert Plinius *lib. XXXVI. c. 15.* ALEAND. Certum eſt ſervitutes memoratas deberi poſſe etiam ruſticis prædiis, & ſic dici poſſe ruſticorum prædiorum, vulgari ſenſu: quamvis inſpectis effectibus juris illæ ædificiis inhæreant, adeoque urbanæ ſint, proindeque nec ſolo non uſu amittantur, ſed requiratur ad id libertatis uſucapio, uti in urbanis juris eſt, *l. 6. D. de S.P.U.* de quo diſcrimine jam antea aliquid notavit Oiſelius ex Vinnio. SCHVLTING.

32. *Altius erigendæ domus*] Aliqua ex cauſſa eſſe poteſt, ut is, qui domum tollit, ſerviat; veluti ſi impetret vicinus, ut is altius tollat, quod antea facere in animo non habuerat: tunc enim jure ſervitutis ſemper eam altitudinem ſervare cogitur: alioquin libertas potius eſt, quam ſervitus, quum unicuique liceat in infinitum ædes ſuas tollere, *l. cum eo, 9. l. cujus, 24. D. de ſerv. urb. prad. l. Proculus, 26. D. de damn. infec. l. altius, 8. Cod. de ſervit.* In infinitum dixi, dummodo non obſtet definitio altitudinis, quæ jure ſtatuta eſt, ex lege Auguſti ad ſeptuaginta pedes, ex Trajani ad ſexaginta, qua de re Briſſonius *Select. Antiq. lib. 1. c. 1.* ALEAND. Jus altius tollendi non minus recte, quam non tollendi inter ſervitutes recenſeri e compluribus JC. locis apparet. Ita præter Gajum noſtrum hic, & in *l. 2. D. ſerv. prad. urb.* Paulus *l. 1. D. eod. & l. 7. §. 1. D. comm. prædior.* ita Neratius *l. 2. D. de ſerv. pr. ruſt.* & inſuper Juſtinianus, *§. 2. Inſt. de action.* Quibus omnibus locis jus altius tollendi, tanquam diſtinctum quid a jure altius non tollendi ſeparatur; ita ut inter ſe ſint duæ diverſæ ſpeciei ſervitutes, non vero una eademque ſervitus, quemadmodum voluit Bachovius. Et primo quidem intuitu jus altius tollendi potius libertas videtur eſſe, quam ſervitus, cum unicuique jure naturæ in ſuo quodvis facere liceat, etiam cum incommodo alterius, dummodo in alienum nihil immittat, *l 2. § 5. D. ſi. ſerv vind.* ac ita unusquisque ædes ſuas pro libitu altius tollere poſſit, etiamſi vicino incommoder, lumina ejus obſcurando, ut eſt in *l. 9. l 14. l. 24. D. de ſerv. prad. urb. l. 8. C. de ſerv. & aq.* Sed hoc quidem verum eſt, in iis locis, in quibus de ædificiorum forma & altitudine jure publico nihil cautum ſit; ſin vero alicubi lege civitatis ædificiorum altitudini certus ſit præſcriptus modus, quem ædificando excedere non liceat, quemadmodum id in pleriſque civitatibus, & ipſis etiam urbibus, Roma & Conſtantinopoli, conſtitutum erat, ut manifeſtum ex *l. 11. D. de ſerv. pr. urb. l. 1. l. pen. §. 1. C. de ædif. priv. l. 1. C. de ſerv.* & ex Tacit. *Annal. XV.* Strab. *lib. V.* Sext. Aurel. Victor. *in Epitom.* tum quidem unicuique adhuc liberum ædes ſuas uſque ad definitum modum tollere, etiam cum incommodo vicini, *l. 11. D. de ſerv. pr. urb.* At ſi quis ſupra præſcriptam altitudinem ædes ſuas extollere velit, tum, quoniam id jure publico, invito vicino, facere non liceat, a vicino jus illud altius tollendi impetrari debet, *l. pen. §. 1. C. de ædif. pr.* Quod ſi conſequatur, jam jus altius tollendi, vicino ſervitus erit, quia jam incipit pati in ſuo, quod antea pati jure publico non cogebatur. ipſi vero, qui hoc impetravit, jus impoſititium & conſtitutum a vicino, quo ei liceat ædes ſuas, etiam cum incommodo vicini altius tollere; ac proinde, ſi a vicino impediatur, quominus altius ædificet, actione confeſſoria ſervitutem vindicare poterit; hoc eſt, cum vicino agere & contendere ipſum hanc ſibi ſervitutem debere, ut cogatur altius ædificantem pati. OISEL. Plenius & copioſius hæc legi poterunt apud Vinnium *ad §. 2. Inſt. de ſervitutib. ruſticor. & urbanor. prædior. & ad §. 2. Inſt. de actionib.* unde & deſumpta ſunt. SCHVLTING.

33. *Aut non erigendæ*] Servitus, ne quis altius tollat ædes ſuas, debetur ei, qui a vicino ſuo impetraverit, ut ædibus ſuis hanc ſervitutem, ne altius tollantur, imponeret; qua conſtituta, ſi nihilominus altius tollere velit vicinus, alter jam actione confeſſoria agere poteſt, ipſi jus non eſſe altius ædes ſuas tollere, *l. 4. §. ult. D. ſi ſerv. vindic.* Hujus vero ſervitutis præcipuus finis eſt, ne quis altius ædificando vicini luminibus officiat, *l. 4. D. de ſerv. pr. urb.* quod & Cajus noſter ſignificat, addendo, *ut ita quis fabricet, ut vicina domui lumen non tollat.* quanquam in ſervitute *ne luminibus officiatur*, aliquid amplius adhuc erit, quam in illa, ne ædes altius tollantur. Quippe contra ſervitutem, *ne luminibus officiatur*, etiam eum facere dicendum, qui modo arborem poſuerit, atque ita effecerit, quo minus cœli videri poſſit, ut ait Ulpianus in *l. 17. D. de ſerv. pr. urb* cui add. *l 12. l. 15 l. 16 D. eod.* OISEL.

34. *Et luminum, ut ita quis &c.*] Fortaſſe legas; *& luminum, & ut ita quis &c* nam alia ſervitus eſt luminum, alia ne luminibus officiatur. Luminum ſervitute conſtituta id adquiſitum videtur, ut vicinus lumina noſtra excipiat. quum autem ſervitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus ſit vicino invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum, *l. 3. D. de ſerv. urb. prad.* Sed & aliæ ſunt ſervitutes urbanæ, ut itineris, ſive aditus per ædes, *l iter, 14. D. comm prad. l. 20. § ſi domo, D. de ſerv. urb. prad.* oneris ferendi *l. 32. eod.* tignum immittendi, projiciendi, protegendi *l. 1. eod. tit.*

Digitized by Google

ſticorum jura ſunt, " via, vel iter, per quod pecus, aut animalia debent ambulare,

tis. ne proſpectui officiatur, *l. 14. & 15. eod.* & hujusmodi. ALEAND. Emendationem hanc ſi admittamus, bis habebimus ſervitutem luminum, quam jam ante propoſuit Anianus ſub nomine *feneſtræ*, de quo modo diximus. Nihil ergo muto. Verba vero, *ut ita &c.* non recte alio refert Oiſelius. SCHULTING.

1. *Quæ etiam ſervitutes vocantur*] de quibus inferius *in Epitome.* ALEAND.

35. *Via, vel iter, per quod pecus*] Ignoraſſe hoc loco videtur Anianus differentiam itineris, & viæ, quam paucis exponemus. Iter ab eundo dictum eſt, actus ab agendo, via a vehendo, ut ait Varro *lib. IV. de Ling. Lat.* Iter eſt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, vel vehiculum, *l. 1. D. de ſerv. ruſt. prad. §. 1. Inſt. eod.* Sane agere eſt greges, & armenta ante ſe minare, ut poſteriores Latini dixere, non equitare, nam equo vehi poteſt, etiam qui iter habet, *l. inter, 12. D. eod. tit.* nam hoc utimur etiam geſtandi gratia, *§. ſurſum autem, Inſt. de oblig. quæ ex delict.* vehiculum vero eſt, quod a jumentis trahitur, vel fertur, nam & quibusdam vehiculis in itinere uti poſſumus, ut ſella geſtatoria, & lectica, *l. qui ſella. 7. D. eod. tit.* hæc enim ferebantur a ſervis, ut ego late docui in tractatu *de Servitut. Ruſticis.* Actus eſt jus agendi, vel jumentum, vel vehiculum, *d. l. 1. l. inter, 11. D. eod.* quo loco vehiculum intelligitur carruca, carpentum, eſſedum, rheda, petoritum, & hujusmodi; etiam ploſtrum, ſi non eo lapides trahantur, *d. l. qui ſella.* Via vero eſt jus & eundi, & agendi, & ambulandi, nam & iter, & actum in ſe continet, *d. l. 1. eod.* & lapides, tignaque trahendi, & haſtam rectam deferendi, *d. l. qui ſella.* Viæ latitudo ex lege XII. tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum ſedecim, *l. 8. eod. tit. D. de ſervit. ruſt.* Poterat tamen conſtitui vel latior, vel anguſtior, *l. 23. D. eod.* At actus latitudo non minor erat, quam quatuor pedum, teſte Varrone *lib. IV. de Ling. Lat.* Qui iter habet, agere non poteſt, qui actum habet, ire poteſt, nam actus iter continere videtur: non tamen ex proprietate ſervitutis, ſed ex tacita paciſcentium conventione, ut & Duareno viſum eſt: nam eſſe etiam poteſt, ut actus abſque itinere ſit, *l. 4. §. 1. D. ſi ſerv. vind.* Quare ſi quis, iter petens, cauſa cecideri, deinde actum petat, non ſubmovebitur exceptione rei judicatæ, *l ſi mater, 11. §. ſi quis iter, D. de except. rei jud.* Aliud juris videtur eſſe in via, nam via & iter continet, & actum, ut diximus. ALEAND.

35. * *Via vel iter, per quod pecus, aut animalia debent ambulare*] Anianus hic iterum antiquum obtinet, & poſteritatis ſecurus, in utramque aurem dormit. Quid audio? Nullane differentia inter *viam & iter*, ut ſatis ſit dixiſſe, *viam*, vel *iter* eſſe, *per quod pecus, aut animalia ambulare debent?* Credo Aniane, temetipſum inter pecora numeraſſe, cum hæc ſcriberes. Quare non eodem jure *vel actum* addis? Nam & per actum pecus, aut animalia, ut tuis elegantiis utar, debent ambulare. Sed quid cum umbra hominis colluctemur? dicamus potius quod res eſt. Iter itaque eſt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, *l. 1. l. 7. D. de ſerv. pr. ruſt. & pr. Inſt. de ſerv.* Jure tamen eundi continetur & qui lectica, aut ſella, item qui equo vehitur, *d. l. 7. l. 12. D. eod.* Equum vero ante ſe agere non licet, ſed hoc tantum ei conceſſum, qui actum habet, quod eſt jus agendi jumentum, vel vehiculum, *d. l. 1. l. 7. l. 12. D. eod.* Is tamen, qui actum habet, & eo ſine jumento uti poteſt, cum actus iter in ſe contineat, *d. l. 1. D. de ſerv. pr. urb. l. 2. D. quemad. ſerv. am. l. 58. de V. O. l. 9. §. ult. ult. D. de novat.* Convenire tamen poteſt, ut actus ſit ſine itinere, *l. 4. §. 1. D. ſi ſervit. vind.* hoc eſt, ut ei, qui actum habet, nunquam ſine jumento, vel vehiculo eo uti liceat. Quod vero Paulus dicit in *l. 1. D. de adim. legat.* actu legato iter fruſtra adimi, & rationem addit, quia nunquam actus ſine itinere eſſe poteſt, hoc intelligendum de itinere, quo neceſſario utimur in ipſo actu, cum jumentum, aut vehiculum agimus. Cæterum via eſt jus eundi, agendi, & ambulandi; nam in ſe & actum & iter via continet, *d. l. 1. D. de ſerv. prad. ruſt. Inſt. pr. de ſerv.* hoc eſt, via neque ſine itinere, neque ſine actu conſtitui, neque conſiſtere poteſt. Sed utrumque *ἐνικῶς* in ſe continet. in quo maxime ab actu differt, utpote, qui etiam ſine itinere ſeparato eſſe poteſt. Sunt & aliæ differentiæ itineris, & actus, & viæ, quas partim videre eſt apud Cujacium *Obſervat. lib. XXII. c. 35.* & paſſim apud Interpp. *ad tit.* tum *Digeſtor.* tum & *Inſt. de ſervit. ruſt.* OISEL. Iter quoque & actus ſimul conceſſa in inſcriptione apud Gruterum *p.* CCI. 3.

PER HANC
VIAM. FUNDO
C. MARCI C. L.
PHILERONIS
ITER ACTUS
DEBETUR.

Utrumque autem via ita in ſe continet, ut ſi quis iter & actum acceptum tulerit ei, a quo viam ſtipulatus eſt, perempta ſit viæ obligatio; non ſi alterutrum, *l. 13. §. 1. D. de acceptilation.* Quo pacto vero differant hæ ſervitutes, in quarum definitionibus & diſtinctione quædam carpſere cum alii, tum V. C. Æ. Menagius *Amœnitat. Jur. Civ. c. 36.* diſputant Viri Prælari, Ulr. Huberus *Digreſſion. lib. II. c. 12 13. 14. & in Eunom. ad l. 1. D. d. S. P. R.* & Corn. a Bynkershoeck *Obſervation. lib. IV. c. 7.* Sed illa cum ad Cajum non faciant, ad examen revocare hic non libet. SCHULTING.

36. *Vel ad aquam duci*] Reſpicit fortaſſe ſervitutem pecoris ad aquam adpulſus, *l. 1. §. ult. D. de ſerv. ruſt. prad. l. 1. § Trebatius, D. de aqua, quotid. & æſtiv.* ALEAND. Servitutem pecoris ad aquam appulſus intelligit, de qua & *§. 2. Inſt. de ſerv. & l. 1. §. 1. & l. 4. l. 6. D. de ſervit. pr. ruſt.* quod eſt jus adaquandi & appellendi pecora, quæ fructuum fundi cauſa habentur, ad aquam alienam. Sed quid ais, Aniane, pecorane per iter ad aquam duci poſſunt? Ego putabam iter tantum homini vel pediti, vel equiti conceſſum; ſin vero jumentum, quo nomine & hic armenta, & cætera minuta pecora, quæ alioquin gregis nomine veniunt, continentur, ante ſe agat, vel pellat, hoc non itineris, ſed

actus

bulare, [36] vel ad aquam duci, [37] & [38] aquæductus; quæ ſimiliter incorporalia ſunt. [39] Hæc jura tamen ruſticorum prædiorum Servitutes appellantur.

§. 4. [40] Item regulariter conſtitutum eſt, [41] ut ſuperpoſita inferioribus cedant:

actus jus eſſe. Quemadmodum autem qui aquæ hauſtum habet, iter quoque ad hauriendum habere videtur, *l. 3. §. ult.* D. *eod.* ita & qui pecoris ad aquam appulſum habet, actum quoque habere videtur, per quem pecus ad fontem, vel puteum appellere poſſit; ita ut conceſſo jure pecoris ad aquam appellendi, una & actus ad appellendum conceſſus videatur. OISEL.

37. *Et aquæductus*] Aquæductus eſt jus aquam ducendi per fundum alienum, *l. 2. §. 3.* D. *de ſerv. ruſt. prad.* tam inveniendam, aut quærendam, quam inventam, *l. Labeo, eod. tit.* De aquæductibus videndus Vitruvius *lib. VIII. c. 7.* & Frontinus. Sunt & ſervitutes ruſticæ, aquæ hauſtus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, *d. l. 1. §. ult. l. 2. eod.* & hujusmodi. ALEAND.

38. *Aquæductus*] Eſt jus aquam ducendi per fundum alienum, *l. 1.* D. *de ſerv. ruſt. prad. §. 2. Inſt. de ſerv.* Aquæ ducendæ modos tres recenſet Vitruvius *lib. VIII. de Architect. c. 7. Ductus aquæ*, inquit, *fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus.* Palladius *lib. IX. c. 11.* addit quartum genus, canales ligneos. *Cum ducenda eſt aqua*, inquit, *ducitur aut forma ſtructili, aut plumbeis fiſtulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis.* vid. *l. 19. D. de ſerv. urb. pr. l. 78.* D. *de contr. empt. l. 11. §. ult.* D. *com. prad. l. 38. §. ult.* D. *de act. empt. l. 17. §. 1.* D. *de aq. pluv. l. 1. §. 2.* D. *de riv.* OISEL.

39. *Hæc jura tamen &c.*] Notant in manuſcriptis ſic eſſe: *Et jura tam ruſticorum, quam urbanorum prædiorum &c.* quod probo. ALEAND. Corruptus eſt locus, & legendus, ut & aliis monitum: *Hæc jura tam ruſticorum, quam urbanorum prædiorum Servitutes appellantur.* OISEL. Sic jam emendatum in margine editionis Lugd CIↃIↃLXVI. Pariſ. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. niſi quod habent, *Et jura &c.*

40. *Item regulariter &c.*] Hic caput diſtinguere commodius exiſtimavi, titulus enim ſuperioris capitis adquiſitionem rerum non comprehendit, ſed tantum diviſionem, & qualitatem. Lapſus eſt quoque Juſtinianus, aut potius Tribonianus in Inſtitutionibus: at ibi melius certe connecti videtur, cum poſt publicas res ad ſingulorum deveniatur. ALEAND. Alexander quidem hic novum caput facit: *de Adquirendo rerum dominio*, ſed nulla, niſi propria auctoritate. Non hic quæſtio, quid melius ſit, ſed quo pacto hæc reliquerit Anianus. imo forte nec Cajus titulum hic novum poſuerat, ut nec fecit Tribonianus, a quo carpendo potuerat abſtinere Alexander. An non licebit ſub eadem rubrica plura proponere, in primis ſi & illa duo vel plura membra habet, ut fecit Tribonianus? quoties talia in libris juris occurrunt? SCHULTING.

41. *Ut ſuperpoſita inferioribus cedant*] Hanc regulam Theophilus effert, τῷ κρείττονι τῷ ἀργοτέρῳ, ἑκούσια ἐπιπόνου τοῖς ὑποκειμένοις. Sic ut omne ædificium, quamvis ex aliena materia ædificatum, ſolo cedat, *l. 7. §. 10.* D. *de acquir. rer. dom. l. 23. §. pen. & ult.* D. *de rei vind. l. 2. C. eod. l. 2.* D. *de ſuperf.* neque interſit, utrum dominus ſoli ex aliena materia ædificaverit in ſuo, ſive dominus materiæ ædificaverit in alieno ſolo, *d. l. 7. §. 11. & 12.* D. *de acq. rer. dom.* Et ita quidem dominus ſoli fit dominus ædificii. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, dominium ejus amittit: ſed, cum eam, quamdiu ædibus juncta eſt, neque vindicare, neque ad exhibendum de ea re agere poſſit propter legem XII. tabularum, quæ tignum alienum ædibus ſuis junctum eximere vetat, ipſe habet actionem de tigno juncto ad tigni æſtimationem, & quidem in duplum, *l. 7. §. 10.* D. *de acq. rer. dom. l. 1.* D. *de tign. junct. l. 23. §. pen.* D. *de rei vind. l. 6.* D. *adhibend.* Quæ actio in duplum utique & adverſus eum competit, qui bona fide junxit; nam in *d. l. 7 §. 10.* D. *de acq. rer. dom. & §. 29. Inſt. de rer. diviſ.* dicitur ea dari adverſus eum, adverſus quem nec in rem, nec ad exhibendum agi poteſt; quorum utrumque contra eſt in eo, qui male fide junxit, *d. l. 23. §. pen.* D. *de rei vind.* Hic enim convenitur, ac ſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideat, aut reſtituere poſſit, *l. 1. in fin.* D. *de tign. junct. fac. l. 98.* D. *de ſolut.* Imo & qui ſciens junxit, licet duplum, actione de tigno juncto conventus, præſtiterit, tamen diruto ædificio, adhuc extrinſecus actione in rem conveniri poteſt, *l. ult.* D. *de tign. junct. §. ult Inſt. de obl. quæ ex del. fac. l. 63.* D. *de donat. int. vir. & ux.* ſecus ac is, qui bona fide junxit, nam adverſus hunc denegatur domino materiæ vindicatio, non ſolum ſtante, ſed etiam diruto ædificio, ſi jam ante per actionem de tigno juncto duplum fuerit conſecutus, *d. l. 7. §. 10.* D. *de acq. rer. dom. d. §. 29. Inſt. d. t.* In eo vero, qui ex ſua materia in alieno ſolo ædificaverit, hoc obſervatur, ſiquidem bona fide, & ignorans ſolum alienum eſſe, in eo ædificaverit, tunc ſi in poſſeſſione ſit, placet eum impenſas ſervare poſſe per retentionem, oppoſita doli mali exceptione, ſi dominus ſoli ædificium vindicet, non oblata reſtitutione impenſarum. Atque hoc eſt, quod Gajus noſter in *d. l. §. 12.* D. *de acquir. rer. dom.* & Juſtinianus *§. 30. Inſt. de rer. diviſ.* dicunt. *Si in poſſeſſione conſtituto ædificatore ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſolvat pretium materiæ, poſſe eum per exceptionem doli mali repelli.* Si vero non poſſideat ædificator, nullam quoque actionem habet, qua pretium materiæ, aut ſumptus a ſe factos conſequi poſſit. Quippe unanimi conſenſu omnes JC. tradunt, nullo alio modo impenſas in rem alienam factas ſervari poſſe, quam per retentionem, oppoſita doli mali exceptione, ſi res a domino vindicetur. Ita Papinianus in *l. 48* D. *de rei vind.* Julianus *l. 33.* D. *de cond. indeb.* Pomponius *l. 21* D. *ad SC Trebell.* Paulus *l. 14.* D. *de dol. mal. except.* Hoc vero remedium nulli alii competere poteſt, niſi poſſidenti. Cæterum qui bona fide & ignorans ædificaverit, interim materiæ dominus manebit, & diruto ædificio eam

dant: ut, si quis in solo nostro, [42] sine nostro permissu, domum ædificaverit, [43] ad eum, cujus terra est, domus ædificata [44] pertineat: vel si aliquis [45] in agro nostro [46] arbores, aut vineas, vel plantas quaslibet posuerit, similiter [47] superficies solo cedat: [48] vel [49] si messem in campo seminaverit, omnia

eam vindicare poterit, *l. 2. C. de rei vind.* Qui vero sciens, sive mala fide in alieno solo ædificaverit, neque diruta domo materiam vindicare poterit, quia voluntate sua eam alienasse intelligatur, *d. l. 7. §. 12.* D. *de acq. rer. dom. §. 30. Instit. de rer. divis.* nisi forsan probabilis conjectura adsit, ob quam, licet sciens, non tamen animo donandi ædificasse videatur, *l. 2. C. de rei vind. arg. l. 37. D. de rei vind. l. 55. §. 1.* D. *locat.* Impensarum vero deductionem, cum tantum bonæ fidei possessori permissa, malæ fidei possessor utique non habebit, *l. 37.* D. *de rei vind. l. 45. §. 1. in fin.* D. *de act. empt. l. 5. C. de ædif. priv.* quibus add. *l. 48.* D. *de rei vind.* Sed inquies, Paulus in *l. 38.* D. *de hered. pet.* in persona prædonis etiam rationem impensarum haberi scribit; neque petitorem ex aliena jactura locupletari debere. Verum istud capiendum, ut necessarias quidem deducat, *l. 5. C. de rei vind.* utiles vero, de quibus solis hic quæritur, si ne læsione rei tollat, *d. l. 37.* D. *de rei vind. d. l. 5. C. eod.* Quas si petitor pati nolit, ut tollat, *l. 38.* D. *de rei vind.* tum ex demum quoque deducendæ, ne, quod ait Paulus, petitor ex aliena jactura lucrum faciat. OISEL. Omnia hæc desumpta sunt ex Vinnio *ad §. 29. & 30. Inst. de rer. division.* cujus scripta non raro compilavit Oiselius. Quod vero in fine habet de *l. 38.* D. *de hereditat. petition.* notent studiosi, secundum titulum accipiendam legem esse de hereditatis petitione, in qua & alibi benignius cum possessoribus agitur, quam in rei vindicatione, ad quam alia loca pertinent. SCHULTING.

42. *Sine nostro permissu*] Imo & sic jure accessionis ædificata accedent solo, etsi id permiserit dominus; nisi sit concessa superficies: quo casu jus dominio proximum superficiario competit, & in rem actio, secundum *l. 1. §. 3.* D. *de superficieb.* proprietas tamen erit domini soli. Et videtur hæc adjectio esse ab Aniano, quem & antea, quæ recte generaliter proposuerat Cajus, inepte restrinxisse notavimus. Cajus loquitur simpliciter absque distinctione in *l. 7. §. 12.* D. *de adquirend. rer. domin.* & Imperator *§. 30. Inst. h. t.* IDEM.

43. *Ad eum, cujus terra est*] Idem Cajus tradidit libro secundo Aureorum, *l. 7. §. ex diverso*, D. *hoc. tit.* ALEAND.

44 *Pertineat*] Num ergo amittet ædificator pretium materiæ, & mercedes fabrorum? distinguendum est: aut scit, qui ædificat, alienum esse solum, aut ignorat: si scit, culpæ ei objici potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod intelligeret alienum; ideo & materiam adeo amittit, ut nec diruto ædificio vindicatio ejus competat. Si vero ignorat alienum esse, nec dominus soli solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, exceptione doli mali repellitur, ut *eod. l.* docet Cajus. IDEM.

45. *In agro nostro*] Idem observatur, si nos in nostro agro alienam plantam posuerimus, *l. 7. §. ult.* D. *de acq. rer. dom. l. 26. §. 2.* D. *eod. l. 5. §. 3.* D. *de rei vind.* Sed utroque casu requiritur, ut planta radices egerit; tum enim demum ad dominum soli pertinere incipit, *d. l. 7. §. ult.* D. *d. l.* & ita quidem arboris transplantatæ, ubi coaluerit, proprietas ad soli dominum transit, ut ne quidem postea eruta, ad priorem dominum revertatur, *d. l. 26. §. 2.* D. *de acq. rer. dom.* Varus tamen & Nerva priori domino utilem in rem actionem dabant, *d. l. 5. §. 3.* D. *de rei vind.* quæ est ad pretium consequendum. Nam vindicari arbor translata & coalita non potest, *l. 9. §. 2.* D. *de dam. inf.* Cæterum ad impensas servandas eadem hic observanda, quæ modo de bonæ & malæ fidei ædificatore diximus, nam ad omnes species ea referenda, ut & notabimus infra *ad §. 6. h. t.* OISEL.

46. *Arbores, aut vineas*] Si modo radices egerint, *d. l. 7. §. ult.* ALEAND.

47. *Superficies solo cedat*] Cum in quibusdam Mss. *superficium* legatur, Cujacius olim conjiciebat legendum hoc loco *superficium*, quæ vox & reperitur in *l. 32.* D. *de jur. dot. & l. 39.* D. *de legat. 2.* ubi & in autographo Pandect. Florent. in *l. 2.* D. *de superfic.* uti habetur, *Nam si conduxit superficium ex conducto.* Quo loco tamen, nescio quam ob causam, illi, qui pandectas Florentinas typis describi curarunt, *superficiem* maluerint pro *superficium* edere. OISEL. Locus Cujacii exstat in commentariis *ad l. nunquam, 6.* D. *d. usurpationib. & usucapionib.* ex quo hæc hausit Oiselius. Addit Cujacius, in quibusdam esse *superficii*: atque ita ediditSichardus. Ceterum vellem in editionibus harum Institutionum, quæ Codici Theodosiano subjectæ sunt, & ab ipso Cujacio recensitæ, non esse omissas ejusmodi lectionum varietates. Illic in margine notatum tantum est, *alias superficium.* Verbum *superfitum* videri posset ab Aniani esse manu, pro *superpositum.* Nec damno tamen *superficium*, quæ vox occurrit quoque in Inscriptionibus Gruteri *p.* CXXXVIII. *fin. & p.* CCVIII. 3. & in Glossario Nomico. SCHULTING.

48. *Vel si messem*] *l. quæ ratione, 9.* D. *hoc tit.* ALEAND.

49. *Si messem in campo seminaverit*] Quemadmodum plantæ, quæ terræ coaluere, solo cedunt, eadem ratione frumenta in terram alienam injecta, solo cedere intelliguntur, *l. 9. pr.* D. *de acq. rer. dom. §. 32. Inst. de rer. divis.* Is tamen, qui bona fide alienum fundum suis impensis conseverit; siquidem in possessione est, per retentionem impensas a se factas servare potest, opposita doli mali exceptione, contra dominum vindicantem, *d. l. 9. §. 1.* D. *eod.* Sin vero mala fide, ne possidens quidem vel per retentionem quicquam servare potest, *l. 11. C. de rei vind.* quoniam donandi animo fundum alienum conseviisse intelligitur; quo casu domini res ab eo injectas continuo efficit, *l. 14.* D. *de donat.* Hoc est, ut Græci ibi exprimunt

Basil.

Digitized by Google

omnia hæc, quæ in terram alienam jactantur, domino terræ adquiruntur. [50] Quod & de chartis, & [51] pergamenis, si in alienis scribat, licet [52] aureis, vel argenteis litteris, similiter [53] ejus est scriptura, cujus charta, aut [54] pergamena

Basil. lib. XLVII. tit. 1. ἐπειδὴ παραχέομαι τὰ βαυθέντα ἐν τῷ ἀγρῷ διὰ τὴν γεωργίαν σπέρματα ὑπὸ δεσπότου ποιῶ τὸ κυρίου τοῦ ἀγροῦ. Ac, ut ait Interpres Anonymus, ἔοικεν γὰρ τῇ ὕδατι, εἰ δὲ μὴ κατὰ ἀκριβῆ ἐγκώμιον, πρόσκτα αὐτῷ γίνεται διὰ τῆς τοῦ δόλου παραγραφῆς. OISEL. Admodum inproprie & parum concinne hic loquitur Anianus, dum quod vocarent alii *frumenta in agro serere*, vel *sementem facere*, id vocat, *messem in campo seminare*. messis certe non seritur: & hic non ita scripsit Cajus. SCHULTING.

50. *Quod & de chartis*] Antiquissimis temporibus chartam, non ut hodie fieri solet, e panniculis conceptis & contritis, aqua maceratis ac glutine compactis, sed ex papyro, quæ planta erat Nilotica duo cubita non excedens, confici solitam, nemo paulo humanior est, qui ignorat. Dioscorides *lib. 1. c. 13.* πάπυρος, γνώριμός ἐστι πᾶσιν, ἀφ' ἧς ὁ χάρτης κατασκευάζεται. Sed de papyro abunde Theophrastus *lib. IV. Hist. Plant. cap. 19.* & Plinius *lib. XIII. Histor. Natur. cap. 11.* & hisce recentior Galenus *lib. VIII. Simplicium*. Erat itaque papyrus materies, ex qua charta fieret. Unde & Ulpianus *l. 52. §. 6. D. de legat. 3.* inquit, *Chartis legatis papyrum ad chartas paratum non contineri*. Sed & eadem βίβλος vel βύβλος dicebatur, unde & βιβλία appellata, & sic capiendus Eustathius *ad lib. III. Iliad.* ἐγένετο γὰρ κατὰ τὰ τῶν χαρτῶν σώματα ἐκ Φυτῆ, ὃ βύβλος ἐλέγετο. Nec non Lucanus *Pharsal. lib. III.*

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat.

Quomodo autem charta ex papyro confici solebat, a Plinio quidem *lib. XIII. cap. 11 & 12.* docetur, minime tamen a doctissimis etiam intellectum, antequam vir nunquam sine laude nominandus, ὁ πάνυ Salmasius, id, in consummatissimis ad Vopiscum Notis, explicasset. Qui omnino harum rerum curiosis consulendus; habet enim multa observatu dignissima, ac præclare dicta, aliisque, qui de hoc argumento tractarunt, Guilandino nempe, Dalechampio in Plinium, Salmutho in Pancirollum, ac ipsi Scaligero adversus Guilandinum, indicta. Nobis ad alia properantibus hisce diutius immorari non vacat. OISEL.

50.* *Quod & de chartis & pergamenis*] Chartæ fiebant ex papyro, pergamena membranæ erant, *d. l. quæ ratione, 9. §. 1.* sic dictæ ab urbe Pergamo, unde prius Romam latæ sunt, teste Plinio. Ideo autem distinxit, quia chartæ appellatione membranæ non continentur, *l. 52. §. quod tamen, D. de leg. 3.* Videndus Cassiodorus *Variar. lib. XI. epist. 38.* ALEAND.

51. *Pergamenis*] Membranæ dicebantur *pergamenæ* ab urbe Pergamo, ubi optimæ præparabantur. Earum vero usus antiquissimus, unde & Græcis proverbium, ἀρχαιότερα διφθέρας, itemque veteribus ad scribendum usitatissimæ. Unde apud Martialem *lib. XIV. Epigram.* Homerus, Virgilius, Livius, Cicero, Ovidii Metamorphosis in membranis, opera scilicet eorum in membranis descripta, & in unum corpus redacta. Sic in membranis descriptos fuisse sacros libros, quos Eleazar, Pontifex Judæus, misit Ptolemæo Philadelpho, manifestum ex Josephi *lib. XII. Antiq. Judaic.* ὡς δὲ περιῆλθον μετὰ χρόνον τῶν δώρων οἱ γέροντες, ἃ τῷ ξυνεδρίῳ κομίσαι ὁ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς ἔδωκε, γῆ τῶν διφθερῶν, αἷς ἐγγεγραμμένους εἶχον τοὺς νόμους χρυσοῖς γράμμασιν, ἐπερώτησιν αὐτὸς περὶ τῶν βιβλίων. Persas quoque res suorum gestas membranis inscribere solitos, prodidit Diodorus Siculus *Bibliothec. lib. II.* ex Ctesia, qui sua se hausisse dicit ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς πολιτικὰς πράξεις κατά τινα νόμον ἄχρι συντεταγμένας. OISEL.

52. *Aureis, vel argenteis litteris*] Et auro & argento scribere antiqui solebant, quando scilicet pretium operis indicare vellent. Suetonius *in Nerone*: *Pars carminum aureis literis Capitolino Jovi dicata*. Sidonius Apollin. *lib. 1 Epistol. ad Montium*: *Dignum pœma, quod apicibus perennandum auratis*. Sic Hieronymus *in Prologo in Job. Habeant*, inquit, *libros auro argentoque descriptos*. Et libri legis Judaicæ aureis descripti erant literis, ut testatur Aristæas: παρελθόντων δὲ τοὺς ἀπὸ τριακοντούτους δώρους, γῆ τοῖς διαφόροις διφθέραις, ἐν αἷς ἡ νομοθεσία γεγραμμένη χρυσογραφίᾳ τοῖς Ἰουδαϊκοῖς γράμμασι. Quod si forte huic fidem derogas, & habes apud Josephum *lib. XII. Antiq. Judaic.* in verbis modo adductis. IDEM. Capitolinus *in Maximino Juniore cap. 4 Quum Grammatico daretur, quadam parens sua libros Homericos omnes purpureos dedit, aureis literis scriptos*. Hieronymus *ad Eustach. de custod. virgin. Inficiuntur membrana colore purpureo, aurum liquefacit in litteras*. Plura dabit Vir Eruditissimus, Joh. Mabillon. *de re Diplomatic. lib. 1. cap. 10. n. 6.* & de ejusmodi liquore, quo id peractum est, ejusque confectione quædam ex libris antiquis protulit Vir itidem Eximius, Bernh. de Montfaucon, *Palæograph. Græc. lib. 1. c. 1.* SCHULTING.

53. *Ejus est scriptura, cujus charta, aut pergamenum*] Chartæ enim & membranæ instar soli sunt, cui scriptura imposita cedit. κάνταῦθα, inquit Theophilus, κατὰ μίμησιν τῆ ὕδατος, ἵνα τὰ ἐπικείμενα τοῖς ὑποκειμένοις. *add. l. 23. §. 3. D. de rei vind. l. 3. §. pen. D. ad exhib. l. 9. §. 1. D. de acq. rer. dom.* OISEL.

54. *Pergamena*] Ita Sichard. & edit. Paris. CIↃIↃLXXXVI. Sed Genev. ejusdem anni, & Lugd. CIↃIↃLXVI. *pergamenta*. Pacius *pergamentum*, Gothofredus, Aleander & Oiselius *pergamenum*. Non putavi recedendum a prima editione, quæ est Sichardi, cum *pergamenas* vulgo vocatas doceat Hieronymus *epist. ad Chromatium*, subaudito *chartas*, vel *pelles*. & auctores posteriores dixisse *pergamenum* & *pergamenam*, liquet ex Glossario Cangii. *Pergamenta* in singulari an usurpetur, dubito. SCHULTING.

Digitized by Google

mena fuerit. Quod & de tabula, hoc eſt, ſi aliquis in tabula mea picturam fecerit, obſervatur: quia ſtatutum eſt, "ut tabulæ pictura cedat.

§. 5. "Quod ſi quis ex uvis meis vinum, aut ſpicis frumentum, aut ex olivis oleum fecerit, "ejus "vinum, triticum, vel oleum eſt, "cujus ſpicæ

55. *Ut tabulæ pictura cedat*] Hic magnum eſt Aniani flagitium: prorſus enim contrarium ſcripſit Cajus, cujus ſententia ex libro ſecundo Aureorum in hæc verba apparet: *Sed non uti litteræ chartis, membranisve cedunt, ita ſolent picturæ tabulis cedere, ſed ex diverſo placuit, tabulas picturæ cedere, d. l. quæ ratione, §. 3. D. hoc tit.* Hæc autem videtur fuiſſe Proculeianorum opinio contra eam, quam habent Sabiniani, regulam ſtatuentes, neceſſe eſſe rei cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt, *l. in rem actio, 23. §. 3. D. de rei vind.* Paulus Sabinianus potius apparet, ut & ſupra indicavimus, (niſi ex ſectæ jam evanuerant) nam & libros ad Sabinum ſcripſit. Juſtinianus tamen Caji ſententiam comprobavit, ob pretium picturæ, ridiculum eſſe inquiens, picturam Apellis, vel Parrhaſii in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere, §. *ſi quis in alienæ, 34. Inſtit. de rer. diviſ.* Qua tamen ratione & ſolum ædificio cedere deberet, multo enim majoris pretii ædificii ſuperficies eſt, quam ſolum: niſi dicamus, id eſſe, quia ſtabilius ſit ſolum. Quapropter ſi quis in alieno pariete pingat, dicendum, picturam quantumvis pretioſam parieti cedere, quod non abſurde excogitavit Aretinus. ALEAND. Imperator §. *34. Inſt. de rer. diviſ.* refert inter Veteres controverſum fuiſſe, utrum tabulæ pictura, an picturæ tabula cedere deberet, aliis hoc, aliis illud ſtatuentibus: ſed ſibi, hanc controverſiam decidenti, melius viſum, ut tabulæ picturæ cederet; neque enim rationi conſentaneum, picturam, ut rem pretioſam, viliſſimæ tabulæ in acceſſionem cedere. Qua in ſententia & Cajus noſter eſt *in l. 9. §. 2. D. de acq. rer. dom.* Quid itaque? Cajusne a Cajo, hoc eſt, a ſeipſo diſſentit, ſententiam modo hanc, modo illam amplectens? Putarem vel hunc locum Aniani, vel *d. l. 9. §. 2.* Triboniani manus expertum fuiſſe. Alterutrum certe veriſimum. Neque forte longe a ſcopo aberraverit, cui poſterius magis arriſerit, Tribonianum nempe Cajum ex ſua, & Imperatoris ſententia, quæ utique rationi magis convenit, loqui feciſſe. Picturam tabulæ, eadem ratione, ut ædificium ſolo, cedere & Paulus ſtatuit, ut manifeſtum ex *l. 23. §. 3. D. de rei vindicat.* At propter dignitatem & præſtantiam artis, optima ſane ratione Imperator hoc improbavit, ac contrarium obtinere voluit. Pictor pictura tabulæ alienæ bona fide impoſita, ejus fit dominus, habetque tabulæ, cui imaginem impoſuit, directam vindicationem, etiam adverſus eum, qui tabulæ dominus fuit; pretium tamen tabulæ ſolvere tenetur, alioquin a domino poſſidente exceptione doli mali repelli poteſt, *d. l. 9. §. 2. D. d. t. d. §. 34. Inſt. d. t.* Datur & tabulæ domino utilis in rem actio adverſus pictorem, qua ita efficaciter experiri poterit, ſi picturæ impenſam exſolvat, alioquin nocebit ei doli mali exceptio, *d. l. 9. §. 2. D. d. t.* ORTEL. V. C. E. Merillius quoque ad *§. 34. Inſt. h. t.* putat verba Caji *l. 9. §. 2. D. de adquirend. rer. domin.* a Triboniano eſſe interpolata. Verum alia mens Præſtantiſſimi Cujacii, qui mavult, hunc locum ab Aniano immutatum: idque ideo probabilius, quia alioquin dicendum eſſet, totum illum verſiculum, *neque, d. l. 9. §. 2.* a Triboniani manu eſſe; cum tamen in eo nihil reperiatur, quod illam manum redoleat. Et jam olim fuiſſe, qui ita cenſerent, docet Paulus *l. 23. §. 3. D. de rei vindication.* idque ob pretium picturæ. quæ tamen ratio non videtur magni momenti, nec attenditur in purpura veſtimento intexta, *§. 26. Inſt. h. t.* Ab artis quoque favore ratio non valde concludit. Ratio illa commodior videtur, quod hic quædam ſit ſpecificatio, & quod pictura novam faciat ſpeciem, quam reddit Merillius *Obſervat. lib. VIII. cap. 28. & ad d. §. Inſt.* SCHULTING.

56. *Quod ſi quis ex uvis meis &c.*] Simpliciter hic in exemplis adductis Cajus, vel, quod veriſimilius, Anianus, Sabinianorum ſententiam ſequitur, dominum nempe materiæ, etiam ſpeciei ex ea confectæ dominum eſſe, cum tamen Cajus *lib. II. Aureorum*, mediam ſententiam adprobaverit, eorum nimirum, qui diſtinguebant, utrum ſpecies ad priorem materiam reverti poſſet, nec ne; illo caſu Sabinum & Caſſium ſequuti, ad materiæ dominum ſpeciem ex ea confectam pertinere, hoc vero, ex Nervæ & Proculi ſententia, dominum eſſe, qui ſpeciem fecit, *l. 7. §. 7. D. de acqu. rer. dom.* & hæc quoque ſententia a Juſtiniano approbata, *§. 25. Inſt. de rer. div.* Quam & amplexi fuerant Ulpianus, *l. 5. §. 1. D. de rei vind.* Calliſtratus *l. 12. §. 1.* & Paulus *l. 24. & 26. D. de acq. rer. dom.* Neque tamen domino materiæ ſua perit, ſed conſulitur ei actione in factum, qua conſequatur æſtimationem, *l. 23. §. 1. D. de rei vind.* OISEL.

57. *Ejus vinum, triticum &c.*] Vide, quid juris ſibi ſumſerit Anianus, ut etiam hoc loco Cajum faciat Sabinianum, qui tamen neque Proculeianus in hac ſpecie eſt, utpote qui mediam ſententiam amplexus ſit, exiſtimans, ſi ſpecies ad materiam reverti poſſit, verius eſſe, quod Sabinus, & Caſſius ſenſerunt: ſi non poſſit reverti, verius eſſe, quod Nervæ & Proculo placuit, *l. 7. §. cum quis*, D. *hoc tit.* quod Paulus confirmat, *l. 24. eod.* & Juſtinianus §. *cum ex aliena, 25 Inſt. de rer. diviſ.* ubi tamen, quod de frumento, & ſpicis dicitur, Cajo repugnat in *d. l. 7.* qua in re Triboniani incuria accuſanda eſt, etiam in opinione Pauli de pictura, quam non delevit, quum damnaſſet. ALEAND. Juriſconſulti noſtri hic noluerunt admittere communionem. inde abierunt in partes, cum ſane & pro domino materiæ, & pro eo, qui formam addidit, ratio

cæ, aut uvæ, aut olivæ fuerint. Si quis etiam [60] ex tabulis alienis navem, aut armarium, aut quodcumque ad usum pertinens fecerit, simili ratione ejus erunt, quæ facta fuerint, de cujus ligno facta probantur. Similiter etiam

ratio possit dari satis solida: non tamen ex ipsa natura talis, quæ uni soli rem per specificationem effectam simpliciter addiceret. Si naturam solam consideremus, siquidem res sit facta pejor, nihil causæ est, cur alius, quam qui fuit, rei evadat dominus, resque domino vero auferatur. sed in hac specie erit locus actioni de damno injuria dato. Nec, si res ejusdem pretii nunc sit, apparet naturalis & justa ratio, cur privandus sit dominio suo aliquis. imo nec si sit pretiosior reddita: verum hic simplicitati naturali convenientissimum erit, ut quatenus alius ad rem pretiosiorem reddendam contulit, catenus in ipsa re partem obtineat. Ita utrique jus obveniet, nec quis pro eo, quod ad ipsam rem contribuit, sola personali actione debebit esse contentus. Atque hoc voluit Vir Summus, H. Grotius *de Jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 8. §. 19.* cujus rationes ipso jure naturæ veræ sunt. SCHULTING.

58. *Vinum*] Vinum, uti & oleum novæ speciei sunt, quæ proprium nomen habent: neque adiid, quod fuerint, vinum nempe ad uvas, aut oleum ad olivas, reduci possunt. De vino sic Theodoretus *Dialogo 1. cap. 4.* καὶ τῆς ἀμπέλου τὸν καρπὸν σταφυλὴν ὀνομάζοντες, ὅταν ἀποθλίψωμεν, οὐ σταφυλὴν, ἀλλὰ οἶνον προσαγορεύομεν. Itaque in vino & oleo, aliisque id genus Nervæ & Proculi sententia obtinebit, ut nimirum is fuerit vini, vel olei dominus, qui ex uvis, vel olivis id fecerit. OTSEL.

59. *Cujus spica*] Bene quidem & ex ipsissima Caji sententia *l. 7. §. 7. D. de acq. rer. dom.* frumentum ex alienis spicis excussum ejus dicitur esse, cujus fuerint spicæ; spicæ enim non sunt materia, ex qua sit frumentum; sed grana spicis contenta perfectam habent suam speciem, quæ ab eo tantummodo, qui spicas excussit, detegitur. Sic ut grana, cum adhuc spicis adhæreant & obvoluta sint, æque frumentum sint, & idem nomen habeant, ac si spicis excussa forent. Recenset quidem Cajus *d. l. 7. §. 7.* frumentum inter exempla specierum, quæ ad id, quod prius fuerant, reduci non possunt, sed id ex aliorum sit sententia, quam & mox improbat, dum subjicit, quosdam recte dixisse non debere dubitari, quin alienis spicis excussum frumentum ejus sit, cujus & spicæ fuerunt. Male autem exemplo frumenti, idem in vino ex uvis, & oleo ex olivis alienis expresso, observandum scribit Rachovius; nam non eadem est olei & vini, ac frumenti ratio; hoc enim idem manet excussum, quod ante spicis obtectum fuit, unde & idem nomen retinet; vinum vero & oleum ex uvis, vel olivis expressum, omnino ut in aliam speciem, ita & in aliud nomen transeunt. IDEM.

60. *Ex alienis tabulis navem*] Juxta mediam sententiam navis ex alienis tabulis facta, cum ex eorum genere sit, quæ ad corpus, ex quo facta fuerint, reduci non possunt, ejus erit, qui eam fecerit, & ita expressis verbis est apud Paulum, *l. 26. D. de acqu. rer. dom.* Quanquam non parum obstare huic sententiæ videtur, quod Minutius respondisse fertur in *l. 61. D. de rei vind.* Sed dicendum, Minutium Sabini sententiæ accedere; unde & notatur a Juliano in *d. l. 61.* hisce verbis: *nam & proprietas totius navis carina causam sequitur*, hoc est, navis ad eum pertinet, qui carinando navem formavit, ut bene, meo judicio, observavit Connanus *Comment. lib. III. cap. 6.* Neque enim carina semper infimum navis alveum significat, sed & quandoque ponitur pro toto navis corpore, quod totum carinatum est, hoc est, pro totius navis forma, ut in *l. 24. §. ult. D. de leg. 1. arg. l. 76. D. de judic.* Huc referri potest illud Senecæ *ex Epist. LXXXVIII. Ligna nihil navi conferunt, quamvis non fiat navis sine lignis.* IDEM. Explicatio illa verborum finalium *l. 61. D. de rei vindic.* nimis est dura. Non sunt illa contraria præcedentibus verbis, quæ docent, navem ex aliena materia factam ejus esse non posse, qui fecit, adeoque arguunt ejus esse, cujus fuit materia; quæ Sabinianorum fuit sententia. Verba legis male in navis editionibus interpuncta ita exhibentur in antiquioribus. *Minicius interrogatus, si quis navem suam alienam materia refeciſſet, num nihilo magis ejusdem navis maneret, respondit manere: sed si in edificanda ea idem feciſſet, non posse. Julianus notat: nam proprietas totius navis carina causam sequitur.* Ultima vero illa verba sunt Juliani notam addentis Minicio, & causam dantis responsi de navi ex aliena materia refecta; quo pacto illa accepere Græci in Basilicis, & Azo, nec non Accursius, & Cujacius *ad Julian. d. l.* Et carina non est hic alveus navis, quod volunt Viri docti, nusquam in prosa oratione hæc vox ita sumitur: sed proprie hic accipitur, ut & in *l. 24. §. ult. D. d. legat. 1.* ubi navis quoque per partes tota est refecta, carina eadem manente. In ipso certe alveo navis reparatio vel maxime adhibetur, præcipue in parte, quæ aquis innatat: sed illa nihil officit, quamvis ex aliena materia fiat, quo minus tota navis sit ejus, cujus est carina. Ut navis tota confecta ab initio ejus fiat, cujus est carina, & illa consideretur in navi, ut fundamentum in domo, & hæc sit nonnullorum circa solas naves sententia, quod voluit A. Faber *Conjecturar. lib. VI. cap. 15.* id, inquam, præterquam quod nusquam talis opinionis alibi sit mentio, cum tamen de navi ex alienis tabulis facta sæpe agatur, eo quoque argumento premitur, quod carina in navi non sit idem, quod solum in ædificio. Est illa quidem ima pars; sed ne ædificia quidem sequuntur solum, nisi fundata in illo & infixa hæreant, adeoque aliud est in horreo mobili, *l. 60. D. de A. R. D.* & alioquin in multis rebus mobilibus, in quarum ima parte aliquid requiritur firmius paululum sustinendæ toti compagi, regula de specificatione laborabit; quod non est admittendum. SCHULTING.

etiam [61] ſi [62] ex lana, vel lino veſtimenta fecerit, ejus erunt veſtimenta, cujus lana, vel linum fuiſſe probabitur.

§. 6. [63] Sed in his omnibus ſuperius comprehenſis quicumque in terra aliena aliquid poſuerit, aut ædificaverit, aut horum, [64] quæ dicta ſunt, aliquid fecerit, illis, qui aliena præſumpſerunt, hoc competit, [65] ut expenſas, vel impendia, quæ in his fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, [66] recipere poſſint.

EX TITVLO
[67] *De in Jure Ceſſione.*

[68] *In jure autem ceſſio fit hoc modo. Apud Magiſtratum populi Romani,* [69] *vel*

61. *Si ex lana*] Veſtimentum ex alterius lana ejus fit, qui dominus eſt lanæ. Quid ſi quis alienam lanam purpura infecerit? videtur reſpondendum, quod de pictura ſenſit Cajus, ob pretium purpuræ. tamen aliud eſt, nam in pictura artificium conſideratur, quod in purpura non poteſt, in qua tantum coloris mutatio ſpectatur, *l. 26. in fin. hoc tit.* ALEAND.

62. *Ex lana, vel lino veſtimenta*] Similiter media ſententia in veſtimentis ex aliena lana, vel lino bona fide confectis, obſervanda, ut nimirum ejus ſint veſtimenta, qui ea fecerit; nam & veſtimenta ad priſtinam materiam, ex qua facta ſunt, reduci nequeunt, *d. l. 7. §. 7. D. de acq. rer. dom.* OISEL.

63. *Sed in his omnibus*] Patav. *Similiter etiam ſi his omnibus, &c.* ſequentia quoque non recte conſtant. Sed næ ille magnum ſibi negotium capeſſat, qui Gothici hominis verba, & locutiones ad amuſſim perpendat. ALEAND. Sichard. quoque ita ediderat, uti eſt in Patavina: ſed recte habet lectio vulgata, quam & optimæ editiones exhibent. SCHVLTING.

64. *Quæ dicta ſunt*] De ſpecie conficienda, ſcilicet, quam voluit adquiri domino materiæ; quæ tamen Aniani videtur eſſe ſententia, non Caji ipſius. IDEM.

65. *Ut expenſas, vel impendia, quæ in his fecerint &c.*] Clauſulam hic generalem ſubjicit Cajus, de impenſis in rem alienam factis ſervandis, de quibus & ſupra jam, cum de in alieno ſolo ædificatore agebamus, monuimus. In univerſum vero ſciendum eſt, eum, qui bona fide in alieno ſolo aut ædificaverit, aut aliquid poſuerit, aut aliquid eorum hactenus recenſitorum & id genus aliorum, fecerit, ſiquidem in harum rerum poſſeſſione ſit, tum impenſas a ſe factas per retentionem, oppoſita doli mali exceptione, adverſus dominum vindicantem, ſervare poſſe, *l. 42. D. de rei vind. l. 33. D. de cond. indeb. l. 14. D. de dol. mal. except. l. 21. D ad SC. Trebell.* Vid. quæ ſupra ad *§. 4. h. tit.* notavimus. OISEL.

66. *Recipere poſſint*] Adhibita diſtinctione ſcientiæ, & ignorantiæ, ut ſupra monuimus. ALEAND.

67. *De in Jure Ceſſione*] Huic adquirendi modo juris civilis, in jure, nempe, ceſſioni, titulum ſpecialem in ſua editione aſſignat Aleander. Et ego quoque hoc fragmentum, tamquam ex titulo *de in Jure Ceſſione* deſumptum, hic loci repræſentandum duxi, nullo tamen numero huic titulo addito. Oiſelius illud ad finem plane hujus tituli collocavit, poſt illa, quæ docent, per quas perſonas cuique adquiratur, præmiſſo fragmento de mancipatione, quod nos ad libri primi titulum ſextum retulimus cum Aleandro, rationeſque facti noſtri illic reddidimus. Nolim tamen negare, Cajum de mancipatione, de qua occaſione alia antea egerat, hic quoque nonnulla tradidiſſe, quæ interciderint cum aliis. Videtur quoque Cajus hoc ipſo in loco, vel poſt diviſionem rerum ſecundam in corporales & incorporales, vel poſt expoſitos modos adquirendi juris gentium, explicaſſe nobilem illam apud veteres rerum diviſionem, quod aliæ eſſent mancipi, aliæ nec mancipi, quarum priores modis tantum adquirendi juris civilis poterant adquiri. Anianus hæc omnia omiſit, tamquam ipſius ævo & illis moribus inuſitata. De ceſſione in jure, tam tutelæ, quam aliarum rerum, ad Ulpianum *tit. 11 & 19.* quædam dicentur. SCHVLTING.

68. *In jure autem ceſſio ſit &c.*] Habet hoc fragmentum Boetius *in III. Comm. Topic. Tullian.* ubi ait: *Ceſſio vero tali fiebat modo, ut ſecundo commentariis idem Cajus expoſuit. In jure autem, &c.* Jam vero commentarios quoque dici Inſtitutiones Caji ſupra docuimus. Quod autem hoc loco caput hoc poſui, non abs re factum eſt, ubi nimirum de naturalibus quibuſdam rerum adquiſitionibus dictum eſt, ſequitur dicendum de civilibus, quo in loco in jure ceſſio eſt. Eundemque ordinem ſequutus eſt Juſtinianus, qui in fine tituli *de uſu & habit.* ſic loquitur: *Expoſuimus ſummatim, quibus modis jure gentium res nobis adquiruntur; modo videamus, quibus modis legitimo, & civili jure adquiruntur.* Docuimus *primo libro*, quæ res eſſent mancipi, & quæ nec mancipi: docuimus, legitimum, & plenum dominium tribus modis adquiri, mancipatione ſcilicet, in jure ceſſione, uſucapione. docuimus, quæ eſſet, & qui fieret mancipatio, ſequitur, ut videamus de in jure ceſſione. In jure ceſſio eſt communis alienatio, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres perſonas, in jure cedentes, vindicantes, addicentes. In jure cedit dominus, vindicat is, cui cedit, addicit Prætor, ut ait Ulpianus *in fragm. Regul. tit. 19.* & hoc loco explicat Cajus. Non tantum autem res corporales in jure ceduntur, ſed & incorporales, veluti uſusfructus, hereditas, tutela legitima, & libertas. Uſusfructus a fructuario cedi non poteſt, niſi domino

[69] *vel apud Prætorem, vel apud Præſidem provinciæ, is, cui res in jure ceditur,* [70] *rem tenens, ita vindicat:* HUNC EGO HOMINEM EX JURE QVIRITIUM MEUM ESSE AJO. *Deinde poſtquam hic vindicaverit,* [71] *Prætor interrogat eum, qui cedit,* [72] *an contra vindicet: quo negante,* [73] *aut tacente, tunc ei, qui vindicaverit,* [74] *eam rem addicit:* [75] *idque legis actio vocatur.* EX BOETHIO LIB. III. COMMENTARIOR. IN TOPIC. CICERONIS.

EX

mino proprietatis: & ſi extraneo cedatur, id eſt ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum tranſit, ſed ad dominum proprietatis revertitur, *l. ſi uſusfructus, 66. D. de jure dot.* Hereditas antequam adeatur, a legitimo tantum in jure cedi poteſt: poſtquam adita eſt, tam a legitimo, quam a ſcripto herede. Neceſſe eſt autem, ut & ſingulæ res corporales cedantur, cui ceſſa eſt hereditas, ut latius *eod. loc.* Ulpianus exſequitur. Legitima quoque tutela in jure cedebatur, non tamen omnis, ſed tutela duntaxat fœminarum: fœminæ enim in perpetua erant tutela, ut tradit Cicero *pro Murena*, & Boetius *in Topicis*. Is autem, cui tutela in jure ceſſa erat, ceſſicius tutor dicebatur, qui ſive mortuus fuerat, ſive capite minutus, ſive alii tutela ceſſiſſet, ea ad legitimum redibat tutorem: ſi vero legitimus deceſſiſſet, aut capite minutus fuiſſet, ceſſicia quoque tutela extinguebatur. Sed demum tutela hæc penitus deleta eſt, cum lex Claudia legitimas fœminarum tutelas ſuſtulit, ut docet Ulpianus *in fragm. tit. 11.* De ceſſione libertatis diximus *libro primo.* ALEAND. Sequitur alterum fragmentum Caji a Boetio *lib. III. Top. Cicer.* nobis relictum, quod de in jure ceſſione agit. Quia Cicero eo loco dixerat, res mancipi alienari aut traditione nexu, aut in jure ceſſione; Boetius, poſtquam ex Cajo noſtro mancipationis ſolemnitatem recenſuerat, ut etiam alienationis ſpeciem illuſtraret, quæ fiebat ſolemni in jure ceſſione, ſuperioribus ex eo adductis continuo annectit: *Sui juris autem ceteræ res nec mancipi vocabantur. Eadem vero etiam in jure cedebantur. Ceſſio vero tali fiebat modo, ut ſecundo commentario idem Cajus expoſuit.* Hic jam verba Caji huc tranſlata apud Boetium ſequuntur. OISEL.

63.* *In jure autem Ceſſio*] Erat hæc ſolemnis alienationis ſpecies, & tam rerum mancipi, quam nec mancipi. Ulpianus *in fragment. tit. 19. In jure ceſſio communis alienatio eſt, & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ ſit per tres perſonas, in jure cedentes, vindicantes, addicentes. In jure cedit dominus, vindicas is, cui ceditur, addicit Prætor.* Deinde addit Ulpianus in jure etiam cedi poſſe res incorporales, veluti uſumfructum, hereditatem, tutelam legitimam, libertatem. IDEM.

69. *Vel apud Prætorem*] Sed an non Prætor eſt Magiſtratus populi Romani? mallem, *velut apud Prætorem.* SCHULTING.

70. *Rem tenens*] De hoc ritu aliquid dixi ad fragmentum de mancipatione, quod habuimus ſupra *lib. 1. tit. 6. §. 3.* IDEM.

71. *Prætor interrogat eum*] Verba, quibus Prætor peteret cedentem, an contra vindicet, hujuſmodi putat fuiſſe Contius: A. F. A. *Anne fias auctor?* ut eſt in Notis actionum apud Probum: vel ſic, A. T. D. Q. C. V. id eſt, *Anne tu dicis, qui contra vindicaveris?* Et veriſimile eſt hoc, vel ſimili formula, ut in re ſolemni uſum fuiſſe. OISEL.

72. *An contra vindicet*] Nec enim ſatis erat priſcis temporibus poſſeſſorem in rei vindicatione conteſtanda negare intentionem actoris, ſed præterea debebat contra vindicare. Hujus contra vindicationis formulam habes apud Plautum *in Rudente. Act. III. Sc. 1.* HVNC MEVM ESSE DICO. *Tr.* ET EGO ITEM AIO ESSE MEVM. Cui ſimilis illa, quam Cicero Juriſconſultorum ſcientiam inſectans, *pro Murena* profert: FVNDVS SABINVS MEVS EST: IMO MEVS. Et huc reſpicit Juſtinianus *§. 2. Inſt. de action.* cum ait: *Poſſeſſor autem ejus ſe dominum eſſe dicat.* Hoc vero poſterioribus temporibus in deſuetudinem abiit, ita, ut jure, quo nunc utimur, reus, actore non probante intentionem ſuam, abſolvatur, quamvis nihil ipſe præſtiterit, inque ſuo loco poſſeſſio maneat, *l. 4. C. de edend. l. ult. C. de rei vind. §. 4. Inſt. de interdict.* IDEM. Leges hæc quoque apud Vinnium *ad §. 1. Inſt. de actionib.*

73. *Aut tacente*] Tacens proprie neque ait, neque negat. Interdum tamen taciturnitas in alteram partem accipitur: & hic quidem tacens eſt pro negante, ut ſunt *l. 11. §. 4. & 7. D. de interrogationib. in jur. faciend.* Plura peti poſſunt ex Jac. Gothofredo *ad l. 142. D. de R. J.* SCHULTING.

74. *Eam rem addicit*] Tota Prætoris juriſdictio his tribus verbis continebatur, *Do, Dico, Addico.* Dabat judices, dabat bonorum poſſeſſionem: Dicebat jus: Addicebat bona libertatium conſervandarum cauſſa, addicebat res, & jura, quæ in jure cedebantur. ALEAND. Hoc unum eſt ex tribus verbis, quibus omne Prætoris officium continebatur, *Do, Dico, Addico.* Dat Prætor judices: Dicit jus: Addicit, ut hoc loco, in ceſſionibus. Addictionis formula, qua Prætor utebatur, hujuſmodi eſſe potuit. Q. N. H. E. H. P. E. V. A. id eſt, QVANDO NEGAS, HVNC EGO HOMINEM PRAESENTI ET VINDICANTI ADDICO. Vel ſic. Q. N. A. N. N. H. E. H. P. E. V. A. id eſt, QVANDO NEQVE AIS, NEQVE NEGAS, HVNC EGO HOMINEM PRAESENTI ET VINDICANTI ADDICO. OISEL.

75. *Idque legis actio vocatur*] Legis actiones, ſive actus legitimi ſolemnitates erant, quæ inter cives Ro-

EX TITVLO
De Usucapionibus.

[77] *Furtum non committitur: furtum enim* [78] *sine affectu furandi non committitur.*

§. 1. [79] *Fundi quoque alieni potest aliquis sine vi* [80] *nancisci possessionem, quæ vel*

manos fiebant, adhibitis quibusdam symbolis, apud Prætorem, aut quemvis magistratum majorem, qui tribunal haberet, aut saltem legis actionem: nam quidam actus legitimi tribunal non requirebant, quidam nec magistratum. Erant autem actus legitimi mancipatio, in jure cessio, adoptio, emancipatio, manumissio, testamentum, resignatio tabularum, aditio hereditatis, repudiatio hereditatis, nuptiæ, divortium, acceptilatio, optio, tutoris in jure datio, postulatio judicii recuperatorii, & hujusmodi, de quibus alii locuti sunt, præsertim Pet. Faber *Semestr. lib. 11.* ALEAND. Vult Cajus, cessionem in jure ad legis actiones pertinere, sive ad actus jurisdictionis, & quidem voluntariæ; de quibus solis id nomen postea cœpit usurpari. Actus legitimi vero extra jus quoque fiunt: nec ad jurisdictionem magistratuum pertinent; nisi forte tutoris datio, quæ cum aliis enumeratur in *l. 77. D. de R. J.* sed & hæc jurisdictionis non est, *l. 6. § 2. D. de tutel.* antiqua, videlicet, & angusta significatione. Postea enim & hanc jurisdictioni attribuerunt, *l. 3. D. de postuland. l. 3 §. 5. D. judicat. solvi l. 2. C. de offic. ej. qui vic. alic. judic. vel Præsid. obtin.* SCHULTING.

76. *De Usucapionibus*] Facile Alexandro accedo, fragmentum hoc ad titulum *de Usucapionibus* referenti: quamvis numerum titulo non apposuerim, pro meo more. Miror ab Oiselio hoc plane esse omissum. ID.

77. *Furtum non committitur, &c.*] Habetur in *l. 37. D. de usurp. & usucap.* Porro recte hoc loco de usucapione tractatur, quæ & ipsa legitimi, seu civilis dominii adeptio est, tam rerum mancipi, quam nec mancipi, ut ait Ulpianus *in fragm. tit. 19.* Utique quum res aliqua neque mancipata esset, neque in jure cessa, non ante in pleno adquirentis dominio erat, quam si ab eo res mobilis anno, immobilis biennio possessa foret, ut idem Ulpianus *ibid.* affirmat; & Boetius significat eo loco *Topic. At si ea res, quæ mancipi est, nulla solemnitate interposita tradatur, abalienari non poterit, nisi ab eo, cui traditur, usucapiatur.* & Horatius *libro 11. epist. ult.*

Quædam (si credis consultis) mancipat usus.

Tam igitur res mancipi usucapiebantur, quam nec mancipi. at mancipi tam mobiles, quam immobiles: nec mancipi solum mobiles. Immobiles res mancipi sunt prædia in Italico solo, & ea, quæ Italici juris sunt, de quibus Ulpianus in *l. 1.* Cajus *in l. pen.* Paulus in *l. ult. D. de cens.* Immobiles res nec mancipi sunt prædia provincialia, quæ vectigalia quoque dicuntur: atque hæc usucapi non poterant, *l. cum sponsus, 12. §. in vectigalibus, D. de Public. in rem act.* At Justinianus, quum aboleviſſet differentiam rerum mancipi, & nec mancipi, traxit quoque usucapionem ad prædia provincialia, *l. uni. C. de usucap. transf.* eademque omnino exæquavit, statuens, ut triennii possessio rerum mobilium usucapionem faceret, immobilium vero decennii inter præsentes, vicennii inter absentes: quod etiam testatur *in §. 2. Inst. de usuc.* ALBAND.

77. * *Furtum non committitur.*] Caput hujus sententiæ Triboniani gladio amputatum est. Pendet verb ab anteced. lege, qua idem Cajus ex *lib. 11. Aureorum* dicit, si quis usum fructum ancillæ habens partum ejusdem alienaverit, credens in fructu esse, furtum non facere, quia hoc casu *furtum non committitur*, quæ Justinianus transtulit in §. *item si is, Inst. hoc. tit.* IDEM.

78. *Sine affectu furandi*] In furtis enim affectus considerandus est. Qui re commodata, aut deposita usus est aliter, atque accepit, furti tenetur, quod ex Bruto, & Scævola comprobat Agellius *lib. VII. c. 15.* qua tamen in re secundum affectum aliter, atque aliter statuendum est; nam si existimavit, se non invito domino id facere, etiamsi invito fecerit, furtum non committit, *l. inter omnes, 47. § recte. Lquire, 78. D. de furt. § placuit, Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* IDEM. D. Gothofredus Cajo opponit Pomponium *l. 77. D. de furt.* ubi qui saccum cum pecunia subripit, etiam sacci nomine furti teneri dicitur, quamvis illi non fuerit animus sacci subripiendi: verum nihil illic innuitur aliud, quam illum furem non tam de sacco, quam de pecunia auferenda, cogitare, quæ sola pretium sacco ponit. Seneca *epistol.* LXXXVII. *Fiscus tunci est, quantum habet: imo in accessionem ejus venit, quod habet. Quis pleno sacculo illum pretium ponit, nisi quod pecunia in eo posita numerus efficit?* Atque hoc sensu videri potest fur sacci furtum non facere: re vera tamen, ut pecuniam habeat, saccum quoque auferre vult, adeoque & illius fur est. Non raro quæ inter se opponit D. Gothofredus, plane non sunt pugnantia. SCHULTING.

79. *Fundi quoque*] Quod expeditius procedere, quam mobilium rerum ait Justinianus, *§. quod autem, Instit. hoc tit.* ALBAND.

80. *Nancisci possessionem*] Ipse tamen usucapere nequit, quia in mala fide est, quum intelligat, alienum se fundum occupasse. Sed si alii bona fide accipienti tradiderit, procedit usucapio, quia neque furtivum, neque vi possessum acceperit, ideoque res vitio vacat, *lege subsequenti, & d. §. quod autem, Instit. hoc tit.* Acquiritur itaque justa causa, seu justus titulus, & bona fides, quæ si ab initio fuerit, jure civili satis est, etiamsi postea inter usucapionem sciatur, rem esse alienam, *l. 22.*

vel ex negligentia domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit, vel longo tempore afuerit. L. XXXVII, D. DE USURPATIONIB. ET USUCAPIONIB.]

§. 7. Adquiritur autem nobis non solum per nosmetipsos, [81] sed & per eos, qui in potestate nostra sunt, [82] sicut filii, vel servi: quia quidquid his a qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, [83] aut heredes fuerint instituti, [84] id patribus, & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: [85] præter eos filios, quibus per

[a] *Adquiruntur nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam* [b] *per eos, quos in potestate habemus. Item per servos, in quibus usumfructum habemus. Item per homines liberos, & servos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis* [c] *diligentius dispiciamus.* L. X. D. DE ADQUIREND. RER. DOMIN.

§. 1. *Igitur quod servi nostri ex* [d] *tra-*leges

l. un. C. de usuc. transf. §. diutina, Inst. hoc tit. Jure autem Pontificio necesse est, malam fidem nunquam supervenire, *cap. ult. de præscr.* quo jure utimur. At si post usucaptam rem noverit dominus fuisse alienam, nunquid restituere tenebitur in foro (quod aiunt) conscientiæ? Hac in re controversia est, interim viderint Theologi. ego me huic pelago in præsentia non committo. Hæc satis sit dixisse ad unicum hoc usucapionum fragmentum. Cætera invidere nobis tempora, invidere barbaræ gentes, invidit Anianus, qui omnia omisit, quæcunque Gothicis legibus non congruerent. IDEM.

a. *Adquiruntur nobis non solum, &c.*] Sumsimus hoc fragmentum ex *l. 10. D. de adq. rer. dom.* ex quo Justinianus nonum caput secundi libri additis quibusdam confecit, adjecto titulo, quem & nos posuimus. ID. Nos Anianum hic quoque secuti sumus, qui hæc cum præcedentibus sub eodem titulo reliquit. Nec Oiselius titulum hic fecit novum, etsi id ipsum Cajum feciſſe non iverim inficias. SCHULTING.

81. *Sed & per eos, qui in potestate nostra sunt*] Bene *in potestate nostra*. ut uno verbo tam filios, quam servos comprehenderet. Potestatis enim verbum in persona liberorum patriam potestatem; in persona servi dominium significat, *l. 215 D. de V. S.* OISEL.

b. *Per eos, quos in potestate habemus.*] Quidam in potestate sunt, quidam in manu, alii in mancipio. In potestate sunt filiifamilias patrum, in manu sunt uxores virorum, sic effectæ coemtione aut confarreatione, in mancipio sunt servi dominorum, tamen & potestatis nomen ad dominorum in servos dominium trahitur. ALEAND.

82. *Sicut filii*] Ex hoc confirmatur, ut monui, omissum a Triboniano id, quod de filiis loquutus fuerat Cajus. IDEM. Agit de eo Aleander ad ipsa verba Caji. Ceteroquin validius Aleandro præbent argumentum ea, quæ mox sequentur apud Anianum; quæque dubio procul non ex alio fonte, quam Institutionibus Caji, petita sunt; ex quibus in Pandectas Tribonianum illud non retulisse, quia jure novo multa circa filiosfamilias quod ad peculia immutata sunt, non est improbabile. SCHULTING.

83. *Aut heredes fuerint instituti*] Adde ex Cajo, quod hic ab Aniano omissum, si nempe servus jussu domini hereditatem adierit, ipsi hereditas acquiritur, *l. 10. §. 1. D. de acq. rer. dom.* servus enim, nisi jussu domini, hereditatem adire nequit, ne scilicet dominum ignorantem & invitum alieno ære hereditario obligaret, *l. 6. D. de acq. vel omitt. hered.* Jussus autem præcedere debet, neque sufficit dominum aditionem ratam habere, *l. 23. §. 4. D. eod.* Eadem & in filio observanda, *d. l. 6. D. d. t.* OISEL.

c. *Diligentius dispiciamus*] Cur ergo de filiisfamilias verbum nullum? an hæc diligentia dicetur? Ut verum fatear, malo peccatum hoc Triboniano adscribamus, quam Cajo: potuit enim verba Caji justa fere ex causa expunxisse, cum jure veteri tractaret Cajus de peculiis filiorum, at ipse Tribonianus ex Justiniani præcepto diversis regulis ea in re novum statuerit, *§. 1. Inst. hoc tit.* ALEAND.

84. *Id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur*] Olim jure patriæ potestatis, quicquid liberi in potestate constituti acquirebant, id omne ad patrem pertinebat, quemadmodum & ad dominos, quicquid servis ex quacunque causa obvenisset. Seneca *lib. VII. de Benef. c. 6. Omnia patris sunt, qua in liberorum manu sunt.* Quomodo vero jus illud patris in bonis filii, ex alia itidem causa, quam castrensi, vel quasi castrensi, acquisitis, lapsu temporis variis Imperatorum, & demum ipsius Justiniani, (quæ est *l. 6. C. de bon. quæ liber.* ubi in omnibus adventitiis bonis patri tantum usumfructum concedit) Constitutionibus mutatum fuerit, abunde ex iis, quæ supra *ad tit. 5. lib. 2.* [*hoc tit. 3.*] ubi de patria potestate agebamus, diximus, liquere potest; unde huic loco lucem mutuabitur quivis voluerit. OISEL.

85. *Præter eos filios*] Filii vivente patre proprium nihil possidebant, ut tradit Dionysius *lib. VIII.* Verum Imperatores, ut adolescentes allicerent ad militiam, plenum jus in castrensi pecunia iis dederunt, quod Justinianus ad quasi castrense traxit. ALEAND. Jam ante Justinianum nota fuere quasi castrensia peculia, sed is jus filiorumfamilias in illis multum auxit, *§. ult. Inst. de militar. testament. l. ult. C. de in officios. testament.* SCHULTING.

85.* *Præter eos filios, quibus per leges castrense peculium*

leges castrense peculium habere permissum est.

runt, [g] *id nobis adquiritur:* [h] *ipse enim, qui in potestate alterius est,* [i] *nihil suum habere potest. Ideoque si heres institutus sit,* [k] *nisi nostro jussu hereditatem adire non potest:*

ditione nanciscuntur, [e] *sive quid stipulentur,* [f] *vel ex qualibet alia causa adquirunt,*

lium habere permissum est] Jure constitutionum filiifamilias omnia, præter castrense peculium, parentibus acquirebant, *l. 79 D. de acq. hered. l. 10. D. de castr. pecul.* Castrense autem peculium, quod Græci λοιπὸν appellant, est, quod filiusfamilias occasione militiæ sibi acquisivit, *l. 4. l. 11. D. de castr. pec.* in hoc filiifamilias vice patrumfamilias funguntur, *l. 2. D. de SC Maced.* quod ipsis favore militiæ concessum, *l. fin. D. ad SC. Tertull.* Non tamen omnimodo filiifamilias, quasi patresfamilias in castrensi peculio sunt, *d. l fin. ad SC. Tertull.* Sed parentes etiam in castrensi peculio filiorumfamilias jus habuisse, argumento est, quod Ulpianus scribit, filiofamilias milite intestato mortuo, peculium patri non adimi, *l. 1. §. 22. D. de collation.* Sic Alexander rescripsit, filiofamilias milite deportato, peculium patri non auferri, *l. 3. C. de bon. proscript.* quod utique extra quam pater in castrensi peculio jus haberet, ei auferretur, *arg. l. 2. C. de bon. proscript.* Mæcianus quoque Jurisconsultus tradit, patrem prædio castrensi servitutem acquirere posse, *l. 18. §. 3. D. de castr. pecul.* Ex quo satis manifestum, patrem plurimum juris in prædio castrensi habere; nemo enim sine prædio servitutem acquirere potest, *§. 3. Inst. de servitut.* Denique idem Mæcianus in *d. l. 18. §. 2. D. de castr. pecul.* patrem quoad peculium castrense filiifam. similem esse ait ei, cui bonis interdictum est; qui quidem dominus est rerum suarum, sed durante interdictione de iis disponere nequit. Eodem modo & pater in peculio castrensi jus habet, sed de eo disponere non potest, quamdiu filiusfam. privilegio suo utitur. Est & aliud genus peculii, quod ad exemplum castrensis introductum, & quasi castrense, a Græcis *οἱονεὶ λοιπόν* dictum; & acquiritur filiofamilias occasione togatæ, urbanæ, forensis, literatæ militiæ, in quo pater nihil plus habet juris, ac in peculio castrensi, *§. ult. Instit. de milit. test.* Peculium profectitium, quod ex re, vel contemplatione patris, in cujus potestate est, ad filiumfamil. pervenit, totum patri acquiritur; neque id hodie mutatum. Adventitii vero peculii, quo nomine vocantur omnia ea bona, quæ aliunde, quam a patre, filio obveniunt, proprietatem filio in universum dedit Justinianus Constitutione sua, quæ est *l. 6. Cod. de bon. quæ lib.* patri vero solum reliquit usumfructum. Adde, quæ diximus supra *ad lib. 2. tit. 5. in fine* [*hic tit. 3.*] OISEL. Jus patris in peculio castrensi, quod is olim habuit, postea mutatum est: nec is hoc hodie filio intestato mortuo occupat jure peculii, ut olim, *l. 2. D. de castrens. pecul.* sed id ad heredes filiifamilias pertinet jure communi, *pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testamen.* ut docent Bachovius, & qui illum secutus est, Vinnius *ad d. pr. Inst.* inter hæc vero, jure peculii deferri, & jure hereditatis, multum est discriminis, quod plenius docet G. Ranchinus *de successionib. ab intest. §. 11. n. 3.* SCHULTING.

d. *Ex traditione*] Scilicet si ex justa causa traditæ res sint, *Ulpian. in fragm. tit. 19. §. traditio.* Possunt etiam mancipio adquirere, ut *eod. tit.* dicitur *§. adquiritur.* ALEAND.

e. *Sive quid stipulentur*] Cum *h. l.* non agatur de stipulatione servorum, quatenus per servos nostros stipulata obligatio nobis etiam invitis acquiratur, ut in *l. 13. D. de acq. rer. dom. l. 62. D. de V. O.* sed per quas personas nobis dominium aut possessio adquiratur, inter quæ multum interesse, patet ex *l. 3. D. de obligat. & action.* verba hæc *sive quid stipulentur* accipienda sunt, ac si diceretur, *sive quid ab se stipulatum per traditionem nanciscantur,* hoc continuo nostrum fieri. OISEL.

f. *Vel ex qualibet alia causa*] Verbi gratia, ex donatione, vel legato, *l. 86. §. 2. D. de legat. 2.* quæ verba ex glossa, forsan ab aliquo margini adscripta, in contextum Justiniani irrepserunt; ea enim nec Theophilus, ut legitima, agnovit. IDEM. Nec etiam [illegible] editione Cujacii in §. 3. *Inst. per quas person. cuiq. adquirit.* comparent illa verba, *sive ex donatione, vel ex legato.*

g *Id nobis adquiritur*] etiam ignorantibus & invitis, *§. item vobis, Instit. hoc tit. l. 32. D. de adquir. rer. dom.* etiam vetantibus, *l. servus, 62. D. de verb. oblig.* quare etsi prohibuerim alicui, ne cum meo servo contrahat, isque contraxerit, & adquisitum mihi sit, is habet in me actionem de peculio, *l. si quis servum, 29. D. de pecul. l. si quis mancipii, 19. §. Proculus, D. de institor. actio.* ALEAND.

h. *Ipse enim, qui in potestate*] Justinianus dixit: *ipse enim servus, qui in potestate, &c.* nam filiusfamilias ex constitutionibus proprium habet peculium castrense, item quasi castrense, & adventitium, quoad proprietatem. Sed & servi aliquo casu videntur quid proprii habere, ut si dominus iis legatum alimentorum testamento reliquerit, quod officio judicis consequentur, *l. servus, 17. D. de alim. legat.* IDEM.

i. *Nihil suum habere potest*] Servo, quod alicubi de lege ait Dio Chrysost. *orat. LXXV.* οὐδὲν ἴδιον οὐδὲν ἐξαίρετον ἔχει. Rationem dat Theophylact. *in Evangel. Joan. c. 17.* ὁ μὲν γὰρ δοῦλος ἔχει πάντα τὰ τοῦ δεσπότου. Secus in manumissis, qui quicquid acquirunt, sibi acquirunt. Unde Porphyrius *περὶ ἀποχ.* III. εἰ δέ γε ἐλευθερωθέντες, ἃ πάλαι τοῖς δεσπόταις ὑπηρετοῦντες ἐκέκτηντο, τοῦτο ἑαυτοῖς κομίζωνται, ὡς ἄλλοις. OISEL.

k. *Nisi nostro jussu*] Qui præcedere debet, non perfectum negotium comprobare: & specialiter conceptus esse, non generaliter de omni hereditate, *L. si quis, 20. §. jussum, & segq. D. de adquir. hered.* ALEAND.

L. Here-

poteſt: & ſi jubentibus nobis adierit, [l] *hereditas nobis adquiritur, perinde ac ſi nós ipſi heredes inſtituti eſſemus. Et his convenienter ſcilicet* [m] *legatum nobis per eundem adquiritur.*

§. 2. [n] *Non ſolum autem proprietas per eos, quos in poteſtate habemus, adquiritur nobis,* [o] *ſed etiam poſſeſſio: cujuſque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id nos poſſidere videmur. Unde etiam per eorum longam poſſeſſionem* [p] *dominium nobis adquiritur.*

Hi vero ſervi, qui in uſufructu noſtro, & in proprietate alterius ſunt, hoc tantum [86] uſufructuario adquire-

§. 3. De his autem ſervis, in quibus tantum uſumfructum habemus, [q] *ita placuit, ut quidquid ex re noſtra, vel ex re*

l. *Hereditas nobis adquiritur*] Hoc uti certum, ita quatenus factum illud ſpectatur, quis ſit heres, pro tali habendus eſt ſervus ipſe, non dominus, *l. 44. pr. D. de conditionib. & demonſtrationib.* quamvis hereditatis emolumentum ad dominum perveniat, adeoque & fideicommiſſo onerari poſſit, *l. 11. pr. D. de legat. 1. l. 4. D. de legat. 3.* Sed olim a domino legatum relinqui non potuit, *Ulpian. tit. 25. §. 10.* quod poſt legatorum & fideicommiſſorum exæquationem hodie dubio procul fieri poterit. SCHULTING.

m. *Legatum nobis per eundem adquiritur*] Nec ut legatum nobis acquiratur, requiritur juſſus noſter; quemadmodum in hereditate; quippe legatum ſemper lucrum tantum continet, non etiam damnum, ut hereditas, *l. 32. D. mandati.* Ideoque quod Cajus dicit, *his convenienter legatum nobis adquiri*, id non referendum ad id, quod proxime præceſſit, nempe ad hereditatis acquiſitionem, ſed ad id, quod antea dixerat, ex qualibet cauſa nobis etiam invitis acquiri, excepta tantummodo hereditate, *l. 32. D. de acq. rer. dom.* OISEL.

n. *Non ſolum proprietas, ſed etiam poſſeſſio*] Poſſeſſio per ſervum non minus domino, quam proprietas adquiritur, quia poſſeſſio non tantum corporis & facti eſt, ſed etiam juris, ex quo plurimum mutuatur, ut loquitur Papinianus in *l. 40. pr. & §. 1. D. de acq. poſſ.* nam ſi tantummodo res facti foret poſſeſſio, non ad dominum transmitti poſſet, ſed in perſona ſervi ſubſiſteret, *l. 44. D. de cond. & demonſtr. §. 2. Inſtit. de ſtip. ſervor.* Non autem, ut in ceteris rebus, excepta hereditate, poſſeſſio domino invito & ignoranti acquiritur, ſed requiritur voluntas ejus & ſcientia; niſi forſan ſervus poſſeſſionem ex cauſa peculiari nactus fuerit, tum enim & ignoranti domino ea acquiritur, ut diſſertis verbis habetur in *l. 1. §. 5. l. 3. §. 12. l. 24. l. 44. §. 1. D. de acq. poſſ.* ubi & ratio diverſitatis indicatur, & inde explicanda *l. 34. §. ult. D. eod.* ubi Ulpianus ait, per ſervum meum ignoranti mihi poſſeſſionem acquirere; nimirum ex cauſa peculiari. IDEM.

o. *Sed etiam poſſeſſio*] Quam etſi corporaliter tantum habeat, domino tamen civilem adquirit, niſi eo ignorante vi poſſideat, *l. 24. D. de adq. poſſ.* ALEAND.

p. *Dominium nobis adquiritur*] Plenum dominium, tam in bonis, quam ex jure Quiritium. nam ſi in rei traditione nec mancipatio, nec in jure ceſſio intervenerat, non ante plenum dominium adquirebatur, quam ſi res mobilis per annum, immobilis per biennium poſſeſſa foret, ut ſuperius docuimus, & inferius quoque dicetur. Apud Juſtinianum hic locus ſic eſt: *Unde etiam per eos uſucapio, vel longi temporis præſcriptio vobis accedit*; ut eſt in meo manuſcr. male in impreſſis, *vel longi temporis poſſeſſio.* IDEM. Nihil in *§. 3. Inſt. per quas perſon. cuiq. adquir.* mutandum eſt contra alios libros: & modus adquirendi per longum tempus vocatur paſſim longi temporis poſſeſſio, etiam in inſcriptione, ſive rubrica, *de uſucapionibus & longi temporis poſſeſſionibus*: ubi ita habere libros veteres ſcribit Cujacius. & ſic *pr. §. 2. §. 7. d. t.* SCHULTING.

q. *Ita placuit, ut quidquid, &c.*] Servus hic duos habet dominos, alium proprietarium, alium uſufructuarium, quamvis proprietarius magis proprie dominus dicatur. Utrique adquirere poteſt; ſi ex re proprietarii, proprietario, ſi ex re uſufructuarii, uſufructuario adquirit; ſi ex induſtria, & operis ſuis, uſufructuario tantum, in hoc enim uſusfructus conſiſtit, nam & ſi operari nolit, cogendus eſt, etenim modica quoque caſtigatio fructuario competit, *l. 23 in fin. D. de uſufruct.* Quum autem quid ex cauſſa lucrativa, aut hereditaria conſequitur, inſpiciendum eſt, an quod donatum legatumve eſt, id contemplatione uſufructuarii factum ſit, quo caſu eidem quærit; ſi vero proprietarii, proprietario; ſin neutrius, ſed ipſius tantummodo ſervi, id pariter proprietario adquiretur, *l. 22. D. de uſufr.* Interdum tamen in pendenti eſt, cui adquirat, ut puta, ſi aliquid emit, & per traditionem accepit, nec dum pretium numeravit, ſed tantummodo pro eo fecit ſatis; nam poſtea numeratio declarabit, cui ſit adquiſita ſtipulatio, *l. 21. §. 1. D. de uſufruct.* ALEAND.

86. *Uſufructuario adquirere poſſunt, quod opere aut manibus ſuis, &c.*] Dixerat Cajus ad uſufructuarium pertinere, quicquid ſervus ex re ejus, vel operis ſuis acquiſiſſet, cui & conſentit Ulpianus *l. 21. D. de uſufr.* Anianus id ſuo more expreſſit; nam ut omittam, quod temere *opus* cum *opera* confundat, cum *opus* proprie

Digitized by Google

re possunt, quod opere, aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. [87] Nam si eis aut hereditas, [88] aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario adquiritur.

§. 4. [u] *Idem placet de eo,* [x] *qui nobis bona fide possidetur, sive liber sit, sive alienus servus: quod enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonæ fidei possessore. Itaque* [y] *quod* [z] *extra duas causas adquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel* [aa] *ad dominum ejus, si servus est.*

§. 5. Sed

r operis suis adquirant, id nobis adquiratur. si quid vero extra eas causas [s] *persecuti sint, id ad dominum proprietatis pertinet. Itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid, aut ei donatum fuerit,* [t] *non mihi, sed domino proprietatis adquiritur.*

sit *operarum* effectum, sive quod operando & fabricando effectum relinquitur, *l. 30. §. 3. l. 38. D. locat.* quænam, quæso, est differentia inter *opere, aut manibus suis* aliquid acquirere? Numquid operam sine manibus servus præstare potest? ut aliud sit aliquid *opera*, aliud, *manibus suis* aliquid acquirere. Certe servus, qui sit aut sutor, aut faber, aut pictor, si opera sua aliquid adquirere velit, utique manus suas adhibere debet. Ex re fructuarii servus ei adquirit, veluti si dispensator rem aliquam ex nummis fructuarii comparaverit, aut pecuniam fœnori dederit, aut fundum fructuarii locaverit, vel simile quid fecerit; quicquid enim inde redit, id ad fructuarium pertinet, *l. 1. C. de rei vind. l. 43. §. ult. D. de acq. rer. dom.* Sed quid si dicat servus se domino proprietario accipere, quod ex re fructuarii ipsi traditur? Numquid proprietario totum acquiret? & videtur quod sic; cum eadem hic sit ratio, ac si nominatim domino proprietatis stipulatus fuerit ex re fructuarii, quo casu proprietario acquirere, patet ex *l. 25. §. 3. D. de usufr. & l. 37. §. pen. D. de adq. rer. dom.* Ceterum, quod ita domino proprietatis quæsitum, fructuarius condicere potest, *l. pen. D. de stip. serv.* OISEL.

r. *Operis suis*] Quæ ipsæ quodammodo ex re ejus esse videntur, cui quis servit; ut de homine bona fide possesso scribit Ulpianus *l. 23. pr. D. de adquirend. rer. domin.* SCHULTING.

s. *Persecuti*] Pro *consecuti*, quomodo & alios locutos esse docet Cujacius *Observation. lib. XXIV. cap. 19.* IDEM.

87. *Nam si eis aut hereditas, aut legatum, &c.*] Idem & traditur in *l. 47. l. 49. D. de acq. rer. dom. l. 25. pr. D. de acq. hered.* Quod tamen ita accipiendum, nisi servus heres institutus sit, aut ei legatum, donatumve quid sit contemplatione fructuarii, quo casu non proprietatis domino, sed fructuario adquiret, *l. 22. & seq. D. de usufr.* idque intelligetur ex re fructuarii, non opera sua quæsitum, *l. 45. §. ult. D. de acquir. hered.* OISEL.

88. *Aut legatum dimittatur*] Verbo *dimittendi* pro eo, quod est *relinquere*, sæpe utitur Anianus. ALEAND. Multa congessit talia loca Aleander *ad tit. 7. de fideicommiss.*

t. *Non mihi, sed domino proprietatis*] Quid de servo, qui alterius in bonis erat, alterius ex jure Quiritium? Hunc ex omnibus causis adquisisse bonitario domino refert Ulpianus in *fragm. tit. 19. §. si servus.* ALEAND.

u. *Idem placet de eo, &c.*] Reliqua pars est *l. 20. D. de adquir. rerum dominio.* IDEM.

u.* *Idem placet de eo, qui nobis bona fide possidetur*] Qui bona fide mihi servit, id, quod ex operis suis, aut ex re mea acquirit, ad me pertinere Aristo ait, *l. 19. D. de acq. rer. dom.* scilicet quamdiu eum bona fide possidebo; nam si scire cœpero, eum aut liberum, aut servum alienum esse, statim per eum acquirere amplius desino, *l. 23. §. 1 l. 40. D. eod.* OISEL.

x. *Qui nobis bona fide possidetur*] Cujus possessor dicitur bona fide dominus, *l. 22. §. ult. D. de liberal. caus.* ex opinione, scilicet, ipsius. SCHULTING.

y. *Quod extra duas causas*] Si ex re bonæ fidei possessoris, aut ex operis suis quæsiverit. ALEAND.

z. *Extra duas causas*] Extra has duas causas maxime est, si ex hereditate, legato, aut donatione acquirat, *d. l. 19. l. 54. D. de acq. rer. dom.* Idem tamen in bonæ fidei possessore observandum, quod supra in usufructuarii persona monuimus, nisi quid contemplatione bonæ fidei possessoris ei relictum, donatumve sit, *l. 45. §. ult. D. de acq. hered.* OISEL.

aa. *Ad dominum ejus*] Cui tamen possessionem non adquirit hic servus ab alio possessus, *l. 1 §. 6. D. de adquirend. vel amittend. possession.* civilem saltem, adeoque nec jus usucapiendi, *l. 54. §. ult. D. de adquirend. rer. domin.* atque hoc innui a Pomponio in *l. 21. pr. D. dict. tit.* putat Cujacius *in Recitationib. ad d. l. 1. §. 6.* Quod tamen aliter se habet in servo fructuario ab alio possesso, qui eandem possessionem fructuario adquirit, *d. l. 1. §. 5.* & in filiofamilias patri adquirente, *l. 4. D. de adquirend. vel amittend. possession.* de qua differentia inter hosce tractat Bartholomæus Chesius *Differentiar. jur. lib. 1. c. 99.* SCHULTING.

bb. *Cum*

Digitized by Google

§. 5. Sed bonæ fidei poſſeſſor, [bb] *cum uſuceperit ſervum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt. Uſufructuarius vero uſucapere ſervum non poteſt:* [cc] *primum,* [dd] *quia non poſſidet, ſed habet jus utendi fruendi:* [ee] *deinde, quoniam ſcit, ſervum alienum eſſe.* L. X. D. DE ADQVIR. RER. DOMIN.

bb. *Cum uſuceperit ſervum*] Bene *ſervum*: nam liber homo, etſi bona fide poſſeſſus, uſucapi non poteſt. OISEL.

cc. *Primum, quia non poſſidet*] Uſusfructus enim jus eſt, non corpus. at jura non poſſidentur: ſine poſſeſſione autem non procedit uſucapio, quod & ſuperius declaratum eſt. ALEAND.

dd. *Quia non poſſidet*] Hoc non ita accipiendum, quaſi uſufructuarius omnino non poſſideat, ſed quod non poſſideat eo modo, quo uſucapio procedere poſſit. Nam ut aliquis uſucapere poſſit, requiritur, ut rem bona fide animo dominantis, ψυχῇ δεσπόζοντος, poſſideat, quæ dicitur civilis poſſeſſio. Græci *ad l. 10. C. de acq. poſſ.* κατὰ τὴν νόμιμον καὶ ἐπὶ ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχήν. Quæ ipſa verba a Gloſſar. Baſilic. Collectoribus exſcripta ſunt, unde & hauſit Harmenopulus *lib. II. tit. 1.* Ceteroquin fructuarius naturaliter poſſidet, *l. 12 D. de acq. poſſ.* naturaliter rem tenet, *l. 49. D. eod.* & qualiter qualiter eſt in poſſeſſione, *l. 3. §. pen. D. de vi & vi arm.* quod eſt quaſi poſſidere, *l. 23. §. 1. D. ex quib. cauſ. maj.* OISEL.

ee. *Deinde, quia ſcit, ſervum alienum eſſe*] Quod ſciens, ſi poſſideret tanquam dominus, non tanquam fructuarius, in mala fide eſſet, quod officit uſucapioni. Quid de libero homine, qui bona fide poſſidetur? Et certum eſt, hunc non poſſe uſucapi, ſicut nec rem ſacram, vel religioſam, vel publicam, *l. 9. D. de uſucap. l. ult. C. de long. temp. præſc. §. 2. Inſt. de uſucap.* ALEAND.

TITVLVS II.

De Teſtamentis.

[1]Per univerſitatem, hoc eſt, omnia ſimul bona, [2]adquirimus [3]hereditate,

1. *De Teſtamentis*] Ut recta conjunctum caput hoc cum ſuperiori videatur, grave non ſit Juſtiniani verba perlegere in *§. ubi inſtit. per quas perſ. nob. adquir.* ubi ait, poſt ſingularum rerum adquiſitionem declaratam recte veniri ad modos, quibus per univerſitatem res adquiruntur. Hique ſunt hereditas, bonorum poſſeſſio, adrogatio, addictio bonorum libertatium conſervandarum cauſſa. Anianus duorum tantum mentionem facit. ALEAND.

2. *Per univerſitatem*] Optime Cajus noſter per univerſitatem acquirere interpretatur omnia ſimul bona acquirere, id eſt, res omnes & jus univerſum alteriùs, non ſeparatim res ſingulas, *fac. l. 62. D. de R. J. l. 24. D. de V. S.* Et fallitur Vultejus, dum apud Juſtinianum *Inſt. per quas perſ. cuiq. acq. §. ult.* his verbis, *per univerſitatem*, putet titulum acquiſitionis ſignificari, non vero res acquirendas. Nec enim univerſitas eſt titulus, aut modus acquirendi, ſed illud ipſum, quod acquiritur; veluti ſi heres hereditatem ſibi delatam adeundo acquirat. Per univerſitatem autem acquirendi varii olim fuere modi; Cajus noſter hoc loco tres tantummodo recenſet; ſed & alii præterea fuere. A. Contius *lib. 1. Diſput. jur. civil. cap. 12.* coſ ſeptem facit. Quales ſunt *hereditatis ſuſceptio, bonorum poſſeſſionis admiſſio, coemptio*, ſive *in manum conventio*, (cum nempe mulier in manum viri convenerat, omnia, quæ mulieris fuerant, viri dotis nomine fiebant. Cicero *in Topic.* & ibi Boetius, vid. & quæ ex Plthœo infra *ad lib. III. tit. 1. de ſucceſſ. ab inteſtato*, adduximus) *adrogatio, libertatum conſervandarum cauſſa bonorum addictio, ſucceſſio per bonorum debitoris venditionem, & ea, quæ fiebat per redactionem liberæ mulieris in ſervitutem ex SC. Claudiano.* Nos breviter explicandis modis a Gajo noſtro recenſitis contenti erimus. OISEL.

3. *Acquirimus hereditate*] Hoc eſt, ſuſceptione hereditatis. Hereditas enim ipſa, hoc eſt, jus illud univerſum, quod defuncto, vel in defunctum competebat, acquiritur, [illegible] illud fiat additione, ſeu cretione hereditatis, ſeu gestione pro herede, aut immixtione, vel agnitione hereditatis. IDEM. Non dubito, quin tale quid ſcripſerit ipſe Cajus, ac mentionem fecerit non hereditatis tantum, ut hic Anianus facit, ſed ejus adquirendæ: verum Anianus, uti ſolet, verba ejus perverterit. Minus quoque recte modo loquitus eſt Alexander: qui duos etiam hic tantum univerſales adquirendi invenit modos, cum tamen tres enumerentur. SCHULTING.

4. *Hereditate, emtione*] Emtio potius ſingularum rerum, quam univerſitatis adquiſitio eſt. Credo itaque abique dubio legendum, *hereditatis emtione*, nam Cajum tractaſſe de teſtamento per æs, & libram pro certo habendum eſt, quod iis temporibus in uſu erat, non utique temporibus Aniani, nam imaginariæ illæ ſolemnitates paulatim deſierant ob aliam formam a Prætore introductam, ac demum penitus ſublatæ

tate, [5] emptione, adoptione: quia is, quem adoptaverimus, [6] si sine patre est, [7] cum omnibus bonis suis ad nos transit. [8] Si

sunt ex constitutione Constantini, *l. queniam, 11. C. de testam.* Antiquis igitur temporibus qui heres erat, is hereditatis emtor vocabatur, aut potius familiæ emtor: nam familia eadem est, quæ hereditas; unde in XII. tabulis, ADGNATVS PROXVMVS FAMILIAM HABETO, *l. pronunciatio, 195. §. 1. D. de verb. signif.* & actio familiæ herciscundæ, hoc est, hereditatis dividendæ, de qua titulus est in *Pand.* & *Codice.* Convocatis igitur quinque testibus civibus Romanis puberibus, qui classici testes dicebantur, teste Festo *lib. III.* & libripende, mancipatio fiebat, hoc est, imaginaria venditio, & emtio. Testator enim familiam vendebat, heres emebat sestertio nummo dicis caussa interposito, additis solemnibus verbis. Postea testator tabulas testamenti tenens ita dicebat: *Hæc, uti his tabulis, cerisve scriptæ sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium perhibetote.* Tunc se testes subscribebant, & annulo signabant. Id quod ab Ulpiano explicatur in *fragm. Regul. tit. 20.* & meminit Agell. *lib. XV. c. 27.* & Justinianus in *Instit. hoc tit.* Postea, quia in discrimen posita erat testatoris vita, heres enim, qui familiam emerat, metuens, ne is sententiam mutaret, insidias facile struebat, inductum est, ut non amplius heres ipse familiam emeret, sed alius extraneus, qui heredi seorsum in tabulis scripto post mortem testatoris familiam restitueret, ut Theophilus refert, isque est, quem intelligit Tranquill. *Neron. c. 4. Ex hoc Domitius nascitur, quem emtorem familiæ, pecuniæque in testamento Augusti fuisse mox vulgo notatum est.* Plutarchus quoque in *lib. de sera num. vind.* absurdum esse scribit, quod Romani alium relinquerent heredem, alii familiam venderent. Sed hæc, ut diximus, in desuetudinem abiere, cœpitque & honorario, & civili jure ita testamentum condi, ut uno eodemque tempore adhibiti septem testes subscriptiones, & signacula testamento imponerent. Ipse autem testator, aut testes manu propria nomen heredis exprimerent ex Justiniani constitutione, §. *sed his omnibus, Instit. hoc tit. l. jubemus, 29. C. eod.* quod postea renuit *Nov.* [illegible] *X.* quo jure hodie utimur. At in Ecclesiastico do[illegible]o duo, aut tres testes sufficiunt, *c. cum esses, &c. c. seq. ex. de testa.* Venetiis autem etiam holographum testamentum valet absque testibus, si tamen post testatoris mortem authoritate magistratus confirmetur, quod *relevare* dicunt. idque manasse videtur ex Novella Constit. Theodos. & Valent. *tit. 4.* & ex Wisigothorum legibus *lib. II. tit. 5. c. 6.* quæ apud cæteros non obtinuere. Est & testamentum nuncupativum, est & militare, de quibus in Justiniani Instit. & alibi. ALEAND.

5. *Emptione*] Putat Contius hic legendum *coemptione*, & intelligendum de mulieris in manum viri conventione, quæ & erat acquirendi per universitatem modus, idque rationem juris omnino suadere. Sed, ut verum fatear, poterat Vir suæ ætatis doctissimus correctione hac supersedisse; nec enim ullam rationem video, qua contra omnium codd. fidem lectio suo sensu & numeris constans temere mutari debeat. Atqui ego Cajum omnino *emptione* scripsisse contenderim, sed & haud dubie addidisse, *bonorum*; quod a compilatore Aniano, qui dum brevis esse studet, obscurus fit, prætermissum. Per *emptionem* itaque hoc loco intelligendum *successionem*, quæ fiebat *per bonorum emptionem*; quam & olim inter acquirendi per universitatem modos obtinuisse, postea vero una cum ordinariis judiciis sublatam fuisse, ex Justiniani Institutis neminem fugit. Quomodo autem hæc bonorum emptio & venditio fieri solebat, late a Theophilo *lib. III. tit. 12.* explicatur. Ejus vero hæc summa. Debitore ob grande æs alienum conflatum latitante, neque, qui eum defenderet, existente, creditores Prætorem adibant, a quo bonorum debitoris possessione impetrata, ad certum dierum spatium ea possidebant. Quibus elapsis itidem ex permissione Prætoris, Magister creabatur, ad bona distrahenda. Hic in celeberrimis quibusque urbis locis bonorum proscriptionem faciebat. Ac tum post paucos dies Prætor rursus adibatur, ut creditoribus permitteret legem bonorum vendendorum facere. Hac vero lege, si forte debitoris bona ad integra debita præstanda non sufficere putabantur, creditores proponebant, se partem debiti remittere paratos, ut tanto facilius emptorem invenirent. Postea Magister statuto tempore ad venditionem procedebat, ac emptori patrimonium debitoris addicebat. Hic vero bonorum emptor dicebatur, actionesque omnes, quæ ei, vel in eum, cujus bona emerat, competebant, nanciscebatur, ac creditoribus vel in solidum, vel prout ex lege cum eis conveniisset, satisfacere tenebatur. Add. Cicer. *Orat. pro Quinctio, & Epist. 1. lib. VI. ad Attic.* OISEL. Hæc longe præstant illis, quæ commendatus est hic Aleander, qui emptionem intelligit familiæ, quæ olim in condendis testamentis adhibita fuit; ac verba Caji emendat, sed frustra. Familiæ emptio non fuit verus adquirendi modus, nec per illam emptori, sive extraneus esset, sive ipse heres institutus, hereditas adquisita fuit, vel verum aliquod jus collatum: at post mortem demum testatoris hereditas ipsius adquiri potuit. Emptio vero bonorum debitoris obærati vere modus fuit specialis adquirendi per universitatem; cujus mentio fit, ut antiquati ab Imperatore *v. t. Inst. de successionib. sublat. qua fieb. per bonor. vendition. &c.* qui etiam post mortem debitoris locum habuit: eoque pertinet responsum Pauli *l. 91. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* quod (ut obiter hoc notem) non recte accipitur de emptione rei specialis facta a filio, qui paternis bonis se abstinuit. Revera pertinet illud ad emptionem omnium bonorum jam sub Justiniano non usitatam, uti & alia Pandectarum loca ad eamdem pertinent. Videndus de loco Pauli Cujacius *Observation. lib. XXVI. cap. 11.* SCHULTING.

6. *Si sine patre est*] Sine patre civili, nam emancipatus filius, quamvis patrem habebat, transfert sua bona

[*[7] *Si quæramus, an valeat testamentum,* [8] *in primis animadvertere debemus,* [9] *an is, qui fecerit testamentum,* [11] *habuerit testamenti factionem: deinde si habuerit, requiremus,* [12] *an* [13] *secundum regulas juris civilis testatus sit.* L. IV. D. QVI TESTAMENT. FACER. POSS.]

§. 1. Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut hi sunt, [14] qui sui juris non sunt, [15] & alieno juri subjecti sunt, [16] hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi.

§. 2.

bona in adoptantem. ALEAND. Loquitur hic Anianus suo more, de quo dictum *ad lib. I. tit. 3. §. 1.* qui & adoptionem videtur posuisse, cum Cajus scripsisset de adrogatione, uti & Imperator in Institutionibus loquitur. SCHVLTING.

7. *Cum omnibus bonis suis*] Si tamen impubes adrogetur, satisdatio ab adrogatore dari solet restituendi bona pupilli, si intra pubertatem decesserit, illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent, *l. 17. in fin. cum l. seq. D. de adopt. §. cum autem, Instit. eod.* ALEAND.

7. * *Cum omnibus bonis suis ad nos transit*] Si paterfamilias se in adoptionem dederit, omnia, quæ ejus fuerint, acquiri possunt, & tacito jure ad eum transeunt, qui adoptavit, *l. 15. D. de adopt.* sive, ut est in *l. pen. §. 2. D. de bon. poss. sec. tabul.* cum capite fortunas quoque suas in familiam & domum adrogatoris transfert: adeo ut & actiones & nomina transeant sine ulla cessione, *§. 2. Inst. de acq. per adrog.* Sed & possessio adrogatori acquiritur, *l. 16. D. de precar.* Adrogatus enim statim ministerio suo eum possessorem facit, *arg. l. 18. D. de acq. poss.* Ac olim quidem omnia pleno jure adrogatori acquirebantur. Justinianus vero ad similitudinem naturalium parentum, quos tantummodo usumfructum in iis bonis, quæ liberis extrinsecus obveniunt, habere voluit, & adoptivis patribus usumfructum tantummodo concessit, *§. 2. Instit. de acq. per arrog.* OISEL. Adquisitionem possessionis rerum, quas possidebat adrogatus, adrogatori adquiri tantum adrogati ministerio, quod tantum in facto consistit, non est verisimile. Id solummodo de extraneis personis verum est, ac de illis quoque agitur in *l. 18. pr. D. de adquirend. vel amittend. possession.* per adrogatum potius eo modo possessio adquiritur adroganti, quo patri per liberos in potestate, & domino per servos, jure ipsius potestatis. Et hi adquirunt possessionem etiam ignorantibus, *l. 1 §. 5. l. 4. l. 24. D. d. t.* ac quasi ipsi domini possiderent, *l. 10. §. 2. D. de adquirend. rer. domin. §. 3. Inst. per quas person. cuiq. adquirit.* & quidem illorum animo & corpore, *l. 3. §. 12. D. de adquirend. vel amittend. possession.* extranei vero ministerio suo tantum volentibus, *l. 53. D. de adquirend. rer. domin.* SCHVLTING.

8. *Si quæramus, &c.*] Insunt hæc verba Caji in *l. 4. D. qui testam. fac. poss.* ALEAND.

9. *In primis animadvertere*] Hunc ordinem semper sequutus est Cajus, ut prius de personis differat, quam de rebus. Itaque primo libro de personis, secundo de rebus tractat. atque in hoc articulo innuit, prius inquirendum esse, quis fecerit testamentum, deinde quo modo fecerit. male Justinianus, qui id in suis Institutionibus non servavit. IDEM.

10. *An habuerit testamenti factionem*] Hoc est, an omnes conditiones, quæ, ut testamentum jure valeat, desiderantur, in eo reperiantur, veluti an fuerit civis Romanus, an sui juris, an legitimæ ætatis, sanæ mentis, &c. Vid. *tit. D. & C. qui test. fac. poss.* OISEL.

11. *Habuerit testamenti factionem*] Testamenti factio dupliciter accipitur. Dicimus enim habere testamenti factionem, tam qui testamentum facere potest, quam qui non potest, sed heres in testamento scribi potest, ut filiusfamilias, & servus. qua de re multa disserit Bartholus *ad l. si filiusfamilias, D. qui testam. fac. poss.* Hoc loco testamenti factio sumitur in activa significatione. qui vero sint, qui hanc factionem non habeant, dicetur inferius in Epitome. ALEAND.

12. *An secundum regulas juris civilis testatus fuerit*] Hoc est, an omnia observaverit, quæ jure civili ad testamenti valorem requiruntur, veluti, an testamentum uno contextu perfectum, an testes classici adhibiti, item, an legitimus testium numerus, an ad id specialiter convocati, an unusquisque testium testamentum per scripturam ordinatum signaverit, an filius in testamento patris aut heres institutus sit, aut nominatim exheredatus, &c. Visum fuit hæc Gaji verba hic inferere, ut §. 1. locum obtineret. OISEL. Nos vulgarem paragraphorum numerum retinuimus, uti solemus.

13. *Secundum regulas juris*] Debet, qui testamentum condit, solemnitates adhibere, quæ ad id institutæ sunt, alioquin testamentum non erit. Quintil. *declam.* CCCVIII. *Non dixerim testamentum, cui libripens, & emtor familiæ, & cætera juri necessaria deerunt.* Quapropter definiunt testamentum, esse justam voluntatis sententiam, &c. *l. 1. D. hoc tit.* justam, hoc est, secundum regulas juris. Quæ sint hæ solemnitates paulo superius expositimus, quas & Accursius hic enumerare pergit. Constat vero magnam, exactamque curam, & diligentiam hac in re adhibitam, ut vix quisquam sine Jurisperito testamentum facere auderet, quam nimiam, & miseram diligentiam vocavit testator in *l. Lucius, 88. in fin. D. de legat. 2.* Videndus Seneca *lib. IV. de Benef. c. 11.* Præterea nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant, *l. 55. D. de leg. 1.* multæ fuere leges testamentariæ, Caninia, Furia, Cornelia, Falcidia, Velleia, Voconia, Papia, Vicesima. quare Falcidia in testamento prohiberi non poterat, *l. 15. §. 1. D. ad*

Digitized by Google

§. 2. Item teſtamenta facere non poſſunt [17] impuberes, [18] id eſt, [19] minores XIV. annorum, aut puellæ XII.

§. 3.

leg. Falc. Hodie tamen poteſt ex conſtitutione Juſtiniani *de hered. & Falc. cap. 2. ad fin.* ſive expreſſe facta ſit prohibitio, ſeu tacite: quod memini ex te didiciſſe, M. Antoni Otheli, Præceptor amantiſſime. ALEAND.

14. *Qui ſui juris non ſunt*] Filiifamilias teſtamentum condere nequeunt, *l. 6. D. qui teſt. fac. poſſ. l. pen. C. eod.* quia nihil ſuum habent, ut de eo teſtari poſſint, ut ait Ulpianus *in fragm. tit. 20.* Hodie vero etſi aliquid ſuum habere poſſint, tamen id non pleno jure tanquam patresfamilias habent; ideoque de iis disponere teſtamento nequeunt; ac ne de illis quidem, quorum uſumfructum pater non habet, *l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. junct. l. pen. C. qui teſt. fac. poſſ.* Libera tamen de hujusmodi bonis adventitiis inter vivos diſponendi filiofam. majori XXV. annis facultas conceſſa, *Nov. CXVII. c. 1. §. 1.* Solis autem filiisfam. qui caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habent, quoniam in iis patrumfamilias loco habentur, teſtari permiſſum, *pr. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt.* Unde Juvenalis *Satyra XVI.*

Solis præterea teſtandi militibus jus
Vivo patre datur, &c.

Et notum eſt illud ex leg. XII. tabul. PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER FAMILIA PECVNIAVE SVA, ITA IVS ESTO. Ubi teſtandi facultas nominatim patrifamilias tribuitur. OISEL.

15. *Et alieno juri ſubjecti ſunt*] Satis fuit dicere, qui ſui juris non ſunt: hos enim neceſſe eſt alieno juri ſubjectos eſſe. ALEAND.

16. *Hoc eſt filii, tam ex nobis, &c.*] Magna eſt altercatio, cur filiusfamilias teſtari non poſſit, etiamſi pater permittat, *l. 6. D. hoc tit.* at eo permittente donare cauſa mortis poſſit, *l. tamen, 25. D. de donat. cau. mort.* Filiusfamilias teſtamentum facere non poteſt, quod nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit, inquit Ulpianus *in fragm. tit. 20.* Sed Imperatores, Auguſtus, Nerva, Trajanus, & Hadrianus conſtituere, ut de peculio caſtrenſi teſtamentum poſſet facere, §. 1. *Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſt.* quod Juſtinianus traxit ad quaſi caſtrenſe, *l. ult. C. de inoff. teſtam.* quod ii habent, qui ſalaria percipiunt publica. nam falſum eſt, quod Jaſon, & Salicetus, cæterique putarunt, omnia, quæ litterarum cauſſa adquirantur, ſub quaſi caſtrenſis peculii nomen venire. At certe filiusfamilias in eo peculio vice patrisfamilias fungitur, *l. 6. in fine D. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. l. 2. D. ad SC. Maced.* alioquin verbis legis XII. tabularum repellitur, quæ ait: PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA, &c. nam de patrefamilias hoc tantum cavit, non item de filiofamilias. Mulieres antiquitus facere teſtamentum non poterant ſine tutoris auctoritate, quia erant in perpetua tutela, *Ulpian. in fragm. tit. 20. §. pen.* quæ vero in manum viri convenerat, teſtamentum etiam nullo auctore condere poterat. quod elicitur ex verbis M. Tullii, *in Topic.* ubi ait: *Si ea mulier teſtamentum fecerit, quæ ſe capite nunquam deminuit, non videtur ex edicto Prætoris ſecundum eas tabulas poſſeſſio dari, &c.* ait enim non valere teſtamentum ejus, quæ capite ſe nunquam dimimit, hoc eſt, quæ in manum viri non convenit, nam ea teſtari poteſt ſine alterius auctoritate. Boetius ſic habet: *Mulieres vero antiquo jure tutela perpetua continebat. Reddebans vero a tutoris poteſtate, quæ in manum viri convenissent. itaque fiebat eis prioris ſtatus permutatio: & erat capite diminuta, quæ viri convenisſet in manum. Quædam igitur, quæ ſe nunquam capite diminuiſſet, id eſt, quæ in manum viri minime convenisſet, ſi non tutoris auctoritate teſtamentum fecit, quæritur, an ſecundum ejus tabulas ex edicto Prætoris debeat dari poſſeſſio, &c.* Cur vero hæc, quæ alieni quodammodo juris eſſet, & marito tanquam filia, teſtari poterat? nulla credo alia de cauſa, quam quod materfamilias eſſet, idque oſtendit Cicero *in Topicis*, ubi ait: *Si ita Fabia pecunia legata eſt a viro, ſi ea uxor materfamilias eſſet: ſi ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. Genus eſt enim uxor, ejus duæ formæ, una matrumfamilias, hæ ſunt, quæ in manum viri convenerunt, altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.* Quod ibidem explanat Boetius, & confirmat Agellius *lib. XVIII. c. 6.* Quod igitur de patrefamilias ſtatuit lex XII. tabul. id ad matremfamilias trahendum fuit. Cæterum quod ad patris bona attinet, ut ea filiusfamilias poſſet mortis cauſa donare, mirum non eſt, quia pater per filium donare cenſetur: nam qui per alium facit, per ſe ipſum videtur facere, ut juris regula eſt. Teſtari vero per filium non poteſt, quum teſtamentum foret actus legitimus, qui neque diem recipit, neque conditionem, neque fit per interpoſitam perſonam, quod acute obſervavit, & diſcuſſit Petrus Faber *Semeſtr. lib. II. c. 23.* IDEM. De peculio quaſi caſtrenſi non primus Juſtinianus filiisfamilias teſtari permiſit, uti hic ſcribit Aleander: ſed id jam ante ipſum erat permiſſum quibusdam, qui nempe erant in eminenti dignitate: ſed id ipſe omnibus, qui quaſi caſtrenſia haberent peculia, conceſſit, §. *ult. Inſt. de militar. teſtament. l. ult. C. de inofficioſ. teſtament.* De progreſſu hujus peculii quædam notavit V. C. Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de poſtuland.* Quod de mulieribus, quæ in viri convenerant manum, exiſtimat Vir Eruditus, illas teſtari potuiſſe etiam nullo auctore, quo pacto verum eſſe poſſit non video. Non erant quidem hæ in tutela amplius, utpote filiæfamilias, & deminutæ capite, ut conſtat ex Ulpiano *tit. 11. §. 13.* verum quo pacto filiafamilias potuit teſtamentum facere? certe id repugnat regulis certiſſimi juris, de quo etiam ad Ulpianum plura dicemus *dict. tit. §. 27.* Quod mortis cauſa donare poſſit filiusfamilias, non eſt mirum, cum illa donatio non ita jure publico regatur, ut teſtamentum regitur, *l. 3. D. qui teſtam. fac. poſſ.* SCHULTING.

17. *Impuberes*] Impubes, licet ſui juris ſit, teſtamentum facere non poteſt: quoniam nondum plenum judicium animi habet, Ulpian. *fragm. tit. 20.* quoniam nondum

§. 3. Item & hi, qui [20] furioſi, id eſt, mente inſani fuerint, non poſſunt facere teſtamenta. Sed hi, qui inſani ſunt, ſi intervalla ipſius inſaniæ habent, [21] per intervalla, quibus ſani ſunt, poſſunt facere teſtamenta.

nondum ſtabilem mentem adeptus eſt, ut eſt in *l. ult. C. de teſt. mil. vid. l. 5. D. qui teſt. facer. poſſ.* OISEL.

18. *Id eſt minores XIV. annorum.* Hæc Proculeianorum ſententia videtur ſemper fuiſſe magis recepta, ut pubertas ex numero quatuordecim annorum conſtitueretur. nam quamvis Sabiniani adfirmarent, quosdam etiam poſt quindecim, & ſedecim annos adhuc eſſe impuberes, quod & hodie videre poſſumus, tamen ſtatuenda erat certa regula: nullaque melior fuit, quam hæc Proculeianorum, nam plerique maſculi quarto decimo, fœminæ duodecimo anno pubem emittunt: nam ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam quæ perraro eveniunt, *l. 5. D. de legibus.* itaque hanc opinionem potius receptam fuiſſe videtur teſtari Macrobius *lib. 1. in Som. Scip.* ſic inquiens: *Poſt annos autem bis ſeptem ipſa ætatis neceſſitate pubeſcis: tunc enim moveri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum. ideo & tutela puerili, quaſi virile jam robur abſolvitur: de qua tamen fœmina propter votorum feſtinationem maturius biennio legibus liberantur.* Idemque clarius *lib. VII. Saturnal. c. 6. Quum calor ſemper generationis cauſſa fit, fœmina ideo celerius, quam pueri, fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius. nam & ſecundum jura publica duodecimus annus in fœmina, & quartus decimus in puero definivit pubertatis ætatem.* & meminit Tertullianus aliquot locis. Atque hanc pubertatis definitionem comprobatam a Juſtiniano diximus *libro primo ad c. 9.* [*hoc tit. 6.*] Ante eam igitur ætatem teſtamentum facere non licet ob defectum judicii, *l. 5. D. hoc tit. §. præterea, Inſtit. quib. non eſt permiſſ.* Debent autem eam ætatem exceſſiſſe, aut ſaltem compleſſe, *l. qua ætate, 5. D. hoc tit.* Olim pupillis Tribunis militum datum fuit, ut teſtarentur, *l. ult. C. de teſtam. mil.* eam enim dignitatem dedit Auguſtus impuberibus, teſte Sueton. *c. 39.* ex quo intelligitur, *l. 4. C. de teſt. milit.* ALEAND. Auguſtum impuberibus tribunatus legionum dediſſe non dicit Suetonius *Auguſt. c. 38.* ſed eodem tempore, quo virilem togam ſumpſiſſent. Videnda, quæ ad locum illum notarunt Viri Præclari, Is. Caſaubonus, & Alb. Rubenius a Cl. Grævio laudatus, qui verba Suetonii leviter emendant. Nihil vero huc facit reſcriptum Alexandri *l. 4. C. de teſtament. milit.* quod non de alia agit ætate, quam illa, quam in manumittentibus requirit lex Ælia Sentia, ſive viginti annorum. SCHULTING.

19. *Minores XIV. annorum*] Statim enim ac decimum quartum annum, vel fœminæ duodecimum impleverint, placet eos teſtamenti factionem habere, neque curatoris conſenſus in eo requiritur; *d. l. 5. D. d. t. l. 20. §. 1. D. de lib. leg.* OISEL.

20. *Furioſi*] Intellige omnes, qui mente capti ſunt, teſtamentum facere non poſſe, *l. 2. l. 13. in fin. D. de inoff. teſt.* Cum enim mentem non habeant, eis non debet concedi ſapientum hominum jura pertractare, ut eſt in *l. ult. C. de teſt. mil.* Sin tamen furioſus non diurnas, ſed intercapedinatas exacerbationes habeat, ut loquitur Cœlius Aurelianus, ſive, ut Juſtinianus ait, dilucida habeat intervalla, tunc per id tempus, quo furor intermiſſus eſt, teſtamentum jure facere poteſt, *l. 9. C. qui teſt. fac. poſſ.* Requiritur autem ut teſtamentum uno eodemque remiſſionis tempore perficiatur, alioquin ſi furor eum, cœpto quidem, ſed nondum abſoluto teſtamento, iterum invaſerit, nihil actum erit, etiamſi poſtea remiſſo furore id perfecerit, *d. l. 9. C. d. t.* IDEM.

21. *Per intervalla, quibus ſani ſunt, &c.*] Ut tamen, dum dilucidum intervallum durat, teſtamentum inceptum, conſummatumque ſit, *l. furioſum, 9. C. hoc tit.* Sed & plurimi alii ſunt, qui teſtamenta facere non poſſunt, ut ſervi, ſervi pœnæ, deportati, peregrini, obſides, captivi, capitali crimine damnati, de ſtatu ſuo dubitantes, prodigi, quibus bonis interdictum eſt, item qui lege inteſtabiles facti ſunt; ſurdi quoque, & muti, & cæci, niſi quadam adhibita obſervatione. de quibus omnibus differere nimis longum eſſet. Nec Cajus, aut Anianus ulterius trahi ſermonem videtur permittere. ALEAND.

TITULUS III.

De Exheredatione liberorum.

[1] *De exheredatione liberorum*] Exheredatio locum tantummodo habet in ſolis ſuis heredibus; nam, cum eis lege deferatur hereditas, niſi removerentur, ipſo jure heredes exiſterent; quia & vivo adhuc patre quodammodo domini exiſtimantur, ita, ut in iis tantummodo quædam dominii continuatio videatur, *l. 11. D. de lib. & poſt.* OISEL. Lex XII. tabularum proprie ſuis familiam, ſive hereditatem non detulit: ſed credidit, eos ipſo jure heredes eſſe, nec opus eſſe eos vocari: adeoque illorum mentionem fecit tantum obiter, vocando, ſi ſuus heres non exiſteret, adgnatum proximum, ut indicat fragmentum illius legis prolatum ab Ulpiano *tit. 26.* ubi plura dicemus. Non vero jus hoc, quod filius in poteſtate præteritus patris teſtamentum faceret nullum, ex XII. tabulis fuit, quippe, quæ liberrimam teſtandi patrifamilias dederunt poteſtatem, imo ne Ciceronis quidem tempore id conſtitit, ut intelligi poteſt ex illis, quæ apud ipſum leguntur *lib. 1. de Orator. c. 38.* de quo ipſo quoque notabimus aliquid ad Ulpianum *tit. 22. §. 12.* Aleander titulum

[2] Is,

[2]Is, qui filium in potestate habet, [3]curam agere debet, ut testamentum faciens [4]masculum filium aut [5]nominatim heredem instituat, [6]aut nominatim exheredet. nam si masculum filium in testamento praeterierit, [7]non valebit [8]testamentum.

§. 1.

lum ita concepit, *de Institutione, & exheredatione liberorum*, meliorem, scilicet, illo, quem Anianus & Tribonianus posuerunt. Atque ita illum concipi quidem potuisse clarum est, uti & in Pandectis est titulus *de liberis & postumis heredibus instituendis vel exheredandis*. Non tamen oportet illos, qui antiquos edunt scriptores, pro suo arbitratu omnia mutare. Et quis etiam certus nobis erit auctor, ipsum Cajum institutionis mentionem in rubrica fecisse? id non videtur: & verisimile est, ex eodem fonte Anianum & Tribonianum titulum hausisse. Sic quoque in titulo Codicis *de liberis praeteritis vel exheredatis* etiam de institutione quidem agitur, de ea tamen nihil in inscriptione, sive titulo. Cujacius quoque monuit quidem, quid sit rectius, nihil tamen in editione sua mutavit. & certe, si ita liceat quidvis reformare, quo res tandem abibit. SCHULTING.

2. *Is, qui filium in potestate habet, &c.*] Hoc capite tam de institutione, quam de exheredatione liberorum agitur, nempe ut testamentum valeat praeter observationes, quae precedenti capite traditae sunt, *l. inter, 30. D. de lib. & post.* quare melior est titulus, quem posuimus, quam ille, *de Exheredatione liberorum*, qui apud Anianum, & Justinianum visitur: nam Theophilus post hunc titulum *in princ. tit. de hered. instituend.* ait. *Post traditam de Institutione, & exheredatione liberorum doctrinam, &c.* quod & Cujacius notavit. ALEAND.

3. *Curam agere debet, ut testamentum faciens*] Inter caetera enim, quae ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, *principale jus est* de liberis heredibus instituendis, aut exheredandis, ut loquitur Gajus noster in *l 30. D. de lib. & post.* OISEL.

4. *Masculum*] Abundat hoc verbum hic, & iterum bis statim. Aniano hoc debemus, non Cajo, cujus ipsa verba forte retulit Tribonianus *pr. Inst. h. t.* SCHULTING.

5. *Nominatim*] Id enim necesse est, ut institutio, & exheredatio valeat. *l. Titius, 25. D. de lib. & post. l. pen. §. videamus, D. de bon. poss. contra tab. l. 6. §. si institutus, D. ad l. Corn. de falsi. l. 3. D. de injus. rup. & irrit. fact. test. l. 2. D. de hered. instit. l. 2. C. de lib. praet. l. ult. C. de bon. poss. cont. tab.* Nomen igitur filii, & praenomen, & cognomen dicendum est, aut etiam unum ex his. sed & sufficit, si dixerit, *filius meus exheres esto*, si unus sit filius, aut si pepercerit filium dicere, & Seja natum dixerit. aut cum convicio, *non nominandus, non filius meus, latro, gladiator*, & hujusmodi, *l. 1. l. 2. l. 3. D. de lib. & post.* dummodo constet, de eo loqui; nam *Nomen* (inquit Diomedes *lib. 1. Gram.*) *dicitur, quod unamquamque rem monstret, ac notet, quasi notamen*: quare nihil interest, nomine demonstret, an indubitabili signo, quod pene nihil a nomine distet, *l. quoties, 9. §. si quis nomen, D. de hered. instit. §. si quis in nomine. 29. Inst. de legat.* ALEAND.

6. *Aut nominatim exheredet*] Filium nominatim vero exheredandum passim ex libris nostris liquet. Nominatim vero exheredatus intelligitur, non solum, si pater filium ὀνοματικῶς κλαῖ, sive ἐξ ὀνόματος κωφὸν, sed &, si adjecto praenomine, nomine & cognomine eum appellet; quin & nullo adjecto nomine filius recte exheredatur, veluti, si pater dixerit simpliciter, *Filius meus exheres esto*, si modo unicus sit; nam si plures sint filii, benigna interpretatione a plerisque respondetur nullum exheredatum esse, *l. 2. D. de lib. & post.* Servius *ad illud Aeneid. lib. IV.*

— *morientem nomine clamat.*

Tractum est a jure, inquit, *ubi dicitur nihil interesse, utrum quis unum filium habens, dicat: 'Fili, heres esto: an, Tite, heres esto.* Sic & ex sola demonstratione, vel definitione nominatim filius exheredatus videtur, sive id fiat a studiis, aut ab arte, aut ab aetate, aut a colore, ἀπὸ ἐπιτηδεύματος, ἢ ἀπὸ τέχνης, ἢ ἀπὸ ἡλικίας, ἢ ἀπὸ χρώματος, καὶ ἁπλῶς, ut ait Theophilus, πᾶσα φράσις σαφῶς δηλοῦσα τὸ ὑποκείμενον πρόσωπον νομοθέτην ἐξαιρεθέντα ἐκποτελῆ. Et ita quidem in filiis observatum, in caeteris vero liberis, filiabus nempe & ex filio nepotibus, sufficiebat eos inter caeteros exheredasse, *pr. Inst. de exhered. lib.* Ulpianus *in fragmentis tit. 22. Filius, qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim, aut inter caeteros.* Hoc scil. modo, *Titius filius meus heres esto, caeteri exheredes sunto.* Sic in testamento Remigii apud Flodoardum *Hist. Eccles. Rem. l. c. 18. Hac ita do, ita lego, ita testor. Caeteri omnes exheredes esto. sunto.* Et Gregor. Nazianzenus in suo testamento· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐκκεκήρυκται ἀποκηρυκθέντες. Glossae Basilicae τὸ *inter caeteros*, reddunt ἀορίστως, quasi, qui nullo fine circumscripti sunt. Glossae Gr. Lat. vulgo Cyrilli, Ἀορίστως, *sine fine.* OISEL.

7. *Non valebit testamentum*] Ipso jure, neque enim querela, aut alio facto opus est. Verumtamen si supervivens bonis se patris abstinuit, licet subtilitas juris refragari videtur, attamen voluntas testatoris ex bono & aequo tuebitur, *l. filio, 17. D. de injus. rup. & irr. fact. test am.* ALEAND. Hoc est ipso jure nullum est, *l. 30. D. de lib. & post. l. 17. D. de injust. rupt test.* Ulpianus *tit. 22. Ex suis heredibus*, inquit, *filius neque heres institutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere testamentum.* Cujus enim nulla mentio in testamento facta, is omnino *praeteritus* dicitur. Glossae juris Basilic. κεκτημένος, παρακληθείς, λαθών, παρωχημένος. Item ἀπόκλησις καὶς, & ἐμπαιανευθὴς (sic enim leg. & sententia suadet, & jam olim Labbaeus monuit) ἐντὸς διαθήκης. OISEL.

8. *Testamentum*] Post hoc verbum in editione sua Oiselius

§. 1. [9] Si vero filiam præterierit, [10] non [11] rumpit teſtamentum filia prætermiſſa: ſed inter fratres ſuos, legitimo ſtante teſtamento, ſuam, ſicut alii fratres, conſequitur portionem; ſi vero teſtamento extranei heredes ſcripti fuerint, ſtante teſtamento, [12] filia medietatem hereditatis adquirit. [13] Nam ſi facto teſta-

Oiſelius poſuit illa, quæ leguntur §. 1. *Nam ſi facto teſtamento*, uſque ad *non valebit*: quia hæc ita in Inſtitutionibus Juſtinianeis collocata ſunt. Verum quamvis illud principium majori ex parte ex Cajo deſumptum eſſe nolim negare; quid tamen vetuit, quo minus Cajus demum poſt expoſitum jus, quod obtinebat in filia aliiſque ſuis heredibus præteritis, iterum docuerit, quanto major eſſet effectus præteritionis filii: & Tribonianus ordinem verborum Caji inverterit? Tribonianus certe nonnulla illic habet ex ſuo: ac etiam ut antiquata refert, quæ ut uſitatiſſima propoſuerat Cajus. Multa in hac Epitome Aniani erunt nobis mutanda, ſi ad Inſtitutiones Juſtinianeas omnia exigenda erunt. Monentur talia recte, at non protinus tranſponenda ſunt. Et quidquid ſit, Anianum hæc ita reliquiſſe quis negaverit? Nos ergo illa verba, nec non notam Oiſelii hinc removimus, ſuoque loco collocavimus. SCHULTING.

9. *Si vero filiam præterierit*] Filia ceteriſque per virilem ſexum deſcendentibus, nepote, nepteve ex filio, puta, præteritis, teſtamentum olim ſubſiſtebat, nec, quemadmodum in filio præterito, ipſo jure nullum erat; ſed hæ perſonæ ſcriptis heredibus accreſcebant, & partem hereditatis, ac ſi ipſi heredes ſcripti eſſent, nanciſcebantur. Ac ſuis quidem heredibus in portionem virilem, extraneis vero in dimidiam partem hereditatis adcreſcebant. Quod præter Cajum noſtrum *h. l.* & teſtatur Ulpianus *fragm. tit. 22. §. 14.* & Theophilus *lib 11. tit. 13.* Idque obtinebat ſive ſoli ſui, vel extranei, ſive permixtim ſui cum extraneis inſtituti fuerant. Imo hoc poſteriori caſu filia præterita ex accidenti majorem partem hereditatis auferebat, quam ipſe filius, aut filii inſtituti. Finge enim extraneum una cum filio æquis partibus heredem inſtitutum. Hic filia præterita ſingulis ad dimidiam partem accreſcebat, atque ita ipſa ſola ſemiſſem hereditatis nanciſcebatur. Quod ſi duo filii, & duo extranei heredes ſcripti fuerant, hic filia præterita fratribus adcrescebat, extraneis ad ſemiſſem accreſcebat, & ſola in quincuncem hereditatis ſuccedebat, cum filiorum ſinguli tantum ſextantem, ſive ambo trientem hereditatis paternæ haberent. Et hoc eſt quod Paulus dicit *Sentent. lib. III. tit. 4. Filio & extraneo æquis partibus heredibus inſtitutis, ſi præterita accreſcat, tantum ſua avocabit, quantum extraneo. Si vero duo ſint filii inſtituti, ſuis tertiam, extraneis dimidiam tollit.* Et hæc quidem differentia ſexus & gradus liberorum, quemadmodum & natorum & poſtumorum, de quibus mox, olim jure veteri obtinebat. Juſtinianus autem Conſtitutione ſua, quæ eſt *l. ult. C. de lib. præt.* omnem hanc differentiam ſuſtulit, & omnes, ſive mares, ſive fœminas, ſive filios, ſive nepotes, ſive jam natos, ſive adhuc naſcituros, æqua lance vel inſtitui, vel nominatim exheredari juſſit. OISEL. Habet talia quoque Vinnius *ad pr. Inſtit. hoc tit.*

10. *Non rumpit teſtamentum filia prætermiſſa*] Ut nec nepos, aut neptis, reliquive, teſte Ulpiano *in fragm. tit 22.* quare, & ſi tentabat nullum dicere, non poterat, ſed jure accreſcendi portionem ſuam habebat; ex Prætore autem poterat habere contra tabulas bonorum poſſeſſionem in totum; at Impe. Antoninus eam in tantum coarctabat, in quantum jus accreſcendi competebat, *l. ult. C. de lib. præt.* Pejoris autem conditionis erat filia præterita, quam exheredata: nam ſi præterita fuiſſet, alio herede inſtituto, illa dimidium hereditatis accipiebat: quod ſi teſtamento heredibus reſtitui juſſa eſſet, quum retinere quartam ex SC. Trebelliano vellet, non plus, quam ſeſcunciam retinebat. quod ſi exheredata fuiſſet, mota querela inofficioſi, ac reſtituta ex fideicommiſſo hereditate, retinebat quadrantem, quod abſurdum ſuſtulit Juſtinianus, *d. l. ult. C. de lib. præter.* ALEAND.

11. *Rumpit*] Inproprie loquitur Anianus, non enim liberorum jam natorum præteritio unquam teſtamentum rupit, ſed ab initio fecit, ut eſſet nullum. SCHULTING.

12. *Filia medietatem hereditatis adquirit*] Filia ſcriptis heredibus adcreſcebat, ſuis quidem heredibus, hoc eſt, fratribus, in partem virilem, extraneis in partem dimidiam, ut confirmant fragmenta Ulpiani *d. tit. 22.* Quid vero, ſi & frater, & extraneus ſcripti ſunt? utrique dimidiam auferet, hoc eſt, ſextantem, ut unuſquiſque trientem habeat. Si vero duo ſunt fratres inſtituti, his tertiam, extraneis dimidiam tollit, *Paul. lib. III. Sent. tit. 4. §. ſiho.* Sed hæc, ut diximus, a Juſtiniano ſunt abrogata. ALEAND. Sed an non ſi utrique dimidium abſtulit filia, ſemiſſem debuit habere, non trientem? SCHULTING.

13. *Nam ſi*] Anianus *nam* ſumit pro *ſed*: ut alibi, *vid. not. ad lib. 1. tit. 2. §. 1.* Oiſelius pro *ſi* edidit *etſi*, contra aliarum editionum fidem, & nulla auctoritate; forte, ut hæc ita melius reſponderent loco illi, quo ea poſuerat. IDEM.

13. * *Nam etſi facto teſtamento*] Hæc manu Aniani avulſa ſuo loco reſtituimus. Annexa enim erant iis, quæ mox de filiæ præteritione ſequuntur, eum omnino huc pertinere, etiamſi ratio non ſuaderet, vel ex ipſo Juſtiniano liquere poſſet. Et eſt conſequens ejus, quod modo præceſſerat, teſtamentum nempe, in quo filius præteritus, adeo quidem non valere, etiamſi filius vivo adhuc patre deceſſerit: atque hoc propter regulam Catonianam, quæ ſic definit: *Quæ inſtitutio inutilis foret, ſi ſtatim poſt teſtamentum factum teſtator deceſſiſſet, ea non debet ideo valere, quia diutius vixerit, l. 1. D. de Reg. Caton. l. pen. D. de R. J.* Et generaliter,

Digitized by Google

testamento, in quo filius masculus prætermissus est, evenerit, ut, vivente adhuc patre, filius, qui prætermissus est, moriatur, sic quoque, [14] quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum, quod factum est, non valebit.

§. 2. [15] Postumorum duo genera sunt: quia [16] Postumi appellantur hi, qui

liter, quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. *l. 29. D. de R. J.* OISEI.

14. *Quamlibet*] Hoc est, *quantumvis*. Sæpe ita loqui Antonum, observavimus *ad lib. 1. tit. 2. princ.* in edit. Lugd. CIↃIↃLIX. editum est *quandolibet*.

14. * *Quamlibet filius ille mortuus fuerit*] *l. si filius, 7. D. de lib. & post.* ex regula, quæ dicit, ea, quæ ab initio non subsistunt, ex postfacto non convalescere, *l. quod initio, 29. D. de regul. jur.* ALEAND.

15. *Postumorum duo genera sunt, &c.*] Postumi quasi posteriores dicti sunt, ideoque id nomen sine adspiratione scribendum, Cujacius notat *lib. III. Observ. cap. 4.* ii igitur sunt, qui posteriores parenti editi sunt, nec tantum post ejus mortem, sed & post conditum testamentum eo vivo ex primo capite Legis Velleæ. Hic autem Cajus de suis postumis tractat, non de alienis; qui vero sui postumi sint, qui alieni, videamus. *Est autem alienus postumus*, (inquit Justin. §. *postumo, 26. de legat.*) *qui natus inter suos heredes testatori futurus non est.* Hoc est, qui nunquam futurus est suus heres testatori, qui vero aliquando suus heres testatori futurus est, is alienus dici non potest, sed potius suus dicetur, §. *postumi quoque, Instit. de hered. qua ab int.* utique enim alienus is etiam est, qui extraneus est: quod exemplum a Justiniano adductum demonstrat, nam in *d.* §. *postumo, Inst. de legat.* postquam finivit alienum postumum, subjungit: *ideoque ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erat postumus avo.* quasi rationem reddat, quare alienum dixerit, quia scilicet extraneus sit: ideoque nepotem ex filio emancipato alienum nepotem vocat Ulpianus *in l. sed si hæc lege, 20. §. si filius meus, D. de in jus voc.* Quamobrem inepta est eorum opinio, qui ajunt, alienum esse postumum, qui ex filio in potestate nascitur, is enim suus est, aut certe futurus suus. His cognitis videamus, qui instituti potuerint, aut debuerint, qui non. Ac putem lege XII. tabul. tam suos postumos, quam alienos instituti potuisse, ob latissimam potestatem testatoribus tributam, *l. verbis, 120. D. de verb. sign.* quæ quoniam aut legibus, aut auctoritate Jurisperitorum coangustata est, factum est, ut sui tantum postumi possent heredes instituti, non item alieni. Ratio fuit, quoniam, quum constitutum foret, ut præteritione filiorum nullum esset testamentum, si sui postumi præteriti essent, adgnatione testamentum rupissent. Alieni vero quia impune prætereuntur, ideo jure civili factum est, ut nec heredes instituerentur, quoniam incerti sunt; nam regula inducta fuit, ne incertæ personæ instituerentur, aut iisdem legaretur, §. *legari, 24. Instit. de legat.* quoniam certum consilium debet esse testantis, inquit Ulpianus *in fragm. tit. 22.* quæ tamen regula quibusdam casibus coangustata est, præsertim in suis postumis, ne, (ut diximus) testamenta infirmarentur. Quamobrem cautio Gallii Aquilii, (quæ multis legulejis negotium facessit) de postumis futuris suis capienda est, non de alienis, ut multi putant, quo in errore versatus quoque est doctissimus præceptor meus, Guidus Pancirolus, qui hisce diebus maximo cum omnium dolore diem suum obiit: cujus quidem doctrinæ multa, quæ didici, accepta refero. Nam unusquisque poterat postumum suum heredem scribere, *l. 4. D. de lib. & post.* ubi illud verbum *posse* non omnino cum Accursio interpretor *debere*: nam debebat quidem postumum heredem scribere, quia filius, & suus heres esset, poterat vero, quia id admissum jure civili fuerat contra regulam, quam superius adduximus. Quod vero ibidem Ulpianus ait; *Placet emnem masculum posse postumum heredem scribere*, rectissime Raphael Cumanus, ideo masculum nominari inquit, quia fœminæ postumos suos habere non possunt, quum filios non habeant in potestate, idque frustra Jason subvertere conatur, nam *l. Postumus, 6. D. de inoff. testam.* quam pro sua sententia adducit, non de jure civili loquitur, sed de Prætorio, quo jure institutus alienus postumus in bonorum possessionem mittitur. Sed ad rem. Quum posset unusquisque postumos suos heredes instituere, poterat quoque postumum nepotem ex filio, qui aliquando suus futurus esset, instituere. Sed quum nescirent quodammodo homines, quomodo id facerent, Gallus Aquilius Juriscons. cautionem, & formulam docuit, quæ ea est: *Si filius meus vivo me morietur, tunc si quis mihi ex eo nepos, sive quæ neptis post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit, heredes sunto. l. Gallus, 29. D. de lib. & post.* nam quod in *l. pen. D. de legat. 1.* inquit Paulus, obtinuisse Galli sententiam, alienos quoque postumos legitimos nobis heredes fieri, non de hac formula intelligendum est, ut vulgus interpretum putat, sed de alia Galli opinione, qui censuit, alienos postumos non testamentarios, sed legitimos heredes posse fieri: veluti fratris mei postumus heres legitimus ab intestato esse mihi potest, ventre in possessionem misso, unde legitimi. unde ab eo fideicommissum relinquere possum, *l. 1. §. pen. D. de legat. 3.* Quod igitur inquit Justinianus, §. *postumus, 28. Inst. de legat. Postumus autem alienus heres institui & ante poterat, & nunc potest*: antea, intelligendum est de jure prætorio, non civili, §. *1. Instit. de bonor. possess.* quod vero nunc possit, id ad Justiniani constitutionem referendum est, ut possit institui, nec Prætoris indigeat auxilio. Quod vero subjungit, *nisi in utero ejus sit, quæ juxta nostro uxor esse non potest*, non intelligi debet, quæ uxor testatoris esse non potest, sed quæ nullius uxor esse potest, ut sentit Cujacius, ut antiquitus virgo Vestalis, aut peregrina, hodie Ascetria, nam

Digitized by Google

nam harum postumos nec Prætor adjuvabat: absurdum enim esset, si diceremus, Prætorem hanc institutionem non adjuvare; *Qui ex sorore mea nascetur, heres mihi esto*; aut eam; *Qui ex Titia uxore Seji nascetur, mihi heres esto.* nam quod dicitur ex ea, quæ alii nupta est, non licere postumum heredem scribere, *l. si quis, 9. §. 1. D. de lib. & post.* non de alieno postumo, sed de suo intelligitur, veluti si quis dixerit; *Qui mihi filius ex Titia uxore Seji nascetur, heres esto.* hoc enim casu turpis est institutio; nam quod de suspicione quadam interpretes tradunt, ridiculum prorsus est, quum ea suspicio tam ex nato, quam ex nascituro oriri queat, ut probat Alciatus. Quisque igitur poterat alienum postumum heredem instituere ex jure prætorio, postumum autem suum ex jure civili, etiamsi nondum uxorem habebat, *l. 4. D. de lib. & postum.* & ex certa fœmina, dummodo innupta foret, *l. filius, 28. §. si quis eo tempore, D. eod. tit.* ut de vidua responsum est, *l. anteced. eod.* quæ omnia quo magis recto oculo quisque inspiciet, eo veriora videbit. ALEXAND. Jura de postumorum institutione, ut & præteritione, testamentique per illorum adgnationem eversione, quæ a prudentibus usuque fori introducta sunt, unde ortum habuerint, & quem habuerint progressum, explanabimus & nos paucis (Deo volente) ad Ulpianum *tit. 22.* Præmisit vero dubio procul alia quid hic Cajus de postumis heredibus instituendis vel exheredandis, uti quoque facit Imperator, *§. 2. Inst. h. t.* sed omisit id Anianus. SCHULTING.

16. *Postumi appellantur*] Postumos non eos duntaxat dici, qui post mortem patris nascuntur, sed & qui post testamentum, vivo patre, nascuntur, patet ex *l. 3. §. 1. D. de injust. rupt. irrit. fact. test.* Et ita Glossæ Basil. Ποστοῦμος, ὁ μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς γενηθείς, ὁ μετὰ τὴν διαθήκην τικτόμενος. In prima significatione reddit Philoxenus in Glossis. *Postumus, ὁ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συναμβανόμενος, καταθανόντος δὲ γεννώμενος.* Utramque exprimunt & Glossæ, quæ vulgo Cyrilli nomine circumferuntur: *ὁ μετὰ πατρὸς θάνατον, ἢ διαθήκην γεννώμενος, Postumus.* Utriusque generis autem postumos huc pertinere, docet & Theophili Scholiastes *ad lib. 11. tit. 13.* ubi eadem materia tractatur, & §. 1. hæc verba habentur: *δεῖ δὲ τῶν διατιθεμένων, ἢ μόνον τῶν ἐν φύσει, καὶ τῶν ποστόμων φροντίδα τιθέσθαι.* Vocabulum ποστόμων Scholiastes explicat his verbis: *μετὰ τὴν τελευτὴν πατρός, ἢ μετὰ τὴν κτίσιν τῆς διαθήκης τικτομένων.* Ceterum obiter hic notandum, postumum post mortem testatoris natum, si quidem, tempore testamenti natus, suus nascturus fuisset, non rumpere testamentum, in quo aut institutus, aut nominatim exheredatus est; idque jure civili veteri, sive leg. XII. tabul. sive interpretatione Prudentum, introductum. Postumum vero suum, vivo testatore, post factum testamentum, in quo aut institutus, aut nominatim exheredatus sit; sed istud primum post legem Juliam Velleam receptum; in cujus capite primo testamentorum securitatibus prospectum, ac permissa postumorum institutio, qui vivis nobis sui nascituri sunt. Atque de hac differentia insignis est locus Ulpiani in *fragm. tit. 22. §. 16. Eos, qui in utero sunt*, inquit, *si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere: siquidem post mortem nostram nascuntur*, JURE CIVILI; *si vero viventibus nobis, ex* LEGE JUNIA. Vid. *l. 29. §. 11. & 12. D. de lib. & post.* Cum vero lex Vellea generatim de suis postumis vivo testatore nascituris, instituendis, aut exheredandis, loquatur, hoc tam de filiis, quam nepotibus, ex filio, ante conditum testamentum defuncto, natis, intelligendum; neque enim jure veteri de postumo suo potest factum testamentum vivo testatore nato quicquam constitutum erat, sed tantummodo de postumo suo, hoc est, de eo, qui, si tempore facti testamenti nasceretur, testatori suus esset heres, post mortem testatoris nato. Quod & Gallus Aquilius postea ad eos nepotes postumos produxerat, qui, si quidem tempore facti testamenti nati forent, testatori non fuissent sui heredes, quoniam pater eorum adhuc in vivis erat; quo ante testatorem defuncto, nepotes post mortem avi postumi jam ei sui heredes nascuntur. Hi vero ne rumperent testamentum, in quo prætoriti erant, Gallus Aquilius concepit formulam, qua eos institui posse ostendit; nec enim novum aliquod jus introduxit, sed solummodo jus vetus, quod de filio postumo post mortem testatoris nato tantum loquebatur, interpretatione sua quasi detexit, atque ad nepotes quoque extendi posse monstravit. Formula autem hujusmodi erat: *Filius meus heres esto. Si filius meus vivo me moreretur, tunc, si quis mihi ex eo nepos, post mortem meam in decem mensibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus erit, heres esto.* quemadmodum ea habetur in *l. Gallus. 29. D. de liber. & post.* Atque hic erat, qui dicebatur Postumus Aquilianus, ac avo testatori suus erat. Nam licet, si tempore testamenti facti nasceretur, avo non suus esset heres, tamen consideratur ut suus, quia ex formula Galli institutio ejus in id tempus confertur, quo suus erit; ea enim est vis articuli *tunc*, quod temporis extremitatem significat, *l. 4. §. 2. D. de cond. & dem.* Ceterum Aquilius salva juris veteris ratione non poterat inducere, ut hujusmodi postumus pure institui posset, sed hoc demum ipsomet legis Juliæ Velleæ capite primo institutum. Cujus legis capite secundo (duo enim præcipua fuisse ejus legis capita, docet Scævola in *d. l. 29. §. 11. D. de liber. & postum.*) quidnam cautum, id ex Auctoris nostri verbis, quæ ex *l. 13. D. de injust. rupt. irr. test.* cum huc pertinerent, pro §. 3. sub hoc titulo inseruimus, & quæ ibi notamus, hauriendum. OISEL. Et hic multa ex Vinnio *ad §. 2. Instit. hoc tit.* pro suis venditat Oiselius; qui etiam non debuit caput primum legis Vellejæ quod ad nepotes, restringere ad nepotes ex filio ante conditum testamentum defuncto natos. An non enim idem erit si post testamentum conditum sit mortuus filius, & sic nepos natus sit suus heres? omnes hos complectitur caput primum illius legis, vultque omnes postumos vivo testatore natos, si sint instituti vel exheredati, non rumpere testamentum patris vel avi, *l. 29. §. 11. & 12. D. de liber. & postum.* quod antea, quamvis instituti vel exheredati essent, tamen rumpebant. Sed lex illa multos casus rumpendi sustulit, *d. l. 29. §. 6.* & hunc etiam. SCHULTING.

qui post patris mortem de uxore nati fuerint, & illi, qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo, nisi is, qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: QUICUNQUE FILIUS, AUT FILIA MIHI NATUS, NATAVE FUERIT, HERES MIHI SIT; [17] aut certe dicat, EXHERES SIT, [18] valere ejus non potest testamentum: quia, [19] sicut superius jam dictum

17. *Aut certe dicat*, EXHERES SIT] Sic recte legitur in Pataviana editione anno CIↃIↃLIV, male in Lutetiana: *exheres mihi sit, aut certe dicat, exheres sit*, male in Taurinensi, & ceteris Crispinianis, *heres mihi sit, aut certe dicat, heres sit*. Postumus enim filius aut instituendus est, aut exheredandus, atque formulam utramque ponit Cajus. ALEAND. Recte quoque habet se editio Sichardi aliæque antiquæ. Sola Paris. CIↃIↃLXXXVI. *exheres mihi sit; aut certe dicat, exheres sit*, male. SCHULTING.

18. *Valere ejus non potest testamentum*] Sicut patientia filii præteriti operatur, ut sustineatur testamentum, quamvis ipso jure nullum sit, *l. 17. D. de injust. rup. & irrit. fact. testam.* ita si postumus præteritus vivo testatore natus decesserit, licet juris scrupulositate, nimiaque subtilitate testamentum ruptum videatur, attamen bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest, *l. postumus, 18. D. de injust. rupt. & irrit. fact. test.* ALEAND. Hoc est, non potest ita testamentum ejus valere, ut ex eo scriptus heres hereditatem capere possit. Nam postumis præteritis, cujuscunque gradus, vel sexus sint, testamentum quidem ab initio jure consistit, verum postumi, vel postumæ agnatione postea rumpitur. *§. 1. Inst. de exher. liber.* Et in hoc cernitur differentia filii postumi præteriti, & jam nati, quippe quo præterito, testamentum ipso jure nullum est, *l. 2. l. 3. §. 3. D. de injust. rupt. irr. fact. test.* Item filiarum nepotumque postumorum, & superstitum, quibus præteritis testamentum non rumpitur, *hs. §. 1 D. eod.* Quod & Cajus noster hic indicat, cum dicit, in hoc meliorem esse conditionem postumæ præteritæ, quam natæ, quod illius agnatione testamentum rumpatur. Eadem conditione ac filiæ postumæ præteritæ, sunt & nepotes postumi præteriti ex filio, quorum agnatione testamentum itidem rumpitur, *d. §. 1. Inst. de exh. liber.* Cum filiæ, ut & nepotes superstites ex filio, non rumpant, sed scriptis heredibus ad certam portionem adrepant, ut diximus ad §. 2. h. t. Sic & in exheredationis forma melior est conditio filiarum postumarum, quam natarum; illæ enim aut nominatim exheredandæ sunt, aut siquidem inter cæteros exheredentur, non aliter rite exheredatio facta intelligitur, quam si quid eis legatum sit, *d. §. 2. Inst. de exhered. lib.* Et ita Ulpianus *fragm. tit. 22.* Filia postuma, inquit, *ceteraque postuma fœmina vel nominatim, vel inter cæteros*: (exheredanda) *aut nominatim, aut inter cæteros exheredatis aliquid legatur*. Filiæ autem jam natæ & sine legato inter cæteros recte exheredantur. Atque hanc differentiam ita observari placuit, ut videatur testator de filia postuma non cogitasse. Atque ita benigna interpretatione Prudentum receptum, testatorem eam potius per oblivionem, aut quod ignoraverit conceptionem, præteriisse, quam sub generali clausula illa, *ceteros*, exheredare voluisse; quæ ignoratio, vel oblivio in filia superstite non ita cadere potest. Similiter masculos postumos non tantum primi, sed etiam secundi gradus, non aliter recte, quam nominatim exheredari placuit, *d. §. 2. Inst. de exh. lib.* cum alioquin nepotes ex filio nati & inter cæteros exheredari possint, eodem modo, ac filiæ natæ. Neque sufficit nepotes ex filio postumos inter cæteros, etiam cum legato eis adscripto, exheredari, quod in filiabus postumis obtinet. Sed, inquies, obstat tibi Ulpianus in *Fragm. tit. 22. §. 18.* ubi ait: *Nepotes & pronepotes, cæterique masculi postumi præter filium vel nominatim, vel inter cæteros cum adjectione legati sunt exheredandi, sed tutius est nominatim eos exheredari; & ea observatur magis.* Quibus verbis sane Ulpianus significat etiam nepotes postumos inter cæteros cum adjectione legati exheredari posse, quamvis tutius dicat esse, si id nominatim fiat. Sed hujus juris ratio petenda videtur esse, quod, quemadmodum idem jus in nepotibus & filiabus natis, quod eorum exheredationem, observabatur, ita & nepotes postumos eodem modo, ac filias postumas cum adjectione legati inter cæteros exheredari quidem potuisse. Cæterum, cum hoc modo dubium maneret, utrum avus, etsi legatum adjecisset, neque tamen postumum nepotem nominatim, sed tantummodo inter cæteros exheredasset, utrum, dico, istud de postumo nepote nascituro, an vero de postuma filia nascitura intellexisset, & placuit, benigna interpretatione illum hoc casu videri potius de filia nascitura, quam de nepote postumo cogitasse, spe propagationis nominis & familiæ suæ. Atque ita, ut omne dubium tollatur, nepos postumus nominatim exheredandus. OTTEL. Credo, Cajum scripsisse testamentum ab initio quidem valere, sed adgnatione postumi rumpi, ut scripsit & Theophilus §. 2. *Inst. h. t.* Antiquum autem id ipsum nimis subtiliter, ut solet, interpretatum esse, dum scriberet, testamentum hoc non posse valere. Quod vero mortuo tali postumo, qui ruperat testamentum adgnascendo, adhuc vivo testatore, delatis scriptis heredibus secundum tabulas bonorum possessio, ut notat Aleander, illud quidem ex edicto venit Prætoris: sed tamen Prætor non potuisset nocere heredibus ab intestato proximis: adeoque bonorum possessio, si scriptus ab intestato jure civili quoque non foret proximus, esset sine re & emolumento: quod vero nunc fit cum re, id inductum est rescriptis Imperatorum, Hadriani & Antonini Caracallæ, *l. 12. D. de injust. rupt. irrit. fact. testament.* Non recte vero Otselius aliique accipiunt Ulpianum *l. 2. §. 1. D. de injust. rupt. irrit. fact. testam.* ut intelligetur ex illis, quæ notabun-

ctum eſt, [20] legitime concepti pro natis habeantur. niſi quod melior conditio eſt poſtumæ, quam natæ: quia nata, ſi prætermiſſa fuerit, [21] non rumpit teſtamentum: [22] poſtuma vero, ſicut maſculus, teſtamentum rumpit.

([23] *Poſtumorum loco ſunt & hi, qui* [24] *in ſui heredis loco ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo*

notabuntur ad Ulpianum *tit. 23. §. 2.* de cujus quoque alio loco *tit. 22. §. 22.* ad ipſum aliquid dicetur. SCHULTING.

19. *Sicut ſuperius jam dictum eſt*] Lapſus eſt memoriæ Aniani, qui quum multa ex Cajo ſuſtulerit, tamen verbis Caji adfirmat, id exſtare, quod jam ſuſtulit. ALEAND. Non quidem expreſſis verbis in hiſce reliquiis antea dictum reperimus, *legitime conceptos pro jam natis haberi.* Videtur tamen innuere *lib. I. tit. 7. §. ult.* [*hic tit. 4.*] ubi legitime conceptos ſtatum ſumere tempore conceptionis ait. Et forſan, quæ Cajus ibi dixerat, Anianus ſui oblitus Caji verba hic retinuit, quaſi & ipſe hujus rei antea mentionem feciſſet. Interim ex libris noſtris ſcimus, eorum, qui in utero ſunt, quoties de commodo eorum agitur, perinde rationem haberi, ac ſi in rebus humanis eſſent, *l. 7. l. 26. D. de ſtat. hom.* Quod tamen ita intelligendum, ſi modo poſtea naſcantur; tunc enim fictione juris nativitas retrotrahitur. Quod ſi mulier abortum fecerit, vel monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit, placet teſtamentum non rumpi, *l. 2. l. 3. C. de poſt. hered.* OISEL. Hoc ex Cajo retinuit Anianus, cum tamen in ipſius Epitome nihil tale occurrat. aliud eſt de ſtatu ſumendo quærere, de quo *lib. I. tit. 4. §. ult.* aliud regulam talem ponere. Et potuit Cajus horum quoque meminiſſe occaſione tutoris poſtumis dandi, uti fecit Imperator *§. 4. Inſt. d. tutel.* Ceterum hac in parte poſtumi plus juris ſæpe habuere, quam jam nati. Sane prius conſtitit, teſtamentum adgnatione poſtumi rumpi, quam nullum eſſe ob præteritionem filii, ut oſtendam ad Ulpianum *tit. 22. §. 18.* & ipſe Cajus alio mox exemplo id confirmat. Certe cum de liberis nondum natis parentes facilius credi poſſint non cogitaſſe in teſtamento condendo, quam de iis, quos habere ſe ſciant, ipſorum voluntati congruum credi debet eſſe, nec teſtamentum ipſorum poſtumis noceat. SCHULTING.

20. *Legitime concepti pro natis habeantur*] Quoties de commodis ipſorum quæritur, *l. 7. l. 26. D. de ſtatu homin.* ALEAND.

21. *Non rumpit*] Nec unquam jam natus præteritus rumpit teſtamentum: Sed ſæpe id facit nullum. Verum hoc modo monitum. SCHULTING.

22. *Poſtuma vero, ſicut maſculus, teſtamentum rumpit*] Quod & Ulpianus ſignificat his verbis, *tit. 22. fragm. Poſtumi quoque liberi cujuscunque ſexus omiſſi, quod valuit teſtamentum adgnatione rumpunt.* & meminit Juſtinianus in §. *poſtumi, Inſtit. hoc. tit.* eaque fortaſſe ratio fuit, quia nihil de ea videtur cogitaſſe teſtator, quum nondum nata ſit, *arg. l. ſi filius familias, 33. D. de teſtam. milit.* nam ſi jam natam præterit, vix eſſe poteſt, ut ejus non meminerit, ac eo caſu videtur potius odio præteriiſſe. Sicque facilius jam nata exheredari inter cæteros poterat, quam naſcitura, nam huic aliquid legari debebat, ne ſilentio omiſſa cenſeretur, ut Ulpianus oſtendit *tit. 22. Regul.* & Juſtinianus *in d. §. poſtumi*, quod ipſe ſuſtulit *l. ult. §. ult. C. de liber. prater.* ALEAND.

23. *Poſtumorum loco ſunt & hi, &c.*] Exſtat hoc fragmentum in *l. 13. D. de injuſt. rupt. & irr. fac. teſt.* & apud Juſtinianum *ſub hoc tit.* quod multorum commentariis adeo expoſitum eſt, ut cumulum non requirat, quare paucis utamur. Notavimus ſupra, jure veteri nepotes, & pronepotes, ſicut & filias impune teſtamento præteriri potuiſſe; ſi tamen jam nati eſſent, nam poſtumi nepotes, poſtumæve adgnatione rumpebant teſtamentum. Lex autem Vellea nepotes jam natos, quorum pater gradu præcederet, exæquavit poſtumis, ut hi etiam præteriti rumperent teſtamentum, ſi mortuo eorum patre ſui heredes adgnaſcerentur, quod hoc loco explicat Cajus, eos poſtumorum loco eſſe. id autem continebatur capite ſecundo Legis Velleæ, *L. Gallus 29. §. ſequenti, D. de lib. & poſtu.* IDEM. Explicat hoc loco Gajus noſter caput ſecundum legis Juliæ Velleæ, quo cautum, ne nepotes una cum filiis tempore teſtamenti facti exiſtentes, ac poſtea patribus eorum vivo teſtatore mortuis, quaſi agnatione in locum ſui heredis avo ſuccedentes, teſtamentum ejus rumperent, in quo aut inſtituti, aut nominatim exheredati eſſent, *l. 29. §. 13. D. de lib. & poſt.* Occupatum itaque eſt hoc caput maxime circa prohibitionem, in quo differt a primo legis capite, quod verſatur circa permiſſionem inſtitutionis poſtumi ſui, vivo, vel mortuo teſtatore, nati. Videtur autem legem hoc ſecundo capite de inſtitutione nihil diſpoſuiſſe, quia jam ſatis in primo capite de illa eſſet definitum, eo ipſo, cum permitteret. *Ut qui teſtamentum faceret, is omnis virilis ſexus, qui ei ſuus heres futurus eſſet, inſtituendi facultatem haberet*, hoc eſt, ut inſtitui liceat nondum natos, qui cum naſcerentur ſui eſſent; ut intelligere eſt ex *d. l. 29. §. 12. D. d. t.* Et quamvis hæc verba proprie de illis concepta ſint, qui poſt teſtamentum ſui naſcuntur, tamen ſimilitudine rationis haud male & ad eos, qui nati quidem antea, ſed poſt teſtamentum demum quaſi adgnaſcuntur, & ita ſui fiunt, referri poſſint. Atque ita quidem utroque legis Velleæ capite teſtamentorum ſecuritati proſpectum fuit, ne ſcilicet agnatione, vel quaſi agnatione rumperentur. Eſt tamen caſus, qui ad neutrum hujus legis caput pertinere videtur, & quo contingente teſtamentum rumperetur. Finge, Titium tempore teſtamenti filium habere, poſtea nepotem vivo patre ſuo naſci, mox patrem nepotis, Titii nempe filium, decedere; ſuccedit jam nepos avo in locum ſui heredis, a quo ſi præteritus ſit, utique teſtamentum ejus rumpet. ut hoc evitetur, neceſſe eſt vel inſtitutus, vel exhere-

gnascendo fiunt parentibus sui heredes. ut ecce, si filium, & ex eo neporem, neptemve in potestate habeam, [25] *quia filius gradu præcedit, is solus jura sui heredis habet: quamvis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius meus me vivo morietur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea, incipit nepos, neptisve in ejus loco succedere, & eo modo jura suorum heredum quasi adgnatione nanciscantur. Ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel exheredare nominatim debeo, ne quo jure faciam testamentum,* [26] *ita & nepotem, neptemve ex eo necesse est mihi* [27] *vel heredem instituere, vel exheredare,*

ne

heredatus sit. Quæritur, quo jure nepos ille utiliter institui poterit? Ac videtur hoc nullo jure fieri posse; non enim ex jure veteri, quia, etsi tempore testamenti nasceretur, tamen non suus esset testatori; neque ex formula Galli Aquilii, quia non nascitur post mortem testatoris, neque magis ex leg. Velleæ primo capite, quia etsi vivo testatore post testamentum nascitur, tamen non nascitur suus, utpote cujus pater adhuc in vivis est. Sic neque ex posteriore capite, quia illud non institui permittit, sed vetat rumpi testamentum quasi adgnatione succedendo in locum sui heredis, ab eo, qui testamenti tempore jam natus erat; qualis hic nepos nondum est. Verum Julianus duobus quasi capitibus legi Velleæ comunitis, in hoc quoque legem induxit, ne hujusmodi nepos institutus avi testamentum rumpat, *d. l. 29. §. 14. D. d. t.* Et utique quædam communia cum utroque legis capite habet hic casus. Ad primum enim pertinere videtur, quia hic nepos vivo testatore nascitur; ad secundum vero, quia in locum patris sui succedens, quasi agnatione avo suus fit heres. Atque hæc Juliani sententia recepta est, *d. l. 29. § ult. D. d. t.* OISEL. Non recte mentem capitis secundi legis Juniæ Vellejæ exponit Aleander: non enim opus fuit cavere, ne nepos jam testamenti faciendi tempore natus, patre mortuo vel alio modo potestati patriæ exempto, in sui heredis locum succedendo rumperet testamentum; quod certissimum erat jam fieri: sed ne is nepos in tali casu avi testamentum rumperet, modo institutus esset, vel exheredatus, §. 3. *Inst. h. t. l. 29. §. 13. D. de liber. & postum. l. 2. pr. D. de vulgar. & pupillar. substitution.* de quo aliquid monitum *ad lib. 1. tit. 7. §. 2.* Primum quoque caput ejusdem legis, de quo nonnulla habet Oiselius, non alio effectu institutionem postumi vivo testatore nati permisit, quam ne is hoc casu adgnascendo rumperet testamentum patris avive, quod ante illam legem fiebat: idque ideo serius demum mutatum est, qui hic testator rupto testamento aliud ordinarie facere potest: quod locum non habet, si post mortem ipsius nascatur suus heres: & de hoc casu non egit, nec opus fuit, ut ageret lex Velleja; cum de eo postumo, qui si nunc esset natus, statim esset suus, id jam olim admisisset jus civile, *Ulpian. tit. 22. §. 19.* sive antiquum, *l. 29. §. 7. D. de liber. & postum.* & de nepote ex filio, qui nunc testatori suus est heres, si is testatore vivo moriatur, dein nascituro, post patris & avi obitum, id admissum postea, ac inventa huic rei formula ab Aquilio Gallo, *d. l. 29. pr.* Nec etiam quod capite primo legis Juniæ Vellejæ cavetur, ut nati vivis testatoribus postumi non rumperent testamentum, eo, quo dixi, modo, interpretatione est porrectum ad casum, quo, qui jam nati sunt, postea quasi adgnascuntur sui heredes. Sunt hi casus distincti, nec veteres in interpretatione extendente admittenda tam faciles fuere, *arg. l. 10. D. de liber. & postum.* Itaque speciali & secundo capite ejusdem legis hoc cautum fuit, *d. l. 29. §. 13.* SCHULTING.

24. *In sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo*] Bene *quasi adgnascendo.* Et hæc est princeps nota, qua hi nepotes ex secundo legis Velleæ capite distinguuntur ab illis, qui ad primum caput pertinent, & *adgnascendo* testatori sui heredes fieri dicuntur; cum nimirum testamenti facti tempore necdum nati, post factum demum testamentum nascantur patre mortuo, avo testatore superstite, non succedendo in locum sui heredis, sed adgnascendo testamentum rumpant. OISEL.

25. *Quia filius gradu præcedit, is solus &c.*] Nam ut nepos sit suus heres, necesse est, ut pater ejus vivo avo desierit suus heres esse, §. 2. *Inst. de hered. qual. & differ.* ALEAND.

26. *Ita & nepotem neptemve ex eo*] Neptis hæc ex filio quasi adgnata, sive quasi postuma, eodem modo ac filia postuma præterita rumpit testamentum. Nam quemadmodum in filia postuma præsumitur, quod testator eam non prætermisisset, si aut testamenti tempore nata fuisset, aut de ea ut nascitura cogitasset, ita simili conjectura hoc ad hanc quasi postumam neptem producitur, ut avus eam, si testamenti tempore primum gradum obtinuisset, haud dubie aut instituisset, aut exheredasset. Non itaque mirandum meliorem esse conditionem hujus neptis, quam filiæ superstitis, quæ prætorita jure amisso testamentum patris non rumpit; quippe de qua testatorem non cogitasse non ita potest dici. OISEL. Hæc & plura habet Vinnius *ad §. 2. Inst. h. t.*

27. *Vel heredem instituere, vel exheredare*] Particula *nominatim*, quæ modo in propositione hujus comparationis expressa fuerat, hic non repetitur: quia non, quemadmodum filius aut instituendus, aut nominatim exheredandus, ita neptis hæc quasi postuma quoque nominatim exheredari debeat. Sufficit enim eam, quemadmodum filiam postumam, *inter cæteros* exheredare, modo id fiat cum adjectione legati; nam nec plus juris hæc quasi postuma, quam vere postuma he-

ne forte, me vivo, filio mortuo, succedendo in locum ejus nepos, neptisve, quasi adgnatione rumpat testamentum; idque lege [28] *Junia Vellea provisum est.* L. XIII. D. DE INIVST. RVPT. IRRIT. FACT. TESTAMENT.)

§. 3. [29] Si quis post factum testamentum [30] adoptaverit apud populum illum, qui sui juris est, [31] hoc est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem illum adoptaverit, qui in potestate patris est, [32] quasi ei filius natus sit, ita ejus rumpitur testamentum.

§. 4.

habere potest. Nepos autem quasi postumus eodem modo, ac filius postumus, aut instituendus, aut nominatim exheredandus est. arg. §. 1. *in fine. Inst. de exhered. lib.* IDEM. Ex Vinnio *dict. loc.*

28. *Junia Vellea*] Vocanda est Junia Velleja, non Julia Vellea. Lata videtur tempore Claudii Imperatoris a M. Junio Silano, & Vellejo Tutore, uti pluribus ostendam ad Ulpianum *tit. 22. §. eos qui, 29.* SCHVLTING.

29. *Si quis post factum testamentum, &c.*] Hic octavum caput distinguendum erat, ut fecimus. Anianus multa capita omisit, multa confusa reliquit, ut superius quoque patuit. Dictum est, quomodo testamentum jure fiat, expositis solemnibus, item institutione, aut exheredatione liberorum. modo inspiciendum est, quibus ex caussis testamentum hoc jure factum rumpatur, irritumve fiat. ALEAND. Aleander & Oiselius titulum hic novum fecere, *Quibus modis testamenta infirmentur.* Et talem Cajum in Institutionibus habuisse non negaverim: atque ex eo Tribonianum multa in titulum ita inscriptum retulisse hæc Epitome docet. sed nos Anianum hic non deserimus. SCHVLTING.

30. *Adoptaverit apud populum*] Ut verum fatear, dudum hæreo, adoptio per populum statim translata in Principem populi potestate desierit, an multo postea tempore duraverit. nam Augustus jam Princeps *Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptavit in foro lege curiata*, teste Suetonio *c. 65.* & Claudius Neronem, de quo sic Tacit. *Lib. XII. Annal. Rogatque lex, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis transiret.* Apud Ulpianum quoque in *fragmentis Regularum tit. 8.* ubi de adoptionibus loquitur, nulla mentio est adoptionis per Principem, ut nec apud Agellium *lib. V. cap. 19.* qui vixit temporibus Caji. Certe Diocletiani tempestate adrogatio per Principem fiebat, *l. 2. C. de adoption.* nam quod suis quoque temporibus id fieri Cajus scribat eo fragmento, quod posuimus *l. 1. cap. 8* [*hic tit. 3.*] ex *l. 2. D. de adopt.* etiam atque etiam animadvertendum est, num id fragmentum Caji purum putum sit, quum per Triboniani munus versatum sit. Aut dicendum tam apud Principem, quam apud populum id potuisse fieri, donec paulatim potestatem omnem Principes sibi arrogarunt. Primo Julius Cæsar comitia cum populo partitus est, ut Suetonius refert *Jul. cap. 41.* Deinde Augustus comitiorum pristinum jus reduxit, & ipse interveniebat, tanquam unus e populo, teste eod. *Augus. c. 40. & 56.* Denique & aliæ mutationes exortæ sunt ad libitum Principum. ALEAND. Sic loquitur ex jure veteri, quo arrogatio curiatis comitiis apud populum fieri solebat. de qua ad lib. 1. diximus. OISEL. Aleander hac de re quoque dubitavit *ad lib. I. tit. 3. §. 2.*

31. *Hoc est, qui patrem non habet*] Male, ut solet, Anianus interpretatur Cajum. adde quæ scripta sunt *ad lib. I. tit. 5. §. 1.* Hic vero uti Cajus de testamento rumpendo agens, de vera vel quasi adgnatione aliorum postumorum nihil habuisse videtur, quia in præcedentibus hoc exposuerat, ita & Tribonianus nihil habet *in §. 1. Inst. quibus mod. testam. inf.* SCHVLTING.

32. *Quasi ei filius natus sit.*] Adgnatione sui heredis rumpitur testamentum. Pluribus autem modis adgnascuntur, velut adgnascendo, id est, quum suus heres adgnascitur, qui neque heres institutus, neque, ut oportet, exheredatus sit: aut in locum sui heredis succedendo, velut nepos mortuo filio, vel emancipato, ut proximo superiori capite diximus. Item jure veteri manumissione, id est, si filius ex prima, secundave mancipatione manumissus reversus sit in patris potestatem, qua de re primo libro diximus, & infra *cap. 14.* [*hic tit. 8.*] Pariter in manum conventione, de qua postmodum agetur. Denique & adoptione, quum scilicet filius aut adoptatur, aut adrogatur. de quibus omnibus Ulpian. *in fragm. Regul. tit 23.* Adoptio igitur operatur idem, quod adgnatio, *l. verum, 8. D. de injust. rup. irrit. fac. test. l. filius, 28. §. 2. D. de lib. & post. §. 1. Instit. hoc tit.* Quid si Titium heredem instituam, & postea eundem adoptem? an quasi adgnascendo rumpet testamentum? & constat, non rumpi testamentum ab eo, qui heres invenitur, *l. filio, 23. §. ult. D. de lib. & post.* Dubitari poterat, quoniam non tanquam filius, sed tanquam extraneus institutus fuerat. Pariter si pater ab hostibus capiatur, qui testamentum fecit, & filium instituit, reverso eo non rumpitur testamentum, quamvis filius quasi adgnatione revertatur in potestatem, *l. si pater, 9. D. d. injust. rupt. irrit. fac. test.* ALEAND.

32. * *Quasi ei filius natus sit, ita ejus rumpitur testamentum*] Olim indistincte, quavis adoptione, sicuti arrogatione, quasi agnatione sui heredis testamentum rumpebatur; *l. 2. D. de injust. rupt. irrit. test.* Hodie vero ex constitutione Justiniani, *l. pen C. de adopt.* differentia quædam observanda circa eos, qui in specie in adoptionem dati sint; utrum extranea persona, an vero non extranea, puta avus nepotem ex filia, aut filio

§. 4. [n] Posteriore quoque testamento, [34] quod jure factum est, [35] id, quod jure factum ante fuerat, [36] rumpitur. Quod si facto posteriore testamento heres scriptus aut ante aditionem hereditatis moriatur, [37] aut vivo testatore defecerit, aut [38] conditio possibilis, sub qua heres institutus est, impleta non fuerit, is, qui testamentum fecit, [39] intestatus mori videtur: [40] quia

filio emancipato, in adoptionem acceperit: illo enim casu Justinianus voluit jura patris naturalis integra servari, hoc vero jus patris naturalis solvi, & adoptatum transire in potestatem & familiam patris adoptivi. Sic ut secundum hanc Constitutionem adoptatus a persona extranea ejus testamentum amplius non rumpat: nepos vero avi testamentum, utpote in ejus potestatem & familiam transiens, quasi agnatione sui heredis, rumpat, si nempe in eo præteritus sit. Quod si ante adoptionem jam avus nepotem heredem scripserit, potest dici ei satisfactum esse, *l. 18. D. de injust. rupt. irrit. l. 23. §. 1. D. de lib. & post.* OISEL.

33. *Posteriore quoque testamento, &c.*] Rumpitur testamentum mutatione, id est, si aliud testamentum jure factum sit. Ulpian. *fragm. tit. 23. l. 2. D. de injust. rupt. irr. test.* Justinus Martyr. *Dialog. cum Tryphone:* νόμος δὲ, inquit, κατὰ νόμον τεθεὶς τὸν πρὸ αὐτῦ ἔπαυσε, καὶ διαθήκην μὴ ἑκατὰ γενομένην τὴν μετέπειτα δμοίως ἔχειν. Apud Quintilianum *Declam.* CCCVIII. TESTAMENTA ULTIMA RATA SINT est lex; quam mox ita interpretatur: *Quemadmodum inter plurima testamenta ultimum valere oportet: ita hac manifesta legis voluntas, ut id testamentum valeat, post quod nullum testamentum est.* Illud enim testamentum demum ratum debet esse, quod novissimum est, quodque morte confirmatur, nam ambulatoria est hominis voluntas usque ad supremum vitæ exitum, *l. 4. D. de adim. legat. l. 32. §. 2. D. de donat. int. vir. & uxor.* atque hinc testamentum & dicitur ultimum judicium, *l. 18. D. de inoff. test. l. 36. D. de legat. 3. l. 19. C. de inoff. test.* IDEM.

34. *Quod jure factum est*] Regula juris traditur, posteriora derogare prioribus, quæ in testamentis potissimum locum habet. Tunc autem prius testamentum rumpitur, quum posterius rite perfectum est. nam si in posteriori juris solemnia desint, aut filiusfamilias præteritus sit, superius non rumpitur, *l. 7. D. de lib. & post. l. si bina, 11. D. de injust. rupt. irrit. fac. testam.* Capitolinus *in Pertinace: Legem sane tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent.* Duo excipiuntur casus, quibus posterius testamentum imperfectum rumpit superius perfectum. Unus est, si posterius fiat jure militari. Alter si in priori perfecto extraneus institutus sit, in alio imperfecto is, qui ab intestato venire potest, *l. 2. D. de injust rup. irrit. fac. test. l. hac consultissima, 21. §. si quis autem, C. de testament.* ALEAND.

35. *Id, quod jure factum ante fuerat*] Debet prius testamentum jure factum esse, alioquin frustra quæreretur, an ob posterius rumpatur, quum per se ipsum irritum foret, *l. si quis, 29. D. ad S. C. Trebell. l. 2. D. de injust. rupt. irrit. fac. testam.* Nemo autem potest duo testamenta facere, quæ æque valeant, nisi miles sit, *l. quærebatur, 19. l. militis, 36. §. 1. D. de testam. milit.* IDEM.

36. *Rumpitur*] Infirmatur quoque testamentum, si consulto a testatore signa turbentur, idve deleatur, incidatur, comburatur, aliove modo aboleatur, ea intentione, ut is intestatus moriatur, *l. 22. §. 3. D. qui testamen. fac. poss. l. ult. D. de his quæ in testament. delent. l. 1. §. pen. D. de bonor. possessionib. secund. tabb. l. 30. C. de testament.* SCHULTING.

37. *Aut vivo testatore defecerit*] Aut vivens noluerit heres esse, §. 1. *Instit. hoc tit.* ALEAND.

38. *Conditio possibilis*] Impossibilis enim conditio pro non scripta habetur, *l. 3. D. de cond. & demonst. l. 1. D. de condic. instit. l. 16. D. de injus. rup. & irrit. §. penult. Inst. de hered. instit.* Idem juris est in conditionibus, quæ contra leges, aut bonos mores scriptæ sunt, aut inanes, & derisoriæ sunt, *l. 9. l. 14. l. 27. D. de condit. instit.* pariter si contra salutem sint, aut dignitatem, *l. 7. l. 63. §. si sub conditione, D. ad S. C. Trebell.* In contractibus aliud est, ut dicetur *lib. III. cap. 4.* [*hic lib. II. tit. 9. §. 1.*] IDEM. Nihil ad rem faciunt, quæ ex titulo *ad S. C. Trebellian.* huc adduxit Aleander, utpote, quæ non de quovis herede agant, sed de eo, qui universali fideicommisso gravatus est, quique aliquando excusatur, ob difficultatem vel incommodum conditionis, ab hereditatis suscipiendæ necessitate; cum re vera conditio alioquin talis sit, quæ recte possit apponi, & debeat impleri: & alioquin etiam institutio purè loco esset: quod illic minime obtinet. Nec etiam difficilis conditio vitiatur, sed implenda est, *arg. l. 4. §. 1. D. de statuliber;* ubi pro *aliunde* legendum esse *illi inde*, recte vidit Vir Sagacissimus, Joh. Fred. Gronovius *de pecun. veter. lib. II. c. 5.* SCHULTING.

39. *Intestatus mori videtur*] Id est, intestati exitum facit, res ad causam intestati redit; vis omnis testamenti solvitur. Nam ex cujus testamento nemo heres existit, is intestatus decessisse dicitur, § 1. *Inst. de hered. ab intest. l. 9. §. 2. D. de lib. & post.* Ubi Paulus illa verba, *si intestatus moritur*, referenda docet ad id tempus, quo testamentum destituitur, non quo moritur. Nihil itaque interest, ut aliquis intestatus decessisse dicatur, utrum testamentum non fecerit, an vero ex eo nemo heres existat. *l. 181 D. de R. J.* OISEL. Hoc jubet ratio juris, ut heres ab intestato hic admittatur. nec moramur quæ de defuncti voluntate ab illo aversa dici hic possent, qualia habet Quinctilianus *declamat.* CCCVIII. aliud leges & Jura volunt. adde quæ disputat G. Ranchinus *Variar. Lection. lib. II. c. 9.* SCHULT.

40. *Quia*

Digitized by Google

[40]quia teſtamentum, quod prius fecerat, teſtamento poſteriore reſciſſum eſt, & quod poſterius factum eſt, [41]his rebus, quas diximus, infirmatur.

§. 5. Alio quoque modo teſtamenta jure facta infirmantur, ſi aliquis poſt factum teſtamentum [42]capite minuatur, id eſt, [43]aut [44]ab hoſtibus capiatur, [45]aut pro crimine [46]in exſilium deputetur. Similiter & [47]ſi [48]quis adoptatus fuerit, [49]teſtamentum, quod, antequam adoptaretur, fecerat, non valebit.

§. 6. [50]Heredes autem ſui ſunt, aut neceſſarii, aut extranei. [51]Sui heredes

40. *Quia teſtamentum, quod prius fecerat, teſtamento poſteriore reſciſſum eſt.*] Rumpitur enim ſuperius teſtamentum a poſteriore, dummodo heres ex eo exiſtere poterit, *l. 2. l. 16. D. de inj. rupt. irrit. teſt.* etiamſi non exſtiterit; quia forte heres aut ante additionem mortuus fuerit, aut hereditatem tanquam ſuſpectam, vel aliam ob cauſam aut adire noluerit, aut non potuerit. OISEL.

41. *His rebus*] Id eſt, *his modis*, ſic loquitur Paulus *libr. ſing. 1. §. 4.*

42. *Capite minuatur*] Capitis deminutione, cujuncunque illa ſit generis, ſive maxima, ſive media, ſive minima, rumpitur teſtamentum antea factum, nam & teſtamenti facti, & mortis tempore, ut teſtamentum jure ſubſiſtat, requiritur, ut aliquis ſit liber, ſit Civis Romanus, ſit paterfamilias, §. *6. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* Quemadmodum & Gajus hic uniuscujuſque capitis diminutionis exemplum ſubjungit. OISEL. Non hic teſtamentum proprie rumpitur: id enim verbum locum habet, cum manente ſalvo teſtatoris ſtatu ipſius teſtamenti jus vitiatur, §. *1. Inſt. quib. mod. teſtamens. infirmens.* ſed hic irritum fit, §. *4. & 5. Inſt. dict. tit.* SCHULTING.

43. *Aut ab hoſtibus capiatur*] Admiſſum eſt tamen, ut, ſi poſtliminio revertatur, teſtamentum vires recipiat: aut ſi ibi decedat, lege Cornelia confirmetur, *l. ſi quis filio, 6. §. quatenus 12. D. de injuſt. rupt. & irrit. facit. teſtam.* ALEAND.

44. *Ab hoſtibus capiatur*] *l. 6. §. 5. D. de injuſt. rupt. irrit.* Excipe tamen, ſi quis teſtamentum fecerit, & poſtea ab hoſtibus ſit captus; tum enim teſtamentum ejus valet, ſiquidem reverſus fuerit, jure poſtliminii: ſin vero ibi deceſſerit, ex lege Cornelia, quæ perinde ſucceſſionem confirmat, atque ſi in civitate deceſſiſſet, Ulpian. in *fragm. tit. 23. d. l 6. §. pen. D. d. t. l. 12. D. qui teſt. fac. poſſ.* OISEL. Non hic eſt exceptio, cum quis poſt teſtamentum factum captus eſt, ſed de ipſa hac ſpecie id his prædicatur: ac etiam tunc ſummo jure hoc verum eſt, cum ſervus fiat hoſtium qui ab iis captus eſt, quod & indicat Paulus *d. l. 6. §. 5. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament.* verum fictionibus juris tam in caſum reditus, quam mortis illic obeundæ, res expeditur, atque efficitur, ne ſummum illud jus obtineat, *d. l. §. 12. §. ult. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtam.* SCHULTING.

45. *Aut in exſilium deputetur*] Hoc enim modo teſtator e numero civium Romanorum tollitur, atque adeo omnia, quæ ſunt Juris Civilis, perdit, *l. 17. §. 1. D. de pœn.* OISEL. Hæc vera ratio; non prior, quam dat Alexander, quia bona, quæ deportatus habuit condemnationis tempore, publicantur; quæ id nullo modo efficere poteſt. SCHULTING.

46. *In exſilium deputetur*] Ita omnia exemplaria. fortaſſe quis ſcripſerit, *deportetur*. at eo loquendi genere aliis locis utitur Anianus, ut *in interpretatione l. 9. C. Theod. de juriſdict. exſilio ſe deputandum eſſe cognoſcat: & ad l. 1. C. Theod. de inoff. teſt. non pro crimine ſuo exſilio fuerit deputatus. & ad l. 2. de poſtlim. reverterit, ſe in exſilio deputandum.* pariter *ad l. 2. unde vi. ad l. unic. ſi quis eam, cujus int. &c. ad l. 1. de rapt. virg. ad l. 2. ut intra an. crim. act. &c. ad l. un. de damn. previn. inflic.* in *Theodoſiano Codice*. Deportatio igitur teſtamentum jam factum rumpit, *l. ejus, 8. D. qui teſtam. fac. poſſ.* quia & bona, quæ tunc habuit, quum damnaretur, publicantur, etiamſi in ſententia expreſſum non ſit, *l. deportatorum, 8. C. de pœn.* Ejus, qui ſententia Præſidis deportatur, non ſtatim irritum fit teſtamentum, ſed quum Princeps factum comprobaverit, *l. 6. §. ejus, qui. D. de injus. rup. & irr. fac. teſt.* quia Præſes deportandi jus non habet, *l. 6. D. de interd. & releg.* at Præfectus Prætorio, & ejus Vicarius, & Præfectus urbis deportandi jus habent, ac ſtatim poſt eorum ſententiam civitas amittitur, ideoque teſtamentum rumpitur, *l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 1. §. a Præfectis, D. de legat. 3.* quamvis nondum Imperator inſulam adfigneverit, *l. 1. §. 2. de off. Præf. urb.* ALEAND.

47. *Si quis*] Ita ſenſus poſtulat ſcribi, & ſic habet editio Genev. CIↃIↃLXXXVI. Sich. *is qui*, aliæ, *ſi qui*. SCHULTING.

48. *Qui adoptatus fuerit*] Generale *adoptionis* nomen retinet, cum eam adoptionis ſpeciem ſignificet, quæ ſuo nomine *arrogatio* dicitur. Nam qui ſe arrogandum dat, ſui eſt juris, cum is, qui in adoptionem datur, fuerit in poteſtate ejus, qui eum in adoptionem dat, atque ita teſtamentum facere non potuit. Confirmatio ejus, quod hic habetur, eſt in *l. pen. §. 2. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* OISEL.

49. *Teſtamentum, quod antequam adoptaretur, fecerat, non valebit*] Etiamſi iterum ſui juris effectus ſit: niſi tunc codicillis, aut aliis literis eodem teſtamento ſe mori velle declaraverit, *l. qui ex liberis, 11. §. qui teſtamento, D. de bon. poſſ. ſec. tabul.* ALEAND. Et ſic tamen non deferetur heredi ſcripto hereditas jure civili, ſed bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas jure Prætorio, *d. l. pen. §. 2. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund tabul.* quem locum luculenter exponit Cujacius *ad Papinian. Quæſtion. lib. XIII.* SCHULTING.

50. *Heredes autem ſui ſunt &c.*] Hoc etiam caput

des appellantur filii, aut nepotes ex filiis masculis, * quos in potestate avus, vel

Anianus cum reliquis immiscuit, quod nos jure merito segregavimus. ALEAND. Ita & Oiselius, sub titulo de *heredum qualitate & differentia*, quos non sequimur. Hic vero ab ordine, quem tenuit Anianus, & tenuerat ipse forte Cajus, abiit longiuscule Tribonianus, qui hac de re egit demum ante titulum *de legatis*. SCHULTING.

50. * *Heredes autem sui sunt, aut necessarii*] Patavina editio habet: *Heredes autem sui sunt, aut non sui, aut necessarii sunt &c.* verbis male confusis, & repetitis. lego, *Heredes autem aut sui sunt, aut necessarii*. ALEAND. Editio quoque Sichardi habet, ut Patavina, nec non Lugd. CUIACIUS. quæ quoque novum habet titulum *de suis, necessariis & extraneis heredibus*, quem aliæ editiones meliores non agnoscunt, & hæc verba ita exhibent, ut nos quoque edidimus. SCHULTING.

51. *Sui heredes appellantur*] Sui heredes, Græcis αὐτοκληρόμοι, quasi sibimet ipsi heredes fierent. Nam & vivo patre jam quodammodo domini existimantur, *l. 11. D. de lib. & post.* Unde Plautus *in Mercat. Act. 1. Sc. 2.* Filium *herum minorem* appellat. Et in *Trinummo Act. 11. Sc. 2.* Lysiteles patri interroganti, num de suo amico subvenire vellet, respondet: *De meo: nam quod tuum est, meum est, omne meum est autem tuum.* Et nanciscitur filius tantum mortuo patre magis liberam bonorum administrationem, statimque post mortem patris quasi continuatur dominium, *d. l. 11. D. d. t.* Hi & dicuntur sui necessarii, quia jure civili etiam inviti heredes sunt, quamquam jure prætorio eis abstinendi facultas permissa. Ulp. *fragm. 22. §. 20.* Huc referendum illud Appuleji *Metamorph. lib. X. Habebat filiam suam parvulam de marito, quem nuper necaverat. Huic infantulæ, quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat ægerrime.* OISEL. Suus heres dicitur quasi proprius, naturalis, nativus, domesticus, ratione habita patris, non ipsius: quis enim viventis esse potest heres? *l. 1. D. de hereditat. vel action. vendit.* & quis sibi ipse esse potest heres per rerum naturam? Debet esse alius, cui succedatur, alius, qui succedat. itaque suus dicitur quis ratione parentis defuncti, de cujus successione est quæstio. Ita V. C. Jan. a Costa *ad pr. Inst. de hered. qualitat. & different.* Loca Plauti ab Oiselio allegata an ad hoc ipsum jus sui heredis pertineant dubito: cum & peregrini illic loquantur, & nihil dicatur, quod non & alibi de parentibus & liberis prædicetur, quam apud Romanos. In loco Apuleji ab eodem laudato successio necessaria dicitur ea ratione, quod quis jubente natura necessario bona liberis relinquat, *l. 7. D. de bon. damn.* non ratione necessitatis, qua etiam inviti liberi parentibus sunt heredes; de qua hic sermo est, & quod jus ueri juris civilis est, ut & talis patria potestas, qualem cives Romani habent. SCHULTING.

51. * *Sui heredes appellantur filii, aut nepotes*] Ac denique omnes per virilem sexum descendentes, ut dicetur infra *cap. 14. (hic tit. 2.)* dummodo proximo gradu familiæ principem contingant. Nam si filius exstet, & nepos, & pronepos, filius solus suus heres erit; quo defuncto nepos solus fit suus heres; at pronepos non antea erit suus heres proavo, quam & nepos, & filius decesserit. nec interest, naturales sint, an adoptivi, *l. 1. §. suos. D de suis & leg. hered.* Erat & antiquitus inter suos heredes uxor, quæ in manum viri convenerat, de qua pariter *cap. 14. (hic tit. 2.)* sermo erit. Suorum heredum nomen ex lege XII. tabular. descendit, *l liberorum, 220. D. de verb. sign.* videntur autem dici sui heredes, quia quodammodo sui ipsius heredes sunt, quum, mortuo patre familias, non adeant, sed continuent hereditatem, quam jam habebant, ut Asconius, & alii declararunt, quasi olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur, *l. in suis, 11. D. de lib & posthum.* Hi autem & necessarii sunt ex lege duodecim tabularum, sed Prætor dat potestatem abstinendi ab hereditate paterna, si iis damnosa visa fuerit, *l. necessariis, 57. D de adquir. hered.* nec est necesse Prætorem adire, satis enim est, si se non miscuerunt hereditati, *l. ei qui, 12. D. eod. tit.* Scire autem eos oportet, se beneficio Prætoris esse voluntarios, nam si necessarios se putaverint, quamvis sint voluntarii, non poterunt repudiare, *l. 13. eod. tit.* ALEAND.

52. *Quos in potestate avus, vel pater habet*] Verum hoc quidem est, & nunquam fallit, filios, quos pater tempore mortis in potestate habuit, ipsi suos heredes esse. Sed in persona avi non sufficit nepotes tempore mortis in potestate habuisse, sed adhuc requiritur, ut, patre eorum, vel emancipatione, vel deportatione, vel morte sublato, proximum gradum in familia avi obtineant. Sui itaque heredes sunt, qui in potestate morientis sunt, atque primum in ejus familia locum occupant. Unicus tamen est casus, quo, etsi quis tempore mortis proximum gradum in familia non obtinuerit, atque adeo ipsi suus heres non erat, tamen postea suus heres fiat. Finge patrem, filio, ex quo ipsi nepos supersites, exheredato, extraneum heredem scripsisse; atque deliberante herede scripto filium decessisse; postea heredem scriptum hereditatem repudiasse: jam nepos ex filio susceptus avo suus heres erit ab intestato, qui tamen tempore mortis avi suus esse non potuit propter præcedentem personam patris, *l. 7. D. unde lib. §. 7. & seq. Inst. de her. qua ab int.* Nam in hoc casu sufficit nepotem tempore delatæ hereditatis proximum in familia avi esse. Atque hic unicus est casus, in quo mortis tempus aliud est a delatæ hereditatis tempore. in ceteris vero casibus quoad suos heredes tempus mortis & hereditatis delatæ semper unum & idem est. Ut itaque in suorum heredum descriptione etiam iste casus comprehendatur, eam hujusmodi concipere licebit, ut Suus sit heres, qui in potestate morientis fuit, atque tempore delatæ hereditatis proximum in ejus familia gradum obtinet. OISEL.

53. No-

vel pater habet. [52] Neceſſarii ſunt heredes ſervi, [54] qui cum libertate heredes [55] inſtituuntur. [56] Neceſſarii ideo, [57] quia aut velint, aut nolint, neceſſe eſt eis heredes eſſe. [58] Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, & putant, ſe non tantum in ſubſtantia, quantum in debitis relinquere, ipſi ſervos ſuos manumittunt, & heredes neceſſarios faciunt, [59] ut quo magis heres, quam dominus [60] infamiam incurrat, quum res ejus, id eſt, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. [61] Extranei ſunt, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori

53. *Neceſſarii ſunt, qui cum libertate heredes inſtituuntur*] Hoc quidem olim ex plurimorum ſententia neceſſarium erat, ut ſervus, ut neceſſarius eſſet heres, cum libertate inſtitueretur. Hodie autem ex Juſtiniani Conſtitutione ſervus, etiamſi ſimpliciter, nec addita libertatis datione, a domino inſtitutus ſit, eo ipſo liber & heres neceſſarius fit, *l. pen. C. de neceſſ. ſerv. inſt.* Quod tamen ita obſervandum, niſi forte ſervo aliunde libertas debebatur; puta ſi dominus ſervum, quem ex fideicommiſſo manumittere debebat, teſtamento ſuo heredem & libertum eſſe juſſerit. Hic ſervus neceſſarius heres non erit, quia non tam beneficio teſtatoris, quam alieno libertatem accipit, *l. 84. D. de her. inſt.* IDEM.

54. *Qui cum libertate heredes inſtituuntur*] Hodie ex Juſtiniani conſtitutione etiam ſine libertate, quum tacite data intelligatur, §. 2. *Inſt. qui & quib. ex cauſ. manum. non poſſ.* ALEAND.

55. *Inſtituuntur*] A domino: & hic etiam opus eſt, ut ex teſtamento domini & libertatem, & hereditatem conſequantur: alioquin enim, ſi ante manumiſſi ſint, voluntarii heredes erunt; & ſi in aliorum ſint deducti poteſtatem, illis volentibus & jubentibus adibunt, & jubentibus adquirent hereditatem, §. 2. *Inſt. de heredib. inſtituend.* Quæ nec omiſiſſe videtur Cajus, ſed ab Aniano nimis eſſe contractus. SCHULTING.

56. *Neceſſarii ideo, quia aut velint, aut nolint*] Inter neceſſarios ſuos heredes, & ſuos neceſſarios, hoc eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt, jure civili nihil intereſt, ut ait Ulpianus, *in fragm. tit. 22.* at ſui jure prætorio adjuvantur, quapropter nec neceſſarii ab Aniano appellantur. Neceſſariis autem tantum heredibus abſtinendi poteſtas non datur. ALEAND.

57. *Quia aut velint, aut nolint, neceſſe eſt eis heredes eſſe*] Hoc eſt, quod protinus, & ſtatim a morte teſtatoris ipſo jure heredes fiant; atque creditoribus hereditariis citra ullam additionem obligentur, perinde ut ſui heredes & neceſſarii. Hocque certiſſimum eſſe ſervos ipſo jure heredes exiſtere, vel evincere poteſt, quod eis omnino abſtinendi facultas non permittitur, *l. 57. §. ult. D. de acq. hered.* OISEL. Jure civili idem quoque eſt in ſuis & neceſſariis: & abſtinendi facultas data vel negata ad jus civile, quo ſui & neceſſarii pares ſunt, non pertinet: ſed ad jus prætorium. Hæc vero nulli competit neceſſario, niſi ſpeciatim fuerit data, uti ſuis conceſſa eſt ſolis: ac ita rigor juris civilis mitigatus, ne cum effectu detur in eos actio, ut docet Cajus *l. 57. pr. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* & Prætor ſic pareit eorum pudori, *l. 29. D. de reb. auct. judic. poſſid.* hoc vero heredibus neceſſariis tantum nuſquam largitus eſt Prætor, qui plenius ingenuis hominibus, quam libertinis conſuluit. cum his ſatis præclare agi viſum, quod ſic quoque inæſtimabile beneficium libertatis conſequantur. Sed & ſeparationem a Prætore petere poteſt neceſſarius, modo nihil e bonis patroni attigerit, *l. 2. §. ult. D. de ſeparationib.* SCHULTING.

58. *Nam qui creditoribus tenentur obnoxii*] Non ſemel hoc loquendi genus videas in hoc libello, ex quo Anianum facile deprehendas, nam hujuſce ſcriptionis plenæ ſunt ejus interpretationes ad leges Cod. Theodoſiani, & ad Pauli Sententias. Sed & Wiſigothorum leges ſæpius ita loquuntur. ALEAND.

59. *Ut quo magis heres, quam dominus infamiam incurrat.*] Qua de re non nihil diximus *primo libro cap 4. (hic tit. 1. §. 5.)* Nullo herede relicto res hereditariæ venduntur defuncti nomine, *l. 4 D. de reb. auct. jud. poſſ.* quod ignominioſum eſt; quare hujuſce rei leges curam habent, *l. 5. D. de curat. furioſi, l. 23. D. quæ in fraud. cred.* IDEM.

60. *Infamiam incurrat*] Sic ſcribit Imp. Conſtantinus *l. 3 Cod. Theod. de inofficioſ. teſtament. Servus neceſſarius heres inſtituendus eſt: quia non magis patrimonium, quam infamiam conſequi videtur.* Irrogat hanc infamiam poſſeſſio, proſcriptio, & diſtractio bonorum, quæ ipſius nomine fit. quæ hic quoque tangit Anianus, & graphice depingit Cicero *pro Quint. c. 15.* Et alioquin defunctus hac injuria afficeretur, §. 1. *Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumittere non poſſ.* Unde & qui adeunt hereditates ære alieno exhauſtas, famam defuncti conſervant, *l. 23. D. quæ in fraud. creditor. facta ſunt, ut reſtituant.* vel famam & pudorem ejus ſuſcipiunt, ut loquitur Plinius *Epiſtolar. lib. 11. epiſt. 4.* Ignominiam vero non patiuntur, qui bonis cedunt, *l. 11. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* quia ipſorum nomine bona non veneunt, uti notavit Cujacius *Parat. tit. tit. C. qui bon. ceder. poſſ.* & Contius *Lection. lib. 11. cap. 18.* SCHULTING.

61. *Extranei ſunt, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori junguntur*] Hoc prorſus falſum eſt: nam heredes extranei ſunt, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, ſive adgnati ſint, ſive cognati, qui teſtatorem aliquo propinquitatis gradu contingunt. Proinde liberi quoque emancipati heredes a nobis Inſtituti extranei heredes nobis videntur, § *ceteri, Inſtit. hoc tit.* Multa ſunt, quæ Anianus impropriis vocibus deſignat, unde aliter ſonant, ac ipſe forſitan ſenſit. ALEAND. Valde ambigo, ne hic iterum Anianum pro Gajo legamus.

testatori junguntur, [62] sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

Certe longe melius dixisset, *Extraneos heredes esse, qui in potestate morientis non fuerant*, quemadmodum Justinianus §. 3. *Inst. de hered. qualit. & diff.* Nam & extraneus potest esse heres, etsi testatori aliquo propinquitatis, hoc est, sanguinis, gradu junctus fuerit, ut filius emancipatus institutus, *l. 7. D. de cap. min. l. 6. D. de bon. poss. l. 55. D. de rit. nupt.* filius a matre institutus, *l. 4. §. 2. D. cont. tab. l. 195. & seq. D. de V. S.* Item parentes a liberis emancipatis, & fratres instituti. At hoc loco tantum describuntur ii heredes extranei, qui nullo jure ab intestato venire possunt; quod non nisi summa insciția hic fieri potest, ubi extranei & sui invicem in divisione oppositi sunt. Ceterum Extranei heredes & Alieni dicuntur; & Voluntarii. nam Extranei domesticis opponuntur, Voluntarii necessariis, *l. 3. §. 3. D. de her. inst. l. 13. D. de opt. leg.* Dicuntur autem Voluntarii, quia his hereditas voluntate acquiritur, & si velint, licet suscipere, §. *ult. Inst. h. t.* si nolint, non cogantur, *l. 16. C. de jur. delibер.* OISEL. Ubi heres extraneus dicatur *alienus*, non facile ostenderet Oiselius.

62. *Sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes*] Nec hæc a Cajo, qui, ut & præcedentia arguunt, non de illis scribendis, vel non scribendis heredibus, sed de hereditate invitis vel volentibus adquirenda hic disputavit: sed ab Aniano. SCHULTING.

TITULUS IV.

[1] *De Substitutionibus, & faciendis secundis tabulis.*

[2] Substitutio est, quæ post institutionem a testatore fieri solet, [3] id est, secundi heredis appellatio. [4] Et duæ sunt, quarum una Vulgaris dicitur, alia Pupillaris.

§. 1.

1. *De Substitutionibus &c.*] Retinuimus Aniani titulum, quamvis si de *Substitutionibus* tantum dixisset, satis fuisset, quoniam & hoc generali nomine pupillaris substitutio continetur, cujus tantum gratia secundæ tabulæ fiunt. retinuimus, inquam, quia diligenter docet, qui faciendæ sint secundæ tabulæ. ALEAND.

2. *Substitutio est secundi heredis appellatio*] Hanc definitionem non Caji, sed Aniani esse liquere potest ex ejusdem Aniani verbis *ad l. 1. C. Gregor. de famil. erciss. Si quis per testamentum heredem aliquem appellaverit, &c.* In *l. 1. & l. 43. §. 2. D. de vulg. & pup. subst.* Substitutio definitur, quod sit secundi heredis institutio, vel etiam ulterioris: quanquam omnis substitutus, etiam secundus heres Veteribus appelletur, licet tertio, quarto, vel etiam ulteriori gradu scriptus sit; habito scilicet respectu non ad ordinem scripturæ, sed successionis. Sic Cicero secundum heredem vocat, *Verrin. III. de Orator. 1. & pro Cluentio.* Sic Sallustius *in bello Jugurthino: Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam, Massiniſſæ nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem inscripserat.* Ita & Svetonius *in Julio*, de ipso inquit: *Plures percussorum in uxoribus, si quis sibi filius nasceretur, nominavit, Brutum etiam in secundis heredibus.* similiter Plutarchus *in Cæsare* δεύτερον κληρονόμον. Et Appianus *lib. 11. de bello Civili*, ubi & moris esse ait apud Romanos secundos heredes in locum primi deficientis substituere. Δόμιτιος ὁ Ἐνόβαρβος, inquit, ἐν τοῖς ἑαυτέρους κληρονόμους ἐγγενομένοις παῖς, ἦδει γὰρ τὸν Ῥωμαίων νόμον παρεγγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρῶτοι. Exemplum secundo & tertio gradu substitutionis habes apud Tacitum *lib. 1. Annal.* in testamento Augusti: *Cujus testamentum allatum per Virgines Vestales Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam nomenque Augusti adsumebatur. In spem secundam nepotes, pronepotesque; tertio gradu primores civitatis scripserat.* OISEL. Horum quædam, & nonnulla alia notavit Brissonius *d. verbor. signif. v. secundus heres.* Ceterum non tantum substituti etiam ulteriori gradu dicuntur secundi heredes, sed sic nuptiæ quoque secundæ dicuntur, etsi tertiæ quartæve sint *l. C. de secund. nupt.* Plura dabit Gothofredus *ad l. 3. pr. D. qui potior. in pignor. vel hyperb.* Alio tamen spectasse Anianum vult Aleander, nec forte a scopo aberravit. SCHULTING.

3. *Id est secundi heredis appellatio*] Hæc interpretatio Anianum olet, quæ falsissima est, nam non ideo minus tertii, & quarti heredis appellatio (ut ipse loquitur) substitutio dicetur, *l. 1. D. de vulg. & pup. subst. §. 1 Inst. eod. Ulpian. fragm. in 22 §. antepenult.* Ceterum ipse errore ductus est, ob sententiam Pauli *lib. III. sit. 5.* quam ita legit: *Heredes aut instituti, aut substituti dicuntur. instituuntur primo gradu, substituuntur secundo, vel tertio scripti.* credidit enim secundo tantum gradu scriptum substitutum dici, tertio vero gradu proprie scriptum appellari: nam ejus verba ad eum locum ita habent: *Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita substituere possunt: nam qui primo gradu heredes scripti sunt, instituti appellantur: qui secundo substituti: qui tertio scripti vocantur.* Existimo autem illud verbum *scripti* ex Paulo expungendum, ut etiam abest a Modestino *in d. l. D. de vulg. & pupill. subst.* quod & Cujacio videtur. ALEAND.

4. *Et duæ sunt*] Num duæ tantum? at interpretes tot gradus constituere, tot species, tot divisiones, & subdivisiones excogitarunt, ut quotiescunque eas percurro, musearum prælium videre videar. Si successionem spectemus, duæ tantum sunt substitutiones, aut enim succedimus in locum ejus, qui heres non fuit, & hæc

§. 1. 'Vulgaris dicitur, ILLE HERES MIHI ESTO, 'sive hoc filio, sive extraneo. 'QVOD SI HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIS, ILLVM SVBSTITVO, AD QVEM HEREDITAS MEA DEBEAT PERTINERE.

§. 2. 'Pupillaris substitutio 'filiis tantummodo impuberibus dari potest, quæ

& hæc vulgaris est: aut in locum ejus, qui heres quidem fuit, sed testari non poterat; & hæc pupillaris est, aut quasi pupillaris, quam Doctores vocant exemplarem. Si personas spectemus, tres sunt substitutiones, vulgaris, quæ fit puberibus, & impuberibus quibuscunque; pupillaris, quæ filio impuberi fit, in potestate constituto; quasi pupillaris, quæ filio puberi fit dementi. Si modum scripturæ attendamus, quatuor sunt substitutiones. Prima illa est: *Si Titius heres non erit, Cajus heres esto.* Altera; *Si filius meus intra pupillares annos*, aut, *manente dementia, morietur, Cajus heres esto.* Tertia est, quæ duplex dicitur a Theophilo vulgaripupillaris: *Si filius meus heres non erit, aut heres quidem erit, sed intra pupillares annos morietur, Titius heres esto.* Quarta ea est, quam vocant reciprocam: *Filios meos heredes instituo, eosque invicem substituo.* IDEM. Recte, nec enim plura substitutionum genera sunt, quam duo; quemadmodum nec plures sunt casus, a quibus differentia substitutionum sumenda, quam hi duo. Unus, *si institutus heres non erit*, qui casus primus dicitur, & est conditio vulgaris substitutionis; Alter, *si heres erit*, qui secundus, & proprius pupillaris, *l. 4. l. 45. D. h. t. l. 8. C. eod.* Quo etiam pertinet ad hujus exemplum inducta mente capti substitutio, de qua in §. 4. *Inst. de pup. subst.* Cæteræ enim substitutionum species, quas statuunt Doctores, veluti prægviloquæ, & compendiosæ, ex eorum nugatorio cerebro natæ, nihil aliud sunt, quam diversæ substituendi formulæ, quæ vel ad primum, vel ad secundum, vel ad utrumque casum pertinent. OISEL. Quidquid velint alii, re vera ad duas substitutionum species non satis commode omnes illæ, quæ in jure nostro exstant, possunt reduci. Sane cum substituitur liberis mente captis ex Justiniani constitutione §. 2. *Inst. de pupillar. substitution. l. 9. C. de impuber. & al. substitutionib.* fit hoc nec in casum primum, *si heres non erit*, nec semper in casum secundum, *si heres erit, & morietur*: sed in casum, quo durante dementia decedent, qui a prioribus distinguendus est: si enim putas dementem hereditatem adquirere indistincte posse, falleris. non potest ea illi adquiri, nisi quando sinus vel necessarius est heres, *l. 63. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 7. §. 2. 3. C. de Curator. furios. vel prodig.* Itaque hic casus alius est & a primo, & a secundo. Miles quoque quod cuilibet substituere possit quandocumque morituro, & singulari privilegio, & quidem in bona tantum profecta a milite, *l. 15. D. h. t. l. 8. C. de impuber. & al. substitutionib.* id sane a pupillari multum differt, nec veram pupillaris substitutionis definitionem huic speciei accommodare possumus, cum illa ex jure potestatis patriæ fiat, & in omnia impuberis bona. Quando uterque casus, vulgaris & pupillaris, jungitur, nihil novi inducitur extra utramque speciem, sed ex ambæ conjunguntur. Et reciproca non facit speciem, sed adeus speciei, veluti vulgari vel pupillari, cohæret. SCHULTING.

§. *Vulgaris dicitur*, ILLE HERES MIHI ESTO] Probo Patavinam editionem, quæ sic habet; *Vulgaris dicitur illa: heres &c.* Hasce tamen formularum conceptiones scias Aniani esse. Cujus elegantius scripserat. ALEAND. Editio quoque Sich. & Lugd. CIↃIↃLIX. *illa. Heres &c.* sed aliæ, *Ille heres mihi esto*: quod cur non retinendum sit, causam non video. Ceterum substitutio vulgaris est ex duodecim tabulis, & consequens amplissimæ potestati de rebus suis disponendi: non pupillaris, quæ agit de rebus alterius, nempe pupilli; & inducta est moribus, *l. 2. D. h. t. pr. Inst. de pupillar. substit. ub. Jan. a Costa. & Vinn.* SCHULTING.

6. *Sive hoc filio, sive extraneo*] Jure civili substitutio hæc: *Si filius meus impubes heres non erit, Titius heres esto*, vulgaris tantummodo est. at Divi Fratres constituere, ut pupillarem quoque comprehenderet, nisi pater duos fratres invicem substituerit, quorum alter pubes, alter impubes sit, hoc communi verbo, *eosque invicem substituo*, tunc enim in vulgarem tantummodo casum facta substitutio intelligitur, *l. 4. D. de vulg. & pup. subst.* ALEAND.

7. QVOD SI HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIS] Non solum vulgariter substituere possimus in casum *si heres esse noluerit*, sed etiam, *si heres esse non potuerit*. ut speciatim est in *l. 3. C. de her. inst.* Utrumque enim casum tam voluntatis, (quam vocem Merula alicubi Ennio, uti & Augustino ex Mss. restituit) quam impotentiæ complectitur casus ille generalis *si heres non erit*, qui primus est, & conditio vulgaris substitutionis propria. Neque tamen qui in unum casum, puta, *si heres esse noluerit*, substitutus est, in alterum etiam, *si heres esse non potuerit*, & contra, substitutum esse, evincit *l. 12. D. de lib. & post.* atque inde uno speciali expressio, neque alterum interpretatione supplendum, ut falsa est communis DD. sententia, manifestum. OISEL.

§. *Pupillaris substitutio*] Hæc substitutio magis est institutio prima, quam substitutio. nam per hanc non ei, qui testamentum fecit, & secundo gradu succeditur; sed pupillo, cui testamentum factum est, & gradu primo, perinde ac si ipse pupillus sibi testamentum fecisset. Dicitur autem Pupillaris substitutio, quia pater sibi prius, deinde secundo loco liberis suis heredem scribere debet, & non a testamento filii incipere, *l. 2. in fine D. de vulg. & pup. substit.* Suntque hic duo quodammodo testamenta, unum, quod pater sibi, alterum, quod filio impuberi facit; aut certe unum testamentum duarum hereditatum, §. 2. *Inst. h. t. l. 2.* §. 4. D. *eod. l. 25.* D. *qui test. fac. poss.* Duo enim hic videntur esse testamenta, alterum patris, alterum filii,

quia utriusque mors exspectanda, quia duæ aditiones necessariæ, *l. 2. §. 1. D. h. t. l. 11. §. 1. D. ad SC. Trebell.* quia non necesse est, ut unico contextu fiat, sed pater una hora sibi, altera filio testamentum facere potest, *l. 16. §. 1. D. h. t.* sibi etiam per scripturam, filio per nuncupationem, & contra *l. 20. D. h. t. l. 2. D. de bon. poss. sec. tab.* quia hoc casu duæ dantur hereditates, una patris, altera filii, *l. 1. §. 2. D. de her. vel act. vend.* quod maxime eo casu, ubi filius est exheredatus, apparet, *l. 10. §. 4. D. h. t.* quia duplex requiritur tabularum apertura, ubi seorsim obsignatæ sint, *l. 8. D. test. quemad. ap.* Item, quia in pupillari substitutione separatur utriusque testamenti æs alienum, nec substitutus filio tenetur respondere creditoribus paternis, *l. 42. D. de acq. hered.* Sed & unicum tantum testamentum in pupillari substitutione esse, dici potest, quia unus solum testator est, ac septem testium signacula sufficiunt, *l. 20. D. h. t.* quia pupillares tabulæ per se non subsistunt, sed paterni testamenti sunt accessio, quo rupto, aut frisso, aut irrito facto, simul concidunt, *d. l. 2. §. 1. l. 10. §. 4. l. 16. §. 1. D. eod. l. 11. D. quemadm. test. ap.* Atque hinc est, quod in patris & filii tabulis una tantum Falcidia admittatur, *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.* quod juri accrescendi locus fit, tum in hereditate, tum in legatis. Nam qui a patre institutus adierit, si idem filio impuberi substitutus est, etiam filii hereditatem, quasi partem, quæ sibi accrevit, adire cogitur, *l. 59. D. de acq. hered. l. 20. C. de jur. del.* Similiter inter patris & filii pupilli tabularum legatarios accrescendi juri locus est, *l. 34. §. 10. D. de legat. 1.* Item hinc est, quod dies legatorum relictorum ex utrisque tabulis una eademque est, *l. 1. l. 7. §. 3. 4. D. quand. dies leg. ced.* & si quæ sint hujus generis alia. OISEL. Nihil hic habet Oiselius, quod non vel ex Vinnio, vel saltem ex Hotmano *ad §. 2. Inst. de pupillar. substitution.* quivis haurire possit. imo in initio notæ quædam habet, quæ iisdem fere verbis occurrunt apud Vinnium *ad pr. Inst. d. t.*

8. **Pupillaris substitutio filiis tantummodo impuberibus*] Quod sic erit accipiendum, si sint in potestate, cæterum emancipatis pupillariter substituere non possumus, *l. 2. D. de vulg. & pup.* Tanta est patria potestas, ut etiam post mortem patris usque ad filii pubertatem extendatur: itaque & usque ad id tempus pater in locum suum subrogat tutorem, qui pupilli personam, & bona gubernet, atque ob eam rem, quia is a patre datus alter pater videtur, tutela potestas esse dicitur. Usque igitur ad id tempus pater filio substituere potest, si hereditatem adierit, nisi miles sit, nam miles etiam ultra id tempus filio substituit, quæ tamen substitutio in fideicommissum convertitur, *l. centurio, 21. D. de vulg. & pup. l. precibus, 2. C. de impub. & al. sub.* quæ jura perspicua mihi videntur, nec video, quo tendat tantus interpretum conflictus: nam & id perspicue apparet, quod substitutus post pubertatem bona tantum militis capit, quod jus proprium fideicommissi est, *l. coheredi, 41. §. quod si heredem, D. de vulg. & pupill.* alioquin civilia verba, seu directa in paganorum testamentis non trahuntur ad fideicommissum, *l. verbis, 7. D. eodem titulo.* Ea igitur substitutio militis fideicommissum est, aut saltem substitutio ad instar fideicommissi, ut sensit Christophorus Castilioneus: miles enim, quomodocunque potest, quomodocunque vult, testatur: itaque & emancipato filio, & extraneo cuilibet eo modo potest substituere, *l. miles, 41. §. penult. D. de testam. milit.* At paganus, ut diximus, neque post pubertatem, neque extraneis potest substituere, si quandoque heredes fuerint, *l. ex facto, 33. §. item quæro, D. de vulg. & pupill.* nisi si filium furiosum habeat, tunc enim & post pubertatem substituit hoc modo: *Si filius meus, manente dementia vel furore, decesserit, Cajus heres esto:* quod Justinianus induxit, *l. humanitatis, 9. C. de impuber. &c.* nam antea non licebat, nisi id impetratum a Principe foret, *d. l. ex facto, 33. D. de vulg. & pup.* ALEAND.

9. *Filiis tantummodo impuberibus*] Adde & in potestate patria constitutis. Nam hoc & patriæ potestati datum est: & ideo pater filio emancipato ita substituere non potest, *l. 2. in pr. D. h. t.* multoque minus mater liberis suis. In *l. 33. D. h. t.* est vulgaris substitutio, & mentio tabularum pupillarium improprie ibi fit, cum intelligantur vulgares, ut ex casu ibi expresso, *si heres non erit*, satis perspicuum. Bene autem Cajus filiis impuberibus tantummodo pupillariter substitui dicit. Nepotibus enim, etsi impuberibus & in potestate constitutis, avus, si pater eorum præcedat, modo pupillari substituere non potest, utpote qui post mortem avi in patris sui potestatem recasuri, *l. 2. pr. D. d. t.* Poterit tamen ab avo & nepotibus ex formula legis Vellex substitui, *d. l. 2. pr. D. d. t.* hoc nimirum modo: *Filius heres esto. Si filius me vivo suus heres esse desierit, cum qui mihi ex eo nepos est, heres esto. Si nepos heres erit, & intra pubertatis annos decesserit, tunc Titius heres esto.* quæ nepotis institutio fit ex secundo capite legis Vellex, *l. 29. §. 13. D. de lib. & post.* Sed numquid requiritur ad valorem pupillaris substitutionis, ut liberi sint in potestate utroque tempore, hoc est, & quo fit substitutio, & quo pater moritur, an vero sufficit eos solummodo tempore mortis tales esse? Et utrumque tempus desiderari mihi haud absurde videor colligere ex *l. 41. §. 2. D. h. t.* Cujus verba sunt: *Si quis ex his mortis quoque tempore non fuit in familia, substitutio pupillaris fit irrita.* Particula *quoque*, quam JC. hic addit, manifeste evincit & aliud præter mortis tempus esse, quo oporteat liberos in potestate fuisse, hoc vero nullum aliud intelligi potest, nec debet, quam id, quo fit substitutio. Accedit juris illa regula, quæ, quod tempore, quo actum est, non valet, ex post facto convalescere non sinit. OISEL. Licebit hæc & plura quoque invenire apud Vinnium *ad pr. Inst. h. t.* Hoc tamen, quod impubes debeat etiam esse in potestate substituentis ab initio, dubium videri potest reddi ex eo, quod Catoniana regula ad institutiones conditionales non pertineat, *l. 4. D. de regul. Catonian.* & substitutio hæc sub conditione fiat. Verum illic intelligenda conditio talis, qua efficitur, ne deferatur hereditas statim post alicujus mortem; sed ut res tunc dilatione indigeat, *l. 3. D. eod. tit.* sed hic mortuo patre & impubere, quod sane statim fieri potest, substitutio erit nulla, adeoque non sine vitio initium capit, *add. l. 201. l. 210. D. de R. J.* & impuberi substitutus eodem loco est habendus, ac pure scriptus, *l. 2. pr. vers. pure D. de vulgar. & pupillar. substitution.* SCHULTING.

10. Si

quæ ita fit: ILLE FILIVS, [10] SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, [11] ILLVM EI SVBSTITVO. Sed [12] pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet, ut ad notitiam ſubſtituti pervenire non poſſit, [13] ne vitæ pupilli aliquas ſubſti-

10. SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT] Hæc eſt formula, qua unusquisque liberis impuberibus in poteſtate conſtitutis ſubſtituere poteſt. Ex ſingulari vero privilegio eſt, quod milites liberis etiam puberibus, aut emancipatis, aliisve extraneis, qui ſibi heredes exſtiterunt, poſt mortem eorum, ipſis ſubſtituere poſſint; in his ſcilicet, quæ a milite ad eos, quibus ſubſtituit, pervenerint, non vero, quæ aliunde acquiſierint, *l. 5. l. 42. §. 4. D. de teſt. milit. l. 15. D. h. t. l. 8. Cod. eod.* Notandum vero, quod pater filio impuberi non ſolum heredi inſtituto, verum & exheredato pupillariter ſubſtituere poteſt, *l. 1. l. 2 l. 10. §. 5. D. h. t. l. 10. D. ad leg. Falcid. l. 24. C. de legat. Ulpian. fragm. tit. 23. §. 8.* Hac nimirum formula: *Mævius heres eſto. Filius exheres. Si filius intra pubertatem deceſſerit, Titius ei heres eſto.* Neque hodie tabulæ pupillares infirmabuntur, licet exheredatus querela inofficioſi teſtamenti obtinuerit; per *Novell. CXV. c. 3. in fin.* OISEL.

11. ILLVM ET SVBSTITVO] At cujus heres erit hic ſubſtitutus? patrisne, an filii? Si duo ſunt teſtamenta, filii videtur eſſe heres, ſi unum, patris. Proculejani putabant duo eſſe teſtamenta, Sabiniani unum, quod patet ex *l. paterfamilias, 13. D. de privil. creditor.* ubi Javoleni præceptores nominantur: fuit autem Javolenus Sabinianus, *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Unde viſum quibusdam, confundi tabulas, & inſtitutiones non debere, ſed patrem debere prius ſibi, deinde filio heredem ſcribere, *l. 2. §. prius, D. de vulg. & pup. ſubſt.* poteſt etiam pater ſibi per ſcripturam, filio per nuncupationem, vel e contra facere teſtamentum, *l. patris, 20. in fin. eod. tit.* at certe unum eſt teſtamentum, ſed duarum cauſſarum, hoc eſt, duarum hereditatium, *l. 2. § illud etiam, D. de hered. vend. §. igitur, Inſt. de pup. ſub* nam ſufficit, tabulas eſſe patris ſignatas, etſi reſignatæ ſint filii, & ſeptem ſigna patris ſufficient, *d. l. patris, 20 D. eod.* Nihil autem refert, dicat, *Mihi heres eſto*, an, *Filio heres eſto*, *l. coheredi, 41. in fin. l. paterfamilias, 46. in prin. eod. tit. l. 8 §. qui filio. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* qua de re & Cicero nonnihil *lib. II. de Invent. Rhet.* ALEAND. Controverſum fuiſſe inter veteres, an hoc caſu unum eſſet teſtamentum, an duplex; & prius Sabinianis, poſterius Proculejanis placuiſſe; quod video Viris Eruditis, Cujacio *not. poſter. ad §. 2. Inſt. de pupillar. ſubſtitution.* Hotmano *ad §. 3. d. t.* & Aleandro *ad hunc loc.* in mentem veniſſe, nondum mihi perſuadere potui. Sane præceptoribus Javoleni, Sabinianis, nempe, id placere ſcribit aliquis quidem ad Javolenum, ipſum conſulens, *l. 28. D. de reb. auctoritat. judic. poſſident.* Sed an ideo ſtatim alii in contraria fuere opinione? Ulpianus certe abſque ulla mentione controverſiæ ait eſſe unum teſtamentum *l. 2. §. 2. D. de hereditat. vel action. vendit.* & hoc conſtare, *l. 2. §. 4. D. h. t.* At quomodo hoc conſtare potuit, ſi in diverſa abierint ſectæ? idem & pro uno id haberi ait jure Prætorio *l. 20. pr. D. h. t.* Nec hinc abit, quod duo teſtamenta hic ſint *quodammodo, §. 2. Inſt. h. t.* ſive certo modo, κατά τι, & teſtamentum duplex, quo pacto loquitur non Cajus tantum *l. 79. D. ad L. Falcid.* ſed & ipſe Ulpianus *l. 1. §. 1. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* qui tamen conſtare dixit unum eſſe: duplex enim eſt ob duas hereditates, de quibus in eo agitur; unde teſtamentum dicitur patris & filii, *l. 11. §. 5 D. ad L. Falc.* ubi ita loquitur Papinianus, qui idem tamen ſatis indicat, pupillare teſtamentum eſſe & teſtamentum patris. Non ſunt in ipſa re ſtatim contraria, quando diverſo rei conſiderandæ modo diverſimode interdum auctores loquuntur. SCHULTING.

12. *Pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet*] Hoc tamen potius conſilium eſt, quam lex, οὐκ ἀνάγκη ἐστὶν, ἀλλ' αἵρεσις, μᾶλλον νόμος, ἀλλὰ παραίνεσις, neque enim minus pupillaris ſubſtitutio valebit, etſi eisdem tabulis facta fuerit, quibus teſtator heredem ſcripſit, *§. 3. Inſt. h. t.* πάλιν δ' ὅτας βιβλιαρίοις, μηδὲν γράψας τῶν παιδικῶν ἐφόδων ὑποκατάστασιν, ἔδοξε ἑαυτῷ ἐνεγκεῖν κληρονόμον τὸν παῖδα, ἐπιτρέπων ἄνευ τοῦ παιδὸς δοῦναι διαθέσθαι. ut loquitur Theophilus. Neque eam rem ſine exemplo eſſe, liquet ex Suetonio *in Vita Galba*, ubi refert, Galbam *tutorem, quod pupillum, cui ſubſtitutus heres erat, veneno neceſſet, cruce affeciſſe.* Ac fidem facit improbi iſtius vitæ pupilli, cui ſubſtitutus erat heres, inſidiatoris apud Perſium *Satyra 11.* votum, quod ſupra etiam adduximus:

— Pupillumve utinam, quem proximus heres
Impello, expungam!

Hinc Horatius *lib. II. Satyr. 2.* hereditatum captatori ſuadet:

Arrepe officioſus, ut & ſcribare ſecundus
Heres, & ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias.

OISEL. Confer Vinnium *ad §. 3. Inſt. de pupill. ſubſtit.*

13. *Ne vitæ pupilli aliquas ſubſtitutus inſidias molietur*] Multi enim hoc pertimeſcere ſolent. *§ ſin autem, Inſtit. de pupil. ſubſtit.* nam ſi pupillus pubertatem egrediatur, jam ſubſtitutus ſpem ſuccedendi amittet; quamobrem etiamſi pater teſtamento ſuo caverit, ut filius apud ſubſtitutum educetur, tamen Prætor æſtimare debet, an non ſuſpicio ulla maligna ſit, *l. 1. D. ubi pupil. educ. deb.* facile enim mortem pupillorum exoptant ſubſtituti, unde illud eſt Perſii *Satyr. 11.*

Pupillumque utinam, quem proximus heres
Impello, expungam! namque eſt ſcabioſus, & acri
Bile tumet.

Et facile id evenire ſolet, ut ſignificat Horatius *Serm. lib. II. Satyr. 5.*

— — — — — ut & ſcribare ſecundus
Heres, & ſi quis caſus puerum egerit orco,
In vacuum venias. perraro hæc alea fallit.

ALEAND.

14. *Nam in extrema pagina*] In ima cera, ait Suetonius;

ſtitutus inſidias moliatur: [14] nam [15] in extrema pagina teſtamenti fieri debet, [16] ut pars illa, in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, [17] quamdiu pupillus annos

nius *Jul. c. 83.* ut contra primus ceras nominat *Neron. c. 17.* IDEM.

15. *In extrema pagina teſtamenti*] Quam Gajus hic extremam teſtamenti paginam appellat, Juſtinianus *inferiores teſtamenti partes*, ſive *tabulas* vocat. Sæpe vola in *l. 34. D. de uſ. & uſufr. legat. imam partem teſtamenti*, dicit. Marcellus in *l. ult. D. de fideic. libert. noviſſimam partem* teſtamenti. Suetonius *in Julio Cæſare, imam ceram*, Cicero *in Verrina tertia, extremam ceram codicis*. Quod Aſconius Pædianus interpretatur, *ultimam tabulam*, ſive quod idem eſt, *ultimam partem tabularum*. Id autem ex veteri Romanorum conſuetudine, quibus moris erat in tabellis ceratis ſcribere. Quia vero codex, in quo teſtamentum ſcribebatur, ut plurimum ex binis, vel etiam pluribus tabulis ceratis invicem junctis, conſtabat, hinc, quæ prima erat, in qua & nomen teſtatoris & heredis, illius in primo, hujus in ſecundo verſu, ſcribebatur, *prima cera* dicebatur; quomodo apud Horatium *lib. II. Sat. 5.*

. . quid prima ſecundo
Cera velis verſu.

Ubi recte Acron *primam tabulam* exponit. Et Porphyrio ibidem: *Bene hoc*, ait, *& juxta ordinem, quia prius teſtatoris nomen, deinde heredis.* Altera vero tabula, in qua ſecundi heredes ut plurimum ſcribi ſolebant, vocabatur *ſecunda tabula*, vel *ima*, aut *extrema cera*, vel etiam, ut Cajus noſter hoc loco, *extrema teſtamenti pagina*. Quanquam & ſubſtitutiones in eisdem tabulis, in quibus primi heredis inſtitutio fiebat, etiam ſcribere licebat, ut manifeſtum ex *§. 3. Inſt. de pup. ſubſt.* Verum ſatius erat ſecundi heredis nomen in *ima cera* ſcribere, quemadmodum & vulgo fieri ſolebat. Suetonius *in Julio Cæſare: Noviſſimo teſtamento tres inſtituit heredes ſororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, & L. Pinarium & Q. Padium ex quadrante, reliquos in ima cera.* Hi reliqui in ima cera, ſecundi ſunt heredes, inter quos & Brutum paullo poſt recenſet. Et perperam Lipſius hujus loci lectionem olim ſollicitavit; ut jam illuſtri Salmaſio monitum. OISEL. Adiri poteſt Salmaſius *de mod. uſurar. c. 11.* ubi hæc & plura invenientur. Dubito vero an ita ſcripſerit Cajus, *in extrema pagina teſtamenti*: an potius, *ſeparatim in inferioribus partibus*, ut ſcribit Imperator *§. 3. Inſt. h. t.* qui locus forte ex Inſtitutionibus Caji deſumptus: ſed illum more ſuo male exceperit Anianus. SCHULTING.

16. *Ut pars illa obſignata permaneat*] Juſtinianus hanc teſtamenti partem proprio lino, propriaque cera conſignari vult. Ubi Theophilus, τοῦτο τὸ μέρος δεδέσθαι λίνῳ ἰδιαιτέρῳ καὶ δεδέσθαι σφραγισθῆναι ἰδίᾳ. Hoc eſt, quod teſtator ſecundas haſce tabulas, ſive extremas teſtamenti paginas, in quibus filio pupillariter ſubſtituit, ita diverſo lino ligare debeat, propriaque cera a prioribus tabulis ſeparatim obſignare, ut primarum tabularum lino inciſo, iſtisque hoc modo apertis, illæ nihilominus clauſæ permanere poſſint. Finge teſtamenti codicem, ſive tabulas, trinis conſtare tabellis ceratis. Prima & ultima tabellæ ab interiore tantum parte cera illitæ, ab exteriore cera vacuæ erant; intermedia vero ab utraque parte cerata; quomodo fieri ſolebat. His ita junctis, heredum nomina, vel in primæ tabellæ interiore parte cerata, vel in intermediæ tabellæ latere, quod primæ tabulæ reſpondebat, ſcribebantur. Hæcque pars vel *prima cera*, vel *prima teſtamenti pars* dicebatur. In altera vero intermediæ tabulæ, vel etiam ultimæ cerata parte ſubſtitutio fieri ſolebat. Eaque *extrema*, vel *noviſſima pars*, ſive *pagina* teſtamenti, vel etiam *ima cera* vocabatur. Has duas tabellas, ultimam nempe & intermediam, ſi teſtator in eis pupillo ſubſtituerit, neque illud innoteſcere velit, ita invicem proprio lino per illas trajecto ligare debet, ut prima tabella, quæ his poſtea etiam lino trajecto jungenda, aperiri, & a media ſeparari poſſit, illæ ſo manente lino, quo ultima mediæ tabellæ alligata eſt. Quod linum demum poſt pupilli mortem incidendum, tabulæque aperiendæ. Idem & obſervandum erit, ſi forte teſtamenti codex quattuor tabellis, *τετράδιον*, conſtet, ut poſteriores binæ tabellæ, in quibus pupillaris ſubſtitutio, a prioribus, quæ primam teſtamenti partem conſtituunt, proprio lino ſeparatim conſtringantur. Teſtamenti vero tabulæ, quemadmodum & cæterorum contractuum, quæ obſignabantur, olim quidem ſemel circumducto lino, ceraque poſita & ſignata, obſerabantur. Poſtea vero adverſus falſarios, qui tabulas obſignatas ita callide, ſoluto lino, ſignisque convulſis, aperire ſcirent, ut non appareret, inventum eſt, ut lino per tabulas in ſumma margine ad mediam partem perforatas ter trajecto, atque ita ceræ ſupra linum poſitæ ſignis impreſſis, tabulæ elauderentur & obſignarentur. Hoc ita primum tempore Neronis repertum ſcribit Suetonius in ejus vita: *Adverſus falſarios tunc primum repertum, ne tabula, niſi pertuſa, ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur.* Atque h. e. SC. quod intelligit Paulus *lib. V. Sent. tit. 25.* dum inquit, *Ampliſſimus ordo decrevit, eas tabulas, quæ publici, vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, ut in ſumma margine ad mediam partem perforata, triplici lino conſtringantur, atque poſita ſupra linum cera ſigna imprimantur, ut exterior cera interiori fidem ſervet.* Ita optime hæc Pauli verba, quæ in vulgatis corruptiſſime circumferuntur, ab Heroë ſummo Salmaſio reſtituta ſunt. Qui Salmaſius, ut omnia ſumme agere ſolebat, de teſtamentorum ſubſcribendorum & obſignandorum ratione ab antiquis obſervatam primus omnium detexit, in de M. U. ac poſtea etiam contra obtrectatores, qui ejus explicationem ſuggillare, ut impudentes, non verebantur, ſtrenue vindicavit. OISEL.

17. *Quamdiu*] Sic ſcripſit Anianus pro *donec, uſquedum*. SCHULTING.

18. Oi-

annos pubertatis egrediatur,[18] obſignata permaneat, & prior pars teſtamenti, in qua heres ſcriptus eſt, referetur. [19] Hoc etiam & de donis fieri poteſt.

§. 3. [20] Nam ſi extraneus heres ſcriptus ſit, [21] etſi aliquem ſubſtituere non poſſu-

18. *Obſignata permaneat*] Si teſtator in priore parte teſtamenti id caverit, *d. §. ſin autem, in fin. Inſtit. de pup. ſubſtit.* Sed & idem eſt, ſi ſeorſum tabulas ſignatas reliquerit, etiam ſi non fuerit ſuperſcriptum, ne aperirentur, *l. 8. D. quemadm. teſt. aper.* ALEAND.

19. *Hoc etiam & de donis fieri poteſt*] Verba hæc ſubobſcura ſunt, nihil autem aliud ſignificare credo, quam legata quoque, quæ a ſubſtituto alicui dari teſtator præcipit, iiſdem poſtremis tabulis ſcribi debere. nam non minus legatarii vitæ pupilli inſidiarentur, quum ſcirent nihil ſe percepturos, niſi pupillus decederet, & locum ſubſtitutioni daret. Utique autem & legatum donum, ſeu donatio eſt. IDEM. Sunt qui hoc loco legunt, *Hoc etiam iiſdem paginis fieri poteſt.* Quaſi Cajus hic dixerit idem, quod Juſtinianus *§. 3. Inſt. de pup. ſubſt.* ſubſtitutionem nimirum pupillarem nihil ideo minus valere, quamvis in iiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque heredem inſtituit. Quod etſi verum ſit, vereor tamen, ne Gajus noſter hic ita ſcripſerit. Gothofredus pro *donis*, edidit in contextu *bonis*, in notis tamen marginalibus ait, *in eiſdem paginis, ita legitur quibuſdam.* Quid ſi vulgatam lectionem, quæ *donis* habet, ut edidimus, retineamus, eamque cum Connano *Comment. lib. X. cap. 7.* explicemus de fideicommiſſis, quæ poſt mortem heredis relinquuntur? Nam & fideicommiſſa poſt mortem heredis relinqui potuiſſe, manifeſtis verbis teſtatur Ulpianus *fragm. tit. 25. §. 7.* cui adde, quæ Cajus noſter habet *infr. tit. de fideicom. §. 9.* Sic in *l. 1. D. legat. 3.* dicitur benigne receptum eſſe, ut fideicommiſſa relinqui poſſint ab heredis, vel legatarii herede. Quod & Juſtinianus ad legata produxit, ne ſcilicet eorum conditio deterior eſſet, quam fideicommiſſorum, *§. 33. Inſtit. de legat.* Neque ſane abſque ratione ita ſuſpicari licet; nam *§. ſeq.* ubi Cajus de fideicommiſſis poſt mortem heredis relictis agit, hic ſaltem aliquid iſtuc pertinens præceſſiſſe, arguit & particula *nam*, qua *§. ſeq.* incipit, & quæ connexiva eſt, indicatque quandam præcedentium deductionem, & declarationem. Et quidni fideicommiſſum æque ac legatum pro dono haberi poſſit? niſi quod legatum ſemper ſine onere, fideicommiſſum vero nonnunquam & cum onere eſſe poſſit. Quicquid ſit, abſque ope bonæ alicujus notæ MS. codice nihil certi hic decidi poteſt. quare & nos unicuique cogitandi & judicandi, prout libuerit, libertatem facile concedimus. OISEL. Emendatio illa, ut legatur, *iiſdem tabulis*, primum adſcripta eſt margini editionis Lugd. CIↃIↃLXVI. quæ eſt Cujacii, & inde Pariſ. & Gen. CIↃIↃLXXXVI aliiſque. optimum illa exhibet ſenſum: ſed nimis abit a lectione vulgata: nec codices variare dicuntur. Verum ſi ita ſcripſerit Anianus, *de donis*, quod fieri potuit, cur hoc cum Connano & Oiſelio ad ſola fideicommiſſa reſtringemus? quia fideicommiſſa, videlicet, ſola olim relinqui poterant poſt mortem heredis, non legata. Imo legari quoque pupillaribus tabulis a ſubſtituto potuiſſe certiſſimum eſt, *l. 34. §. 10. D. de legat. 1. l. ult. §. 2. 3. D. de legat. 3. l. 11. §. 5. 6. l. 79. l. 80. D. ad leg. Falc. l. 1. §. 1. D. ſi cui plus quam per. leg. Falc. licuer. leg. eſſ. dic.* quod quidem etiam eſt quæſitum, an non exheredato filio procederet, quod plane improbat Juſtinianus *l. 24. C. de legat.* Et impubes quod ad ſecundas tabulas conſiderandus eſt non tamquam patris heres, ſed tamquam teſtator, vel is ſaltem, pro quo alius teſtamentum fecit, *§. 2 Inſt. de pupillar. ſubſtitution.* ut ita regula juris veteris de legatis poſt mortem heredis non relinquendis huc non pertinuerit. Nolo huc trahi verba *§. ſeq* quaſi verisimile foret de fideicommiſſis & hic aliquid præceſſiſſe, de quibus illic etiam agitur: Anianus enim illic de alia plane re loquitur, & *nam* ſumpſit illic pro *ſed*, ut alibi, de quo jam dictum *ad lib. 1. tit. 1.* Illud vero quid eſt, quod ſcribit Oiſelius, legatum ſemper ſine onere, fideicommiſſum vero nonnunquam & cum onere poſſe relinqui? Certe legatum neminem obligabit ære alieno: atque huc videtur pertinere, quod illud nunquam eſſe poſſit damno, *l. 32. D. mandat.* quod & de ſingulari fideicommiſſo certiſſimum eſt: verum quid certius, quam legatarium quoque fideicommiſſo poſſe onerari? docet hoc ipſe Cajus *hoc lib. tit. 7. §. 3.* ubi ipſe id notat, & confirmat Oiſelius. imo fieri poteſt, ut res deliberationem mereatur, an quidem legatum ſuſcipi debeat, ob onus ei adhærens etiam ex fideicommiſſo, *l. 70. D. de legat. 2.* In præcedentibus verbis *reſeretur* repoſui pro vulgato *reſeratur*, editionem Sichardi & Aleandri ſequutus. SCHULTING.

20. *Nam ſi extraneus heres, &c.*] Hæc Anianus. verba autem Caji facile exiſtimo ea eſſe, quæ Juſtinianus habet in § *ult. Inſt. de pupill. ſubſtit.* ALEAND.

21. *Etſi aliquem ſubſtituere non poſſit*] Qui ſemel fuit heres, amplius non poteſt deſinere eſſe heres, *l. ei qui, 32. D. de hered. Inſtit. l. 1. D. ad S. C. Trebel.* quamobrem etſi hereditatem ex fideicommiſſo reſtituat, nihilominus heres permanet, *§. reſtituta Inſtit. de fideicom. hered.* ac niſi poſt Pegaſianum Senatusconſultum ſtipulationes ad ſimilitudinem partiariorum legatariorum, aut emtæ, & venditæ hereditatis interpoſitæ eſſent, univerſa onera heres ſuſtinebat. Hinc perſpicere licet, fideicommiſſum non eſſe ſubſtitutionem, ut paſſim vocant interpretes. Inſtitutio enim eſt directa primi heredis appellatio, ſic ſubſtitutio eſt directa ſecundi heredis, vel tertii appellatio, quaſi ſubinſtitutio. & qui ſubſtitutionem fideicommiſſariam appellat, idem facilius poteſt dicere gibbum rectum, aut planitiem montoſam. quare parcius ea appellatione utendum; quod & ſervaſſe Juriſconſulti videntur: nam ſubſtitutus in locum deficientis heredis heres eſt: contra fideicommiſſarius fideicommiſ-

possumus, ut si heres exstiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, ut alii rogatus a testatore hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

sum habere non potest, nisi heres adierit hereditatem. Hæc si ab aliis animadversa essent, non ita facile multis erroribus scaterent interpretum scripta. Hinc falsa illa adseveratio, substitutionem verbis directis compendiose (ut ajunt) factam quum nullo tempore directo valere possit, post mortem ad fideicommissum trahi, quam merito improbat Alexander, qui pater veritatis cognominatus est. & apertissime locus hic Caji refragatur, comprobatus, ut diximus, a Justiniano, *in* §. *ult. Instit. de pup. subst.* frustra enim id esse privilegium militis dixisset Papinianus *in l. centurio, 15.* D. *de vulg. & pup.* quod superius declaravimus. Nam quod hoc verbum *invicem substituo* commune vocavit Modestinus in *l. 4.* D. *de vulg. & pupill. subst.* non etiam fideicommissorum commune esse intelligendum est, sed tantum vulgaris, & pupillaris substitutionis, ut aperte ex eo loco colligitur, & Viglius considerat. At falsus intellectus veritati prævaluit: itaque hodie eo jure utimur, nam & Pontificiis legibus comprobatum videtur, *c. Rainutius, ext. de testam. c. 1. de testam. in sex.* IDEM. Verbis scilicet directis extraneo non possumus substituere, ut post mortem ejus, ei alius pro voluntate nostra heres sit. Sed possumus tamen verbis precativis rogare, ut aut ipse, aut heres ejus, post mortem ipsius, hereditatem, quæ a nobis ad eum pervenerit, alii vel totam, vel pro parte restituat, Ulpian. *fragm. tit. 25.* §. 7. OISEL.

TITVLVS V.

De Legatis.

Legatorum genera sunt quatuor, Vindicationis, Damnationis, Sinendi modo, & Præceptionis.

§. 1.

1. *De Legatis*] Diluit tacitam objectionem Justinianus *Instit. hoc tit.* cur hosce modos adquisitionis singularum rerum interserat, quum de universalibus adquisitionibus verba facere instituerit: quia scilicet de testamentis, & hereditatibus testamentariis dissertum est, testamentis autem dantur legata, ideo non abs re visum, de legatis dicere, quæ ratio & Cajo inserviet. ALEAND.

2. *Legatorum genera sunt quatuor*] Sic & Ulpianus *fragm. tit. 24.* Item Paulus *Sent. lib. III. tit. 7.* Justinianus primus hanc generum differentiam sustulit, omniumque legatorum, quibuscunque tandem verbis relicta sint, unam voluit esse naturam, hoc est, unam omnium vim atque effectum, *l. 2. C. com. de leg.* Est autem Legatum donatio quædam a defuncto relicta, ab herede præstanda, §. *1. Instit. de legat.* Modestinus in *l. 36.* D. *de legat. 2.* ex jure veteri legatum ait esse, *donationem testamento relictam.* Quod & retinuerunt, additis etiam quibusdam ad majorem lucem, Græci in Glossis Nomicis: λεγάτον ἐστὶ δωρεὰ ἐν διαθήκῃ κατολειφθεῖσα εἰς ὄφλησιν λεγάτου, ἤ πληρονομίας, ἵνα ὁ λαβὼν αὐτὸ ἀνάμνησιν ἔχῃ τοῦ τελευτήσαντος. Et ita apud Suidam, λεγάτον, τὸ ἐν διαθήκαις λαμβανόμενον. Sed hodie, ex Constitutione Justiniani, quæ est *l. 2. Cod. com. de legat.* legata & fideicommissa exæquata sunt, adeo ut nunc non minus legata, quam fideicommissa ab intestato, aut codicillis testamento non confirmatis, relinqui possint, sic ut verba illa, quæ testamenti mentionem faciunt, superflua hodie sint, & ideo haud male a Triboniano mutata. Florentinus in *l. 116.* D. *de legat. 1.* dicit, *legatum esse delibationem hereditatis, qua testator ex eo, quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit.* Delibare est decerpere, diminuere. Cicero *pro Sextio. Omnes undique flosculos carpere atque delibare.* & passim hoc sensu id verbi habes apud Lucretium. Hanc quoque Florentini definitionem retinuit Scholiastes Græcus Theophili, dum inquit: λεγάτον ἐστὶ μείωσις κληρονομίας. Glossæ Philoxeni *Delibavit.* Κατέκνισεν, Ἐμείωσεν. Et hinc capiendus Ambrosius, in Oratione quadam funebri scribens: *Inter fratres autem qualis fuerit, licet omne hominum genus benevolentia complecteretur, indivisum patrimonium docet, nec distributa, nec delibata, sed reservata hereditas.* Per hereditatem non delibatam intelligit haud dubie eam, quæ legatis non est deminuta. Ceterum Ulpianus legati nomen deducere videtur a lege; inquit enim, *legatum est, quod legis modo, id est, imperative testamento relinquitur. fragm. tit. 24.* Et hoc modo etiam Justinianus *Novell. XXII. cap. 2. Legare* interpretari videtur νομοθετεῖν. quasi testatoris voluntas legis habeat vigorem, dum ait, νομοθετείτω μὲν γὰρ ἕκαστος ἐπὶ τοῖς ἑαυτῷ τὰ οἰκεῖα, γραῖ ἔστω νόμος ἡ τούτου ἐκλογή. Quanquam potius id reddere videtur, quemadmodum *legandi* verbum accipitur in Legg. XII. tabul. *Uti legassit quisque de suare, ita jus esto.* Quæ & ibi Justinianus adducit. Et quibus Pomponius latissimam potestatem tribuit, nempe heredes instituendi, legata & libertates dandi, tutelas quoque

§. 1. [1]Vindicationis legatum est, [2]si testator sic loquutus fuerit: ILLUM SERVUM TIBI DO, aut LEGO: vel, ILLAM REM TIBI PRÆSUME, HABE, VINDICA. [3]Quod post mortem testatoris statim legatarius, non exspectato herede, [6]sibi præsumit. Quam si præsumpserit, [7]nec pro præsumpto legato, quoque constituendi. Postea tamen ejus significatio coarctata est, & solum usurpari cœpta pro re certa a testatore relicta, unde in Excerptis e Veter. Gloss. *Legatum*, redditur κατάλειψις. OISEL. Quæ hic Anianus more suo incompte proposuit, habebimus quoque apud Ulpianum *tit. 24.* & nonnulla apud Paulum *Sentent. lib. IV.* unde nos hic præter notata ab aliis non putavimus multa nobis esse dicenda. SCHULT.

3. *Vindicationis legatum*] Per Vindicationem his verbis legamus, *Do, lego, capito, sumito, sive habeto.* Ulpian. *fragm. tit. 24.* Quod autem hic additur, *Quod post mortem testatoris statim legatarius, non exspectato herede, sibi præsumit.* id non tam ex Gaji, quam Aniani myrotheco profluxisse, constare potest ex ejusdem interpretationibus ad Paul. *Sentent. lib. II. tit. de legat. §. per vindicationem.* Verba illa, *Non exspectato herede*, non sic capienda sunt, quasi legatarius rem sibi legatam vindicare posset, etiam antequam heres hereditatem adiisset; sed ita, ut simul ac heres hereditatem adierit, statim legatarius rei legatæ sit dominus, eamque adversus quemvis vindicare possit, non exspectato, ut res legata sibi ab herede tradatur. Ita Theophilus: αὕτη δὲ βινδικατίων διαφορὰ ἐκείνη τὸν λεγατάριον ἅμα τῇ τοῦ κληρονόμου κύριον, εἰς δύναται αὐτὸν κατὰ παντὸς κινεῖν τὴν in rem. Ac proinde errare constat A. Fabrum *Conject. lib. VI. cap. 1.* ubi Caji verba de non exspectando herede interpretatur, quasi legatarius etiam ante hereditatis additionem legatum vindicare posset, ac legatum tantummodo, si postea contingat hereditatem non adiri, irritum fieri; sin vero hereditas adeatur, legati vindicationem, quam ante legatarius fecerat, perinde valere, ac si post aditam hereditatem facta esset; quod falsum esse, manifesto Theophili verba adducta evincunt, ubi ante aditam hereditatem legatarium dominum esse negat, dum eum dominum fieri dicit simul ac hereditas adita sit. Ita in *l. 7.* D. *quando dies legat.* legatum a morte quidem testatoris statim cedi, post hereditatis vero additionem demum peti posse dicitur. Ad Vindicationis legatum respicit Servius ad illa *V. Æneid. Sume pater*, dum ait, *Sume, percipe: nam verbum est Jurisconsultorum, quotiès legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio.* OISEL. Quatenus legatario rem per vindicationem sibi legatam propria auctoritate apprehendere licuerit, explicabimus ad Ulpianum *tit. 24. de legat. §. 4.* SCHWETING.

4. *Si testator sic loquutus fuerit*] Ulpianus *in fragm. tit. 24. Per vindicationem his verbis legamus:* do, lego, capito, sumito, *sive* habeto. ALEAND.

5. *Quod post mortem testatoris statim legatarius non exspectato herede, &c.*] An igitur ante aditam hereditatem? minime gentium: nam si hereditas non adeatur, infirmatur testamentum, ut dixi *cap. 8. (hic tit. 3.)* & nihil valet ex his, quæ testamento scripta sunt, *l. 9.* D. *de testam. tut.* quamobrem intelligendum post aditam hereditatem. Quod autem ait, *non exspectato herede*, hoc vult inferre, ut legatarius necesse non habeat e manu heredis rem legatam percipere, cum ipse per se possit vindicare: habet enim hujusmodi legatarius actionem in rem adversus quamcunque personam: quod & Theophilus exponit. Si tamen ante aditam hereditatem decessisset legatarius, hujusmodi legatum ad heredes transmittebat, quod jus in ceteris non erat, ut tradit Paulus *libro III. Sentent. tit. de legat.* etsi nondum constituisset legatum ad se pertinere, dummodo id evenisset post apertas tabulas, hoc est, postquam dies legati cessisset: nam ex lege Papia dies legati cedebat ex apertis tabulis. Hodie vetus jus restitutum est. IDEM. Quod Paulus de legato vindicationis docet, illud transmissum esse ad heredem legatarii, si legatarius mortuus esset post apertas tabulas, etsi legato non adgnito, non negat idem Paulus obtinuisse quoque in aliis legatis. Dubitat quidem Cujacius *ad Paul. d. lib. III. tit. 6. §. per vindicationem, 7.* de legato damnationis, sed idem id indistincte & recte affirmat de quibuscunque legatis *Paratitl. 1. C. de caduc. tollend.* ac legem Papiam non desiderasse additionem hereditatis, &, ut putat, nec scientiam legatarii, ut dies cederet: adeoque & transmitti potuit. lex enim solum desideravit aperturam testamenti, *l. un. §. 1. C. d. caduc. tollend. Ulp. tit. 24. § 32.* SCHULT.

6. *Sibi præsumit.*] Male Patavii, *Si præsumat.* ALEAND.

7. *Nec pro præsumto legato ab herede potest calumniam sustinere*] Hoc significant Aniani verba, ut non possit heres ullam exceptionem legatario vindicanti opponere, quo minus ille sua manu rem capiat legatam: quæ tamen, si immobilis esset, utroque tempore ex jure Quiritium esse debuerat testatoris, mortis scilicet, & testamenti faciendi tempore. Si vero numero, pondere, aut mensura contineretur, satis erat, si vel mortis duntaxat tempore fuisset ex jure Quiritium, ut refert Ulpianus *Regul. tit. 24. §. 6.* IDEM. Hoc est, ut ego quidem, præeunte A. Fabro *Conject. lib. VI. cap. 1.* interpretor, non potest legatarius ab herede conveniri interdicto *Quod legatorum*, quasi legatum contra voluntatem heredis occupasset. Cum enim verba testatoris in hoc legati genere non ad heredem, sed ad legatarium dirigantur, utique ipsi potestatem facit legatum propria auctoritate occupandi, & vindicandi; neque heredis voluntas hic exspectanda. In legato vero per Damnationem & jam olim legatarius rem legatam ab herede petere debebat actione ex testamento; alioquin si propria auctoritate possessionem occupasset, tenebatur interdicto *Quod legatorum.* Hodie & ista differentia sublata est, ita ut quibuscunque verbis legatum sit, legatarius teneatur rei legatæ possessionem per manus heredis accipere.

legato ab herede poteſt calumniam ſuſtinere: [8]nec, ſi aliena res fuerit, quæ legata eſt, legatarius hoc poterit ab herede [9]repetere. [10]Si per vindicationem una res multis legata ſit, & ſinguli hanc ipſam rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legata capiunt portiones.

§. 2. [11]Per damnationem [12]iſto ordine legatum [13]dimittitur, ut teſtator in teſtamento ſcribat: TU HERES MEUS ILLI HOC DA: aut, ILLUD ILLI AB HEREDE MEO DARI JUBEO. [14]In quo genere legati etiam alienæ res

eſpere. OISEL. Quod Aleander ſcribit de re immobili per vindicationem leganda, illam utroque tempore debuiſſe eſſe teſtatoris, illud etiam in re mobili in ſpecie legatâ verum fuit: illas enim tantum excipit Ulpianus *tit.* 24. §. 2 quæ pondere, menſura, numero continentur. Quod attinet interdictum *Quod legatorum*, id inprimis ad illa legata pertinere videtur, quæ ratio juris civilis vindicari & capi permittebat, adeoque & vindicationis. Et hoc ipſo interdicto contra rigorem juris civilis heredi Prætor ſuccurrit, ut rem repetere poſſit, non indiſtincte, ſed ſi ſatisdatum eſſet *l.* 1. § 16. 17. *l.* 2. §. 1. D. *quod legator.* de quibus ad Ulpianum plura notabimus *tit.* 24. §. 3. Calumnia hic eſt *actio. vid.* du Cange *Gloſſar. h. v.* SCHULTING.

8. *Nec ſi aliena res fuerit, &c.*] In legato vindicationis heredis facto opus non eſt; ideo aliena res per vindicationem legari non poterat: quia legatarius ſuam eſſe rem dicere nequibat, quæ formula vindicationis propria eſt. Facile pertinet ad hanc rem *l. Stichus*, 39. D. *de man. teſtam. & l. propemodum*, 88. D. *de verb. ſignif.* ſi in ea admittamus verbum illud *aliene*, quod potius crediderim delendum. ALEAND. Id eſt, Heres, ſi forte res aliena per vindicationis formulam legata fuerit, non tenetur eam redimere, aut æſtimationem ejus legatario præſtare. Nam res aliena per vindicationem fruſtra legatur. Vid. ad §. 3. *h. t.* OISEL. Aleander ad quæſtionem de legato vindicationis non recte trahit Celſi reſponſum *l.* 88. D. *de V. S.* ubi proponitur differentia inter ſummam legatam, quæ debetur, etſi non ſit pecunia in hereditate; & fundum legatum, qui non debetur, ſi non ſit in hereditate, *l.* 71. *pr.* D. *de legat.* 1. ut docet Cujacius *ad l.* 88. qui etiam illud *aliene* delendum putat, quod valde probabile eſt. SCHULTING.

9. *Repetere*] Sic Aniani pro ſimplici *petere*.

10. *Si per vindicationem una res multis legata ſit*] Sive conjunctim, ſive disjunctim. conjunctim hoc modo, *Titio & Seio fundum Tuſculanum do, lego*. hoc enim caſu concurſu partes fiebant. ac de hoc legato accipienda eſt *l. conjunctim*, 80. D. *de legat.* 3. Disjunctim ita, *Titio fundum Tuſculanum do, lego; Seio fundum Tuſculanum do, lego*. & hoc caſu non concurſu, ſed ſingulis partes debebantur, quod intelligit Juſtinianus *in l. un.* §. *ſin autem disjunctim*, *C. de caduc. toll.* ut recte divinavit Accurſius. ALEAND. Atque hoc obtinebit, ſive conjunctim, ſive disjunctim, una eademque res duobus, vel pluribus per vindicationem relicta ſit, ut omnibus concurrentibus, ſinguli partes capiant. Hoc eſt, quod Imperator §. 8. *Inſt. h. t.* dicit, *ſcindi inter eos legatum*. Et paſſim in Juris noſtri libris dicitur *concurſu partes facere*, aut *concurſu partes habere*, ut in *l.* 3. *D. de uſufr. accr. l.* 34. §. 10. *D. de legat.* 1. *l.* 80. *D. de legat.* 3. *l.* 7. *C. de legat.* & alibi. OISEL. Neſcio, quid velit Vir Doctus ad hunc locum, dum ait, disjunctis, ſive, uti nos dicimus, re conjunctis, partes non concurſu, ſed ſingulis fuiſſe debitas. Diſtinguunt veteres inter *partes habere*, cum, ſcilicet, nec ab initio quidem ſolidum ſingulis relictum eſt, ſed jam tunc partes habent legatarii, *l.* 89. *D. de legat.* 3. ſive ſeparati videntur, *l. pen. D. de uſufruct. ad creſcend.* quales jure adcreſcendi non gaudent: & *ab initio ſolidum habere*, ſed *partes facere concurſu*, *l.* 80. *D. de legat.* 3. quales non concurrentibus aliis ſolidum retinent: quod & ipſe Vir Eruditus bene explicat *ad* §. 4. Et ſane disjunctus, ſive re conjunctus, apertiſſime ab initio ſolidum habet, in tantum, ut ſi partes non fiant concurſu, ſed alii deficiant, ſuperſtiti totum adquiratur etiam ſine onere, *l.* 89. §. 11. *C. de caduc. tollend.* SCHULTING.

11. *Per damnationem*] Per Damnationem his verbis legamus: *Heres meus damnas eſto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo*. Ulpian. *fragm. tit.* 24. In hoc legandi modo verba teſtatoris ad heredem diriguntur; in vindicationis vero legato ad legatarium. Notæ Juridicæ a Putſchio e veteribus membranis erutæ, D. D. E. *dare damnas eſto*. Sic Servius *in lib. XII. Æneid. In jure cum dicitur damnas eſto, hoc eſt, damnatus es, ut des, hoc eſt, damno te, ut des*. Paulus *Sent. lib. III. tit. de legat. Damnari heres poteſt, ut alicui domum exſtruat, aut ære alieno eum liberet*. OISEL.

11. * *Per damnationem iſto ordine*] Ulpian. *in fragm. Regul. tit* 24. has formulas prodit; *Heres meus damnas eſto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo*. ALEAND.

12. *Iſto ordine*] Hoc eſt, *iſto modo*, ſic *lib.* 1. *tit.* 2. §. 2.

13. *Dimittitur*] Et hoc Aniani. ſic *lib.* 1. *tit.* 1. §. 4. ubi aliquid notatum eſt, & plura habet Aleander ad hujus libri *tit.* 7. §. 8. Formulæ vero, quæ ſequuntur, non videntur quoque puræ putæ Caji, ſed aliquid habere ab Aniano. SCHULTING.

14. *In quo genere legati etiam aliena res &c.*] Hoc in legato heredis facto opus eſt, nam ipſe damnatus eſt legatario præſtare, non legatario poteſtas data eſt vindicandi. Ideo ſi aliena res legata ſit, poteſt eam heres emere, & legatario dare, quo pertinet *l. alienæ*.

61. D.

res per legatum dimitti poſſunt. Et neceſſe eſt heredi, [15] aut redimere eam rem, quæ juris alieni eſt, & legatario tradere; [16] aut ſi is, cujus eſt res, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compenſare. Sed ſi teſtator rem alienam [17] quaſi ſuam credens, per hoc genus legatum reliquerit, [18] legatarius hoc ab herede petere non poteſt, & inutile eſt legatum. [19] Nam ſi ſciens alienam eſſe, per legatum dederit, neceſſe eſt ab herede aut ipſam rem, aut æſtimationem rei [20] in pretio legatario dari.

§. 3. Ceterum inter damnationis legatum, & vindicationis hoc intereſt, quod [21] per vindicationem res aliena relinqui non poteſt; per damnationem eo

61. *D. ad leg. Falcid.* nam ſi emere juſto pretio non poterat, æſtimationem dabat. ALEAND. Ulpianus *fragm. tit. 24. Per damnationem omnes res legari poſſunt, etiam quæ non ſunt teſtatoris, dummodo tales ſunt, quæ dari poſſunt.* Et ideo liber homo, res populi, aut ſacra, aut religioſa nec per damnationem legari poteſt, quoniam dari non poteſt; in totum enim hæ res extra commercium hominum ſunt. Rei alienæ legatæ per damnationem mentio eſt in *l. 30. §. ult. D. de legat. 3.* OISEL.

15. *Aut redimere eam rem, &c.*] Hic eſt effectus rei alienæ per damnationem legatæ, ut heres eam rem aut redimere teneatur & præſtare, aut ſi eam redimere non poſſit, forte quod dominus eam omnino vendere nolit, vel eam non niſi immodico pretio vendere velit, tum æſtimationem ejus juſtam præſtare debeat. add. *l. 71. §. 3. D. de legat. 1. l. 14. §. ult. l. 30. §. ult. D. de legat. 3.* IDEM.

16. *Aut ſi is, cujus eſt res, vendere noluerit*] Aut etiam ſi vendere quidem voluerit, ſed immodico pretio, tunc enim duntaxat æſtimationem, quanti ea res eſt, inferre legatario poteſt heres, *l. non dubium, 14. in fin. de legat. 3.* ALEAND.

17. *Quaſi ſuam credens*] Si teſtator rem, quam legaverit, neſciverit alienam eſſe, ſed eam ad ſe pertinere exiſtimaverit, tunc nec heres eam rem redimere, neque æſtimationem ejus præſtare tenebitur: credibile enim eſt teſtatorem non facile heredem ſuum onerare voluiſſe. add. *l. 67. §. 8. D. de legat. 2. l. 10. C. de legat.* OISEL.

18. *Legatarius hoc ab herede petere non poteſt*] Niſi proximus ſit teſtatori, aut uxor, vel alia talis perſona, cui legaturus eſſet, & ſi ſciſſet, rem alienam eſſe, *l. quum alienam, 10. C. de legat.* Legatarium autem probare oportet, ſciſſe defunctum alienam rem legare, quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit, *l. veriùs, 21. D. de probat.* Idem juris eſt in re obligata, neceſſe enim heres habet eam luere, & legatario præſtare, *§. ſed & ſi rem, Inſtit. hoc tit. Paul. lib. III. Senten. hoc tit. §. ſi res obligata.* Quid vero ſi debitor rem obligatam legaverit creditori? is legatum retinebit, ac debitam pecuniam ab heredibus exiget, *l. creditorem, 82. D. de leg. 2.* ALEAND.

19. *Nam ſi ſciens alienam &c.*] Hoc totum repetitum eſt abſque ulla neceſſitate. IDEM.

20. *In pretio*] Sic quoque §. 5. ſed Sich. & Lugd. CIↃIↃLIX. *in pretium*, non recte. SCHULTING.

21. *Per vindicationem res aliena relinqui non poteſt*] Ita Ulpianus *fragm. tit. 24.* dicit, per vindicationem legari non poſſe res, niſi quæ utroque tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt, mortis & quando teſtamentum faciebat: præterquam ſi pondere, menſura, numero contineantur; in his enim ſatis eſſe ſi mortis duntaxat tempore fuerint ex jure Quiritium. Et ratio, quare per vindicationem res aliena legari non poſſit, hæc eſt, quia per vindicationis legatum teſtator ipſo jure transfert dominium in legatarium; alloquitur enim legatarium, ut vindicet, ut ſumat. ita ut legatarius ſtatim poſt mortem teſtatoris, & hereditatem ex teſtamento aditam, rei legatæ dominium ac poſſeſſionem conſequatur, eoque nomine vindicationem habeat; quæ non niſi domino ad auferendam poſſeſſionem datur. Atqui ratio juris minime patitur, ut ejus rei dominium a teſtatore in legatarium transferatur, cujus dominium ipſe teſtator non habuit; ne alioquin plus juris in alium tranſtuliſſe teſtator dici poſſit, quam ipſe habuiſſet. Alia vero eſt ratio, cum per damnationem legatum eſt, quia teſtator nullum legatario jus tribuit in re, aut ad rem ipſam, quam legat; neque enim ad legatarium, ut in vindicationis legato, verba dirigit, ſed heredem tantum alloquitur, eumque obligat & damnat, ut ex teſtamento eam rem legatario præſtet, quam legavit. Nullum itaque hic dominium legatarius in re legata habet, antequam ei poſſeſſio ab herede tradita ſit: ad hanc vero obtinendam non rei vindicationem, ſed tantum actionem in perſonam ex teſtamento habet. Atque hæc eſt differentiæ ratio inter vindicationis & damnationis legatum, quare per damnationem res aliena relinqui poſſit, non autem per vindicationem; quia nimirum per hanc ipſo jure dominium in legatarium transfertur, per illam vero non; ſed demum poſtquam res legata ei ab herede tradita ſit. Rem autem nemo niſi ſuam vindicare poteſt. At heres rem alienam vel redimere, & ſic eam præſtare poterit, vel ſi iſtud nequeat, ſemper rei legatæ æſtimationem præſtandi facultatem habet. Notandum interim, quod Ulpianus *in fragm. d. t. 24. §. 10.* ait: *Si ea res, quæ non fuit utroque tempore teſtatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata ſit, licet jure civili non valeat legatum, tamen Senatus-*

eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res, [22] quæ in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt, velut si ita testator in testamento scribat: FRUCTUS, QUI EX ILLO AGRO NATI FUERINT, aut, ID, QUOD EX ILLA ANCILLA NATUM FUERIT. quod in legato vindicationis fieri non potest; [23] quia non potest hæc legatarius [24] testatore mortuo continuo vindicare.

§. 4. Inter legatum vindicationis & damnationis ista similitudo est, quod legatum vindicationis, sive damnationis, [25] si conjunctim, id est, duobus, aut pluribus una res in legato dimissa fuerit, in utroque legato [26] simul ab omnibus præsumatur. §. 5.

consulto Neroniano firma: quo cautum est, ut quod minus aptis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset. Per *optimum jus* intelligit legatum damnationis, ut & ipse explicat. Quod nimirum optimum vocatur, quia laxius & expeditius est. Hodie vero postquam omnia genera legatorum ab Justiniano exæquata sunt, non minus legatum rei alienæ, aut quæ in rerum natura nondum sit, verbis legati vindicationis propriis relictum, valebit, quam si olim per damnationem legatum fuisset. OISEL.

22. *Quæ in rerum natura non sunt*] Sed futuræ sperantur, *l. 24. D. de legat. 1. l. etiam, 17. D. de legat. 3. §. ea quoque res, Instit. eod. tit.* nam si quis legasset: *Stichum, qui mortuus est, heres meus Titio dare damnas esto*, inutile, & ridiculum foret legatum. ALEAND.

23. *Quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuo vindicare*] Hoc autem procedit, quia hæ res utroque tempore, mortis nempe, & testamenti facti, ex jure Quiritium non fuerunt testatoris, utpote nondum in rerum natura. Atque hoc quidem ita se habet, si contingat testatorem non multo post testamentum factum mori. Cæterum si testator post factum testamentum tamdiu superstes sit, ut ante ejus mortem vel ancilla pariat, vel fructus in agro nascantur, jam, quia res legata saltem mortis tempore testatoris fuerit, dicendum putarem, hujusmodi legatum, licet per vindicationis formulam relictum, jure civili non valeat, tamen Senatusconsulto Neroniano firmari, atque ad hujusmodi etiam casum hoc SC. pertinuisse arbitror, prout ex verbis Ulpiani modo adductis haurire licet. Neque aliquis Regulam Catonianam obstetisse putet; quia hoc singulari favore ultimæ voluntatis in vindicationis legato per SC. introductum videtur. Idem dicendum, si testator fundum Seii pervindicationem Titio legaverit, & ante mortem fundum istum vel exemptione, vel donatione, aut alio justo titulo nanciscatur. Quin & jam olim ex SC. isto Neroniano legatum rei plane alienæ, hoc est, quæ nec testamenti facti, nec mortis tempore, testatoris fuerit, formula vindicandi relictum, confirmatum fuisse, haud vane suspicari licet, cum Ulpianus dicat eo *cautum fuisse, ut quod minus aptis verbis legatum est, perinde sit, ac si jure optimo legatum esset*: hoc est, non minus valere, quam si per damnationem legatum esset. Itaque quemadmodum rem alienam per damnationem legatam heres redimere tenetur, aut si hoc non possit, æstimationem ejus legatario præstare, idem ex SC. Neroniano faciendum erit, etsi res aliena per vindicationem legata fuerit. Atque ad hujusmodi legatum obtinendum legatario, ut in damnationis legato, saltem actionem ex testamento competere. OISEL. Post SC. Neronianum, & legatum rei nondum natæ, & rei alienæ a sciente quovis modo relictum valuit, non ut posset res vindicari, sed actione personali ab herede peti, cum legatum ex illo SC. haberetur pro legato damnationis, *Ulpian. tit. 24. §. 11.* Regula Catoniana eo tempore, quo factum est illud, in legatis non obtinebat, cum illa regula ponat legatum deberi statim mortuo testatore; quod obtinuerat quidem jure antiquo, sed ex legibus caducariis non cedebat illorum dies, nisi post apertas tabulas, *Ulpian. dict. tit. §. 31.* adeoque ad istas novas leges non pertinuit illa regula, *l. ult. D. de regul. Catonian.* verum iterum vim suam habet jure novissimo, quo jus vetus reductum est a Justiniano, & dies legatorum statim, ubi mortuus est testator, cedit, *l. un. C. de caduc. tollend.* SCHULTING.

24. *Testatore mortuo*] Et adita hereditate, ut supra dictum est. ALEAND.

25. *Si conjunctim, id est, duobus, aut pluribus una res, &c.*] Conveniebant legata per vindicationem & per damnationem, quod in utroque legato, si una res conjunctim duobus relicta esset, & omnes legatum peterent, concursu partes faciebant. In hoc vero differebant, quod olim, si conjunctim eadem res pluribus per vindicationem legata fuerat, pars deficiens cæteris collegatariis accrescebat, sin vero per damnationem eadem conjunctim legata fuerat, tum pars deficiens non cæteris collegatariis accrescebat, sed manebat penes heredem. Tandem post legem Papiam Poppæam in utroque legato non capientis pars caduca fiebat, quemadmodum patet ex Ulpiano *fragm. tit. 24.* Hodie autem quovis modo res una conjunctim relicta sit, iterum cæteris collegatariis accrescit, *§. 8. Inst. de legat.* OISEL. De jure adcrescendi aliquid ad Ulpianum habebimus *tit. 24.*

26. *Simul ab omnibus præsumatur*] Non per omnia procedit hæc similitudo, sed in hoc tantum, ut quisque legatarius partem habeat. nam si in legato vindicationis legatarii re & verbis conjuncti sint, concursu partes

§. 5. Inter legatum vindicationis & damnationis iſta diſtantia eſt, [27]ut, ſi disjunctim, id eſt, ſingulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, [28]ſingulis integra debeatur; id eſt, ut unus rem ipſam accipiat, alii æſtimationem rei ipſius in pretio ab herede percipiant.

§. 6. [29]Sinendi modo haec legati verba ſunt: ILLE HERES MEVS REM ILLAM ILLVM PERMITTE PRAESVMERE, ET SIBI HABERE. [30]Nam &

partes fiunt, ut jam dictum eſt. Si vero in legato damnationis eo modo ſint conjuncti, non concurſu veniunt, ſed ſingulis ab initio partes debentur, ſicque intelligenda eſt *l. plane, 34. §. ſi conjunctim, D. de legat. 1.* Quid vero referebat, concurſu partes haberent, an ſinguli? illud nimirum, quod cum partes concurſu fieri deberent, non concurrente altero pars ejus alteri adcreſcebat: at cum ſingulis ab initio partes deberentur, non capientis pars in hereditate remanebat, nec collegatario adcreſcebat, *l. ſi Titio, 7. D. de legat. 2.* Et hæc quidem jure civili procedebant: at poſt legem Papiam deficientium portiones caducæ fiebant, ut demonſtrat Ulpianus *tit. 24. in fragm. §. ceterum & ſeq.* quæ omnia ſuſtulit Juſtinianus: nam & caducarias leges abrogavit, & nullam ſtatuit eſſe legatorum differentiam. ALEAND.

27. *Ut, ſi disjunctim res per legatum damnationis relicta fuerit, ſingulis integra debeatur*] Idem & teſtatur Ulpianus *fragm. tit. 24 §. 12. Quod ſi disjunctim eadem res duobus per damnationem legata ſit, ſingulis in ſolidum debetur.* Sed & idem Ulpianus paullo ante dixerat: *Si duobus eadem res per vindicationem legata ſit, ſiquidem disjunctim, ſingulis in ſolidum debetur.* Ex his Ulpiani verbis videmus, ſive per vindicationem, ſive per damnationem eadem res duobus disjunctim legata ſit, ex utroque legato ſingulis ſolidum deberi. Quid eſt itaque, quod Cajus noſter hic dicit, inter legatum vindicationis & damnationis hanc eſſe diſtantiam, ut per damnationem duobus una re disjunctim relicta, ſingulis integra debeatur? hinc enim neceſſario concludendum videtur, in legato vindicationis ſecus eſſe, neque rem per vindicationem duobus disjunctim legatam, ſingulis integram deberi. Cujacius hac ratione adductus apud Ulpianum, in poſtremis verbis, pro *ſingulis in ſolidum debetur*, non dubitat legendum, *ſingulis partes debentur*. Sed hac correctione ſupersedere potuerat Vir Magnus; neque enim in eo conſiſtit differentia inter vindicationis & damnationis legatum, quod ex hoc una re duobus disjunctim relicta, ſingulis ſolidum debeatur, ex altero vero non debeatur. Veriſſimum enim eſt, ſive per vindicationem, ſive per damnationem una res duobus disjunctim legata ſit, ex utroque legato ſingulis ſolidum deberi. Sed alterum legatum ab altero differt, quod in legato vindicationis concurſu partes fiant, & altero non concurrente, totum ad collegatarium pertineat, ſive jure accreſcendi, ſive jure non decreſcendi: in legato vero damnationis concurſu partes non fiant, ſed unus rem legatam, alter æſtimationem rei in pretio ab herede percipiat; ut Cajus noſter loquitur. Neque ullo caſu in hoc legati genere jus accreſcendi locus eſſe poteſt. Et hoc eſt, quod Paulus vult *Sent. lib. III. tit. 6.* cum inquit: *Interdum dimidium, interdum totum debetur: dimidium, ſi per vindicationem legatum ſit; totum, ſi per damnationem.* Nimirum ſi in utroque legato in rei legatæ petitione ambo concurrant. Hæc ita ſubtiliter olim obtinebant; hodie vero Juſtinianus voluit, quibuscunque tandem verbis una res duobus, vel pluribus disjunctim legata ſit, ſingulis quidem ab initio ſolidum deberi, ſed ſi omnes concurrant, viriles portiones capere; neque unum rem; alios vero ſingulos rei æſtimationem petere poſſe. Sic etiam, ut deficientis portio alteri, qui accepit, non accreſcere, ac ejus legatum augere videatur; ſed potius apud eum, qui accepit, ſolidum legatum remanere, nullius concurſu diminutum; quia ſcrmo teſtatoris omnibus prima facie ſolidum aſſignare videtur. Vid. *l. unic. §. 11. C. de caduc. toll.* OISEL. De loco Ulpiani & emendatione Cujacii ad ipſum Ulpianum agemus.

28. *Singulis integra debeatur*] Idque eſt, quod intelligit Paulus *lib. III. Sent. tit. de legat. §. 2.* in legato vindicationis disjunctim relicto ſingulis partes debentur: nam ſi unus ſolidum vindicaſſet, alter non haberet, quid vindicaret. ALEAND.

29. *Sinendi modo*] Formulam hujusmodi refert Ulpianus *fragm. tit. 24. Heres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere.* Quibus verbis teſtator & heredem & legatarium alloquitur, ita ut hæc formula, reſpectu legati damnationis, aut vindicationis, haud abſurde mixta dici poſſet. In hoc legati genere legatarius ſibi rem ſumebat, nec factum heredis intercedebat. OISEL. Non hic alloquebatur teſtator legatarium; ſed ſolum heredem, illique injungebat, quid deberet permittere legatario, ut verba ipſa arguunt. SCHULTING.

29. * *Sinendi modo hæc legati verba ſunt*] Apud Ulpianum *lib. ſingul. Reg. tit. 24.* ea formula eſt: *Heres meus damnas eſto ſinere, L. Titium ſumere illam rem, ſibique habere.* ALEAND.

30. *Nam & propriam rem teſtator &c.*] Legendum eſt; *nam & propriam rem teſtator, & heredis ſui, non alienam per ſinendi legatum &c.* Ulpianus *in fragmen.* ita loquitur; *Sinendi modo legari poſſunt res propria teſtatoris, & heredis ejus.* Alienæ res ſinendi modo legari non poſſunt, quoniam factum heredis non requiritur, ſed tantum patientia, quæ in ejusdem tantum rebus, & in iis, quæ teſtatoris fuerant, aliquid operari poteſt: in alienis non item. Nam ſi heres permittat; legatarium alienam rem vindicare, is non recte

& propriam rem teſtator, & heredis ſui, [31] & alienam per ſinendi legatum relinquere poteſt. In quo legato non quidem heres legatario rem, quæ relicta eſt, jubetur tradere, ſed [32] vindicanti legatario non permittitur prohibere.

§. 7. [33] Præceptionis vero legatum [34] non, niſi uni ex heredibus, dari pot-

recte vindicabit. ſi patiatur vindicare rem teſtatoris, aut ſuam, recte fiet vindicatio. Hoc ſinendi legatum vindicationis legato ſimile eſt, ut ſtatim ſubjungitur. IDEM.

30. * *Nam & propriam rem teſtator, & heredis ſui per ſinendi &c.*] Atque hoc itidem teſtatur Ulpianus *fragm. tit. 24. Sinendi modo legari poſſunt res propria teſtatoris, & heredis ejus.* Additum hic erat apud Gajum *& alienam*, quaſi teſtator & rem alienam per ſinendi modum legare poſſet. Sed jam pridem Cujacius ad Ulpianum monuit, perperam iſtud apud Gajum additum eſſe. quare & nos id non dubitavimus expungendum. Nam & ipſa legandi formula repugnat. Quid? heredisne intereſſet, ſi hujusmodi legatum valeret, legatarium rem alienam ſumere, ut neceſſe foret a teſtatore prohiberi, ne impediret? OISEL.

31. *Et alienam*] Omiſit hæc in editione ſua Oiſelius. Scio rem alienam non potuiſſe ſinendi modo legari, quid enim profuiſſet legatario heredem ipſi permittere rem vindicare, in qua heredi nihil erat juris? nolim tamen ex contextu talia ſtatim ejici. Et ſi legamus cum Aleandro *non alienam*, omnia quoque erunt ſana: quamvis negare nolim, hæc potius redolere ineptam manum. ſed nec ipſi Aniano, qui paſſim verba & mentem Caji pervertit, hoc, utcumque falſum, plane auſim abjudicare: nec codices dicuntur hic variare. SCHULTING.

32. *Vindicanti legatario*] Gajus legatario, cui per ſinendi modum aliquid legatum eſt, dat rei vindicationem, Theophilus vero ex hujusmodi legato actionem ex teſtamento competere ait. Et hujus auctoritate videtur motus eſſe Bachovius, cum ſcribit nomine legati, quod ſinendi modo relictum eſt, non aliam actionem, quam ex teſtamento competiiſſe. Sed utramque actionem ex legato per ſinendi modum legatarium movere potuiſſe, & pro varietate rei legatæ, modo actionem ex teſtamento, modo & ultra hanc, rei vindicationem habuiſſe, qui exiſtimet, nullus video, quid in eo abſurdi ſit. Quid enim in cauſa eſt, quo minus putemus rei vindicationem locum habuiſſe, cum res propria teſtatoris hoc genere legati relicta eſſet? OISEL. In legato ſinendi modo relicto quando res ipſius fuerat teſtatoris, vel erat heredis, ac legatarius illam vindicabat, non licebat heredi illam contra vindicare; ſive legatario dicente, *Ajo hanc rem meam eſſe*, non licebat heredi contra dicere, *Et ego ajo illam meam eſſe*, uti antiquitus erat moris in rei vindicatione; quo etiam reſpicit Imperator §. 1. *Inſt. de actionib.* uti illic notarunt jam Viri Docti. nec etiam poſtea, cum ſufficeret poſſeſſori negare actoris dominium, nec opus eſſet ipſi poſſeſſori jus ſuum urgere, quo pertinet *l. ult. C. de rei vindication.* licuit heredi ſe legatario vindicanti opponere. Ceterum præter in rem actionem etiam in perſonam actio in legato vindicationis competebat jam olim, *l 84. §. ult. D. de legat. 1. add. l. 108. §. 2. eod. tit. l. 31. D. de judic.* adeoque & in legato ſinendi modo utramque datam eſſe non eſt, quod dubitemus. SCHULTING.

33. *Præceptionis vero legatum*] Cujus ea eſt formula, *Lucius Titius illam rem præcipito*, ut eſt apud Ulpian. *in fragm. Regul.* ALEAND.

34. *Non niſi uni ex heredibus*] nam qui dicit *præcipito*, ſine dubio præſupponit partem hereditatis, ſignificat enim ad partem, quam ei relinquit, velle eum illam rem præcipuam habere, ut Theophilus ait. Quid vero ſi heres, cui præceptionis titulo legatum eſt, hereditatem repudiet? Et conſtat legatum nihilominus poſſe petere, *l. filio, 87. D. de legat. 1. l. quum reſponſo, 12. C. eod. tit.* IDEM. Idque fiebat hac formula: *Lucius Titius illam rem præcipito.* Ulpianus *in fragm. tit. 24.* In Notis Juridicis a Magnone collectis, P. S. T. Q. H. *Præcipito, ſumito, tibique habeto.* Quæ & in Notis P. Diaconi habentur. Theophilus: κατεξαίρετον δὲ ὁ δῶνα ὁ μερικὸς κληρονόμος λαμβάνετω τόδε τὸ πρᾶγμα. Hæc capiendi figura dicitur *præceptio, prælegatum, præcipuum*, quia ante communionem capitur. Feſtus *Excipuum, quod excipitur, Præcipuum, quod ante capitur.* Gloſſæ Philoxeni: *Præceptio*, ἐξαίρετα ὄντες. Sic Donatus *ad lib. V. Æneid. Præcipuum* interpretatur, *Quod præter communionem ſingulis proprio nomine deputatur, ut ſit ſæpe in teſtamentis, cum aliquæ per præceptionem ſingulorum heredum cenſuerit eſſe teſtator.* Et elegans eſt omnino locus, quem ex Gloſſis Juris ineditis ad Theophilum adducit Cl. Fabrotus: *Præceptio*, τὸ ἐξαίρετον λεγάτον, ἄτινα τὸ ἔξωθεν τῆς κληρονομίας, ὃς ἂν πρὸ διῄρεσιν καταλιμπανόμενον τῷ μερικῷ κληρονόμῳ, οἷον ὅταν ὕπως ἄπω, πρὸς τῷ μέρει τῆς κληρονομίας, ᾗς κατέλιπον τῷ δῶνα, βούλομαι κυτὸν καὶ τόδε τὸ πρᾶγμα ἔχειν ἐν ἐξαιρέτῳ. Sic Gregorius Nazianzenus in teſtamento ſuo Gregorium, Diaconum & heredem ſuum, præcipere vult quinquaginta ſolidos aureos: ἔτι δὲ ἐξαιρέτως ζητήσαντα τὸν διάκονον καὶ κληρονόμον μου γνήσιος ὑπηρετήσαντα μοι, βούλομαι κατασχεῖν ἴδιον διατυπώσας δικαίως χρυσίους τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα. Valerius item Maximus *lib. VII. c. 8. §. 4.* agens de binis tabulis teſtamentorum Pompeji, Rhegini in comitio incliſis; *In quibus*, inquit, *magna ex parte heres frater erat ſcriptus, prælegaturque ei centies & quinquaginta ſeſtertium.* Huc facit, quod Sidonius *lib. VI. Epiſt. 12.* ait: *Illud autem deberi tibi quodam, ut Juriſconſulti dicunt, præcipui titulo.* Legati per præceptionem, citra veſtigia, quæ paſſim *tit. D. de legat.* occurrunt, fit mentio in *l. 25. §. ult. D. fam. erciſc. l. 20. D. de inſt. vel inſtrum. legat. l. 25.*

poteſt, ut aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquatur. [25] & ſi aut conjunctim, id eſt, multis, aut disjunctim ſingulis relinquatur, omnibus una res tantum, quæ nominata eſt, debetur; non uni res, & alii æſtimatio, ſicut in legato damnationis eſt conſtitutum.

l. 25. D. de adim. legat. l. 1. §. 6. D. quod legat. l. 42. D. de jur. fiſc. & alibi. De legato per præceptionem loquitur & Plinius *lib. V. Epiſt. 7.* Suetonius vero *in Galba, Præcipuum* appellat, non, ut Jurisconſulti, legatum, quod heredum alicui, præter hereditatis partem, antecapere licet, ſed id, quod Galbæ, tametſi heres ſcriptus non eſſet, primo, ac veluti ſummo inter legatarios loco relictum a Livia fuerat; *H.S. namque*, inquit, *quingenties, cum præcipuum inter legatarios habuiſſet.* Ceterum per præceptionem legari poſſunt res, quæ etiam per vindicationem, ut eſt apud Ulpianum *fragm. tit. 24.* Itaque non magis rem alienam per præceptionem, quam per vindicationem legare licebat. Quodque hoc legati genere relictum erat, id præſtabatur judicio familiæ erciſcundæ, ut manifeſtum ex *l. 17. §. 2 D. de legat. 1.* & Theophil. *hoc tit.* OISEL. Multa loca juris noſtri, ubi legati præceptionis, ſive præcipui, mentio, collegit Briſſonius *de verbor. ſignif.* unde pleraque ſua habet Oiſelius: contra illius tamen mentem recte accipit locum Suetonii *in Galba.* SCHULTING.

25. *Et ſi aut conjunctim, id eſt, multis, &c.*] Lego, *etſi aut conjunctim multis, aut disjunctim ſingulis.* ALEAND. Nihil video, cur non Anianus ita ſcripſerit, & Cajum quaſi explicuerit, quod infeliciter facere ſolet. Ac ſi verba ſpectamus, pluribus ſimul relinquitur res, quando conjunctim, ſcilicet re & verbis, relinquitur: & ſingulis videtur relinqui, quum re ſola conjunguntur: nihil ergo muto. Nec in re ipſa aliquod erit diſcrimen, utro modo legas. SCHULT.

TITULUS VI.

De Lege Falcidia.

Lege Falcidia conſtitutum eſt; quicunque heres fuerit inſtitutus, quartam partem totius hereditatis habeat. Quod ſi teſtator hereditatem ſuam

1. *Lege Falcidia*] Fuit lex Falcidia Plebiſcitum, tulit enim P. Falcidius Tribunus plebis, ut teſtatur *Dio lib. XLVIII.* & Iſidorus *lib. V. Etymolog. cap. 15.* cujus verba a Gratiano referuntur in *c. quadam. diſt. 2* Lata eſt anno ſecundo Imperii Auguſti, P. Servilio Iſaurico iterum, & L. Antonio Coſſ. ut Euſebius *in Chron.* tradit. ALEAND. Lata a Publio Falcidio Tribuno plebis temporibus Auguſti, Cn. Domitio M. F. Calvino, & C. Aſinio Pollione Coss. Anno ab U. C. IↃCCXIV. ut teſtantur Dio *lib. XLVIII.* Suidas, Euſebius *in Chronic.* Iſidor. *lib. V. Etymol. cap. 15.* Papias *in Vocabular.* ridiculus eſt Gloſſarum Baſilic. conſarcinator, dum legem Falcidiam dictam vult *ἀπὸ τῦ Φάλκης, ὃ ἐστὶ τὴν δρεπάνην, a falce.* Quod & habet Scholiaſtes Harmenopuli *Promptuar. lib. V. tit. 9.* Hujus legis duo capita Paulus libro ſingulari ad eandem Legem refert. Primo Falcidiæ capite libera legandi facultas conceditur. Secundo vero capite modus legatorum conſtituitur, ne liceat ultra dodrantem totorum bonorum legatis exhaurire, ſed quartam hereditatis partem eo teſtamento heredes capiant, *l. 1. D. ad leg. Falcid.* Vid. Ulpian. *Fragm. tit. 29. §. 30.* Euſebius *in Chron.* ex Hieronymi interpretatione: *C. Falcidius* (Publius Dioni, & aliis vocatur) *tribunus plebis legem tulit, ne quis teſtamento plus legaret, quam ut quarta pars apud heredem ſupereſſet.* Cetera, quæ in Vulgg. editt. apud Euſebium habentur de retinenda quarta portione, id verum eſſe, ſi heredes quatuor, aut minus eſſent; ſin autem plus quatuor, tunc eos ſemiſſem retinere poſſe, merito a Viris Doctiſſimis, A. Contio *lib. 1. Lect. Subſc. cap. 3.* A. Pontaco *in Notis ad Euſeb.* cum & in XX. MSS. Codd. e XXVIII. Codd. quos idem Pontacus contulit, non reperiantur, tanquam a legulei cujusdam inſcitia profecta, expuncta ſunt. Quomodo enim aut Euſebius, aut Hieronymus, qui ante Juſtinianum floruere, Falcidio tribuere potuere, quod a Juſtiniano, ut in liberis obſervaretur, primum conſtitutum eſt? Nam ſic & Græci Novellam XVIII. quæ de legitima liberorum aucta, ad Falcidiam trahunt. Gloſſæ Baſilicæ: *τὸν Φαλκίδιον λέγει ὁ νόμος τὸ τέταρτον εἶναι τῆς καθαρᾶς περιουσίας, ἀλλ' ἐκεῖθεν ὑπὸ τῆς περιουσίας, λεγούσης μετὰ τεσσάρων παίδων τὸ τρίτον εἶναι, ἐπικειμένου δὲ τῶν τεσσάρων, καὶ ἑνὸς τὸ ἥμισυ.* Vid. & Harmenopul. *Promptuar. lib. V. tit. 9. §. 3.* & ibid. Schol. Sed & iidem Græci non ſolum auctam putant portionem debitam ex lege Falcidia liberis inſtitutis, verum etiam extraneorum portionem ex lege Falcidia iis debitam ſimiliter auctam exiſtimant. Ita Scholiaſtes Græcus *ad Theophili lib. II tit. 22.* *Φαλκίδιος νόμος ἐστὶ περιαιρούσης τῦ τετάρτου μέρους τῆς καθαρᾶς οὐσίας τῦ τελευτήσαντος, ἥτις οὐσία δικαιοῦται εἰς ὑγιᾶς εἶναι καὶ δὲ τῶν νεκρὸν τὸ τρίτον.* Unde & Harmenopulus *Prompt. diſt. lib. V. tit. 9. §. 6.* *ἔξεστι λεγατεύειν, μέχρι τῦ ἐκπαγγίου· τὸ γὰρ τετραπάγγιον, τυτέστι τὸ τρίτον τῆς περιουσίας, τῷ κληρο-*

ſuam legatis exinanierit,[2] hoc ſtatutum eſt, ut Falcidiam ſibi de imminutione legatorum heres retineat, conſtante nihilominus teſtamento. [3] Hic de Pauli Sententiis addendum. TITV-

νόμῳ φυλατλ-δω. Vid. & Michaël. Pſell. *Synopſ. leg. verſ. 295.* Quanquam videatur Græcos nimis temere, quod favore liberorum receptum eſt, ad extraneos heredes producere. Voluntas enim defuncti, quantum fieri poteſt, integra ſervanda eſt; a qua tamen eatenus receditur, quatenus in favorem heredum aliquid admittitur. Verius itaque, quemadmodum olim, ut & hodie pars quarta omnium bonorum apud heredem remanere debeat. [illegible]hoc jure Plinius *lib. V. Epiſt. 1.* ad Curianum, quem mater exheredaverat: *Quid ſi heredem quidem inſtituiſſet, ſed legatis ita exhauſiſſet, ut non amplius apud te, quam quarta remaneret?* Optime Gloſſæ Nomicæ: *Φαλκίδιος, νόμος περιεχῶν ἀπὸ τῶν λεγαταρίων τὸ τέταρτον μέρος, τῷ κληρονόμῳ.* OISEL.

2. *Hoc ſtatutum eſt, ut Falcidiam &c*] Falcidiam vocat quartam partem, ut paſſim in Jure. nam ſecundo capite legis Falcidiæ cautum eſt, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat, *l. 1. D. ad leg. Falc.* optima ſane ratione, nam quum lege XII. tabularum libera eſſet poteſtas exinaniendi totam hereditatem legatis, facile recuſabant ſcripti heredes pro nullo, aut minimo lucro hereditatem adire; unde deſtituebantur teſtamenta, quod refert Juſtinianus in ſuis *Inſtit. in prine. hujus tit.* Nec vero poſt legem Falcidiam poterat teſtator prohibere, ne quadrans ab herede retineretur. hodie poteſt ex ejuſdem Juſtiniani conſtitutione, ut monui ſupra, *ad cap. 6. de teſtamentis. (hic tit 2.)* Cetera, quæ ad hanc legem pertinent, ab aliis tractata ſunt. Me verba Caji, aut Aniani ulterius procedere non patiuntur. ALEAND.

3. *Hic de Pauli Sententiis addendum*] Deſunt hæc verba ab editione Patavina. vidit nimirum, qui edidit, non eſſe Caji, qui Paulum ætate præceſſit, verum non animadvertit, & cetera, quæ in hac Epitome ſunt, non eſſe proprie Caji. Anianus (ut dixi in hujus operis initio) juſſu Regis Alarici centonem fuit ex Theodoſiano, & Gregoriano Codice, Pauli Sententiis, Caji Inſtitutionibus, & aliis Jurisconſultorum libris, quos ipſe ſuis interpretationibus deturpavit potius, quam illuſtravit, ut ferebant Wiſigothorum inſtituta. Sæpe vero delegat lectores ad alios Jurisconſultorum locos, ut in interpretatione *l. 2. C. Theod. de dotibus*, ubi ſic ait: *De retentionibus vero, quia hoc lex iſta non evidenter oſtendit, in jure, hoc eſt, in Pauli Sententiis, ſub titulo de dotibus requirendum, aut certe in Pauli Reſponſis ſub titulo de re uxoria. & ad l. 2. C. Theod. de inoff. dotib. Hic de jure addendum, quid ſit lex Papia.* ſic *ad l. 2. C. Theod. de legit. hered. Hic de jure addendum, quid ſit fiducia.* pariter *ad l. 2. eod. C. de revocan. donat. Hic de jure requirendum de revocandis donationibus.* Inſuper & in hac Epitome *lib. III. cap. 3. (hic lib 11 tit. 9 §. 14.)* ita loquitur *Exponendum hic, quid ſit donum, aut munus, vel opera.* ALEAND. Verba Aniani, quibus ſatis ſe ſuo munere ſic defunctum putat, ſi inſuper habitis iis, quæ haud dubie apud Cajum hic, quoad hanc materiam abunde tractata invenerit, lectorem alio remittat. Quo nomine tamen aliquomodo adhuc excuſari poſſet, (cum Ulpiani Titulos, Pauli Sententias, & Caji noſtri Inſtitutiones, omnibus a ſe enervatis, uno volumine junxiſſet) ſi illic quærenti conſuleretur. Sed cum Anianus in Pauli Sententiis compilandis haud multó liberalior fuerit, quam in Caji Inſtitutionibus, ideo ſi breviter hic a nobis, quod ibi deeſt, ſupplebitur, non erit id, quod ajunt, extra oleas vagari. Obſervandum itaque primum, quantitatem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectari; atque exinde neque acceſſione legata augeri, neque deceſſione minui; ſed omne incrementum, aut damnum, quod jacente hereditate contingit, ad heredem pertinere, *l. 73. l. 88. §. 3. in fin. l. 56. pr. D. h. t.* niſi forte quid acceſſerit ratione facti præcedentis, aut obligationis a defuncto contractæ; puta, ſi debitoris facultates, qui ſolvendo non erat, poſt mortem creditoris ampliatæ fuerint, aut conditio crediti tunc exſtiterit. illis enim modis placet ex poſt facto uberiorem videri fuiſſe hereditatem commodo legatariorum, *l. 56. §. 1. D. eod.* Non autem omnia, quæ defunctus tempore mortis habuit, in patrimonio computantur, ſed id ſolum, quod hereditariis oneribus deductis ſupereſt. Ejusmodi autem onera ſunt æs alienum, funeris impenſæ & pretia ſervorum manumiſſorum, quæ omnia ante deducenda, *§. 3. Inſtit. h. t.* Denique obſervandum legis Falcidiæ rationem in ſingulis heredibus ponendam eſſe. Verbi gratia, ſi duobus heredibus ex ſemiſſe inſtitutis, teſtator alterius portionem totam legatis exhauſerit, alterius vero aut intactam reliquerit, aut parum delibaverit, non ſufficit quartam hereditatis partem, vel etiam amplius, atque adeo integrum ſemiſſem apud eum remanere, ſed & alter, cujus portio tota legatis exhauſta eſt, quartam ſuæ portionis partem retinere poteſt; quia non ſatis eſt ex ratione legis quartam hereditatis partem ſimpliciter ſalvam manere, ſed oportet, ut ſingulis heredibus ſuæ cujuſque partis quarta pars intacta ſervetur, *l. 77. D. h. t. & §. 1. Inſtit. eod.* Ceterum hoc ita obtinebit, ſi ambo heredes exſtiterint; quod ſi alter defecerit, aliud atque aliud pro ratione partis deficientis obſervatur. Nimirum, ſi is deficiat, a quo nihil, aut parum legatum erat, atque ita hujus portio vel accretionis, vel ſubſtitutionis jure ad coheredem pervenerit, placet adjuvari legatarios per deficientem partem, ita ut integra legata præſtari debeant; Sin vero defecta pars fuerit exhauſta, aut onerata, ejus vero, cui acceſſit, portio integra, aut tantum delibata, tum perinde in deficientis partem ponendam rationem legis Falcidiæ, atque ſi ad eum, cui relicta erat, perveniſſet, ut eſt in *l. 78. D. h. t.* Quod ita accipiendum, ſi coheres deficientis, cujus pars exhauſta, aut onerata eſt, teſtatori ſupervixerit; alioquin ſi vivo teſtatore deceſſerit, ſoli-

solida legata a coherede supervivente, qui jam quasi solus tempore mortis testatoris reperiatur institutus, præstanda erunt, ut est in *l. 87. §. 4. D. eod.* Olim autem in casu coheredis, cujus pars exhausta, deficientis Veteres JC. in diversas partes abiisse, videre est ex *l. 1. §. 19. D. h. t.* ubi cum Cujacio *Observ. lib. IV. cap. 35.* particula *non* inserenda. Coronidis loco notandum, beneficium legis Falcidiæ non esse perpetuum. Et jam ante Justinianum non obtinebat in testamento militis, *l. 7. C. h. t. l. 12. C. de test. milit.* item in dote mulieri relegata, *l. 21. §. 1. D. h. t.* in datis libertatibus, *l. 33. D. h. t. l. 8. §. 9. D. de inoff. test.* Jure vero Justinianeo cessat in legato in pios usus relicto, *Novell. CXXXI. cap. 12. Auth. similiter C. h. t.* si testator rem legatam vetuerit alienari, *Nov. CXIX. cap. 11. Auth sed & ea. C. h. t.* nec non, cum heres inventarium facere neglexerit, *l. ult. C. de jur. delib.* & in universum, si testator prohibuerit Falcidiæ deductionem, *Nov. 1. cap. 2. unde Auth. sed cum testator. Cod. h. t.* OISEL. Verba quoque hæc absunt ab editione Sichardi & Lugd. CIↃIↃLIX. Fieri vero potuit, ut Anianus plura de lege Falcidia ex Pauli Sententiis excerpserit, quam ad nos pervenerint; & ut aliqua intercíderint. Quæ Oiselius habet, quæque pleraque satis sunt pervulgata, cum a Cajo abeant, examinare non libet. SCHULTING.

TITULUS VII.

De Fideicommissis.

Potest aliquis recto jure heredem instituere, & rogare eum, ut hereditatem

1. *De Fideicommissis.*] Fideicommissa dicta sunt, quia nullo juris vinculo, sed tantum fide, & pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. postea ad necessitatem juris tracta sunt, ut refert Justin. *in tit. de fideicommiss. hered.* ALEAND. Non habebant vim fideicommissa ab initio, & quia incapacibus relinquebantur, §. 1. *Inst. de fideicommissar. hereditat.* sed nec si capacibus relicta fuissent, ex XII. tabulis valere poterant, quia non relinquebantur verbis directis & legitimis, qualia sola lex illa confirmabat, quæ quis *legassit*: non quæ precariis verbis erant relicta. unde in *l. 120. D. d. V. S.* enumerantur quidem multa, quæ ex duodecim tabulis licita erant, sed nihil illic de fideicommissis: quæ ex rigore juris civilis non sunt profecta, teste Ulpiano *tit. 25.* sed ex voluntate defunctorum, *§ 3. Instit. de legat.* de quo ad Ulpianum aliquid dicetur *tit. 24. de legatis. §. 1.* SCHULTING.

2. *Potest aliquis recto jure heredem instituere, & rogare eum, &c.*] Fideicommissorum originem ex Justiniani Institutionibus hanc fuisse discimus, ut, qui suam hereditatem incapaci alicui, (quales erant peregrini omnes, item ex lege Voconia mulieres, ex lege Julia de maritandis ordinibus cælibes & orbi,) relinquere volebat in ultima voluntate, capacem aliquem palam directis verbis heredem instituret, eumque postea clam, & ἰδίᾳ τῆς διαθήκης, ut ait Theophilus, rogaret, ut huic, aut illi incapaci hereditatem suam restitueret. Atque hujus exempla habemus apud Ciceronem *lib. 1. in Verr. & lib. 11. de Finibus.* Unde & Fideicommissa nomen acceperunt, quod nullo juris vinculo, sed tantum mera fide, & pudore eorum, qui rogabantur, continentur. Satis enim superque tum temporis, prout fides erat hominum, ultimæ voluntati suæ prospectum existimabat testator, etsi nullis accitis testibus, sed tacite & secreto voluntatem suam heredi declarasset, eumque, ut fidem suam hac in re ei præstare vellet, precatus esset. Quo tamen modo cum fraus legibus videbatur fieri; (quo & respicit Hieronymus *ad Nepot. de vita cleric.* cum inquit, *Per fideicommissa legibus illudimus,*) postquam fideicommissa ordinarii juris esse cœperunt, prohibitum est vim legis eludere, cautumque his, qui palam relictum capere non possint, nullo jure aliquid relinqui posse, *l. 1. C. de delator.* Hinc est, quod Ulpianus *Fragm. tit. 25.* ait, *Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.* Itaque cum heres in fraudem legis clam fidem accommodat, hoc est, se domestica cautione, aut nuda pollicitatione obligat, incapaci totam hereditatem, vel partem ejus restituturum, *tacitum* dicitur fideicommissum, *l. 103.* D. *de legat. 1. l 3* D. *de probat. l. 10.* D. *de his quæ ut indign.* Sic & optime in Glossis Nomicis: *Tacitum, σιωπηρόν, ὅπερ τις μήτε ἐν διαθήκῃ, μήτε ἐν κωδικέλλοις παρακληθῇ, ἀλλ' ἐν ἰδιαζούσῃ κεφαλαίῳ ἢ χειρογράφῳ ἄνοχον ἑαυτὸν ποιήσει παρέχων τῷ μὴ δυναμένῳ λαβεῖν.* Eædem Glossæ: *Tacitum ὅπερ ἐπαγγέλλεται ὁ κληρονόμος διδόναι τῷ μὴ δυναμένῳ λαβεῖν.* De tacito fideicommisso loquitur Dio Chrysost. *Orat. LXXIII.* cum ait: *ἵνα δὲ τῶν νόμων ἐκφεύγοιεν, μὴ καταλιπεῖν κληρονόμους οὓς αὐτοὶ βούλοιντο, ἑτέρους καταλείπωσιν, ἐντυλάμενοι τὰ χρήματα ἀποδοῦναι τοῖς αὐτῶν ἐπιτηδείοις.* Pauper ille quoque apud Quintilian. *Declam. CCCXXIV.* a divite heres institutus erat, cum tacito fideicommisso. Hujusmodi itaque tacitum fideicommissum in fraudem legis relictum, nullo jure hodie valere potest; sed si heres hujusmodi fideicommisso tacite fidem suam accommodaverit, hereditas ei auferetur, & fisco vindicatur, *l. 1. l 3.* D. *de jur. fisc. l. 17. §. 2.* D *de usur.* Fideicommissum vero, definiente Ulpiano *in fragm. tit 25.* est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. Precativa verba sunt: *Fideicommitto, peto, rogo, volo dari,* & similia. Vid. *l. 115. l. 118.* D. *de leg. 2. l. 67. §. ult. D. de leg. 2. l. 39. D. de legat. 3.* OISEL.

ditatem ſuam, [a]aut omnem, [b]aut ex parte alii per fideicommiſſum reddat. [c]Nam ſi heredem directo jure non inſtituerit, fideicommiſſarius non poteſt ad

Nimis generaliter ſcribit Oiſelius, heredi, qui in fraudem legis tacite fidem accommodaverit, hereditatem auferri; niſi intellexerit caſum, quo hereditas tota tacite reſtitui rogata eſt: id enim tantum ei aufertur, quod clam in fraudem legis relictum eſt, non reliqua, *l. 18. pr. & § 2. D. de his, quæ ut indign. auferunt.* SCHULTING.

3. *Et rogare eum &c.*] Fideicommiſſa non civilibus verbis, ſed precative relinquuntur, ut ait Ulpianus *in fragm. hoc tit.* veluti: *Lucius Titius heres eſto. Rogo te Luci Titi, ut quum primum poteris hereditatem meam adire, eam Cajo Sejo reddas, reſtituas.* §. *in primis, Inſtit. eod.* Precaria verba ſunt etiam, *peto, volo, mando, deprecor, opto, cupio, injungo, deſidero, fideicommitto,* §. *ult. Inſtit. de ſing. reb. per fideicomm. l. 2. C. commun. de legat. Paul. Lib. IV. Sent. tit. 1. Ulpian. in fragm. Jubeo* quoque precarium eſt, *l. Aurelius, 28.* §. *ult. D. de liber. legat.* neque enim ſemper imperativum eſt, quod cognoſci poteſt, quia dicimus, Titium ſalvere jubeo, & hujusmodi. *Commendo* non eſt verbum precativum, *l. 21.* §. *ſi ita quis, D. de leg. 3. l. 12. C. de fideicomm. libert.* Poſſunt autem concipi plures formulæ ad fideicommiſſum relinquendum, ut, *cupio des, opto des, credo te daturum, l. 115. D. de legat. 1. Exigo, deſidero, uti des, volo hereditatem meam Titii eſſe, Scio hereditatem meam reſtituturum te Titio, l. 118. D. de legat. 1.* Vel etiam ſi teſtator cum eo loquatur, cui fideicommiſſum relinquit, veluti; *Peto Luci Titi, contentus ſis centum aureis, l. 69. D. de legat. 2. Scire te volo, donare me tibi aureos octingentos, l. 73. de legat. 2.* & ejusmodi. ALEAND.

4. *Aut omnem, aut ex parte.*] Aut pure, aut ſub conditione, aut ex certo die, §. *in primis, Inſtit. de fideicom. hered.* IDEM.

5. *Aut ex parte*] Ille, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hereditatis, legatarii partiarii loco habebatur. Cujusmodi legati ſpecies *Partitio* dicebatur. Ulpianus in *fragm. tit. 24. Sicut ſingula res*, inquit, *legari poſſunt, ita univerſarum quoque ſummæ legari poteſt: ut puta*, Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito, dividito: *quo caſu dimidia pars bonorum legata videtur. Poteſt autem & alia pars, velut tertia, vel quarta legari: quæ ſpecies* Partitio *appellatur.* Quod hic Ulpianus ait, ſi teſtator hereditatem ſuam ſimpliciter *partiri* juſſerit, dimidiam partem bonorum legatam videri, eſt & in *l. 164.* §. 2. *D. de V. S.* Et ſic Scholiaſtes Theophili illa ἀγοραῖος ἀγοραῖος interpretatur: τοῦτο ἀναμφίβολον, ὅτου μέρος ἀμφίβολον. Quæ verba perperam in Theophili contextum irrepſerant, antequam Cl. Fabrotus, præeuntibus tribus MSS. Regiis, ea, ut gloſſema, ſuſtulerat. Similiter Gloſſæ Nomicæ: ἀγοραῖος, ἡμισυαῖος. Eædem Gloſſæ: ἀγοραῖος ἡμισυαῖος. De hac partitione loquitur Cicero pro Cluentio: *Is fecit heredem filium adolescentulum, eumque partiri cum Dinea matre juſſit.* Meminit & idem in *pro A. Cæcina,* & *lib. 12. de Legib.* Non tamen erat hic legatarius partiarius ſucceſſor juris, neque ullæ actiones hereditariæ ei, in eumve dabantur; ſed partem ſibi legatam ſine ullo onere obtinebat. Solebant vero inter heredem & legatarium partiarium interponi ſtipulationes de lucro & commodo communicando, quæ proprie dicebantur *partis & pro parte.* Ulpianus *Fragm. tit. 25. Partis autem*, inquit, *& pro parte ſtipulationes proprie dicuntur, quæ de lucro & damno communicando ſolent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id eſt, cum quo partitus eſt heres.* Ad hujus exemplum ſimiliter, inter heredem & eum, cui ex fideicommiſſo hereditatis pars reſtituebatur, ſtipulationes partis & pro parte interponebantur; quod & poſtea inter heredem & eum, cui deducta quarta ex SC. Pegaſiano hereditas reſtituebatur, fieri cœpit, §. 5. & 6. *Inſt. h. t.* Vid. Ulpian. *Fragm. tit. 25.* Paul. *Sentent. lib. IV. tit. 3.* Theophil. *lib. 11. tit. 23.* §. 5. & 6. ubi eleganter Scholiaſtes ejus. ἵνα τυχὸν κατὰ τὸ ὀ. λαμβάνῃ ὁ κληρονόμος ἐκ τοῦ χρεωτῦ ἑκατοντάμνιον, τῷ τὸ λοιπὸν ὁ φιδεικομμισσάριος. ὅτως γοῦν τὸ ἀναλόγως. ἐὰν ὁμοίως τῷ τὴν ζημίαν κατὰ τὸ ὀ. ὁ λαμβάνει, τῷ ὁ φιδεικομμισσάριος καθὸ μέρος ἔχει. OISEL.

6. *Nam ſi heredem directo jure non inſtituerit*] Inutile eſt teſtamentum, in quo nemo heres inſtituitur, *d.* §. *in primis.* nam heredis inſtitutio caput, & fundamentum eſt totius teſtamenti, §. *ante heredis, Inſtit. de legat.* Ideoque & fideicommiſſum inutile erit eo teſtamento datum. at datum ab inteſtato valet: ut, ſi quis legitimi heredis, aut ejus, qui bonorum poſſeſſor futurus eſt, fidei committat, *L. 2.* §. *hoc autem. l. 6.* §. *meminiſſe. D. ad S. C. Trebell. l. 3. C. eod. l. 3. D. de jur. codicill. l. 8. eod.* §. *præterea, Inſtit. de fideicom. hered.* Quid autem illud eſt, *fideicommiſſarius non poteſt ad alium acceptam hereditatem transmittere.* Si fideicommiſſarium intelligamus eum, cui relictum eſt fideicommiſſum, cur is ad alium hereditatem adquiſitam transmittat? Aut librarius verba Aniani, aut Anianus Caji ſententiam depravavit; niſi capiamus fideicommiſſarium pro eo, qui rogatus eſt reſtituere, ut ſcilicet, teſtator teſtamentum fecerit, in quo neminem heredem inſtituerit, rogaverit autem eo teſtamento aliquem, ut hereditatem ſuam Titio reſtituat. & conſtat, hunc non poſſe eam hereditatem ad Titium transmittere. Certe & qui reſtituere rogatus eſt, fideicommiſſarius dici poteſt, *l. quamvis, 32. D. de judic. Novell. CXVIII. prope finem.* ALEAND. Auſim ego fidem meam interponere, bonum Anianum hic iterum altum ſtertiſſe. Nam, ita me Deus amet, quid, quæſo, ſibi volunt verba hic notata, *Si aliquis heredem directo jure non inſtituerit, fideicommiſſarium non poſſe ad alium acceptam hereditatem transmittere?* Numquid fideicommiſſarium, qui hereditatem ab herede legitimo ab inteſtato rogato, ut ſibi eam reſtitueret, acceperit, non poſſe ad alium tranſmittere? At quis unquam talem differentiam inter fideicommiſſum teſtamento, & ab

ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obſervandum eſt, [7] quod de Falcidia ſupra jam dictum eſt, ut heres inſtitutus, etiamſi omnem hereditatem alii reſtituere juſſus ſit, ita hereditatem alii reſtituat, [8] ut quartam ſibi ex ipſa hereditate retineat.

§. 1. [9] Et ſingulæ quæcunque res per fideicommiſſum dimitti poſſunt, hoc eſt, [10] aut fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum.

§. 2. [11] Ab ipſo fideicommiſſario alteri fideicommiſſum dimitti poteſt.

§. 3. [12] Et a legatario, [13] licet legatum dimitti non poſſit, fideicommiſſum poteſt. §. 4.

& ab inteſtato relictum, vel fando audiverit? Sed videre mihi videor, quidnam Anianum deceperit. Invenerit haud dubie apud Cajum noſtrum verba illa, quæ, ut credibile eſt, Juſtinianus ex hoc Caji noſtri loco in Inſtitutiones ſuas transſcribi curavit, §. 2. *tit. de fideicom. hered.* nimirum, *opus eſſe, ut aliquis recto jure teſtamento heres inſtituatur, ejuſque fidei committatur, ut eam hereditatem alii reſtituat. alioqui inutile eſſe teſtamentum, in quo nemo heres inſtituitur.* Quæ dum non bene perceperit, ea ſuo more mutavit, iisque ſenſum qualem qualem, & toto cœlo differentem affinxit: cum Cajus noſter hoc voluerit, ut, ſi quis teſtamento fideicommiſſum velit relinquere, neceſſe omnino ſit, teſtatorem directo aliquem teſtamento heredem inſtituere, eumque rogare, ut hereditatem alii reſtituat; alioquin fideicommiſſarium nihil conſequi poſſe, quia teſtamentum, in quo nemo heres inſtitutus eſt, conſiſtere non poſſit, §. 34. *Inſt. de legat.* ac per conſequens fideicommiſſum tali teſtamento relictum non valere. OISEL.

7. *Quod de Falcidia ſupra jam dictum eſt*] Senatusconſultum Pegaſianum traxit legem Falcidiam etiam ad fideicommiſſa, ut ſcriptus heres, qui hereditatem reſtituere rogatus ſit, quadrantem retineat, §. *ſed quia, Inſtit. de fideicom. hered. Ulp. lib. Reg. tit. 25. Paul. lib. IV. Sentent. tit. 3.* ALEAND.

8. *Ut quartam ſibi ex ipſa hereditate retineat*] Quod ita SC. Pegaſiano conſtitutum eſt, quo, quemadmodum ex lege Falcidia quartam de legatis, ita heredem de hereditate ex fideicommiſſo reſtituenda, quartam partem retinere licet. Pegaſianum enim SC. factum eſt πρὸς τὴν τῦ Φαλκιδίε μίμησιν, ut loquitur Juſtin. *Orat. ad Senat.* Vel etiam legis Falcidiæ vis SC. Pegaſiano producta eſt ad fideicommiſſa hereditatis. Atque hinc eſt, quod paſſim in libris noſtris quarta hujus SC. quarta Falcidiæ, aut commodum Falcidiæ appelletur, ut videre eſt in *l. 41. §. 3. D. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 2. §. ult. D. de jur. cod. l. 18. l. 30. §. 7. l. 41. §. 1. D. ad leg. Falcid.* & paſſim *d. t. ad l. Falcid. & tit. D. ad SC. Trebell.* alibique. Non tamen omnia, quæ in quadrantem Pegaſianum, veluti, quæ heres fiduciarius capit jure legati, vel fideicommiſſi, aut implendæ conditionis cauſa, ea & in Falcidiam, quæ ex legatis deducitur, imputantur; in hac enim tantummodo imputantur, quæ heres jure hereditario capit, *l. 74. l. 76. l. 91. D. ad leg. Falcid.* Quanquam nec ea pars prælegati, quam heres fiduciarius a coherede accipit, ei in quartam imputetur, *l. 18. §. ult. D. ad SC. Trebell. l. 86. d. l. 91. D. ad leg. Falcid. l. 24. C. fam. erciſc.* Hæc ita breviter dixiſſe ſufficiat; quæſtio enim hæc de rebus, quæ veniant in imputationem ex lege Falcidia, aut ex SC. Pegaſiano, nimis prolixa eſt, nimiſque variantibus DD. a ſe invicem, ac aliorum ab aliis diſſentientium interpretationibus intricata eſt, quam ut pro materiæ dignitate hic a nobis, qui brevitati ſtudemus, tractari poſſit. Interim neminem fugit, Juſtinianum, exploſo SC. Pegaſiano, omnem ejus auctoritatem SC. Trebelliano tribuiſſe, ita ut ex eo fideicommiſſa præſtari debeant, §. 7. *Inſt. h. t.* OISEL. Quæ ad rem pertinentia hic leguntur, ea habet Vinnius *ad §. 5. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.*

9. *Et ſingulæ*] Verba Caji illa forte ſunt, quæ Juſtinianus habet *in tit. de ſing. reb. per fideicomiſſ. relic.* ALEAND.

9.* *Et ſingulæ quæcunque res, &c.*] Non ſolum univerſa hereditas, vel pars hereditatis, per fideicommiſſum relinqui poteſt, ſed & ſingulæ quæcunque res; & quemadmodum fideicommiſſa univerſalia vi & effectu idem ſunt, quod hereditas, ita & fideicommiſſa ſingularia nihil differunt a legatis, niſi quod iſta precativis, hæc directis verbis dentur. Unde in Gloſſis Nomicis: φιδικόμισσον λεγάτον ἐστὶν, ὅταν ὁ διαθέμενος λέγῃ τῷ κληρονόμῳ αὐτῦ, παρακαλῶ σε, δὸς τῷδε τοσῦτο ἢ τοσῦτα. Et hinc tota illa exæquatio fideicommiſſorum & legatorum a Juſtiniano profecta, locum tantum habet in fideicommiſſis ſingularibus. Fideicommiſſarius enim, cui hereditas reſtituta eſt, heredis loco habetur. OISEL.

10. *Aut fundus*] Ita Sichard. & editiones aliæ veteres: ſed omiſſum eſt *aut* a D. Gothofredo, Pacio & Oiſelio: quod non debuit fieri. SCHULTING.

11. *Ab ipſo fideicommiſſario, &c.*] Et fideicommiſſum a legatario & ejus herede, item a fideicommiſſario relinqui poſſe confirmatur, *l. 5. D. de legat. 3. §. 1. Inſt. de ſing reb. per fid. l. 9. C de fideicom* OISEL.

12. *Et a legatario, licet legatum &c.*] §. 1. *Inſtit. eod.* Legatum eſt donatio ſine onere, ideo non poteſt legatarius onerari, ut quod ei donatum eſt, is alii donet, poteſt tamen rogari, ut rem donatam alii reſtituat: & ſi libuerat, olim reſtituebat, hodie velit, nolit, reſtituet. ALEAND.

13. *Licet legatum dimitti non poſſit*] Olim a legatario legatum relinqui non potuiſſe, præter Cajum noſtrum, habemus & apud Ulpianum in *fragm. tit. 24.*

§. 4. [14]Et [15]non ſolum propriæ res a teſtatore per fideicommiſſum dimitti poſſunt, ſed etiam ipſius heredis, aut legatarii, aut cujuslibet extranei.

§. 5. [16]Ne legatarius, cui per teſtamentum parum dimiſſum eſt, plus alii per fideicommiſſum, quam id, quod conſequitur, reddere jubeatur.

§. 6. Quum autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur, [17]neceſſe eſt heredi, vel legatario rem illam, quæ per fideicommiſſum eſt relicta, [18]aut redimere, & fideicommiſſario dare, aut pretium ejusdem rei, quantum æſtimata fuerit, fideicommiſſario numerare, [19]ſicut in damnationis legato fieri diximus.

§. 7.

§. 20. & pr. Inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict. Sunt qui putent & hodie poſt legatorum & fideicommiſſorum exæquationem adhuc tamen a legatario legatum relinqui non poſſe. Verius tamen videtur & hanc differentiam hodie ſublatam eſſe, legataque non minus, quam fideicommiſſa a legatario relinqui poſſe, per *l. 2. C. com. de legat.* Qui vero a legatario legatum relinquere velit, formula olim in Damnationis legato uſitata id facere debet, hoc modo: *Mevius damnas eſto partem dimidiam fundi, quem ipſi legavi, dare Sempronio?* aut, *Mevium legatarium meum centum Sempronio dare jubeo.* Poteſt tamen etiam ſinendi modo a legatario legari, veluti, *Mevius legatarius meus damnas eſto ſinere Sempronium ſibi habere partem fundi, quem ipſi legavi.* OISEL. Et hæc ex Vinnio ſumpta. *ad pr. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* Sed cur non ſic quoque a legatario poterit legari, *Titio mille do, lego, & a Titio centum Sempronio do, lego?* ut ita omne verbum ſignificans teſtatoris legitimum ſenſum legare vel fideicommittere volentis, utile ſit atque validum, ſecundum *l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* De jure antiquo, quo a legatario legari non poterat, aliqua invenies notata ad Ulpianum *tit. 24. §. 21.* SCHULTING.

14. *Et non ſolum propria res &c.*] *§. poteſt Inſtitut. eod.* Sed ſi alienam rem tanquam ſuam teſtator per fideicommiſſum reliquerit, non relicturus ſi alienam ſciſſet, ut ſolet legatum, ita inutile erit fideicommiſſum, Paul *Sent. lib. IV. t. prædia, 6. C. de fideicommiſ.* ALEAND.

15. *Non ſolum propria res a teſtatore, &c.*] Breviſſime, nec minus eleganter de rebus, quæ per fideicommiſſum relinqui poſſunt, ait Ulpianus *tit 25. Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, quæ etiam per damnationem legari.* Quæ tamen verba cum mica ſalis intelligenda videntur. Nam licet per damnationem non minus, quam per fideicommiſſum, rem heredis, uti & cujuscunque extranei, teſtator relinquere poſſit, non tamen per damnationem rem legatarii, quemadmodum per fideicommiſſum, relinquere poterat. A legatario enim, ut modo audivimus, olim legari non licebat. OISEL. Veriſſimum eſt, quod Ulpianus dicit *tit. 25.* easdem res, quæ per damnationem legari poſſunt, etiam per fideicommiſſum poſſe relinqui: nec opus verba ipſius caute intelligi, ut putabat Oiſelius. Si diciſſet Ulpianus, res, quæ per fideicommiſſum relinqui poſſunt, & per damnationem poſſe legari, ſpeciem aliquam exceptionis haberet, quod ita notat, rem legatarii per fideicommiſſum relinqui poſſe, non vero per damnationem legari. Verum hoc ita intelligit, ut exceptio non tam pertineat ad regulam de rebus, quæ relinqui poſſunt, quam ad perſonas, quæ poſſint, vel non poſſint gravari. Sane a legatario res ipſius relinqui per fideicommiſſum poteſt, nullo vero modo olim poterat per legatum res ulla. Ceterum nec ulli res propria legari, aut relinqui per fideicommiſſum poteſt, *l. 13. C. de legat.* SCHULTING.

16. *Ne legatarius*] Lego, *dummodo ne legatarius &c.* Poteſt rogari, ut rem legatam reſtituat; poteſt ut tantundem præſtet: ut plus reſtituat, quam accepit, rogari non poteſt, *l. 1. §. Si is qui, D. ad Trebellian. §. hoc ſolum, Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict.* Legatarius autem non poteſt detrahere Falcidiam, quia hoc jus ſoli heredi datum eſt, *l. lex Falcidia. 47 in fin. D. ad legem Falcid.* ALEAND. Non opus addi *dummodo*; ſi hæc a præcedentibus ſeparemus, uti vulgo fit. Et quæ parum etiam alibi Aniani ſermo cohæret? SCHULT.

16. * *Ne legatarius plus alii per fideicommiſſum*] Hoc ſumma ratione conſtitutum eſt, ne ſcilicet quis alium oneret ſupra id, quod ei reliquit, ac diſponat de alieno, *l. 1. §. 17. D. ad. SC. Trebell. l. 1. §. 6. D. de legat. 3. l. 114. §. 3. D. de legat. 1. l. 9. C. de fideicom.* Varia tamen hujus regulæ temperamenta habes in *d. l. 114. §. 3. de legat. 1. l. 94. §. 2. D. eod. l. 70. §. 1. D. de legat. 2.* OISEL. Hæc fuſius explicat Vinnius *ad § 1. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* unde hæc contraxit Oiſelius.

17. *Neceſſe eſt heredi, vel legatario*] Peſſime impreſſum Patavii, hoc modo: *neceſſe eſt heredi tenere, vel legatario rem illam, quæ per fideicommiſſum eſt relicta, aut redimere, vel reddere, aut fideicommiſſario dare &c.* ALEAND. Ita & Sichardus ediderat: quod recte improbat Alcander.

18 *Aut redimere, aut pretium ejusdem rei*] Quemadmodum in rei alienæ legato, ita & re aliena per fideicommiſſum relicta, is, qui rogatus eſt, vel redimere eam debet & præſtare, vel ſi eam dominus vendere nolit, æſtimationem ejus inferre debet, *§. 1. Inſtit. de ſing. reb. per fid. rel. l. 14. §. 2. l. 30. §. ult. D. de legat. 3.* OISEL.

19. Sicut

§. 7. [20] Libertates etiam ſervis per fideicommiſſum dari poſſunt, ut heres, [21] vel legatarius ea mancipia manumittant, [22] quæ teſtator ab iis ut manumitterent [23] ſperavit. [24] Nec intereſt, utrum hoc teſtator de ſuis ſervis, an de ipſius heredis, [25] vel legatarii, [26] aut de alienis fieri jubeat. Quod ſi de alienis fecerit, ſimiliter cogitur heres emere ipſum ſervum, & manumittere. Sed ſi illum dominus ſuus noluerit vendere, [27] perit per fideicommiſſum data libertas: [28] quia in hac re heres æſtimationem in pretio dare non cogitur. Sed quum per fideicommiſſum libertas datur, is, qui manumiſſus fuerit, [29] non teſtatoris, ſed heredis libertus eſt. §. 8.

19. *Sicut in damnationis legato fieri diximus*] Ulpianus *in fragm. tit. 25. Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, quæ etiam per damnationem legari poſſunt.* ALEAND.

20. *Libertates etiam ſervis*] Libertas etiam per fideicommiſſum dari poteſt, quæ dicebatur fideicommiſſaria libertas; fiebatque, ut habent Gloſſæ Nomicæ: Φιδεικομισσαρία ἐλευθερία τὸ ἐπὶν τὸν διατιθέμενον τῷ αὐτῷ κληρονόμῳ, παρακαλῶ σε κύριον τὸν δῶλον ἐλεύθερον. ſic legendum, non ἐλευθερίαν, ut male eſt in vulgatis. Poteratque hæc libertas per fideicommiſſum largius dari, quam directo. nam non tantum propriis, ſed & alienis ſervis per fideicommiſſum libertas dari poteſt; ita tamen ut vulgaribus verbis, & quibus evidenter voluntas teſtatoris exprimi poſſit, ut ait Licinius Ruſinus *lib. V. Regularum. l. 16. D. de fideicom. libert.* OISEL. Confer cum hac nota & aliquot ſequentibus Vinnium *ad §. 2. Inſt. de ſing. reb. per fideic. relict.* ubi hæc etiam invenies.

21. *Vel legatarius*] Vel etiam fideicommiſſarius; qui ſi teſtatoris ſervus ſit, ab herede eum rediment & manumittent; ſi modo legatum, vel fideicommiſſum ſingulare a defuncto iis relictum agnoverint. OISEL.

22. *Quæ teſtator ab his ut manumitterent ſperavit*] Si quis teſtamento ſic dixerit: *Spero Luci Titi, te manumiſſurum ſervos meos Stichum, & Erotem*, fideicommiſſariam libertatem deberi credo, facile enim in favorem libertatis reſpondendum eſt. ALEAND.

23. *Speravit*] Nec Imperator §. *ult. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* nec Paulus *Sentent. lib. IV. tit. 1. §. 6.* ubi ex profeſſo verba fideicommiſſorum recenſent, verbum *ſperare* adgnoſcunt. ut illud adeo vix videatur eſſe inter verba, quæ dicuntur vulgaria, *l. 16. D. de fideicommiſſar. libertatib.* Sed Anianus ad *Paul. d. loc.* etiam hoc habet, at de ſuo. Et re vera aliud eſt *ſperare*, aliud *rogare, jubere, injungere.* Ob ſingulares circumſtantias verba, *non dubito* pro fideicommiſſo accepit Imperator Marcus *l. 67. §. ult. D. de legat. 2.* & jure novo ex *l. 2. C. commun. de legat. & fideicomm.* etiam in aliis fideicommiſſis verba quævis, quæ modo voluntatem indicant, ſufficiunt: adeoque & in libertatibus. Verum id nihil facit ad Anianum. SCHULTING.

24. *Nec intereſt, utrum hoc teſtator de ſuis, &c.*] Sive putaverit alienos eſſe, & ſui fuerint, ſive putaverit ſuos, & alieni ſint, *l. Paulus, 39. D. de fideicom. libert.* Quod in legatis, & fideicommiſſis pecuniariis non procedit, ut ante dixi. ALEAND.

25. *Vel legatarii*] Atque hoc caſu legatarius ſi legatum agnovit, cogetur ſervum ſuum manumittere; etiamſi minus ſit in eo, quod accepit judicio teſtatoris, plus ſit in pretio ſervi, *l. 24. §. 12. D. de fid. libert.* quia ſervum ſuum non pluris æſtimaſſe videtur, *l. 36. D. ad leg. Falcid.* OISEL.

26. *Aut de alienis*] Vid. *l. 6. C. de fideicom. libert.* Legatarius autem alienum ſervum manumittere rogatus, non alias erit cogendus, quam ſi tanti poſſit redimere, quantum ex judicio teſtatoris conſecutus ſit, *d. l. 24. §. 12. D. de fideicom. liber.* IDEM.

27. *Perit per fideicommiſſum &c.*] Imo Aniane, tua enim hæc verba, non Caji ſunt, non ſtatim perit, aut exſtinguitur fideicommiſſum, ſi dominus ſervum ſuum, cui libertas per fideicommiſſum relicta eſt, vendere nolit; ſed differtur tantum in id tempus, quo aliquando ſervi redimendi occaſio eſſe poſſit, atque ita libertas præſtari, *l. 6. C. de fideicom libert. § 2. Inſt. de ſing. reb. per fid. relict.* IDEM. Non eſt, quod hæc Aniano imputemus. tempore Caji ita juris fuit, nec aliter Ulpianus *tit. 2. §. 11.* Mutatum hoc per conſtitutiones Principum poſteriorum, uti notavit quoque Cujacius *ad Ulpian. d. l.* & Aleander *ad lib. I. tit. 1. §. 1.* SCHULTING.

28. *Quia in hac re heres æſtimationem in pretio dare non cogitur*] Nam libertas inæſtimabilis res eſt, *l. libertas, 106. l. non eſt ſingulis, 176. §. 1. de Reg. Jur.* Hodie tamen non perit, quia poteſt tempus occaſionem quandoque offerre ſervi manumittendi, §. *libertas, Inſtit. de ſing. reb. per fideic. relict.* vide quæ dixi *lib. I. c. 3. [hic tit. 1. §. 1.]* ALEAND.

29. *Non teſtatoris, ſed heredis libertus eſt*] §. *penult. Inſtit. eod. l. 7. C. de fideic. libert.* ALEAND. Qui ex fideicommiſſo libertatem accipit, is ejus fit libertus, a quo manumiſſus eſt, *l. 7. C. de fideicom. libert.* Non tamen hic manumiſſor eatenus jus patronatus conſequitur, ut operas ei imponere, aut impoſitas ab eo petere poſſit: ſed tantum, ut contra tabulas, & ab inteſtato ad ejus bona venire poſſit, *l. 29. D. de bon. libert.* OISEL.

30 *Inter fideicommiſſa & legata ſunt quædam diſtantia*] Legatorum & fideicommiſſorum differentiæ a Gajo hic ex Jure veteri recenſitæ, hodie poſt fideicommiſſorum & legatorum exæquationem pleræque fabu-

§. 8. Præterea [30] inter fideicommiſſa & legata [31] ſunt quædam diſtantiæ. Fideicommiſſum ad eum, [32] cui aliquid commiſſum eſt, herede mortuo poterit pervenire, ſi talis fuerit conditio [33] teſtamenti; [34] nam legatum ita relinqui non poteſt. [35] Item legatum per codicillum relictum non valet, [36] niſi codicilli teſtamento fuerint confirmati: fideicommiſſum vero, etiamſi teſtamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item [37] per legatarium legatum alteri relinqui non poteſt, ſed fideicommiſſum poteſt. [38] Item per legatum [39] ſervo alieno directa libertas dari non poteſt, per fideicommiſſum poteſt. [40] Item [41] per codicillos nemo heres inſtitui poteſt, quam-

vis

ſublatæ ſunt, per *l. 2. C. com. de legat.* qua Imperator voluit unam eorum eſſe naturam, neque amplius, ut olim, diverſam eorum vim ac poteſtatem. Sic ut hodie non minus poſt mortem heredis legatum relictum, quam fideicommiſſum valeat, §. *35. Inſt. de legat.* Item legatum æque ab inteſtato, aut codicillis teſtamento non confirmatis, relinqui poſſit. Unde & Tribonianus, quod Modeſtinus legatum dixerat eſſe *donationem teſtamento relictam*, conſulto mutavit in *a defuncto relictam*; ſive teſtato, ſive inteſtato. Similiter a legatario hodie legari poteſt, ut diximus ad §. *3. h. t.* IDEM.

31. *Sunt quædam diſtantiæ*] Quas abſtulit Juſtinianus *l. 2. C. comm. de legat.* §. *noſtra autem, Inſt. de legat.* ALEAND.

32. *Ad eum, cui aliquid commiſſum eſt*] Lego *dimiſſum eſt*. hoc verbo quam ſæpe utatur Anianus, hic libellus demonſtrat. Sed & lubet adnotare alios ejusdem locos in Theodoſiani Codicis interpretationibus, quas ipſe ſcripſit. habet igitur id verbum pro *relinquere*, *ad l. 2. C. Th. de inoff. teſtam. ad l. 3. C. eod. ad l. 4. eod. ad l. un. C. de inoff. donat. ad l. un. C. de hered. pet. ad l. 1. C. de fam. herciſc. ad l. 2. C. de ſecund. nupt. ad l. 2. de teſt. & cod. ad l. 1. de lib. ea. ad l. 4. unde vi. ad l. 4. de legit. hered. ad l. 7. eod. ad l. 9. de mater. bon. ad l. un. de bon. quæ fil. fam. ad l. 2. C. Gregoriana, de inoff. teſtamen. ad l. 1. C. Greg. de famil. herciſc. ad Nov. 2. Theod. tit. 11. l. 1. ad Novel. Valent. lib. II. tit. 6. ad Nov. ejusd. tit. 12. ad Nov. 1. Severi lib. V. ad Pauli Sentent. lib. 1. tit. 20. ad lib. III. tit. 2. & tit. 7. ad lib. IV. tit. 1.* IDEM. Ita Sich. in marg. *dimiſſum eſt*, & edit. Lugd. CIↃIↃLIX. & CIↃIↃLXVI. Editio vero Pariſ. CIↃIↃIↃXXXVI. hoc recepit in contextum; quod & ego feciſſem, ſi compertum mihi fuiſſet, in libro aliquo veteri ita haberi. Novi, quam parum in ſcribendo ſit accuratus Anianus. SCHULTING.

33. *Teſtamenti*] Et hoc ab Aniano. proprie hæc conditio eſt fideicommiſſi; quod & in aliis ultimis voluntatibus, imo & nutu relinqui poterat jam olim, *l. 22. C. de fideicommiſſ.* IDEM.

34. *Nam legatum ita relinqui non poteſt*] Poſt mortem heredis legari non poteſt, ne ab heredis herede legari videatur, quod juris civilis ratio non patitur, ait Ulpianus *in fragm. tit. 24.* & Paulus *lib. Sent. III. tit. 6.* quod emendavit Juſtinianus §. *poſt mortem, Inſtit. de legat.* ALEAND.

35. *Item legatum per codicillum relictum non valet*] §. *præterea, Inſtit. de fideicom. hered.* Condito teſtamento, codicilli pars teſtamenti eſſe intelliguntur, ideoque legatum in iis relictum valet, ac ſi teſtamento ſcriptum eſſet. quum vero nullum ſit teſtamentum, codicilli ab inteſtato ſcripti eſſe dicuntur: ſed legatum ab inteſtato relinqui non poteſt, *L. unic. pen. D. de legat. 1.* quoniam quem teſtator inſtitutione non honorat, nec legato debet onerare. poteſt tamen precario petere, ut aliquid alii det. IDEM.

36. *Niſi codicilli teſtamento fuerint confirmati*] Non ſatis erat codicillos eſſe teſtato factos: ſed requirebatur quoque, ut teſtamento eſſent confirmati, ſive valere juſſi; quod non ſit de omnibus teſtato factis, ut indicat *l. 3. §. 2. D. de jur. codicillor. l. 5. §. 14. D. de his quæ ut indign. auferunt.* At legata in codicillis teſtamento confirmatis ſcripta erant quaſi teſtamento data, ut & de tutela legimus *l. 3. D. de teſtamentar. tutel.* Non ſatis rem diſtinxit Alexander. SCHULTING.

37. *Per legatarium &c.*] Idem §. *3. hoc tit.*

38. *Item per legatum ſervo alieno directa libertas dari non poteſt*] Directa libertas ſimilis eſt legato vindicationis, ac ſicut aliena res per vindicationem legari non poteſt, ita nec alieno ſervo libertas dari poteſt, quoniam qui directo manumittitur, ipſo jure liber fit, nec heredis factum requirit. at manum (ut dicitur) in alienam meſſem mittere nemo debet: quum & ab alienorum ſervorum manumiſſione abſtinuerint quoque Imperatores, quamvis ad id laceſſiti populi adclamatione, ut oſtendi *lib. I. Obſervat. c. 21.* ALEAND.

39. *Servo alieno directa libertas dari non poteſt*] Quod utique & hodie adhuc obtinet, ut ſervo alieno directa libertas dari non poſſit, §. *2. Inſt. de fing. rit. per fid. relict. l. 9. C. de man. teſt.* OISEL.

40. *Item per codicillos nemo heres inſtitui poteſt*] Ita hic non tradit differentiam inter legata, & fideicommiſſa: nam huic rei non videtur ſe adſtrinxiſſe, magis enim vim, & proprietatem fideicommiſſorum explicare pergit, & quem vult ordinem ſequitur. Codicillorum origo apud Juſtinianum videnda eſt, *tit. de codicillis.* Porro his neque dari hereditas, neque

vis teſtamento confirmati ſint: ſed is, qui teſtamento heres fuerit inſtitutus, poteſt per codicillum rogari, ut hereditatem, quæ ei data eſt, alii totam, vel pro parte reſtituat: quod validum eſt, [42] etiamſi codicilli teſtamento non fuerint confirmati. Item, [43] quamvis non poſſimus poſt mortem ejus, quem heredem inſtituimus, alium ei ſubſtituere, tamen per fideicommiſſum rogare eum poſſumus, ut quum moriatur, alii eam hereditatem vel totam, vel pro parte reſtituat. [44] Et quia, ſicut ſuperius dictum eſt, etiam poſt mortem heredis fideicommiſſum ei, cui relictum eſt, dari poteſt: quod hoc ordine fit, ut teſtator ſcribat: ILLVM HEREDEM INSTITVO, ET VOLO, VT QVVM MORTVVS FVERIT, [45] AD ILLVM HEREDITAS MEA PERTINEAT. Præterea & in hoc alia fideicommiſſorum & legatorum conditio eſt, quia fideicommiſſa, ſi tardius, quam ſcriptum eſt, ſoluta fuerint, uſuræ & fructus debentur: [46] legatorum vero uſuræ non debentur, ſed ex mora ſolutionis, ſi per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

TITV-

neque adimi poteſt, *l. 2. C. de codicill.* §. *codicillis, Inſt. de codic.* nam codicilli ſunt quædam pars teſtamenti: ſed pars, qua ſeparata teſtamentum non corruit. at ſeparata heredis inſtitutione irritum fit teſtamentum; quia ex ea ſuas habet vires, adeo ut ante heredis inſtitutionem legari non poſſet, quoniam & poteſtas teſtamenti ab ea incipit, *Ulpian.* §. *ante, in fragm. tit. 24. Paul. lib. III. Sentent. tit. 6.* §. *ante, Inſtit. de legat.* ac codicilli etiamſi ante teſtamentum facti ſint, ſemper intelliguntur ſequela teſtamenti. ALEAND.

41. *Per codicillos nemo heres inſtitui poteſt*] Hereditas codicillis directo neque dari, etiamſi teſtamento confirmati ſint, neque confirmari, neque adimi poteſt, §. 2. *Inſt. de cod. l. 2.* §. *ult. l. 10.* D. *de jur. cod. l. 2. l. 7. C. cod. l. 16.* D. *ad SC. Trebell. l. 4. C. de his quib. ut indig. l. pen.* §. *1. C. de neceſſ. ſerv. hered.* Cetera tamen excepta hereditate codicillis teſtamento confirmatis etiam directo dari poſſunt, *l. 3.* D. *de teſt. tut. l. 43.* D. *de man. teſt. l. 2.* §. *2.* D. *h. t.* In *l. 77.* D. *de hered. Inſt.* & *l. 10.* D. *de cond. inſtit.* non proponuntur ſpecies hereditatis codicillis datæ, aut confirmatæ; ſed datæ teſtamento, quod codicillis declaratur. OISEL. Anianus hoc loco, quæ Cajus de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, ac de codicillis ſeparatim tractavit, uti & hæc apud Juſtinianum diſtinguuntur, commiſcuit, & de utriſque confuſe quædam congeſſit. SCHVLTING.

42. *Etiamſi codicilli teſtamento non fuerint confirmati.*] Nimirum quia & ab inteſtato fideicommiſſa dantur, ut ſuperius dictum eſt. ALEAND.

43. *Quamvis non poſſimus poſt mortem ejus* &c.] Poſſumus poſt mortem filii impuberis, quia videmur pro eo teſtamentum facere: ac poſt ejus mortem, qui teſtari poteſt, nemo ſubſtituere poteſt, quia hujuſmodi ſubſtitutio invalida eſt, nec trahitur unquam ad fideicommiſſum, ut dixi *cap. 10. (hic tit. 4.)* Neque obſtat *l. Scævola, 76.* D. *ad. Treb.* quia ibi & filius impubes deceſſit, & ſubſtitutio teſtamento adſcripta non eſt, ſed codicillis, quo caſu videtur teſtator voluiſſe fideicommittere: alioquin nullo modo valet ſubſtitutio codicillis ſcripta, *l. pen. C. de codicill.* nam ſi ea ſubſtitutio non codicillis, ſed teſtamento adſcripta fuiſſet, nunquam reſpondiſſet Scævola, placere, ut fideicommiſſum intelligatur; nam codicilli ſemper arguunt fideicommiſſum, quum nihil obſtat aperte contrarium, *l. illud, 13.* §. *tractari,* D. *de jur. codic. l. ult.* §. *illud quoque, C. de codic.* & hoc eſt verum. IDEM.

44. *Et quia, ſicut ſuperius* &c.] Vacat *quia.* IDEM. Stro & expungamus, quod voluit Pacius, & cum verbo præcedente *reſtituat* hæc connectamus, ac legamus, *reſtituat: quia ſicut,* &c. non malus erit ſenſus. SCHVLTING.

45. AD ILLVM HEREDITAS MEA PERTINEAT] Patavii *perveniat.* ALEAND. Gothofredus edidit *ad illum non pertineat,* male, forte errore typographi. *perveniat* quoque habet editio Sichard. ſed in marg. *pertineat.* Et hæc formula ita non videtur a Cajo concepta, ſed ab Aniano. SCHVLTING.

46. *Legatorum vero uſuræ non debentur, ſed* &c.] Contra videntur eſſe *l. 1. l. ult. C. de uſur. & fruct. legat.* & Paulus *lib. III. Sent. tit. ult.* qui ſic ait: *Ex mora præſtandorum fideicommiſſorum, vel legatorum fructus, & uſuræ peti poſſunt. Mora autem fieri videtur, quum poſtulanti non datur.* Sed ita conciliabimus, ut ſi mora ex inficiatione naſcatur, tunc dupletur actio, *Paul. Sent. lib. 1 tit. 19.* § *ult. Inſtitut. de obligat. quæ quaſ. ex contract.* Si vero heres non inficietur quidem legatum, ſed moram faciat, puta ſub obtentu legis Falcidiæ, *l. 2. C. de uſur. leg.* tunc uſuræ, & fructus debeantur. In ceteris legatis mora non conſideratur, quia legatarius quandocunque vult vindicat. Hodie tamen, quia omnia legata exæquata ſunt, inficiando lis non creſcit, ſed tantum ex mora uſuræ præſtantur, præterquam in legatis, quæ pietatis intuitu relicta ſunt, *d.* §. *ult. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex cont.* §. *ex maleficiis, de actionibus.* ALEAND. Notabilis eſt

locus, & nescio an similis in tota antiquitate occurrat, ubi talis legatorum & fideicommissorum differentia statuatur, quod in his ex mora usuræ & fructus, in illis vero non usuræ, sed duplum, si per damnationem relicta sint, debeatur. Sane nec ego, nec illi, quos hac de re consului, se simile aliquid apud alios legisse meminerant. Neque absque ratione aliquis quæret, cum Cajus tantummodo legati per damnationem relicti mentionem faciat, an itaque in ceteris legatorum generibus per Vindicationem, per Sinendi modum, aut per Præceptionem relictorum, aliud observatum fuerit? Qua de re mihi nullum est dubium. Hujusque ego, salvo aliorum judicio, hanc fuisse rationem putarem, quod in ceteris legatorum generibus non ita heres moram committere posset, cum legatarius statim post testatoris mortem & aditam hereditatem rerum his modis relictarum fieret dominus, easque contra quemcumque vindicare posset, atque ita ab ejus tantummodo voluntate rei his formulis legatæ possessio & occupatio penderet. In legato vero per damnationem relicto, possessionem rei legatæ ab herede petere, ac per ejus manus accipere deberet, qui, si interpellatus in mora esset, duplum rei legatæ, ut Cajus noster ait, præstare tenebatur. Ceterum hanc legatorum & fideicommissorum differentiam, si unquam fuerit, non perpetuam fuisse ex variis Digestorum locis manifestum. Unde etiam titulus in Codice *de usuris & fructibus legatorum, vel fideicommissorum.* Et Paulus *lib. Sentent. III. tit. ult.* disertis verbis inquit: *Ex mora præstandorum fideicommissorum vel legatorum fructus & usuræ peti possunt. Mora autem fieri videtur, cum postulanti non datur.* Quod Paulus dicit moram fieri videri, cum postulanti non datur, id intelligendum de instanti & oportuno loco facta interpellatione; neque enim quælibet interpellatio debitorem in mora constituit; ac difficilis est hujus rei definitio, ut scripsit Pomponius libro secundo Epistolarum. Unde & Divus Pius rescripsit, an mora facta intelligatur, neque Constitutione ulla, neque juris auctorum quæstione decidi posse, cum sit magis facti, quam juris, *l. 32. D. de usur.* Ideoque, ut certius de ea constare possit, variis Imperatorum Constitutionibus rescriptum est, moram fieri a die litis contestatæ, atque exinde legatorum, seu fideicommissorum usuras, & rerum fructus deberi *l. 1. l. 2. l. 4. C. de usur. & fruct. legat. & fideicom.* OISEL. Nihil hic vidit Oiselius, qui, ut & Aleander, in legatis aliter, quam per damnationem relictis non ita moram vult potuisse fieri; quia ipse, scilicet, legatarius rei legatæ statim fiebat dominus, illamque a quocumque poterat vindicare; quod nequaquam sic satisfacit. An non enim heres esse poterat in possessione, ex qua sine judicis auctoritate expelli non poterat? Et quid si res foret mobilis, quæ penes heredem esset, an hanc legatario pro lubitu apprehendere licuit? Aleander tamen in eo acu rem tetigit, quod hæc accipit de specie illa, qua heres damnatus dare, inficiatur; quo casu illum in duplum olim obligatum fuisse constat: idque placuisse videtur ad exemplum actionis judicati, quæ eodem modo in duplum olim fuit, teste Paulo *Sentent. lib. 1. tit. 19. quemadmod. actiones per infitiation. duplicent.* ubi aliquid notabitur, ut & ad Ulpianum *tit. 24. §. 4.* Eadem de hoc loco est sententia Viri Celeberrimi, Gerardi Noodt *de fœnor. & usur. lib. III. cap. 7.* qui verba *non debentur* exponit, *non semper debentur.* Sane hæc pœna sufficit, quando præstabatur; ut & alibi quum vel res aliqua debetur, vel pœna ex conventione, actor alterutrum tantum consequitur, *l. 10. §. 1. D. de pact. l. 12. §. 2. D. de pact. dotalib. l. 4. §. 7. D. de dol. mal. & met. exception.* Ipse Cajus videtur hæc distinctius exposuisse, quam in Epitome Arianus. SCHULTING.

TITULUS VIII.

De Intestatorum Hereditatibus.

1. *TITULUS VIII.*] Oiselius in editione sua librum tertium hic incipit: quod ego, ab ipso quoque Cajo factum esse, facile crediderim, iis motus, quæ ille adducit: sed ab Epitome Ariani recedere non debemus: illa vero nullius libri novi hic meminit, ut meminit in præcedenti. Oiselius quoque ad hæc Caji fragmenta notas adjecerat Eruditissimi Viri, Petri Pithoei ad Collationem Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 16.* unde hoc fragmentum desumptum est; quas nos omittendas duximus, quum in hoc ipso volumine alibi, si Deo videatur, eas simus exhibituri: eas tamen si adire voluerint Studiosi, plurima ex illis non protrita addiscere poterunt. Aleander in alia hic ivit ac Oiselius, & ex hoc titulo etiam uno duo fecit capita, prius hanc ipsam inscriptionem præfert: alterum est *de legitima adgnatorum successione*, quorum & in nota meminit. SCHULTING.

2. *De intestatorum hereditatibus*] Post rerum adquisitiones ex hereditatibus testamentariis, reliquum erat, ut de iis adquisitionibus differeret, quæ per hereditates ab intestato nobis obveniunt, quod hoc capite facit, & sequenti. Præclarum autem hoc fragmentum, quod utrumque caput complectitur, sumsimus ex Collatione legum Mosaicarum, & Romanarum, *tit. ult.* quam edidit eruditissimus Petrus Pithœus, cui profecto tantum debet Respublica litteraria, quantum benemerenti homini deberi par est. In eo autem etsi ita est, *Cajus Institutionum libro III. legitimas sic ordinat successiones. Intestatorum &c* tamen nos hoc libro posuimus, quia si tres tantum libros Institutionum scripsit Cajus, ut diximus in hujus operis initio, facile credendum est, hæc tractasse hoc libro, quum materiam rerum adquisitionum sequatur, nec eum ordinem confundat, ut primo libro de personis, secundo

Inteſtatorum hereditates primum ad ſuos heredes pertinent. Sui autem heredes appellantur filius, filia, nepos, neptis, pronepos, [4] proneptis ex nepote: [5] quia omnes per virilem ſexum deſcendentes ſui vocantur. [6] Naturales ſunt hæ perſonæ, ac ado-

[a] *Inteſtatorum hereditates lege duodecim tabularum primum ad ſuos heredes pertinent.* [b] *Sui autem heredes exiſtimantur liberi,* [c] *qui in poteſtate morientis fuerunt, veluti filius, filia, vel nepos,* [d] *neptiſve, pronepos, proneptiſve* [e] *ex nepote filio nato prognatus, prognatave.*

ptivæ:

ſecundo de rebus, tertio de obligationibus loquatur. legendum igitur eo loco *libro 11.* ut Pithœus quoque ſentit. facilis eſt autem notarum lapſus. ALEAND. Placuit ab hoc titulo, Juſtinianum ſecuto, initium libri tertii facere. Nam & Juſtinianum in diſtributione librorum olim Cajum noſtrum ſecutum eſſe, nemo ſanæ mentis dubitabit. Et Auctor Collationis Moſaicarum & Romanarum legum, qui quibuſdam Licinius Rufinus eſſe videtur, fragmentum iſtud inſigne & quantivis pretii, quod ex ejus Collat. *tit. 16.* huc transcribi curavimus, tanquam ex libro tertio Inſtitutionum adducit: ſic enim loquitur: *Cajus Inſtitutionum libro tertio legitimas ſic ordinat ſucceſſiones.* Nam ita conſtanter habent omnes Vett. Codd. ut teſtatur Pithœus in Notis ad hunc locum. Et ideo magis mirum, quare idem Pithœus dicat, ſe facile adduci, ut credat hæc eſſe potius ex libro ſecundo. Certe ego nullam video rationem, quare hæc potius ex libro ſecundo, quam ex tertio deſumpta credamus. Imo hæc eſſe ex tertio Inſtitutionum libro, tanquam certum & indubitatum teneo. Scio quidem Hotomannum olim Juſtiniani Inſtitutionum libros aliter, ac vulgo ſolet, partitum fuiſſe; ita, ut etiam materiam hanc *de ab inteſtato ſucceſſione* ad librum ſecundum retulerit; ſed ſcio etiam, cum id contra omnes vett. libr. propria ſolum auctoritate fretus, fecerit, neminem fere DD. hac in parte adſtipulatorem habuiſſe. OISEL.

3. *Inteſtatorum hereditates*] Ulpianus libro ſingulari, *ſub titulo de legitimis hereditatibus,* apud Collat. Moſaic. & Roman. Leg. *tit. 16. Inteſtatorum gentilitiorum hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt, cæteroſque, qui liberorum loco ſunt.* Idque ex Lege XII. Tabularum deſcendit. Utrum vero a Decemviris proprio capite & ſeparatim de ſuorum heredum ſucceſſione cautum fuerit, an vero eodem, ubi de agnatorum ſucceſſione agitur, comprehenſum fuerit, his nimirum verbis: *Si inteſtatus moritur, cui ſuus nec exſtabit heres, agnatus proximus familiam habeto;* uti ea exſtant apud Ulpianum *d. t. 16.* de eo hodie nihil certi ſtatui poteſt. Saltem inter Leg. XII. Tabularum reliquias nobis ſervatas nihil nominatim de ſuorum heredum ſucceſſione reperitur. De ſuis heredibus vide quæ diximus ſupra *lib. 11. ad tit. de hered. qual. & differ.* (*hic tit. 3. §. 6.*) OISEL. Suos ad hereditatem vocare lex ſupervacuum duxit; quia hi per ſe, & ipſo jure heredes exſiſtunt. Ideoque eos tantum poſuit in conditione: eiſque non exſiſtentibus proximum agnatum juſſit familiam habere: de quo ad ipſum Ulpianum dicemus *tit. 26.* SCHULTING.

a. *Inteſtatorum*] Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum eſt, aut nemo ex eo heres exſtitit. ut ait Juſtinianus *in prine. tit. de hered. qua ab int. def. l. 1. D. de ſuis & leg. her.* quæ quomodo accidant, nonnihil diximus ſupra, *cap. 6. 7. & 8. (hic tit. 3.)* ALEAND.

b. *Sui autem heredes exiſtimantur liberi*] Liberorum appellatione & filii, & nepotes, & pronepotes, ceteriique continentur, *l. liberorum, 220. l. cogniſcere, 30. §. ult. l. filii, 84. D. de verb. ſign.* Quare autem dicantur ſui heredes, diximus ſupra *cap. 9. (hic tit. 3.)* IDEM.

4. *Pronepos, proneptis ex nepote*] Adde, nato ex filio. Ex filia nati huc non pertinent. OISEL.

c. *Qui in poteſtate morientis*] Ergo filius ejus, qui apud hoſtes deceſſit, ſuus heres dici non poteſt, *l. 12. D. qui teſtam. fac. poſſ.* tamen fictione legis Corneliæ ſuus judicatur. Pariter poſtumus nepos ſuus heres non erit, *l. 6. D. de ſuis & legit. hered.* niſi vivo avo conceptus ſit, quia conceptus quodammodo in rerum natura fuiſſe exiſtimatur, *l. 7. D. eod. l. Gallus, 29. D. de lib. & poſtum.* Sui autem in ſucceſſione ceteris omnibus ab inteſtato præferuntur, niſi ſi pater poſt mortem ſuam perduellionis fuerit damnatus, *l. 1. §. interdum, D. de ſuis & legit. hered.* tunc enim ſuum heredem habere non poteſt, aut ſi habet, is ſuus heres eſſe deſinit, *§. interdum, Inſtit. hoc tit.* ALEAND.

5. *Quia omnes per virilem ſexum deſcendentes*] Recto tramite. IDEM.

d. *Neptiſve*] Juſtinianus *§. 2. Inſt. h. t.* addit *ex filios* quod ſenſus exigit: & forte hic excidit. SCHULT.

6. *Naturales ſunt hæ perſonæ, ac adoptivæ*] Patav. *Naturales ſunt hæ perſonæ, hoc eſt, adoptivæ,* forte legas, *ſeu naturales ſint hæ perſonæ, ſive adoptivæ* ALEAND. Hoc vult, nullam eſſe differentiam quoad ſuorum heredum ſucceſſionem, inter liberos naturales & adoptivos. Ita enim Anianus exprimit, quod Cajus dixerat, *Nec intereſſe, utrum naturales ſint liberi, an adoptivi,* ut patet ex *§. 2. Inſt. h. t.* OISEL. Lectio editionis Patavinæ eadem eſt, quam repræſentavit Sichardus: ſed Cujacius edidit, ut hic legitur, rectius. SCHULTING.

e. *Ex nepote filio nato*] Lege, *ex nepote ex filio nato.* ALEAND. Lege, *Ex nepote ex filio nato.* Ordo autem

ptivæ: [7]adoptivorum enim comparatione [8]legitimi naturales appellantur. [9]Sed ita [10]nepos, vel neptis ex filio avo ſui heredes ſunt, ſi pater eorum de poteſtate patris aut morte, [11]aut emancipatione diſceſſerit: nam ſi eo tempore, quo aliquis moritur, [12]filium in poteſtate habeat, & ex eo nepotes, illi vivo patre ſuo, & in poteſtate avi conſtituto, ſui heredes avo eſſe non poſſunt. [f]*nec intereſſe, naturales liberi, an adoptivi. Ita demum tamen nepos, neptiſve, & pronepos, proneptiſve ſuorum heredum numero ſunt,* [g]*ſi præcedens perſona deſierit* [*] *ſive alia ratione,* [h]*veluti emancipatione.* [i]*Nam ſi per idem tempus,* [k] *quo quiſque morietur, filius in poteſtate ejus ſit, nepos ex eo ſuus heres eſſe non poteſt.* [l]*Idem & in ceteris deinceps liberorum perſo-*

tem eſt, *Pronepos, proneptis, prognatus, prognatave ex nepote nato ex filio,* hoc eſt, nato ex nepote, qui non ex filia, ſed ex filio generatus ſit. Nepos enim ex filia non eſt avo ſuus heres; ſed patris familiam ſequitur, *l. 196. §. 1. D. de V. S.* OISEL. Emendatio illa probatur ex §. 2. *Inſt. h. t.* ubi verba Caji relata videntur. SCHULTING.

7. *Adoptivorum enim comparatione &c.*] Hoc intendit, ut ex legitimis liberis quidam naturales dicantur ad differentiam adoptivorum, quidam adoptivi ad differentiam naturalium. ALEAND.

f. *Nec intereſſe, naturales liberi, an adoptivi*] Scripſerim potius, ut apud Juſtinianum: *nec intereſt, utrum naturales ſint liberi, an adoptivi.* nam ejus verba ex Cajo deſumta eſſe conſtat. adoptivi autem eodem jure cenſentur, quo naturales, ut alibi dictum eſt. ID. Lege, *Nec intereſt, utrum naturales ſint liberi, an adoptivi.* OISEL.

8. *Legitimi naturales vocantur*] Et ea eſt perpetua naturalium liberorum ſignificatio, cum adoptivis opponuntur, ut *pr. & §. 7. Inſt. de adopt. §. 4. Inſt. de exher. lib. §. 2. Inſt. de inoff. teſt. l. 31. D. de adopt. l. 2. §. 6. D. ad SC. Tertull.* & alibi. IDEM.

9. *Sed ita nepos, vel neptis ex filio, avo ſui heredes ſunt*] Nec enim ſufficit, ut aliquis jus ſui heredis habeat, cum in poteſtate eſſe; ſed oportet, ut & proximum gradum in familia obtineat, ita, ut nemo eum in ſuo ordine antecedat. Filius tantum ſuus naſcitur. Nepotes vero ſui efficiuntur, patre eorum ſublato; in cujus locum ſuccedunt, & quaſi agnaſcendo jus ſui heredis in familia avi nanciſcuntur, *§. 2. Inſtit. de exhered. lib. & §. 2. Inſt. de hered. qual.* IDEM.

10. *Nepos, vel neptis ex filio*] Bene *ex filio*, nepotes enim, nepteſve ex filia, uti extra familiam avi materni naſcuntur, ita & Jure Veteri, matre eorum mortua, extra eam manent, nec avo materno, niſi poſt agnatorum lineam, ſuccedere poſſunt. Poſtea tamen Valentinianus, Theodoſius & Arcadius eis eundem gradum & ordinem ſucceſſionis, quem habebant nepotes, nepteſve ex filio, donavere; ita ut non minus nepotes, nepteſve ex filia, quam ex filio, ad ſucceſſionem avi ab inteſtato vocarentur, hac tamen differentia, ut nepotes, nepteſve ex filia tertia parte minus accipe-

rent, quam illi, qui etiam juris veteris ſuffragatione nitebantur, *§. ult. Inſtit. hoc tit. l. 9. C. de ſuis & legit. hered. l. 4. C. Theod. de legit. hered.* Jure noviſſimo nulla amplius eſt differentia, ſed par liberorum omnium in ſucceſſione ab inteſtato conditio, *Novell. CXVIII. cap. 1.* Et idcirco *d. l. 9. C. de ſuis & leg. hered.* ut abrogatam, Græci in Baſilicis non tranſtuliſſe videntur. IDEM.

g. *Si præcedens perſona deſierit*] Mancum fuit hoc loco exemplar, quod ſic ſupplendum eſt ex Juſtiniani Inſtitut. *§. ita demum, hoc tit. Si præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe, ſive morte id acciderit, ſive alia ratione, &c.* ALEAND. Lege, *Si præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe, ſive morte id acciderit, ſive alia ratione.* OISEL.

11. *Aut emancipatione*] Quod etiam hodie ſublatum. Nam nepotes ex filio emancipato in poteſtate retenti in locum patris ſui non ſuccedunt, neque avo ſui ſiunt heredes, ſed a patre excluduntur, *d. Novell. CXVIII. cap. 1.* Ut proinde nec amplius locus ſit edicto *de conjung. cum emancip. liber.* OISEL.

h. *Velut emancipatione*] Diximus *lib. 1. cap. 9. (hic tit. 6.)* Credo autem emancipationem capitis minutionem fuiſſe ob ſimulatas illas venditiones, & manumiſſiones. quare hodie fortaſſe emancipatus non erit capite minutus, quum potius caput adquirere videatur, ut qui paterfamilias efficitur. ALEAND.

i. *Nam ſi per idem tempus, &c.*] Lege, *Nam ſi per id tempus, quo quis moritur, &c* OISEL.

k *Quo quiſque morietur*] Apud Juſtinianum eſt, *quo quis moreretur*, aut, *quo quis moritur.* ALEAND.

12. *Filium in poteſtate habeat*] Patav. *filium in poteſtate habeat conſtitutum.* IDEM. Nec aliter Sichardus, & eſt forte ab Aniano ipſo, qui ita quoque paulo poſt loquitur. Sed abeſſe poteſt quoque *conſtitutum* ſalvo ſenſu. SCHULTING.

l. *Idem & in ceteris deinceps*] Si filius de medio ſublatus eſt, nepos ſuus heres eſt; ſi nepos, pronepos ſuus erit; ſi pronepos, abnepos erit. qua de re loquuti ſumus *cap. 9. (hic tit. 3)* ALEAND.

m. *Uxor*

Digitized by Google

perſonis dictum intelligimus, [m] *Uxor quoque, quæ in manu ejus eſt,* [n] *is ſua heres eſt; quia filiæ loco eſt: item nurus, quæ in filii manu eſt; nam & hæc neptis loco eſt* [o] *Sed ita demum erit ſua heres, ſi filius, cujus in manu erit, dum pater moritur, in poteſtate ejus non ſit. Itemque dicimus & de ea, quæ in nepotis manu matrimonii cauſa ſit, quia proneptis loco eſt.*

§. 1. [13] Similiter poſtumi, qui, [p] *Poſtumi quoque, qui, ſi vivo parente* [14] ſi

m. *Uxor quoque, quæ in manu &c.*] Omiſere totam hanc Caji ſententiam & Anianus, & Juſtinianus, quia eorum temporibus conventiones in manum amplius in uſu non erant. Conveniebât uxor in manum viri, aut confarreatione, aut coemtione. Sed confarreatio (ut ait Boet. *in Top. Cic.*) ſolis Pontificibus conveniebat; qua in re multæ ſolemnitates adhibebantur, quas Ulpianus tangit *lib. ſing. Regul. tit. 9.* quum ait: *Farre conveniſtur in manum certis verbis, & teſtibus decem præſentibus, & ſolemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur* & Servius ille, qui nuper editus eſt a Daniele, cujus fragmenta & Pitheus hic adducit, *in lib. 1. Georg.* ſic ait: *Farre, quum per Pontificem Maximum, & Dialem Flaminem per fruges, & molam ſalſam conjungebantur, unde confarreatio appellatur, &c.* & alia ſolemnia narrat *lib. IV. Æneid.* inquit enim: *Mos apud veteres fuit Flamini ac Flaminicæ, ut quum per farreationem in nuptias convenirent, ſellas duas jugatas, ovili pelle ſuperinjecta ponerent, ejus ovis, quæ hoſtia fuiſſet: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen, ac Flaminica reſiderent.* & paulo ſuperius: *Quæ conventio ſe ritu perficitur, at aqua, & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæres ad farreas nuptias pertinet, quibus Flaminem, & Flaminicam jure Pontificio in matrimonium neceſſe eſt convenire.* Sed quod adhiberetur aqua, & ignis, non tam confarreationis proprium fuiſſe, quam & ceterarum nuptiarum, patet ex *l. penult. D. de donat. int. vir & uxor.* quo pertinet illud Novii apud Nonium: *Sequere me, puriter velo farcias, igni atque aqua velo hunc accipere.* Plura autem hujus rei exempla vide apud Briſſonium in *lib. de Rit. nupt.* Sed confarreationem etiam in aliorum nuptiis, non tantum Pontificum fieri potuiſſe teſtis eſſe poteſt Dionyſ. *lib. I. Antiquit.* & Plin. *lib. XVIII. c. 3.* quem nubendi modum iam Tiberii tempeſtate obſoleviſſe, refert Corn. Tacit. *lib IV.* De coemptione vero ita ſcribit Boet. in *Topic. Tull. Coemptio vero certis ſolemnitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo invicem interrogabant: vir ita; an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet. illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet. ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemtionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ, quam ſolemnitatem in ſuis Inſtitutis Ulpianus exponit.* Hanc vero coemtionem fieri per æs & libram, ut plerique actus legitimi, Servius oſtendit, quum ait; *Coemtio enim eſt, ubi libra, atque æs adhibetur, & mulier, atque vir inter ſeſe quaſi emtionem faciunt, &c.* Quo etiam non abs re quis dixerit pertinere hæc Nonii verba; *Nubentes veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes ſolebant ferre, atque unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi cauſſa marito dare: alium, quem in pede haberent, in foco larium familiarium ponere: tertium in ſacciperione cum condidiſſent, compito vicinali ſolere donare, &c.* qua de re & Iſidor. nonnihil *lib. V. Etymol.* Has uxores matresfamilias eſſe dictas, oſtendimus quoque ſupra *c. 6.* [*hic tit. 2.*] & eas credo intelligere Ulpianum in *l. pronuntiatio, 195. §. 1. D. de verb. ſignif.* ALEAND. De nuptiis per in manum conventionem præter alios ex profeſſo egit Eruditiſſimus P. Pithœus ad hoc ipſum fragmentum Caji *in Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 16.* ubi quoque recte docet, idem factum eſſe per uſum, muliere uſucapta. paucula & nos dicemus ad Ulpianum *tit. 9.* SCHULTING.

n. *Is ſua heres eſt*] Recte legit Pithœus, *ei ſua heres eſt.* Tam vero ſuum heredem in maſculino genere, quam ſuam heredem in fœminino dicimus, ut in *l. nit. D. de dot. collat.* & ſola heres in *l. 26. §. 1. D. de pact. dotal.* quod Soſipater non admittit. Fiebat uxor ſua heres, quia in poteſtatem mariti tranſibat, tanquam filia, quod & Ulpianus *in fragm.* demonſtrat, *tit. 22. & 23.* & aliis locis. quare & capite minui dicebatur, ut Cicero *in Topicis* loquitur; ideoque quum in mariti familiam, & ſacra tranſiret, mirum non eſt, dixiſſe Modeſtinum, haſce nuptias divini & humani juris communicationem eſſe, *l. 1. D. de ritu nupt.* & Gordianus Imper. uxorem vocavit ſociam rei humanæ atque divinæ *lex. 4. C. de crim. expil. hered.* ALEAND.

o: *Sed ita demum erit ſua heres &c.*] Si maritus patrem habeat, uxor in mariti quidem manum convenit, ſed in ejus patris poteſtate eſt: itaque marito tanquam filia, ejus vero patri tanquam neptis eſt, propterea ſua heres eſſe non poteſt, niſi maritus ſit de medio ſublatus, qui eam gradu præcedit. IDEM.

13. *Similiter poſtumi*] Poſtumus quoque, qui vivo patre natus in ejus poteſtate fuiſſet, primumque gradum in familia obtinuiſſet, ſuus heres eſt, *l. 3. D de inj rupt. irrit. teſt.* De poſtumis diximus ſupra ad *lib. II. tit. de exhered. lib.* OISEL.

p. *Poſtumi quoque, &c.*] Eadem verba apud Juſtinianum ſunt *Inſt. hoc tit.* Diximus ſupra, eos, qui in utero ſunt, haberi pro jam natis, quum de illorum beneficio agitur. Erunt igitur poſtumi ſui heredes, ſive filii ſint, ſive nepotes: ſed nepotes eo demum caſu, ſi eos filius non præceſſerit, quo caſu concepta eſt formula Caji Aquilii, *l. Gallus, 29. D. de lib. & poſt.* Ergo de ſuis heredibus loquitur, non de alienis, ut falſo putant

[r] si vivo patre nati fuissent, in potestate ejus futuri erant, sui heredes sunt. *nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui heredes sunt. Idem juris est de his,* [q] *quorum nomina ex lege Ælia Sentia,* [r] *vel ex Senatusconsulto post mortem patris causa probata in potestate ejus futuri essent:* [s] *& de eo filio, qui ex prima, secundaque* [t] *emancipatione post mortem patris manumittitur, intelligimus.*

§. 2.

putant Doctores; Anianus sic habet: *Similiter &c.* ALEAND.

14. *Si vivo patre*] Rectius videtur dixisse Cajus, *si vivo parente*, quoniam appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus, & proavus, cæterique superiores continentur, *l. appellationes, 51. D. de verb. sign.* Sed certe & patris nomine avus quoque intelligi potest, *l. justa interpretatione, 201. D. eod. tit.* & ita patrem pro avo Ulpianus dixit *in l. 2. §. si quis ex liberis, D. ad SC. Tertull.* Hæc tamen appellatio in odiosis ad avum non extenditur, ut in Lege Julia, qua prohibetur Senator eam uxorem ducere, cujus pater artem ludicram fecerit, neque enim obstat, avum ludicram artem fecisse, *l. 44. §. 1. D. de ritu nupt.* idem quoque procedit in lege Julia de adulteriis, qua permittitur patri filiam adulteram occidere, *l. 20. & 21. D. ad leg. Jul. de adult.* ALEAND.

q. *Quorum nomina &c.*] Pitheus putat legendum, *quorum nomine, &c.* Optime autem declarat hunc locum Ulpianus *in fragmentis tit. 7.* Cujus verba hic subdam, quemadmodum ab ipso Pitheo sunt restituta: *In potestate parentium sunt etiam ii liberi, quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas. Nam seu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam, quæ dedititiorum numero est, quasi civem per ignorantiam uxorem duxerit, sive civis Romana per errorem peregrino, vel ei, qui dedititiorum numero est, aut etiam si Latino nupta fuerit, ex lege Ælia Sentia causa probata, civitas redditur tam liberis, quam parentibus, præter eos, qui dedititiorum numero sunt, & ex eo sunt in potestate parentium liberi.* Id igitur cautum fuerat lege Ælia Sentia, quod quum hic Cajus confirmet, male Cujacius censet in Ulpiano legendum, *ex lege Junia.* IDEM. Forte non male sic legeretur: *qui, eorum nomine ex lege &c. in pot. ejus futuri essent.* Aleander vero non satis attente inspexit Cujacium *ad Ulpian. tit. 7. §. ult.* is enim illic verba non mutat: sed notat dici, *ex lege Ælia Sentia*, ut in titulo *de Latinis, ex lege Junia.* SCHULTING.

r. *Vel ex Senatusconsulto*] Non omnino placet Pithei opinio, cui referendum id videtur ad Senatusconsultum circa legem Æliam de consilio, & causa adprobanda, *l. un. in fin. D. de off. Cons.* nam potius eo casu legendum esset, *& ex Senatusconsulto.* Quare si priorem lectionem retineamus, potius de alio Senatusconsulto capiendum est, quod circa rem non absimilem factum sit. puta, quum Senatusconsulto cautum sit, ne Senatoris filia nubat libertino, *l. orationes, 16. D. de rit. nupt. l. 3. §. videamus, D. de donat. inter vir. & ux.* non absurde credi potest, si id errore eveniat, causa adprobata justos censeri filios. Sed & hoc divinare est. Sane & alii sunt casus, quibus sui adgnascuntur, ut in *l. qui in provincia. l. 57. D. de ritu nupt.* & in *l. eos qui, 65. D. eod. tit. l. 6. C. de nupt.* alii sunt ex constitutionibus *l. 3. 4. 5. &c. C. de natur. lib. §. ult. Inst. de nupt. §. quibus, Instit. hoc tit.* alii ex canonicis sanctionibus, *c. penul. c. ult. ext. qui fil. sint legit.* ALEAND. In multis casibus idem Senatusconsultis & legibus constitutum esse docet Cujacius *Observation. lib. XV c. 23. & ad l. 7. D. fund. libr. ad Papinian. Quæstion. lib. XXIX.* Videtur vero hoc SC. lege posterius fuisse, & plenius vel distinctius id cavisse. SCHULTING.

s. *Et de eo filio*] Explicemus breviter. Filius tribus emancipationibus & tribus manumissionibus sui demum fiebat juris. Post primam itaque & secundam manumissionem revertebatur in potestatem patris, patrique suus agnascebatur heres, eique ab intestato succedebat, sive pater fecerat testamentum, sive non. Agnatione enim patris rumpebat testamentum, nisi in eo aut institutus, aut nominatim exheredatus esset. Ut itaque patris testamentum valeret, filius post primam & secundam emancipationem heres instituendus, ne forte manumissus patris rumperet testamentum, in quo esset præteritus. Porro si quidem contingeret filium ex prima, vel secunda emancipatione post mortem patris manumitti, ex jure veteri, hoc est, ex formula a Gallo Aquilio introducta, instituti poterat. Si vero accideret, ut filius, vivo patre, sed post testamentum factum manumitteretur, tunc ad testamenti valorem requirebatur, ut ex jure novo, quod Lege Julia Vellea introductum, filius institueretur, ne præteritus, instar postumi Velleani, testamentum rumperet. Vid. quæ ad. *tit. 3. §. 2. & 3.* notavimus. OISEL. Si pater filium alicui semel vel bis mancipasset, emancipandi causa, dumque is ita in aliena potestate esset, (poterat enim manumissio differri) testamentum condidisset, manumissione ejus filii secuta testamentum patris rumpebatur, quasi adgnatione sui heredis. De quo ad Ulpianum *tit. 23.* quædam dicemus. Ceterum quod Viri Docti censent, quod si talia post mortem parentis facta essent, pertinuerint ad juris antiqui formulam, vel, ut Oiselius putat, ad formulam Galli Aquilii, ut secundum eas instituti non rumperent testamentum, id probare non possum. Postumus enim, qui jure antiquo institui poterat, erat is, qui erat nasciturus post patris avive mortem, quique, si nunc esset natus, esset suus heres: & ex formula Galli Aquilii institui poterat ab avo nepos, cujus pater vivebat cum conderetur testamentum, si is patre suo vivo moreretur, & nepos post mortem patris & avi testatoris esset nasciturus, ne sic adgnatus rumperet testamentum, quod alioquin fuerat necesse; de quo aliquid dictum ad *tit. 3.* De hoc vero casu,

Digitized by Google

§. 2. Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptesve, filii, vel nepotes ex filio defuncto, patri, vel avo hac ratione succedunt, [15] ut filius, [*] vel filia suas partes, [16] & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, [17] ut

[u] *Quum filius, filiave, & ex altero filio nepotes, neptesve exsistent, pariter ad hereditatem vocantur; nec qui gradu propior est, ulteriorem excludit:* [x] *æquum enim videtur, nepotes,* [y] *neptesve* [z] *in patris sui locum* [aa] *portionemque succedere. Pari ratione etsi nepos, neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptisve, simul vocantur. Et quia placebat, nepo-*

inter

fu, quo-hi post mortem quasi adgnati erant, ibi non est actum. Quamvis negare nolim, ob favorem testamenti conservandi, cui magnopere favent jura, interpretatione extendenti id posse sustineri, *arg. l. 29. §. 6. D. de liber. & postum.* Hic vero de casu intestati agitur; quo hi omnino admitti debent, non minus, quam naturaliter adgnati. quod & docet Paulus *Sententiar. lib. IV.* loco in eadem Collatione Mosaicarum & Romanarum legum nobis conservato *tit. 16.* SCHULT.

1. * *Et de eo filio, qui ex prima &c.*] Hac de re diximus supra *c. 8.* [*hic tit. 3.*] & plenius *lib. I. c. 9.* [*hic tit. 6.*] *ad fin.* Quum igitur pater semel, iterumque filium vendidit patri fiduciario, ac interim moriatur, post mortem autem fiduciarius pater filium manumittat, quoniam is in patris potestate reversurus fuisset, suus adgnascitur ad similitudinem postumorum ex antiquo jure. Si vero ante mortem quidem manumittatur, sed post conditum a patre testamentum, suus adgnascitur ex lege Velleja, *l. Gallus 29. §. nunc de lege, D. de lib. & post.* qua de re & superius verba fecimus. ALEAND. Et nos quoque illic quædam notavimus: ubi id quoque monitum, non id cautum lege Velleja, ut testamentum agnascendo vel quasi agnasc.. do rumperetur, quod satis per se constabat: sed ut .a posset evitari instituendis vel exheredandis talibus liberis. SCHULTING.

1. *Emancipatione*] Forte scripsit Cajus *mancipatione*, nondum enim erat emancipatus, sed mancipatus proprie. nec Cajus hæc videtur hic confudisse: & præcedentis verbi ultima littera *e* facile potuit geminari a librariis. IDEM.

u. *Quum filius, &c.*] Totum hoc transtulit Justinianus fere ad verbum in suas Institutiones. Qui sui heredes sunt, una admittuntur ad parentis hereditatem, nec alter alterum præcedit, itaque tam filius veniet, quam nepos ex alio filio, & pronepos ex alio nepote ex lege duodecim tabularum, *l. 3. C. de suis & legit. lib.* ALEAND.

u * *Cum filius filiave*] Lege itaque, *Cum filius, filiave, & ex altero filio nepotes, neptesve exsistunt, pariter ad hereditatem avi vocantur.* OISEL. Ita emendandum ex *§. 6. Inst. h. t.* ex quo hæc suppleri atque emendari posse, notaverat Pithœus *ad Collationem Mosaicarum & Romanarum legum tit. 16.* cujus notæ huc a se translatæ hæc subjecit Oiselius. SCHULTING.

x *Æquum enim videtur*] Dicitur quidem hoc evidenter caveri lege XII. tabb. *l. 9. C. de suis & legitim. liber. add. §. 15. Inst. hoc tit.* non tamen est ex legis verbis, sed prudentum interpretatione: & hoc æquum videri quoque dicitur *§. 6. Inst. hoc tit.* uti & ex naturali æquitate id deducit Ulpianus *l. 1. §. 4. D. de suis & legitim. heredib.* & æquum esse ait *tit. 26. §. 7.* ubi aliquid dicemus. Videri quoque poterunt utiliter, quæ hic notavit Eruditissimus Pithœus ad hunc locum *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. 16.* SCHULTING.

15. *Ut filius, vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem, &c.*] Nepotes, neptesve ex filio demortuo, una cum filio, vel filia superstite ad successionem avi æquali jure admittuntur, *l. 3. C. de suis & legit. hered.* Veniunt enim nepotes, neptesve in locum patris sui, jure repræsentationis, ac simul tantum ex hereditate avi percipiunt, quantum pater eorum percepturus fuisset. OISEL.

y. *Nepotes, neptesve in patris sui locum &c.*] Et eam partem habere, quam pater eorum, si viveret, habiturus esset, *Ulpian. in fragm l. 7. D. de coll. bon.* ALEAND.

z. *In patris sui locum portionemque succedere*] Adeoque & in jus & locum sui heredis: id enim est successionis hujus fundamentum. Itaque non hic cum suis succedunt non sui; uti scripsit Cujacius *ad §. 6. Inst. h. t.* ubi merito Cujacium notavit Janus a Costa. SCHULTING.

16 *Et nepotes ex filio*] Pari ratione & si nepos, neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptises item, si sit ex nepote pronepos, proneptisve, & ex altero pronepote abnepos, abneptisve, omnes simul ad hereditatem avi, proavi, abavi vocabuntur. Nam jus repræsentationis intra certum descendentium gradum conclusum non est, *l. 1. §. 7. D. de conj. cum emancip. lib. Novell. CXVI. l. c. 1.* OISEL.

aa. *Portionemque*] Non est apud Justinianum. Portio hereditatis dicitur etiam in *l. 3. in l. 41. D. de vulg. & pup. in l. 37. §. Sejam, D. de legat. 3. l. 5. §. sed & si, D. de legat. præst. l. 22. §. ult. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. & hereditatis, D. de his, quæ in testam. l. 24. D. de leg. Cornel. de falf.* & aliis locis. ALEAND.

17. *Ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat*] Idque hanc habet rationem, quia placet longiore gradu positum in locum patris sui succedere, & jure repræsentationis, quasi eodem gradu cum proximiore existentem, ad successionem admitti. Unde Philo

inter ſuos proximior longiore gradu poſitos non excludat: & [18] non in capita, ſed in ſtirpem dividatur hereditas. Item ſi quis moriens filium non relinquat, ſed [19] ex duobus maſculis filiis dimittat nepotes, hoc eſt, ex uno filio unum, vel duos nepotes, ex altero tres, aut quatuor, ſimiliter, ſicut

ter, nepteſve, item pronepotes, pronepteſve in [bb] *patris ſui locum ſuccedere,* [cc] *conveniens, non in capita, ſed in ſtirpem hereditates dividi: ut filius* [dd] *dimidiam partem hereditatis* [ee] *frunt, ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis nepotes exſtent,* [ff] *ex altero filio unus forte, vel*

ſuperius

lo περισσ. ἀρὲς τοὺ. de legibus Romanis agens: *οἱονεὶ γὰς πατέρων ἀποθανόντων ἐν υἱῶν τάξει παρὰ πάντας κατατιθέντων.* Nam niſi nepos in locum patris ſui, jure repræſentationis, ſuccederet, procul dubio a patruo in avi hereditate excluderetur. *Æquum autem eſt*, ut ait Ulpianus *fragm. tit. 26. nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum, ſi viveret, habiturus eſſet.* OISEL.

18. *Non in capita, ſed in ſtirpem dividatur hereditas*] In capita dividi dicitur hereditas, quæ tot in partes, quot ſuccedentium ſunt capita, ſive perſonæ, dividitur. In ſtirpes vero fieri, cum tot in partes dividitur, quot capita liberorum primi gradus, ex quibus ſuccedanei exiſtunt. Tot itaque ſunt ſtirpes, quot ſunt liberi primi gradus, & quantum ad primi gradus liberos, in capita, & in ſtirpes ſuccedere unum & idem ſunt; tot enim capita ſunt, quot ſtirpes. In capita autem toties ſucceditur, quoties perſonæ ſuccedentium proprio jure, & ex ſua perſona veniunt; in ſtirpes, quoties ex perſona alterius jure repræſentationis ſuccedunt. Capita itaque ſunt perſonæ unius, aut plurium ſtirpium; ſtirpes ſunt generis origines, veluti filius, eſt ſtirps nepotum, nepos, ſtirps pronepotum. Jure veteri in ſtirpes duntaxat deſcendentes ex filiis, vel nepotibus ex filio, ad ſucceſſionem avi, vel proavi vocabantur, in cujus poteſtate & familia proximi, patribus eorum morte, puta, vel emancipatione ſublatis, tempore mortis inventi eſſent. Sed poſtquam placuit liberos exemplo ſuorum heredum ad matris ex SC. Orficiano, vel aviæ ex Principum Conſtitutionibus legitimam ſucceſſionem venire; & denique æqualem omnium liberorum conditionem in ſucceſſione parentum eſſe, placuit etiam eandem rationem in diviſione hereditatis, ut nimirum in ſtirpes ſuccederent, inter cujuscunque ſexus liberos primi & inferiorum graduum ſervari, §. *ult. Inſt. h. t. l. 9. C. de ſuis & leg. lib. Novell. CXVIII. c. 1.* Neque jure noviſſimo ſucceſſio in ſtirpes in deſcendentium tantum linea, ſed etiam in linea collaterali locum habet; nimirum fratrum, vel ſororum filii, filiæque jure repræſentationis, ſeu in ſtirpes ſuccedunt, cum defuncti fratribus, *d. Novell. CXVIII. c. 3.* IDEM. Confer Vinnium ad §. *6. Inſt. h. t.* unde more ſuo hauſit hæc Oiſelius.

bb. *Patris*] In Inſtitutionibus Juſtin. *parentis*, quod melius.

cc. *Conveniens, non in capita, ſed in ſtirpem.*] Juſtinianus ſic: *conveniens eſſe viſum eſt, non in capita &c.*

Ulpianus *in fragmen. tit. 26. non ut in capita dividatur, ſed ut in ſtirpes, id eſt, ut filius ſolus medium partem habeat, & nepotes, quotquot ſunt, alteram dimidiam.* Itaque non pro virilibus portionibus, ſed ex ſtirpibus ſuccedunt, *l. 2. C. de ſuis & legit.* A. LEAND. Lege, *Conveniens eſſe viſum eſt, non in capita, ſed, &c.* OISEL.

19. *Ex duobus maſculis filiis dimittat nepotes*] Cum ex diverſis filiis ſoli exſtent nepotes, licet ex uno filio plures ſint nepotes, quam ex altero, omnes tamen non in capita, ſed in ſtirpes ſuccedunt. Et hoc caſu maxime vis repræſentationis apparet; quia, etſi omnes defuncto eodem gradu ſint conjuncti, atque ex hoc videri poſſit ſingulos viriles portiones in hereditate avi obtinere debere, nihilo magis tamen, poſtquam ſemel placuit nepotes in demortui, vel alia ratione remoti, patris ſui locum ſuccedere, jus illud ex accidenti mutari, ac variari debuit. Sed omnes in ſtirpes, quamvis numero ſint inæquales, in avi hereditate ſuccedere debent, *l. 2. C. de ſuis & leg. her.* ID.

dd. *Dimidiam partem hereditatis; frunt*] Monſtrum hoc verbi; cujus ſignificatio mihi ignota. Legendum, *ferat*, vel *auferas*, vel *habeat*, vel ſimile quid. IDEM. Quod & ego malim, quam credere Cajum, cujus perſpicuus, nec antiquis inuſitatisque verbis infectus eſt ſtylus, inſolito verbo uſum eſſe: quamvis id viſum ſit Cujacio *ad §. 6. Inſt. h. t. in poſteriorib.* SCHULTING.

ee. *Frunt.*] Juſtinianus *habeat*, quo loco immutat Cujacius, Cajum priſco verbo uſum eſſe; cujus ego, etſi diu quæſiverim, exemplum reperi nullum. Quid ſi Cajus ſcripſerit *fruatur*? idem autem mutaverit Juſtinianus, quia inſolens ei viſa eſt loquutio, quartus caſus pro ſexto poſitus, quod a veteribus ſolum factitatum videmus, a Nævio, Plauto, aliisque? ALEAND.

ff. *Ex altero tres aut quatuor. * &c.*] Mutila eſt ſententia ſic ſupplenda ex Juſtiniani Inſtitutionibus: *ex altero tres, aut quatuor: ad unum autem duos pertinet dimidia pertinent, ad tres, vel ad quatuor alia dimidia.* Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes, ex uno tres, ex altero unus, exheredatique ſint, uncum ſemuncia, quæ pars quarta eſt ſemiſſis, ſingulos alios ſemuncia, quæ quarta ſextantis eſt, a querela excludet, *l. 8. §. quoniam, D. de inoff. teſt.* Atque hunc ordinem, qui in dividenda inter ſuos hereditate ſervatur, etiam Prætor ſequitur *l. ſi in adoptionem, 12. §. ult. D. de bon. poſſ. cont. tab. l. ſi neposet, 7. D. de collat. bon.* Animus ita vertit. *Si quando aliquis, &c.* IDEM.

ff. Ex

ſuperius dictum eſt, in ſtirpem, non in capita hereditas dividatur, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio [20] medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc eſt, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, ſi vixiſſent, habituri erant.

§. 3. [21] Si defuerint heredes ſui, tunc hereditas defuncti pertinet ad adgnatos. Adgnati enim ſunt per virilem ſexum defuncto propinquitate conjuncti, [22] id eſt, [23] conſanguinei fratres, *ff duo, ff ex altero tres, aut quatuor, * altera dimidiam.*

gg DE ADGNATIS.

hh *Si nullus ſit ſuorum heredum, tunc hereditas pertinet* ii *ex eadem lege duodecim tabularum ad adgnatos.* kk *Vocantur autem adgnati, qui legitima cognatione*

ff. *Ex altero tres, aut quatuor, * altera dimidiam*] Lege: *Ex altero tres, aut quatuor, ad unum, aut duos dimidia pars pertineat: ad tres, vel ad quatuor altera dimidia.* OISEL.

20. *Medietatem*] Hac voce, quam Cicero dicere exhorruit, ſæpiſſime uſus eſt Arianus, ut apparet ex ejusdem interpretationibus ad Cod. Theod. & Senten. Pauli. Sed & in legibus Wiſigothorum paſſim eam videas. ALEAND.

gg. DE ADGNATIS] Hic diſtinguendum caput eſſe, præter Juſtinianum, hoc ipſum quoque Caji fragmentum indicat: nam in Collatione illa Moſaici, & Romani juris inter verba, quæ ſuperiori capiti adaptavimus, & hæc, quæ in hoc caput rejecimus, ſic eſt, *de adgnatis.* IDEM. Aleander hic titulum poſuit, ſive caput novum, *de legitima adgnatorum ſucceſſione.* Nos Arianum ſequimur.

21. *Si defuerint &c.*] Arianus ſuo more hoc caput cum ſuperiori confundit, quod jam diximus eſſe ſeparandum. ALEAND.

21.* *Si defuerint ſui heredes*] Ulpianus *fragm. tit. 26. Si ſui heredes non ſunt, ad conſanguineos, id eſt, fratres & ſorores ex eodem patre:* (ſupple, inteſtatorum hereditates pertinent) *ſinet hi ſunt, ad reliquos adgnatos proximos, id eſt, cognatos virilis ſexus, per mares deſcendentes, ejuſdem familiæ: id enim cautum eſt Lege duodecim Tabularum:* AC SI INTESTATVS MORITVR, CVI SVVS NEC EXTABIT HERES, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Atque hoc etiam ipſa lex naturæ dictat, ideoque & ab aliis gentibus obſervatum. Sic teſtatur Tacitus de Germanis: *Heredes tamen ſucceſſoresque ſui cuique liberi: & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, avunculi.* OISEL. Quæ hic habemus, non illa juris ſunt naturalis, ſed civilis; ex quo oriunda eſt differentia ſuorum & emancipatorum, adgnatorum & cognatorum, quam naturæ ſimplicitas ignorat. Et locus Taciti hoc diſcrimen a Germanis eſſe ignoratum arguit, dum patruis avunculos jungit. SCHULTING.

hh. *Si nullus ſit ſuorum*] Sed nunquid non & ſui adgnati ſunt? certe ſunt, *l. filius, 12. D. de ſuis & legit. hered. l. de bonis, 6. §. 1. D. de Carb. edic. l. 2. D. unde legit. l. Juriſconſultus, 10. §. 1. D. de grad. & adfin. l. 1. §. ſed videndum, D. de ſucceſſ. edi.* Sed recte ſeparantur, quia hereditas non eodem modo ſuis, quo ceteris adgnatis defertur. in ſuis non ſpectatur proximior quis ſit, an ulterior, quia ut ad hereditatem admittatur, ſatis eſt aliquem ſuum eſſe. In adgnatis ſpectatur, quia qui proximo gradu ſunt, ceteros præcedunt, ut infra dicitur. ac inter ſuos hereditas dividitur in ſtirpes, inter adgnatos in capita. ALEAND.

ii. *Ex eadem lege duodecim tabularum*] Quam ita recitat Ulpian. *in fragm. & in l. pronunciatio, 195. D. de verb. ſignif.* SI INTESTATVS MORITVR, CVI SVVS HERES NEC ESCIT, ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. IDEM.

kk. *Vocantur autem adgnati*] Adgnati ſunt cognati virilis ſexus ab eodem orti, *l. 2. D. de ſuis & legit.* aut ſunt cognati per patrem ex eadem familia, *l. ult. §. 1. D. de grad. & adfin.* Adgnatio nomen eſt civile, cognatio naturale. Qui adgnati ſunt, & cognati ſunt; qui cognati ſunt, non utique adgnati ſunt. verbi gratia, patris frater, id eſt, patruus, & adgnatus eſt, & cognatus: matris autem frater, id eſt avunculus, cognatus eſt, adgnatus non eſt, *l. pen. D. unde legit.* Diximus *lib. 1. cap. 10. (hic tit. 8.)* IDEM.

22. *Id eſt conſanguinei*] Non vult dicere, adgnatos eſſe conſanguineos, nemo enim poteſt dicere, eſt adgnatus, ergo conſanguineus. poteſt certe, eſt conſanguineus, ergo adgnatus. Adgnatio genus eſt, conſanguinitas ſpecies, *§. vulgo quæſitos, Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* Melius dixiſſet, *veluti conſanguinei.* Sed homo Gotholatinus ſic loquutus eſt. IDEM.

23. *Conſanguinei fratres*] Fratres eodem patre natos, ὁμοπατρίους, ſpeciali nomine conſanguineos JC. vocant, *l. 1. §. 9. l. 2. pr. D. de ſuis & legit. l. 1. §. pen. l. 6. §. 1. l. 7. D. ad SC. Tertull.* & alibi; ſic in *l. 3. C. de legit. tut. l. 1. l. 6. C. de legit. hered.* Conſanguinei, ut ait Theophilus, ὁλκῇ ἑνὸς αἵματος, quaſi eodem ſanguine procreati. Et ita Gloſſæ Gr. Lat. ὁμαιμίους. *Conſanguineus.* Eædem Gloſſæ: ὁμαιμότης, *Conſanguinitas.* Hi jure veteri eodem jure in ſucceſſione fratrum veniebant cum fratribus germanis, ſive iis, qui ex utroque parente conjuncti erant. Jure vero noviſſimo

hoc eſt, de uno patre nati. Nec[24] diſputari poteſt, ſi de diverſis matribus naſcantur, qui uno patre geniti ſunt. Item patruus, id eſt, frater patris, fratris ſui filio adgnatus eſt. Ipſo modo ſunt fratres patrueles, hoc eſt, qui de ſingulis[25] germanis nati ſunt. Hoc ordine adgnoſcitur, qui ſint adgnati, ſicut[26] ſupra diximus, per virilem ſexum propinquitate conjuncti.

tione juncti ſunt. [ll] *Legitima autem cognatio hæc eſt, quæ per virilis ſexus perſonas conjungitur. Ita qui eodem patre nati ſunt fratres, adgnati ſibi ſunt,* [mm] *qui etiam* [nn] *conſanguinei vocantur: nec requiritur, an eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati vocant. Qua ratione ſcilicet etiam ad ſunt,* [oo] *quos plerique etiam conſobrinos plures gradus adgnationis pervenire* [pp] *potuerimus.*

§. 4. [27] Non tamen omnibus ſimul adgnatis lex hereditatem propinqui

Non tamen omnibus ſimul adgnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem inteſtati

noviſſimo ii, qui ex utroque parente conjuncti ſunt, præferuntur conjunctis ex uno parente tantum; nec qui ex eodem patre progeniti ob conſanguinitatem plus juris habent, quam qui eadem tantum matre nati ſunt, *Novell. CXVIII. cap. 3.* unde *Authent. Itaque, C. comm. de ſucceſſ.* GISEL.

ll. *Legitima autem cognatio*] Sic quoque Ulpianus *l. 12. §. ult. D. de rit. nuptiar.* Alibi legitima cognatio ea eſt, quæ adoptione conſtat, *l. 4. §. 2. D. de gradib. & affinib.* SCHULTING.

24. *Diſputari*] Hoc Aniano eſt *diſtingui.* mox *naſcantur* dicit, *pro natis ſint.*

mm. *Qui etiam conſanguinei vocantur*] Conſanguinei ſunt, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, etiamſi patri non exſtiterunt ſui heredes, puta exheredati, aut ſi pater deportatus fuiſſet. & qui nunquam in poteſtate fuerunt, erunt ſibi conſanguinei, ut puta, qui poſt captivitatem patris naſcuntur, vel poſt mortem, *l. 1. §. poſt ſuos, D. de ſuis & legit. hered.* Sed & adoptivi quoque cum naturalibus jura conſanguinitatis habere dicuntur *eod. leg.* Recte ait, *jura conſanguinitatis*, ut & in *l. 44. D. de adopt.* nam conſanguinei vere non ſunt, quia adoptio jus ſanguinis non adfert, *l. 23. D. de adoptio.* Pari modo libertini, qui ab ingenuis adoptantur, jura ingenuitatis conſequi dicuntur, *l. 32. D. de ritu nupt.* quum ingenui vere non fiant, *l. ult. D. de ſtatu hom.* Sed conſanguinei non videbantur vocari lege XII. tabularum, forte quia proprie conſanguinei dicuntur, non adgnati, quod ex Paulo conſtat *lib. VII. Sentens.* cujus verba hæc ſunt in fragmentis editis a Pithœo: *Sane conſanguineos lex non adprehenderat, at interpretatione prudentium primum inter adgnatos locum acceperunt.* quod videtur confirmare *l. 3. C. quor. bonorum.* De conſanguineis pulchre Cujacius *Obſervat. lib XI. cap. 26.* ALEAND.

nn. *Conſanguinei*] Jus conſanguinitatis eſt ſpecies adgnationis, *§. 3. Inſt. de ſucceſſion. cognator. & conſanguinitatis adgnatio, l. 9. Cod. Theod. de bon. proſcript.* Hi jam olim diſtincti ab aliis adgnatis: & re vera in eo erant diverſi juris, quod hic tam feminæ admitterentur, quam mares. Remotiores vero feminæ inter adgnatos non veniebant. Idque inductum poſtea docet Imp. *§. 3. Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* & quidem ratione legis Voconiæ id factum eſſe indicat Paulus *Sentens. lib. IV. tit. 8. §. femina*, ubi hac de re pluribus agetur. SCHULTING.

25. *Germanis*] Satis eſt fuiſſe conſanguineos.

26. *Supra diximus*] Etiam *lib. 1. tit. 7. §. 1.*

oo. *Quos plerique etiam conſobrinos vocant*] Nam idem Cajus adfirmat, conſobrinos proprie dici, qui ex duabus ſororibus naſcuntur, ſic dicti quaſi conſororini, *l. 1. §. quarto gradu, D. de gradi. & adfin.* quam notationem præter ceteros ſcriptores comprobatam etiam a veteriſſimis Juriſconſultis, teſtatur Nonius Marcellus. Sed plerique tam fratrum, quam ſororum filios conſobrinos vocarunt, quo in numero fuit Trebatius, *l. ult. §. quarto gradu, D. eod. tit.* Sicque videtur nominare Ulpianus *in l. 2. D. eod.* Arcadius & Honorius *in l. 10. C. de nupt.* ALEAND.

pp. *Potuerimus*] In *§. 1. Inſt. tit.* eſt *poterimus.*

27. *Non tamen omnibus ſimul agnatis*] Diſertis enim verbis Lex XII. Tabul. ait: *Agnatus proximus familiam habeto.* & ſic in *l. 2. §. 4. D. de ſuis & legit. hered.* Ulpianus: *Legitima hereditas tantum proximo defertur.* Quod vero hic additur, *his deferri hereditatem, qui defuncto mortis ſuæ tempore proximiores inveniuntur*, verum quidem eſt, cum quis nullo teſtamento facto deceſſerit; aut ſiquidem fecerit teſtamentum, ſed non jure; aut quod fecerit, ipſo adhuc vivo everſum fuerit. ceterum ſi facto jure teſtamento quiſquam deceſſerit, & iſtud poſt mortem demum irritum factum fuerit, tunc qui tempore teſtamenti deſtituti proximiores reperiuntur, eis hereditas defertur. Nam & is inteſtatus deceſſiſſe dicitur, ex cujus teſta-

mento

inteſtati dat; ſed his, [88]qui defuncto mortis ſuæ tempore proximiores inveniuntur.

tem; ſed his, qui tunc, quum certum eſt, aliquem inteſtato deceſſiſſe, proximo gradu ſunt. [99]*Nec in eo jure* [rr] *ſucceſſio eſt: ideoque ſi heres proximus omiſerit, vel antequam hereditatem adierit, deceſſerit, ſequentibus nihil juris competit.* [ss]*Ideo autem non mortis tempore* [*] *certum fuerit aliquem*

mento nemo heres exiſtit, §. 6. *Inſt. de leg. agn. ſucceſſ.* Et hanc etiam diſtinctionem Cajus adhibuerat, ut ex Fragmento apud Ruffinum nobis ſervato, & hic e regione adjuncto, videre eſt; ſed Anianus falcem immiſerat. OISEL.

88. *Qui defuncto mortis ſuæ tempore &c.*] Omiſit id, quod inquit Cajus, inter adgnatos ſucceſſionem non eſſe, quia hoc jus jam a Prætoribus immutatum fuerat. ALEAND.

99. *Nec in eo jure ſucceſſio eſt*] Succeſſio eſt transmiſſio ad inſequentem gradum. at transmittere nemo poteſt hereditatem, quam non habuit. non habuiſſe vero cum conſtat, qui nec hereditatem adiit, nec ipſo jure heres exſtitit. Sui heredes ipſo jure ſunt heredes, nec opus habent aditione, ideo transmittunt, & iis dicitur eſſe ſucceſſio. legitimi heredes, niſi adeant hereditatem, heredes non ſunt, quamobrem ſi repudient, aut intra diem cretionis non adeant, fiſcus occupat hereditatem, *l. 1. D. de ſucceſſ. edi.* At ſi plures ſint eodem gradu adgnati, & quidam ex his adierint, quidam omiſerint hereditatem, deficientium portio adcreſcit his, qui adierint, *l. ſi ex pluribus, 9. D. de ſuis & legit. hered. Ulpian. fragm. tit. 26. §. ſi plures. Paul. Sent. lib. IV. tit. 8.* Prætores tamen, quum occluſam adgnatis ſucceſſionem viderent, qui ſequenti gradu eſſent, vocabant ad hereditatem *unde cognati*: nam qui adgnati ſunt, ii & cognati ſunt, §. *placebat, Inſtit. hoc tit.* Juſtinianus tamen ſtatuit, & in legitimis heredibus ſucceſſionem eſſe, §. *ſed nos, Inſt. ſed.* IDEM. Paulus *Sentent. lib. IV. tit. 8. In hereditate legitima*, inquit, *ſucceſſioni locus non eſt. Et ideo fratre decedente, antequam adeat, aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non poteſt: quia omnis ſucceſſio proximiori defertur.* Adde Ulpian. *Fragm. tit. 26. §. 4.* Atque hinc eſt, quod idem Ulpianus in *l. 2. pr. D. de ſuis & leg. her.* ſcribit, *Si ſunt conſanguinei, licet non adierint hereditatem, legitimis*, id eſt, agnatis remotioribus, *non defertur.* Semel enim tantum jure antiquo agnato proximo legitima hereditas deferebatur, quo repudiante, aut ante mortem non adeunte, gradus ſequens non admittebatur; ſed vacabat hereditas, eoque redibat ad fiſcum, ut cetera bona vacantia. Poſtea tamen Prætor, legitima hereditate non occupata a proximo agnato, proximos ex cognatorum ordine ad hereditatem legitimam vocabat. Quod Juſtinianus iterum abrogavit, cavitque, ut agnato proximo hereditatem ſibi delatam repudiante, admitterentur ex eodem ordine gradus ſequentes, excluſis cognatis etiam proximioribus, ut eſt in §. 7. *Inſt. de legit. agnator. ſucceſſ.* Hodie tamen nulla amplius prærogativa agnati gaudent, poſtquam eis cognati in omnibus exæquati ſunt, *Novell. CXVIII.* OISEL.

rr. *Succeſſio*] Hæc ſucceſſio toto cœlo diſtat a transmiſſione, per quam quis hereditatem ſibi delatam poteſt transmittere ad heredem ſuum: ad quod ordinarie in extraneis requiritur, ut illam adquiſierint, *l. un. §. 5. C. de cadue. tollend.* Hic vero agitur de caſu, quo extraneus & adgnatus defecit ante adquiſitionem hereditatis; quo caſu jus civile non dabat olim aditum ad illam remotiori. idque placuiſſe dicit Imperator §. 7. *Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* non quod nominatim id caviſſet lex XII. tabb. ſed prudentum interpretatione id inductum videtur; uti exiſtimat Fabrotus *ad Theophil. d. §. 7.* illi enim proximum intellexerunt illum, vel illos tantum, qui tales erant hereditatis delatæ tempore, ut notat V. C. Janus a Costa *ad d. §. 7.* imo & in ſuorum ſucceſſione id obtinuit, *l. 1. §. 8. D. de ſuis & legitim. liber. l. 7. D. und. liber.* Ut vero adgnatus ita excluſus haberet bonorum poſſeſſionem *unde cognati*, quam Aleander & Oiſelius abuſive hereditatem vocant, opus erat, ut eſſet proximus quoque cognatus: Prætor enim adgnato proximo non veniente, cognatos vocabat ſucceſſive. SCHULTING.

ss. *Ideo autem non mortis &c.*] Hæc depravata ſunt ſic meo judicio reſtituenda: *Ideo autem non tam mortis tempore, quum certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quam ſi quis teſtamento &c.* Requiritur proximus adgnatus, cui deferatur hereditas, non tam, quum quis nullo condito teſtamento deceſſit, ſed & quum teſtamentum quidem fecit, nemo tamen ex eo heres eſt. nam illo quoque caſu inteſtatus obiiſſe dicitur, *l. 1. D. de ſuis, & leg. hered. l. inteſtatus, 64. D. de verb. ſign. §. proximus, Inſt. hoc tit.* Hæc Anianus paucis, neque enim omnia complexus eſt. *Non tamen &c.* ALEAND. Legit Pithœus: *Ideo autem non mortis tempore, ſed cum certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quia ſi quis teſt. &c.* Et ſic ſuo ſenſu hic Gaji locus optime conſtat. Placet tamen Doctiſſimo Fabroto *in Notis ad Theophilum* aliter totum hunc locum ſanare, eique trajiciendo quædam hunc in modum medelam adhibere: *Non tamen omnibus ſimul adgnatis dat Lex XII. Tabularum hereditatem, ſed his, qui tunc, cum certum eſt aliquem inteſtato deceſſiſſe, proximo gradu ſunt: id eſt, cum mortis tempore certum fuerit, aliquem inteſtatum deceſſiſſe: nam ſi quis teſtamento facto deceſſerit, melius eſſe viſum eſt, tunc requiri proximum, cum certum eſſe cœperit neminem ex teſtamento heredem fore, nec in eo jure ſucceſſio eſt. Ideoque ſi heres proximus, &c. nihil juris competit. Quod ad feminas &c.* Idem eſt ſenſus. Pithœi vero emendatio

aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quam ſi quis teſtamento facto deceſſerit, melius eſſe viſum eſt, tunc requiri proximum, quum certum eſſe cœperit neminem ex teſtamento heredem fore.

§. 5. [29] In feminis veroalia conditio eſt: [30] quia inter feminas ſola tantum ſoror conſanguinea habetur adgnata, ut germano ſuo defuncto ab inteſtato ei adgnationis jure ſuccedat. Reliquæ feminæ, hoc eſt, [31] amita, id eſt, patris ſoror, vel fra-

[tt] *Quod ad fœminas attinet,* [uu] *hoc jure aliud in ipſarum hereditatibus capiendis placet, aliud in ceterorum ab his capiendis. Nam &* [xx] *fœminarum hereditates* [yy] *proinde adgnationis jure redeunt, atque maſculorum: noſtræ vero hereditates ad fœminas ultra contris*

minus ἀσυντιμή. OISEL. Nec exſtat etiam illa Fabroti emendatio in editione Theophili ſecunda cum ipſius notis. Bithœi emendatio mihi quoque magis arridet. SCHULTING.

29. *In fœminis &c.*] Hiſce in verbis immorari nihil neceſſe eſt, nam quæ monenda fuerant, ad Cajum dicimus. ALEAND.

tt. *Quod ad fœminas attinet, hoc jure*] Non jure duodecim tabularum hæc inter maſculos, & fœminas differentia admiſſa eſt, nam eo jure vocabantur omnes adgnati, tam maſculi, quam fœminæ cujuſcunque gradus, §. *ſed quia, Inſt. h. tit.* Sed lege Voconia, & prudentium auctoritate, Paul. *Sent. lib. IV. tit. 8.* quam mediam Jurisprudentiam vocat Juſtinianus, §. *media, Inſt. hoc tit.* IDEM.

uu. *Hoc jure*] Bene quidem *hoc jure*, id eſt, *jure civili*, non autem ex lege Voconia, ſed a Prudentibus introductum Voconiana ratione, hoc eſt, lege Voconia permotis, ut diximus ad §. 5. *h. t.* OISEL.

30. *Inter fœminas ſola tantum ſoror conſanguinea habetur agnata*] Ulpianus apud Pariatorem Leg. Moſaic. & Roman. *tit. 16. Stiendum fœminis ultra conſanguineas, hereditates legitimas non deferri.* Similiter Paulus *lib. VII.* (Leg. *lib. IV.*) *Sentent.* apud eundem *dict. tit. 16. Soror jure conſanguinitatis tam ad fratris, quam ad ſororis hereditatem admittitur.* Et paulo poſt: *Fœmina ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur. Id quod Jure Civili Voconiana ratione videtur effectum.* Ubi notandum, quod Paulus dicit, id *Jure Civili Voconiana ratione videri effectum*: ita enim hoc loco legendum, quemadmodum & in quibuſdam codicibus apud eundem *lib. IV. Sentent. tit. 9.* recte legitur, ut monuit Cl. Fabrotus *ad Theophilum.* Ubi & eidem Fabroto aſſentior, cum verba Pauli interpretatur, quaſi hoc voluerit Paulus, Prudentes nempe Voconiana ratione, hoc eſt, lege Voconia permotos, fœminas ad hereditates legitimas ultra conſanguineas non admiſiſſe. Verius enim videtur lege Voconia cautum fuiſſe, non ſimpliciter, ut eſt apud Auguſtinum *de Civit. Dei lib. III. cap. 21.* ne quis heredem fœminam faceret; ſed, ne quis cenſus mulierem heredem faceret ultra quadrantem; quemadmodum colligit Cujacius ex Dione Caſſio, *lib. I VI.* ubi ſcribit, fœminas lege Voconia prohibitas κληρονομεῖν ὕπερ δύο μέρη ἥμιση μυριάδας ἔχειν, *ſupra XXV. millia ſubſtantia heredes ſcribi.* Hujus itaque legis ratione permoti Prudentes ad legitimas hereditates ultra conſanguineas non admittebant; idque ſignificat Paulus, qui hoc jus ad jus Civile refert. Ab hoc vero tempore, quo jus hoc introductum eſt, conſanguinitas diſtingui cœpta eſt ab agnatione, & conſanguinei ab agnatis ulterioribus; unde & idem Paulus *dict. tit.* ait: *Conſanguineis non exiſtentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu præceſſerit.* Atque hinc etiam, quia poſt conſanguineas fœminæ, licet agnatæ eſſent, ad hereditatem non admittebantur, agnati a prudentibus definiti, quod ſint virilis ſexus perſonæ, *l. 2. §. 1. D. de ſuis & legit. hered.* Uti & a Paulo dicto loco: *Agnati*, inquit, *ſunt cognati virilis ſexus per virilem deſcendentes.* Antea autem Lege XII. Tabularum omnes per virilem ſexum cognati, uno agnatorum nomine appellabantur, proximique ex his ſine ulla ſexus, aut conſanguinitatis diſcrepatione hereditas deferebatur. Quod & denuo a Juſtiniano *l. pen. C. de legit. her.* conſtitutum; qua omnes legitimas perſonas, id eſt, per virilem ſexum deſcendentes (ſive maſculini generis, ſive fœminini ſint) ſimili modo ad jura legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato vocavit, ſecundum ſui gradus prærogativam. Ita ut ex hac Juſtiniani Conſtitutione fœminæ omnes agnatæ gradu proximiores, agnatis maſculis remotioribus præferantur. Tandem etiam ipſe Juſtinianus *Nov. CXVIII* omnem juris agnatici & cognatici differentiam ſuſtulit, omnesque ſive per virilem, ſive per ſequiorem ſexum cognatione junctos, prout quiſque proximior eſſet, ita alterum a ſucceſſione excludere voluit. OISEL. De lege Voconia, & ratione Voconiana apud Paulum *Sentent. lib. IV. tit. 7.* nos ad ipſum Paulum dicturos jam indicavimus. SCHULTING.

xx. *Fœminarum hereditates proinde &c.*] Lege, *Fœminarum hereditates perinde agnationis jure redeunt, &c.* OISEL.

yy. *Proinde*] Idem hoc loco ſignificat, quod *perinde*, ut & in *l. 64. D. de Ædilit. edict. l. 141. §. 1. D. de verb. oblig.* & apud Plautum, & Varronem, & alios. ALEAND.

31. *Amita*] Sic editio Pariſ. CIↃIↃLXXXVI. & hoc ſtagitat ſenſus, alii *amita*. Sed omnes adgnatæ taleshic

tris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ ſunt, nec maſculis propinquis adgnationis jure ſuccedunt. Ipſarum vero hereditates [32] ad maſculos propinquos adgnationis conditione perveniunt.

§. 6. Regulariter conſtitutum eſt, [33] ut inter adgnatos proximior poſteriorem excludat, & inter eos [34] non in ſtirpem, ſed in capita ab inteſtato

ſanguinearum gradum non pertinent. [zz] *Itaque ſoror fratri ſororive legitima heres eſt: amita vero, & fratris filia* [aaa] *heres eſſe non poteſt.* [bbb] *Sororis autem nobis loco eſt etiam* [ccc] *mater, aut noverca, quæ per in manum conventionem apud patrem noſtrum jus filiæ conſequuta eſt.*

[ddd] *Si quis defunctus erit, ſi ſit frater, & alterius fratris filius, ſicut ex ſu-*

divi-

hic memorantur numero ſingulari & hæc ipſa dicitur eſſe in ſingulari *patris ſoror.* ac ſic quoque legi jubet Pacius. SCHULTING.

zz. *Itaque ſoror fratri &c.*] Ulpianus *in fragm. tit. 26. §. ad fœminas.* ALEAND.

aaa. *Heres eſſe non poteſt.*] At Prætores juris civilis aſperitatem corrigentes dabant iis bonorum poſſeſſionem *unde cognati*, ſi nullus fuiſſet adgnatus, aut proximior cognatus: donec Juſtinianus jus duodecim tabularum reſtituit. quæ omnia apud eundem videre eſt *hoc tit.* IDEM.

32. *Ad maſculos propinquos adgnatos.*] Quod etiam procedit, etſi maſculi fœminis longiſſimo gradu adgnationis juncti ſint, *§. 3. pr. Inſt. de leg. agn. ſucc.* Neque iſtud cum vulgo Interpretum uſque ad decimum tantum gradum extendendum, ſed uſque in infinitum, ut eſt apud Ulpianum, *l. 2. §. 1. D. de ſuis & leg. her.* OISEL.

bbb. *Sororis autem nobis loco eſt &c.*] Itaque filius matri ſuccedebat tanquam conſanguineus, ſi ea in viri manum convenerat, quia tunc in poteſtate mariti tanquam filia fuerat. Si non convenerat, adgnata non cenſebatur, & nullo jure filius ei ſuccedere poterat: donec ex oratione Impp. Aurelii Antonini, & Commodi SC. Orficianum factum eſt, quo actum eſt, ut ſine in manum conventione matrum legitimæ hereditates ad filios pertinerent, excluſis conſanguineis, & reliquis adgnatis, ut refert Ulpianus in *fragm. Reg. tit. 26. §. ad liberos. l. ſacratiſſimi, 9. D. ad S. C. Tertull.* Pariter filii hereditas ad matrem pertinet ex S. C. Tertulliano, utidem Ulpianus & alii docent. ALEAND.

ccc. *Mater aut noverca &c.*] Per in manum conventionem hi erant conſanguinei, teſte Ulpiano citato in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 16.* qui docet, & in manum conventionem facere conſanguineos: quod minus recte negat V. C. P. Pithœus *in not. ad Collat. Moſaic. & Roman. legg. ad hunc loc. Gaji.* Et nota etiam inter novercas & privignos privignasque hoc obtinuiſſe, quum id jus non induceret natura, ſed in manum conventio, fictio juris civilis; quæ hic eadem erat, ac in vera matre. SCHULTING.

ddd. *Si quis defunctus erit &c.*] Declarat, quæ ſupra attigerat, quomodo adgnati hereditates capiant. quod majori explicatione indigere mihi non videtur. ALEAND.

33. *Ut inter agnatos proximior poſteriorem excludat*] Jure Veteri in agnatorum linea proximior ulteriorem excludebat, ut ex Leg. XII. Tabb. verbis manifeſtum, *Agnatus proximus familiam habeto* [illegible] *195. §. 1. D. de V. S. Ulpian. Fragm. tit. 26.* Idem etiam Jure Attico obſervatum fuiſſe, teſtis eſt Iſæus *Orat. III.* Et hereditas inter agnatos, non, ut inter ſuos, in ſtirpes, ſed in capita dividi ſolebat. Ita ſi fuerat frater, & ex altero fratre filius, frater, quia gradu proximior erat, fratris filium a ſucceſſione excludebat. Sed hoc etiam Novella Juſtiniani Conſtitutione mutatum, ita, ut ex ea fratrum & ſororum filii & filiæ, una cum defuncti fratribus, vel ſororibus in ſtirpes ſuccedant, & in patris ſui locum jure repræſentationis veniant, *Novell. CXVIII. c. 3.* Imo ſi horum pater defuncto fratri ex utroque latere conjunctus fuerit, frater vero ſuperſtes defuncto ex uno tantum latere, ipſi filii demortui patris defuncto fratri ex utroque latere conjuncti, præferuntur fratri defuncti ſuperſtiti, ei ex uno tantum latere conjuncto. OISEL.

34. *Non in ſtirpem, ſed in capita*] Idque Jure Veteri & poſterioribus Principum Conſtitutionibus conſtanter traditum eſt, *§. 4. Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. l. 2. §. 2. D. de ſuis & leg. hered. l. pen. & ult. §. 3. C. de leg. her.* Sed an Jure Noviſſimo, quando ſoli fratrum filii exiſtunt, id mutatum ſit, ut jam in ſtirpes, an vero hodie adhuc in capita ſuccedere debeant, in partes abeunt Interpretes. Qui Accurſium ſequuntur, cenſent eos jam in ſtirpes ſuccedere; qui vero Azonem, contra in capita. Et hanc Azonis ſententiam probabiliorem exiſtimo, cum nec oſtendi poſſit Juſtinianum quicquam, quod quidem ad hanc cauſam attinet, innovaſſe. Et hoc quoque in Oriente obſervatum fuiſſe conſtat ex Harmenopulo, *Prompt. Jur. lib. V. tit. 8. §. 21.* Ὅτι ἅπαξ, inquit, οἱ υἱοὶ ἀδελφοὶ τῷ τελευτήσαντι, ἀλλὰ ἀδελφιδοῦς μόνοι, πρωτοτελευτησάντων δὲ ἢ τριῶν ἀδελφῶν, κατὰ πρόσωπον καὶ κεφαλὴν διανέμονται ἢ κληρονομίαν· τοῦτον ἔσω ὁδὸν, ἔξω δὲ τὴν κληρονομίαν καλοῦσιν. IDEM.

dividatur hereditas. Nam inter ſuos, ſicut ſuperius diximus, alia ratio eſt, ut proximior poſteriorem non excludat, & ſemper hereditas in ſtirpem, non in capita dividatur. Nam ſi quis moriens dimittat germanum,& ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior eſt, ſolus ſuccedit,fratris filii non ſuccedunt. Item ſi moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat [3]filios duntaxat maſculos, [4]&ex uno fratre dimiſerit duos,ex alio quatuor ſimiliter maſculos; omnes quidem fratrum filii patruo ſuo ab inteſtato ſuccedunt: ſed

pericribus intelligitur, [eee] *frater potior eſt, quia gradu praecedit.* [fff] *ſed alia faciat juris interpretatio inter ſuos heredes. Quod ſi defuncti nullus frater exſtet, ſed ſint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet. Sed quaeſitum eſt,* [ggg] *ſi diſpari numero ſint, forte nati ex uno unus, vel duo, & ex altero duos, aut quatuor, utrum in ſtirpes dividenda ſit hereditas; ſicut inter ſuos heredes juris eſt; an potius in capita. Jamdudum autem placuit, in capita dividendam hereditatem. Itaque quotquot erunt ab utraque parte perſonae,* [hhh] *in tot portiones fuerunt. Si nullus adgnatus ſit,* [iii] *eadem*

non

eee. *Frater potior eſt*] Statuit Juſtinianus, ne potior ſit, *Novella CXVIII. & CXXVII.* nam vocat alterius quoque fratris praemortui filios, in ſtirpem tamen non in capita. ALEAND.

fff. *Sed alia faciat*] Pitheus emendat, *ſed alia ſuis juris &c.* IDEM. Caſpar Barthius *Adverſarior. lib. XVI. c. 9.* emendat, *ſed alia placita juris interpretatio,* eodem ſenſu. SCHULTING.

ggg. *Si diſpari numero ſint, forte nati ex uno unus vel duo*] Barthius *loc. cit.* emendat, & pro, *forte nati*, legit, *fratre nati*, cui bono? nec etiam agitur de natis ex fratre, ſed ex fratribus; & bene habet illud *forte*. Idem aliter ita corrigit, *diſpari numero ſint nati, ex uno fratre unus, vel duo.* Sed haec non ſunt meliora vulgatis, quae non incommode habent. IDEM.

95. *Filios duntaxat maſculos*] Nam foeminae etiamſi adgnatae ſint, tamen jure civili non adgnatae cenſentur, praeterquam in capiendis conſanguineorum hereditatibus, ut dictum eſt. ALEAND.

96. *Et ex uno fratre dimiſerit duos*] Addimus & ex editione Sichardi & Alexandri, quod aliae editiones omiſere. SCHULTING.

hhh. *In tot portiones fuerunt*] Corrige, ut monet Pitheus: *tot portiones ſunt.* Anianus ita explicavit. *Regulariter &c.* ALEAND. Barthius *loc. cit.* corrigit, *in tot portiones fundetur.* Sed quis ita noſtrorum loquitur, *hereditatem in portiones fundere?* Melius foret *ſcindetur*, ut *l. 2. C. ad SC. Orphitian.* atque ita manebit illud *in*, quod Pitheei emendatio negligit. Si etiam legeretur *ſuccedunt*, vel *veniunt*, idem eſſet ſenſus. SCHULTING.

iii. *Eadem lex duodecim tabularum*] His verbis, SI ADGNATUS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO. Sic enim emendo fragmenta Regularum Ulpiani, quae ſunt in ſaepe nominata Collatione Moſaicarum, & Romanorum legum. ubi & haec Pauli verba ſunt ex *lib. VII. Sent.* *Inteſtatorum hereditas lege duodecim tabularum primum ſuis heredibus, deinde agnatis, & aliquando quoque gentilibus deferebatur, &c.* Qui fuerint gentiles ex Ciceronis Topicis petamus, ubi ex mente Scaevolae ſic definiuntur. *Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, quique ab ingenuis oriundi ſunt, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit, qui capite non ſunt diminuti.* ubi videndum, quid Boetius loquatur. Sane & ex eodem genere ortos, & qui eodem nomine appellantur, gentiles eſſe teſtatur Feſtus *lib. VII.* quae finitio & adgnatis competere poteſt. at qui adgnati ſunt, gentiles perſaepe ſunt: qui gentiles ſunt, non utique neceſſe eſt, ut adgnati ſint. Adgnati ut plurimum aliquo gradu ſunt conjuncti, & ex una ſtirpe, & familia deſcendunt. Gentiles licet ex una fonte manare videantur, tamen quia per plures aetates disjuncti ſunt, ex pluribus familiis, & ſtirpibus deſcendere dicuntur. & certe in plures familias diſtinguebantur. unde Suetonius *in Neron. cap.* ex gente Domitia duas familias claruiſſe refert, Calvinorum, & Aenobarborum, ut ſcilicet quidam Domitii Calvini dicerentur, quidam Domitii Aenobarbi. Sic Caeſar ex gente Julia familiam ſuam eſſe ait apud eundem Sueton. *Jul. c. 6.* Dixit Cicero *qui ab ingenuis oriundi ſunt*, nempe ut libertinos explodere, qui patronorum nomine vocabantur. quare Tullius Tiro, & Tullius Laurea non erant gentiles Tullii Ciceronis. dixit: *quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit*, quia & ſi ab ingenuis orti eſſent, tamen eorum majores libertini fuiſſe poterant. Demum gentilitas ſolis patritiorum, & nobilium jus, ut etiam colligitur ex Livio *lib. 1.* unde hodieque nobiles homines Italia, & Hiſpania *Gentiles homines* vocat. ALEAND.

97. Ita

non in ſtirpes, ſed in capita, [37] ita, ut illi duo [38] ex uno patre duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. [39] Nam ſi ſorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, [40] ſicut [41] nec ſororis filii in avunculi hereditate ſuccedunt.

lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat. [kkk] *Qui ſint autem gentiles* [lll] *primo Commentariorum* [mmm] *& ultimum eſt. & quum illic admonuerimus, gentilitium jus in deſuetudinem abiiſſe, ſupervacuum eſt hoc quoque loco de ea re curioſius tractare.* EX AVCTOR. COLLATION. MOSAICAR. ET ROMANAR. LEGG. TIT. XVI.

§. 7. [42] Nam & hoc regulare eſt, [43] ut cognati tunc inteſtatorum propinquorum [44] hereditates capiant, quando [45] aut ſui, aut adgnati defuerint.

37. *Ita, ut illi duo ex una parte*] Recte in Patavino exemplari, *ita ut illi duo ex uno patre.* IDEM.

38. *Ex uno patre*] Gothofredus, Pacius & Aleander. ediderunt, *ex una parte*, qua auctoritate non ſcio: ſed & ſic priores mox debuiſſent edere non *alio*, ſed *alia*, ut fecit quoque Aleander: & tunc ſenſus non erit malus. Sed Sichardus & Cujacius ediderunt, *ex uno patre*, quod retinui; etſi mallem, *ex uno fratre*: non enim hic tam de patribus, quam de fratribus eorumque filiis agitur. Sed ob Aniani in ſcribendo inconcinnitatem hoc non urgeo. SCHULTING.

kkk. *Qui ſint gentiles*] Gentiles quinam Veteribus dicti, breviter habe ex Cicerone in Topicis, ubi Scævolam ſecutus, eos ſic definit: *Gentiles ſunt, qui inter ſe ejusdem nominis ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit, qui capite non ſunt deminuti.* Feſtus item inquit: *Gentilis dicitur, & ex eodem genere ortus, & is, qui ſimili nomine appellatur: ut ait Cincius, Gentiles, mihi ſunt, qui meo nomine appellantur.* Gloſſæ Gr. Lat. Philoxeni: *Gentilis*, Ἐθνικὸς, Συγγενὴς, Ὁμοεθνὴς. Gentiles autem ab agnatis ſic differunt, ut agnati omnes quidem gentiles ſint, non vero contra omnes gentiles agnati. Gens enim ex pluribus conſtat familiis, quæ ſingulæ cognominibus diſtinguuntur. Sic verbi cauſa in gente Valeria fuere familiæ Corvini, Maximi, Meſſalæ, Flacci. Ex unaquaque familia ſinguli inter ſe ſunt agnati, omnes vero ex iſtis familiis cum ex una Valeriorum gente ſint, inter ſe gentiles. OISEL.

lll. *Primo Commentariorum & ultimum eſt*] Mendum fortaſſe ineſt. Hoc certe intendit, ſe primo Inſtitutionum libro, capite ultimo docuiſſe, qui ſint gentiles. quod & Pithœus admonuit. Jam hæc Inſtitutiones vocari quoque Commentarios ſuperius diximus. Capite vero ultimo de curatoribus tractatur, at lex duodecim tabularum furioſos, & prodigos in adgnatorum gentiliumque curatione eſſe jubet; unde occaſionem habuit Cajus docendi, qui gentiles eſſent, quod eo loco Anianus ſuo more omiſit, ut etiam hic facit. ALEAND.

mmm. *Et ultimum eſt*] Barthius *lect. cit.* legit, *ſ. volumen eſt.* Certe vel *expoſitum eſt*, vel *explicatum eſt*, vel ſimile quid ſenſus poſtularet. SCHULTING.

39. *Nam ſi ſorores habuerint*] Quia fœminæ ultra conſanguineas ad legitimas hereditates non admittuntur, ut paullo ante vidimus. OISEL.

40. *Sicut nec ſororis filii*] Stulte Anianus hoc quaſi per comparationem ſcripſit. nam fratris filiæ non admittuntur ad patrui hereditatem jure civili, quamvis adgnatæ ſint, ſopita in hac parte duodecim tabularum diſpoſitione. Sororis filii ab avunculi hereditate excluduntur, quia legitimi non ſunt. nos de legitima ſucceſſione loquimur. At demum Juſtinianus cognatos exæquavit adgnatis. ALEAND.

41. *Nec ſororis filii in avunculi hereditate ſuccedunt*] Cognati enim, cum agnati exſtent, jure veteri ſuccedere non poſſunt. Poſtea Juſtinianus ſolos primum filios & filias ſororis, qui in tertio cognationis gradu ſunt, cum agnatis ejusdem gradus ad legitimam ſucceſſionem admiſit, cognatis ulterioribus excluſis, *l. pen. §. 1. C. de leg. hered.* Tandem omnes pari jure eſſe voluit. *Novell. CXVIII.* ut etiam jam antea monuimus. OISEL.

42. *Nam & hoc regulare eſt, &c.*] Cajus hoc libro videtur noluiſſe jus Prætorium admiſcere juri civili. ideo de cognatorum ſucceſſione nihil agit, quæ jure Prætorio competit. At Anianus noluit prætermittere, forte ne vacuum fineret locum, quo de gentilibus Cajus loquutus eſt. De cognatis videndus Juſtinianus *titulo de ſucceſſione cognatorum.* ALEAND.

43. *Ut cognati*] Si nulli ſint ſui heredes, aut agnati, quibus ex leg. XII. Tabb. hereditas deferatur, Prætor proximos cognatos ad bonorum poſſeſſionem vocat, *l. 1. l. 2. D. unde cognati. pr. Inſt. de ſucc. cognat.* Sed hodie, ut jam ſæpius diximus, ſublata omni juris agnatici & cognatici differentia, *Novell. CXVIII.* cognati æque ac agnati jure civili ſuccedunt. OISEL.

44. *Hereditates capiant*] Id Cajus ſcribere non potuit, ſed illis deferri bonorum poſſeſſionem *unde cognati.* SCHULTING.

45. *Aut ſui, aut adgnati*] Sic Anianus, pro *& ſui, & adgnati.* IDEM.

TI-

TITULUS IX.

De Obligationibus.

Obligatio in duas ſpecies dividitur: nam omnes obligationes aut ex con-

1. *Titulus IX.*] Alexander in editione ſua hic librum tertium inchoat: quod tamen hic non fecit Cajus, ſed cum titulo *de inteſtatorum* hereditatibus, præcedenti, ubi videnda quæ notat Oiſelius. Idem Alexander quæ Anianus ſub duobus, vel, ut aliqui habent, tribus, poſuerat titulis, in duodecim capita diſtinxit: ſed ſolus; nec id quoque fecit Oiſelius. Quæ moverint Alexandrum, habes in ipſius Commentario. SCHULTING.

2. *De Obligationibus*] Hunc ordinem, ut ſupra quoque diximus, ſequutus fuerat Cajus, ut primo libro de perſonis, ſecundo de rerum adquiſitionibus, tertio de obligationibus tractarit. Nam quod Anianus duos tantum libros fecerit, ſane ſuo more agit, ut quæ diſtinguenda ſunt, confundat: quoniam Cajum libro tertio obligationes eſſe complexum, luce clarius mihi patet, vel ex *l. 2. D de oblig. & act.* in cujus inſcriptione ita eſt, *Cajus libro tertio Inſtitutionum*, tum in Florentinis Pandectis, tum in cæteris omnibus. Hoc etiam egimus, ut hanc obligationum tractationem, quam Anianus duobus capitibus reſtrinxit, nos in duodecim capita diviſerimus, ſequuti ordinem Juſtiniani, quem ipſe ex Cajo ſumſerat. ALEAND. Quamvis omnis obligatio vinculum quoddam juris ſit, quo aſtringimur ad aliquid præſtandum, non omnis tamen obligatio pari ſolvendi neceſſitate nos aſtringit; ſed pro diverſa juris varietate, unde obligatio oritur, alium atque alium ſortitur effectum. Aliquando enim nos aſtringit ſola æquitas & ratio naturalis, interdum mera ſubtilitas juris, ut plurimum autem jus naturæ & civile ſimul. Atque hinc eſt, quod obligatio in tres ſpecies dividatur, ut alia nempe ſit pura naturalis, de qua jure civili nulla prodita eſt actio, *l. 7. §. 4. D. de pactis. l. 10. C. eod. l. 27. C. locat.* cum ſimilibus; alia mera civilis, quæ quidem ſummo jure actionem producit, ſed quæ exceptione elidi poteſt, *l. 3. §. 1. D. de pec. conſt. §. 1. & ſeqq. Inſt. de except.* alia autem naturalis & civilis ſimul, ſive mixta, ex qua oritur actio efficax, hoc eſt, talis, quæ per exceptionem perpetuam removeri non poteſt. Atque hanc obligationis ſpeciem JC. intelligunt, cum de obligationibus tractant, eamque & ſimpliciter Civilem appellant, cum eam nimirum naturali obligationi opponant, ut *l. 16. §. 3. D. de fidejuſſ. l. 1. D. de novat. l. 14. D. de oblig. & act.* Hæcque illa eſt, quæ a Juſtiniano definitur, eſſe juris vinculum, quo neceſſitate aſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura, *pr. Inſt. de obligat.* Hanc quoque Cajus noſter hic in duas ſpecies dividit, cum dicit omnes obligationes aut ex contractu naſci, aut ex culpa. Sub obligationibus ex contractu etiam eas videtur comprehendere, quæ quaſi ex contractu, & ſub iis ex culpa, ſive maleficio, eas quoque, quæ quaſi ex maleficio naſcuntur, quomodo & fecit lib. 1. Aureor. *l. 1. pr. D. de Obl. & act.* OISEL.

3. *Obligatio*] Obligatio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura, inquit Juſtinianus *in princ. Inſt. hujus tit.* At ſane non tam juris civilis eſt vinculum, quam etiam naturæ: quid enim tam congruum eſt fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt, inter homines ſervari? ut inquit Ulpianus *in l. 1. D. de pact.* at niſi jus quoque ſua vincula addidiſſet, nulla pravi homines neceſſitate ad ſolvendum compellerentur. Sed non omnes naturæ obligationes jus civile comprobavit, ſi enim ſervus civi Romano pecuniam crediderit, jure quidem naturæ obligatio nata eſt, at de ea jus non dicitur; denique ſervus civiliter non obligat, nec obligatur, quamvis naturaliter obligatus ſit, *l. ſervi, 14. D. hoc tit.* Obſtringit itaque obligatio dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum, in re & animus obligandi intervenire debet: nequeenim ſatis eſt dantis eſſe nummos, & fieri accipientis, ut obligatio naſcatur, ſed etiam hoc animo dari, & accipi, ut obligatio conſtituatur. Quare ſi quis pecuniam ſuam donandi cauſa dederit mihi, quanquam & donantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligabor ei; quia non hoc inter nos actum eſt, ut obligatus maneam, *l. 3. D. hoc tit.* ALEAND.

4. *Aut ex contractu naſcuntur, aut ex culpa*] Aut proprio quodam jure ex variis cauſſarum figuris, ut inquit idem Cajus *l. 1. hoc tit.* Oriuntur enim obligationes etiam ex quibusdam cauſſis, quæ neque contractus ſunt, neque maleficia; at quoniam alterutrius naturam ſapere quodammodo videntur, Juſtinianus quaſi contractuum, & quaſi maleficiorum nomen indidit, *Inſtit. hoc tit.* quod ex Cajo itidem traxit, *l. 5. D. eod.* IDEM. Quam hic proponit, ſive Cajus, ſive Anianus diviſionem obligationis, proprie non tam eſt diviſio, obligationis ipſius, quæ, undecumque tandem oriatur, æque eſt valida, nec effectibus differt: quam eſt enumeratio fontium illorum, unde naſcitur obligatio valida & civilis, ſive, ut loquuntur alii, mixta. Ita tamen & Imperator loquitur *§. 2. Inſt. h. t.* qui nec illud ibidem agit, ut omnes obligationum cauſas enumeret, ſed illas tantum, de quibus ipſe agere conſtituerat: alioquin aliæ quoque variæ cauſarum figuræ, ſive ſpecies, in jure occurrunt. Verba vero ipſa Caji Imperator videtur exhibere *in Inſtitutionibus h. t.* Ipſe Cajus in libris Aureorum *l. 1. D. h. t.* paulo aliter dividit: & ſub illis, quæ proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris naſcuntur, comprehendere videtur tam quæ quaſi ex contractu, vel quaſi ex delicto ſunt, quam quæ ex lege, edicto, vel alio ſimili jure oriuntur. SCHULTING.

5. Quæ

contractu naſcuntur, aut ex culpa. [4]Quae ex contractu naſcuntur, quatuor genera ſunt, quae ſingula hoc ordine diſtinguuntur: [6]aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut [7]literis, aut conſenſu.

§. 1. [8]Re contrahitur, [9]quoties [10]aliqua cuicunque mutuo dantur, [11]quae

4. *Quae ex contractu*] Contractus, Graecis συνάλλαγμα, definiri poteſt, quod ſit duorum, vel plurium conſenſus in hoc, ut unus alteri quid det, aut faciat, jure ad eam rem & praeſtationem comprobatus. Eodem fere modo Scholiaſtes Synopſ. Baſilic. ex Bibliotheca Regia a Cl. Fabroto ad Theophilum adductus: *Συνάλλαγμά ἐϛι δύο ἢ πλειόνων βουλημάτων συνάρτησις, καὶ συναίνεσις ἐπὶ τὸ συνίστασθαι ἐνοχὴν καὶ τῷ ἑτέρῳ τὸ ἕτερον ποιήσασθαι ἐνοχον.* Contractus autem dicitur duorum, vel plurium conſenſus, quia eſt conventio, *l. 7. pr. D. de pact.* Quamvis non omnis conventio ſtatim contractum conſtituat, ſed ea demum, quae in proprium nomen transit, ut emptio, venditio; locatio, &c. *d. l. 7. §. 1. D. de pact.* aut ſaltem in proprium non tranſeat, ſubſit tamen causa, veluti, ſi tibi quid dedi, aut feci ea lege, ut viciſſim mihi aliquid dares, aut faceres, *d. l. 7. §. 2. D. d. l. 5. l. 5. l. 6. l. 22. D. de praeſcr. verb.* Unde non male ex parte Auctor Gloſſarum Baſilicar. Συνάλλαγμά ἐϛιν, ὅταν δύο πρόσωπα συνέλθωσι καὶ ἕκαϛος ἑκατέρῳ τι, ἢ συναινέσωσιν, ἢ συνθήσωσιν, ἐκεῖθεν ἐϛὶν ἡ ἐνεργασία, πρᾶσις, μίσθωσις, συνθήκη, καὶ τὰ ὅμοια. Quod vero inter contractus etiam recenſeat συνθήκην, in eo falſus eſt. συνθήκη enim nihil aliud eſt, quam *pactio*, ſive *pactum nudum*: quod jure civili nullam parit actionem. Sic eadem Gloſſae: πάκτον, σύνθημα. Et in Gloſſis Philoxeni: *Pactiſcitur*, Συνθέτου, Συνθήκη. Sic titulo in Digeſtis *de pactis inter alios*, reſpondet apud Conſtantinum Harmenopulum, περὶ γαμικῶν συνθηκῶν, & in Baſilicis, περὶ προικὸς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν πάκτων ἤτοι συνθηκῶν. Niſi forte dicere placeat generali τῆς συνθήκης nomine Gloſſar. Baſil. Concinnatorem etiam contractus deſignare voluiſſe, quemadmodum in *l. 72. D. pro ſocio*, contractus de ſocietate habitus, nominatur pactum conventum ſocietatis, & mox iterum, pactum conventum de ſocietate. Uti & in *l. 27. §. 2. verſ. idem dicemus, D. de pact.* ubi Paulus ſcribit, conſenſu contractam obligationem, &, re integra, contrario pacto ſublatam, veluti empti, noviſſimo pacto non reſuſcitari, ſed id pactum proficere ad novum contractum; quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, poſterius pactum novum eſſe contractum, novam emptionem, *arg. l. 72. pr. verſ. an idem, D. de contr. empt.* Quicquid ſit, non bene συνθήκη juxta ἐγγραφὸν, πρᾶσιν καὶ μίσθωσιν in συναλλάγματος definitione collocatur. OISEL. Optima & facillima definitio contractus eſt, quam ipſe, ſi non verbotenus, clare tamen ſatis ſuppeditat Ulpianus *l. 1. §. ult. & l. 7. §. 2. D. de pact.* videlicet, quod ſit conventio, habens certum nomen, vel cauſam. Longe ab hac elegantia abeſt Auctor ille Gloſſarum Baſilicarum, cujus verba Graeca ab Oiſelio adducta ita ſonant Latine: *Contractus eſt, quum duae perſonae conveniunt, & voluntarie aliquid dant, vel faciunt, vel paciſcuntur, quale quid eſt emptio venditio, locatio, ſocietas, & ſimilia.* Ita puto haec eſſe reddenda: & per συνθήκην intelligendam non conventionem, quod nomen eſt generale, ſed ſocietatem: idque ipſa verbi vis facile admittit. Et ſic ante oculos habere potuit illius definitionis auctor verba *l. 7. §. 1. D. de pact.* Ridicule alioquin in enumeratione ſpecierum poneretur genus. Non etiam per pactum intelligitur contractus in *l. 72. D. pro ſocio*, ut volebat Oiſelius: verum ſcriptura, ſive inſtrumentum de ſocietate, quod etiam ſequuta fuit ſtipulatio; uti alibi quoque fieri conſtat ex *l. 27. C. de pact.* In loco Pauli *l. 27. §. 2. D. de pact.* pactum non ſumitur pro contractu: ſed agitur de pacto, eoque nudo; quod illic a contractu diſtinguitur: etſi vim contractus habere poteſt in negotiis conſenſu conſtantibus, & re integra intercedens novum contractum inducere. Sed haec occaſione Graeci illius auctoris, & notae Oiſelii ſufficiant. SCHULTING.

6. *Aut enim re contrahitur*] Cum hic dicatur, Obligationes aut Re contrahi, aut Verbis, aut Litteris, aut Conſenſu, id non ita accipiendum eſt, quaſi obligationes, quae conſenſu dicuntur contrahi, opponerentur obligationibus, quae non contrahuntur conſenſu, ac quaſi per id indicaretur, dari quaſdam obligationes, quae abſque conſenſu contrahi poſſint. quod cum ipſa contractus natura pugnaret; nullius enim contractus, nullave obligatio ex contractu ſine conſenſu eſſe poteſt, *l. 1. §. pen. D. de pact.* Sed ita, ut obligationibus, quae non ſolo conſenſu fiunt, ſed praeter conventionem, ſive conſenſum, adhuc aliquid amplius, puta rem, verba, aut litteras deſiderant, oppoſitam intelligamus eam ſpeciem, quae ſolo conſenſu contrahitur, & nihil amplius ad conſtitutionem obligationis requirit. OISEL. Haec petita ſunt ex Vinnio *ad pr. Inſt. h. t. n. 12.* retentis ipſis pleriſque verbis.

7. *Litteris*] Non videtur dubitandum, quin hujus quoque ſpeciei meminerit Cajus *l. 1. pr. & l. 4. D. h. t.* ubi id a Triboniano expunctum eſſe, ut & in *l. 8. §. 1. D. de ſidejuſſorib.* exiſtimare licet: idque & de aliis quibuſdam locis notavit Hotmanus *ad tit. Inſtit. de litterar. obligationib.* veluti *l. 52. pr. D. hoc tit. l. 1. §. 3. D. de pact. l. 1. §. 1. D. de novationib.* Plures enumerat quoque Joh. de Avezan *de contractib. cap. 15.* Quamvis vero & jure novo litterarum obligatio in jure ſit nota, ideo tamen id verbum in Pandectis exſtare illic noluit Tribonianus, ne quis exiſtimaret de illa agi, quae hodie non eſt in uſu. Quam in Inſtitutionibus litterarum obligationem vocat Tribonianus, eam veteres ignorarunt Juriſconſulti. SCHULTING.

8. *Re contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur*] Ex obligationibus, quae re contrahuntur, Cajus hic tantummodo mutui dationem recenſet, quod quam ob cauſam ab eo factum, cum & alii ſint modi

aeque

nentur: hoc eſt, [12]ſi pecunia [13]numeretur, vel frumentum detur, vinum aut

licis ad *l. 2. §. 3. D. de reb. cred.* cum eorum auctores *d. §. 3.* ſic efferunt: διαφέρει τὸ δάνειον τῆ χρέσει. ὅτι τὸ μὲν χρέος γενικόν ἐστι. τὸ δὲ δάνειον μετατίθησι δεσποτείαν. *Mutuum dominium transfert*, corporum ſcilicet mutuo datorum. Et quod ibidem notat Scholiaſtes Græcus Cyrillus: τὸ δάνειον ἀνύπαρκτον εἰ μὴ δικαιωθῇ νομίσματα. *Mutuum non conſiſtit, niſi alienentur nummi.* de corporibus itidem capiendum: neque enim mutuum ſine corporum utendum datorum alienatione conſiſtere poteſt; quæ præcipua eſt differentia, qua mutuum a commodato diſcernitur. nam in commodato ipſa corpora utenda data, reddenda, in mutuo vero idem genus, ſive eadem quantitas. Quæ etiam quantitas in mutuo non magis alienatur, quam corpus in commodato. Et quis unquam dixerit illam pecuniam alienatam eſſe, quam recipere poſſumus? neque aliud infert Ulpianus in *l. 33. D. de ſolut.* ubi ait: ***non alienantur nummi, qui ſic dantur, ut recipiantur.*** Quæ verba Interpretes [illegible] de ipſis nummorum corporibus datis in eadem [illegible]e recipiendis accipiunt. Sed nihil obſtat, quo minus de quantitate nummorum Ulpianum ibi locutum, & ſic intelligendum, dicamus. Sic numquid alienatum dici poterit, de quo actionem habeo ad recuperandum? ſiquidem qui actionem habet, rem habere videtur. habetur enim, quod peti poteſt, *l. 149. D. de V. S.* Idem eſt, quod dicitur in *l. 15. D. de R. J.* ***Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.*** Et quid, quæſo, magis ratiocinationi conſentaneum eſt, quam ut ea non alienam cenſeantur, quæ adhuc in bonis noſtris ſunt, & quæ in bonis computantur? *l. 49. D. de V. S.* Si enim alienata eſſent, non poſſent recipi. Siquidem alienans, cum alienat, transfert dominium cum ſua cauſa ad alium, & res alienata efficitur illius, ſicut habiturus eſſet alienans, *l. 67. D. de contr. emt.* Si dans mutuum alienaret, transferret quoque dominium cum ſua cauſa; quod non facit, quia jus repetendi retinet, & certi condictionem habet. Mutuum etiam quod datur, non efficitur illius, ſicut habiturus eſſet, qui dat: ſiquidem hic de quanto reſtituendo non tenetur, ut mutuatarius. Hinc etiam pecunia credita debitori dicitur eſſe aliena, creditori vero ſua Ulpiano in *l. 213. §. 1. D. de V. S.* cum inquit: ***Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus: as ſuum eſt, quod nobis alii debent.*** Atque hæc mihi adeo plana, & certiſſima, ex principiis juris deducta, videntur; ut ſatis mirari nequeam Juris noſtri Interpretes quam plurimos, eosque inter Viros doctiſſimos, tantos olim fluctus in ſimpulo excitare maluiſſe, ut hæc oppugnarent, quam, quæ ſimpliciſſima, capere. Sed hi adeo ſtrenue a Salmaſio in opuſculis hac de materia editis, excepti ſunt, ac argumenta eorum in contrarium allata, adeo ſolide enervata, & confutata, ut deinceps amarint eum ſuperſtitem quietum potius relinquere, quam amplius in hanc arenam cum ipſo deſcendere. Quod tamen non adeo religioſe in cineres ejus ſervatum, ab iis etiam forte, qui eo vivente, ne quidem Lucillianum [illegible] contra ipſum mutire auſi fuiſſent. OISEL. Nolo immorari confutandæ ſententiæ de mutuo, & alienatione, quæ in eo fit, quum jam dudum opinio Viri Summi, Claudii Salmaſii, plane confoſſa & exploſa ſit a Jurisconſultis, & jure quidem merito. Ac nihil Salmaſius & hic Oiſelius aliud tandem volunt, quam res illas ipſas, ſive illa ipſa corpora, quæ dantur mutua (quæ hic quando dantur, non ſunt re vera genera, ſed certa corpora, abire in dominium accipientis, ipſiusque eſſe periculo. adeoque repeti jam ipſa non poſſunt rei vindicatione, quæ domino rei datur, ſed tantum in genere condictione, ſive actione, qua intendimus nobis dari oportere, *§ 15. Inſt. de actionib.* quæ domino dari non ſolet, *§. 14. Inſt. eod. tit.* Atque hæc negare nemo poteſt. Retinet tamen creditor eamdem quantitatem in bonis, quatenus jus ipſi eſt tantundem & æque bonum repetendi: & actiones etiam & jura in bonis ſunt, *l. 49. D. de V. S.* Quamvis ergo rerum amiſerit dominium, non amiſiſſe tamen videtur ipſas res; quæ demum tunc amiſſæ ſunt, poſtquam nec in perſonam, adeoque nulla prorſus actio ſupereſt, *arg. l. 14. §. 1. D. d. t.* Atque hoc ſenſu lato debitor, qui tantum & tam bonum debet reſtituere, non proprium habere id, quod accipit, intelligitur, ſed alienum, *l. 219. §. 2. D. de V. S.* Et contra hæc jam nihil faciunt, quæ hic habet Oiſelius: qui ita negat alienationem hic fieri, ut ſimul concedat, eo modo, quo diximus. Et quid ergo attinuit Jurisconſultos hic reprehendere, qui non cogitant de alienanda re in genere conſiderata ſimpliciter: ſed de ipſis illis corporibus, quæ mutua dantur & accipiuntur? Verum deinde oſtendit Oiſelius, quod & fecit Salmaſius, ſe per alienationem intelligere illam, quæ ita fit, ut nihil poſſit repeti: ſed id in ſignificatione hujus verbi non etiam continetur: & nobis res alienari dicitur, cujus dominium transfertur. Noſtri id unquam negarunt, rem repeti poſſe: nec ſomniarunt genus alienari, ſed corpora ipſa: quæ cum ſua cauſa & plane alienantur, & etiam repeti non poſſunt, in eadem, nempe, ſpecie, (ſic non eſſet mutuum, at commodatum) ſed in genere. Atque hoc non impeditur ex eo, quod corpora cum ſua cauſa alienantur. Imo ſi non eſſent ſic alienata, non eſſet mutuum, & in perſonam actio ex mutuo ceſſaret, ac daretur in rem vel ad exhibendum, *§. 2. Inſtit. quib. alienar. lic. vel non. l. 11. §. ult. D. de reb. credit.* in perſonam vero demum poſt conſumptionem, *dd. ll. l. 12. l. 13. pr. §. 1. 2. l. 19. §. 1. D. d. t.* Non ergo alienatione ita conſiderata, quod ad illam & translationem dominii mutuum a donatione, verbi gratia, pecuniæ differt: ſed in eo, quod mutua datur ſub lege reddendi, donatum abſque tali lege conceditur, & ſimpliciter alienatur. Non tam multa hic dixiſſem, niſi illis voluiſſem conſultum, qui progreſſus in jure nullos, vel non magnos fecere: quique auctoritate virorum magnorum, qualis fuit re vera Salmaſius, facile transverſi raperentur. SCHULTING.

13. *Si pecunia numeretur, vel frumentum detur, &c.*] Agræius: *Mutuo damus, pecuniam, triticum, vinum, & his ſimilia, quæ mutuo data recipi neceſſe non eſt.* Imo,

aut oleum, aut aes, ferrum, argentum, vel aurum. [15] Quae omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, [16] ut eorum fiant, qui ea accipiunt, [17] & ad nos [18] statuto tempore [19] non ipsae res, sed aliae ejus

ut mutuum fiat, necesse est, ut pecunia, triticum, vinum, quae data sunt, non recipiantur in eadem specie; alioquin commodatum erit aut depositum, ut loquitur Paulus in *l. a. D. de reb. cred.* OISEL.

14. *Numeretur*] Salmasius *d. l.* legit *numerata*. qua de causa, non animadverto: an non enim ipsa pecunia numeratur? SCHULTING.

15. *Quae omnia numerando, aut pensando, aut metiendo*] Sic Graecis, quae Latinis pondere, numero & mensura constare dicuntur, quaeque mutuo dantur, sunt aut ταπὰ, aut ἀριθμητὰ, aut μετρητά. Et antiquissimis temporibus, cum nondum nummo, vel ære signato, sed adhuc auro, vel argento rudi utebantur homines, per trutinam, sive libram credebatur; id est, non adnumerabant, sed adpendebant foeneratores. Vetus Homeri Scholiastes *ad Iliad. V.* μηδέτω ταμιευόμενον ὑπερέχοντα, ταῦτα δὲ ἴδιόν ἐστι τοῖς ἀρχαίοις χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ τὰ παραπλήσια. Quod post aurum & argentum addit, *& similia*, id de ceteris rebus, quae pondere constant, puta, de cera, pice, lardo, plumbo, & aliis intelligendum. Τὰ μετρητὰ quidem ut plurimum dicuntur ea, quae mensura constant, ad differentiam ceterarum rerum, quae numerantur, aut ponderantur. Sed & τὸ μετρεῖν, & μετρεῖσθαι, pro ἀνταίζειν & ἀνταίζεσθαι. Veteribus usurpata, & simpliciter ad omnia porrigi, quae admetiendo, adpendendo, & adnumerando dantur, optime Illustri Salmasio in libris *de Usuris* observatum, ubi hos Hesiodi versus lib. I. ἔργ. καὶ ἡμ.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ ἀποδοῦναι
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, αἴκε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

docet intelligendos de omnibus speciebus, quae mensura, vel pondere, & etiam numero dantur & accipiuntur, excepta pecunia numerata; ejus enim tempore nondum in usu nummus signatus. Atque hoc contra Graecos interpretes, Moschopulum, Tzetzem, Ammonium, imo & ipsum Ciceronem *lib. 1. de Offic.* qui omnes Hesiodum de earum rerum mutui datione tantum loqui existimant, quae mensura consistunt. Sed perperam; nam generaliter τὸ μετρεῖσθαι, pro ἀνταίζεσθαι positum esse, docet ibidem Salmasius ex doctissimo Grammatico Hesychio, qui, cum hos Hesiodi versus in animo haberet, exponit Μετρεῖ, ἀνταίζει. Μετρεῖσθαι, ἀνταίζεσθαι. Sed adeundus ipse Salmasius. OISEL.

16. *Ut eorum fiant, qui ea accipiunt*] Hoc est, Ut ipsa corpora mutua data accipientium fiant; neque ipsa reddenda, sed alia ejusdem generis & naturae; quod & Cajus noster innuit, cum subjicit, *& ad nos statuto tempore non ipsae res, sed aliae ejusdem naturae, qualis data sunt &c.* Quomodo & capiendus Boetius *in Top. Cicer. lib. II. Quod mutuum datur ex meo fit accipientis: atque ideo non cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam similem.* Neque tamen hinc concludendum mutuum esse alienationem. Quantitas enim, quae sola tantum in mutuo consideratur, non alienatur; sed mea manet; unde & actionem habeo ad eam repetendam. Et ut olim Magnus Cujacius dixit: *Commodatum est mutuum ad usum. Mutuum est commodatum ad abusum*, quod de ipsis corporibus intellexit, sic nobis non minus vere dicere liceat: *Mutuum est commodatum generis, sive quantitatis; Commodatum est mutuum speciei.* Nam quemadmodum in mutuo quantitas, sive genus reddendum, ita in commodato species; & vicissim, uti in commodato species, ita in mutuo genus restituendum. IDEM. Quid hoc aliud est, quam fieri hic alienationem? verum Oiselius Salmasium sequutus tricatur in verbis quantitatis, & alienationis, pro more. Non potest dari quantitas, nisi detur & vera corpora, quae sic abibunt e dominio da[illegible] sed is retinebit actionem in personam ad repetend[illegible] similia corpora, non certa & in specie, sed in genere: quae tamen ipsa tunc quum redduntur, sunt certa & in specie. Sed haec jam ante refutavimus. Hinc quoque liquet, in mutuo res proprie non dari utendas, ut Salmasius & Oiselius in definitione mutui loquuntur. In commodato proprie res datur *utenda*: in mutuo *abutenda*, vel saltem, ut fiat accipientis, ut & hic indicatur. Scio haec aliquando confundi, ut & mutuum, & commodatum aliquando promiscue sumuntur. exempla dabit Fabrotus *ad Cujac. Paratitl. tit. C. de commodat.* verum in jure, ubi hi contractus sunt distincti, & diversas plane pariunt actiones, melius erit distincte loqui, & singulas res singulis appellationibus distingui: ita minor rerum confusionibus & cavillationibus erit occasio. Saepe mimus proprie loquuntur auctores. at praecipue oportet, ut nos rei ipsius naturam, & juris rationes & effectus consideremus. SCHULTING.

17. *Et ad nos statuto tempore*] Tempus enim mutuo adjicitur, quo exacto qui obligatus est, solvere debet, nec prius potest compelli. quod & in commodato admittendum est. in deposito & precario aliud est. ALBAND.

17.* *Et ad nos statuto tempore &c. reddantur*] Haec faciunt ad probandam sententiam Doctissimorum Virorum, Ant. Augustini *Emendation. lib. III. cap. 7.* & Lud. Charondae, qui in *pr. Inst. quib. mod. re contrahit. obligat.* legunt. *quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant, & quandoque nobis non eadem res, sed alia ejusdem naturae & qualitatis reddantur. Inde etiam mutuum appellatum est.* Atque ita in duobus MSS. exstare testatur Augustinus. Cujacius quoque pro vulgato *quoniam* edidit *quandoque*. Theophilus etiam docet, res dari hic ἐπὶ τῷ ἀντιδοθῆναι, *ut reddantur*. Et hoc flagitat sensus: nec enim mutuum dicitur ob redditionem, ut vulgata lectio vult, sed ob dationem ipsam. SCHULTING.

18. *Sta-*

ejus naturæ, quales datæ sunt, [20] atque ipsius ponderis, [21] numeri, vel mensuræ reddantur. [22] Propter quod [23] Mutuum appellatum est, quasi a me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret.

§. 2. [24] Verbis contrahitur obligatio [25] ex interrogatione dantis, & respon-

18. *Statuto tempore*] Gajus videtur scripsisse *quandoque*, ut in Institutionibus legendum videri diximus; quod hic accipitur pro *quandocumque*, ut & alibi; idque pluribus docet Augustinus *dicti loc.* Ab Aniano videtur hoc esse, quod hic dicitur de statuto tempore. SCHULTING.

19. *Non ipsa res, sed alia ejus naturæ*] Cajus ejusdem generis, & qualitatis, *l. 1. D. de oblig. & act.* Justinianus ejusdem naturæ, & qualitatis, *§. 1. Instit. hoc tit.* Pomponius ejusdem generis, & eadem bonitate, *l. 3. D. de reb. cred.* Ejusdem generis aut naturæ; nam si aliud genus, velut pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum, *l. 2. D. de reb. cred.* At si quis aureos nummos decem mutuo acceperit, videtur posse argenteos reddere, facta compensatione æstimationis, ut tot argentei reddantur, quanti æstimantur aurei decem. neque enim hoc admittendum est, ubi damnum interveniret. Certe nummi & aurei, & argentei una species censentur, qua de re Accursius, Bartolus, & Abbas Panormitanus disseruere. Habetur quoque ratio bonitatis, etiamsi non cavimus, ut æque bonum nobis redderetur, neque enim licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, veluti vinum novum pro vetere *d. l. 3. D. eod. tit.* ALEAND.

20. *Atque ipsius ponderis, numeri, vel mensuræ*] In Patavino exemplari, *atque ipsius ponderis, numerata vel mensurata.* IDEM. Ita quoque edidit Sichardus. Recta est vulgata lectio.

21. *Numeri*] Quod tamen non ita rigide accipiendum est, ut pro aureis nummis non possint reddi argentei, ejusdem valoris, ut putavit Salmasius *Disquisition. de mutuo p. 154.* Habentur hæc pro iisdem, in tantum, ut si inter stipulantem & promittentem ita agatur, ut unus de aureis loquatur, alter de denariis ejusdem summæ, intelligantur loqui de eadem re, & stipulatio valeat, *l. 64. §. 1. D. de verbor. obligationib.* nisi de certa nummorumquoque forma convenerit; tunc enim, quo minus tales quoque condici possint, nihil obstabit. Nec etiam, quamvis tale nihil convenerit, malitiis indulgebimus, ut pro moneta præstanti vilis & damnosa reddatur. Responsum Pauli in *l. 99. D. de solutionib.* negat, creditorem cogi in aliam formam nummos accipere, si damnum aliquod inde passurus sit, si videlicet lectionem vulgatam, quæ habet *Creditorem*, sequaris: sed in editione Florentina legitur *Debitorem*: quam lectionem contra Cujacium aliosque novissime defendit is, quem ante laudavi, Vir Amplissimus Corn. van Bynkershoek *Observation. lib. I. c. 9.* vultque accipiendum locum de tali specie, ubi quis sibi credituro & stipulanti eandem pecuniam promisit, uti fit *l. 6. §. 1. D. de novationib.* ex qua stipulatione promittens, uti non obligatur ad accipiendam pecuniam, *l. 30. D. de reb. credit. fac. l. 3. §. fin. D. de SC. Macedonian.* ita multo minus cogetur accipere in alia forma pecuniam. Et ut qui hoc non intelligebant, mutaverint in lectionem apertiorem, facilius credi posse videtur, quam ut lectio plana in difficiliorem tranformata sit. Ac Paulum *libro IV. Responsorum*, unde sumpta est *d. l. 99.* de pecunia credenda multa habuisse certissimum est. *junq. l. 16. D. de SC. Macedonian. l. 26. D. depositi. l. 19. D. mandati. l. 12. D. de usur. l. 85. D. de legat. 2. l. 29. D. de O. & A.* quæ observationem illam adjuvare videntur. SCHULTING.

22. *Propter quod Mutuum appellatum est*] Sic Paulus *l. 2. §. appellata, D. de reb. cred.* Justinianus, *§. 2. hoc tit.* Plurimi Jurisconsulti semper sequuti sunt Stoicos, teste Athenæo. *lib. VI c. 2.* Hinc Tuberonem Stoicas disciplinas percalluisse, refert Pomponius *l. 2. D. de orig. jur.* & Agell. *lib. I. c. 22.* Sic Stoicum Philosophum fuisse Sex. Pompejum, testatur Cicero *in Bruto, & lib. 1. & 3. de Orat.* Sic Lucillium Balbum *lib. 1. de Nat. Deor.* quare eos imitantur etiam in ineptis nominum derivationibus, vide Cujacium *Observat. lib. XI. c. 37.* ALEAND. Jurisconsulti quo pacto, tam in verborum proprietatibus & originationibus quærendis, quam in aliis, imitati sint Stoicos, docet pluribus V. C. E. Merillius *Observat. lib. I. c. 2. & seqq.* SCHULTING.

23. *Mutuum appellatum, ut ex meo tuum fieret*] Eodem modo Paulus in *l. 2. §. 2. D. de reb. cred.* Sed hanc originationem magis scitam, quam veram esse, diu est, quod viri Doctissimi ex Varrone docuere. Ille enim *lib. IV. de L. L.* mutuum a Sicula voce μοῖτον derivat. *Si datur*, inquit, *quod reddatur, mutuum est, quod Siculi* μοῖτον. Alii mutuum a verbo *muto* deducunt, eodem modo, quo *dividuus*, a *divido*, *pascuus*, a *pasco*, *cernuus*, a *cerno*. Neque hoc absque ratione est; convenit enim maxime cum natura muturi, quod mutetur pecunia cum pecunia in eodem genere, & quod consistat in rebus fungibilibus, quæ facile mutationem recipiunt. Sed & latinos suum *mutare* a Siculo μοῖτον fecisse optime a literarum Principe Salmasio notatum. OISEL.

24. *Verbis*] Ore prolatis, non scriptis. ideoque neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possint, nec absens quidem, quoniam exaudire invicem debent, *l. 1. D. hoc. tit.* Est igitur hæc obligatio verborum conceptio, quæ stipulatio dicitur, *l. 5. §. stipulatio, D. hoc tit. §. 1. Inst. hoc tit.* ALEAND. Novum caput hic incepit Alexander *de Verborum Obligationibus.*

24. * *Verbis contrahitur obligatio*] Verborum obligatio nascitur ex stipulatione. Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve se, quod interrogatus est, respondet, ut ait Pomponius *l. 5. §. 2. D. de Verb. obl.* Stipula-

ſponſione accipientis, ita, ut ſi ille, qui dat, interroget, Hoc MIHI DABIS? qui accipiet, [26]reſpondeat, DABO: [27]aut in obligatione debitoris, [28]ſi

tio itaque interrogatione & reſponſione conſtat. Unde & *interrogatio* ſimpliciter nonnunquam pro ſtipulatione in juris noſtri libris poſita. Ita apud Senecam *de benefic. lib. III. c. 15. Ille non eſt interrogatione contentus, niſi rerum manu ſua teneat*: id eſt, *ſtipulatione*. Et hinc Gloſſæ Philoxeni: *Stipulationes*, Ἐπερωτήσεις. Gloſſæ itidem Gr. Lat. vulgo Cyrilli: Ὁμολογία ἡ διὰ ἐρωτήσεως. *Sponſio, Stipulatio*. Eædem Gloſſæ: Ἐπερώτησις, *Interrogatio, Stipulatio*. Sic in Gloſſis Baſilicis: Ἐπερώτησις definitur, συνθήκη ῥημάτων, ἐν ἂν ἐπερωτήσαί τις πρὸς τὴν ἐπερώτησιν συνῆλθέ τι ἢ διδόναι. Eædem Gloſſæ Baſilicæ: Ἐπερώτησις, Ὁμολογία. Nec tamen quævis interrogatio & reſponſio verborum conſtituunt obligationem, ſed quæ certis & conceptis verbis ab animo præmeditato proficiſcentes conſenſum conſtituendæ obligationis certum præ ſe ferunt. Hinc *ſtipulationum formulæ* Ciceroni *Partit. Orat.* & *conceptæ ſponſiones*, Auſonio *in Gratiar. Actione*. Stipulatio firmiſſimus eſt contractus, quo nobis cavetur, *l. 1. §. 4. D. de ſtip. prat.* Unde & nomen accepit; *ſtipulum* enim veteribus quod erat firmum dicebatur, *pr. Inſtit. de V. O.* Eleganter Paulus *lib. V. Sent. tit. 7. Obligationum firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quadam verborum ſolemnitate concipiuntur. Et appellata, quod per eas firmitas obligationum conſtringitur. Stipulum enim veteres firmum appellaverunt.* Et ſic Gloſſæ Baſilicæ: στιπῦλον, ἰσχυρόν. Qui vero a *ſtipite*, vel a *ſtipe* deducunt, ut faciunt Varro *lib. IV. de L. L.* & Feſtus, nugantur. Neque minus nugax Iſidorus *Etymol lib. IV. c. 24.* vel certe ille, unde id hauſit, cum *ſtipulationem* a *ſtipula* dictam vult: *Veteres enim*, inquit, *quando aliquid ſibi promittebant ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes ſponſiones ſuas agnoſcebant.* Nam, etſi fortan ſtipula fracta ad eam rem uſi Veteres, id nihil tamen ad ſtipulationem facit. Cæterum cum ſtipulatio ſit certi, vel incerti, *l. 74. l. 75. D. de V. O. l. 6. C. de contr. & commit. ſtipul.* ex ſtipulatione certa, datur certi condictio, ex incerta, actio ex ſtipulatu, *l. 24. D. de reb. cred.* quæ dicitur actio incerti ex ſtipulatu, *l. 4. D. de uſur.* Quanquam qui rem certam ex ſtipulatu debitam petit, generaliter etiam dicatur ex ſtipulatu agere, & actio ex ſtipulatu accipiatur pro certi condictione, *l. 83. §. 6. D. de V. O. l. 42. D. pro ſocio. l. 14. C. de pact. l. 28. D. de act. empt.* OISEL. Pars horum hauſta eſt ex Salmaſio *de uſuris c. 6. p. 127.* In fine quædam ſunt ex Vinnio ſumpta *ad pr. Inſt. de verbor. obligationib.* SCHULTING.

25. *Ex interrogatione dantis, & reſponſione accipientis*] Stipulationes quibuscunque contractibus, & conventionibus adjunguntur, *l. ſi dominus, 8. D. de præſcrip. verb.* ut vincula præbeant conventionibus, quæ per ſe adſtringere non poſſunt, vel ut contractus, qui per ſe poſſunt, fortius adſtringant. Et aut præcedere, aut ſequi contractum poſſunt, *l. 3. §. ult. l. 6. D. ad SC. Maced. l. 6. D. de novat. & dele.* Quamobrem pecuniam mutuo daturus, antequam adnumerat, ſtipulari poteſt, eam ſibi reddi, quo ſe uſu intelligendus eſt hic locus Caji. alioquin tota ſententia inverſa videtur: neque enim poteſt, qui dat, alium interrogare an dabit. Sed qui accipit, hoc agere debet. quo caſu hic locus ita emendandus foret. *Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione accipientis, & reſponſione dantis: ita ut ſi ille, qui accipiet, interroget, hoc mihi dabit? qui dat, reſpondeat, dabo.* Sed prior ſententia placet. Debet autem uterque loqui, quia ſtipulationis ſubſtantia ex verbis pendet. quamobrem ſi alter interroget, alter ſine verbis adnuat, nulla ſtipulatio concepta eſt, *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* Verba autem talia hac in re olim tradita fuerunt: *Spondes? ſpondeo. promittis? promitto. fidepromittis? fidepromitto. fidejubes? fidejubeo. dabis? dabo. facies? faciam. §. 1. Inſtit. hoc tit.* Pariter ſi perſonaliter reſpondeatur, ut apud Plaut. *Pſeud. Viginti minas dabis? dabuntur.* qua de re Alciatus *lib. II. Paverg. c. 18.* Sed & ſi quis ita interroget, *dabis?* reſponderit, *quidni?* & is utique in ea cauſſa eſt, ut obligetur, *d. l. §. 2.* Sed demum ſolemnitates verborum a Leone ſublatæ ſunt, ut poſtea ſenſus potius conſideretur ab utraque parte, *l. omnes, 29. C. de contr. & com. ſtip. §. ſed has ſolemnia, Inſtit. hoc tit.* & quamvis ſtipulatio juris civilis ſit, tamen ob adnexionem cum juris gentium conventionibus quacunque lingua fieri ſemper potuit, *d. l. 1. in fin. D. de verb. obl. §. 2. Inſtit. eod.* ALEAND. Specialis hic caſus ſtipulationis proponitur, ubi qui crediturus eſt, vel modo credidit nummos, eos ſtipulatur; cujus exemplum eſt in *l. 40. D. de reb. credit.* Atque hic una tantum eſt obligatio ex ſtipulatione, num ex numeratione? ac numeratio fit ſtipulationis implendæ gratia, *l. 6. §. 1. l. 7. D. de novationib. & delegationib. l. 126. §. 2. D. de verb. obligat.* ut videlicet valide obligetur promiſſor, qui alioquin excipere poſſet de non numerata pecunia, *l. 2. §. 3. in fin. D. de doli mali & met. exceptione.* Si ſtipulatio eſſet inutilis tamen, tunc numeratio, quæ re vera interceſſit, accipientem obligabit, *d. l. 126. §. 2. D. de verbor. obligationib.* An vero numeratio, an ſtipulatio præcedat, hic perinde videtur, quum ſe invicem in continenti ſequuntur. Nec Ulpianus *d. l. 6.* & Paulus, qui eandem regulam ponit *d. l. 126. §. 2.* hic videntur diſſenſiſſe; ac Paulus in caſu, quo numeratio præceſſit, ſi ſtipulatio videlicet eſſet valida, dediſſe quoque actionem ex mutuo. Nihil tale colligi poteſt ex *d. l. 126. §. 2.* ut volebat Salmaſius *de uſur. c. 1. p. 119.* verum quidem eſt, ubi numeratio præceſſit, ſtipulationem inutilem non efficere, ut ab obligatione ex numeratione, quæ præceſſit, receſſum ſit, ut docet Paulus: verum idem Paulus diciſſet aliud de ſtipulatione valida. SCHULTING.

26. *Reſpondeat*, DABO] Vel etiam perſonaliter, *dabuntur*, ut apud Plautum *in Pſeudolo, Act. IV. Sc. 6.*

S. *Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier.*
Ut conceptis verba, viginti minas
Dabin? B. *Dabuntur.*

Vid. & *Bacchid. Act. IV. Sc. 8.* OISEL.

27. *Aut*

[27] si aliquis fidejussor accedat; [29] ille, qui personam fidejussori tradit, interro-

27. *Aut in obligatione debitoris*] Cum satisdatio fit stipulatio, neque fidejussores citra verba & stipulationes constituantur, *l. 5. §. 2. D. de V. O. l. 12. C. de fidej.* non absque ratione, ubi de verborum obligatione agitur, etiam fidejussorum materia tractatur. Quod & secutus est Justinianus in suis Institut. Caeterum Fidejussor omni obligationi adhiberi potest, adeoque etiam naturali, *§. 1. Inst. de fidej. l. 1. l. 2. l. 6. §. ult. l. 7. l. 8. §. 1. l. 16. §. 3. D. eod.* nisi forte naturalis obligatio ex earum genere sit, quae juris civilis auxilio in totum destituuntur; veluti, si pro prodigo fidejussor intervenerit, *l. 6. D. de verb. obl.* In *l. 25. D. de fidej.* fidejussor, qui pro prodigo fidejussit, suo, non alieno nomine obligatur, hoc est, non ut fidejussor, sed ut reus principalis. Sic etiam fidejussor non potest accedere obligationibus, quae jure civili improbantur, ut in *l. 6. D. ad. SC. Vell. & l. 9. §. 3. D. ad SC. Maced.* Poterit etiam fidejussor interveniens obligari ex obligatione ex delicto, *d. l. 2. §. 1. l. 56. §. fin. l. 70. §. ult. D. de fidej.* nimirum si agatur civiliter; alias enim si criminaliter experiatur ad poenam corpori infligendam fidejussor non admittitur, *arg. l. 13. D. ad leg. Aquil. l. 22. C. de poen.* IDEM.

28. *Si aliquis fidejussor accedat*] De satis acceptione loquitur, quae etiam stipulatio est ita promissorem obligans, ut adpromissores etiam ab eo accipiantur, id est, qui idem promittunt, *l. 5. §. satis accepto, D. hoc tit.* Hi adpromissores vocantur Sponsores, vocantur Fidejussores; dicebantur Praedes, Vades, Vindices: nisi hi tres posteriores proprie adpromissores in judicio essent. Praes in civili, Vas in criminali judicio: Ausonius *Edyl. 12.*

Quis subit in poenam capitis judicio? vas,
Quis, quum lis fuerit nummaria, qui debitur? praes:

Festus verbis Pauli: *Vadem, sponsorem significat in re capitali.* at confundi haec nomina, & vadem nummariae quoque rei sponsorem denotare tradit Acron *apud Horat.* ac in ea significatione utuntur Impp. Leo, & Zeno in *l. ult. § hac autem, C. de Castrens. & Minist. lib. XII.* Vindicis nomen antiquius videtur, fuit enim in duodecim tabulis ita: *Assiduo vindex assiduus esto, &c.* ut est apud Agellium *lib. XVI. c. 10.* & meminit Cicero *in Topicis*, ubi Boetius vindicem interpretatur procuratorem, quum potius is sit, qui judicio sisti, judicatumque solvi satis pro alio dabat. Sed & alium errorem ex Boetio ibidem ortum adnotare lubet: nimirum quod ait Cicero, legem Aeliam Sentiam assiduo vindicem assiduum esse jubere. nam verba illa *Aelia Sentia* vel *Sanctia*, ex Commentario Boetii in Ciceronis contextum, ut saepe fit, irrepsere; sic enim Ciceronis verba esse debent: *Quum lex assiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti, locuples enim assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab ære dando.* Legem Cicero intelligit duodecim tabularum. Falso Boetius legem Aeliam Sentiam, quae lata fuit tantummodo tempore Augusti, ut dixi *lib. I. c. 3.* [*hic tit. 1.*] Deceptus est autem, quia Cicero interpretationem Aelii adducit. At neminem credo fugere, Sex. Aelium libro, qui inscriptus erat *Tripertita*, leges duodecim tabularum esse interpretatum, *l. 2. §. deinde Sex. Aelius, D. de orig. jur. Cic. lib. 11. de legib. Festus in calce lib. XIX.* Atque hunc Boetii errorem etiam a doctissimo Brissonio animadversum, quodam loco memini me legisse, gaviusque sum. ALEAND. Fidejussor proprie est, qui fide sua jubet alicui pecuniam credi, & qui auctor ei est credendi. Qui postea Fidejussores, antiquis *praedes, vades, fidedictores, sponsores, fidepromissores* & *adpromissores* dicebantur. E quibus nominibus praeter ultimum, in toto Digestorum corpore a Triboniano compilato, nullum occurrit. Sed illa omnia admodum erudite, ut assolet, explicavit ὁ Μέγας Salmasius *c. 16. de M. U.* Optime vero Cajus noster ait, *si fidejussor accedat*; est enim fidejussoris obligatio accessio alterius obligationis, & sequelae locum semper obtinet, *l. 93. §. 2. D. de solut.* sive, ut ait Theophilus, παρακολούθημα, ἅτε ἰδίαν τῆς προτέρας ἔχουσα. Quanquam & fidejussor obligationem praecedere potest, *l. 6. §. 1. D. de fidejuss. l. 33. D. de judic. l. 50. D. de pecul.* ita tamen, ut praecedens fidejussoris obligatio tum demum vires capiat, cum & principalis obligatio, cujus illa accessio est, constituta sit. interim vero fidejussoris obligatio in pendenti erit, *d. l. 33. D. de judic.* Aliquando tamen & fidejussio efficax praecedere potest, quae si sequeretur, non valeret. Exempli causa, fidejussor dotis, post nuptias stante matrimonio a marito datus, non obligatur, *l. 2. C. ne fidej. dot. dent. l. 1. C. Th. de fidej. dot.* qui tamen, si ante nuptias datus fuerit, obligabitur, ut colligere licet ex Harmenopulo *Promps. lib. IV. tit. 2. §. 9.* ubi ait: Ὁ ληψόμενος παραλαμβάνων τὴν προῖκα, ἐγγύας ἂν ποιήσηται. ἐγγυητὰς γὰρ ὁ δίδοται ἐπὶ τῇ γυναικὶ πρὸς ἃ μὴ πρὸ τῶν γάμων τὴν μνηστὴν τότε ἐνεχθησόμενον. OISEL. Quod de dotis fidejussore dicit Oiselius, illum ante nuptias datum obligari, idem voluit quoque Cujacius *Paras. tit. C. ne fidejussor. vel mandator. dot. dent.* ubi & Fabrotus Harmenopuli hunc locum laudat. Sed repugnat plane generalitas verborum ipsius tituli, nec non *l. 1. C. eod. & l. un. Cod. Theodos. de fidejussorib. dot.* quae lex unica explicat egregie illas, quas in Justinianeo Codice habemus, ut recte notat V. C. Jacobus Gothofredus. SCHULTING.

29. *Ille, qui personam fidejussori tradit*] Etiam ab aliis notatum vidi, sic esse legendum: *ille, cui persona fidejussoris traditur.* Stipulatio fit inter creditorem, & fidejussorem: interrogat creditor, respondet fidejussor, *l. 8. D. de fidejuss. & mand. l. 32. D. mand. l. 3. in fin. D. de admin. rer. ad civit. pert. l. 12. C. de fidejuss. & mand.* Si tamen quis se scripserit fidejussisse videntur omnia solemniter acta, quamvis vere non intercesserit stipulatio, *l. 30. D. de verb. oblig.* Sed & si praesentes fidejussores nominati fuerint, nec contradixerint, *l. 4. in fin. D. de fidejuss. & nominat. & haered. tut.* ALEAND. Sic esse legendum, *cui persona fidejussoris traditur*, jam monuit Cujacius in margine editionis Lugdunensis

terroget: ISTUM FIDE TUA ESSE JUBES? & ille respondeat: FIDE MEA ESSE JUBEO. hac conditione [30] non solum ille, qui debitor est, sed & is, qui fidejussor exsistit, obligantur. Et non solum fidejussor ipse, dum vivit, [31] sed & heredes ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxii. Creditor autem, qui pecuniam dedit, [32] in potestate habet [33] ad reddendam pecuniam, quem velit tenere, utrum ipsum debitorem, an fidejussorem. [34] Sed si debitorem tenere elegerit, fidejussorem absolvit: si vero fidejussorem tenuerit, debitorem absolvit: [35] quia uno electo, quem idoneum creditor judicat, alterum liberat.

§. 3.

dunensis anni CIↃIↃLXVI. idque in aliis posterioribus notatum est: longeque minus abit hæc lectio a vestigiis lectionis vulgatæ, quam emendatio Viri Egregii, Claudii Salmasii, *qui personam fidejussoris accipit*, quam audacter in ipsum contextum recepit Oiselius. SCHULTING.

29. * *Ille, qui personam fidejussoris accipit*] Ita edidimus ex certissima Ill. Salmasii restitutione, cum vulgo nullo plane sensu legeretur, *Ille, qui personam fidejussoris tradit*. Quod alii jam mutaverant in *Ille, cui persona fidejussoris traditur*, ut saltem sensui sibi constaret. Nobis Salmasii magis arrisit emendatio; quare & eam in contextum recipere non dubitavimus. OIS.

30. *Non solum debitor, sed & is, qui fidejussor exsistit, obligantur*] Imo aliquando fidejussor efficacius fortiorique vinculo obstringitur, quam reus principalis; veluti si fidejussor accesserit obligationi naturali a pupillo contractæ; quo casu, solum fidejussorem teneri placet, cum reus absolvatur, *l. 1. in fin. D. de novat.* Non potest tamen fidejussor in duriorem causam accipi, id est, ut vel re, vel tempore, aut causa plus debeat, quam reus principalis, *§. 1. Inst. de fidej. l. 8. §. 7. l. 16. §. 2. l. 49. §. 2. l. 70. § 1. & 2. D. eod.* Itaque si fidejussor in majorem summam sit acceptus, quam reus principalis, placet eum omnino non teneri, *d. l. 8. §. 7. D. eod.* hoc est, ita ut ne quidem in summam concurrentem conveniri possit. IDEM.

31. *Sed & heredis ipsius, si ille defecerit &c.*] Quia fidejussor rei, seu debitoris locum obtinet, *l. 4. D. de fidejuss. & mand. l. 24. C. eod. §. secundo Institu. eodem.* ALEAND. Fidejussor & ipse obligatur, & heredem obligatum relinquit, ut ait Ulpianus *l. 4. §. 1. D. de fidej.* add. *l. 24. C. eod.* Et quare non obligatio & actio, qua tenetur fidejussor, æque in ejus heredes daretur, ac cæteræ obligationes & actiones, quæ ex contractibus veniunt, in heredes dantur? *l. 12. l. 49. de obl. & act. §. 1. Inst. de perp. & temp. act.* OISEL.

32. *In potestate habet ad reddendam pecuniam, quem velit tenere, utrum ipsum &c.*] Homo Gothobatinus hoc vult, ut creditori potestas sit, seu reum, seu fidejussorem elegendi, qui debitum solvat, *l. 4. l. 5. C. de fidejuss. & mand.* quin & utrumque convenire potest in solidum, aut divisis actionibus a singulis partes petere, *l. 2. §. ult. D. de duob. reis, l. 13. §. etiam, D. de pign. & hypot. l. 51. §. 2. D. de fidejuss. & man.* At Justinianus vetus jus reduxit, ut prius conveniatur reus principalis, postea fidejussores, *auth. de fidejuss. & man, quæ est Nov. IV.* ALEAND. Non minus recte, imo forte rectius possis cum Salmasio, pro *ad reddendam pecuniam*, legere *ad repetendam pecuniam*. Cæterum quod Cajus hic dicit in creditoris esse potestate, utrum ipsum debitorem, an fidejussorem velit convenire, & ad solvendum constringere, hoc idem traditur in Papiani Responsis *cap. 16.* qui & addit, ante judicem id profiteri creditorem debere. *Quod si quis*, inquit, *a debitore suo fidejussorem de solutione acceperit, in potestate habeat creditor, aut fidejussorem tenendi, aut eum, qui debitor prior exstiterit. Quod tamen ante judicem creditor profiteri debet, quem scilicet eorum malit eligere.* Et potestatem electionis creditori olim permissam fuisse, liquet etiam ex *l. 9. C. de fidejuss.* Sed & hanc juris partem Justinianus mutavit, *Novella IV. c. 1.* constituitque fidejussorem non ante convenire posse, quam excusso prius reo principali. OISEL.

33. *Ad reddendam pecuniam, quem velit tenere*] Nec hic Salmasium *de modo usurar. c. 16.* recte sequitur Oiselius, pro, *ad reddendam pecuniam*, restituendo, *ad repetendam pecuniam*: non enim creditor proprie agit ad repetendam pecuniam, sed ipse repetit, & agit ad eam reddendam: Verbum *tenere* Aniano est *convenire*, vel *judicio persequi*. & sic mox iterum loquitur. Ita idem Anianus in interpretatione verborum Pauli *Sententiar. lib. II. tit. 17. ex empto vendito. §. electio, 16.* scribit. *Si quis contempto fidejussore debitorem suum tenere maluerit*: & sic Papianus *Respons. tit. 16.* cujus verba post Salmasium hic quoque protulit Oiselius. Sic *teneri* pro *convenire* idem Anianus dixit in interpretatione ejusdem Pauli *Sententiar. lib I. tit. 5. de minorib. viginti quinq. ann. §. 1.* Alibi quoque pro eodem usurpavit *vexare, lib. II. tit. 2. de pecun. constitut. §. 1. & tit. 3. de contractib.* & pluribus locis. SCHULTING.

34. *Sed si debitorem tenere elegerit*] Fidejussorem liberari, si creditor reum principalem elegerit, tradit etiam Paulus *lib. II. Sentent. tit. 17. Electo*, inquit, *reo principali, fidejussor, vel heres ejus liberatur*. Addit vero Paulus non idem observari in mandatoribus. quod etiam est in *l. 13.* D. *de fidej. & l. 23. C. eod.* Ratio diversitatis petenda a Cujacio *Obs. lib. XXIII. c. 25.* Justinianus vero dicta *Novella IV.* mandatores fidejussoribus exæquavit. OISEL.

35. *Quia uno electo, quem idoneum &c.*] Hoc falsum est,

§. 3. [36] Sunt & aliae [37] obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi poſſunt, id eſt, ut [38] ſi mulier, ſive ſponſo uxor futura, ſive jam marito

eſt, electio enim nullum ex his liberat, *l. reos, 23. C. de fidejuſſ. & man.* Cajus fortaſſe ſcripſerat, alterum liberari, ſi alter electus ſolidum ſolviſſet, aut ſi creditor diviſiſſet actiones inter fidejuſſores, *l. inter, 51. §. quum inter, D. de fidejuſſ. & mand.* quam ſententiam Anianus, dum vertit, invertit. ALEAND. Lapſus eſt hic Aleander, ut apparet ex nota Oiſelii, nec ad fidejuſſores, ſed ad mandatores pertinet lex 23. *C. de fidejuſſorib.* SCHULTING.

36. *Sunt & aliae obligationes, &c.*] Stipulatio verbis obligat. Sed & nunquid & alia res eſt, quæ verbis obliget? Duæ ſunt, dotis dictio, & juſjurandum liberti. *Dotem dicere poteſt mulier, quæ nuptura eſt, & debitor mulieris, ſi juſſu ejus dicat. item parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione junctus, veluti pater, avus paternus.* Hæc Ulpianus *in fragm. tit. 6.* Quæ ſolemnitas ſublata eſt, unde Tribonianus in *l. 1. §. pen. D. de dot. collat.* ſcripſit, *ex pollicitatione dotis*, quum Ulpianus dixiſſet, *ex dictione*, ſic in *l. 31. in fin. D. de novat. & deleg.* reposuit, *dotis promittere*, pro *dotis dicere*, & in *l. 1 C. de jur. dot.* bis *pollicitatio*, quum fuiſſet *dictio*. neque enim tunc temporis ex nuda pollicitatione dotis actio naſcebatur, quum id a Theodoſio inductum fuerit, *l. pen. C. de dot. promiſſ.* ALEAND.

37. *Obligationes*] Non tamen, quæ hic enumerantur, ſunt contractus, ſive conventiones, quæ certum habent nomen vel cauſam: & alioquin etiam omnes obligarent: & quod verborum obligatio ex his ſpeciebus naſcatur, ex ſpeciali eſt jure: adeoque Cajum contractus latius ſumpſiſſe, ac reliqui, ut exiſtimat M. Aurelius Galvanus *de uſufruct. cap. 17. n. 1.* hinc non poteſt colligi. SCHULTING.

38. *Si mulier, ſive ſponſo uxor futura, ſive jam marito dotem dicat*] Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur, ut ait Ulpianus *fragm. tit. 6.* Dari dicebatur dos præſens, cum pridie nuptiarum, vel circiter, conſignata apud auſpices deponebatur, in craſtinum nuptiarum viro tradenda, quemadmodum videmus in Meſſalinæ cum C. Silio nuptiis factum, teſtibus Suetonio *in Claudio*, Tacito *Annal. XI.* Juvenale *Satyr. X.* quamvis etiam dos ante nuptias ſponſo dari poterat, ut conſtat ex *l. 1. D. pro dote.* Dotem dicit, qui eam ultro pollicetur, hoc eſt, qui eam nulla interveniente ſtipulatione pollicetur; Unde Cicero *pro Flacco: Doti omnem ſuam pecuniam dixerat.* Et Afranius *in Fratriis* apud Nonium: *Das ruſtico neſcio cui vicino ſuo pauperi, cui dicat dotis paullulum.* Et in eo dotis dictio a promiſſione dotis differebat, quod in hac ſtipulatio interveniebat, non in illa. Unde jure a Salmaſio notati Interpretes, qui *dotis dictionem certis & ſolemnibus verbis fieri nulla præcedente interrogatione* exiſtimarunt. Quod enim fit nulla præcedente interrogatione, id ſine ſolemnitate fit. Hæc enim eſt ſolemnitas, quæ in ſtipulationibus obſervatur. Hinc *verba ſolemnia*, quæ propria ſunt ſtipulationum. Et perperam iſti Interpretes ſuffragium petunt ex *l. 3. C. Theod. de dotib.* ubi Theodoſius & Valentinianus Imperatores: *Dos ſi qua forte ſolemniter, aut data, aut dicta, aut promiſſa fuerit.* Nam, ut optime obſervavit Salmaſius, hæc ſolemnitas æque ad dationem pertinet, ac promiſſionem, non ad ſolam dictionem. Imo nec in datione, nec in dictione, ulla verborum ſolemnitas ſervata, ſed tantum in ſola dotis promiſſione; utpote quæ fiebat ſtipulatione interveniente, cujus propria verba ſolemnia. Dictam legem tertiam *C. Theod.* interpolatam & truncatam tranſtulit Tribonianus in Codic. Juſtinianeum, tit. *de dot. promiſſ. l. 6.* ubi dictorum Imperatorum nomine ſancitur, *ad actionem dotis, quam ſemel præſtari placuit, qualiacunque ſufficere verba, ſive ſcripta fuerint, ſive non, etiamſi ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta.* Ex hac lege Tribonianus ſuſtulit verba *dictio, vel* quæ ſunt in *C. Theod.* ubi ſcriptum eſt, *etiamſi dictio, vel ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit ſubſecuta.* Sed quicunque eam legem Impp. ſcripſit, certe neſcivit, quid eſſet *dicere dotem*, aut *dotis dictio*. Videtur enim putaſſe in dictione dotis interveniſſe ſtipulationis verba ſolemnia, quo nihil falſius. Nam hoc pacto nulla fuiſſet differentia inter promiſſionem dotis, & dictionem. Quæ tamen fuit maxima, tum in verbis, tum in perſonis, quæ aut dotem dicere, aut promittere poterant. Omnes enim dotem promittere poterant, non autem dicere. Poſtremum enim certis tantummodo perſonis permiſſum, ut ex Cajo noſtro hic, & Ulpiano *dict. tit. 6.* diſcimus. Stipulatio in promittenda dote hoc modo concipiebatur: *Decem dotis in proximo anno dare ſpondes? ſpondeo. Promittis? promitto.* Hæcque erant verba illa ſolemnia, quæ in promiſſione dotis, quemadmodum in ſtipulatione, requirebantur; at in dotis dictione ſimpliciſſima tantum verba erant, veluti, *Doti tibi erunt decem.* Itaque dotem dicere nihil aliud eſt, quam conſtituere dotem, imo & promittere, ſed ſine ſtipulatione. Et qui dotem ſine ſtipulatione promittit, utique dotem dicit. Sic *dicta dos* eſt, quæ ſimpliciter pacta, pollicita, ſive promiſſa ſine ſtipulatione. At quæ *promiſſa* proprie appellatur, ea eſt, quæ cum ſtipulatione & verborum ſolemnitate promittitur, & ſic diſtinguitur a *dicta*. Itaque *dicta dos* erit, quæ decreta, deſtinata, vel potius conſtituta eſt, ut ait Maximus Salmaſius *in de M. U.* OISEL. Sichardus edidit: *Si mulier ſive ſponſo, ſive jam marito uxor futura dotem dicat.* Sed Cujacius ita edidit, ut hic legitur, & melius. Ceterum rectius ſcripſiſſet Anianus: *Sive ſponſa ſponſo, ſive uxor marito.* Quod autem ad rem ipſam pertinet, dictionem hanc ſolennibus verbis factam eſſe notavit Cujacius *ad Ulpian. tit. 6. ad l. 7. D. de pact. ad l. 1. D. de verb. obligat. & Paratitl. tit. C. de dot. promiſſion.* eademque mens Briſſonii *de formul. lib. VI* & aliorum. Atque hæc veriſſima eſt ſententia, quidquid renitatur Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 16.* quem nec hic deſerit Oiſelius. Illud ſane conſtat, quidquid ſit præcedente interrogatione, id fieri ſolenniter: at an inde ſequitur,

marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & pater ejus, & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam [39] ille debebat, [40] sponso creditricis ipse debitor in dotem dixerit. [41] Hae tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. [42] Aliae vero personae, si pro muliere dotem marito promiserint, communi jure obligari debent, [43] id est, ut & interrogatae respondeant, [44] & stipulatae promittant.

§. 4.

quitur, quidquid fit sine ulla praecedente interrogatione, id non fieri solenniter? unde id probabitur? An non & illic est solennitas, ubi praesentia est opus, uti illam hic necessariam fuisse nemo negaverit, & verba desiderantur, eaque solennia? quamvis pollicitatio hic praecederet, & acceptatio sequeretur, ut in notissimo loco Terentii *Andr. act. V. sc. 4 v. 46.*

- - - CH. Dos, Pamphile, est
Talenta quindecim. PA. Accipio.

Quale quid credi quoque debet factum esse in exemplis *l. 25. l. 44. §. 1. l. 46. §. 1. l. 57. l. 59. D. de jur. dot.* in quibus locis vera est dotis dictio, quamvis verbum *dicere*, vel *dictio* illic nusquam exstare voluerit Tribonianus, quia hodie omne pactum de dote obligat eos, qui de ea danda sunt pacti, *l. 6. C. de dot. promiss. & nud. pollicitation.* Et inde quoque forte factum est, quod in Institutionibus in titulo *de verb. obligat. & l. 1. §. 7. D. de oblig. & actionib.* nulla hujus dictionis sit mentio. Immerito autem ea, quae hic tradit Anianus, suspecta habet Donellus, sed circa res has antiquas sibi non satis fidens, *ad l. 1. D. de verb. oblig.* quem late refutavit Jo. Gœddeus *de contrab. & committend. stipul. prolegom. n. 7. & seqq.* Verum ut ad Salmasium redeamus, probandum ipsi fuisset, dictionem hanc etiam inter absentes per litteras & nuncium olim potuisse fieri, ut obtinet in iis, quae nudo fiunt consensu; vel etiam nutu, quo pleraque consistunt, *l. 32. §. ult. D. de oblig. & actionib.* quod tamen de hac dictione nemo admiserit. Fuit vero olim differentia inter quamvis nudam de dote danda conventionem, unde nemo obligabatur, secundum regulam de nudis pactis; & dotis dictionem, ex qua nonnullae personae obstringebantur, ut mox docebit Cajus: & stipulationem, ex qua omnes tenebantur, *l. 41. D. de jur. dot. Ulpian. tit. 6. §. 2.* Dictionem vero solenniter factam esse, clarissime docent Imperatores *L. 9. Cod. Theod. de incest. nupt.* dum scribunt: *Dos, si qua forte solenniter aut data, aut dicta, aut promissa fuerit.* Perperam Oiselius hanc legem adscribit titulo *de dotibus*, addens esse hanc legem 6. *Cod Justin. de dot. promission.* cum sit revera lex 6. *Cod. Justin. eod. tit. de incest. & inutilib. nupt.* & quae est lex *ult. Cod. Theod. de dotib.* est lex 6. *Cod. Justin. de dot. promission.* Similiter autem quoque in *l. ult. Cod. Theod. de dotib* distinguitur a promissione dotis non solenni dictio, & stipulatio. Verba habet quoque Oiselius. Quis vero credet Salmasio, (Oiselium enim parum moror) Imperatorum Quaestorem, qui constitutionem illam *d. ult.* scripsit, cujusque tempore res ipsa in viridi erat observantia, ignorasse, quid esset *dotem dicere*, aut *dotis dictio*: idque hodie post tot saeculorum decursum, in tanta veterum librorum juris inopia, aliquem rectius perspexisse? At pluribus de hac dotis dictione disputat V. C. Jac. Gothofredus *ad d. l. ult. Cod. Theod. de dotib.* & copiosius is, quem ille laudat, M. Aurel. Galvanus *de usufruct. Dissertation. var. cap. 15. n. 4. & seq.* qui tamen non recte ad illam refert verba Terentii *Andr. act. 1. sc. 1. vers. 73.*

- - - Hac fama impulsus Chremes,
Ultro ad me venit, unicam gnatam suam
Cum dote summa filio uxorem ut daret.

illic enim dos potius ostensa & demonstrata, quam vere dicta est. Hodie, ut jam monitum, omnes ex quacumque de dote danda conventione obligantur. SCHULTING.

39. *Ille*] Pacius recte emendat *illi*: & sic edit. Aleand.

40. *Sponso creditricis*] Patav. *marito creditoris*, male. ALEAND. Ita quoque ediderat Sichardus: sed Cujacius *sponso creditricis*, recte.

41. *Hae tantum tres personae*] Dotem tantummodo dicere poterant ipsa mulier nuptura, vel debitor mulieris, si ejus jussu diceret, vel etiam parens mulieris. Ulpianus *fragm. tit. 6. Dotem dicere*, inquit, *potest mulier, quae nupturus est: & debitor mulieris, si jussu ejus dicat institutus; parens mulieris virilis sexus per virilem sexum cognatione junctus, velut pater, aut avus paternus.* OISEL. His personis id non tam permissum, ut dotem dicendo obligarentur, quam quidem id oneris iis impositum, ut praeter regulas juris absque stipulatione ex dictione tenerentur; quia jam ante officii ratio id exigebat ab ipsa muliere ejusque patre, & obligatio praecedens a debitore. SCHULT.

42. *Aliae vero personae &c.*] Caeterae personae dicere dotem non possunt; dare & promittere dotem possunt, ut ait Ulpianus *tit. 6.* cujuscunque sexus, conditionisque sint, *l. promittendo, 41. D. de jur. dot.* ALEAND.

43. *Id est, ut interrogata respondeant, &c.*] Dotis itaque promissio interrogatione & responsione solemnibus verbis concepta constabat; & promittendo dotem omnes obligantur, cujuscunque sexus conditionisque sint, ut est *in l. 41. D. de jur. dot.* Quemadmodum & possunt dare. Ulpianus *fragm. tit. 6. Dare, promittere dotem omnes possunt.* OISEL.

44. *Et stipulata promittant*] Patav. *& stipulationem promittant.* ALEAND. Et sic quoque habet editio Sichardi. Anianus *stipulata* videtur posuisse pro *interrogata*, quo modo quoque antiquos verbum *stipulari*

§. 4. [45]Item & alio casu, uno loquente, & sine interrogatione [46]alio promittente, contrahitur [47]obligatio, id est, [48]si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse juraverit. [49]Exponendum hic, quid sit donum,

lari accepisse notum est ex Prisciano *lib. VIII. pag. 792.* sed Auctores nostri dicerent, *stipulanti promiserunt.* SCHULTING.

45. *Item & alio casu &c.*] Lego: *item & alio casu uno loquente, & sine interrogatione promittente.* Ut jurisjurandi obligatio contrahatur, libertum esse oportet, qui juret, & libertatis caussa jurare, *l. ut jurisjurandi, 7. D. de oper. libert.* alioquin si libertus non esset, & operas præstaturum se jurasset, nec ipse, nec fidejussor tenebitur, *l. si quis pro eo, 56. D. de fidejuss. & mand.* pariter servus antequam manumittatur, si juret, non tenetur, *l. servum, 36. D. de manumiss. test.* neque enim aliter, quam liber obligatur, *l. uls. D. de libera. caussa.* ALEAND.

46. *Alio.*] Expungit hoc Aleander. Certe idem, qui hic loquitur, etiam sine interrogatione promittit, non alius. Verum si rescriberemus *alii*, an non sic quoque locus recte sese haberet? Forte & Anianus *alio* scripsit pro *alii*: uti & in codice Florentino exaratum est *l. 137. §. 5. D. de verb. oblig.* & *altero* pro *alteri*, in *l. 13. D. de duob. reis constituend.* SCHULT.

47. *Obligatio.*] Quæ alia esse non potest, quam verborum; verba enim hic requiruntur: & quamvis non tam illorum solennitas, quam jurisjurandi religio spectetur, ut docent sequentia; debent tamen intervenire verba, & quidem inter præsentes prolata, *l. 6. §. 3. D. de confess.* Et quam aliam hæc potuerunt obligationem parere, quam verborum? unde & acceptum id ferri potest, quod sic promissum est, *l. 13. pr. D. de acceptilation.* quod non in aliis locum habet, quam quæ verbis sunt contracta, *l. 8. §. 3. D. d. t. §. 1. Inst. quib. mod. tollit. obligat.* quatenus videlicet acceptilatio in sui natura consideratur; nam interdum quoque vim habet conventionis, *l. 5. pr. D. de rescindend. vendition.* Immerito hæc quoque suspecta habet Donellus *ad l. 1. D. de verb. oblig.* quem etiam refellit ante a me citatus Goeddeus *dict. loc.* Ut vero in liberto jusjurandum hoc ad actionem prodesset, in caussa esse potuit, quod is etiam absque hoc jurejurando patrono tamen summopere ob inæstimabile libertatis beneficium obstrictus sit: adeo quidem, ut operas officiales indebite præstitas condicere nequeat, *l. 26. §. 12. D. de condiction. indebit.* Alius si ita juraverit, ne quidem naturaliter obligabitur, *arg. l. 56. pr. D. de fidejussor.* uti sit quoque in stipulatione inutili, *l. 1. §. 2. D. de verb. oblig.* Ceterum ex lege Julia Papia hæc obligatio venire visa est Viris Egregiis, etiam Cujacio *Paratitl. tit. C. de reb. credit. & jurejurand. & Observation. lib. XXII. cap. 7.* ubi nonnulla de illa habet, Jano a Costa *ad §. 11. Inst. de actionib.* Sed non potest hoc colligi ex verbis legis Juliæ Papiæ, quæ habemus in *l. 37. pr. D. de oper. libertor.* quum illic non caveatur, ut libertus ex jurejurando teneatur: verum certus illic tradatur modus, quo libertus ita obligatus liberetur: ut adeo id jam ante illam legem admissum fuisse videatur: & vel ex moribus descendisse, vel ex edictis Prætorum, quos alia quoque de patronis ac libertis introduxisse docet Ulpianus *l. 1. D. de bon. libertor.* Atque antiquum admodum hoc jus fuisse colligimus ex Cicerone *ad Attic. lib. VII. epist. 2.* qui docet, vetus fuisse jam tunc illud Drusi, Prætoris, qui eos, qui post manumissionem jam liberi nolebant eadem jurare, quæ, scilicet, in servitute juraverant, negabat se liberos addixisse. Docet quidem Venulejus *l. ult. D. de liberal. caus.* dubitatum quoque fuisse, an etiam servus ita jurando obligaretur, sed verius esse solos libertos obligari; quod congruum regulæ, *l. 14. D. de oblig. & action. l. 22. pr. D. d. R. J.* IDEM.

48. *Si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse juraverit.*] Videmus hoc loco etiam a Gajo nostro speciem obligationis verbis, nulla præcedente interrogatione, contractæ, statui solemne istud jusjurandum, quod patronus a liberto in manumissionibus de doni, muneris, & operarum præstatione, exigere solebat. Cujus jurisjurandi mentio in *l. ult. D. de lib. caus. l. 7. l. 37. D. de oper. lib. l. 34. D. de jurejur. l. antepen. §. 3. D. de confess.* Hinc libertus apud Quintilianum *Declam. ultima: Huic*, inquit, *debeo munus, operas, testamentum.* Quod jusjurandum & a servis exigebatur, ut religione astricti, posteaquam suæ potestatis esse cœpissent, jurisjurandi necessitatem haberent, ut est in *d. l. uls. D. de lib. caus.* Ut plurimum autem post manumissionem vel statim, vel etiam post tempus libertus jurare solebat, *d. l. 7. §. 2. D. de op. libert.* OISEL.

49. *Exponendum hic, quid sit donum &c.*] Adpendiculam hanc Aniani adgnovimus *lib. 11. in fin. cap. 12. de lege Falcid. (hic tit. 6.)* De donis, & muneribus vide *l. 194. l. 214. D. de verb. sign.* de operis, *l. 1. l. 3. l. 22. D. de oper. libert.* ALEAND. Quare itaque, Aniane, (te enim alloquor, quia tua hic vestigia, non Caji, iterum apparent) id non præstas? Numquid probe tuo te munere defunctum putasti, cum dixeris, *exponendum quid sit donum, aut munus, vel opera*, neque verbulum adjeceris, quo lectorem magis instructum redderes? Ita, ut vel secum quid unumquodque horum sibi velit, adferre debeat, vel aliunde hujus rei cognitionem petat, necesse sit. Expediamus igitur breviter ex aliis, quod hic deest. Et quantum ex *l. 18. l. 194 l. 214. D. de V. S.* colligere licet, si proprie loqui velimus, inter donum & munus hæc ponenda est differentia: quod donum sit proprie, quod nulla necessitate juris, sed sponte præstatur; munus vero, quod donatur respectu alicujus causæ, vel rei. Ita ut Munus sit donum causa aliqua impellente factum, ut puta, sponsalitium, nuptalitium, natalitium. Glossæ Nomicæ: Μύνος ὁ μετ' αἰτίας δόσις, ὡς τὸ γενεθλιακὸν, ἢ γαμικόν. Donum vero in specie, quod nullo alio in-

num, aut munus, vel operae. in qua re supradicti liberti [52] non tam verborum solennitate, quam jurisjurandi religione tenentur. [51] Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

§. 5. [52] Praeterea [53] inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interveniente

nitu donatur, sed a mera liberalitate proficiscitur. Solebant quidem patroni a libertis juramentum exigere, ut praeter operas, sibi quoque aliquando donum, aut munus praestarent. Illud quovis tempore & quandocunque liberto placebat, praestari poterat. Hoc vero libertus ob causam aliquam incidentem, & quae ipsum quasi officii sui admoneret, praestare tenebatur, puta, si patronus uxorem duceret, aut si ei infans nascereetur, aut si puero, vel patrono natalis existeret. Cornelius Fronto *de Differ. Vocab. Munus, quod amicus, vel cliens, vel libertus officii causa mittunt.* Ita usurpat Terentianus Davus *in Phormione:*

- - - Herilem filiam ejus duxisse audio
Uxorem; ei credo munus hoc conradetur.

& paulo post:

- - - Porro autem Getae
Ferietur alio munere, ubi herae pepererit.
Porro alio autem, ubi puero erit natalis dies,
Ubi initiabunt: omne hoc mater auferet,
Puer causa erit mittundi.

Et in hac quidem significatione *munus*, cum a simplici dono distinguatur, huic loco convenit. alias munus etiam pro onere, item pro officio ponitur *d. l. 18. D. de V.S.* Et hinc in Glossis Basilicis: Μύνος τρία σημαίνει, δωρεάν, καὶ βάρος, καὶ ὄφφικιον. Quemadmodum eodem respiciunt eædem Glossae, cum inquiunt: Μύνος τὸ ἐξ ἀνάγκης νόμω ἢ ἔθει ἢ ἄρχοντος γινόμενόν τινι βάρος. Operae autem sunt diurnum officium, quod libertus praesenti patrono jurat, vel promittit libertatis causa, *l. 1. l. 3. D. de op. libert.* Et operarum editio nihil aliud est, quam officii praestatio, *l. 22 D. eod.* Unde & dicuntur officiales, neque cuiquam alii deberi possunt, quam patrono, *l. 9. §. 1. D. eod.* Longe enim alia est harum conditio, quam fabrilium vel aliarum cujuscunque artificii, quae potissimum manibus expediuntur, quas quis extraneo, vel patrono, tanquam extraneo, non libertatis causa stipulanti promittit, quae non in officii, sed quasi in pecuniae praestatione consistunt; unde & tanquam pecunia credita peti possunt, *l. 4. l. 6. D. eod.* hinc etiam est, quod fabriles operae ad heredes transeant, officiales vero non transeant, *d. l. 6. D. eod.* Add. Cujac. *Observ. lib. XVII. cap. 14.* OISEL.

50. *Non tam verborum solemnitate*] Quia nulla solemnitas verborum fuit, quum stipulatio non intercesserit. tenentur ergo verbis, & religione jurisjurandi. Si nudis verbis promisissent absque jurejurando, non tenerentur. Si liberti non forent, etiamsi juravissent, non tenerentur. ALEXAND.

51. *Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.*] Nemo alius jureiurando obligatur, ut superius dictum est, quia iusiurandum pacto comparatur, *l. 1. l. 25. D. de jurejur. l. Stichum, 95. § naturalis, D. de solut. & lib. l. non solum, 21. §. 1. D. injur. l. juris gentium. 7. §. & generali, D. de pact.* sed pactum actionem, aut obligationem non parit, *l. juris gentium, §. sed quum nulla, D. de pact.* ergo nec jusjurandum, *l. si quis major, 41. C. de transact.* Hodie ex jure Canonum utrumque obligationem inducit, *c. 1. c. 3. de pact. cap. si vero. cap. veniens, de jurejur. 22. quaestio 5. cap. juramenti.* IDEM.

52. *Praeterea inutilis &c.*] Cur ait *Praeterea*? quia dixit inutiliter quenquam obligari ex dotis dictione, praeter tres personas jam connumeratas, item ex jurejurando praeter libertum. IDEM. Anianus admodum incommode haec connectit, multis omissis, quae Cajus habuit olim; & quae, si non omnia, majori saltem ex parte intelligi possunt ex Justinianeis Institutionibus, in quarum titulo *de inutilibus stipulationibus*, quem etiam his anteposuit Alexander, multa habemus distinctius exposita, quae Anianus hic attingit. SCHULT.

53. *Inutilis est promissio, &c. si aliquis se daturum promisit, quod sui juris non est*] Profert hic Gajus aliquot exempla rerum, quarum stipulatio inutilis est, quemadmodum nec obligatio earum ex alio quocunque contractu valere potest. Regula enim generalis est; Res omnes; quae dari, haberi per naturam, aut leges possunt, in obligationem recte deducuntur; quae vero dari non possunt, earum nulla obligatio est, *l. 35. pr. D. de V. O. l. 183. D. de R. J.* Hae vero ad tria genera reduci possunt. Nam I. dari non possunt, Res, quae non sunt in rerum natura, nec esse possunt, *§. 1. Inst. de inut. stip. l. 69. D. de V. O. l. 57. & l. seq. D. de contr. empt.* II. Quae commercio sunt exemptae, aut in totum, ut liber homo, res omnes divini juris, communes, publicae, universitatis, *l. 1. §. 9. D. de obl. et act. l. 35. 103. §. 1. l. 103. D. de V. O.* (quarum tamen venditio, si emptor ignorans emerit, eatenus subsistit, ut emptor actione ex empto vel pretium recipiat, vel consequatur quod sua interest, *l. 4. l. 62. §. 1. l. 70. D. de contrah. empt.*) aut certis tantum personis, ut mancipium Christianum Judaeo ac pagano, *tit. Cod. ne Christ. manc.* Valebit tamen hujus generis stipulatio, quamvis promissor commercium non habeat, si modo habeat stipulator, *l. 34. D. de V. O.* III. Quae jam nostrae sunt; nam quod nostrum est, id amplius nostrum fieri non potest, *l. 82. D. de V. O. l. 16. D. de contr. empt. l. 45. D. de R. J. l. 20. C. locat.* Aliud autem observatur, si ususfructus tantum noster sit, *d. l. 16. §. 2. D. de contr. empt.* De his autem rebus omnis conventio adeo non valet, ut nec earum aestimatio debeatur, *l. 103. D. de V. O. l. 34. §. 1. D. de contr. empt. l. 34. § ult. D. de legat. 1.* nec poena eo nomine promissa committatur, *l. 69. D. d. V. O.* ac ne sublata quidem rerum qualitate convalescat, *§. 2. Inst. de inut. stipul. l. 83. §. 5. D. de V. O.* propter regulam Catonianam, *l. 41. §. 2. D. de legat. 1.* Verum haec ita, si pure in obligationem deducantur. Caeterum omnes ejusmodi

res,

niente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, [54]quod sui juris non est: [55]hoc est, si aut [56]ingenuum hominem quasi servum se daturum promittat: aut si mortuum aliquis, quem vivum credebat, promiserit: aut locum sacrum, aut sanctum, aut religiosum daturum se quicunque promiserit.

§. 6. Praeterea inutilis est promissio, si aliquis rem [57]sub tali conditione promittat, quae impleri pro rei difficultate non possit.

§. 7. Praeterea inutilis est interrogatio & promissio, si ita aliquis interroget debitorem, [58]POST MORTEM MEAM, vel, TVAM ILLVD DARI SPONDES? Quod [59]propterea inutile visum est, [60]quia a persona heredis obli-

res, exceptis iis, quæ penitus hominum commercio exemptæ sunt, *d. l. 83. §. 5. D. de V. O. & l. 34. §. 2. D. de contrab. empt.* sub conditione utiliter promitti possunt, *l. 31. l. 98. D. de V. O. l. 61. D. de contr. empt.* OISEL.

54. *Quod sui juris non est*] Sui juris esse dicimus, qui alienæ potestati subjectus non est. At homo parum Latinus sui juris non esse hic intelligit, quod in re promissoris non est, aut quod dominio nostro non subjicitur, ut loquitur Justinianus *in princ. hujus tit.* ALEAND. Anianus per res, quas dicit non esse juris stipulatoris, intelligit, ut docent sequentia, res extra commercium, aut quæ non sunt in rerum natura. Distinctius Imperator *§. 1. & 2. Inst. de inutilib. stipulationib.* forte ex Cajo nostro. SCHVLTING.

55. *Hoc est, si aut ingenuum hominem*] Cajus dixerat *liberum hominem*, ut Justinianus, *§. 1. hoc tit.* quid enim de liberto? neque valet hæc stipulatio, etiamsi ex libero servus fieri potest, *l. inter stipulantem. 83. §. sacram. D. de verb. oblig. & §. 1. Instit. hoc tit.* nam quod ab initio non valuit, ex post facto non confirmatur. & ita Catoniana regula in stipulationibus quoque locum habere videtur. Quid si quis ita stipulatus sit? *illum quum servus esse cœperit, dare spondes?* tunc etiam ab initio ea stipulatio invalida erit. nam ea, quæ natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem nullo modo deduci possunt, *d. l. 83. & §. item contra, Instit. hoc. tit.* Sed & si Stichum servum dare quis promisit, isque, antequam traditus sit, sine culpa promissoris ad libertatem pervenerit, liberatur promissor, *d. l. inter stipulantem, 83. §. sacram*, quia regula est ea, quæ initio constiterunt, postea extingui, si ad eum casum deveniant, a quo incipere non possunt, *d. §. item contra Instit. hoc tit.* idem dicendum de re sacra, & religiosa, & sancta in exemplo, quod subjicitur. ALEAND.

56. *Ingenuum*] Aniani ætate omnes liberos vocabant ingenuos, ut dixi *ad lib. I. tit. 1. princ.* Cur autem hæc stipulatio non valeat, ratio redditur ab Ulpiano *l. 9. §. 2. D. de statu liber.* ubi ita scribit: *ea enim in obligatione consistere, quæ pecunia lui præstarique possunt: libertas autem pecunia lui non potest, nec reparari potest.* ubi *reparari* est *emi*, ut *l. 16. D. de in rem verso.* Sed de hac specie & sequentibus agit quoque Imperator *§. 1. & 2. Inst. de inutilib. stipulationib.* & ibidem Interpretes, ideoque plura non addam. SCHVLTING.

57. *Sub tali conditione promittat, &c.*] Impossibilis enim conditio vitiat contractum: veluti, *Si digito cœlum attigero, dare spondes? l. 7. D. de verb. oblig. §. si impossibilis, Inst. hoc tit.* ultimam voluntatem non vitiat, sed conditio pro non scripta habetur, ut docui supra *lib. II. c. 8. [hic tit. 3.]* Quænam diversitatis est ratio? ea est, quia qui solus agit (ut is est, qui testatur) si errore aliquo ducatur, non habet, qui animadvertat, at in contractibus, quia ex duorum pluriumve consensu agitur, & omnium voluntas spectatur, procul dubio talis cogitatio est, ut non omnes facile labantur, *ἀνατὸν* credentes, quod *ἀδύνατον* est, *l. non solum, 31. D. de oblig. & actio.* præterea favorabilior est ultima voluntas, & sustineri facilius solet. ALEAND. Conditio impossibilis stipulationi adjecta eam vitiat, quemadmodum & cæteros omnes contractus, *l. 1. §. 11. l. 31. D. de obl. & act. l. 7. l. 35. de V. obl.* secus ac in ultimis voluntatibus, ubi ipsa conditio vitiatur, & pro non scripta habetur, *l. 1. D. de cond. instit. §. 10. inst. de hered. inst.* OISEL.

58. POST MORTEM MEAM &c.] *§. post. mortem, Inst. eod.* hodie ex Justiniano hæc stipulatio valet, *l. scrupulosam, 11. C. de contr. & comm. stip. §. sed & si quis, Inst. hoc tit.* ALEAND.

59. *Propterea*] Ita recte habent editiones, quas inspexi, omnes. Solus Oiselius exhibet *præterea*, male. SCHVLTING.

60. *Quia a persona heredis obligatio incipere non potest*] Antiquitus quidam obtinebat, ut obligationes & actiones, quæ non cœperant a defuncto, vel contra defunctum, a persona heredis, vel contra eum non inciperent; verum Justinianus scrupulosam hanc juris veteris subtilitatem mutavit: voluitque obligationes & actiones etiam ab heredibus & contra heredes incipere posse, *l. unic. C. ut act. ab hered.* Ita ut stipulatio in tempus post mortem tam stipulatoris, quam promissoris concepta, hodie omni jure suo valeat, *l. 11. C. de contr. stipul.* OISEL. Veteres volebant omnia, quæ nos gerimus, a nobis quoque initium sumere, *l. 11. D. de obligationib. & actionib.* & hæc actio non est in hereditate, adeoque nec in heredem transire posse videbatur; quam regulam æquissimam vocat Cujacius *ad l. 217. D. d. V. S.* Non tamen illa naturalis est æquita-

Digitized by G

obligatio incipere non poteſt. Et ideo nec heredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, [61] nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius.

§. 8. Item inutilis eſt obligatio, ſi dicat creditor, [62] PRIDIE, QVAM MORIAR, DARE SPONDES? vel interroget debitorem, PRIDIE, QVAM MORIARIS? ſimiliter & haec ſtipulatio inutilis judicatur, quia non poteſt ſciri, quando ſit pridie, quam aliquis moriatur, niſi poſtquam mortuus fuerit.

§. 9. [63] Item [64] ſi pure interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat.

§. 10. Vel [65] ſi creditor [66] decem ſolidos debitorem interroget, & debitor

tis. unde nec olim in fideicommiſſis obtinuit, ut habuimus *tit. 7. §. 8.* & hodie illam ſuſtulit Juſtinianus *l. 1. C. ut action. ab heredib. & contr. hered. incip.* SCHULTING.

61. *Nec debitoris heres &c.*] Impreſſum Patavii, *nec debitoris heredes creditori tenentur obnoxii.* ALEAND. Nec aliter Sichardi editio habet.

62. PRIDIE, QVAM MORIAR] *d. l. ſcrupuloſam, d. §. ſed & ſi quis.* At ſi quis dixerit, *Quum moriar, dare ſpondes?* utiils ſemper fuit ſtipulatio, *§. ita autem, Inſt. hoc tit. l. quodcunque, 45 §. 1. D. de verb. oblig.* nam & conditiones, quæ in datione conſiſtunt, extremo etiam vitæ momento impleri poſſunt; *l. ult. D. de cond. inſtit.* quæ in facto conſiſtunt, non utique poſſunt. Ideo non valet ea ſtipulatio: *Quum morieris, Alexandriam venire ſpondes? l. centeſimis, 46. §. 2. D. de verb. oblig.* quia fieri non poteſt, ut quis extremo vitæ momento Alexandriam eat. Juriſconſulti moriendi verbum vitæ adſcribunt, ut & quidam Philoſophi fecere, quanquam alii morti vindicarunt, & Plato neque vitæ, neque morti, ſed tale quidpiam repente ſignificare, ait, quod in alterum tranſeat. qua de re Agellius *lib. VI. c. 13.* ALEAND. Hujusmodi ſimiliter ſtipulationem in, aut ante diem mortis, tam ſtipulatoris, quam promiſſoris conceptam Juſtinianus validam eſſe conſtituit, *d. l. 11. C. de contr. ſtipul.* OTSEL.

63. *Item ſi pure interroget*] Si quis pure interrogatus, reſpondeat ſe daturum ſub conditione, vel in diem; vel ſub conditione, aut in diem interrogatus, reſpondeat pure, id eſt, ſic, ut expreſſe dicat ſe ſtatim daturum, nulla contrahitur obligatio, niſi ſtipulatori diverſitas reſponſionis illico placuerit, *l. 1. §. 3. D. de V. O.* IDEM.

64. *Si pure interroget creditor*] *l. 1 §. ſi quis ſimpliciter, D. de verb. oblig.* quid, ſi ſub conditione interroget, ille vero pure reſpondeat? *ſi Titius Conſul factus fuerit, ſpondes? ſpondeo.* & conſtat, ſtipulationem validam eſſe, quia breviter videtur in eandem conditionem ſpopondiſſe: neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit, §. *praterea, Inſtit. hoc. tit.* valida inquam eſt, niſi aperte demonſtraverit, nolle ſe ulli conditioni ſubjacere, *d. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.* ALEAND.

65. *Si creditor decem ſolidos interroget, &c.*] Quod Gajus hic dicit, ſi quis ſtipulanti decem, reſpondeat quinque ſe daturum, in totum ſtipulationem vitiari, perſpicue adverſatur verbis Ulpiani in *l. 1. §. 4. D. de V. O.* ubi ait: *Si ſtipulanti mihi decem, tu viginti reſpondeas, non eſſe contractam obligationem, niſi in decem conſtat. Ex contrario quoque ſi me viginti interrogante, tu decem reſpondeas, obligatio niſi in decem non erit contracta. licet enim oportet congruere ſummam, attamen manifeſtiſſimum eſt viginti & decem ineſſe.* Ex his Ulpiani verbis videmus hujusmodi ſtipulationem non in totum eſſe inutilem, ut vult Gajus, ſed pro ea duntaxat ſumma, quæ alterius vel interrogationem, vel reſponſionem excurrit; ac utroque casu obligationem in decem contractam eſſe. cui & aſſentiri videtur Paulus in *l. 83. §. 3. D eod.* Veteres itaque JC. in diverſas partes hoc caſu abiiſſe manifeſtum eſt ex allatis. Tribonianus etiam, qui in componendis Inſtitutionibus Juſtinianeis Caji exemplum ſibi propoſuerat ſequendum, hanc Caji ſententiam, quam apud eum inveniebat, in Inſtitutiones Imperatorias tranſtulit, oblitus forte eorum, quæ in Digeſtis ex Ulpiano & Paulo adduxerat. Nam §. 5. *Inſt. de inutil. ſtipul.* ita inquit: *Praterea inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat, veluti ſi quis decem aureos a te dari ſibi ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contra.* Quæ verba itidem manifeſte referunt hujusmodi ſtipulationem plane inutilem eſſe. Ac fruſtra hic ſunt Interpretes, qui hunc §. 5. cum Ulpiani verbis *d. l. 1. §. 3. D. de V. O.* conciliare ſtudent. Omnino enim hæc diverſitas Triboniani ſupinitati adſcribenda. Et ſiquidem ſtrictam juris rationem ſequi velimus, quæ vult, ut interrogatio & reſponſio invicem exacte conveniant, omnino dicendum videtur, ſtipulationem in totum inutilem eſſe, in qua decem aureos interroganti, quinque dari promittantur, vel contra. Nec usquequaque verum eſt, minorem ſummam in majori contineri. Alioqui, ut bene obſervavit Hotomannus, ſequeretur in hac formula, *Centum dari ſpondes?* duas, immo tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt nummi, contra *l. 29. D. de V. O.* Huc etiam facere videtur, quod fidejuſſor, qui pro eo, qui decem debebat, in viginti fidejuſſit, omnino non obligari dicatur in *l. 8. §. 7. D. de fidejuſſ.* hoc eſt, ita, ut ne quidem in decem teneatur. Quod quidem omnino verum eſt in fidejuſſore; quia fidejuſſorem in duriorem cauſam, quam reus principalis, acceptum, ſimpliciter non teneri placet, *d. l. 8. §. 7. & ſeq. l. 16. §. 1. l. 34. l. 49. §. 2. l. 70. §. 1. & 2. D. eod.* Cæterum in ſtipulationibus

tor quinque promittat, [67] hoc ordine integrum debitum vacillare [68] cognoſcitur.

§. 11. [69] Si quis nobis pecuniam debeat, [70] poſſumus debitorem noſtrum compellere, [71] ut pecuniam, quam nobis redditurus erat, [72] alteri ſe caveat red-

tionibus Ulpiani ſententiam ſequi æquius, melius erit. Nam, ut idem Ulpianus in *l. 80. de V. O.* ſcribit: *Quoties in ſtipulationibus ambigua oratio eſt, commodum eſt id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto ſit.* Quod & tradunt Julianus & Paulus in *l. 12. & l. 21. D. de reb. dub.* Similiter in legato, ubi heres damnatus eſt debitorem, qui decem aureos debebat, liberare viginti aureis, receptum eſt, ut heres nihilominus eum liberare teneatur decem aureis, *l. 7. §. 2. D. de liber. legat.* OISEL. A Caji ſententia, quæ rigidum jus ſequitur, poſtea receſſum fuiſſe, adeoque tempore Ulpiani & Pauli humaniorem obtinuiſſe, exiſtimat etiam V. C. Janus a Coſta *ad §. 5. Inſt. de inutilib. ſtipulationib.* ubi & alibi in Inſtitutionibus tale quid reperiri obſervat. SCHULTING.

66. *Decem ſolidos debitorem interrogat*] Idem ſi quinque interroget, decem promittantur, *d. §. præterea, Inſt. hoc tit.* Videtur obſtare *l. 1. § ſiſtipulanti*, D. *de verbor. obligat.* ait enim Ulpianus, ſi ſtipulanti decem, viginti quis promittat, aut ſtipulanti viginti, decem promittat, contrahi obligationem in decem. Vera conciliatio eſt, quam & Accurſius innuit, in eo *§. ſi ſtipulanti.* placuiſſe illico diverſitatem reſponſionis, ex *§. anteced.* at in *§. præterea, Inſt. hoc titulo*, caſum denotari, quo diverſitas non comprobatur. Male quidam ita concliant, ut in *d. §. præterea*, ſtipulatio inutilis ſit, præterquam in minori ſumma, id enim hoc loco a Cajo refellitur, dum ait: *integrum debitum vacillare cognoſcitur.* ALEAND.

67. *Hoc ordine*] Id eſt, *hoc modo* ita loquitur quoque Anianus *hoc tit. §. 4. lib. 1. tit. 2. §. 2. & alibi.*

68. *Cognoſcitur*] Poſt hoc verbum Aleander novum poſuit titulum *de Novationibus & Delegationibus*: & hanc notam.

De Novationibus] Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem tranſfuſio, atque translatio. hoc eſt, quum ex præcedenti cauſſa ita nova conſtituitur, ut prior perimatur, *l. 1. D. hoc tit.* Delegare eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui juſſerit, *l. 11. D. eod.* quod quia ut plurimum per ſtipulationem fit, ideo agitur hoc loci, quo & latenter de litterarum obligationibus inſertum eſt. ALEAND.

69 *Si quis nobis pecuniam debeat, &c.*] M. Aurelius Galvanus, *de uſufruct. Diſſertation. Variar. c. 17. n. 8.* ubi fuſe de litterarum obligatione diſſerit, exiſtimat, jam hic egiſſe Cajum de litterarum obligatione, non in paragrapho demum ſequenti, ubi expreſſa illius fit mentio, ac deeſſe hic, & ab Aniano eſſe omiſſa illa, quibus deſcripta fuerat vetus obligatio, quæ fiebat nominibus; cujus meminit Imperator *tit. Inſt. de litterar. obligationib.* & quam deſcribit ibidem Theophilus: ubi docet ſolennibus verbis, tam ore pronunciatis, quam ſcripto comprehenſis, illam contractam fuiſſe. (de qua quoque *ad §. ſeq.* copioſe egit Oiſelius.) Sane Anianum hic ex Cajo aliqua omiſiſſe, ut ſolet, non ivero inficias: nihil tamen video, cur non etiam Cajus de delegatione diſputaverit occaſione obligationis verborum: quoniam verbis etiam ſolis delegationem & expromiſſionem olim fieri potuiſſe negari nequit: quamvis eandem quoque intervenientibus verbis illis ſolennibus, quæ in litterarum obligatione adhiberi moris erat, & ipſis litteris, ſive ſcripturæ proprietate, ut loquitur Cajus noſter *l. 2. D. de obligat & actionib.* fieri potuiſſe, pateat vel ex *§. ſeq.* ubi Anianus oſtendit obligationem ita transferri poſſe de perſona in perſonam. Unde & fieri poteſt, ut hic de litterarum obligatione etiam aliquid dixerit Cajus occaſione delegationis. Theophilus quidem delegationis per litteras non meminit; quippe, qui ſatis habuit unicum tantum ejus obligationis exemplum in novatione in ſpecie ponere. Ad hanc vero ſpeciem pertinere videtur *l. 68. §. 1. D. de evictionib.* quem locum ad litterarum obligationem veterem etiam refert is, quem nominavi, Galvanus. SCHULTING.

70. *Poſſumus debitorem noſtrum compellere, &c.*] Ea hæc forma loquendi ab Aniano eſſe videtur. Sane ad ſolvendum quidem compelli poteſt inſtituta actione debitor: verum nusquam actio prodita eſt, qua debitor cogatur delegari. hoc volentem requirit & creditorem, & debitoris debitorem, *l. 1. l. 6. C. de novationib. & delegationib.* Poteſt vero delegari non tantum debitor debitoris, ſed & alius: imo & pro debitore invito aliquis expromittendo ſe obligare, illumque liberare poteſt, *l. 8. fin. D. de novationib. & delegationib. l. 91. D. de ſolutionib.* Quod vero Salmaſius *de uſur. c. 6.* & Oiſelius *ad §. ſeq.* putant, creditorem per litteras obligaſſe debitorem ſuum ad ſolvendum alii, cui ipſe debebat, cuique eum delegabat, indeque dici litterarum obligationem, id quo pacto probari poſſit non video. Sane litterarum obligatio novationem inducebat, ut docet Theophilus & Gloſſæ Baſilicæ. verum mandatum ſolum non novat obligationem: ſed ſi ſuſceptum ſit a debitore, conſtringit illum tantum ad obligandum ſe creditoris ſui creditori: quodque dicimus, delegatione obligationem priorem tolli, id intelligimus non de ſubſtitutione ſola debitoris alterius in locum prioris, ſed ita demum, ſi expromiſſio ſecuta ſit, *§. 3 Inſt. quib. mod. tollit. obligat.* Et quæ, quæſo, erit ratio, cur hoc mandatum magis litteras de fideraſſe credamus, quam alia, quæ ſolo conſenſu etiam tacito peragi poſſe certiſſimum eſt? Nihil video tale oſtendi; quod tamen neceſſarium erat in re tam nova, & communibus regulis adverſante. IDEM.

71. *Ut pecuniam, quam nobis redditurus erat, alteri ſe caveat redditurum*] Eſt hic omnino delegationis modus. Finge, Titium debere Sejo centum, Sejum itidem

redditurum. Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cavet, [71]de cauto & non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid diſputationis adferre, [74]quum id, quod a nobis accepit, alteri caverit [75]redditurum.

§. 12. [76] Litteris obligatio fit, aut [77]a re in perſonam, aut [78]a perſona in per-

dem centum Sempronio. Sejus Titio debitori ſuo mandat, ut centum aureos, quos ei debet, Sempronio ſe redditurum caveat. Sempronius a Titio ſtipulabitur hac, vel ſimili formula: *Centum, quos a Sejo accepiſti, mihi daturum, vel redditurum ſpondes?* Reſp. Titius, *Spondeo.* Neque Titius hoc caſu contra Sempronium excipere poterit de cauta & non numerata pecunia, quaſi ipſi caverit redditurum, quod non acceperit; quia licet Sempronio ante cautionem interpoſitam nihil debebat, tamen, cum ex mandato Seji, Titius ſtipulanti Sempronio promiſerit ſe redditurum, quod a Sejo acceperat, cautio iſta non minus rata erit, quam ſi ipſi Sejo caviſſet, quia Sempronius in locum Seji ſuccedit, ac Titius ipſi tantummodo reddit, quod alioquin ipſi Sejo reddere teneretur. OISEL.

72. *Alteri ſe caveat redditurum*] Per ſtipulationem. ALEAND.

73. *De cauto, & non numerato*] Qui quaſi accepturus mutuam pecuniam adverſario cavit, quæ numerata non eſt, exceptione non numeratæ pecuniæ adverſus agentem uti poteſt, *l. ſi quaſi, 7. C. de non numer. pecu.* at qui in ejus vicem, qui erat obligatus, ſubſtituit ſe debitorem, hac exceptione uti non poteſt, *l. fruſtra, 6. C. eod.* certe enim a priore debitore pecuniam accepit, ut hic dicitur. IDEM.

74. *Quum id, quod a nobis accepit, alteri caveris redditurum*] Exceptio non numeratæ pecuniæ delegato tali videbatur quidem competere ex propria perſona, in delegatione ſaltem per litteras & nomina facta: in illa enim ſpecie obligationis & verbis, & litteris profitebatur quis, alterum ſibi pecuniam expenſam tuliſſe, ut ex Theophilo intelligimus factum eſſe in nominibus faciendis, *ad tit. Inſt. de litterar. obligationib.* at nihil ipſi præſtitum erat: & tamen is delegatus tenebatur valide, *add. l. 6. C. de non numerat. pecun.* idque etiam in aliis ſpeciebus obligationis nominum obtinuiſſe debuit, quando præter fidem quidem veri pecunia expenſa eſſe dicebatur: & præcedens obligatio adfuerat, *l. 3. C. d. t.* hæc enim numerationis loco habebatur: nec ignoraverant illi, qui ita ſe obſtrinxerant, pactionem eſſe contra fidem veritatis: & pecuniam, quæ re ipſa non erat numerata, ita perſcriptam eſſe, quaſi numerata fuiſſet: uti in ſyngraphis quoque factum eſſe ſcribit Aſconius Pedianus *ad Ciceron. in Verr. lib. 1. c. 36.* Hic ergo aliquis obligabatur valide verbis litterisque, quaſi ex cauſa numeratæ pecuniæ, abſque exceptionis de ea non numerata auxilio. Atque hac occaſione Tribonianus aliquid quoque poterat monere de exceptione non numeratæ pecuniæ hodie quoque ceſſante contra chirographum poſt lapſum temporis, uti & fecit *dict. tit. Inſt.* verum pauto plenius, accuratius, & diſtinctius hoc debuiſſe proponi, as ille fecit, ſi quis contenderit, huic facile adſentiar. SCHULTING.

75. *Redditurum*] Poſt hoc verbum ita legitur in editione Sichardi. *Nec poteſt ei, niſi litteris obligatio ſiat, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam dari.* Ita quoque habet editio Aleandri, cujus duæ notabiles lectioni reſpondent.

Nec poteſt ei, niſi litteris obligatio ſiat, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam dari] Sequuti ſumus editionem Patavinam, in aliis enim ſic eſt; *Litteris obligatio ſit, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam: a re &c.* quæ verba quid ſibi velint, vix eſt, ut quis conjiciat. Sed & quæ poſuimus, titubare videntur: ſic tamen initio legendum cenſeo. *nec poteſt ei, niſi litteris obligatio ſiat, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam, exceptio dari.* Neque ubi re contracta eſt obligatio, neque ubi perſona delegatur, exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet. Habet tamen, ubi litteris obligatio intervenit, quia tunc quaſi credita pecunia petitur. atque hunc eſſe horum verborum ſenſum, liceat nunc divinare, dum doctioribus acutiorem conſiderationem relinquamus, quibus cedo lubens, volens. ALEAND. Lectio, quam exhibet Aleander, quamque ipſe pleniorem conatur reddere, non aliud vult, quam non aliter exceptionem non numeratæ pecuniæ dari, quam ubi litteris inita eſt obligatio, aut a re in perſonam, aut a perſona in perſonam; quæ nec præcedentibus reſpondent, nec veritati congruunt: delegato enim exceptio illa competere non potuit, ut jam dictum eſt, nec ipſe Aleander diffitetur: uti nec locum habuit, quando idem manebat debitor, & præcedens debitum novabatur, ut modo diximus. Merito vero ſibi parum hic fidit Vir Doctus, qui etiam non cogitavit, eamdem exceptionem locum habere poſſe, ſi ex ſtipulatu pecunia petatur, non ex chirographo, *§. 2. Inſt. de exceptionib. l. 2. §. 3. D. de dol. mal. & met. exception.* Recte illud de mutuo negat; hinc enim ſi quis conveniatur, cui nihil eſt numeratum, non opus erit exceptione; ſed ipſo jure ſe teneri reus negabit, quum nihil ſit numeratum. SCHULTING.

Niſi litteris obligatio ſiat] Non enim minus valere placuit, quod ſcriptura, quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur, *l. non figura, 58. D. de oblig. & act.* quæ obligatio olim nominibus fieri dicebatur. Hodie ita fit, ut ſi quis ſpe futuræ numerationis ſcripſerit, ſe pecuniam debere, recte obligetur, ita tamen, ut exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poſſit intra biennium, a die confecti chirographi, quod Juſtinianus conſtituit, olim enim erat intra quinquennium, *§. ult. Inſt. de litter. oblig. l. in contractibus, 14. C. de non numer. pecun.* quod ſi creditor per hoc temporis ſileat, poteſt, qui ſe obligavit, actoris partes ſuſcipere, & per condictionem obligationem repetere, *l. ſi quaſi, 7. C. eod. tit.* ALEAND.

76. *Litteris obligatio ſit*] M. Aurelius Galvanus *dict. loc.*

loc. corrigit, & legit: *Litteris enim obligatio fit*, ut hæc ita cum superioribus connectantur. verum nulla ratio apparet talis connexionis: nec ex eo, quod litteris obligatio contrahatur hoc illove modo, bene consequitur, delegato debitori exceptionem non numeratæ pecuniæ denegari. Maneant ergo hæc a prioribus distincta, uti illa quoque Cujacius aliique repræsentarunt. SCHULTING.

76. * *Literis obligatio fit aut a re in personam, aut a persona in personam.*] Duobus itaque & distinctis modis fiebat literarum obligatio, alio modo, cum a re in personam, alio vero, cum a persona in personam. Atqui in exemplis hic subjectis omnino unus idemque modus, prout vulgo legitur, tantum exprimitur. Nam quid interest, utrum dicatur, ut, quod mihi ex emptione, &c. debes, id alii meo mandato reddas, an vero, ut id, quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, ut reddere debeat? Nam utroque modo una eademque res, diversis tantum verbis, designatur, delegatio nimirum; cum quis vice sua creditori alium debitorem delegat; quæ delegatio, ut literis fieret obligatio, etiam per scripturam mandari debebat, ut non sibi, sed creditori suo solveret. Et ita quidem Vir Maximus Salmasius, libro *de Usuris*, hæc Caji verba accipit, & existimat delegationis tantum propriam esse literarum obligationem, atque ideo literarum obligationem dici, quia creditor debitorem suum per literas obligat ad solvendum alii, cui debet ipse, eique eum delegat, ac substituit in locum suum. Et hoc quidem posteriori speciei literarum obligationis, quam Cajus dicit fieri a persona in personam, satis convenire arbitror. Sed ad illam, quæ a re in personam fit, pertinere non puto. Aliam enim omnino & distinctam obligationis literarum speciem facit Cajus eam, quæ fit a re in personam, ab ea, quæ fit a persona in personam. Itaque ego potius cum Fabroto *ad Theophilum*, Caji verba ab Aniano interpolata, aut librariorum incuria ita corrupta esse existimo, ut vix umbra veræ prudentiæ compareat. Videndum tamen num aliquid boni ex iis exsculpere valeamus. Ac primum quidem, ego omnino hic a Gajo per literarum obligationem, quam a re in personam fieri dicit, designari putem illam literarum obligationem, quam Theophilus Veteribus usitatam fuisse dicit *lib. III. tit. 22.* Immo facile crederem Theophilum, quæcunque ibi de literarum obligatione adfert, ea vel ex ipsis Caji nostri Institutionum libris, vel saltem ex alterius Veteris Jurisconsulti scriptis hausisse. Vixit enim Theophilus eo tempore, quo integra Veterum scripta, atque inter ea haud dubie Gaji nostri Institutionum libri adhuc exstarent, e quibus hausit, quæ passim ex Jure Veteri adducit ad majorem lucem mutuandam iis, quorum obiter tantum in Justiniani Institutionum libris, cum jam in desuetudinem abiissent, mentio fit. Literarum vero obligationem Theophilus hoc modo describit: Λιτερις ἐγὶ, inquit, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μεταχηματιζόμενον, ῥήμασι γὰρ γράμμασι τυποῖς. Quibus verbis novatio describitur, quæ solemnibus verbis & literis fieri solebat. Adfert deinde Theophilus exemplum hujus literarum obligationis, quod plane confirmat, cum, quæ de literarum obligatione refert, a Gajo nostro sumpsisse, cum & ejus vestigia in Caji verbis, quamvis illa vel ab Aniano, vel a librariis imperitis depravata sint, adhuc compareant. Subdit enim Theophilus, si quis debitorem suum, qui ei centum aureos ex emptione, aut locatione, aut mutuo, aut stipulatione debebat, ex literarum obligatione sibi obnoxium esse vellet, necesse erat, ut hujusmodi verba diceret & scriberet ad debitorem suum: *Centum aureos, quos mihi ex caussa locationis debes, expensos tibi tuli?* Deinde adscriberetur ex parte debitoris, *Expensos mihi tulisti.* χρὴ ἡ μὲν πρότερα ἤτις ἦν ἐποχὴ, ἐπερώτησις καὶ ἀπόκρισις γενέσθαι· καὶ τότε ἦν τὸ ἐν γράμμασιν εἶναι τὴν ὁμολογίαν ἐδέκετο. Quæ literarum obligatio dicebatur, quia in literis consistebat. Atque ita quidem hæc Theophili verba nobis repræsentat editio illa, quam Doctissimo Fabroto debemus. Sed ab ista nonnihil abit Theophili contextus, prout olim ante Fabrotum a D. Gothofredo editus est. Pro Latinis enim illis, *Centum aureos, &c.* Gothofredi editio hæc Græca ita concepta habet: Τὰς ἑκατὸν χρυσᾶς, ἃς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωστεῖς, σὺ ἐκ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. εἶτα ἐναγράφεται, ὡς ἐκὸ τῆ ἐνόχῃ ἤδη γενομένη ἐκ τῆς μισθώσεως ταῦτα τὰ ῥήματα. Ἐκ τῆς συνθήκης ἀφεῖλα τῶν οἰκείων γραμμάτων. Ut sensus sit ex parte creditoris: *Centum aureos, quos mihi ex causa locationis debes, tu mihi ex conventione & pactione dabis propriarum literarum?* Ex parte vero debitoris: *Ex conventione illos debeo meorum literarum.* Quæ aliquomodo adhuc efficaciora videntur ad priorem obligationem novandam in literarum obligationem. Utrumque tamen eodem redit. Ad hanc Theophili mentem omnino Gaji nostri verba, hoc, vel simili modo, emendanda censeo: *A re in personam, velut si id, quod ex emptione, aut conductione, aut societate debes, scriptura intervenient aliter mihi reddas.* Ut res manifestior fieret, addidi hæc verba, *scriptura intervenient.* Potest etiam, his subintellectis, ut minima fiat mutatio, simpliciter legi, *aliter mihi reddas.* Quis hoc modo Gajum sibi restitutum non videt? & omnino idem dicere, quod Theophilus. Neque audiendus est Hotomannus *in Comm. ad Inst. de liter. oblig.* ubi ait, absurda esse, quæ Theophilus commemorat de certis & solemnibus verbis, & de novatione veteris obligationis in litterarum obligationem; quasi hujusmodi litterarum obligatio Veteribus nunquam cognita fuisset; quod omnino absurdum est ab eo statui, nedum scribi. Fateor quidem, & nemo sanus hoc negabit, aliam fuisse obligationem apud veteres, quæ nominibus fieri dicebatur, ab obligatione litterarum a Theophilo commemorata. Sed numquid inde sequitur, si hæc non eadem fuerit cum illa, hanc ideo Veteribus in usu non fuisse? Ac cui potius fides habenda, utrum Theophilo, cui integra Veterum scripta lustrare contigit, unde de eorum mente ipsi constare potuit, id asserenti; an vero Hotomanno, qui lacunas tantum inspexit, nec tamen undique perspexit, id temere neganti? Nam hoc modo obligationem novari Veteribus solitam in literarum obligationem, perspicuum quoque est ex *l. pen. Cod. Theod. de denunt. vel edit. rescript.* Ubi hæc leguntur:

Si quis debiti, quod vel ex fœnore, vel mutuo data pecunia sumpsit exordium, vel ex alia qualibet titulo, in literarum obligationem facta cautione translatum est, &c. Numquid hæc verba alium sensum admittunt, quam Theophili? Et quid, nisi idem, sibi volunt hæc Mich. Pselli in *Synops. Jur. vs.* 139. τῆς δ' ἐνοχῆς τῆς literis λεγομένης novatio, τὸ χρέος μεταβάλλουσα τὸ παλαιὸν εἰς νέον. Post hæc nemo credo in dubium vocabit, utrum hujusmodi literarum obligatio Veteribus usitata fuerit. Quod autem Cajus hanc obligationem a re in personam fieri dicat, id hanc rationem videtur habere; quia, quod mihi antea ex causa emptionis, locationis, &c. debebas, postquam id in literarum obligationem translatum fuerit, jam non amplius ex emptione, &c. quasi ex re, sed simpliciter, quasi ex tua tantum persona, debere incipias. Quicquid sit, Anianus haud dubie probe hic suas partes egit; & si quid lucis olim apud Cajum fuerit, id densissimis tenebris involutum pœne obscuravit; quas tamen pro viribus nostris pellendas duximus; quo successu, penes harum rerum intelligentes judicium esto. Cæterum, quod Cajus etiam facit literarum obligationem a persona in personam, per eam, ut jam diximus, nihil aliud forte significat, quam delegationem; eamque ideo literarum obligationem vocat, quia creditor debitorem suum per literas obligare solebat, ad solvendum ei, cui ipse debebat, cuique eum delegabat, atque in locum suum substituebat; quod etiam literis fieri potuisse liquet ex *l. 17. D. de novat. & delegat.* Σύμφορον δὲ ταῦτα ἐν ἐπιστολῇ χρέων, ut Theophili verbis utar. Sed obtinet alia quædam obligatio, quæ literarum dicitur, ac contrahitur, cum quis scripto alteri mutuo consensu tradito confessus est, se ei certam summam pecuniæ ex causa mutui debere, quam tamen non accepit, nec intra biennium confessionem retractavit, *tit. Inst. de liter. oblig.* Exigitur itaque hodie ad literarum obligationem contrahendam, ut aliquis scripto confessus sit se debere, quod non debebat; fitque una & sola hæc causa hujus obligationis propria, literæ & confessio scripta. Nam si alia causa, puta, stipulatio, vere intervenerit, tum obligatio non erit ex literis, sed ex stipulatu; sed tamen eandem vim & pro reo & contra reum habebit, ac si esset sine stipulatione, *l. 9. C. de non num. pec.* §. 2. *Inst. de except.* Requiritur porro, ut se confessus sit debere non ex qualibet causa, sed tantum pecuniæ creditæ. Cæterum enim omnes confessiones, quacunque ex causa sint, ad probationem tantum & fidem rei gestæ valent, *l. 25. §. 4. D. de probat. l. 13. C. de non num. pecun.* Sola vero cautio & confessio pecuniæ creditæ obligationem inducit. Pecuniæ appellatione etiam cæteræ res, in quibus mutuum consistit, intelliguntur, *l. 14. C. de non num. pec.* Cæterum non sufficit ad efficacem literarum obligationem, ut quis scripto confessus sit, se pecuniam creditam accepisse, aut sibi numeratam esse; sed præterea requiritur, ut cautio emissa silentio biennii (antea tempus requirebatur quinquennale, ut constat ex Constitutione Aurelii Cæsaris, quæ reperitur in fragmento Codicis Hermogeniani, *tit. de cauk. & non num. pecun.*) confirmata sit, *tit. Inst. de liter. oblig.* & passim, *C. de non num. pecun.* intra biennium vero, ex quo emissa est, ne ad probationem quidem, nedum ad obligationem valet, *l. 3. l. 10. C. eod.* Sed & confitenti ad retractandam intra biennium confessionem tria remedia prodita sunt. I. Condictio sine causa, aut ob causam dati, causa non secuta, ad repetitionem cautionis, sive chirographi, *l. 7. C. de non num. pecun. l. ult. C. de cond. ex leg.* Quæ & indebitæ quantitatis scripturæ condictio vocatur in *l. 3. C. de cond. indeb.* Unde Scholiastes Theophili: πρὸ γὰρ τῆς διετοῦς ἐγχειρήσεως τὸν ἐνδέκτον κανδαλίσαντα πρὸς ἀνάκλησιν τῶν πεπλανῆσθαι ὁ παρὼν τὸ γραμματεῖον. Et Græci ad *d. l. 7. C. de non num. pec.* δύναται καὶ μὴ ἐγχειρῆσαι κινῆσαι τὸν ἐνδέκτον κανδαλίσαντα κατὰ τῶν δανεισάντων ἐπὶ τῷ λύσαι τὸν κατ' αὐτὸ ἐγχείρ. II. Querela, seu denunciatio, aut protestatio non numeratæ pecuniæ, *l. 2. 9. C. de non num. pecun.* quæ in scriptis fieri debet, ut exinde exceptionem perpetuam debitor consequatur, *l. 14. §. ult. & auth. seq. C. eod.* III. Exceptio non numeratæ pecuniæ adversus creditorem intra biennium agentem, *l. 3. l. 5. d. l. 8. d. l. 14. C. eod.* quæ præter naturam aliarum omnium exceptionum onus probandi transfert in creditorem, *l. 3 l. 10. C. eod.* Hujus autem ratio est, quia debitor negatione se tuetur, *d. l. 10. C. eod.* cujus nulla est probatio, *l. 23. C. de probat.* Nota autem, exceptionem non numeratæ pecuniæ non tantum locum habere in mutuo, ut quidam e Latinis putabant ex *l. 1. C. de non num. pecun.* & e Græcis etiam Theodorus, sed etiam in dote, & solutione debiti, & in aliis plerisque, ut ait Thalelæus, qui & eo nomine Theodorum notat: ἐμέν, inquit, ἐπὶ δανείου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προικὸς καὶ ἐπὶ χρέως καταβολῆς, καὶ ἄλλων πολλῶν δύναται ἀντιτίθεσθαι ἡ ἀναγνῶσις. Huic autem exceptioni non numeratæ pecuniæ est etiam adjuncta generalis doli mali exceptio, *l. 3. C. de non num. pecun.* Vel exceptio in factum detracta doli mentione *l. 9. C. eod.* Sin autem biennium elapsum sit, neque confessus intra illud beneficio retractandæ confessionis sibi indulto usus sit, tum vi cautionis & chirographi obligabitur in eam summam, quam confitetur cautione se accepisse, atque ad eam solvendam adstringetur, ut manifeste constat ex *l. 8. l. 14. pr. vers. nullo modo, & §. 2. in fin. C. de non num. pecun.* nec amplius quæritur, an pecunia confessa numerata sit, nec ne; sed scriptura, auctoritate juris, pro veritate habetur. Biennium vero hoc, quod est continuum, currere incipit a tempore emissæ cautionis; ita tamen, ut hæc præscriptio non currat minoribus XXV. annis: & majores, qui per justam absentiam querelam movere non potuerunt, adversus exceptionem amissam in integrum restitui possint, *d. l. 14. C. de non num. pecun. l. 2. C. in quib. caus. in integr. rest. nec. non est. l. 1. in fin. D. ex quib. caus. maj.* Adeo autem exacto biennio hæc literarum obligatio efficax est, ut ne quidem debitor, qui post biennium probare paratus est, pecuniam sibi numeratam non esse, audiendus sit, *l. 8. l. 10. l. 14. pr. & §. 3. C. de non num. pecun.* fac. *Inst. C. de cond. ex leg.* Cæterum hæc literarum obligatio tota nititur civili quadam æquitate, quæ utilitatem publicam, ac judiciorum expediendorum facilitatem maxime spectat; ac eadem fere ratione defendi potest, qua usucapio & præscriptiones temporales, *l. 1. D. de usucap. l. ult. D. pro suo. l. 1. l. 3. C. de annal. excep.*

Digitized by Google

cept. OISEL. Anianum quidem illa, quæ recte tradiderat Cajus, perperam contrahendo miſere corruppiſſe, facile mihi perſuaſerim: ita tamen, ut vel in his ipſis, quæ nobis reliquit, quaſi per nebulam aliquid videre poſſimus de veteri litterarum, ſive nominum, obligatione, quam hic deſcripſerat Cajus; qui hic non videtur egiſſe de quodam ex modis pecuniæ vel credendæ, vel creditæ probandæ; quorum aliquos enumerat Cicero *pro Roſcio Comœd. cap. 5.* & plures Gellius *Noct. Atticar. lib. XII. cap. 2.* qui & inter hos expenſi lationem referunt; de qua, nec non nominibus per ſcripturam menſæ argentariæ plura habet Briſſonius *de formul. lib. VI.* & Salmaſius *de uſur. cap. 6. & cap. 17.* Verum hic a Cajo eſt actum de illa obligatione, quæ litteris, ſive nominibus olim contrahebatur; cujus mentio in principio tituli Inſtitutionum *de litterar. obligation.* ſed obiter: hic autem ex profeſſo de ea agi videmus; & quidem tamquam de tali, cujus ope novatio inducatur. Adeoque omnino de illa fidem puto habendam eſſe Theophilo, qui idem docet, ut & illam ſolennibus verbis ore utrimque prolatis, & ſcripto comprehenſis contractam fuiſſe: & qui ex autore antiquo, ac forte ex ipſo noſtro Cajo illa, quæ habet, deprompſiſſe videtur. Credere quidem Theophilo non vult Briſſonius *loc. allog.* ac reprehendit tam illum, quam Tribonianum Salmaſius *diſſ. cap. 6.* nulla tamen addita ratione idonea. Ego vero formulam Latinam, quam editio Fabroti, quæ ad codices MSS. eſt exacta, habet, genuinam eſſe facile crediderim, ut dixerit creditor, verbi gratia, *centum aureos, quos mihi ex cauſa locationis debes, expenſos tibi tuli?* ac reſponderit debitor, *expenſos mihi tuliſti:* ac deinceps rem contrahentes ſcripto comprehenderint, additis nominibus: unde & obligatio nominum appellata eſt. Minus plene & diſtincte rem narrare videtur Theophilus, dum verba, *expenſos mihi tuliſti*, tantum ſcripto mandata fuiſſe refert; quæ tamen re vera etiam ore prolata fuiſſe videntur. Hæc vero Latina formula a librariis quibuſdam Græcis, & Latina vel non curantibus, vel non intelligentibus, videtur eſſe omiſſa: locoque ejus repoſita illa Græca, quam Viglii, nec non D. Gothofredi editiones ſolam adgnoſcunt: qua debitor interrogabatur, an quod aliunde deberet, ex conventione, & confeſſione propriarum litterarum eſſet daturus, iſque id affirmabat: niſi quis malit utramque formulam conjungendam, & ab ipſo Theophilo profectam eſſe, de quo nihil certi poſſum ſtatuere. Optandum vero eſſet, ut viri eruditi, quoties in veteribus ſcriptoribus, quos edunt, aliquid mutant, ſimul etiam lectores monerent, quo pacto antea lectum fuiſſet, & quo modo, & quas ob rationes ac auctoritates aliquid emendaverint. quale nihil video factum eſſe a Fabroto. Et forte illa Latina formula ſi viſa fuiſſet a viris doctis, narrationem Theophili feciſſet probabiliorem. Recte vero & Galvanus *loco ante laudato*, & Oiſelius *ad hunc, loc.* Theophilo ſubſcribunt. Illud non negavero, antiquitus hæc nomina relata in tabulas accepti & expenſi. Docet id Cicero *pro Roſc. Comœd. cap. 5.* dum dicit: *Expenſum tuliſſe non dicit, cum tabulas non recitat.* Id tamen & olim factum eſt extra cauſam pecuniæ numeratæ: & in illo ipſo Ciceronis loco pecunia ex alia cauſa erat debita: ac idem Cicero nominis ex cauſa emptionis & venditionis facti meminit *de offic. lib. III. cap. 14.* Sic ergo hic verbis quidem etiam intervenientibus, non tamen ſolis, ut in ſtipulatione, ſed & ſolenni formula in ſcripturam redacta nata eſt obligatio hæc litterarum. Et hanc expenſi lationem a ſtipulatione bis diſtinguit Cicero *pro Roſc. Comœd. loc. cit.* Et ſimiliter quæ ſtipulatione adquiruntur, ab illis, quæ per ſcripturam adipiſcimur, diſtinguuntur in fragmento antiqui Jurisconſulti, Collationi Moſaicarum & Romanarum legum ſubjecto. Forte poſteriori tempore quoque in alios codices tabulaſque talia relata, *fas. l. 5. §. 8. l. 17. §. 3. D. commodat.* In Digeſtis etiam litterarum obligationis veſtigia exſtare notat & Galvanus: eoque refert non tantum Cajum noſtrum *l. 2. D. obligationib. & actionib.* ubi proprietatis ſcripturæ eſt mentio: ſed & Paulum *l. 38. D. eod. tit.* (in quo loco explicando valde variat Salmaſius *diſſ. cap. 6.*) nec non *l. 5. l. 6. C. de non numerat. pecun.* Non tamen opus de illa accipi Papinianum *l. 17. D. de condition. furtiv.* ubi ait, parum referre ad tollendam condictionem furtivam, offeratur ſervus fugitivus, an in aliud nomen, aliumque ſtatum obligationis transferatur. qui locus de quavis novatione rectiſſime accipietur. Quod autem idem Galvanus exiſtimat, litterarum obligationem *in l. 1. & l. 4. D. de obligation. & actionib.* comprehendi ſub obligatione verborum: ac Cajum in Inſtitutionibus, præter ſuum & aliorum morem, in commodum tironum has ſpecies diſtinxiſſe, id verum non eſſe docent illa loca, ubi hæc diſtingui modo vidimus: adeoque Triboniano potius imputandum erit, quod nomen litterarum obligationis illic non inveniatur; ut in præcedentibus habuimus. Quamvis autem Aniani verba ſenſum non contineant commodum, & re vera bis idem videantur dicere, ubi agendum erat de duabus diverſis ſpeciebus; manum tamen illis emendandis admovere non auſim: quia, quæ ab ipſo habemus, ad recte ſcribendi regulas exigi ſe non patiuntur. Emendatio quoque Oiſelii duos quidem caſus aliqua ratione diſtinguere videtur, qui etiam diſtinguendi ſunt; unus, nempe, quo novatur tantum cauſa debendi, alter, quo perſona alia in alterius locum ſubſtituitur: verum turbant prima verba, *A re in perſonam*, quæ volunt aliquid fieri etiam circa perſonam. Si fuiſſet ſcriptum, *A re in rem*, vel *Ex cauſa in cauſam*, vel aliquid ſimile, ita, admiſſa illa emendatione, vera naſceretur ſententia: nunc ne ſic quidem omnia bene cohærent. Cajus forte ipſe expoſuerat hic diſtinctius, quo pacto novatio illa per expenſi lationem, ſive nomina, fieri potuerit, vel manente eadem perſona creditoris & debitoris, ſi quid novaretur circa rem aut cauſam petendi: aut ita, ut fieret delegatio. Et quid vetuit, quo minus circa plura ſimul aliquid innovari potuerit? Hinc vero aliquis tenebatur litteris, quaſi ex cauſa pecuniæ expenſæ, quando tamen nihil ſæpe erat numeratum: nec exceptioni etiam non numeratæ pecuniæ locus relinquebatur, ut ante audivimus. Illa vero nominum faciendorum & debitorum ita novandorum ſolenni-

perſonam. " A re in perſonam, velut ſi id, quod ex emptione, aut conductione, aut ſocietate debes, alii reddas. " A perſona in perſonam, velut ſi id, quod mihi alter debet, alteri perſonae delegem, " ut reddere debeat.

§. 13. " Conſenſu fiunt obligationes, ex emptionibus & venditionibus, locationibus conductionibus, ſo-

" *Conſenſu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus conductionibus, ſocietatibus, mandatis.*

CIOC-

tas ſub Juſtiniano erat ignota. At alia ſpecies erat, quæ litterarum obligatio dici poſſe videretur, hæc videlicet. Antiquitus quidem ſcriptura ſola obligationem non pariebat: ſed requirebantur verba, & quidem ſtipulationi propria, de quibus §. 1. *Inſt. de verb. obligationib.* imo & in ipſa obligatione nominum verba requirebantur, quamvis (in Latina ſaltem formula) non talia ac in ſtipulationibus tradita fuerant, *d. §. 1. Inſt. d. verb. obligat.* ſed alia plane. Erat vero moris jam olim ſtipulationes in ſcripta redigere; unde actum ex ipſa ſtipulatione, actionibus inde competentibus; vel ſimul ex chirographo ex ſtipulatu, cujus actionis mentio *l. ult. pr. D. de dol. mal. & met. exception.* Poſtea vero videtur receptum quoque, contra juris antiqui regulas, ut ex chirographis peti poſſet pecunia credita, (ſors ſaltem: circa uſuras enim nihil mutatum eſſe intelligimus ex Novella CXXXVI. *cap.* 4.) ut ſubindicat Tribonianus *dict. tit. Inſt. de litterar. obligationib.* docens, inde naſci condictionem, *ceſſante verborum obligatione.* quo pertinet etiam rubrica *tit. Cod. Theod. ſi cert. petat. de chirograph.* atque etiam ita interveniente chirographo obligationes videntur potuiſſe novari: & ſic accipiendam eſſe *l. 6. Cod. Theod. de denunciation. vulgation. reſcript.* exiſtimat Eruditiſſimus Commentator, Jac. Gothofredus, qui ita intelligit hæc verba: *Si quis debiti, quod vel ex fenore, vel mutuo data pecunia ſumpſit exordium, vel ex alio quolibet titulo, in litterarum obligationem facta cautione tranſlatum eſt*, &c. non de menſæ argentariæ ſcriptura, nec de vetere litterarum obligatione, quæ illo tempore, A. C. CCCCVI. in uſu fuiſſe non videtur. Hoc vero admiſſo poterit quis ex chirographo obligari ante numerationem, non diſſimiliter, atque ex ſtipulatione id fieri conſtat. Quæ tamen obligatio intra biennium inefficax eſt, ob exceptionem, vel querelam non numeratæ pecuniæ, quæ etiam contra communes regulas ipſum creditorem onerat neceſſitate probandi, pecuniam a ſe numeratam eſſe. At poſt biennium plane efficax eſt hæc obligatio: & actio inde orta ne quidem contradictioni de non numerata pecunia obnoxia. Ita ergo hic perinde ex litteris hodie naſcitur obligatio, ac ex verbis in ſtipulatione: ac numeratio non tam obligationem introducit, quam efficit, ut illa, quæ ex litteris oritur, ſtatim ſit valida; quale aliquid dictum occaſione ſtipulationis *ad §. 2. hoc tit.* Cur vero hæc obligatio negetur eſſe ex litteris, dicaturque eſſe ex mutuo a Viris quibuſdam Eruditis, rationem non video idoneam. Exceptio ſane actioni inde ortæ excludendæ comparata eſt: actio autem ex mutuo nulla com-

pecit, ſi non ſit vere numerata pecunia. Ex ſtipulatione vero vel litteris agi poteſt ſummo jure, etiamſi non intervenerit numeratio: ſed hæc ipſa illam excludet exceptionem. Nec alia Triboniani fuiſſe videtur mens *tit. Inſtit. de litterar. obligationib.* quamvis pinguiuſcule loquatur, magiſque effectum, quam juris ſubtilitatem ante oculos habuerit. SCHULTING.

77. *Are in perſonam, verae &c.*] Exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet, ut diximus, ubi quaſi credita pecunia petitur: quum autem ex præcedente cauſſa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, quum cavebatur, numerata ſit, ſed an juſta cauſſa debiti præceſſerit, puta ex emtione, conductione, ſocietate, & hujuſmodi, *l. 1. C. de non num. pec.* ALEAND. Hæc & ſequens nota uti facient aliquid ad lectionem Caji, quam modo ſecutus eſt Alexander; ita a noſtra, quæ eſt editionum Cujacii & aliarum recentiorum, aliena ſunt. SCHULTING.

78. *A perſona in perſonam &c.*] Denegatur etiam exceptio non numeratæ pecuniæ debitori delegato adverſus ſecundum creditorem, quia de ſi ab eo pecunia numerata non ſit, a priori tamen creditore numerata eſt, ut ſuperius dicitur. Sed & omnes exceptiones eidem ſunt denegandæ, *l. pen. D. de novat. & delegat.* quia in privatis contractibus, & pactionibus non facile ſcire petitor poteſt, quid inter eum, qui delegatus eſt, & debitorem actum eſt, aut etiam ſi ſciat, diſſimulare debet, ne curioſus videatur, *l. doli, 19. §. ult. D. ſed. tit.* ALEAND.

79. *Ut reddere debeat*] Patav. *ut mihi reddere debeam*, omnino male. IDEM. Sichardus quoque adgnoſcit illud *mihi*, verum recte illud rejecit Cujacius, aliique. Melius vero ſcripſiſſet Anianus, *eui reddere debeat.* SCHULTING.

80. *Conſenſu fiunt obligationes &c.*] Quæ dicenda erant, ad verba Caji diximus. quare ſuperſedeo, ne eandem cantilenam canere videar. ALEAND. Novum hic titulum, ſive caput VI. fecit Alexander *de obligationibus ex conſenſu.*

2. *Conſenſu fiunt obligationes &c.*] Exſtat hoc fragmentum in *l. 2. D. de oblig. & act.* & apud Juſtin. *ſub hoc titulo (de obligationibus ex conſenſu)* quibuſdam tamen immutatis, & additis. Hæc quarta ſpecies eſt obligationum, quæ ex contractu naſcuntur. De tribus reliquis jam loquutus eſt, quamvis de litterarum obligatione Anianus leviter tetigit, quum Cajus, ut exiſtimo, ſatis abunde tractaſſet. ALEAND.

2. * *Conſenſu*] Conſentire dicuntur, qui in unam ſententiam decurrunt, *l. 1. §. pen. D. de pact.* quod in

pactis

cietatibus, & mandatis: quia in ejusmodi rebus [81] consensus magis, quam [82] scriptura, aut solennitas quaeritur. In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, [83] quod in aliis rebus fieri non potest.

§. 1. *Ideo autem istis modis consensu dicimus obligationem contrahi,* [b] *quia neque verborum,* [c] *neque scripturae proprietas ulla desideratur: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire.*

§. 2. [d] *Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium.*

§. 3. *Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri* [e] *ex bono & aequo praestare oportet.* L. II. D. DE OBLIGATIONIB. ET ACTIONIB.

§. 14.

pactis etiam tacite fieri intelligitur, *l. 2. l. 4. D. eod.* & saepius quoque in his contractibus, qui consensu fiunt. ut ecce, qui ad certum tempus conducit, finito quoque tempore colonus est: intelligitur enim dominus, quum patitur colonum in fundo esse, ex integro locare, *l. item quaeritur, 13. ad fin. l. sequent. D. locati.* IDEM.

81. *Consensus magis, quam scriptura, aut solemnitas quaeritur*] Ad obligationum, quae consensu fiunt, constitutionem nihil, praeter nudum consensum requiritur; neque necesse est, ut ulla scriptura, ut in literarum obligatione, aut verborum solemnitas, ut in stipulatione, aut rei datio, ut in rerum obligatione, intercedat. Sic. Glossae Nomicae: ὅτε γὰρ γραφὴ ἀς ἐπὶ τῆς λύτρωσις, ὅτε παρουσία ὡς ἐπὶ τῆς βλάβης, ἀλλ' ὅτε οἷόν δήποτε πράγματος ἐστιν ὡς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον τὸ συναινέσαι. Nota obiter, quod Cajus dixerat *verborum solemnitas*, a Triboniano in fragmento e Digestis hic appositio mutatum in *verborum proprietas*. OISEL.

82. *Scriptura, aut solennitas*] Sichardus & Aleander ediderunt, *scriptura aliqua*. Hic autem Anianus, pro more, verba Caji non plene nobis exhibuit. An vero ita scripserit Cajus, ut censet Oiselius, *neque verborum solennitas*; an ita, ut in Digestis habemus, *neque verborum, neque scripturae proprietas*, definire non ausim. Nec tamen causam video, cur scripturam hujus Epitomes magis credamus a Cajo profectam esse, quam illam, quae exstat in Pandectis; etsi hoc etiam volebat Mar. Aur. Galvanus *de usufruct. c. 17. n. 8.* qui minus accurate haec vocat Caji fragmenta. SCHULTING.

b. *Quia neque verborum*] Intercedere stipulationem necesse non est, nudum enim pactum satis est. Sed si intercesserit stipulatio, magis confirmabitur contractus, & duplex competit actio. ALEAND.

c. *Neque scripturae*] Fiunt enim de his contractibus scripturae, ut, quod actum est, per eas facilius probari possit. & sine his autem valet, quod actum est, si habeat probationem, *l. 4. D. de pign. & hypoth.* quae repetita est *l. 4. D. de fide instr.* IDEM.

83. *Quod in aliis rebus fieri non potest*] In stipulatione sola praetentia contrahentium desideratur, quia verbis perficitur. nam quae obligationes re contrahuntur, similiter inter absentes per epistolam, vel nuntium fieri possunt. Hac tamen differentia, quod in obligatione, quae re per nuntium contrahitur, veluti mutui, commodati, una per nuntium mittatur pecunia, aut res, cum in obligationibus, quae consensu fiunt, nuda & simplex epistola, nuntiusque solus sufficiat. Literarum obligatio etiam per epistolam fieri potest; sed antiquitus γράμμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς, ut ait Theophilus, fieri debebat, hodieque, quae in usu est, nisi post biennium non obligat. Per nuntium autem solum fieri non potest. OISEL.

d. *Unde inter absentes*] *l. 1. in fin. D. de contr. em.* sermone enim opus non est, quum sufficiat consensus: itaque & his contractibus surdus quoque, & mutus intervenire potest, quia potest intelligere, & consentire, *l. in quibuscunque, 48. D. de oblig. & act. l. ubi non voce, 124. de reg. jur.* ALEAND.

e. *Ex bono, & aequo*] Contractus ex consensu bonae fidei sunt, quum caeteri ut plurimum sint stricti juris. Bona fides aequitatem summam desiderat, sed non ut penitus a praeceptis civilibus, & praetoriis abhorreat, *l. bona fides, 31. D. depos.* Aequitas autem est, ut potius id, quod actum, quam quod dictum sit, sequatur, *l. fed. Celsus, 6. §. pen. D. de contr. emt.* utque ea, qua sunt moris, & consuetudinis, in hisce judiciis veniant, *l. quod si nolit, 31. §. quia adsidua, D. de Aedil. edict.* In stipulationibus illud tantum venire constat, quod sermone comprehensum est. quare si emtor vacuam possessionem tradi stipulatus sit, & ex stipulatu agat, fructus ex mora non veniunt in eam actionem, sed si ex emto agat, fructus praestabuntur, *l. 3. §. 1. D. de act. emt.* Pariter si fructibus jam maturis ager distractus sit, etiam fructus emtori cedunt, quamvis id verbis comprehensum non sit, *l. Julianus, 13. §. si fructibus, D. eod.* Praeterea etiamsi de usuris cautum non sit, tamen aequum est, ut in hisce bonae fidei judiciis judicis officio usurae applicentur. *l. quaero, 54. D. locat. & cond. l. mora, 32. §. 1. D. de usur. l. 13. C. eod.* quia tantundem in bonae fidei judiciis officium judicis valet, quantum in stipulatione nominatim rei facta interrogatio, *l. 7. D. de nego. gestis.* IDEM.

§. 14. *Emptio igitur & venditio contrahitur, quum de pretio inter empto-

84. *Emptio igitur &c.*] Novum caput, nempe VII. hic positum est in editione Aleandri *de emtione & venditione.*

84. * *Emtio igitur*] Prima species obligationis ex consensu oritur ex contractu emtionis, & venditionis, qui a jure gentium introductus est, ut primo libro diximus. Seneca *lib. 2. de Benef. c. 9. Quæ emeris vendere, gentium jus est.* ALEAND.

85. *Quum de pretio inter emtorem &c.*] Pretium enim intervenire debet, ut fit emtio, & venditio, nam si quis togam daret, ut tunicam acciperet, permutatio magis esset, quum hoc modo non discernatur emtor a venditore, *l. 1. D. de contr. emt.* IDEM. Ἡ πρᾶσις καὶ ἡ ὠνὴ συνίστανται διὰ τίνα, φησὶ περὶ τῶ τιμήματος ἑκάτερον συναινέσαι μέρος, ut ait Theophilus. Perficitur enim emptio nuda conventione, neque aliud quicquam ad ejus perfectionem desideratur, *l. 2. §. 1. D. de contr. empt. l. 1. §. 2. D. de rer. perm. l. 8. D. de per. & com. rei vend.* Nam quod dicatur perfici traditione in *l. 8. D. de resc. vend.* idem valet, ac consummari, sive impleri, *l. 46. D. de act. empt.* Simul itaque atque de pretio convenerit, emptio perfecta esse intelligitur, nisi forte sub conditione contracta sit, *l. 7. D. de contr. empt. l. 2. D. de per. & com. rei vend.* aut ab initio placuerit eam in scriptis fieri, tunc enim non ante pro perfecta habetur, quam si instrumentum rite confectum, & absolutum fuerit, *l. 17. C. de fid. instr.* Pretium etiam in aliis rebus, quam in pecunia numerata, olim etiam appensa, ἐν ἀργυρίοις, ait Theophilus, consistere nequit, *l. 1. D. de cont. empt. l. 1. D. de rer. per.* χωρὶς γὰρ ἀργυρίου ἡ συναλλαγὴ πρᾶσις, ut ajunt Glossæ Basilicæ *in verb.* ἢ ἰξάμιτος καὶ ἡ ἐξάνδρους ἀγορά. Debet etiam esse certum, §. 1. *Inst.* h. t. πάντως δὲ, ut inquit Theophili Scholiastes, δῆλον τὸ φύσει πάντως ὂν, ἢ καθ' ἡμᾶς ἀγνοούμενον, οἷον τῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀγοράζω τὸ πράγμα, ἢ ὅταν ὦσιν ἀ τετάρτης ἐν ἀγοράσαν, ὡς βασ. ζ. τῶν δε reb. tit. 2. διατ. ζ. καὶ λζ. id est, *l. 7. §. 1. & l. 37. De contr. empt.* Sed ut pretium justum, δίκαιον τίμημα, ut reddunt Basilic. Auctores, *lib. XLII. tit. 1.* sit, non æque requiritur, *arg. l. 16. §. 4. D. de minor. & tit. C. de rescind. vend.* Valida enim est emptio, etiamsi pretium valore non respondeat rei emptæ, modo venditor ultra dimidium in pretio non sit deceptus; nam si hoc contigerit, nisi emptor malit exsolvere id, quod justo pretio deest, venditio nullum habet effectum, sed rescinditur ex *l. 2. C. de rescind. vend.* quæ & extenditur ad emptorem, si forte duplo plus dederit, quam res vendita valeat, ex communi Interpretum sententia *ad d. l. 2.* Quanquam eorum rationes, qui *d. l. 2.* beneficium ad emptorem porrigendum negant, non sunt nihili dicendæ. Nec enim eadem est ratio in emptore ac in venditore. Nam venditor non semper ultro procedit ad venditionem, sed forte cum in summa difficultate esset nummaria, & necessitate rei familiaris, vel alia causa cogeretur, ut in *l. 56. §. 1. D. mand.* Et ut Philo de Septenario: ἐπειδὴ πολλοὶ συμπίπτουσι πολλάκις ἀξύλωτοι, ὃ ὡς ἀναγκάζονται τοὺς πατέρας τὰ

73*a*. Hinc venditori summo jure legis auxilium datur, ne re sua cum nimio damno privetur. *Emptor* vero *bians*, ut loquitur Horatius, Homerus, ut Harmenopulus, captat fere venditoris momentarias necessitates, *l. 2. C. sine cens. vel rel. fund. comp. non pot.* utroque & nulla necessitate urgente emit. Nec enim ullam necessitatem prætendere potest, qui rem suam augere studet accessione rei emptæ. Salvianus *lib. I. de Providentia Dei: Invidiam penes emptorem, invitiam penes venditorem esse, quod emptor emat, quod substantiam suam augeat, venditor minuat.* Sic ex forma præfecti Prætorio lex locum habet in locatore, non in conductore, ut est apud Harmenop. *lib. III. tit. 8. §. 44.* Add. Cujac. *Obs. lib. XVI. cap. 19.* Cæterum Græci *d. l. 2.* beneficium venditori intra quadriennium tantum competere tradunt, atque ita in foro servari, Harmenopulus *lib. III. tit. 3. §. 60.* ἡ δὲ περὶ τούτου ἀγὼν ἐνδὸς τετραετίας ἐκκρεμᾶται. Et ita decreto Romani Lacapeni περὶ ἐπιθεωρητῶν definitum est. vid. Harmenop. *d. lib. III. tit. 3. §. 83.* Cujac. *de diverf. temp. præf. cap. 23.* Perfecta vero emptione venditione, ab ea non licet altera parte inconsulta discedere, ne quidem cum dispendio arrharum, *l. 17. C. de obl. & act. l. 3. C. de resc. vend. l. 1. & l. 2. C. quando lic. ab empt. disc.* Sed venditorem, cui potestas tradendi est, emptori rem venditam præcise tradere teneri, nec liberari præstando id, quod interest, æquitati, & rationibus legum magis subnixa sanior sententia est, *§. 3. Inst. de donat. §. 1. Inst. de empt. vend. l. 35. §. ult. C. de donat. l. 45. in fin. l. 62. §. ult. D. de contr. empt. l. 11. §. 2. l. 30. in fin. l. 45. l. 58. D. de act. empt. l. 6. C. de resc. vend. cum simil.* Rationes dissentientium, cum ab aliis jam satis superque discussæ & excussæ sint, nullus hic refellendi locus. Hoc interest inter emptorem & venditorem, quod hic satisfacit obligationi, si præstet rem habere licere, neque necesse sit, ut eam emptoris faciat, *d. l. 11. §. 2. d. l. 30. D. de act. empt. l. 25. §. 1. D. de contr. empt. l. 1. D. de rer. permut.* Emptor vero nummos, quos pretii nomine præstat, venditoris facere tenetur, *d. l. 11. §. 2. D. de act. empt.* Unde & alter alteri & sibi invicem actione directa tenentur. Et emptor actionem habet, quæ empti dicitur, vel ex empto, contra venditorem, ut venditor ei rem venditam tradat, *l. 11. §. 2. D. de action. empt.* Venditori vero competit actio venditi, vel ex vendito contra emptorem, ad pretium præstandum, *l. 13. §. 19. & §. 20. D. eod. l. 9. l. 13. C. eod.* Glossæ Nomicæ: καὶ βενδίτης μὲν λέγεται ὁ πράτης, καὶ νενδὶ τὸν ἀγοραστήν. Ἐμπτὸς δὲ ὁ ἀγοραστὴς καὶ νενδὶ τὸν πρατὴν καὶ ἀποτῶ τὸ πραθὲν, ἄνευ τοῦ πρᾶσαι τὸ τίμημα. Denique actione ex vendito emptor venditori præstare tenetur omnia, de quibus inter illos convenit, *l. 75. l. 79. D. de contr. empt. l. 6. D. de serv. expor.* etiam post moram, quæ intelligitur fieri ex eo tempore, quo res emptori tradita est, usuras, *d. l. 13. §. 20. D. de act. empt. l. 56. §. 1. D. de usur. l. 2. C. eo. l. 13. C. de action. empt.* Utraque autem actio nomen habet ab eo, cui competit, &

Digitized by Google

emptorem & venditorem fuerit definitum; [86] etiamſi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretii aut [87] arra data fuerit.

§. 15. [88] Locatio & conductio [89] ſimili ratione conſiſtunt, [90] ut conſenſu, etiam verbo, [91] definitio inter conſentientes firma permaneat.

§. 16.

& etiam conjunctim dicitur actio empti venditi, *l. 16. D. de in diem add.* vel ex empto vendito, *l. 19. D. de hered. vel act. vend.* Sic Varro *lib. 11. de R. R. cap. 2. Nec non emptor pote ex empto vendito illum damnare, ſi non tradet, quamvis non ſolverit nummos: ut ille emptorem ſimili judicio, ſi non reddit pretium.* Sic Græci ajunt, auctores juris promiſcue uti emptionis & venditionis vocabulis, quemadmodum & locationis & conductionis, in Gloſſis Baſilicis: Ἔτι δ' ὅτι καὶ κεχώρισται ἀκριβῶς τῇ ὀνομασίᾳ τῆς πράσεως, καὶ τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ δίκαιον τὰς μισθώσεως καὶ τῆς ἐμισθώσεως. Coronidis loco addendum, quod uti perfecta emptione omne commodum ad emptorem pertinet, ita & periculum ad eum ſolum ſpectet, licet nondum traditio facta fuerit, *l. 7. l. 8. D. de per. & com. rei vend. l. 1. l. 4. l. pen. & ult. C. eod.* Ὁ τὴν γὰρ ὠφέλειαν ἔχων τῶ πράγματος, καὶ τὴν βλάβην αὐτὸ ἔχειν ὀφέλει, ut ait Harmenopolus *lib. III. tit. 8. §. 8.* cui adde Scholia *d. §. 8.* ſubjecta. Neque minus emptor pretium rei, quæ apud venditorem ſine facto ejus periit, exſolvere tenetur, *§ 3. Inſt. de empt. vend.* Cum vero venditio ſub conditione facta demum perficiatur poſt conditionem impletam, periculum etiam & commodum pendente conditione venditorem reſpicit; ita tamen, ut ſi res adhuc exſtet, licet caſu aliquo deterior facta, placeat hoc damnum emptoris eſſe, *l. 8. l. 10. D. de per. & com. rei vend. l. 5. C. eod.* Sic quoque venditoris mora in cauſa eſt, ut periculo rei venditæ etiam poſt perfectum contractum ſubjiciatur, *l. 4. l. ult. C. eod.* OISEL. Satis vulgata ſunt pleraque, quæ hic habet Oiſelius, uti ſolet: & a Cajo longius abeunt. Egit quoque de hoc contractu Paulus *Sententiar. lib. II. tit. 17.* ubi quædam occurrunt ſcitu digniſſima. An vero venditor omnino rem venditam tradere debeat, an id quanti intereſt ſolvendo liberetur, videbimus ad eundem Paulum *Sententiar. lib. 1. tit 13. §. 4.*

86. *Etiamſi pretium non fuerit numeratum*] Nam ex ſolo conſenſu hujusmodi obligatio vires capit: neque enim obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, ut rem aliquam noſtram faciat, ſed ut alium nobis obſtringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum, *l. 3. D. de oblig. & actio.* ALEAND.

87. *aut arra*] Nam quod ſæpe arræ nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quaſi ſine arra conventio nihil proficiat, ſed ut evidentius probari poſſit, convenſſe de pretio, *l. 35. D. de contrab. emt.* Arra igitur argumentum eſt emtionis, & venditionis, *in princ. Inſtitu. hoc tit.* quare non poteſt creare obligationem, ſed eam, quæ eſt, demonſtrare. IDEM.

88. *Locatio, & conductio*] Hæc ſecunda ſpecies eſt obligationis ex conſenſu, quæ cum naturalis ſit, & omnium gentium, non verbis, ſed conſenſu contrahitur, ſicut emtio, & venditio *l. 1. D locat & conduct.* IDEM. Aleander & hic novum fecit caput VIII. *de locatione & conductione.* Titulus quoque *de locato & conducto* exſtat apud Paulum *Sententiar. lib. II. tit. 18.* ſed paucorum verborum.

88. * *Locatio & conductio ſimili ratione conſiſtunt*] Locatio conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iisdemque regulis juris conſiſtit, ut ait Gajus noſter *lib. 11.* Rer. quotidianar. *l. 2. D. locat.* quod Theophilus reddit: ἴσως τῇ πράσει καὶ τῇ ἀγορασίᾳ, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν πρόσωπων γινόμενον. Utraque enim conſenſu fit, & ut emptio perfecta, ſimul atque de pretio convenerit, eodem modo & locatio, ſtatim ac convenerit de mercede, quæ etiam pretium dicitur in *l. 10. §. ult. D. de acq. poſſ. l. ult. §. ult. D. de leg. Rhod. l. 28. §. 2. D. locat.* Cicero *lib. 11. de Invent. Zeuxim magno pretio conductum adhibuerit.* Vitruvius *lib. II. cap. 8. Cum ex tabulis inveniunt eorum locationis pretia.* Pretium igitur aliquando vocatur, quod alias merces, penſio, reditus, aut redactus. quæ tria poſtrema de prædiis tantum dicuntur. Vid Cujac. *Obſerv. lib. IV. cap. 26.* Quanquam pretium proprie dicatur ex cauſa emptionis. Varro *lib. IV. L. L. Pretium quod æſtimationis emptionisve cauſa conſtituitur.* Gloſſæ Philoxeni: *Pretium*, τίμημα, ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον. Debet etiam merces in hoc contractu, ad inſtar pretii in emptione venditione, eſſe certa, *l. 52. D. de don. int. vir. & uxor. l. 35. §. 1 D locat.* Sed an etiam merces in pecunia numerata conſiſtere debeat? ita videtur, *l. 1. §. 9. D. depoſ. l. 5. §. 2. D. de præſcript. verb. l. 1 §. ult. mand.* Et ſic etiam tenent Interpretes Græci Baſilic. *ad l. 1. D. locat.* δῆ δὲ, inquiunt, ἐν ἀργυρίοις ἀριθμουμένου τοῦ μισθοῦ. Sic etiam exiſtimat Theophilus *lib. III. tit. 23. pr.* Καὶ ὥσπερ ἐφάνημεν ἐκεῖ, (cum de emptione venditione loquebamur) inquit, πέρας καὶ ἐν ἀργυρίῳ ὀφείλειν εἶναι τὸ τίμημα, ὅτω καὶ τὸ μίσθωμα πέρας καὶ ἐν ἀργυρίῳ εἶναι δεῖ. Quod tamen ita intelligendum, niſi res fructum ferens, puta fundus, pro certa quantitate fructuum utenda data ſit; hoc enim fieri poſſe conſtat ex *l. 9. l. 18. l. 22. C. de locat.* In operarum vero, vel rei etiam, unde nulli fructus naſcantur, conductione mercedem ſemper debere in nummis conſiſtere puto. Sed & vice pecuniæ, ſeu mercedis, aut pretii in pecunia conſtituti, fructus, vel alia quantitas ex pacto præſtari poteſt ſalvo contractu, *l. 9. C. de reſc. vend. l. 19. §. 3. in fin. D. locat.* Locatio conductio itaque eſt contractus, quo id agitur, ut uſus rei, vel opera perſonæ pro certa mercede ab initio conſtituta, concedatur. Bene Cujacius *Obſerv. lib. II. cap. 38.* Locatoris & Conductoris nomi-

num

§. 16. Societatem inire possumus, aut omnium bonorum, aut u-

nius differentiam non a mercede data, aut accepta arcessendam docet; quasi Locator foret, qui mercedem accipit, Conductor, qui dat; nam & interdum Conductor mercedem accipit, Locator dat. ut ecce, qui domum faciendam dat, locat, & tamen mercedem dat; & qui faciendam suscipit, Conductor est, mercedem tamen accipit. Inter Locatorem autem & Conductorem hæc est perpetua differentia; quod Locator sit, qui aliquid utendum, faciendumve dat. Conductor vero, qui aliquid utendum, faciendumve suscipit. Verbi gratia, qui dat domum suam utendam, aut domum faciendam, locator est, usum enim, vel operas locat; qui vero domum utendam, faciendamve suscipit, conductor est: nam usum, vel operas conducit. Qui utendum dat, mercedem accipit; qui faciendum, dat. Sic ex contrario, qui utendum suscipit, mercedem dat, qui faciendum, accipit. Merces itaque aliquando a locatore, aliquando a conductore datur; & vice versa aliquando a locatore, aliquando a conductore accipitur. Et in summa, Locare nihil aliud est, quam utendum, vel faciendum aliquid dare. Conducere autem suscipere. Vellejus Paterculus *lib. 2. Statuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus.* Vitruvius *lib. X. cap. 6. Locaverunt ex iisdem lapidistinis basim excidendam. Conduxit Pacuvius.* Non male etiam isti interpretes, qui in operarum locatione diverso respectu eandem esse locatorem & conductorem dicunt. Nempe, qui operam locat, idem & conducit opus faciendum; & e contrario, qui operam conducit, idem locat opus faciendum; ita ut locator operæ idem sit conductor operis, & vice versa, *l. 22. §. 2. D. locat. l. 1. D. de æstim. act. l. 11. §. pen. junct. l. 13. §. 1. 2. 3. & seq. l. 19. §. 9. & pass. D. locat.* Actiones ex hoc contractu invicem orientes, directæ sunt, Una Locati, quæ competit locatori ad omne id, quod conductorem ex bono & æquo præstare oportet, *l. 2. in fin. D. de obl. & act. §. pen. Inst. de locat. & cond.* veluti, ut re conducta recte & secundum leges utatur, *l. 25. §. 3. D. loc. l. 3. C. eod.* vel conductor præstet, quod ejus dolo, culpa lata, vel levi, res vel amissa, vel deteriorata est. *l. 9. §. 3. l. 21. §. 3. l. 13. §. 2. l. 31. & l. 35. §. 4. D. loc.* de levissima culpa conductor non tenetur, *l. 5. §. 2. D. commod. l. 23. D. de R. I.* In *l. 25. §. 7. D. locat.* ubi dicitur culpam abesse, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset, superlativus *diligentissimus* positus est pro positivo *diligens.* Quod de factum §. 5. *Inst. de locat. conduct.* Sic ex contrario positivus pro superlativo reperitur in *l. 5. §. 5. D. commod. l. 25. §. 10. D. famil. erc. §. 8. Inst. quib. mod. re contr. obl.* quod manifestum ex collatione *l. 18. l. 1. §. 4. D. de obl. & act. §. 1. Inst. de obl. quæ quasi ex contr.* Tenebitur tamen & conductor de levissima culpa, si eam vel expresse, vel tacite quoque in se receperit, ut in *l. 13. §. 5. l. 9. §. pen. l. 40. D. locat. l. 12. D. de furt. l. 8. §. 1. D. ad leg. Aquil.* Sic etiam si conductor casus fortuitos in se receperit, & de insolitis eum teneri puto, *l. 9. §. 2. l. 15. §. 2. D. locat. l. 18. §. ult. D. de contr. empt.* Denique hac actione conductor tenetur, ut pensionem debitam præstet, *l. 16. l. 17. C. locat.* & usuras post moram tardius illatarum pensionum, *l. 54. D. locat. & l. 17. C. eod.* Item, ut finitis rei locatione rem restituat, *l. 11. §. 1. l. 19. §. 1. D. locat. l. 25. C. eod.* Altera actione, quæ est conducti, agit conductor adversus locatorem, ut liceat sibi re conducta uti, vel, si id locator efficere nequeat, præstet id quod interest, *l. 1. l. 2. l. 9. pr. & §. 1. l. 15. §. 2.* & passim *D. locat.* ut locator domum locis necessariis reficiat, vel mercedem remittat pro rata temporis, quo conductor ædibus locatis pro suo commodo uti non potuit, *l. 25. §. 1. l. 27. D. locat.* damna quoque ob non provisum rei vitium conductori illata resarciat, *l. 19. §. 1. D. eod.* & omnia, quæ ex pacto, vel natura actionis, utpote bonæ fidei judicio, æquum est præstare, *l. 24. §. 4. in fin. D. locat. l. 19. C. eod.* OISEL.

89. *Similis ratione*] Nam locatio, & conductio proxima est emtioni, & venditioni, iisdemque juris regulis constitit. nam ut emtio, & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit, sic & locatio, & conductio contrahi intelligitur, sic de mercede convenerit, *l. 2. D. eod. §. 1. Inst. eod.* ALEAND.

90. *Ut consensu etiam verba, &c.*] Depravata hæc verba videntur, pejus in Patavina veteri editione, ubi sic est: *& consensu & verbo definitio &c.* Videamus ergo, ne non legendum ita sit, sed potius ita: *ut consensu, non etiam verbo definitio &c.* ut dicamus definitionem, hoc est, finem, & vim locationis, & conductionis consensu consistere, non etiam verbis, ut & reliquæ obligationes ex consensu: nisi *verbum* accipiamus hic pro simplici loquela, & pacto, quo conventiones hæ sunt, non pro solemni, ut in stipulatione. quo sensu & in societate, & mandato inferius accipi debet. Ita vero legi quoque posset: *ut consensu etiam verbo definitio*, hoc est, ut definito, & pacto consensu etiam simplici verbo locatio, & conductio firma permaneat. Vide dux barbarus in quot scopulos impingat. IDEM. Mox *ad §. seq.* movebit Alexander, re etiam hic esse vulgatam lectionem. Pro *ut* Sichardi editio habet *&*: sed Cujacii editiones aliæque recentiores exhibent *ut*. SCHULTING.

91. *Definitio*] Videlicet *facta* vel, *inita*, ut loquitur §. *seq.*

92. *Societatem*] Alexander hic quoque novum posuit caput IX. *de societate.*

92. * *Societatem inire possumus aut omnium bonorum*] Ἐπὶ πάντων τῶν ὑπαρχόντων, ut sit Theophilus, vel, ut Harmenopulus τῶν ἐφεξῆς *lib. III. tit. 10. in.* ἐπὶ πάντων τῶν ἐφεξῆς. Atque hujusmodi societas, si specialiter inita, non tantum præsentia, sed etiam futura, sive ea, quæ postea quacunque ex causa acquiruntur, continet, *l. 3. §. 1. D. pro socio.* Harmenopulus *d. lib. III. tit. 10. §. 6.* Ἐὰν μετὰ πάντων τῶν ἐφεξῆς-

τῶν

nius alicujus negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamen hoc inter socios convenit, [95] ut unus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia

των γινομένων κερδῶν, καὶ ζημιουμένων, καὶ λογάτα, καὶ δωρεαὶ, καὶ πᾶν κέρδος τῇ κοινότητι προσπορίζεται. Ita ut omnes res, quæ coëuntium sunt, continuo communicentur, *l. 1. §. 1. D. pro socio.* etiam non intercedente traditione; hæc enim tacita intervenire creditur, *l. 2. D. eod.* post vero acquisitæ res non fiunt communes, sed judicio Societatis communicandæ sunt per traditionem, *l. 73. l. 74. D. d. t.* Quod de rebus corporalibus intelligendum; incorporales enim, ut ea, quæ in nominibus sunt, *nomina, τὰ χρέα*, citra cessionem, ne quidem ab initio communes fiunt, *l. 9. D. eod.* Quod si simpliciter societas contracta sit, tum videtur coita esse universorum, quæ ex quæstu, *ἐκ τῆ περιγινομένῳ κέρδει καὶ ζημίᾳ*, ut est apud Harmenopulum *d. lib. III. tit. 10.* hoc est, si quod lucrum ex emptione venditione, locatione conductione descendit, opera cujusque, *(κέρδος γὰρ ἐστι, ὁ ἐκ κτήσεως τινὸς περιγινόμενος*, inquit Harmenopulus dicto loco) non quæ aliunde proveniunt, *l. 7. l. 8. D. pro socio.* Quare non communicantur advenientes hereditates, legata, donationes, debita successio a parente, vel liberto, æs alienum; quia hæ res non sine causa obveniunt, sed ob meritum aliquod nobis accedunt, *ἀς μοίρας τινες ἀγγελικὰς, περιγίνεσθαι ἡμῖν*, ait Harmenopulus; *add. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. D. eod.* Nisi nominatim pactum sit, ut, si qua justa hereditas alterutri obvenerit, communis fiat, tunc enim legitima communicabitur, *l. 9. §. 2. D. eod.* Quod Harmenopulus expressit: *Ἐὰν συμφωνήσωσιν εἰς ἕνα ἡμῶν δικαίαν κληρονομίαν, ἢ περὶ τῆς ἐν διαθήκης δοθείσαν λέγει ἀλλὰ περὶ τῆς νομίμου.* OISEL.

93. *Aut omnium bonorum*] Et quia societas quoque species est contractus ex consensu, *l. 19. D. pro soc.* traditione opus non est, ut perficiatur, sed simul ac consenserint, tacita traditio omnium bonorum in communionem venire creditur, *l. 2. D. pro soc.* Socii etenim ii putantur, quos inter res communicata est, ut inquit Cicero *Verrina V.* & videtur societas jus quodammodo fraternitatis in se habere, *l. 63. D. eod.* ALEAND.

93. * *Aut omnium bonorum &c.*] Hæc societatis exempla sunt: non vero exacta hæc est divisio. Illa vero omnium bonorum, sive universarum fortunarum, uti illam vocat Ulpianus *l. 73. pr. D. pro soc.* quod hoc habeat singulare, ut quæ in dominio sociorum sunt cum reliquis quoque communicentur, *l. 1. §. 1. l. 2. D. pro soc.* id non fit, quia societas initur consensu; is enim solus ad transferendum dominium non sufficit, *l. 20. C. de pact.* uti contra quoque communio per se societatem non inducit, *l. 31. & seqq. D. pro soc.* verum ideo in universali illa societate res communicantur, quia traditio tacita creditur intervenire, *l. 2. D. d. tit.* idque procedere potest per illud, quod dicitur, constitutum possessorium; quo singuli res illas jam intelliguntur possidere partim proprio, partim aliorum sociorum nomine: atque ita suo ministerio possessionem rerum futurum illis catenus adquirere: & per possessionem etiam ipsum dominium, *arg. l. 12. pr. D. de adquirend. vel amittend. possession.* de quo plura tradit V. C. Ger. Noodt *Probabil. lib. 11. cap. 6. §. ult.* In aliis societatibus idem fieri nihil prohibet: sed illic aperte id tunc debet agi. Imo nec in universali illa id obtinet, nisi in rebus, quæ jam contractus iniri tempore sociorum fuerunt, non in adquirendis, *arg. d. l. 1. l. 73. pr. l. 74. D. pro soc.* quod enim quis nondum in dominio habet, id non potest absque novo actu, tunc postquam res ipsius erit, celebrando in alium transferre, *arg. l. 72. D de rei vindication. l. 2. D. de exception. rei vendit. & tradit.* Ac, dum de illis specifice, quæ jam nostro nomine possidemus, tale quid posse nos constituere scribit Celsus *l. 18. pr. D. de adquirend. vel amittend. possession.* satis innuit, in illis, quæ nostra sunt tantum futura, id non procedere; ut notat quoque Vir Præclarus, Ant. Faber *de erroribus Pragmaticor. decad. 4. error. 2.* Præter vero hanc universalem societatem (ut hoc quoque attingam) est & alia de hereditate, ut in illa sint socii: quod non tantum habere potest locum occasione alterius societatis, quale quid habuit antea Oiselius: sed & per se & separatim: quo casu hereditas tantum uti res quædam singularis, quæ in bonis est singulorum sociorum, est considerandæ. Hoc vero cur non æque de testamentaria, ac de legitima hereditate convenire possit, causam plane non video: ac miror esse, qui id in posteriori tantum admittant. Sane de hereditate jam adquisita id simpliciter traditur *l. 37. l. 52. §. 6. D. pro socio.* Et cur non etiam de hereditate qualibet aliquibus obventura id convenire poterit? modo ne de hereditate hominis certi viventis, & non consentientis, secundum *l. ult. C. de pact.* At si expresse fuerit dictum de hereditate justa, tunc illa tantum intelligitur, quæ jure legitimo obvenit, *l. 3. §. 2. D. pro socio.* ut ita vox *justa* stricte & maxime proprie accipiatur. SCHULTING.

94. *Aut unius alicujus negotiationis*] Aut vectigalis, aut etiam rei unius, *l. 5. D. pro soc. §. 1. Instit. hoc tit.* ALEAND. Quæ dicitur in *l. 63. pr. D. pro socio.* societas unius rei, & optime hic a Gajo nostro societas alicujus negotiationis; quemadmodum & Harpocration eam vocat *κοινωνίαν τῆς ἐμπορίας*, veluti mancipiorum emendorum, vendendorumque, quæ venalitiaria negotiatio dicitur in *l. 73. §. pen. D. de leg. 3.* OISEL.

95. *Ut unus pecuniam det*] Quia sæpe opera alicujus pro pecunia valet, *§. Servius, Inst. hoc tit. l. 1. C. eod.* ALEAND.

95.* *Ut unus pecuniam, alter operam*] Imperatores Diocletianus & Maximianus in *l. 1. C. pro socio*, ajunt, Societatem uno pecuniam conferente, alio operam, posse contrahi magis obtinuisse. Dubitatum itaque inter Veteres fuerat, an hujusmodi societas iniri pos-

Digitized by Google

cunia ponat. Et hujus rei definitio * etiam verbo initâ valet; ita ut quid-

set; sed de eo hodie amplius non ambigitur; ita etiam ut lucrum inter eos commune sit, §. 2. *Inst. de societ.* Is enim, qui pecuniam non confert, operæ pecuniam compensare creditur; sive, ut est in *l.* 52. §. 2. *D. eod.* pretium operæ & artis est levamentum, ut optime a Cujacio restitutum. Hinc Plautus *in Asinar. Act.* 1. *Sc.* 3.

Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia.

Sic ut ille, qui artem operamve præstat, non minus præstare existimetur, quam is, qui pecuniam confert. Hinc autem quæritur, an pecunia, quam alter contulit, communis fiat, & finita societate cum altero, qui solam operam præstitit, sit dividenda: an vero is, qui contulit, eam præcipere debeat, & id solum, quod supersit, inter socios dividi? Item utrum in hujusmodi specie societatis damnum amissæ pecuniæ commune sit, an vero ad eum solum hoc damnum pertineat, qui pecuniam contulit? Et ad utramque quæstionem eadem est responsio. Nam aut opera confertur cum solo pecuniæ usu; quo casu pecunia domino, id est, ei, qui contulit, perit; & si salva est, domino salva est; itaque neque talis pecunia communis est, nec cum eo, qui duntaxat operam contulit, dividenda, vel damnum amissæ pecuniæ communicandum. Aut opera confertur cum ipso dominio pecuniæ, quo casu, qui operam impendit, particeps fit sortis; ita ut & damnum amissæ pecuniæ ad eum quoque pertineat, & finita societate pecuniam cum eo, qui eam contulit, æque dividat, *fac. l.* 52. *pr.* & §. 1. *l.* 52. *pr.* §. 2. *D. pro socio.* Cæterum in incunda societate, si de partibus lucri, aut damni capiendis inter socios nihil fuerit definitum, lucri & damni partes æquales esse constat, *l.* 29. *pr. D. pro socio.* nempe si ea, quæ conferuntur, æqualia sint, aut si inæqualis sit collatio, puta, si alter plus contulit societati vel pecuniæ, vel operæ, pro ratâ ejus, quod quisque contulit, partes fient, *d. l.* 29. *D. eod.* Nec enim æquitas patitur, ut, qui minus contulit, æqualem partem ferat cum eo, qui plus contulit, sive ex sorte, sive ex lucro. Sic enim Aristoteles *Politicor. l.* III. *cap.* 6. ὡς ἐν μὲν κοινωνίαις τῶν μερῶν τῶν ἐκ τοῦ μέσου, τὰ εἰσενηνεγμένα μέρη μοῖραι, τῷ δὲ τὸ λοιπὸν σῶον, ἐντεῦθεν ἐξ ἴσης, ὅτι τῶν ἐνεγκάντων. Sin tamen expressæ fuerint partes, eæ servari debent, §. 1. *Inst. de societ.* Ita etiam ut, si inæquales servari placuerit in collatione æquali, & contra æquales in collatione inæquali, pactioni standum sit. Quod & dicendum, si convenerit, ut tertiæ lucri partes duæ, damni unam tantum, alter duas damni, tertiam lucri ferat, §. 2. *Inst. de societ.* Sic etiam valet conventio, ut unus ex sociis lucri partem ferat, de damno non teneatur, si tanti sit operæ, quanti damnum est. *d. l.* 29. §. 1. *D. eod.* eo tamen adjecto temperamento, ut, si in alia re damnum, in alia lucrum sit, compensatione facta id tantum, quod superest, existimatur lucri esse, *l.* 30. *D. eod.* Illa autem pactio improba est, & contra societatis naturam, ut alter omne damnum, alter quæstum & compendium tantum ex societate sentiat; & talem Societatem Cassius Leoninam appellabat in *d. l.* 29. §. *ult. D. eod.* τοῦτο δὲ ἐστὶν ἀγαθὸν, διὰ τὸ τὸ μὲν τοῦ ἑτέρου, κτᾶσθαι γὰρ ἑκάτερος τὸν ἕτερον, τὸ δὲ κοινὸν μόνον ἑαυτοῦ ἕκαστος ἡγεῖται εἶναι μόνον, ut ajunt Græci. Hanc autem appellationem dubium est ex fabula Æsopica natam Gloss. ad Justiniani Institutiones. Errat autem cum ab Avieno eam referri putet; neque tale quid inter fabulas ab Avieno carmine redditas hodie reperitur. Potius Phædro eam tribuisset, exstat enim fabularum Æsopicarum ejus *lib.* 1. *fab.* 6. OTTEL. Quid sit statuendum de pecunia in hac specie, ita jam post alios distinxerat Grotius *de jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* 12. *n.* 24. an opera conferatur loco usu pecuniæ; an cum dominio, sive pleno jure pecuniæ & summæ totius. Hunc vero locum est Vinnius *ad* §. 2. *Inst. de societ.* & Schultingius *Quæstion. lib.* 1. *c.* 54. De partibus societatis, & quales singulis competant, postea videbimus.

96. *Etiam verbo*] Absque solemnitatibus: sed & re, & per nuncium societas coitur, *l.* 4. *D. eod.* Ex hoc loco colligitur, lectionem in superiori capite rectam esse, quæ in contextu est. ALBAND.

96. * *Etiam verbo initâ valet*] Hoc est, si consensus verbis declaretur; verbis scilicet nudis, & quibuscunque, ἁπλῶς τοῖς ῥήμασι, non propriis & solemnibus, quemadmodum in stipulatione, in qua verba certa & solemnia adhibenda, ut constituatur obligatio. Potest etiam societas contrahi tacite, sive ita, ut verbis apertis consensus non declaretur, sed tantum re, vel facto aliquo intercedente; quo sensu capiendus Modestinus in *l.* 4. *D. pro socio.* cum ait, *Societatem coiri re & verbis posse, &c.* Nam & nudus & tacitus sufficit consensus, quamvis verbis exprimi potuerit; cum & nitu solo pleraque consistant, *l.* 52. §. *pen.* & §. *ult. D. de oblig. & act.* Societas itaque contracta intelligitur, cum inter duos pluresve, re, aut verbis, aut nudo consensu rerum, vel operarum communio instituitur, lucri in commune faciendi gratia. Hinc apparet, societatem esse consortium voluntarium, quomodo & a Papiniano appellatur in *l.* 52. §. 2. *D. pro socio.* Et hæc proprie Societas est, Græcis κοινωνία dicta. Nam qui non consensu, sed casu in necessariam societatem, sive communionem inciderint, puta, si legatum, aut donatio, aut hereditas duobus communiter obvenerit, aut si res a duobus simpliciter empta sit, si cii non erunt, *l.* 31. *l.* 33. *l.* 34. *D. pro socio.* Et hanc differentiam Græci inter κοινωνίαν, quam nimirum consensus constituit, & συμπραξίαν, quam res simpliciter facit, ponunt. Harmenopulus *lib.* III. *tit.* 10. §. 3. Ὅτε μὲν ἐκ συναινέσεως γίνεται κοινωνία, χώρα τῷ περὶ κοινωνίας λόγῳ· ὅτε δὲ χωρὶς συναινέσεως, συμπραξία ἐστίν. Sic in Glossis Nomicis: τί διαφέρει ἡ κοινωνία τῆς συμπράξεως; κοινωνία μέν ἐστιν ὅταν συμβῇ πάντας δύο πραγματεύσασθαι τὰ αὐτὰ· συμπραξία δὲ ὅταν συμβῇ δύο ἢ πλείονας πράξαι διαφόρους, ἢ ἐκ λαγάνου, ἢ κληρονομίας, ἢ δωρεᾶς, ἢ ὅταν συβάσεως τινος πράγματα ἐμποιῇ τινά.

Postremis

quidquid societatis tempore [97] quolibet modo fuerit adquisitum, [98] sociis commune sit.

§. 17. Permanet autem inita societas, quamdiu in ipso consensu socii perseverant: quia, sicut consensu contrahitur, [99] sic [100] etiam dissensu [1] dissolvi-

Postremis verbis *conductiones publicorum*, ut Ulpianus eas vocat in *d. l. 33. D. eod.* designantur. Hanc tamen differentiam inter κοινωνίαν & κοινοπραξίαν non observavit Theophilus, sed, de societate agens, inquit, ἣν οἱ Ἕλληνες ἰδικῶς κοινοπραξίαν καλοῦσιν. Sed, nisi mendum apud eum sit, in eo fallitur Theophilus. Ex κοινωνίᾳ autem, sive mutua sociorum obligatione utrinque nascitur actio directa, quæ *Pro socio*, in Glossis Nomicis, παρὰ κοινωνίας ἀγωγή, sive ἐκ κοινῆ ἀγωγή, appellatur. Hac autem agitur, ut lucrum & damnum, quod circa res societatis contigit, communicetur, *l. 52. §. 4. D. h. t.* ut, si socius moram fecerit in reddendo eo, quod ex societate lucri fecit, eaque pecunia usus sit, usuras præstare teneatur, *l. 60. D. d. t.* Alias enim socius socio nullas præstat usuras. Harmenopulus πρόχειρ. *lib. III. tit. 10. §. 21.* Τῷ μέρους ὁ κοινωνὸς ἢ δόλου τόκον· εἰ μὴ ἀπὸ ὑπερθέσεως γοῦν συγχρήσεως. Sic & hac actione socius socio tenetur, si quid commiserit dolo, aut culpa levi, non vero levissima, *l. 1. §. 2. D. commod. l. 72. D. pro socio.* Satis enim est dum adhibeat diligentiam, qualem suis rebus adhibere solet. Harmenopulus *d. lib. III. tit. 10.* Ὁ κοινωνὸς ἐκτὸς ἡμιλείας καὶ βαρυμίας ἐνέχεται, ἢ χρεωστεῖ δὲ μεγάλην ἐπιμέλειαν, ἀλλ' οἵαν ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν. Denique actione pro socio socius præstare socio tenetur omne id, quod in bonæ fidei judiciis ex æquo & bono præstandum est, *§. 28. Inst. de action.* Hoc vero speciale est, quod socius socio non teneatur ultra id, quod facere potest, *l. 63. pr. D. pro socio. l. 10. D. de re judic.* OISEL. Nihil erat causæ, cur Theophilum carperet Oiselius. Theophilus, uti & solent Basilicorum Auctores, societatem Græce vocat κοινωνίαν, addens *pr. Inst. de societ.* societatem totorum bonorum specialiter a Græcis dici κοινοπραξίαν. Nec aliter Imperator ipse *d. pr.* saltem si editionem Cujacii aliasque ex optimis (vulgatæ enim habent κοινωνίαν) sequamur: & ita in MSS. esse, apparet ex nota marginali editionis Charondæ. In ipsis quoque Glossis Nomicis hæc leguntur. Τοῦδε (lege Τοῦτο) βούλεσθε. τοῦτέστι κοινωνίαν ἢ ἐπὶ πάσῃ τῇ ἰδίᾳ γνώμῃ· ἣν οἱ Ἕλληνες κοινοπραξίαν καλοῦσι. *Totorum bonorum. hoc est societas, quæ de universis bonis initur, quam Græci κοινοπραξίαν vocant.* Non nego tamen in Basilicis communionem sine societate appellari κοινοπραξίαν, ut in *l. 32. & l. 33. D. pro socio.* ubi id quoque notatur in Scholiis, *lib. XII. tit. 1.* Si tamen vim verborum inspiciamus, κοινωνία magis notabit communionem: κοινοπραξία autem negotiorum vel rerum gestionem communem: quo pacto & κοινοπραγεῖν est *conspire, societatem inire rerum gerendarum*, notante Budæo *Commentar. Ling. Græc. p. 852.* De usuris in actione pro socio ex mora, vel quod socius pecunia societatis usus sit, præstandis, de quibus obiter quoque agit Oiselius, quædam accurate notavit ante mihi laudatus Noodt *de fœnor. & usur. lib. I. cap. 5. & lib. III. cap. 6.* SCHULTING.

97. *Quolibet modo fuerit adquisitum*] Nam & hereditas, & legatum, & quod donatum est, aut quaqua ratione adquisitum, communioni adquiritur, *l. 3. D. pro soc.* nisi aliter cautum sit. ALEAND. Hoc ita, modo ad id societas pertineat: & si non illicito more, ac ex delicto ad socios pervenerit: talium enim turpis ac fœda est communio, *l. 52. §. 17. l. 53. D. pro socio.* SCHULTING.

98. *Sociis commune sit*] Et demum partes æquæ fiunt, nisi aliter initio placuerit. nam si convenerit, ut ad alterum ex sociis lucri duæ partes pertineant, damni tertia; ad alterum duæ partes damni, lucri tertia, partes hæ servari debent, *l. 29. D. eod. §. 2. Inst. hoc tit.* ALEAND. Ut hic aliquid dicamus de partibus societatis, certum est, si non aliud sit dictum, illas esse æquales, vel æquas, *§. 1. Inst. de societ. l. 29. pr. D. pro socio.* per quas vulgo intelligunt tales, quæ collationi respondeant. Verum in jure nostro *partes æquæ* sunt *partes viriles*, aut *pares*, ut *§. 6. Inst. de hereditib. instituend. l. 23. D. ad SC. Trebellian.* Plurima exempla dabit Brissonius *de verb. signif. h. voc.* Atque ita *æquales partes* distinguuntur a partibus *pro rata*, *l. 5. §. 2. D. de solutionib.* Imo negant Jurisconsulti, semper æquum esse, ut partes sint æquæ; id, videlicet, iniquum judicantes constitui ab arbitro ad illas definiendas electo, quando inæqualis est collatio, *l. 6. l. 80. D. pro socio.* quibus in locis proinde pariter partes æquæ sunt viriles. Ratio hujus rei esse videtur, quod inter socios jus quodammodo fraternitatis intercedat, *l. 63. pr. D. d. tit.* adeoque & amicitia; quæ pares aut accipit, aut facit, ut dicit Publicus Syrus. De qua paritate inter amicos quædam legere est apud Ciceronem *de legib. lib. 1. cap. 12.* & Lactantium *Divinar. Instit. lib. V. c. 14.* aliosque. Ita ergo in jure nostro circa socios res sese habet, ac hodie multis in locis obtinet inter conjuges, ut nulla ejus, quod quisque contulit, ratione habita, omnia utriusque bona, alibi lucra & damna, ex æquo fiant communia. Ac si cui id non placeat ita in societatem & parem secum conditionem alium recipere, pactis sibi debet prospicere: & tunc quoque requiritur in societate, ut qui plus habebit, plus contulerit, non in pecunia tantum, sed opera, aliisve, *l. 29. pr. D. h. t.* Atque hæc etiam sententia fuit V. C. Fr. Connani *Commentar. lib. VII. cap. 14* quam probavit quoque Vir Insignis, Ulr. Huberus *Prælectionib. ad tit. Inst. de societat. n. 3.* SCHULTING.

99. *Sic etiam*] Ita Sichard. alii illud *sic* omisere; quod tamen non male hic quadrat. Aleander, *ita dissensu.*

100. *Etiam dissensu solvitur*] Sive expresso, sive tacito.

solvitur. [2]Dissolvitur ergo societas, aut [3]morte unius socii, aut [4]contraria volun-

cito. nam aut si renuncietur societati, aut si separatim socii agere cœperint, & unusquisque eorum sibi negotietur, sine dubio jus societatis dissolvitur, *l. itaque, 64. D. pro soc.* ALEAND.

1. *Dissolvitur*] Sic editiones veteres, Sichardi & Cujacianæ. Pacius, Gothofredus, Oiselius *solvitur*.

2. *Dissolvitur ergo societas &c.*] Societas solvitur ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione, *l. verum, 63. §. ult. D. pro soc.* Ex personis, ut si quis ex sociis mortuus sit, nam & uniustantum morte dissolvitur, & si consensu omnium coita sit, plures vero supersint; nisi in coeunda societate aliter convenerit, *l. actiones, 65. §. morte D. eod.* Pariter si quis ex sociis capite minutus sit maxima, vel media capitis diminutione, *d. l. verum, 63. §. ult.* veluti si quis servus factus sit, aut deportatus. Ex rebus, ut si res nullæ relinquantur, aut conditionem mutaverint: neque enim ejus rei, quæ jam nulla sit, quisquam socius est, neque ejus, quæ consecrata, publicatave sit, *d. l. verum, 63 §. ult.* quod de universitate bonorum videtur intelligendum, si socii bona publicentur, nam quum in ejus locum fiscus succedat, pro mortuo habetur, *d. l. actione, 65. §. publicatione.* Pariter si quis ex sociis mole debiti prægravatus bonis suis cesserit, & ideo propter publica, aut privata debita substantia ejus veneat, *§. publicatione, Instit. hoc tit.* Ex voluntate, nam, (ut dictum est,) quemadmodum consensu contrahitur societas, ita dissensu distrahitur. Si unus igitur ex sociis renunciet societati, a se quidem liberat socios suos, se autem ab illis non liberat, si dolo malo renunciatio facta sit: veluti si quum omnium bonorum societatem iniissent, deinde quum obvenisset uni hereditas, propter hoc renunciavit, *d. l. actione, 65. §. 1. §. manet. Instit. hoc tit.* Renunciare vero societati etiam per alios possumus, veluti per procuratorem omnium bonorum, vel per eum cui hoc ipsum nominatim mandatum est, *d. l. actione, 65. §. renunciare.* Ex actione dissolvitur societas, quum aut stipulatione, aut judicio mutata sit causa societatis, nam hoc ipso, quod judicium ideo dictatum est, ut societas distrahatur, renunciata videtur, *d. l. actione, 65. in prin.* ex hoc enim contraria voluntas colligitur. ALEAND.

3. *Morte unius socii*] Nec unquam heres socius est, ne quidem in societate vectigalium, nisi fuerit adscitus, *l. 63. §. 10. D. pro socio.* Et quamvis societas hæc morte unius non solvatur: heres tamen non est socius ipso jure: sed opus est, ut sit adscitus in locum defuncti, ut oporteat illi conferri, sive transferri in illum partem defuncti. Et hæc est mens Pomponii *l. 59. D. pro socio*, qui tamen posse docet, hoc non semper fieri. Qua de re pluta vide sis apud Cujacium *Observat. lib. X. cap. ult. & Fontanum a Costa ad §. 1. Instit. de societat.* SCHULTINGIUS.

4. *Aut contraria voluntate*] Societas tam diu durat, quamdiu consensus partium perseverat, *l. 3. C. pro socio.* Quo, rebus adhuc integris, τὸν συναγορεύσαντα ἐπιμένειν, ut est in Glossis Nomicis, in contrarium actio, sicut ceteræ obligationes, quæ consensu contrahuntur, ita etiam solvitur societas. Sed & proprium est societatis, quod, postquam res integra esse desiit, ab ea recedi, etiam unius voluntate possit; quod renunciatione fit. Hujusmodi solutæ societatis exemplum habes apud Petronium, ubi Encolpius: *Rursus in memoriam revocatus injuria. Ascylte, inquam, intelligo nobis convenire non posse; itaque communes sarcinulas partiamur, ac paupertatem nostram prævatis quæstibus tentemus expellere.* Sic & aliud apud Apulejum *Milesior. lib. X. Si tibi denique societas ista displicet, possumus omnia quidem cætera fratres manere: ab ista tamen nexu communionis discedere: nam video in immensum damni procedentem quæstum nutrire nobis immanem discordiam.* Si tamen quis callide renunciaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, *§. 4. Instit. de societat.* vel alio modo intempestive, ipse quidem liberat socios, se autem ab illis non liberat, ita ut damni particeps, lucri vero expers maneat, *l. 27. §. 2. l. 65. §. 9. & segq. D. pro socio.* Et hoc est, quod innuit Harmenopulus *Prompton. lib. III. tit. 10.* cum dicit: Ἐν τῇ αὐτῇ τῆς κοινωνίας λύσει δεῖ περὶ τῆς ἀπαγορεύσεως σκοπεῖν, κατὰ φύσιν γὰρ τῆς κοινωνίας, ἡ παρὰ παρὸ ἀπαγορεύσεως λύσεται. OISEL.

5. *Aut*

voluntate, [5]aut capitis diminutione, id est, si unus ex sociis, [6]sicut frequenter supra diximus, capite fuerit diminutus.

§. 18. [7]Similiter & [8]mandari verbo potest. Et quum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim [9]aut nostra negotia, aut aliena

5. *Aut capitis diminutione*] Societatem capitis diminutione, maxima scilicet, & media, etiam solvi, manifestum ex *l. 63. §. ult. & l. 65. §. 12. D. pro socio.* Recensuit hic Gajus tres dissolvendæ societatis modos; sed præter mortem, renunciationem, & capitis diminutionem, societas etiam solvitur egestate, *l. 4. §. 2. D. d. t.* si nempe quis ex sociis bonis suis cesserit, *§. 6. Inst. de Societ. l. 65. §. 2. D. d. t.* Quatuor hosce modos distrahendæ societatis conjunxit Harmenopolus *l. III tit. 10. §. 8.* διαλύεται δὲ ἡ κοινωνία, θανάτῳ, κατασάσει ἐναλλαγῇ, καὶ ἐνοχλεῖ. Denique societas negotii alicujus gratia contracta, puta, vini, aut frumenti ad certam quantitatem emendi vendendique, finito negotio, id est, empto distractoque vino, aut frumento, dissolvitur, *l. 65. §. 10. l. 63. §. ult. D. eod. §. 6. Inst. de soc.* IDEM.

6 *Sicut frequenter supra diximus*] Forsitan *sicut frequenter fieri, supra diximus.* Debuit vero hoc dicere primo libro, quum de capitis diminutione loquutus est. ALEAND. Parum accurate hic loquitur Anianus, ut & alibi: non enim frequenter potuit dicere, societatem capitis deminutione tolli, quod verba vellent: imo nec plus, quam semel, vel bis ostendit, quibus modis deminutio capitis accideret: quamvis frequenter ejus factam fuisse mentionem a Cajo, & diversis occasionibus, ex institutionibus nostris appareat. SCHULTING.

7. *Similiter & mandari verbo potest*] Verbo nimirum quocunque, modo precarium sit, *l. 1. §. 2. D. mandat.* Idem itaque erit, sive *mando*, sive *volo*, sive *rogo*, sive alio quocunque verbo scripserim. Græci *ad l. 16. C. de negot. gest.* scribunt: *Nota ex his verbis: Rogo te, ut facias, nasci mandati actionem adversus eum, qui rogavit. nam lib. VII. tit. 4. Dig. 1. pro, mando tibi, posuit, rogavit.* Mandatum ἡ χρεῖα ἡ ὑπὲρ τοῦ γενομένου, ἢ ὑπὲρ, ut ajunt iidem Græci, *non requirit scripturæ, aut verborum solemnitatem.* Sed cum solo consensu constitat, tam ab absente per nuntium, vel per epistolam, quam a præsente suscipi potest, *d. l. 1. §. 2. D. eod. l. 7. C. eod.* & contrahitur mandatum uno rogante, & altero recipiente se id, de quo rogatur, exsecuturum gratuito animo procuratoris, *l. 10. l. 20. §. 3. l. ult. D. eod.* Mandatum enim nisi gratuitum nullum est, *d. l. 1. §. ult. D. eod. l. 13. D. de præsc. verb. l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* nam originem ex officio & amicitia trahit, contrarium vero officio merces, *d. l. 1. §. ult. D. mand.* Hinc Seneca *de benefic. lib. IV. c. 25. Pudeat ullum venale esse beneficium.* Et, ut ait Menander περὶ περιβ. 1. ἡ φιλότης χρήσιμα βεβιωμένη, οὐκ ἀγάθη. αἰσχρὰ γὰρ ἡ ἐνδεκτοδώτης, ἀντίτυπα ἡ τοιάδε. φιλίαν δὲ τὴν ἰσορρόπον τε καὶ ἀχλιτεύτον δεῖ ζῆσθαι. Honorem tamen & salarium mandatarius recipere potest, *l. 6. l. 7. & l. 10. §. 9. D. mandat.* Ubi *honor* dicitur pro *honorario*, quemadmodum Græci τιμή. Glossæ Gr. Lat. Cyrillo adscriptæ: τιμή, τὸ διὰ συνηγορίαν δίδόμενον. *Honorarium.* Eodem modo *honoris* vocabulo utitur Hieronymus ad Gerontiam: *Monor*, inquit, *vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur.* OISEL. Alexander hic caput fecit x. *de Mandato.*

8. *Mandari verbo*] Mandati obligatio consensu contrahentium constitit: ideo non tam verbo, id est, nudo sermone absque solemni stipulatione, sed & per nuncium quoque, vel per epistolam, mandatum suscipi potest, *l. 1. D. mandati.* ALEAND.

9. *Aut nostra negotia, aut aliena*] Mandatum inter nos contrahitur sive mea tantum gratia tibi mandem, sive aliena tantum, sive mea, & aliena, sive mea, & tua, sive tua & aliena, sive mea, tua, & aliena. Mea tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandem, ut negotia mea geras. Aliena tantum, veluti si tibi mandem, ut Titii negotia geras. Mea & aliena, veluti si mandem tibi, ut mea, & Titii negotia geras. Mea & tua, veluti si tibi mandem, ut sub usuris credas ei, qui in rem meam mutuaretur. Tua & aliena, veluti si mandem tibi, ut Titio sub usuris credas, *l. 2. D. manda.* Mea, tua, & aliena, veluti si ego tutor tibi contutori meo mandaverim, ut fundum pupillo emas, *l. 8. §. si tutores, D. eod.* Quod si tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum, magis enim consilium est, & ob id non est obligatorium, *d. l. 2. & §. 6. Inst. hoc tit.* IDEM.

9. * *Aut nostra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare*] Variis modis contrahitur mandatum. Nam sive nostra tantum negotia, *l. 2. §. 1. D. mand.* sive aliena tantum, *d. l. 2. §. 2.* sive nostra & aliena simul, *d. l. 2. §. 3.* sive nostra & mandatarii *d. l. 2. §. 4.* sive mandatarii & aliena, *d. l. 2. §. 5.* sive nostra, aliena, & mandatarii simul, *l. 8. §. 4. D. eod.* mandemus, nascitur obligatio. Mandatum vero, quod solius mandatarii causa intervenerit, non est obligatorium, quia magis consilium est, quam mandatum, *d. l. 2. §. ult. D. d. t.* Et liberum unicuique est apud se explorare, num consilium datum ipsi utile sit, nec ne. D. Chrysostomus *de Virginitate:* ὁμὲν γὰρ συμβουλεύων ὠφέλησε τὸν ἀκούοντα κέρδει ἴσως τῆς τῶν πραγμάτων αἰρέσεως, ὑπὲρ ὧν παύεται τὴν συμβουλήν. Si tamen fraudulenter, puta, lucri captandi causa, consilium datum sit, *l. 8. D. de dol. mal. l. 47. D. de R. J.* nascetur de dolo actio, *l. 10. §. 7. D. mand.* Consilium enim nullum est, quod ei, cui datum est, non expediat. Nam ut ait Isidorus Peluſiota *lib. V. Epist 105.* ἅπασα συμβουλὴ τὰ τῶν ἐπιτυγχανόντων ζητεῖ συμφέρειν. Fraus autem non ex eventu, sed ex voluntate dantis interpretanda. Idem Isidorus *eodem lib. V. Epist. 333.* Ὁ γὰρ μὴ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως

na cuicunque agenda mandare: dummodo honeſtum aliquid agi mandemus. [10] Nam ſi contra mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc eſt, ſi cuicunque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non contrahitur.

§. 19. [11] Solvitur autem mandatum, [12] aut morte, cui mandatum eſt, [13] aut contraria illius voluntate, qui mandavit.

§. 20

βάσεως τὰ πράγματα κρίνων ἐκκλίνοντός τι, νῦν τὸν προηγούμενον ἀγωνίσεται τὸν φόβον. Naſcitur & mandati actio, ſi mandatarius conſilio perſuaſus fecerit, quod alioquin facturus non eſſet, *l. 6. §. 5. l. 32. D. eod.* OISEL. De mandato in gratiam mandatarii legi poterunt utiliter, quæ noviſſime ſcripſit V. C. Ger. Noodt *Probabil. lib. IV. c. ult.*

10. *Nam ſi contra bonos mores*] Rei turpis nullum mandatum eſt, *l. 6. §. 2. D. mand.* ideo qui eidem ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum, occidendum mandatu ſuſcipiat, nihil mandati judicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati, *l. ſi mandavero, 22. §. qui autem, D. eod.* ALEAND. Nulla ex re flagitioſæ mandato, quemadmodum nec in univerſum, contrahitur obligatio, *l. 6. §. 3. D. h. t. l. 57. D. pro ſoc. l. 26. & ſeq. l. 123. D. de verbor. obl.* Itaque qui eidem ſacram ſpoliandam, hominem vulnerandum, occidendum ſuſceperit, nihil mandati judicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati, *l. 22. §. 6. D. eod.* Similiter ſi, quod mandetur, inhoneſtum ſit, nulla naſcitur actio; veluti, ſi adoleſcens luxurioſus mandet tibi, ut pro meretrice fidejubeas, idque tu, ſciens mandatum, ſuſceperis; vel ſi mandaverit tibi, ut meretrici pecuniam credas, non obligabitur mandati; quia ſimile eſt, quaſi perditurο credas, & adverſus bonam fidem, *l. 22. §. 11. D. eod.* Interim eſti ex delicto per mandatum commiſſo nulla inter mandantem & mandatarium naſcatur obligatio; hoc tamen non impedit, quin uterque pœnæ, qua ſolo facinus punitur, ſubjiciatur, *l. 2. §. 2. D. ad leg. Cornel. de ſic. l. 21. §. 3. D. de injur. l. 7. §. fin. D. de juriſd. l. 5. C. de accuſat.* Nec mandatorem, quod mandatarius delictum commiſit, nec mandatarium, quod alius mandaverit, excuſat. Fruſtra enim hic dicet ſe alieno mandato deliquiſſe. Et bene Ennodius *lib. 1. Epiſt. 4. Quis rogo*, inquit, *fuit patrandi ſceleris tam venalis emiſſor, qui purgationem vendere, ſi aliena ſe ſimulatione defenderetur præcepto ſuo militem flagitii, cum nemo de ſe confeſſo juſta evadere poſſit crimen alienum?* OISEL.

11. *Solvitur autem mandatum aut morte*] Extinguitur mandatum morte tam mandantis, quam mandatarii. *Græci in Baſilic. lib. XLVII. tit. 1. ἐπὶ γὰρ ἑνὸς τῶν ἐκκλίνοντος τὸ συμβόλαιον ἄλυτον τὸ μεῖνον.* Quod procedit, dum res ob utraque parte adhuc integra eſt, *integro adhuc mandato*, ut §. 9. & 10. *Inſtit. h. t. integra adhuc cauſa*, Paul. *Sentent. lib. II. tit. 15. μηδέπω τῶν πραγμάτων*, ut eſt in Scholiis Græcis ad Theophilum, id eſt, antequam mandatarius cœperit mandatum exſequi, *l. 26. l. 27. §. 3. l. 57. l. 58. D. mand. l. 6. D. juriſd.*

Sin vero res defierit eſſe integra, mandatum quidem morte alterutrius adhuc ſolvitur; mandati tamen obligatio & actio ante mortem nata, poſt mortem perſeverat, *d. l. 26. fine. d. l. 57. & 58. D. eod.* Nam mandati actio ſtatim competit, cum coepit interesse, *l. 8. §. 6. D. d. t.* Utilitatis tamen cauſa, ut ait Juſtinianus, §. 10. *Inſtit. h. t.* & Paulus in *d. l. 26. D. eod.* ſive, ut Theophilus, διὰ τὸ φίλον δοκεῖν vel διὰ τὸ φιλάγαθον, receptum eſt, ut aliquando actio mandati oriatur poſt mortem mandantis incipiat; ſi nempe mandatarius ignorans mandatoris mortem, negotium exſequutus fuerit. Veluti, ſi mandavero tibi, ut pecuniam Titio des, cui donare volebam, & tu, ignorans me mortuum, hoc feceris, habebis adverſus heredes meos mandati actionem. Si ſciens; non habebis, *l. 29. §. 3. D. de donation.* Ubi Græci: ἐκεῖνο γὰρ, καθὸν ἐν βουλήσει μὲν τὸ μανδάτιον, κατ' ἐξαίρεσιν. IDEM.

12. *Aut morte, cui mandatum eſt*] Sed non & morte mandantis? utique & ejus morte. Hic vero de illius tantum morte, cui mandatum eſt, dicitur, quia & poſt mortem mandatoris obligatio aliquando durat, veluti ſi eo mortuo, qui tibi mandaverat, tu ignorans, cum deceſſiſſe, exſequutus fueris mandatum: utilitatis enim cauſſa receptum eſt, ut competat actio, *l. ſuper. 26. D. mand. §. recte, Inſt. eod.* ALEAND.

13. *Aut contraria illius voluntate, qui mandavit*] Nam ex conſenſu mandatum contrahitur, ita diſſenſu ſolvitur. quare ſi mandavero exigendas pecunias, deinde voluntatem mutavero, nec mihi, nec heredi meo erit mandati actio, *l. ſi vero, 22. §. ſi mandavero, D. eod. tit.* quod intelligitur, ſi adhuc integra res ſit, *d. §. recte, Inſt. hoc tit.* Pariter renunciatione ejus, qui mandatum ſuſcepit, ſolvitur mandatum: quod quomodo fiat, explicatur in *l. 22. §. ult. cum ſeqq. D. mandat. & §. mandatum, Inſt. eod.* IDEM. Hoc ita, ſi, dum res adhuc integra eſt, mandatum a mandante revocetur, §. 9. *Inſt. h. t. l. 12. §. pen. l. 13. D. eod.* Sin vero mandatarii jam cœperit intereſſe, mandans ex negotio tenebitur, *d. l. 13. l. 26. D. eod.* Sic ſolvitur quoque mandatum, ſi mandatarius tempeſtive renunciet, ut tamen actio competat ex antegeſto, *l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. D. eod.* Alioquin intempeſtiva renunciatio non liberat mandatarium. ſed, niſi juſta cauſſa intereſſerit, tenetur adhuc actione mandati, non quidem, ut mandatum præciſe implere cogatur, ſed ut præſtet, quod mandatoris intereſſet implerum eſſe, §. 11. *Inſt. de mand. d. l. 22. §. ult. d. l. 27. §. 3. D. d. t.* OISEL.

14. Mor-

§. 20. Sed is, cui mandatur, [14] mandati formam egredi non potest: aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, [15] non praejudicet mandatori.

14. *Mandati formam egredi non potest*] Diligenter enim fines mandati custodiendi sunt, *l. 5. D. mandat.* Igitur commodissime illa forma in mandatis servanda est, ut quoties certum mandatum sit, recedi a forma non debeat: at quoties incertum, vel plurium caussarum, tunc licet aliis præstationibus exsoluta sit caussa mandati, quam quæ ipsi mandato ineranr, si tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio, *l. si quis, 46. D. eod.* vid. Agell. *Noct. Attic. lib. I. cap. 13.* ALEAND. Mandati fines diligenter custodiendi sunt, nam qui excessit, aliud quid facere videtur, ait Paulus in *l. 5. D. mandat.* Itaque si mandavero tibi, ut domum Sejanam centum emeres, tuque Titianam emeris, longe majoris pretii, centum tamen, aut minoris, non videris implesse mandatum, *d. l. 5. §. 2. D. d. t.* Item si mandavero tibi, ut fundum meum centum venderes, tuque eum nonaginta vendideris, & petam fundum, non obstabit mihi exceptio, nisi & reliquum mihi, quod deest, mandatu meo, præstes, & indemnem me per omnia serves, *d. l. 5. §. 3.* Si itaque pretium statui, tuque pluris emisti. Sabinus & Cassius negaverunt, te mandati habere actionem, etiamsi paratus esses id, quod excedit, remittere. Iniquum enim est, non esse mihi tecum actionem, si judicium detrectes; tibi vero, si velis, mecum esse, *l. 3. §. ult. D. eod.* Sed benignior Proculi sententia est, qui usque ad pretium statutum recte agi posse existimavit, *l. 4. D. eod.* De eo autem, quod mandatarius ultra mandatum expendit, ne quidem actione negotiorum gestorum experiri posse, verius est, *arg. l. ult. C. de negot. l. 31. §. 4. D. eod.* Non autem videtur fines mandati excessisse, qui rem minoris emerit, ὅτι κέρδος τετύχηκε. Meliorem enim mandantis causam facere licet. Ut ecce, si, cum tibi mandassem, ut Stichum decem emeres, tu eum minoris emeris, vel tantundem, vel aliud quicquam servo accesserit, utroque enim casu aut non ultra pretium, aut intra pretium feciſti; ideoque actionem habebis, *d. l. 5. §. ult. D. mand.* Post susceptum vero mandatum ultro citroque nascitur actio, *l. 19. D. eod. inscript.*, ex utroque latere, id est, Directa & Contraria. Quorum illa competit mandatori adversus mandatarium, mandatum susceptum citra justam causam non implentem, vel cœptum exsequi negligentem, *l. 5. C. mand.* vel intempestive, & sine causa renuncianrem, *l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. D. eod.* vel perperam, vel aliter, quam ipsi mandatum esset gerentem, *l. 12. C. eod.* ad id, quod mandatoris interest, *l. 26. C. eod.* si forte in exsequendo mandatorem dolo, culpa, etiam levissima damno affecerit. Nam & exactissimam diligentiam a mandatario exigi, plane evincit *l. 13. C. eod.* in qua dicitur, *a procuratore dolum, & omnem culpam, non etiam casum improvisum, præstandum esse.* Ubi tamen Basilicorum Auctores innuere videntur, levissimam culpam in mandati actione non venire. Ajunt enim ἐκτὸς τῆ ἐντολῆ δόλον καὶ ἁπλῶς ἁμαρτίαν ἐκκτῆσθαι. *A procuratore dolum & negligentiam repetimus.* Sed melius e Græcis etiam Theodorus Hermopolites *ad l. 23. D. de R. J.* ubi ad verba ista legis, *in his quidem diligentiam*, interrogandi modo notat: ποῖα δὲ εἰσι συναλλάγματα ἐφ' οἷς ὁ συναλλάξας ἐκκτᾶται, μήτε δόλον ποιῆσαι, μήτε ἁμαρτῆσαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὅσα μέλλων ἐνδέχεσθαι εἶναι ὁ ἐπιμελέστατος ἀνήρ. His verbis eum quærere videmus, *in quibus contractibus præstetur diligentia, qualem diligentissimus paterfamilias adhibere solet?* Subjicit vero, a mandatario, a commodatario, & tutore diligentiam præstari, id est, omnem culpam. nam de exactissima diligentia quæsierat. Bene etiam Thalelæus *ad l. 21. C. eod.* ubi dicitur, aliena negotia exacto officio gerenda, notat, in actionem mandati venire dolum, culpam & diligentiam generalis procuratoris: δόλον, κῦλπαν, καὶ ἐκκμέλειαν τῆ γενικῆ προκυρήσεως. Tenebitur itaque mandatarius, si quid vel levissima culpa neglexerit. Denique mandatori præstari tenetur, quicquid ex mandato, vel ejus occasione ad eum pervenerit, *l. 8. §. fin. l. 10. §. 1. 2. 3. D. h. t.* una cum fructibus & usuris legitimis, *l. 19. C. eod. d. l. 10. §. 2. D. d. t.* nisi pecuniam in suos usus converterit: tum enim etiam maximas præstare debet, *arg. l. 38 D. de negot. gest.* Contraria vero mandati actio datur mandatario, *l. 12. §. 7. D. mand.* qui servata mandati forma id implevit, *l. 45. §. 1. D. eod.* licet infeliciter negotia cesserunt, *l. 4. C. eod.* adversus mandantem, ejusve successores, *l. 2. C. eod.* ad id, ut mandator agnoscat & ratum habeat, quod suo nomine gestum est; sumptus & impendia mandati exsequendi gratia facta restituat, *l. 27. §. 4. D. mand. l. 20. §. 1. C. eod.* una cum usuris post moram, *l. 1. l. 18. C. eod. l. 32. §. 2. D. de usur.* denique, ut præstet quicquid omnino mandatarii interesse potest, *l. 12. §. 9. l. 16. l. 22. §. 2. D. mand.* OISEL.

15. *Non præjudicet mandatori*] Et ita ab una duntaxat parte mandati judicium datur, nam si is, qui mandatum susceptit, egressus fuerit mandatum, ipsi quidem mandati judicium non competit, at ei, qui mandaverit, adversus eum competit, *l. 41. D. eod. tit.* Quare si certo pretio rem jussus distrahere, minoris vendideris, venditio quidem non dissolvitur, sed mandati judicio pretii summam debebis integrare, ut inquit Paulus *Sent. lib. II. tit. 15.* ALEAND.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS X.

Quibus Modis Obligatio tollatur.

[1]Tollitur obligatio [2]solutione debiti. [3]Praeterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur. [4]Nam si quicunque pro pecunia, [5]quam creditori cavit, adquiescente

1. *Tollitur obligatio*] Aut ipso jure, aut per exceptionem, ab obligatione liberamur. Ipso jure hæc liberant: Solutio, Acceptilatio, Novatio, Delegatio, Confusio, Obsignatio, Compensatio, Rei interitus ante moram, Exemtio a commercio, Pignoris venditio. Per exceptionem liberamur Pacto, Jurejurando, Tempore, judicis sententia, & aliis innumeris modis. Hic Anianus exemplum tantummodo solutionis adfert ALEAND.

1. * *Tollitur obligatio solutione debiti*] Addit hic Gajus, vel potius Anianus, (nam Gajum etiam de aliis tollendæ obligationis modis tractasse, nemo dubitabit, qui Justinianum noverit) quædam de solutione; quæ pertinet ad eos modos, quibus obligatio ipso jure distrahitur. Nam, cum varii sint modi, quibus obligatio tolli possit, alii ipso jure liberant, alii per exceptionem. Ipso jure tollitur obligatio solutione, acceptilatione, novatione, dissensu utriusque partis, *tit. Inst. quib. mod. obl. toll.* debiti oblatione & obsignatione, *l. 9. C. de solut.* compensatione, *§. 30. Inst. de act.* obligationis confusione, *l. 75. l. pen. D. de solut. l. 7. C. de pact.* duarum causarum lucrativarum in eandem rem & personam concursu, *l. 17. D. de oblig. & act.* interitu rei debitæ, qui ante moram debitoris sine facto ejus contingit, *l. 23. D. de V. O.* & aliis, si qui sint hujus generis. Per exceptionem perimitur obligatio, si quis dicat, se dolo, aut metu inductum esse, vel pecuniam non numeratam, vel rem judicatam esse, vel pactum de non petendo interveniisse, jusjurandum delatum, vel temporis præscriptionem, &c. *tit. Inst. de except. & tit. aliquot lib. 44. D.* Quæ ita strictim indicasse sufficiat. Vestigiis tamen Auctoris nostri insistentes, de solutione quædam adhuc annectemus. OISEL.

2. *Solutione debiti*] Ideo id solvendum, quod debetur. Si fundus debetur, fundus dandus est, si vestis, ea est præstanda; quia aliud pro alio invito creditore solvi non potest, *l. 2. §. mutui, D. de reb. cred.* ALEAND.

3. *Praeterea aliquoties tollitur obligatio &c.*] Cum solutio, speciáliter accepta, naturalis sit præstatio ejus, quod debetur, *pr. Inst. quib. mod. toll. obl. l. 49. l. 52. l. 80. &c. D. de solut. l. 9. §. 3. D. de pign. act. l. 4. §. 3. D. de re jud.* necessario inde sequitur, aliud pro alio, invito creditore, solvi non posse, *l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. 46. D. de solut. l. 16. C. eod.* Quo & respicit Seneca *de benef. lib. V. cap. 14. Quo genere obligatus es, hoc fidem exsolve.* Placuit tamen consentiente creditore, rem pro pecunia solvi posse, *l. 26. §. 4. D. de cond. indeb.* item rem pro re, *l. 1. §. 5. D. de pecun. constit. l. 17. C. de solut.* Numinos quoque in alia forma etiam invito creditore reddi posse, verius est, *arg. l. 1. D. de contr. empt. l. 65. §. 1. D. de V. O.* nisi forte hoc ei damnosum futurum sit, *l. 99. D. de solut.* Quomodo accipiendum illud Senecæ *de benef. lib. IV. cap. 5. Nam & pecuniam dicimur reddidisse, quando his nummis pro argenteis aureos, &c.* Requiritur porro ad justam solutionem, ut solvatur simul & semel totum, quod debetur; nam oblatio, aut obsignatio partis neque debitori prodest, neque creditori nocet; quippe qui solutionem partis, ut plerumque cum variis conjunctam incommodis, accipere non tenetur, *l. 3. D. fam. ercis. l. 41. §. 1. D. de usur. & arg. l. 35. D. de R. J.* idque manifestissime apparet ex *l. 9. C. de solut.* neque creditor, qui partem debiti oblatam accipere nolit, in mora esse intelligitur, *arg. l. 55. D. de R. J.* Adeo autem non prodest debitori partem obtulisse, ut ne quidem periculo ejus portionis repræsentatæ liberetur, aut usurarum cursus sistatur pro ea parte, *d. l. 41. §. 1. D. de usur.* aut minus tota pœna promissa committatur, *l. 25. §. 13. D. fam. ercis. l. 1. §. ult. D. de V. O.* Sed & solutio fieri debet loco congruo, *d. l. 9. C. de solut. l. 2. §. 7. l. 9. D. de eo quod certo loc.* & dicto die, non ulteriori. Poterit tamen & debitor invito creditore ante diem solvere, *l. 38. §. 16. l. 137. §. 2. vers. nam & quod. D. de V. O. l. 70. D. de solut.* nisi forte dies adjectus fuerit in gratiam debitoris, *l. 122. pr. D. de V. O.* aut inopportuno tempore debitum offeratur, *l. 39. D. de solut.* Ut autem debitor liberetur, non interest, utrum ipse, an alius pro eo solvat, *l. 17. C. de solut.* nam & pro debitore ignorante & invito cuique solvere licitum, *pr. Instit. quib. mod. toll. obl. l. 23. l. 40. l. 53. D. de solut.* Reo solvente per consequentias etiam fidejussores, mandatores, & cæteræ accessiones, ut pignora & hypothecæ liberantur, *l. 16. D. de dolo malo. l. 43. D. de solut.* Et vicissim fidejussore solvente, reo principali liberatio ipso jure contingit *pr. Inst. h. t.* OISEL. Ita loquitur Anianus, quasi non foret hæc quoque solutio, sed aliud obligationis tollendæ modus. Et procul dubio aliter scripsit Cajus, videlicet, obligationem tolli solutione ejus, quod debetur; vel si quis, consentiente creditore, aliud pro alio solverit: uti quoque loquitur Imperator *pr. Inst. h. t.* ipsa forte verba Caji referens. Quæ Oiselius hic habet, vulgaria sunt, ut & alibi. SCHULTING.

4. *Nam si quicunque pro pecunia &c.*] Rebus igitur pro pecunia datis, consentiente creditore, tollitur obligatio, *l. manifesti, 17. C. de solut. & lib.* Sed nunquid,

si res

escente creditore, aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaslibet species, habita aestimatione, [6] consentiente creditore, dederit, obligatio evidenter tollitur.

§. 1. [7] Quia de obligationibus, quae ex contractu nascuntur, diximus, [8] superest, ut de his obligationibus, quae [9] ex delicto nascuntur, [10] simpliciter

si res debeantur, pecunia dari potest? Et constat posse, si creditori libuerit, *l. si si, 25. D. de jur. dot.* nam si non consenserit creditor, non potest aestimatio pro re praestari, *l. si domus, 71. §. quum alicui, D. de leg. 1.* Quum tamen res aliena debetur, si difficilis sit ejus redemtio, liberatur debitor pretium offerendo, ut demonstravimus *lib. II. sub cap. de Legatis.* Sed & si pecuniam debens facultatem ejus debitor non habeat, nec facile res suas vendere possit, novo jure compellitur creditor in solutum debitoris praedia accipere, *Nov. IV. ad fin.* Ac in solutum datio venditionis speciem prae se fert, *l. elegantes, 24. D. de pig. act. l. 4. C. de evictio.* ALEAND.

5. *Quam creditori cavis*] Sichardus in margine habet *dedit*; unde, si legamus, *quam creditor dedit*, bonus quoque sensus exsurget. SCHULTING.

6. *Consentiente creditore dederit*] Illud *consentiente creditore* obliterandum videtur, supervacuum enim est, quia supra dixit, *adquiescente creditore*. In Patavina editione sic est: *consentienti reddiderit*. ALEAND. Sichardus edidit, *consentienti reddiderit*: & in margine habet, *crediderit*. Abessent quidem illa, *consentiente creditore*, rectius: verum quot ineptis, & supervacuis repetitionibus stylus Aniani scatet? Alioquin hic nihil attinebat de aestimatione habenda monere, illam fieri consentiente creditore. SCHULT.

7. *Quia de obligationibus, &c.*] Incipit hic aperte nova materia obligationum ex delictis; sive ex culpa, ut Anianus ipse loquitur *tit. praec. princ.* adeoque haec sequentia viderentur sub tali titulo, *de obligationibus ex culpa*, collocanda; quod & factum in editione Genev. CIↃIↃLXXXVI. & in Pacii editione CIↃIↃCXXII. Lugdunensis vero CIↃIↃLIX. Aleandri habent, *de Obligationibus, quae ex delicto nascuntur*. Verum quia nec editio Sichardi, nec Lugd. CIↃIↃLXVI, nec Paris. CIↃIↃLXXXVI. nec ulla, quam constat ad libros MSS. esse exactam, ullam variationem prae se fert, vereor, ne ipse haec ita reliquerit Anianus: cujus errores uti merito carpuntur, ita scriptura nobis est sequenda: nec ipsa res inde aliquid detrimenti capiet. Oiselius non tantum titulum novum his praeposuit, *de Obligationibus ex delicto*: sed & librum hic incipit quartum: quod ab ipso Cajo in Institutionibus factum esse, uti facile largior, ita & in hac Epitome propria auctoritate ut id faceret, necesse non fuit. Rationes habes in ipsius nota. IDEM.

De Obligationibus ex delicto] Quemadmodum praecedente libro, ex parte nobis Justinianus, ita & hic Auctor fuit, ut quaecunque Cajus hoc loco de obligationibus ex delicto ortum ducentibus, refert, ea ex libro quarto Institutionum ab Aniano desumpta esse crederemus. Atque ob hanc rationem hic initium libri quarti facere visum fuit. Nemo enim, qui modo Pandectarum Auctorum Indicem oculis lustraverit, ignorare potest, Cajum quatuor Institutionum libros conscripsisse. Hasce autem reliquias ad librum quartum pertinere, Justinianearum Institutionum partitio librorum, in quibus Cajanarum exemplar adhuc elucet, haerenti scrupulum facile eximet. Quod autem Hottomannus, qui *tit. Inst. de obl. & delict.* in librum tertium rejicit, & verba illa in principio dict. tit. *Cum sit expositum superiori libro*: Veteris vult esse Jurisconsulti, unde is locus a Triboniano transcriptus, a Triboniano autem per incuriam relicta, refutationem non meretur. Non equidem negaverim Tribonianum haec non ita scripta reperisse apud Veterem Juris Auctorem, unde illa hausit; sed quis credet Tribonianum in re nihili adeo religiosum, immo potius adeo socordem & negligentem fuisse, ut haec intacta reliquisset, neque mutasset, nisi suae quoque partitioni quadrarent? Cum enim passim falcem suam, ad resecanda ea, quae in Veterum monumentis sibi ad scopum suum facere non videbantur, immittere non dubitavit, sanene mentis erit existimare, eum verbis istis superfluis pepercisse? Certo igitur certius tenendum, Tribonianum ista retinuisse, quia ad exemplum Veteris istius Jurisconsulti, cujus vestigia in componendis suis Institutionibus pressit, libros suos partiebatur. Auctor vero ille antiquus nemo procul dubio alius, quam Gajus noster fuit. Qui cum libro tertio de obligationibus ex contractu orientibus tractasset, librum quartum inchoavit obligationum ex delicto nascentium explicatione. Admodum autem insulsus Anianus, qui sub titulo *Quibus modis obligatio tollatur*, etiam obligationes ex delicto collocaverat. OISEL.

8. *Superest, ut de his obligationibus, quae ex delicto &c.*] Obligationes ex delictis contrahi dicuntur, quia is, qui delictum, hoc est, omne factum turpe & illicitum, lege humana prohibitum, commisit, in poenam legis incidit. Eleganter Michael Ephesius *ad Nicomach. Ethicor. lib. V. cap. 2.* ubi Aristoteles obligationem, quae ex delicto nascitur, *συνάλλαγμα ἀκούσιον*, *Contractum involuntarium* vocat, rationem reddit, quare contractus appellentur; Ἀλλὰ, inquit, *τῶς συναλλάγματα ταῦτα λέγεται; ἢ ὅτι ὁ κλέψας ἀντὶ τῶν κλεμμάτων ὅτε μὲν δίδωσι ἕτερά τινα, ὅτε δὲ μανθάνει, καὶ γέγονε τρόπον τινὰ δόσις καὶ λῆψις.* Quia fur pro rebus subtractis aliquid videatur reddere, cum punitur, & hoc modo fiat quasi datio quaedam, & acceptio. IDEM.

9. *Ex delicto*] Privato; nam publica delicta, ut seditio, homicidium, peculatus, & hujusmodi, aliter a lege vindicantur. ALEAND.

10. *Simpliciter*] Melius quadraret *similiter*. SCHULTING.

citer disputemus. "Ex delicto nascuntur obligationes, "si aliquis furtum fecerit, "vel bona aliena rapuerit, "vel damnum alteri dederit, "aut injuriam

11. *Ex delicto nascuntur obligationes, si aliquis &c.*] Hanc quadrigam delictorum privatorum etiam Gajus noster conjunxit *lib. III. Aureor. Ex maleficio*, inquit, *nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex injuria, l. 4. D. de obligat. & actionib.* Singula pro instituti nostri ratione breviter diducenda. OISEL.

12. *Si aliquis furtum fecerit*] Furtum est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, rei, usus, possessionisve, *l. 1. §. ult. D. de furt.* Contrectationem autem intellige rei alienæ. Sic in Glossis Nomicis: Ἐξ οὗ κλοπὴ ἀλλοτρίου πράγματος κακῇ ψηλαφήσει κέρδους ἕνεκεν γινομένη. Quomodo & Proclus *in lib. 4. Operum Hesiodi*, πᾶσα κλοπὴ λελῆσθαι τὸ ἀλλοτρίου μετάθεσις ἐστιν ἄντως. Et *in Parmenidem Platonis*: κλοπὴ γάρ ἐστιν ἡ λανθάνουσα τὸ ἀλλοτρίου μετάληψις. Vid. Isidorum Pelusiot. *lib. III. Epist. 320.* Hinc Paulus *lib. 12. Sent. tit. 31.* furem sic definit: *Fur est*, inquit, *qui dolo malo rem alienam contrectat.* Rationem paullo post idem addit Paulus: *Rei enim nostræ furtum facere non possumus.* Unde & Tertullianus *lib. IV. adversus Marcionem*: *Nemo*, inquit, *sua furatur, aut suffodit, sed ille potius, qui in aliena descendit.* Et mox: *Hubes supra scriptum, neminem rei suæ furem esse.* Vid. Aristotel. *lib. V. Moral. ad Nicomach. cap. ult. & lib. 1. Magnor. Moral. cap. ult.* Ex definitione etiam videmus, non eum tantum furtum committere, qui rem invito domino amovet, sed etiam si solummodo contrectet, *l. 21. §. 8. D. de furt.* idque dolo malo, *l. 46. §. 7. D. eod. §. 7. & 8. Inst. eod.* ut lucrum inde faciat, *l. 8. §. 2. D. arb. furt. cæs.* nam qui non lucri faciendi, sed forte damni dandi, aut contumeliæ causa rem alienam contrectat, non facit furtum, sed id factum in aliud genus delicti cadit, *l. 30. l. 33. D. de furt. l. 1. §. ult. l. 41. D. ad leg. Aquil.* Denique furtum sine affectu & animo furandi non committitur, *§. 7. Inst. de obl. ex delict.* Neque sola cogitatio furti faciendi furem facit, *l. 1. §. 1. D. h. t.* Uti nec nuda inficiatio, *l. 67. D. eod.* Sic ut ille, qui depositum inficiatur, statim furti non teneatur, sed ita demum, si intervertendi causa occultaverit, contrectaverit, *d. l. 1. §. 2. d. l. 67. D. eod. l. 1. §. 10. D. de act. rer. amot. poss.* Rerum etiam, quas nemo possidet, subtili juris ratione furtum fieri non intelligitur; unde rerum hereditariarum ante aditam hereditatem, vel post aditam, antequam heres possideat, furtum fieri negatur; nisi res commodata, aut pignori data, aut usufructus ad alium pertineat, *l. 14. §. 14. l. 68. §. 69. l. 70. D. de furt. l. 1. §. 19. D. si is, qui in jus, lib. esse juss. l. 2. l. ult. D. de expil. hered.* Sed qui hujusmodi rem surripuit, crimine expilatæ hereditatis tenetur, *d. l. 2. D. expil. hered.* Furti varias nominis originationes refert Paulus *in d. l. 2. D. de furtis*, unde & eas Tribonianus in Juris Institutiones transtulit. Labeonis notatio, qui furtum a furvo, id est, nigro, ideo dictum ait, quod clam, & obscure fiat, & plerumque nocte plurimus habet adstipulatores, ut Varronem *lib. XIV. rer. divin.* Servium *in lib. II. & lib. IX. Æneid. & in lib. III. Georg.* item Nonium; ab Agellio tamen *lib. I. cap. 18.* rejicitur, ubi & Varronem quasi memoria lapsum taxat. Ceterum furtum noctis opus, noxque Latenæ Deæ suboribus arcana: Euripides in *Iphigen.* κλοπαῖον γὰρ ἐστὶ φῶς. Et Homerus *lib. III. Iliad.* κλοπὴ γὰρ δή τε νυκτὸς ἀμείνων. Unde Maximus Tyrius *Serm. IX.* φεύγων ἥλιον, διώκων νύκτα καὶ σκότον, ἐπιθυμῶν ἀεὶ φίλων, πλὴν ἐν ἀγαθῷ. Et Joannes Climacus: φίλτατον ἥλιον κλοπίμου. Item Gregorius Nazianzenus *Orat. XLVIII.* Λαυκάστου, ἐν νυκτομαχίᾳ καὶ κλοπίμου τοῦ εἴδους ἄλλα τῆς νυκτὸς ἔργα ἐστίν. Atque hinc etiam furtim Hesiodo ἡμερόποινος dicitur *lib. 4. Operum*,

Μηκαλὸς δ' ἡμερόποινος ἀνὴρ ἀνὰ χρήματ' ἄμεινον.

Ubi Moschopulus: Ἀνὴρ ἡμερόποινος, ἤγουν κλέπτης, ὃς τὰ μὲν ἡμέρας ἀναπαύεται, ὑπνώττει, τὰ δὲ νύκτωρ ἀγρυπνεῖ ἐπὶ τῷ ἁρπάσαι τινὲς χρήματα. Et Proclus: ὁ λῃστὴς, ὁ κλέπτης, ὁ τὴν ἡμέραν μὲν ὑπνῶν, τὴν δὲ νύκτα ἀγρυπνῶν. Sic qui Hesiodo ἡμερόποινος, Plauto *Trinummo, Act. IV. Sc. 2. Lucrimator* dicitur, qui alias fur nocturnus; cui contrarius est *Interdianus*, ἐπίκλοπος, ut est in Glossis Philoxeni. Illum Lege XII. Tabul. impune omnimodo occidere licuit; hunc vero ita demum, si telo se defenderet, *l. 4. §. 1. D. ad leg. Aquil.* Quod jure civili etiam tantum in fure nocturno permissum, *l. 9. D. ad leg. Cornel. de sicar.* in urbibus scilicet, sive oppidis, in agris vero Lex XII. Tabularum adhuc valet ex Constitutionibus, quæ nocturnum depopulatorem quoquo modo occidere permittunt, *l. ult. C. quand. lic. unic. sine jud. se vind.* Vide Cujac. *Observ. lib. XIV. cap. 15.* Frustra est Auctor Interpretamenti ad Leg. XII. Tab. qui furem nocturnum jure civili alia ex causa, quam metu mortis, impune occidi posse existimat. IDEM.

12. * *Si aliquis furtum fecerit, vel &c.*] Hæc quatuor delictorum genera posita potius videntur exempli loco, quam ut omnia comprehendant, ut & apud Justinianum; nam & incendium est, & ruina, & naufragium, nisi si quis hæc iis quatuor tacite contineri referat. ALEAND.

13. *Vel bona aliena rapuerit*] Fur est, qui ignoranti domino bona ejus clam aufert; Raptor, qui scienti & invito vi, & palam aufert. propterea propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, *l. 2. De vi bon. rapt. §. 2. Inst. eod.* IDEM. Si quis rem alienam vi rapuerit, tenetur actione privata Vi bonorum raptorum. Fur dicitur subtrahere, & clam auferre, *l. 50. D. de furt. l. 9. C. eod.* Raptor palam auferi rem alienam surripit, nec enim sine vi rapi potest, *l. 5. §. 1. D. de incend. ruin. naufr.* Plautus *Trinum. Act. 2. Sc.*

TH. *Minus jam furtificus fuit, quem arcebam.* EU. *quidem.* TH. *rapi*

Hinc Libanius *in loco communi contra Tyrann.* ἓν τῶν χειρόνων ἀδικημάτων, ἁρπαγὴν ἐροῦμεν. Unde Ammonius: ἁρπαγὴ, τὸ ἀλλότριον, τῷ μὴ λαθεῖν, ἀφελέσθαι. Et fure raptor improbior atque atrocior est; Chrysostomus *Homil. LIII. in Matth.*

ἀλλήλοις ὁ ἁρπάζων χείρων. Item Auguſtinus *11. contra Epiſt. Parmen. cap. 9. Eos fures*, inquit, *cum furo concurriſſe non dico, quia fure pejor eſt raptor.* Unde & actio de vi bonorum raptorum ſemper eſt in quadruplum, ſive raptor ſit manifeſtus; ſive nec manifeſtus. In quadruplo autem & rei perſecutio continetur, ita ut pœna tantum tripli ſit, *pr. Inſt. vi bon. rapt. §. 19. Inſt. de action.* inſtituenda autem eſt intra annum utilem; nam poſt annum in ſimplum tantum agi poteſt, *l. 2. C. vi bon. rapt.* Sed & præter hanc actionem, omnes etiam actiones illæ competunt, quæ adverſus fures dantur; furti ſcilicet manifeſti, quando raptor eſt deprehenſus, *l. 80. §. 3. & arg. l. 52. § ult. D. de furt. pr. Inſt. vi bon. rapt. l. 2. §. pen. D. eod.* nec manifeſti, ſi ſe celavit, *l. 1. D. eod. l. 88. D. de furt.* item condictio, *d. l. 2. § pen. D. vi bon. rapt.* Actione autem Vi bonorum raptorum is demum tenetur, qui dolo malo rapuerit; cæterum ſi ſine dolo, ceſſat vi bonorum raptorum actio; ſed in, qui rapuit, aliter multatur, *l. 2 §. 18. D. vi bon. rapt.* Ex Conſtitutionibus enim, ſi dominus fuerit is, qui rapuit, rei dominium amittit, *ὡς ἀναξίως κρατήσαντος*, ut aiunt Græci, quod abſque magiſtratus auctoritate rem abſtulit; ſi vero non fuerit dominus, tum præter reſtitutionem etiam æſtimationem rei raptæ præſtare cogitur, *§. 13. Inſt. eod. l. 7. C. unde vi.* Sed præter actionem privatam Vi bonorum raptorum, competit & accuſatio publica ex legibus juliis de vi publica & privata; neque unum judicium alterum tollit, aut impedit, ſed utroque judicio reus cum effectu peragi poteſt, *l. 2. §. 1. D. vi bonor. rapt. l. unic. C. quand. act. civil. crim.* Nota autem rapinam proprie fieri rerum mobilium. Res immobiles non rapi, ſed invadi dicuntur; unde nec actio Vi bonorum raptorum, ſed interdictum Unde Vi, & actio in duplum ex Conſtitut. *l. 7. C. unde vi.* OISEL.

14. *Vel damnum alteri dederit*] Si quis damnum injuria alteri dederit, lege Aquilia tenetur, qua cautum eſt, ut ſi quis alienum hominem, alienamve quadrupedem injuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. Præterea & de omni cætero damno actio datur, ut ſi quis ſervum vel pecudem vulneravit, vel ſi quid uſtum, aut ruptum, vel fractum fuerit, qua de re Juſtinianus *in Inſtit. ſub tit. de Lege Aquilia.* ALEAND. Puta, cum quis ita alteri damnum dederit, ut nullum inde lucrum ad dantem redeat; veluti, ſi quis mancipium alienum, aut quadrupedem, quæ in pecudum numero eſt, injuria occiderit, aut vulneraverit; item ſi quid uſtum, fractum, ruptumve fuerit. Quod damnum vindicatur lege Aquilia, *l. 1. l. 2. l. 3. D. ad leg. Aquil.* Unde Harmenopulus *lib. VI. tit. 1. τῶν περὶ ζημίας νόμων, ὁ ἀκυλίειος ἐκ πάντων ἐκπεπτέσθω.* Quod & habent Gloſſæ Nomicæ. Hujus autem legis tria ſunt capita; primo agitur de interemptione ſervi alieni, aut pecudis; tertio de cætero damno injuria dato; ſecundo quidnam cautum fuerit, ignoratur, quia non eſt in uſu, *pr. & §. 12. & 13. Inſt. de leg Aquil. l. 2. pr. l. 27. §. 4. D. eod.* Ut autem huic actioni ex lege Aquilia locus ſit, requiritur ut damnum datum ſit injuria, id eſt, non jure, ſive, quod idem eſt, culpa, *l. 5. §. 1. D. eod. § 2. Inſt. eod.* Gloſſæ Nomicæ: *Ἀκυλίειος λέγεται ὁ ἄδικον ἐπιζημίων ζημίαν.* Eædem Gloſſæ: *Δικαιοπραξία ζημίας ἢ βλάβης γινομένη.* In actione vero legis Aquiliæ venit & leviſſima culpa, *l. 44. D eod.* cujus exempla in *d l. 5. §. ult. l. 6. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. D. eod.* Cæterum condemnatio ex lege Aquilia in tantum fit, quanti eſt damnum, quod ob rem occiſam, aut corruptam contigit, *l. 21. l. 23. D. eod. §. 9. Inſt. eod.* In ſervis, aut pecudibus datur actio in id, quanti ea res eo anno plurimi fuit, *d. l. 21. d. l. 23. §. 3. D. eod. d. §. 9. & 10. Inſtit. eod.* in cæteris animalibus tum occiſis, tum vulneratis, item rebus omnibus inanimatis corruptis, quanti intra dies triginta fuit, *l. 27 §. 5. D. eod. §. 11. Inſtit. eod.* Anno & diebus retrorſum computatis, *l. 21. §. 1. D. eod.* ſive, ut eſt in *l. 51. §. 2. D. eod.* repetitis ex die cædis, aut vulneris trecentum ſexaginta quinque diebus; quod Arnobius diceret *anno replicato.* Sic enim inquit *lib. 1. adverſ. Gentes: Oſtenderem profecto, replicatis prioribus ſæculis, mala iſta, qua dicitis, non eſſe incognita.* Creſcit autem pœna ex lege Aquilia adverſus inficiantem in duplum, *§. 23. & §. 26 Inſtit. de action.* Gloſſæ Juris: *Ἀκυλίειος λεγομένη ἡ ἐκπεμπομένη ἐξ ἀφέσεως τὸ ἀπολεῖν, ἐξ ὁμολογίας δὲ τὸ ἀπολῶν.* Directa hujus legis actio datur adverſus eos, qui damnum dederint corpore ſuo, *§. ult. Inſtit. de leg. Aquil.* adverſus eos vero, qui non corpore ſuo, ſed alio modo damnum dederint, utilis actio ex ſententia & interpretatione legis competit, *d. §. ult. Inſt. eod.* Cæterum tam directa, quam utilis heredi datur, in heredem vero non datur, quia pœnalis eſt, *l. 23. §. 8. D. h. t. §. 9. Inſt. eod.* niſi forte ex eo damno heres locupletior factus ſit, *d. l. 23. §. 8. D. eod.* Dominus quoque, cujus ſervus dolo malo occiſus eſt, præter actionem privatam ex lege Aquilia, accuſationem publicam (quæ & cuivis alii pater) ex lege Cornelia de Sicariis inſtituere poteſt; & quidem ita, ut utrumque judicium concurrat, neque ſi actum ſit ex lege Aquilia, præjudicium fiat legi Corneliæ, *d. l. 23. §. 9. D. eod. l. 3. C. eod. §. 11. Inſt. eod. l. unic. C. quand. civil. act. crim.* Nonnunquam & ſalvis & integris rebus damnum alicui contingit; veluti ſi quis animal incluſum, vel ſervum compeditum in libertatem & fugam emiſerit. Cujuſmodi damnum ad legem Aquiliam non pertinet; ſed in hujus ſubſidium comparata eſt actio in factum adverſus eum, qui damnum dedit, *§. ult. Inſt. de leg. Aquil. l. 55. D. de acq. rer. dom.* Quæ actio in factum ſubſidiaria latiſſima eſt, & toties competit, quoties factum interceſſit, quod eſt illicitum. OISEL.

15. *Aut injuriam fecerit*] Manu, aut verbis, vel ſcripturis; aut etiam ſi cujus bona quaſi debitoris, quum nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat, nihil eum ſibi debere. qua de re apud Juſtinianum *tit. de injuriis*, & alibi. ALEAND. Non hic injuriæ vocabulo ſignificatur hoc omne, quod non jure fit, ſed ſpecialiter accipitur pro contumelia, Græcis *ὕβρις* dicta. Gloſſæ Gr. Lat. *ὕβρις, Injuria, contumelia.* Gloſſæ Nomicæ: *Injuriarum, τὸν περὶ ὕβρεως ἀγῶνα.* Et Auguſtinus *Confeſſ. lib. III cap. 8.* contumeliam ab injuria ita diſtinguit, ut genus a ſpecie; *ſive per contumeliam*, inquit, *ſive per injuriam.*

Injuria ergo, de qua hic agitur, sic describi potest, ut sit omne factum dictumve, quod sit in contemtum & ignominiam alterius. Auctor vero ad Herennium eam sic describit: *Injuria est*, inquit, *quæ aut pulsatione corpus, aut convitio aures, aut turpitudine vitam alicujus violat.* Ex utraque descriptione apparet aliam esse injuriam, quæ facto, vel re; aliam, quæ verbis infertur. Unde & Eustathius *ad lib. 1. Odyss.* ὕβρις γὰρ ἡ μόνον ἡ ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ καὶ πᾶν ἔργον αἰσχρόν. Re, sive facto fit injuria, quoties manus inferuntur; Verbis: quoties non manus inferuntur, & convitium dicitur, *l. 1. §. 1. D. de injur. & famos.* Quo respicit Tertullianus *in de Patientia*, cum dicit: *Injuria seu lingua, seu manu incussa.* Re itaque proprie injuria fit, si quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, §. 1. *Inst. de injur.* Seneca *lib. 11. de benefic. cap. ult.* *Negamus injuriam accipere sapientem: & tamen, qui illum pugno percusserit, injuriarum damnabitur.* Re tamen fieri injuria etiam censetur, quæ re, aut facto aliquo, quod ad contumeliam alterius pertinet, infertur, licet corpus alicujus non lædatur; cujus exempla in *l. 13. §. 3. l. 15. §. 27. l. 20. l. 39. D. de injur.* Verbis proprie fit, si quis dicto, aut scripto, aut carmine famoso infamiam alicui infligere conatur, *l. 15. §. 2. & seq. D. eod. l. 5. C. eod.* Paullo aliter Paulus *Sentent. lib. V. tit. 4.* Injuriam fieri dicit. res tamen eodem redit: *Injuriam patimur*, inquit, *aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione stupri. Extra corpus convitiis & famosis libellis.* Famosus libellus est charta, quæ injurias & opprobria continet: sive, ut ajunt Græci *lib. LX. Basilic. h. t.* χάρτης φλαυλίας περιέχων. De famoso libello Julianus *Misopogone*, non multum a principio: τὸ δὲ ἄφωνα ποιεῖν μὲν λέξει πεπείσται, λοιδορίας δ' ἔχει πολλὰς καὶ μεγάλας, ὡς εἰς ἄλλους μὲν δίκη πᾶσι γὰρ ἐκκαγορεύοντος τῷ νόμῳ· εἰς δὲ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, καὶ τὸν συγγραφέα. A Paulo *Sent. d. lib. V. d. t. 4* *Canticum* & *Psalterium* vocatur, quod alias carmen famosum. Seneca *lib. V. excerpt. Controvers. 6.* *Numquid tecum? numquid carmen famosum composui?* Ut autem injuria alicui fiat, requiritur, ut quid eorum, quæ diximus, factum sit contumeliæ gratia, & affectu injuriæ inferendæ, *l. 3. §. 1. D. de injur.* nam si animus injuriæ faciendæ aberit, ad hanc actionem non pertinet, *d. l. 3. pr. l. 4. l. 13. §. 1. & 2. l. 15. §. 23. D. eod. l. 5. in fin. l. 16. D. ad leg. Aquil.* Deinde requiritur etiam, ut innocens sit, cui injuria facta est, *l. 18. D. de injur.* Postremo, ut quis injuriam sibi factam statim ad animum revocaverit; si enim dissimulaverit, injuria abolita est, *l. 11. §. 1. D. eod. §. ult. Inst. eod.* Concinne hoc Paulus *Sentent. lib. V. tit. 4.* dicit: Injuria *ex affectu unius cujusque patientis, & facientis æstimatur.* Atque hinc est, quod Thalelæus *ad l. 31. C. de liber. caus.* ad verbum *contestatione*, notat: ὅτι ἐὰν σιωπήσῃ, δοκεῖ ἀπρόσκοπος εἶναι τὴν ὕβριν, καὶ ἀκέραιος ἀγάγειν. Quemadmodum & si passus sit tempus huic actioni præfinitum elabi; annum nimirum unum, *l. 17. §. 6. in fin. D. eod. l. 5. C. eod.* quem utilem esse de jure verius arbitror, per *l. 14. §. 2. D. quod met. caus.* quod & Cujacius ibi scribit; quanquam postea *in Paratitlis C. tit. de injur.* sententiam mutaverit, & injuriarum actionem finiri anno continuo existimaverit. Quædam vero injuria levis est, quædam atrox. Atrocem injuriam quasi contumeliosiorem & majorem accipimus, *l. 7. §. 7. D. de injur.* Atrox autem existimatur, vel quod re ipsa talis sit; vel quod ex circumstantiis, puta loco, tempore, persona, tum facientis, tum patientis talis habeatur, *d. l. 7. §. 8. l. 9. l. 10. D. eod. §. 9. Inst. eod.* Veluti si cui in theatro, vel in foro injuria fiat; si Magistratui, vel Senatori, vel Equiti Romano ab humili persona; aut parenti, patronove a liberis, libertive injuria facta sit, *dd. ll. d. t.* Add. Paulum *Sentens. lib. V. tit. 4. §. Atrox injuria.* Quo respicit Quintilianus *Declamat. CCLII.* cum inquit: *Pulsatus civis injuriarum agat; si magistratus erit, majestatis crimen obligabitur: si legatus erit, bello vindicabitur & jure gentium.* Item Arnobius *lib. IV. adversus gent. Magistratum in ordinem redigere, Senatorem aut convitio prosequi, suis esse decretis periculosissimum pœnis.* Atque etiam Salvianus *de Gubernatione Dei lib. VI. Semper enim per dignitatem injuriam perferentis, crescit culpa facientis: quia necesse est, quanto major est persona ejus, qui contumeliam patitur, tanto major sit noxa ejus, qui facit.* Injuriarum actio datur adversus eos, qui fecerunt injuriam, quive, ut quid eorum fieret, procurarunt, §. 11. *Instit. de injur. l. 11. pr. & §. 3. 4. 5. 6. D. eod.* Quæ & heredi competit, si forte funeri, vel cadaveri testatoris injuria facta sit, *l. 1. §. 4. & 6. D. eod.* Pœna ex hac actione olim varia. Nam ob carmen famosum ex Leg. XII. Tabul. capitalis erat, ut constat ex loco Ciceronis IV. *de Republ.* qui exstat apud Augustinum *lib. II. de Civit. Dei, cap. 9.* Quod fustuarium fuisse vult Cornutus ad Persium, *Satyr. 1.* ubi inquit: *Lege XII. Tabul. cautum esse, ut fustibus feriretur, qui publice invehebatur.* Quod etiam innuere videtur Porphyrio *ad illa Horatii Epistol. ad August.*

Quin etiam lex
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
Describi. Vertere modum, formidine fustis
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Ubi ait: *Ideo quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium.* Hoc fustuarium supplicium dicit, quia capitale erat. Quale autem fuerit discimus ex Suetonio in Nerone; ubi Nero a Senatu judicatus, ut puniretur more majorum, comperit id tale esse genus pœnæ: *Nudi hominis cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi.* Exactius pœnam hanc describit Eutropius *lib. VI. Qua pœna*, inquit, *erat talis, ut nudus per publicum ductus, furcæ capiti ejus inserta, virgis usque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de saxo.* Quod hic dicitur *virgis cædi*, hoc Plutarcho *in Gracchis*, ῥάβδοις αἰκίζεσθαι. Quæ virgæ, non scopæ, sed bacilla de fascibus lictorum erant, ab Arriano *lib. IV. cap. 10. in Epictet.* ξεστὰ ῥάβδια dicta. Sic Plutarchus *in Romulo*, αἱ ῥάβδοι, βακτηρίαι καλοῦνται. Postea hæc fustuarii pœna sublata, & lege Cornelia auctor famosi carminis intestabilis esse jussus, *l. 5. §. 9. D. de injur.* Sed tandem Principum Constitutionibus id iterum capite plectendum sancitum, *l. unic. C. de famos. libell.* Sic Anna Comnena

Alexia-

Digitized by Google

juriam fecerit. Quarum omnium rerum [16] uno genere ex delicto naſcitur obligatio.

§. 2. [17] Furtorum autem [18] ſunt genera quatuor: manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. [19] Manifeſtum furtum dicitur, ſi quando fur cujuscunque rem

Alexiados lib. XIII. ὁ ἀμφὶς τιμωρίαις βαρυτάταις κολάζει, ἀντὶ μὲν (τὰ Φάμενα) ἀναλίσκων πυρὶ, τοὺς δὲ ταῦτα τολμῶντας πυκναῖς καθυποβάλλων κολαστηριάταις. Membri vero rupti ex Leg. XII. Tabul. olim talio erat, propter os fractum nummaria pœna conſtituta, §. 7. *Inſt. de injur.* Poſtea abolita pœna Leg. XII. Tabular. pecuniaria pœna a Prætore introducta, quæ pœna ſecundum dignitatis gradum vitæque honeſtatem creſcit, aut minuitur: primumque ei, cui facta eſt injuria, deinde arbitrio judicis æſtimanda permittitur, *d. §. 7. Inſt. eod. l. 25. §. 28. D. eod.* Ex tribus etiam cauſis, veluti, quod ſe quis pulſatum verberatumve, vel domum ſuam vi introitam eſſe dicat, actio injuriarum ex lege Cornelia competit, *l. 1. pr. D. eod. §. 8. Inſtit. eod* quod judicium criminale eſt; quanquam poſtea etiam civiliter ex ea lege agi poſſe receptum eſt, *l. 38. §. 1. D. eod.* Eſt etiam privatum, non publicum, *l. 42. §. 1. D. de procurat. fac. l. 7. C. de injur.* uti & perpetuum, *arg. pr. Inſt. de perpet. & tempor. act.* in quo differt ab actione injuriarum ex edicto, quam anni utilis ſpatio finiri diximus, *l. 17. §. 6. D. de injur. l. 1. C. eod. l. 35. D. de obl. & act. §. 1. Inſt. de perp. & temp. act. l. 14 §. 1. D. quod met. cauſ.* Præterea poteſt quis ex quavis injuria vel civiliter, vel criminaliter agere ad extraordinariam coercitionem a judice conſtituendam, (quam Græci in Gloſſis Nomicis interpretantur, τὴν τυπτοῦσαν παρὰ τῷ δικαίῳ τιμωρίαν.) vel corporis, vel ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam, *l. ult. D. de injur. §. 10. Inſt. eod.* Non tamen his actionibus ſimul experiri licet, ſed una electa, altera conſumitur, quia utraque ad vindictam comparata eſt, *l. 6. l. 7. §. 1. D. eod. l. unic. C. quand. civ. act. crim.* OISEL.

16. *Uno genere*] Ad differentiam obligationum ex contractu, quæ in quatuor genera dividuntur, nam aut re, aut verbis, aut litteris, aut conſenſu contrahuntur, ut ſupra dictum eſt. Obligationes ex delicto unius generis ſunt, nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio, Juſtinian. *in princ. hujus tit.* ALEAND.

17. *Furtorum*] De furtis multa habet Paulus titulo ſpeciali *Sententiar. lib. II. tit. 31.* ubi aliqua invenies notata. Hic nihil viſum eſt addere illis, quæ ab aliis ſcripta ſunt. Et ſatis, imo nimis prolixa ſunt Oiſeliana, ac pleraque vulgatiſſima: quædam etiam, quæ non probem; ſed quæ longius ab hac Aniani Epitome abeant.

18 *Sunt genera quatuor*] At duo eſſe tantummodo ait Juſtinianus *in §. furtorum, Inſt. hoc tit.* nam conceptum, & oblatum ſpecies potius actionis videntur furto cohærentes, quam genera furtorum, quod & noſter Cajus confirmat *l. 2 D. de furt.* nili ſi quis ſuſpecta judicet ejus verba, ut quæ Triboniani calamo ſcripta ſint. ſane & Paulus quatuor genera facit, *lib. II. Sentens. tit. 31.* ALEAND.

19. *Manifeſtum furtum dicitur, &c.*] Videtur hic Cajus, an potius Anianus? in ea eſſe ſententia, quod furtum tum demum manifeſtum ſit, quando fur in ipſo furandi actu deprehendatur. Sed magis eſt ex Juliani & Ulpiani ſententia, furem eſſe manifeſtum, etſi non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit, ſi modo deprehenſus fuerit cum re furtiva, antequam eo pervenerit, quo rem furtivam deferre deſtinaſſet, *l. 3. § 2. D. de furt.* Sic Paulus *lib. Sententiar. ſub. tit. de Furibus*, apud Pariatorem, Leg. Moſaicar. & Romanar. *tit. 7. Manifeſtus fur eſt, qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci, unde furatus eſt, comprehenſus eſt, vel antequam ad eum locum, quo deſtinaverat, pervenerit.* Appoſite quoque Gloſſæ Nomicæ: Μανιφέστα μέν ἐστιν, ὅταν ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλήφθῃ ὁ κλέπτης ἐν ᾧ τόπῳ ἢ ἐκλάβῃ τὰ ἐνέχοντα τόκον, ὅτι βαστάζων τὸ πράγματα, πρὶν αὐτὸ ἀποθέσθαι ἐν ᾧ ὥρισε τόπῳ, ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ μόνῃ. Ubi videmus *furem manifeſtum* Græce reddi, ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenſum, quod & Ulpianus notat in *l. 3. D. eod.* Sic Heſychius: 'Επ' αὐτοφώρῳ, ὁ φανερῶς καταληφθείς, ἢ ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλισθεὶς ὅτι κατέχων αὐτό. Sed & ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi dicuntur, qui in alio quocunque facinore, ſive flagrante delicto, vel crimine deprehenduntur. Unde Novella Leonis, περὶ τῶν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντος μοιχοῦ. Sic Auctor libelli de fluminibus, quem Plutarchum eſſe vult Euſtathius *in γ. Iliad. p. 381. edit Rom.* τὸν μοιχὸν καιχανόμενον ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαβών, ἀνῄλεν. Ita apud Lyſiam *Oratione VI.* Ἃ γὰρ μεμηνότες διαγιγνώσκων περὶ τῶ πράγματος, καὶ κελεύων ἢ ἄρα τότε πυθέσθαι ὅτου ἕνεκα, ἢ ὃν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐλάγχων, τοσοῦτο χρόνου ὕστερον εἰς τοσοῦτόν με κατέστησεν κίνδυνον. Ac denuo *Orat. XII.* Ἀκούω δ' αὐτὸν καὶ διομνύζεσθαι ὅτι ἐπ' αὐτοφώρῳ τῇ ἀναγωγῇ ἐπιβεβηκέναι. Hinc generaliter Gloſſæ Gr. Lat. ἐπαυτοφώρῳ interpretantur, *Manifeſto.* Et in Onomaſtico Veteri, *Manifeſtarius* Αὐτόφωρος. Qua voce uritur Plautus *in Milite Act. II. Sc. 5. Manifeſtarius res eſt.* Sophocli fur manifeſtus eſt, κλεπτὸν ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ. Ut autem fur manifeſtus ſit, non ſemper requiritur, ut cum re furtiva eo modo, ut ante dictum, deprehenſus ſit; ſed nonnunquam ipſa viſio furem facit manifeſtum, modo ad eum comprehendendum accurſum ſit, iſque abjecto furto aufugit *l. 7. §. 2. D. de furt.* Quo reſpexit Virgilius *Eclog. III. Non ego te vidi*, Ubi Servius notat: *Manifeſti eum furti arguit, dicendo vidi.* Hinc contrarium eſt furtum, quod nec manifeſtum dicitur, cum nempe fur non eſt conſpectus & deprehenſus cum re furtiva, antequam eo pertulit, quo deſtinaverat eo die manere, ut colligitur ex *l. 1 §. 1. junct. l. 4. D. de furt.* Quale furtum a Gajo noſtro hic fieri dicitur, *quod quamlibet,*

rem tollit, [20] in ipso furto deprehenditur. [21] Nec manifestum furtum appellatur, quod, quamlibet, dum fieret, inventum non est, tamen furtum factum fuisse

dum fieret, inventum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Quicum fere convenit Paulus apud Pariatorem Leg. Mosaicar. & Roman. *tit. 7.* ubi inquit: *Nec manifestus est fur, qui in faciendo* (sic enim legendum, non ut vulgo editum, *intra rapiendo*, arguit *tit. 31. lib. 11. Sentent.* unde hic locus desumptus est) *quidem comprehensus non est, sed eum furtum* (sic supplendum ex *d. tit. 31. lib. 11. Sentent.*) *fecisse negari non potest.* Græci in Glossis Nomicis furem nec manifestum volunt esse, qui non comprehensus est eodem die, quo furtum fecerit, sed qui aliquo tempore latuerit: Sic enim inquiunt, ubi de actione furti nec manifesti agunt: ἡ δὲ νεκταναγνῶστος κλοπὴ ἐστὶν μὴ ἐπ' ἀυτοφώρῳ λαφθεῖς τοῦτο δυνάμενον ἡ κλοπὴ, ἀλλὰ διαλάθῃ πρὸς καιρόν. Cæterum ex Agellio *lib. XI. cap. 18.* discimus Decemviros olim Leg. XII. Tabularum fures manifesto noctu prensos occidi permisisse, aut etiam interdiu, si telo se defenderent; ex cæteris manifestis furibus liberos verberari, addicique jussisse ei, cui furtum factum esset; servos vero furti manifesti prensos verberibus affici, & saxo præcipitari; furtis vero nec manifestis pœnam imposuisse dupli. Ab hac Decemvirorum pœna non multum abeunt Platonis Leges in pœnis furum constituendis. Scribit enim *lib. IX. de Legib.* Νύκτωρ φῶρα ἐὰν οἰκίαν ἀνοίγοντα ἢ τοῖχον κλοπῆς χάριν, ἐὰν ἄλων τις κτείνῃ τῆς καθαρᾶς ἕνεκα. Eodem etiam libro dixerat: Κλοπὴν δὲ, ἐάν τε μέγαν, ἐάν τε σμικρὸν κλέπτῃ τις, ὃς ἂν νόμος κεῖται, καὶ μὴ δίκης τιμωρίᾳ ξύμπασαι. τὸ μὲν γὰρ κλαπὲν ἦν, χρὴν ἀπολαμβάνειν πρῶτον ἐκτίνειν. ἴσον ἔφλη τὸν τοιοῦτον βλάψαι, καὶ ἀναγκὴν ἔχειν τὴν βλάβην διπλῆν ἀποτίνειν ὑπὲρ τὸ κλαπέν· ἐὰν δὲ μὴ, δυεῖν δεῖ, ὅσῳ ἂν ἐκτίσῃ ἢ πόσου τὸν κεκτημένον. Cæterum furtorum nec manifestorum pœna in XII. Tab. definita a prætoribus intacta servata est; ita ut & hodie ex furto nec manifesto, præter rei furtivæ restitutionem, actio in duplum sit. Glossæ nomicæ: Νεκταναγνῶστον Φῶρα (sic ibi legendum) ἀφανὴς κλοπὴ, ἥτις εἰς τὸ διπλοῦν ἔχει κατάδικην, καὶ ἔξεστι τὸ κρῖναι. In furto vero manifesto a lege illa Decemvirali discessum est, & si quis jure & ordine experiri velit, actionem habet in quadruplum. Eædem Glossæ: Μανιφεστὸν φῶρα. φανερὰ κλοπὴ, ἥτις εἰς τὸ τετραπλοῦν ἔχει τὴν κατάδικην. Quæ non minus mere pœnalis est, ac furti nec manifesti, §. 19. *Inst. de obl. ex del.* ita ut extra quadruplum, vel duplum adhuc res ipsa restituenda sit. Ad quam recuperandam dominus dupliceem habet actionem, Condictionem nimirum furtivam, & Rei Vindicationem; quarum illa datur adversus furem, ejusve heredem, & quidem in solidum, ad rem, aut æstimationem consequendam, *l. 1. l. 5. l. 7. §. 2. l. 8. l. 9. l. 13. D. de cond. furt.* Hæc vero competit adversus quemcumque possessorem, *l. 21. D. rei vind. l. 1. C. ubi in rem act.* Et hoc est, quod ajunt Græci in Glossis Nomicis, ubi de actione manifesti: αὕτη δὲ τὴν κατάδικην εἰς τὸ τετραπλοῦν ἐκάγει, καὶ ἐπιτρέπει

Ἐξὸν τὸ πρᾶγμα ἢ διὰ τῆς λογίου, ἢ διὰ [illegible]. Et ita quoque Paulus *Sentent. lib. II. tit. 31.* *Furti manifesti actio*, inquit, *præter pœnam quadrupli, ipsam rei persecutionem generis Vindicationis & Condictionis continet.* In *l. 7. §. 1. D. de cond. furt.*, præter has duas actiones domino adhuc datur actio ad exhibendum adversus quemcunque possessorem. Hæ actiones soli domino competunt, ad rem furtivam persequendam. Actio vero furti, tam manifesti, quam nec manifesti, omnibus datur, quorum ex honesta causa interest furtum factum non esse, *l. 10. l. 11. D. de furtis.* Quos Græci in Glossis Nomicis exprimunt: φώρ τις, κλοπὴν ἐργασάμενος ἀφανῆ, ἀφανὴς φώρ· ἐπειδὴ, καὶ ἐπὶ ἀυτῷ ἐστὶ καὶ ὁ δικαίως, ἐφ' ᾧ ἔστιν ἡ κατάδικη γενέσθαι. Quomodo capiendus Paulus, cum *lib. II. Sentt. tit. 31.* inquit, *Furti actionem is agere potest, cujus interest rem non periisse.* Nempe cujus ex justa & honesta causa interest. Neque enim fur, aut male fidei possessor, quamvis eorum interfit rem non surripi, actionem furti habent, cum nemo ex improbitate sua actionem consequatur, *l. 12 §. 1. l. 14 §. 3. & 4. l. 76. §. 1. D. de furt.* Cæterum cum hodie omnia judicia extraordinaria sint, potest & quis furti criminaliter extra ordinem agere, quemadmodum & nunc alterumque fieri solet, *l. ult. D. de furt.* quamquam qui hanc viam furiis ulciscendis egerit, renunciasse videatur civili & ordinariæ actioni in duplum, sive quadruplum, etiamsi extraordinaria illa actione nihil præter rem consecutus sit; nam eo ipso, quod in periculum majoris pœnæ fur deductus sit, intelligitur quæstionem furti sublatam esse, *l. 56. §. 1. D. eod.* Quis tamen agere malit in duplum, vel quadruplum, jure id etiam fieri potest, *d. l. ult. D. de furt.* OISEL.

20. *In ipso furto deprehenditur*] Nec solum manifestus fur est is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui eo loco deprehenditur, ubi furtum fit. Immo ulterius & is, qui cum re, quam furatus est, fuit deprehensus, sive in publico, sive in privato, vel a domino, vel ab alio, antequam eo perveneri, quo deferre, vel deponere destinasset, *d. §. furtorum, Inst. hoc tit. Paul. d. lib. II. Sentent.* ARAND.

21. *Nec manifestum &c.*] Paulus *cod. libro*: *Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed enim furtum fecisse negari non potest.* Demum nec manifestum furtum est, quod manifestum non est, *l. 2. D. de furt.* Sed aliquo casu quis & manifestus, & nec manifestus fur esse potest. Ut qui rem furandi animo contrectat, deinde discedit, postea revertitur, atque eam aufert, inque fine deprehenditur, *l. vulgaris, 21. D. eod.* Furti vero nec manifesti actio in duplum est, manifesti in quadruplum, *§. præterea, Inst. hoc tit. §. ex maleficii, Inst. de actionib.* Sed & fur nec manifestus rerum furti in quadruplum condemnatur, *l. ad fiscum, 16. D. rer. amot. l. anfertur, 46. in fin. D. de pur. furti.*

22. Con-

fuisse probatur. [22] Conceptum furtum dicitur, quum [23] apud aliquem alterum res

22. *Conceptum furtum*] Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita, & inventa est, nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti, §. *conceptum, Inst. hoc tit.* nam & *Plato lib. XII. de legib.* cum, qui rem furto sublatam volens sciens recepisset, furti teneri statuit. Sed concepti is agere poterat, qui rem concepit, & invenit, teste Paulo *lib. II. tit. 31.* Pœna vero ejus furti tripli erat, teste Agellio *lib. XI. cap.* 18. nisi per lancem, & licium conceptum esset, tunc enim quadrupli erat. Idem *eod. loc. Eaquoque furta, quæ per lancem, liciumque conceptæ essent, perinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.* quod declaratur a Festo *lib. X.* his verbis: *Lance, & Licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrumfamilia, aut virginum præsentiam.* Sed hujus furtorum quæstionis cum lance, & licio mentio non est apud Jurisconsultos, quia multo ante tempore evanuerat, teste Agellio *lib. XVI. cap.* 10. Plato quoque *lib. XII. de legib.* solemnitatem quandam in rei investigatione in alienis ædibus inducit, ut scilicet is juret, sperare se, quod quærit, ibi inventurum, deinde nudus ingrediatur, ac licio tantum præcinctus ad ea tegenda, quæ pudorem mulieribus inducerent. IDEM.

22. * *Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem, &c.*] Quatuor furtorum genera constituit Cajus noster hujus §. initio, manifesti, nec manifesti, concepti & oblati. Quod & facit Paulus *lib. II. Sentent. 31.* cum tamen, quod dicitur conceptum, & oblatum furtum, species potius actionis fuerint furto cohærentes, quam genera furtorum, ut a Justiniano discimus §. *ult. Inst. de obl. ex delicto.* Unde & Paulus dicto loco inquit: *Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inventum est.* Et paulo post: *Concepti is agere potest, qui rem concepit & invenit.* Concipere itaque furtum dicebatur, qui furtum ibat quæsiturus in domo aliena: quæ inquirendi furti ratio ex Leg. XII. Tabularum per lancem & licium fieri solebat. Unde furta per lancem & licium concepta dicta, quæ per lancem & licium quæsita & inventa. Ac furtum quærere per lancem & licium in domo aliena, & concipere furtum per lancem & licium, unum & idem sunt. Sic ut omnino nugivendulus sit Professor ille Parisiensis in *Interpretam. ad Leg. XII. Tabular.* dum aliud vult esse, quærere furtum per lancem & licium, aliud concipere furtum per lancem & licium. Et primum non leviter nugatur, dum per licium tropice a Decemviris intelligium vult servum publicum; quia nempe servi publici ita cincti erant. Deinde quærere furtum per lancem & licium nihil aliud esse, quam intrare domum alienam, comite servo publico, furti inquirendi gratia; at concipere furtum per lancem & licium solitos fuisse venerios nepotulos, & noctium furunculos, tanquam rei furtivæ domini essent cum lance intrantes, ne agnoscerentur; cum licio autem, aliquo servulo, aut clientulo suo, quasi mantello servi publici, non furta quærere, sed facere cupientes. Hæc ex fumoso cerebro fumis simillima nata, in fumum facillime abeunt, & ut gratis dicta, vel potius dictata, ita gratis in ipsum retunduntur. Nam hujusmodi quid tempore Decemvirorum obtinuisse ante hoc interpretamentum, vel potius commentum, nemo inaudierat. Novitatis itaque magis, quam veritatis amor, eum a Festo abire fecit, apud quem legimus: *Lance & licio apud antiquos dicebatur, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrumfamilia, aut virginum præsentiam.* Quam furti investigandi rationem veteribus Romanis usitatam fuisse nemo dubitabit, qui noverit simile quid ex ultimo Athenienſium jure apud Græcos obtinuisse; eum nempe, qui furtum quærebat, nudum cincticulo amictum (quod Romani licium dixere,) juratumque Deos legum custodes, sese reperiendi spe furtum quærere, domus suspectas introisse; alterumque illum, apud quem furtum quærebatur, domum suam ei, qui furtum quærebat, aperire, & in obsignatis & non obsignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere coactum fuisse. Quomodo hoc distinctis habetur verbis apud Platonem *lib. XII. de Legib.* ὅσῳν δὲ ἂν ἕθλοι τις τι τοῦ ἄλλου γένους, ἢ χειμῶνος ὄντος, ἄζωστος προϊόντας τοὺς νομίμους θεοὺς, ἢ μὴν ἐλπίζων εὑρήσειν, ἐπὶ φωρᾶν ἰόντα παρὰ τὸν εἰκότα, τάτε σκευασμένα καὶ τὰ ἀσήμαντα, φωρᾶν. Atque huc allusit Aristophanes in νεφέλαις, ubi Socrates alloquitur Strepsiadem:

ΣΩ. Ἴθι νῦν παχάβολαιμάτιον. ΣΤΡ. Ἠδικηκά τι;
ΣΩ. Οὐκ, ἀλλ' ὑγιὲς ἀπόκνησον νουζόνου.
ΣΤΡ. Ἀλλ' οὐχὶ ξυρᾶσαι δεῖ γ' ἀσέλγεσθαι.

Ad quæ verba Vetus ejus Scholiastes notat: Ἔθος ἦν τοῖς ἀπόροις εἰς ὥραν τινὸς ἐπὶ τῷ ἑσπέρᾳ, γυμνοῖς ἀσήμοις, ἵνα μὴ τὸ ὑπὸ τὰ ἱμάτια κρύπτοντες λάθωσι, ἢ ἵνα μὴ ὑπὸ ἔχθρας λάθωσιν ὑποβαλόντες τὸ ζητούμενον, καὶ ζημίας αὐτοῖς τύχῃ γένωνται. οἱ γὰρ μάλιστα ἀπόροις ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἐστῶσι χρήματα τὸ δημόσιον, ἢ καὶ ἄρτιον, γυμνοὶ ἀσήμοις, ἵνα μή τι ὑποκρύψωνται. Ait, moris fuisse, ut nudi ædes suspectas ingrederentur, nequid forte vestibus conditum inferrent, dominoque ædium falsum crimen objectare possent. Sic etiam Decemvirorum tempore apud Romanos, qui furtum concipere, hoc est, investigare, sive quærere vellent, licio tantum cincti, atque lancem ante oculos ferentes, ædes suspectas intrabant, atque excutiebant. Atque is, in cujus domo furtum per lancem & licium concipiebatur, tanquam furti manifesti reus Leg. XII Tabul. tenebatur. Sic Agellius *lib XI. cap. 18. Eaquoque furta, quæ per Lancem liciumque concepta essent, perinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.* Sed quæstionem furti cum lance & licio lege Æbutia abolitam fuisse testatur idem Agellius *lib. XVI. cap. 10.* Sic ut in ejus locum a Prætoribus introducta videatur ratio illa furti investigandi, quam describit Justinianus in Institutionibus, nimirum, ut testibus præsentibus

res furtiva inveniatur. [24] Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit.

§. 3. Praeterea, [25] qui rem alienam, invito, aut nesciente domino, [26] contingit, vel tollere, aut de loco movere praesumit, furtum facit.

§. 4.

tibus furtum in aliena domo quæreretur; idque si inventum esset, furtum conceptum dicebatur. Et ita furtum, quod antea per lancem & licium conceptum appellabatur, postea simpliciter furtum conceptum dictum. Unde & posterioris hujus tantum mentio in Jurisconsultorum scriptis. Hujusmodi furti investigationem describere videtur Petronius, sed præter testes, & servum publicum & præconem adhibet: *Intrat Habulum praco cum servo publico alinque sane modica frequentia.* Per modicam frequentiam testes intelligit. Postea etiam Ascylton astantem inducit in lance argentea indicium, & fidem præferentem nummorum a præcone promissorum, ei, qui rem furtivam commonstrare posset. Et sane Prætores, cum vetus illic furti inquirendi per lancem & licium mos nonnihil obscœni in se habere, nec viro gravi satis convenire, licio tantum modo cinctum incedere, videbatur, prudenter furtivæ rei inquisitiones per servum publicum adhibitis testibus fieri voluerunt. Nomen tamen antiquum ex parte adhuc mansit; cum hujusmodi furtum quæsitum & inventum, conceptum fuerit appellatum, & actio contra eum, apud quem furtum conceptum erat, Concepti actio dicta. Pœna quoque mitigata, nam cum antea furta per lancem & licium concepta, perinde ac si manifesta forent, Leg. XII. Tab. vindicarentur, concepti actio in triplum ordinario jure constituta fuit, ut patet ex Agell. *d. lib. XI. c. 18.* Sed tandem concepti actio, una cum rei furtivæ requisitione plane in desuetudinem abiere; & ii, qui rem furtivam scientes susceperint & celaverint, furti nec manifesti in duplum actione convenirí possunt, §. 4. *Inst. de obl. ex del.* OISEL. Aliud est *quærere* furtum, & aliud *concipere*: non idem, ut paulo inconsideratius notat Oiselius: nec ad actionem concepti producendam sufficiebat inquisitio, sed desiderabatur inventio. Ceterum multum caliginis huic rei etiamnum circumfusum esse vere judicat V. C. Petr. Burmannus *ad Petron. c. 97.* Loca, quæ Oiselius habet, jam ab aliis sunt allata. Verum quo pacto is, qui alienas ædes intrabat furtum quæsiturus, id potuit concipere, si lanx oculis ipsius fuerit opposita; uti notavit & Jos. Scaliger *ad Fest. v. lance.* nisi dicas illam habuisse foramina? Nec apud Petronium res furtiva quæritur, sed amissa. Ut ita res hæc nondum sit certa, quam jam etiam Gellius suo tempore evanuisse docet *Noct. Atticar. lib. XVI. c. 10.* SCHULTING.

23. *Apud aliquem alterum*] Non apud furem, sed apud eum, cui fur rem furtivam dedit servandam. ALEAND.

24. *Oblatum furtum &c.*] Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva ab aliquo oblata tibi sit, eaque apud te concepta sit: utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur: ut condemnationis turpitudo (quemadmodum inquit Theophilus) penes te potius esset, quam penes ipsum. Si igitur apud te concepta res est, habes actionem oblati adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, §. *oblatum, Inst. hoc tit.* Paul *d. l. 11. Sent. tit 31.* necesse est autem, ut is ignorans sit, alioquin & infamiam subiret, & nulla ei daretur actio, *l. si furti, 8. C. ex quib. cau. infam. irrog.* IDEM. Vidimus modo furti concepti actione teneri eum, penes quem res furtiva quæsita & inventa esset; id autem obtinebat sive ipse, in cujus domo res concepta esset, eam furripuisset, sive eam ab alio furreptam, ac sibi oblatam, accepisset. Posteriori tamen casu succurrebatur ei actione propria adversus eum, qui rem furtivam ei obtulisset & dedisset eo animo, ut apud accipientem potius, quam apud dantem res furtiva conciperetur; eaque actio dicebatur Oblati. Paulus *Sentent. lib. II. tit. 31. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur.* Et paulo post: *Oblati is agere potest, penes quem res concepta & inventa est.* Eratque hæc oblati actio similiter, ac concepti jure ordinario in triplum, ut videre est apud Agellium *lib. XI. c. 18.* Quod & habet Paulus *dicto loco: Furti oblati* (sic legendum, ut jam pridem Cujacio monitum) *actio adversus eum, qui obtulit, tripli est pœna, & ipsius rei repetitio.* Et bene a Gajo nostro dicitur furtum oblatum esse, cum res furtiva ita alicui data est, ut apud ipsum furem inveniri non possit. Sic Theophilus: *Oblatum furtum λέγεται ὅταν πλακιμαῖόν τρᾶγμα ὑπό τινός μοι προσενεχθῇ, ἵνα ἐμοῦ, καὶ τοῦτο καὶ ἐμοῦ ὄντος μαρτύρων παρόντων ἐυρεθῇ.* Concisius Glossæ Nomicæ: Ὀβλάτον φῶρον. τὸ ὑπό τινος ἐκτενεχθὲν μοι κλοπιμαῖον πρᾶγμα. OISEL.

25. *Qui rem alienam &c.*] Sabinus apud Agellium *lib. XI. cap. ult. Qui alienam rem attrectavit, quum id se invito domino facere judicare deberet, furti tenetur.* §. *furtum autem, Inst. hoc tit.* etiamsi non abstulit, *l. 21. & 22. D. de furt.* ALEAND. Optime huc quadrant illa, quæ apud Agellium *lib. XI. cap. 18.* exstant, cum inquit: *Quem casum autem ac religiose a prudentissimis viris, quod esset furtum, definitum sit, prætereundum non puto; ne quis eum solum furem esse putet, qui occulte tollit, aut clam surripit. Verba sunt Sabini ex libro juris civilis secundo.* Qui alienam rem attentavit, cum id se invito domino facere judicare deberet, furti tenetur. *Item alio capite:* Qui alienum jacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit cujus sit, sive nescit. *Hæc quidem [illegible] eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de rebus furti faciendi causa attrectatis.* Hactenus Agellius. OISEL.

26. *Contingit*] Solus contactus furtum non facit: sed opus est, ut res loco sit mota, *l. 15. D. ad exhibend. l. 67. pr. D. de furt.* unde nec furtum in rem immobilem cadit, *§. fin. Inst. de usucapionib. & long. temper. possessionib.*

Et

§. 4. [27] Et ſi quis rem utendam acceperit, [28] aut commendatam apud ſe habuerit, [29] & aliter ea uſus fuerit, quam accepit, furti actione tenetur.

§. 5. Praeterea, [30] ſi quis jumentum alterius ad hoc accepit, [31] ut eum quinque [32] milibus duceret, ſi id decem milibus, aut longius, quam ab illo, qui dedit, fuerit conſtitutum, [33] duxerit, furti reus erit.

§. 6. [34] Et multa praeterea [35] quorumcunque ſimilia ſunt: ſecundum quae

Et quod Sabinus apud A. Gellium *Noct. Atticar. lib. XI. cap. 18.* furti dicit teneri, *qui alienam rem attrectavit*, quodque negare nolim, illum etiam voluiſſe, quamvis ablata res non fuiſſet: unde fundi quoque & ædium furtum admiſit, teſte eodem A. Gellio *dict. loc.* id ab aliis non eſt probatum; qui etiam furtum non, ut ille, a fraude, ſed a ferendo dici voluerunt, §. 2. *Inſtit. de obligationib. quae ex delict. naſcunt. l. 1. D. de furt.* atque hinc furtum in fundo fieri non admiſit noſter Cajus in ipſis hiſce libris Inſtitutionum, *l. 37. §. 1. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* cujus ipſa verba habet Imperator *d. §. 2. Inſt. de uſucapionib. &c.* SCHULTING.

27. *Si quis rem utendam, &c.*] Notum iſtud ex *l. 5. §. 8. D. commod. l. 49. l. 54. l. 76. D. de furt. l. 7. C. eod.* Sic Q. Scævola apud Agellium *lib. VII. cap. 15. Quod cui ſervandum datum eſt, ſi id uſus eſt, ſive, quod utendum acceperit, ad aliam rem, atque acceperit, uſus eſt, furti ſe obligavit.* Qua de re ita quoque Harmenopulus *lib. 11. tit. 10. §. 3.* Ὁ χρεπάμενος ἄγων πρὸς χρείαν τινὰ ζευγάριόν τι ἀλλότριον τι πρᾶγμα, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν δανείσαντα αὐτῷ πράγματος, ὅτι μέλλει χρήσεσθαι αὐτῷ ἐπὶ δυλειᾷ τινί, εἶτα οὐκ ἐπὶ ταύτῃ, ἀλλ' ἐπὶ ἑτέρᾳ χρειάμενος, καὶ ὡς κλέπτης λογίζεται, καὶ ἐὰν συμβῇ ζημία τις, εἰς τὸ δυπλάσιον αὐτὴν ἀποδίδωσι. OISEL.

28. *Aut commendatam*] Id eſt, depoſitam; Commendare enim, ut ait Ulpianus *lib. XXX.* ad Edict. nihil aliud eſt, quam deponere, *l. 186. D. de V. S.* & ſic quoque Papinianus in *l. 24. D. depoſ.* atque hoc ſenſu accipitur apud Paulum in *l. 26. D. depoſit.* & alibi ſæpe, ut in *l. 14. §. 4. D. de relig. & ſumpt.* Ubi Ulpianus: *ſi quid ad corpus cuſtodiendum, vel etiam commendandum*, id eſt, deponendum; ut in *l. 40. D. eod. l. 10. C. eod.* Sic Cicero *lib. 11. de legib. Sacrum ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritve, parricida eſto.* quod lucem capit ex *l. 1 D. ad leg. Jul. peculat.* Utitur & Ambroſius ea ſignificatione, ubi *De bona mortis, cap. 10. Habit acula reddent animas, quae his commendata ſunt.* IDEM.

28. * *Aut commendatam apud ſe habuerit*] Commendare nihil eſt aliud, quam deponere, *l. commendare, 186. D. de verb. ſign. l. 24. l. 26. D. depoſ.* itaque qui re depoſita utitur, furti tenetur, *l. 29. D. eod.* ALEAND.

29. *Et aliter ea uſus fuerit, quam accepit*] Ita non potuit ſcribere Cajus, ſed perperam mentem ejus expreſſit Anianus. commodatarius quidem, quippe, cui uſus conceſſus eſt, furtum facit, aliter, quam ei permiſſum eſt, utendo: depoſitarius vero, quolibet uſu; quoniam nullus illi competit. Elegantius Juſtinianus, ex ipſo forte Cajo. *Itaque ſive creditor pignore, ſive is, apud quem res depoſita eſt, eare utatur; ſive is, qui rem utendam acceperat, in alium uſum eam transferat, quam cujus gratia ei data eſt, furtum commiſtit.* SCHULTING.

30. *Si quis jumentum alterius &c.*] *l. 42. D. de furt.* Brutus apud Agell. *lib. VII. c. 15.* vide, quae diximus *lib. 11. c. 4. (hic tit. 1. p. 86.)* Jumenti autem nomine equum intelligit, ut Colum. *lib. 1. c. 6. & lib. VI. c. 29.* ALEAND. Fac. *l. 5. §. 8. D. commod. l. 40. D. de furt.* Agellius *lib. VII. c. 15.* ex Labeone refert, *Brutum ſolitum dicere, furti damnatum eſſe, qui jumentum alio ſum duxerat, quam quo utendum acceperat; item, qui longius praeduxerat, quam quem in locum petierat.* Sic Harmenopulus *lib. 11. tit. 10. §. 3.* poſtquam dixerat commodatarium furti teneri, qui rem commodatam in alium uſum tranſtuliſſet, ac acceperat, continuo adnectit: τῇ αὐτῇ κατηλίᾳ ἐπέχετο, καὶ ὁ λαβὼν ἀλλότριον ζῶον, ἤτοι ἵππος ἐκυβεύθη, καὶ ἐπωλήθη μαχαίρᾳ. Cujuſmodi judicii exemplum exſtat apud Valerium Maximum *lib. VIII. c. 2. §. 4. In quo quidam furti damnatus eſt; quod equo, cujus uſus illi uſque ad Ariciam commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus eſſet.* OISEL.

31. *Ut eum quinque millibus*] An delendum *τὸ eum?* εὐκατανόητος enim eſt *eum jumentum.* neque figurate loqui cenſendus eſt, ut equum ſubintelligat, veluti navem Virgilius, cum ait *Centauro invehitur magna*; nam ſubjungit, *ſi id decem &c.* ALEAND. Quae commendatus eſt Aleander *ad hunc locum* notat Barthius *Adverſar. lib. XVI. cap. 10.* qui *τὸ eum* refert ad ipſum hominem, commodatarium, videlicet, quem jumentum dicatur ducere, non male: nec obſtat, quod mox commodatarius dicatur ducere jumentum: praeterquam enim, quod in ſcribendo non ſit accuratus Anianus, utrumque dici poteſt, & jumentum ducere hominem, & homo jumentum. SCHULTING.

32. *Millibus*] Paſſuum. Sunt & qui ita abſolute ſcribunt. ALEAND.

32. * *Milibus*] Ita Sich. & editiones Cujacianae: recentiores *millibus*. ſolus Oiſelius hic & mox iterum *milliaribus*. SCHULTING.

33. *Duxerit*] Alias *adegerit*. ALEAND. Sich. *adegerit*. ſed in marg. *duxerit*: & hoc editiones meliores adgnoſcunt.

34. *Et multa praeterea quorumcunque ſimilia ſunt*] Locus hic in mendo cubat. Legendum putem: *Et multa praeterea, quae horumcunque ſimilia ſunt.* Ut Tmeſis librariorum errori & vocum diſjunctarum coalitioni anſam praebuerit. OISEL.

35. *Quorumcunque ſimilia*] Lege, *quae horum ſimilia.* ALEAND. Haec lectio exſtat in margine edit. Lugd. CIↃIↃLXVI. quae eſt Cujacii: & in ipſo contextu editionis Pariſ. CIↃIↃLXXXVI. quod ſequi auſus non fui: abit enim valde a lectione vulgata, & non

quae & ille furti tenetur, [36] qui, ut fieret, [37] opem, aut consilium, aut studium commodarit: [38] velut, [39] si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent.

[40] EXPLICIT LIBER CAJI.

[41] *Ex Pauli Sententiis huic corpori convenit adnecti, quae in Theodosiano pro dirimendis litibus non inveniuntur inserta.*

constat in ullo libro antiquo ita scriptum esse. SCHULTING.

36. *Qui, ut fieret, opem*] Patav. *sive fieret.* alii *qui ut ferret opem*, male. ALEAND. Gothofredus etiam edidit, *ut ferret opem*; quod male sequitur Oiselius. meliores aliae omnes, quas consului, exhibent, *qui ut fieret opem.* SCHULTING.

36. * *Qui ut ferret opem, aut consilium, aut studium*] Optime *opem, aut consilium.* Et ita Ulpianus *l. 52. pr. D. de furt.* inquit, *si quis uxori res mariti subtrahenti opem consiliumve accommodaverit, furti tenebitur.* uti & §. 19. *d. l. opem ferre, vel consilium dare.* quibus adde *l. 6. D. de cond. furt. l. 50. §. pen. D. de furt.* In aliis quidem juris capitibus conjunctim legitur *ope consilio*, ut in *l. 27. §. 21. D. ad leg. Aquil. l. 36. pr. l. 50. §. 1. D. de furt.* Quomodo & in Notis Juris a Magnone collectis O. C. explicantur, *Ope consilio.* Et ita quoque reponendum apud Petrum Diaconum *de Notis Literarum* O. C. *Ope consilio.* Male in vulgatis habetur *Ora concilio*, vel, *Ora concilii.* Sed respondet Paulus ex sententia Labeonis verba haec, *ope, consilio*, separatim accipienda esse, *l. 53. §. ult. D. de V. S.* Consilio tamen dato ita aliquem furti obstringi intellige, si ex isto consilio furtum fuerit commissum, *d. l. 52. §. 19. D. de furt.* Sic Lysias *Oratione XXVIII.* & furti conscium, furti obligari ait: εἰ οἱ μὲν τὰ τῶν ἰδιωτῶν κακὰ ἔργα τοῖς χλανίσκοις συνειδότες, τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται. Opem enim quodammodo tulisse videtur. OISEL.

37. *Opem aut consilium*] *l. 36. §. 1. D. de furt.* At opem ferre, & consilium dare tunc nocet, quum sequuta contrectatio est, *l. 53. §. neque verbo, D. eod.* at is, qui opem furtum facienti fert, nunquam manifestus fur est, *l. 54. D. eod.* Manifestus enim fur cum furto deprehenditur, at is non furatur, sed furanti opem, aut consilium fert. ALEAND.

38. *Velut si quis pecuniam*] Vide *l. si quis uxori, 53. §. si quis de manu, D. de furt. §. interdum quoque, Inst. hoc titulo.* IDEM.

39. *Si quis pecuniam excusserit*] Si quis de manu alicujus nummos aureos, vel argenteos, vel aliam rem excusserit, ita furti tenetur, si ideo fecit, ut alius tolleret, isque sustulerit, ait Ulpianus in *l. 52. §. 19. D. de furt.* & ita Sabinus in *l. 27. §. 21. D. ad Leg. Aquil.* Ubi & addit in factum actionem dari posse. Quorum in numero etiam est, qui obtentu togae, vel corporis sui objecto aspectui tuo obstitit, ut alius rem tuam raperet; ὃς ἐπισκήνιον τῇ σῇ θέᾳ, ἵνα ἄλλος τὸ σὸν ὑφέληται πρᾶγμα, ut ait Theophilus. Sic apud Agellium *lib. XI. cap. 18. Sabinus dixit furem esse hominis judicatum, qui, cum fugitivus prater oculos forte domini iret, obtenta toga, tanquam se amiciens, ne videretur a domino, obstitisset.* Atque hic nobis cum Cajo nostro, vel potius Aniano subsistendum. Nam Cajum forte etiam de aliis rebus Institutionum libro quarto tractasse, de Actionibus puta, Exceptionibus, Interdictis, & similibus, quo minus dubitem Justinianus in causa est. Sed cum nihil praeter ea, quae hic a nobis collecta, ex Caji Institutionum libris nobis injuria temporis servatum fuerit; nobis etiam summitatis harum Notarum Collectioni finis imponendus. OISEL. De prohibiti furti actione aliquid etiam in his Institutionibus fuisse scriptum, constat ex Papiano *Responsor. sit. 14.* qui & de injuriarum actione titulum laudat *Responsor. sit. 6.* Quod vero in edit. Genev. CIↃIↃLXXXVI. ex eodem libro *sit. 12.* adducitur, de liberis ex coitu cum sanctimoniali; (eo enim illa pertinent, non ad natos ex raptore & rapta, ut ibi dicitur) illic non aliud dicit Papianus, quam illos non succedere genitoribus talibus, etsi Principali beneficio praestito nitantur: sed eorum facultates deferri proximis parentibus, (hoc est, cognatis,) secundum Caji regulam: id est, eo ordine succedendi, quem Cajus descripserat; & quem ex eo etiam nobis proposuit Anianus *sit. 8.* SCHULTING.

40. EXPLICIT LIBER CAII] Ita Cujacius edidit Lugd. CIↃIↃLXVI. Sichardus, *Institutionum Caji de personis & rebus finis.* In editione Paris. CIↃIↃLXXXVI. *Explicit Epitome Caji*, vere, *Epitome*, at non puto hoc ex libro vetere, sed ab editoris esse ingenio. IDEM.

41. *Ex Pauli Sententiis &c.*] Ita etiam Cujaciana editio modo laudata Lugdunens. & Genev. Sichardus hanc tantum praeposuerat Pauli Sententiarum titulo primo, *Corpori hujus operis convenit annecti, quae &c.* Haec dubio procul Aniani sunt: ac eo magis hic non omittenda, quia indicant nobis, illas, quae hodie Sententiae Pauli dicuntur, nihil aliud re ipsa esse, quam quaedam ex illis excerpta. SCHULTING.

JVLII

JVLII PAVLI
SENTENTIARVM RECEPTARVM
AD FILIVM
LIBRI QVINQVE

Cum Interpretationibus Aniani, Viri Spectabilis,

NEC NON

JACOBI CVJACII Interpretationibus;
ac Notis & Emendationibus CONRADI RITTERSHVSII,
& HVBERTI GIPHANII;

Quibus suas quoque adjecit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Jac. Cujacii Epiſtola.

EMARO RANCONNETO V. C. SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDI,

JACOBVS CVJACIVS S. D.

IVLIVS Paulus Receptarum Sententiarum ad filium libros quinque compoſuit, ex quibus quædam in ſuas Pandectas Juſtinianus, quædam Alaricus in ſuum Romanarum legum Codicem retulit: quæ decreueram quidem initio omnia, quod eas fere ſententias, quas ſelegit vnus, neglexerit alter, in vnum volumen conjungere: ſed retraxerunt me hinc alii ejusdem Pauli Sententiarum, qui & Factorum dicuntur, libri, quibus, ſi vlla eſt Indici ad Pandectarum caput affixo habenda fides, in earum compoſitione eſt etiam Juſtinianus vſus. Hi Sententiarum mihi appellationem ambiguam reddiderunt, vt neſcirem plane apud Juſtinianum pleraque libris Sententiarum adſcripta capita, Receptis, an Factis potius attribuenda forent: nec tamen me præteribat quædam, ducta ex Alarici libris conjectura, ſatis certo ad Receptas Sententias poſſe referri: Sed abſtinere illis omnino, quam non omnia his, quæ Alaricus collegit, annectere, ſatius eſſe duxi. Tum denique & minus tritas eſſe has & magis tamen ex vſu, quam illas Juſtiniani, juris antiqui cognoſcendi, nouique interpretandi cauſa, cum animaduertiſſem, ad has potiſſimum hoc ſtudium omne meum adjunxi, & libris tuis in primis mirum in modum adjutus, quos tu mihi humaniſſime vtendos dederas, nonnullis etiam meis, multis eas locis auctas reſtitutasque reddidi. idque demum ſublatis antiquis interpretationibus & meis adhibitis, vt hæc Pauli veluti ἀποσπασμάτια, non minus, quam illa Vlpiani jam dudum a te & Jo. Tilio profecta & a me explicata, ſtudioſis fructum ferrent, ſummam operam dedi. Vtinam vero & mihi hac in re Jo. Tilii, quos habet quamplurimos, libris vti licuiſſet! exiſſent forſitan locupletiora & emendatiora: quamquam tot jam conquiſiuimus & obtinuimus ejus generis exemplaria, vt vix adduci poſſim, vt credam his, quæ nunc damus, proferri poſſe meliora. Ceterum operæ pretium eſt de rejectis a me antiquis interpretationibus earumque auctore, vt apud te rationem aliquam reddam. Alaricus, vt ſcis, Gothorum rex fuit: Tuus Codex Toloſæ regem appellat. Codicis enim auctoritatem, quod & Commonitorium dicitur, ad Timotheum V. S. Comitem emiſſum refert IIII. Non. Febr. anno XXII. Alarici regis Toloſæ. Fuit ei vrbs ea ſedes ac domicilium regni. Is cum Romanos, quos armis ſubegerat, præterquam quod legibus Gothorum obligari ſe moleſte ferrent, ceterum dicto audientes cerneret, alias leges Gothis dedit, alias ex Romanorum libris ſuo tamen arbitrio, decerpi, quibus in-

Digitized by Google

ter ſe Romani vterentur, facile paſſus eſt. Ac in eligendis quidem his Aniani viri ſpectabilis eum opera uſum ex ſubſcriptione Auctoritatis à Petro Ægidio Antuerpiæ primum edita liquido conſtat. Ex inſcriptione autem, quæ integra in tuis libris extat, non has tantum juſſu Alarici electas, ſed etiam explanatas fuiſſe deprehendimus, & idcirco diu idemne fuiſſet explanandi, qui & eligendi miniſter cum addubitaſſemus, tandem nobis hæc ad Valentiniani Conſtitutionem de reſponſis prudentum interpretis verba omnem ſcrupulum exemere. *Sed ex his*, inquit, *omnibus jurisconſultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Cajo, Papiniano, & Paulo quæ neceſſaria cauſis præſentium temporum videbantur, elegimus.* Itaque elegiſſe ſe cum interpres profiteatur, & vero Anianum elegiſſe conſtet, eundem & eligendi, & interpretandi munus obiiſſe omnino probandum eſt. At vereor, ne callido commento Romanis Alaricus impoſuerit, ſub ſpecie legum Romanarum interpretationes Gotthicas, ab earum plerumque ſententia alieniſſimas obtrudens: quandoquidem eæ proinde ac leges ipſæ ex Romanorum libris repetitæ, ex Alarici auctoritate vim legum obtinuerunt, & ad extremum ipſas etiam leges velut in ſuam poteſtatem redegerunt, adeo vt illis reſciſſis ſolæ Aniani interpretationes in foro & ſubſelliis volitarent, prorſusque (vt Sidonii Apollinaris verbis vtar) leges Theodoſianæ calcarentur, Theodoricianæ proponerentur. Hic eſt Theodoricus, Alarici ſocer, qui a Francis genero ademptum regnum non multo poſt recepit. Id vero par mihi eſſe viſum eſt hoc maxime tempore, quo excindi barbariem omnem in meliusque renaſci omnia videmus, vt contra, Gotthicis interpretationibus ſublatis, pure ſyncereque Pauli Sententiæ reſtituerentur. quod tamen nos ita fecimus, vt omnes probaturos exiſtimem. Si quid enim recte Anianus expoſuit, Anianum teſtati ſumus, ſi quid minus recte, aut reticuimus, aut leviter perſtrinximus. Sed neque Aniani ob id integrum opus deperierit. Conſeruatur in officinis typographorum Lutetiæ, Baſileæ, Antuerpiæ, ex quibus jam ante memini Aniani interpretationes in lucem prodiiſſe. De noſtris nihil dicam. quid profecturæ ſint, alios malo, quam me judicare. Tu vnus ſi eis vel gratiæ cauſa ſuffragere, operam mihi non infeliciter videbor nauaſſe, quod tantiſper intermiſſa trium poſtremorum Codicis Juſtiniani librorum editione, dum exeant integri octo priores Codicis Theodoſiani libri, quorum tu mihi crebro expectationem commouiſti, in his Pauli Sententiis reſtituendis & declarandis elaboraverim, ac de eo quidem forſitan putidum erit rogare te. Sed tanti eſt, dum tu id mihi dederis modo. Te itaque V. C. prorſus vehementer rogo, vt exiguo huic mei laboris fructui & faueas libens, & nominis tui auctoritatem tribuas. Feceris rem gratam homini tuæ voluntati dedito, tuarum virtutum cultori, ad majora torpentem per ſe jam nimium excitaueris, tua erga me beneficia cumulaueris. Vale. Lutetiæ Kal. Decemb. 1557.

IN

Digitized by Google

IN SENTENTIAS JVLII PAVLI
PROOEMIVM
CONRADI RITTERSHVSII J. C.
AD
LVDOVICVM JOACHIMI F. JOACH. N.
CAMERARIVM JVRIS STVDIOSVM, AMICVM CARISSIMVM ET CONJVNCTISSIMVM.

SÆPENVMERO MIRATVS ſum (credo & tu LVDOVICE CAMERARII) qui factum ſit, ut tam multa ac varia Veterum Prudentum ſcripta, ex quibus Imp. Juſtinianus Pandectas & Inſtitutiones ſuas componi curavit, usque adeo interciderint ad unum omnia, vix ut eorum tenuis umbra aut veſtigium qualecunque remanſerit. Nec ſane aliter fieri poteſt, quam ut homo cordatus & veræ germanæque Jurisprudentiæ ſtudioſus, cum in hanc cogitationem venit, tantam jacturam ſerio deploret, deſiderioque afficiatur eorum, quæ poſteaquam tot vigiliis excogitata atque inventa fuere, tam cito interciderunt.

Nam nimium quantum intereſt inter illorum Sapientiſſimorum hominum (quorum conſiliis tamquam oraculis tunc orbis terrarum regebatur) uberrima pulcerrimaque Commentaria, & inter illos Centones, quos inde Juſtiniani mandatu & auſpiciis, neſcio ſane quam feliciter, conſarſit & conſarcinavit Tribonianus. Et tamen rivulos hoſce hodie ſolos habemus, hisque ſolis uti licet: Illos ſuaviſſimos limpidiſſimosque fontes vel hominum invidia, vel temporis vetuſtas nobis obſtruxit.

Ex quo * nonnulli reperti ſunt, qui dicerent, non optime de nobis deque Jurisprudentia ipſa meritum eſſe Juſtinianum, qui ſua nobis compendia pro veterum Juriſconſultorum ſcriptis obtruſerit: quamvis ipſe Templum Juſtitiæ Romanæ ſe inde ædificaſſe, adeoque aurea nobis pro æneis tradidiſſe glorietur, & pro veterum egena multitudine & copia inope brevitatem opulentiſſimam ſubſtituiſſe acaque re effeciſſe, ut deinceps etiam tenuiores minimo pretio maximam poſſint ſibi prudentiam comparare. Fuere etiam, qui hoc dicerent, Juſtinianum poſt abſoluram ſuam Juris compoſitionem omnia veterum Prudentum volumina comportari & cremari juſſiſſe, ut quæ jam deinceps ſupervacua eſſe, nullumque amplius uſum habere puraret. Sed hos nihil dicere & injuriam Imperatori facere Viglius Zuichemus in præfatione græcarum Theophili Inſtitutionum, aliique doctiſſimi viri demonſtrarunt. Neque ſane in ipſum tantum facinus cadere potuiſſe exiſtimandum eſt, cum profiteatur, eam ſe antiquitati exhibuiſſe reverentiam, ut nomina illorum ſilentio tradi nullo modo pateretur, ſed unumquemque eorum, qui auctor alicujus legis fuerat, Digeſtis inſcribi voluerit. Atque illud quidem veri eſt ſimilius, ideo paulatim illa ſcripta interciditſſe, quod deſcribi, legi & tractari tam in ſcholis quam in judiciis deſita, & vetuſtate temporis (quæ & ferrum & lapides & ſaxa domat

* Vid. A. Conti l. Subſe. c. 9. & paſſim in ſcriptis Hotomani & Cujacii.

Digitized by Google

domat & consumit, nedum chartas & membranas) paulatim abolita fuerint. Accesserunt etiam Bibliothecarum vastationes ac direptiones & conflagrationes: accessit illorum temporum infelicitas & caligo, quibus scripta eruditionis & sapientiæ a paucis intelligebantur, ac proinde negligebantur, atque in tenebris jacebant. Quæ eadem fortuna & alios prope innumerabiles optimæ notæ libros afflixit, tam græcos quam latinos, quorum hodie vix nomina & titulos fando cognovimus.

Ex omnibus autem veterum Jurisconsultorum scriptis, quorum tantam fuisse multitudinem accepimus, ut ad duo millia librorum, & tricies centena millia versuum excreverint, pauca tantum fragmenta, quasi raræ ex ingenti naufragio tabulæ, conservata sunt: quæ patrum & avorum nostrorum memoria a clarissimis & doctissimis viris reperta & in lucem prolata sunt, immortali mehercle erga juris civilis studia beneficio. Incredibile enim dictu est, quantum ab illis lumen Jurisprudentiæ affulserit, quanto cum applausu omnium, quibus

De meliore luto finxit præcordia Titan,

excepta fuerint, quantum præbuerint usum fragmenta Regularum Vlpiani, & Institutionum Gaji, Libri denique Sententiarum Pauli: Quæ [a] omnia una cum reliquiis Codicis Theodosiani, Gregoriani & Hermogeniani in Germania primus in lucem revocavit JOANNES SICHARDVS, vir doctrina, virtute, dignitateque præstantissimus, eaque D. Ferdinando, principi Opt. Max. dedicavit. Ita excitatis semel hominum animis tam insperato bono, & in spem plurium ejusdemmodi deliciarum adductis, deinde diligentius in βιβλιοταφεῖα inquiri cœptum: Ex quibus Galliæ illa lumina, Emarus Ranconnetus, Joannes Tilius, Jacobus Cujacius, aliique, omnia illa, quæ dixi, pleniora & emendatiora nobis protulerunt, aliaque insuper addiderunt.

Est autem hoc multo maxime mirandum, hæc ipsa, quæ paulo ante nominavi, fragmenta per eos nobis conservata esse, qui vastitatem & perniciem bonis artibus ac disciplinis attulerunt in Italia aliisque regionibus, ubi ea tempestate studia maxime floruerunt: per Gottos inquam. Ita enim ex literarum monumentis accepimus, Alaricum, Gottorum Regem, cum Romanos, illos rerum dominos, armis subegisset, mandasse Aniano, quem a consiliis habebat, ut Breviarium quoddam Juris Romani pro dirimendis litibus conficeret ex Codice Theodosiano, Gregoriano, Hermogeniano: itemque Gajo, Vlpiano & Paulo: utque ea potissimum eligeret, quæ illorum temporum causis necessaria & accomodata esse viderentur: eademque suis Interpretationibus, ficubi opus esset, explanaret. Executus est hoc regis sui mandatum Anianus, ut poterat, & ut ferebant illa tempora, quæ qualia fuerint, nemo ignorat: nimirum talia, quibus bonæ artes ferme omnes cum ipsa lingua Latina jam contabuerant ac pene intermortuæ erant. DEI tamen benignitas ea, quæ dixi, hac ipsa via conservavit, & ad nos usque propagavit. Nam absque Alarico fuisset, eadem calamitas, quæ cetera, etiam hæc ipsa obruisset.

Verum omissis jam ceteris, ad Pauli Sententias, quarum causa hæc præfari volui, veniamus. Hic ergo libellus, quemadmodum prioribus duobus Vlpiani & Caji opusculis plenior atque integrior ad nos pervenit: Ita longe plures ac majores quam illa utilitates ad universam, pene dixerim, Jurisprudentiam adferre potest. Nam

a. Vlpiani fragmenta Sichardus non edidit: sed Jo. Tilius, multis annis post, de quo ad ipsum Vlpianum dicemus. SCHVLTING.

Nam ut de auctore ipſo nihil dicam (cujus quantum fuerit ingenii acumen, quanta Juris divini & humani ſcientia, vel ex eo ſatis liquet, quod contra Labeonem, Vlpianum, Papinianum alioſque præſtantiſſimos Jurisconſultos tam æquales quam majores ſuos, imo etiam contra Decreta Principis ſui[a] Marci Antonini Philoſophi liberrime ſæpe doctiſſimeque diſputare audet: quanta vero auctoritas fuerit, inde conſtat, quod Adſeſſor Æmilii Papiniani fuit, cum is Præfectus eſſet Prætorio, a quo magiſtratu nulla erat provocatio.) De auctore igitur, aliiſque ejus ſcriptis, quæ de Jure plura quam quisquam alius fecit, ut jam plura non addam, vel hi SENTENTIARVM RECEPTARVM libri quam tanto viro & in Reipubl. luce verſato digni ſunt! quam appoſiti & convenientes ſtudiis cupidæ Legum juventutis! Nam & brevitas hic eſt ea, quæ memoriæ ſit gratiſſima, & elegantia orationis ea, quam Paulus cum paucis communem habuit, & multarum rerum exquiſita noticia, quas aliunde fruſtra requiras. Quæ quidem omnia multo etiam meliora atque integriora haberemus, ſi in barbarorum manus hoc formoſiſſimum corpus non incidiſſet. Facile enim videre licet, pulcritudinem ejus nativam alicubi ab illis interpolatam & contaminatam eſſe, neque tales omnino eſſe hos libros, quales ex Pauli officina prodierunt. Quod autem Cujacius putat, ſectionem titulorum non eſſe ipſius auctoris: in eo partim ipſi aſſentior, partim contradico. Nam quin a Paulo plerique ſint, non video cur dubitandum ſit: quamquam in Pandectis nusquam tituli ſed libri tantum hinc adducuntur. Apud Papianum vero in libro Reſponſorum (ubi Pauli Sententiæ quaſi undecies laudantur) video interdum & titulum & librum nominari: interdum duntaxat librum: interdum neque librum neque titulum, ſed in genere Sententias Pauli. Quod autem quidam tituli in his libris depravati ſint, quidam omiſſi, ubi poni debuerunt, quidam poſiti, ubi non debuerunt, manifeſtius eſt, quam ut negari poſſit.

Has igitur Pauli Sententias tanti fecerunt Impp. Theodoſius & Valentinianus, ut eas edicto ſuo, quo inter veteres Jurisconſultos diſcrimen quoddam fecerunt, ſemper valere juſſerint: cum cæteros omnes non ſine quadam exceptione condicioneque approbarint. *Pauli Sententias ſemper valere præcipimus:* inquiunt in *l. un. C. Theodoſ. de Reſp Prudentum.* Juſtinianus autem Paulum noſtrum prudentiſſimum virum appellare ſolet, exemplo Diocletiani & Maximiani, *l. u. ſi ſtis, C. Ad. l. Corn. de falſ.* Quæ cum mecum omnia perpenderem, & meminiſſem, quoties hos libros ob prædictas utilitates in Recitationibus noſtris publicis, quibus Jus civile interpretamur, laudare ſoleamus; & vero animadverti ſſem, in paucorum manibus eos verſari, cum verſari debeant in manibus omnium: cœpi de nova quadam eorum editione adornanda cogitare: præſertim cum nondum ullam extare cognoviſſem, quæ omnes, quotquot ſuperſunt, Sententias complecteretur. Nam quis neſcit, quot præclariſſimas Sententias Jac. Cujacius (cui viro & hic auctor & tota Jurisprudentum cohors plurimum debet) poſt primam ſuam editionem & Interpretationem ex libris calamo exaratis protulerit, & in obſervationes ſuas retulerit? Has ergo, & ſi quæ alibi extant, ſæpe optavi ab aliquo communis utilitatis cauſa in unum quaſi corpus referri, & uno velut faſciculo comprehendi, ne diu quæſito opus eſſet in diverſis libris. Illa enim diſtractio multum ſæpe incommodi & moleſtiæ habet, ac memoriæ nocet, cui lumen

a *Marci Antonini*] Severi & Antonini Caracallæ decreta in libris Decretorum a Paulo referri, in principio notarum ad ipſum Paulum oſtendimus. SCHVLTING.

lumen affert ordo. Nactus igitur paululum a quotidianis operis otii, omnes ad unam Sententias Pauli deſcripſi & ἐσωματοποίησα: ut uno libello continerentur & quidem ordine annumeratæ, non modo eæ, ad quas Interpretationes appoſuit Cujacius, verum etiam eæ, quas idem poſtea addidit ex Codice Veſontino: Præterea illæ, quæ ſunt apud Licinium Rufinum, ſi modo is eſt auctor Collationis illius legum Judaicarum & Romanarum, quæ extat, edita primum a P. Pithœo: & nuper a me in Enchiridion Juris Quadripartitum relata eſt: Tandem etiam eæ, quæ in Digeſtorum libris paſſim diſperſæ reperiuntur: quarum pleraſque omnes ad congruentes titulos, ut arbitror, retuli. Nam quod Cujacium, quo minus id faceret, deterruit, quia videlicet ſæpe ambiguus eſſet, an aliqua Sententia ex his V. Receptarum Sententiarum libris deſumpta eſſet, an vero ex libris VI. Sententiarum ſive Factorum: id nihil eſſe, neque nos quidquam remorari debere exiſtimo. Scripſit enim Paulus duntaxat Sententiarum Receptarum Libros quinque: [a]Non etiam Sententiarum ſeu Factorum libros ſex. Quod ſi ita eſſet, ut præ ſe fert INDEX P. Flor. præfixus, quid eſt quæſo cauſæ, cur in toris L. Pandectarum libris nullum uſquam caput, nullam omnino Sententiam reperiamus e ſexto libro Factorum? Adeone hunc ſterilem fuiſſe bonarum rerum putabimus, ut cum ex anterioribus libris ſumptæ ſint complures, ex hoc ne unica quidem excerpi ac depromi potuerit ſententia? Et quid Sententiæ cum factis commune habeant, ego non intelligo. Huc accedit, quod factum ſeu facti quæſtio non ad Jurisconſultum, neque ad Prætorem vel Præſidem, vel Imp. ſed ad Judicem & Oratorem pertinet, ut ex Cicerone quoque conſtat, & *l. 79. §. 1. D. de judiciis, l. 1. §. quorum. D. Ad SC. Turpil. l. 32. mora. in prin. D. de uſur. l. pen. D. de l. Fabia de plagiar.* Itaque a ſciolo aliquo additum eſſe crediderim. Neque hoc novum eſt. Nam & titulus Codicis, qui eſt *de Advocatis*, fruſtra geminatus eſt: quaſi de aliis ageretur ſub titulo *De advocatis diverſorum Judicum*; de aliis ſub titulo: *De advocatis diverſorum judiciorum:* Et vir doctiſſimus jam olim detexit vulgatum errorem, ex depravato Varronis loco *in lib. IV. De Lingua Latina*, natum, plures quam ſex, adeoque totos unum & viginti libros Lucretium ſcripſiſſe.

Ex quibus hoc efficitur, Indici iſti hac in parte fidem adhibendam non videri. Atque hæc operæ meæ hic poſitæ pars prima eſt: cui annumeres licet etiam Lectionis Varietatem, diligenter ubique a me annotatam. Appoſui etiam, ubi extabant, Aniani Interpretationes: quæ quamvis tanti non ſint, ut propter eas vadimonium deſeras (quamobrem a Cujacio præterniſſæ ſunt) interdum tamen aliquid prodeſſe poſſunt, ut ſuo loco indicabo. Olim certe tantæ auctoritatis fuerunt, ut Pauli Sententiis non dicam æquipararentur, ſed etiam præponerentur, ut ex Gratiani Compilatione Decretorum cum lib. V. Pauli collata animadvertere licet. Appoſui igitur, ſed velut pannum in purpura, quod dicitur. Addidi autem alicubi ad oram libri Notas meas, quibus tum emendationes quædam continentur: tum declarationes quarundam Sententiarum: tum denique locorum ſimilium indicium. Sed hæ Notæ & perpaucæ & perbreves ſunt. neque enim plures vel ora libri capiebat, vel mihi vacabat in præſentiarum addere. Alias autem forteſſe eas aliqua acceſſione augebo, præſertim ſi ad iterandam (ut ſpero & auguror) libelli hujus editionem viri docti ſuas obſervationes nobiſcum communicaverint: quod ut faciant, ipſos rogaros

a. *Non etiam Sententiarum &c.*] Imo & Sententiarum, ſive Factorum libros ſex: de quibus ad inſcriptionem harum Sententiarum agendum nobis erit. SCHULTING.

rogatos velim. Ego pro mea virili ſingulis eam mercedem perſolvam, quam ſibi Thales unus e Septem Sapientibus Græciæ pro novo quodam invento ſtipulabatur ab eo, quicum id communicabat: honeſtam ſcilicet nominis ipſorum prædicationem cum grati animi ſempiterna memoria conjunctam: quod & alii Juris ſtudioſi libenter facturi ſunt, ut pro illis quoque ſpondeam.

Poſtremo Indicem adjeci copioſum & accuratum: quem ita concinnavi, ut quibuslibet paginis & cuivis editioni, quæ modo numeros Sententiis præfixos habeat, aptus & accommodatus eſſe poſſit: In quo ſcilicet numeri trini ad librum, titulum & Sententiam reſpiciant. Ad quam formam etiam in Oppianum (maximum inter Græcos poëtam) jam olim pene puer Indicem confeci, cum in eum auctorem Scholia ſcriberem: ut tu apud me, LVDOVICE CAMERARI, ſæpe vidiſti. Ad te enim jam redit oratio. Tibi quod nuper ex Academia noſtra cum tua ſingulari laude noſtroque tui deſiderio diſcedenti, ad capiendum alibi ingenii feliciſſimi cultum uberiorem; promittebam munus, id nunc ecce tamquam bonæ fidei debitor repræſento, & amicitiæ ejus, quam ego inter nos eſſe cupio ſempiternam, monumentum ac pignus, idoneum, uti ſpero, offero. Non tu quidem his talibus in foro atque inter ſubſellia Judicum uti poteris: ſat ſcio. Prohibet hoc edictum Juſtiniani, prohibet mos judiciorum, ſive (ut loquuntur) ſtylus fori & curiæ hodiernus. Aliis illic lacertis & armis pugnatur: quæ & tu, cum uſus erit, depromere atque exerere non neſcies neque negliges. Nam & foro utendum, & tempori ſerviendum eſt, quantum omnino ſalva fide, veritate ac religione poſſis. Qui autem conſuetudini reluctantur, ut ſoli ſapere exiſtimentur, aliis umbrarum inſtar volitantibus, quid hi aliud quam brachiis contra torrentem fruſtra nituntur, & (quod Phocylides facere vetat) *ἀνέμοις ἀντιπνέειν*. Interim tamen hic libellus ad alia multa tibi proderit, atque haud ſcio an non plus quam aliorum ſæpe verboſa commentaria. Quod quale ſit, ipſemet intelligis: Te enim eum eſſe cognovi, qui aliquid ſupra vulgus eruditorum ſcire cupiat, non modo in cæteris artibus ac diſciplinis, ſed etiam in hac noſtra civili ſapientia. In quo tam præclaro inſtituto tuo, ſi bene te novi, & ſi ab indole tua non deficiſces (quod facere nunquam voles) perſeverabis tu quidem: Ego vero, ut id etiam abſens pro mea mediocritate adjuvarem, teque ad majora excitarem, hunc ad te libellum cum iſthoc antilogio mittere volui: ſimul, ut daram tibi fidem hoc pacto liberarem. Vale, mi amiciſſime Ludovice: atque ut apud principem Poëtam adoleſcentem Aſcanium ad decus virtutis & ad laudem

Et pater Æneas & avunculus excitat Hector;

Themiſtoclem vero trophæa Miltiadis: ſic tu quoque exempla domeſtica quotidie tibi ad imitandum propone; avi inquam, & patris & patrui tui, clariſſimorum virorum, quos honoris cauſa nomino. Id quod tu quidem facis ſedulo, vera ad gloriam via jam diu graſſans: Sed tamen, Qui monet ut facias, quod jam facis, noſti cetera. Vale iterum. Altorphii in Academia Norimbergenſi Kalen. Jun. **Anno M. D. XCIV.**

EJVSDEM RITTERSHVSII PRÆFATIO AD LECTOREM.

PLacuit, hic tibi, amice Lector, ſub unum aſpectum ea proponere, quæ in hiſce Pauli Sententiis obſervavimus ex jure veteri dicta, quæ poſtea a Juſtiniano, vel etiam ante ipſum ab aliis abrogata ſunt. Cetera enim, quæ hic continentur, partim ita cum jure Juſtinianeo conveniunt, ut omnia fere aliis Inſtitut. Pandect. & Cod. locis comprobentur: partim nihil ei repugnans habent: ut nihil impedimenti eſſe videatur, quo minus hic liber eatenus in foro & conſultationibus adduci poſſit, ubi tot novorum hominum ſententiæ adducuntur, & pene authenticæ habentur. Et mihi quisquam huic præſtantiſſimo ac in luce Reip. melioribus, quam poſtea conſecuta ſunt temporibus verſato viro neſcio quos μιξοβαβάρους, & Cujacius appellat, συρφετώδεις, anteponet? Sed jam ea proponamus, quæ ex Jure veteri & ante Juſtinianum recepto Paulus noſter ſcripſit.

1. Ex his primum mihi ſuccurrit cognitorum nomen & aſſertorum: quorum quæ partes fuerint, ex Aſconio, Donato & Feſto ſcimus, ſed quos in Pand. & Cod. Juſtiniani fruſtra quæras.

2. Occurrit ſecundo loco Fiducia, antiquis frequentiſſimum pignoris genus, quo res certa lege creditori mancipabatur. Sæpe hæc apud Paulum nominatur; nuſquam vero in Pand. cum tamen de ea veteres Jurisconſultos multa ſcripſiſſe veriſimile ſit. Sed Tribonianus delevit, utpote deſuetudine jam inumbratam atque abolitam, cum Juſtinianus rerum potiretur.

3. Sic apud Paulum ſæpe nominatur [a] Crucis ſupplicium: quod eum a Conſtantino Magno in honorem crucis Chriſti, qua ſalus nobis parta eſt, fuerit ſublatum, & in furcæ ſupplicium commutatum: Tribonianus hanc illius loco ſemper in Jurisconſultorum ſcriptis ſubſtituit.

4. Sic Paulus accurate hic explicat de Lege Fuſia Caninia qua certus modus imponebatur ſervorum manumiſſionibus, quæ in teſtamentis nimis effuſæ erant. Sed & hæc a Juſtiniano correcta eſt.

5. Sic de [illegible]. Claudiano egregius hic extat titulus, quo mulieres, quæ ſe alienis ſervis contra dominorum denuntiationem miſcuiſſent, in illorum ſervitutem redigebantur. Quod jus ſimiliter ſublatum eſt, utpote nimis durum adverſus feminas, quibus plurimum favebat Juſtinianus.

6. Idem dicendum eſt de Differentiis Libertorum, quæ Pauli tempore adhuc durabant: ut ſcilicet alii eſſent cives Romani, alii Latini Juniani, alii dediticiorum numero ac loco haberentur.

7. Idem

a *Vide Cujac. XVI. Obſerv. 1. Conti. 1. Subſec. c. 13.*

Digitized by Google

7. *Idem de quatuor antiquis legatorum generibus, per vindicationem, per damnationem, per præceptionem, & per ſinendi modum relictorum: quæ & ipſa Juſtinianus abrogavit, & unam omnibus legatis naturam eſſe voluit.*

8. *Idem de duabus illis Juris antiqui regulis dicendum eſt: Ante hæredis inſtitutionem inutiliter legari: Et: Poſt mortem hæredis aut Legatarii inutiliter legari. Nam hodie utrumque valet.*

9. *Idem de quatuor furti actionibus, concepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti.*

10. *In ſucceſſione quoque ab inteſtato quædam a Juſtiniano innovata ſunt.*

11. *Extat hic etiam SC Pegaſianum, cujus omne jus Imp. Juſtinianus in Trebellianum tranſtulit atque transfudit.*

12. *Extat hic & differentia illa Interdictorum Vti poſſidetis & Vtrubi: Quorum in illo potior erat, qui tempore Interdicti redditi: In hoc, qui majore parte anni retro numerati non vi, non clam, non precario ab adverſario poſſederat. Quæ differentia ſimiliter hodie ſublata eſt: ut jam in utroque Interdicto litis conteſtatæ tempus ſpectetur.*

13. *Pauli tempore maritus prædium dotale alienare non poterat invita uxore: ea volente poterat, hodie ne volente quidem & conſentiente poteſt.*

14. *Pauli tempore electione rei principalis liberabatur fidejuſſor ejusve hæres, hodie non liberatur.*

15. *Plus petitionum jus, quod Pauli ævo fuit, Impp. Conſtitutionibus non nihil mutatum eſt.*

16. *Sic etiam, quæ de viceſima, neceſſario vectigali hæreditatum, & de publica teſtamentorum recitatione Paulus ex more ſui ſeculi ſcribit, per Conſtitutiones principum abolita & mutata ſunt.*

17. *Mancipationum quoque hic fit mentio; quæ Juſtiniani ſeculo in deſuetudinem abierunt.*

18. *Pauli tempore teſtamentum (utpote juris civilis) Latina tantum lingua fieri poterat: ut apparet ex* lib. III. tit. 4. ſent. 16. *Sed hodie etiam Græca & alia quavis lingua fieri poteſt.*

Poſſunt fortaſſe [a] *plura ejuſdem modi hic obſervari, ſed hæc ſunt præcipua, quorum jam meminiſſe potui. Vale, Lector, & fruere.*

a *Plura*] Inter quæ eximium illud, quod hic definitam habeamus veterem adulterii poenam *lib. II. tit. 26. §. 14.* de qua diu dubitatum fuit ac quæſitum a viris doctiſſimis. SCHVLTING.

Digitized by Google

JVLII PAVLI VITA,

Descripta a Johanne Bertrando, Præside Tolosano, Βίοις Νομικῶν, sive de Jurisperitis, libro Primo.

PAtavinum fuisse Julium Paulum Bartachinus scribit, testimonioque esse [a] statuam supra ostium ædium magistratus Patavini positam. [b] Credidi eum Tyrium fuisse: ideoque ab Vlpiano & Mammæa Alexandri [c] uxore tantopere dilectum, ut semper socius Vlpiani fuerit: quem quidem [d] cum Mammæa Tyrium fuisse supra dixi, aut ex Tyriorum colonia. Hocque confirmatur, [e] quod in syntaxi Latinarum vocum, aliorum consilio usus sit: *Nomen*, inquit, *penus mihi traditum est, omnibus generibus dici* in *l. nam quod. §. 3. D. de penu legata*; & proprietatem verborum Latinorum ignoraverit in *l. XVII. D. de except.* [f] cum *servitutes, corpora* appellat: verisimileque non est, Latinum hominem & doctum, dictionum Latinarum vim non calluisse. Juvat conjecturam nostram, quod Græcas artes in explananda juris civilis scientia attulerit in [g] *l. 9. D. de suppellect. leg.* [h] & quod in *l. XII. D. de statu hom.* Hippocratis auctoritate sententiam confirmarit suam, & dictiones Latinas per verba Græca explicuerit in *l. 7. §. hæc vox. D. de edendo.* Quæ res fortasse impulit Orhomanum in verbo *abalienare*, ut Paulum hominem Græcum existimaverit: cujus tamen rei nullum argumentum affert. [i] Addi potest & illud, quod Suidas scribit, Paulum Tyrium quendam, oratorem Hadriani temporibus fuisse, qui cum legationem Romæ egisset sub Hadriano, Metropolim Tyrum effecit: eumque patrem nostri Pauli fuisse auguraretur, & fortasse, uxore ejus in ea legatione Patavii enixa, Patavini sunm esse Paulum Juris-

a. *Statuam*] Infirmissimum argumentum; est enim inscriptio illius plane recens, & ante pauca sæcula statuæ illi appositæ: nec adeo digna mihi visa, quæ in hoc libro legeretur: quamvis illam expresserit quoque Rittershusius. Potuit esse illa statua vel Pauli Poëtæ, cujus meminit A. Gellius *Noct. Attic. lib. XVI. c. 10.* & alibi; ut & notavit G. Grotius: vel etiam alterius Pauli. Quamdiu nihil habemus certioris fidei, nihil de patria Pauli affirmare poterimus: nec etiam est, quod de illa magnopere laboremus. SCHVLTING.

b. *Credidi eum Tyrium fuisse*] Nec hoc aliquo idoneo argumento nititur. IDEM.

c. *Vxore*] Imo Mammæa Alexandri fuit mater, non uxor. IDEM.

d. *Cum Mammæa*] Hæc non fuit Tyria, sed Emisena, teste Herodiano *lib. V. cap. 3.* & Capitolino *in Opil. Macrin. cap. 9.* IDEM.

e. *Quod in syntaxi Latinarum vocum aliorum consilio sit usus.*] Quasi vero non & ipsi Romani circa proprietates & syntaxin vocum & dissenserint, & aliorum auctoritates sint secuti, etiam ipsi Grammatici. Nullius ergo & hoc est momenti; ut & G. Grotius vidit IDEM.

f. *Cum servitutes, corpora appellat*] Hoc valde esset pingue & absonum. re vera distinguit Paulus *l. 17. D. de exceptionib.* prædium, in quo servitutem quis petierat, ab altero, cujus proprietatem quis vindicabat; atque hæc docet esse diversa corpora: ita, ut, quamvis circa viam petendam in imo fundo, ceu ferviente, quis succubuerit, non prohibeatur tamen alterum fundum vindicare, jure dominii: nec obstet ipsi rei judicatæ exceptio. Ad hanc enim spectare locum Pauli, adeoque ad titulum *de exception. rei judicat.* magis pertinere, bene notavit Cujacius *Observation. lib. V. cap. 37.* quo etiam spectant *l. 6. l. 12. l. 14. D. de exception. rei judicat.* quæ ex eodem libro LXX. Pauli ad edictum hausta sunt. Idem tamen Vir summus *ad Paul. ad edict. lib. LXX. ad d. l. 17.* verba trajicit, & legit, *Sed si ante fundum Titianum, deinde viam petam.* Sed prior observatio verior. IDEM.

g. *L. 9. D. de suppellect. leg.*] Male: cum hæc lex Papiniani sit, non Pauli. *Ex edit. Lugd. Bat.*

h. *& quod in l. 12. &c.*] Hæc infirmissima sunt: & quam multi Latini scriptores auctoritate Græcorum sua confirmant, vel dictiones Latinas per Græcas explicant? SCHVLTING.

i. *Addi potest & illud &c.*] Nec hinc aliquid sequi posset: & nunquam ex eo, quod quis alicubi fortuito natus sit, illic patriam nanciscitur, *l. 3. C. de municipib. & originar. lib. X.* Adeoque per nativitatem *in l. 1. pr. D. ad municipal.* nihil aliud intelligitur, quam origo: & sic alicubi *nati. l. 228. de verbor. signification.* dicuntur, qui inde sunt oriundi. Id constat ex *l. 6. pr. & §. 1. D. ad municipal. l. 7. C. de incol. lib. X.* IDEM.

Juriſconſultum ideo contenderunt. Vnde recte apud Cujacium *lib. 21. c. 26. Obſervat.* nonnulla Pauli *in l. 25. D. de probat. ex lib. 3. Quæſt.* deſumpta obſervantur, quæ Græcum hominem ſapiunt: ut, cum prudentem & attentum patrem familias, vocat *ſtudioſum*, cum cautionem *confeſſionem* vocat, ut Græci ὁμολογίαν. [a] Male autem cum non Pauli, ſed Triboniani arguit, quod Græcum hominem ſapiant. Nam & verbo *confeſſionis*, pro cautione uſus eſt etiam Marcellus in *l. 20. D. de donation.* Nec eo nomine Cujacii ſententia confirmatur, quod hæc verba legantur: *Et vir ſimplicitate gaudens, aut deſidiæ deditus:* quibus manifeſto deſcriptam eſſe conditionem monachi tradit. hæc enim verba ad monachorum referri ſtatum non debent: ſed ad Chriſtianos, quibus maxime infenſus Paulus fuit, quos *deſidiæ deditos* appellat ille, injurioſo nomine: quia Chriſtiani plerique, etiam ſub imperio Septimii Severi, [b] ſub quo Paulum hos quæſtionum libros ſcripſiſſe certum eſt, reipubl. omnia munia, tanquam rem Chriſtiano homine indignam reſpuebant. Hujus rei locupletiſſimus auctor eſt Tertullianus, qui ſub Severo ſcripſit, *in Apologet. cap. 45. Ecce Pythagoras apud Thurios, Zenon apud Prienienſes tyrannidem affectant: Chriſtiani vero nec adilitatem*, & apertius in *libro de idololatria. Hinc proxime diſputatio obortа eſt, an ſervus Dei alicujus dignitatis, aut poteſtatis adminiſtrationem capiat.* quamobrem Paulus Chriſtianos, quos magnopere oderat, *deſidiæ deditos* appellat: ſicuti Imperator Valens, qui monachos ut Arrianus oderat, *ignaviæ ſectatores* appellat in *l. quidam, 26. C. de Decurion.* Non ergo hæc verba *l. 25. D. de probat.* de monachis intelligenda ſunt, ut Triboniano tribuantur: cum nihil, quin Pauli ſint, prohibere poſſit: ut ſatis aperte, ni fallor, declaravimus. Magna vero eum juris civilis ſcientia præditum, cum ipſius ſcripta, tum de eo auctorum & Imperatorum ampliſſima teſtimonia fidem faciunt: eum enim Lampridius *in Alexandro Severo* juriſperitiſſimum appellat: [c] Juſtinianus in *l. & ſi contra. 6. C. de nupt.* virum prudentiſſimum, imitatus Diocletianum & Maximianum in *l. XI. C. ad leg. Cornel. de falſ.* & [d] Modeſtinus. *lib. ſingulari de excuſat. tut.* κορυφαῖον: quod vocabulum, Principem ſignificare Ciceronis verba declarant *lib. 1. de natura Deorum.* Ejus autem [e] univerſæ leges ita obſcuræ, ambiguæ, verborumque tenebris involutæ ſunt, ut id, quod de Chryſippo Cicero *de divinatione* ſcripſit, de Paulo dicere veriſſime poſſimus, eum totum hoc volumen impleviſſe oraculis flexiloquis, & obſcuris, ut interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes. Cæterum Septimii Severi Imperatoris cum Tryphonino, Meſſio, & Papiniano in conſilio fuit: a quo ſæpe diſſenſit, ut apparet *ex l. fin de jure fiſci & ex l. 97. D. de acquir. hered.* & Antonini Caracallæ Septimii filii, a quo etiam diſſenſit, ut conſtat ex *l. Æmilius, 38. D. de minor. XXV. ann.* verbum enim illud *pronunciavit* ad Imperatorem referendum eſt; leges ſiquidem illæ deſumptæ ſunt ex libris Pauli *decretorum*, ſive *Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum:* ubi ſæpe Paulus improbat decreta Principum. Remo-

vit

a. *Male autem, cum non Pauli, &c.*] Nihil verius, quam in *l. 25. D. de probationib.* ſtylum eſſe Triboniani, quod etiam notavit Cujacius *ad Novell. 1. & ad l. 25. ad Paul. Quæſtion. lib. II.* Merillius *Obſervation. lib. VIII cap. 20.* ubique. Sunt illic modi loquendi varii a ſuo ipſiusque ævo plane alieni. IDEM.

b. *Sub quo Paulum hos &c.*] Sed jam in libro primo. in *l. 18 D. ad municipal.* Severum vocat Divum; atque adeo is jam fato erat functus: non enim Principi viventi Deum honor delatus, teſte Tacito *Annal. lib. XV. fin.* adde Tertullian. *Apologetic. c. 34.* IDEM.

c. *Juſtinianus*] Male: eſt enim Gordiani; quare & id falſum, quod ſequitur, *imitatus Diocletianum*, nam eum Gordianus anteceſſit. *Ex edit Lugd. Batav.*

d. *Modeſtinus lib. ſingulari de excuſat. tut.*] Lege; *Modeſtinus lib. V. de excuſat. aut. in l. 13. §. 2. D. de excuſ. tut. &c. Ex ead. edit.*

e. *Univerſæ leges*] Pancæ tantummodo: pleræque non difficiles. SCHVLTING.

vit autem eum ab aula Heliogabalus, hac ratione forraſſe motus, quod Decreta ejus non probaret. Revocavit tamen eum Alexander Imperator, ejusque conſilio uſus eſt, auctore Lampridio. Cum enim Alexander in animo haberet, omnibus officiis genus veſtium proprium dare; & ne ſervi ingenuis ſimul miſcerentur, hoc Paulo diſplicuit, politica illa & prudenti ratione, quam ſupra in Vlpiano retulimus. Itaque quod ex Lampridio diximus, Alexandrum, quod Vlpiani conſiliis uſus ſit, ex bono Imperatore meliorem factum, addere poſſumus Paulum noſtrum hac in laudis parte, ex Sexto Aurelio Victore *lib. de Cæſaribus*, qui ſic ſcribit: *Adhuc Domitium Vlpianum, quem Heliogabalus Prætorianis præfecerat, eodem honore retinens: Pauloque inter exordia patriæ reddito, juris auctoribus, quantus erga optimos atque æqui ſtudia eſſet, edocuit.* Aſſeſſorem autem ſe fuiſſe Papiniani ſcribit ipſe in *l. lecta, 40. vers. dicebam, D. de reb. cred.* cum Vlpiano: unus quidem ad memoriam: alter ad libellos. Poſtea vero Præfecti facti ſunt, Severi decreto obſervato: qui Aſſeſſores provincias, quibus aſſediſſent, adminiſtrare juſſit, ut teſtatur Ælius Spartianus *in Peſcennio Nigro*. An tamen Heliogabalus Prætectum fecerit Paulum, an Alexander, dubitatum eſſe ſcribit Lampridius *in Alexandro*. Filium autem Paulus habuit, ad quem libros Receptarum Sententiarum ſcripſit. Eum vero nomini Chriſtiano maxime infenſum is non dubitabit, qui Vlpiani coævum ſociumque fuiſſe ſciverit, quapropter ea, quæ *libro 5. Sententiarum tit. 21.* traduntur, adverſus Chriſtianam religionem ab eo ſcripta conjicere poſſumus: *Qui novas*, inquit, *& uſu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur: honeſtiores deportentur, humiliores capite puniantur.* Cæterum meminit Gellius Julii Pauli poëtæ *lib. 5. noct. Attic. cap. 4. & lib. 19. cap. 7.* ſed alius eſt ab hoc noſtro Juriſconſulto, cujus libri, qui in indice Juſtinianeo reperiuntur, hi ſunt:

Ad edictum lib. octoginta.

Prætoris ſcilicet. *Libro 1.* tractavit de *jurisdictione, & officio magiſtratuum:* quod & notavit Cujacius *lib. 24. cap. 6. Obſervat.*

Quæſtionum [a] *lib. XXXIII.*

Juſtinianus in *l. cum in antiquioribus, 19. C. de jure deliber.* ſcribit, ſe in his quæſtionum libris regulam hanc ad jus deliberandi pertinentem inveniſſe: *Filiosfamilias paternam hereditatem transmittere,* & alia quædam adjecta, quæ in ejusmodi perſonis præcipua eſſent. Libro 1. exiſtit quæſtio illa *de cautione* agitata in auditorio Papiniani Præf. præt. inter eum, [b] & Vlpianum, quem tamen cum reprehendit non nominat: ſed utitur eo verbo: *Quidam dicebat; & Libro XXXII. ad Edictum in l. 3. D. mand.* Sabini & Caſſii ſententiam improbans, ſcribit: *Quidam nugaverunt;* ſtylo Juriſconſultis non exotico: ſic Julianus in *l. 21. D. de reb. cred* de Proculeianis ait: *quidam exiſtimaverunt;* & Scævola in *l. 14. D. de jure codic. quidam referunt.* & Calliſtratus in *l. 82. D. de cond. & demonſt. quidam hoc ajunt &c.* Quo loquendi genere uſus eſt Ariſtoteles in Platone reprehendendo, & Seneca in Ariſtotele, verbo *aliquis lib. III. de ira cap. 3.* Sicut in Euangelio, quorum dicta vel facta damnantur, nomina ſupprimuntur: ſed utitur ſcriptura ſacra verbo *Quidam*, vel alio ſimili. Cæterum Paulus non ſolum in Vlpiani ſententia damnanda hoc verbo utitur: ſed etiam cum eam probat, & laudat, ut in *l. 8. uſuf.*

a. LIB. XXXIII.] Imo XXVI. ut habet quoque Index Pand. Flor. IDEM.

b. *Et Vlpianum*] Hoc plane incertum: & plures diſſenſiſſe arguunt præcedentia *in d. l. 21.* IDEM.

uſuf. quemadm. cav. his verbis, [a] *Quidam*, hoc de Vlpiano, & *Martianus heredi*, &c. quod ab eo factum ideo credo, aut ut in coætaneo & ſocio cirando, omnem vel maligni animi vel adulatorii notam vitaret: vel forte Græcorum more, ut & ipſum Græcum diximus, qui de his quos maxime colebant verba facientes, verbo αὐτὸς vel alio utebantur; ut apud Theophraſtum *in Charact. c. 3.* καὶ τὸν ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι μικρὸν κελεῦσαι ἕως ἂν αὐτὸς παρέλθῃ, & apud Ariſtophanem *in Nebul. Act. 1. Sc. 2. verſ. antep.*

Στ. Φέρε τίς γὰρ ὅτος ὑπὸ τῆς κεφαλάθρας ἀνήρ;
Μα. αὐτός. Στ. τίς αὐτός; M. Σωκρατάτης.

& ibi Scholiaſtes. Indè illud Pythagoreorum αὐτὸς ἔφα. Refertur autem quæſtio a Nymphidio propoſita Paulo Juriſc. in *l. 81. D. de condit. & demonſtr.* quæ ex *lib. 21. quæſt.* deſumpta eſt. [b] Juſtinianus etiam refert ſententiam, quam Paulum in ſuis quæſtionibus ſcripſiſſe tradit: *Infantem non poſſe ingratum a matre ſua vocari, niſi hoc fecerit odio mariti ſui, ex quo infans progenitus eſt*: quam tamen iniquam judicavit.

Reſponſorum [c] *lib. XXXIII.*

Horum librorum meminit Juſtinianus in *præfatione Digeſtorum §. 1. verſ. tertio autem anno.* Ex quibus in veterum ſcholis vix decem & octo recitabantur. Extat unum ex reſponſis Pauli in *l. etſi, 6. C. de nupt.* [d] Ex his etiam libris legem 22. *D. ad leg. Falcid.* deſumptam exiſtimo.

[e] *Fideicommiſſorum lib. III.*

Meminit libri tertii Juſtinianus in *l. 1. C. de communi ſervo manumiſſo*, in quo mentio facta erat cujuſdam conſtitutionis Severi & Antonini, qua *cogebatur ſocius vendere partem ſocio ſervi communis, quatenus libertas ſervo imponeretur: quanquam ex bonis ſocii morientis nihil conſequeretur, precio conſtituto arbitrio Prætoris.* Atque hoc tertio libro Paulum de fideicommiſſariis libertatibus tractaſſe opinor, & Senatusconſultum Rubrianum interpretatum fuiſſe ex *l. 3. D. de fideicom. libert.* [f] ideoque legem 5. *ejuſdem tituli* mendoſam eſſe puto: *Senatus Hadriani temporibus cenſuit*, legendumque, *Senatus Trajani temporibus*: hæc enim verba de Senatuſconſ. Rubriano intelligenda ſunt, quod Trajani temporibus Rubrio Gallo, & Cælio Hiſpone Coſſ. factum eſt, *l. 26. §. 7. D. de fideicom. libert.* qui quidem Coſſ. ſuffecti fuere: quorum etiam meminit Plinius.

Brevis Edicti lib. XXIII.

Libro octavo quæ ad Tutelarum materiam pertinebant, tractavit. Vocantur autem hi libri aliquando *Brevium*. Quamobrem [g] conjicio *brevia Edicta* hic collegiſſe Paulum,

a. *Quidam, hoc de Vlpiano &c.*] Vnde hoc compertum Bertrando, Vlpianum hic innui? IDEM.

b. *Juſtinianus*] Adde *in l. 39. §. 1. C. de inoffic. teſt. Ex edit. Lugd. Batav.*

c. *lib. XXXIII.*] Tantum XXIII. ut eſt in Indice Pand. Flor. SCHULTING.

d. *Ex his etiam libris legem 22. D. ad leg. Falcid. deſumptam exiſtimo.*] Cur non ex libro XVII. Quæſtionum, ut editio Florentina habet? Sæpius ſane in libris Quæſtionum Neſennius Apollinaris memoratur Paulum conſuluiſſe, *l. 94. D. de negot. geſt. l. 37. D. de excuſationib.* IDEM.

e. *Fideicommiſſorum*] Hi libri in Indice Florentino demum poſt quædam alia interjecta ſequuntur: & ipſe Bertrandus illic etiam eorum mentionem faciet. Quid ergo attinebat de illis his agere, & ab ordine illius Indicis recedere? IDEM.

f. *Ideoque legem 5. ejuſdem tituli mendoſam eſſe puto.*] Nihil in illa lege eſt mutandum: quippe, quæ aliquid ſpeciale illic referat, quod in Rubriano Senatusconſulto non fuerat expreſſum: ſed poſtea demum ſub Hadriano admiſſum eſt. IDEM.

g. *Conjicio brevia edicta &c.*] Imo & in his libris ad Edictum perpetuum commentatus eſt Paulus: verum brevius & conciſius, quam in libris, qui *ad Edictum* vocantur: ut conſtat ex ordine Edicti perpetui a V. C. Jac. Gothofredo concinnato. Bertrandum ſecutus hic eſt Fr. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 6.* G. Pancirolus vero *Theſaur. Variar. lection. lib. 1. c. 34.* variis modis rem explicare conatur, ſed nihil definit. IDEM.

Paulum, id est, quæ re nata, & ut negotia nascebantur, Prætores proponebant: qualia erant Edicta evocatoria, quorum fit mentio ab Vlpiano in *l. impuberibus, 7. §. ult. D. de suspect. tut.* & *l. nemunq. 72. D. de judic.* Imperatorum etiam breves constitutiones *Brevia* vocabantur. Zonaras in *concil. Carthag.* Ἐρέβια ἡ πάντοθεν λέγεται, καὶ σύντομος γραφή: unde in *Nov. CV. de Consulibus, cap. 2.* ἐρεβιάτορες *brevium proscriptores Imperatoriorum.* Sic postea summi Pontifices *Breve* appellarunt Apostolicum diploma, ceu rescriptum in parvis negotiis concessum. quod nomen eos ab hac veteri *Edictorum brevium* denominatione desumpsisse puto. Alio tamen modo sumitur *Brevis* in *l. 1. de excusat. artif. lib. X. Cod.* scilicet pro notitia & quasi indice, & pro rationibus privatorum in Synopsi Basil. *lib. 7. tit. 18. cap. 14.* τὰ τῶ ἀντιδίκε σε ἐρέβια. ut in *l. ult. C. de conven. fisci. deb.* pro chartula debitorum. Ne igitur existimes hos libros ad Edictum perpetuum a Juliano compositum, referendos esse: licet Justinianus in *orat. ad Senatum. §. si vero,* illud brevem libellum appellet

Ad Plautium lib. decem & octo.

alias; *Quæstionum ad Plautium.*
Ad Sabinum lib. sexdecim.
Ad leges lib. decem.
alias; *Ad leges Iuliam & Papiam.*
Regularum lib.[a] *septem.*
Sententiarum sive Factorum lib. sex.
Sententiarum Receptarum lib. quinque.
Ad Vitellium Sabinum lib. quatuor.
Ad Neratium lib. quatuor.
Fideicommissorum lib. tres.
Decretorum lib. tres.

[b]Decreta hujusmodi & Imperiales sententiæ in cognitionibus prolatæ, pro eadem re sunt accipienda: quanquam enim Justinianus in quibusdam legum inscriptionibus tantum meminerit *Decretorum,* ut in lege *Æmilius 38. D de minor.* in *l. fin. D. quod cum eo.* in *l. quædam 41. D. famil ercisc.* in aliis autem, *Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum* tantum, ut in *l. cum quærebatur 240. de verb. signif.* in aliis tamen inscriptionibus utrumque conjunxit, ut in *l. fin. D. ad Sen. Trebell.* in *l. fin. D. de hered. instit.* Ex quibus constat, Paulum in sex libros totam hujusmodi tractationem concluisse, sed in Indice Justinianeo trium dumtaxat librorum mentio facta est, quod his solis Justinianus usus sit. Præter autem hos sex libros, Paulus librum singularem[c] de cognitionibus edidit: ex quo decerpta est *l. municeps 228. D. de verbor. signif.* & *l. 101. D. de regul. jur.* quem imperante Caracalla composuit. Leguntur etiam in indice,

De adulteriis lib. III.
Manualium lib. III.

In-

a. *Septem*] Post hos in laudato Indice sequitur *Regularum liber unus.* IDEM.

b. *Decreta hujusmodi &c.*] De his libris quædam notabimus ad Pauli Sententias *in princip.* IDEM.

c. *De cognitionibus*] Hic liber, qui in Indice est prætermissus, & postea quoque a Bertrando memorabitur, diversi a superioribus fuit argumenti: nec in eo causæ speciales in cognitionibus Imperatoriis tractatæ exhibebantur, ut in libris *Imperialium sententiarum*: verum de cognitionibus in genere, illarumque materia, forma atque ordine est actum: quo modo & Callistratus libros sex *de Cognitionibus* composuit. ID.

Digitized by Google

Institutionum lib. III.
De Officio Proconsulis lib. II.
Ad legem Juliam lib. II.
Ad legem Æliam Sentiam lib. III.
De Jure fisci lib. II.
[a] *Ad Edictum Ædilium Curulium lib. II.*
[b] *Regularum lib. VII.*

Libri singulares.

Regularum iterum.
Regularum tertio.
De pœnis militum.
De pœnis omnium legum.
De usuris.
De gradibus & adfinibus.
De jure codicillorum.
De excusationibus tutelarum.
Ad Senatusconsultum Tertullianum.

Justinianus *in l. lege XII. tabularum, 14. C. de legit. hered.* refert, Julium Paulum in libri hujus principio docuisse, impiam fuisse differentiam post XII. tabulas introductam in successione inter mares & fœminas, quantum ad adoptionis jus pertinebat. Ex his autem, quæ supra diximus cum de Tertulliano scriberemus, satis liquet, non posse hoc Senatusconsultum ad consulatum Tertulli, & Clementis referri: nam isti Coss. facti sunt, Septimio Severo imperante, ut ex Fastis apparet.

Ad S. C. Orphitianum.

quo liberi ad matrum intestatarum bona admittuntur, factum Orphito & Rufo Coss.

Ad regulam Catonianam.
Ad Senatusconsultum Syllanianum & Claudianum.
Ad Senatusc. Velleianum.
Ad S. C. Libonianum.
[c] *De Officio Præfecti Vrbi.*
De Officio Prætoris Tutelaris.
[d] *De Officio Assessorum.*
[e] Hunc librum scripsit, cum assessor Papiniani erat cum Ulpiano.
De extraordinariis criminibus.
Ad Hypothecariam formulam.

a. *Ad edictum Ædilium curulium*] Omissi hi in dicto Indice. IDEM.

b. *Regularum lib. VII.*] Hic nec non Regularum singularis in eodem Indice jam ante sunt recensiti: sed hic quoque mentio fit libri singularis Regularum; qui an differat ab eo, qui ante nominatus est, dubitari posset. Omissi vero hic, quamquam in illo Indice memorati, *de consibus* libri duo: & singularis *de pœnis paganorum*: nec in sequentibus seriem Indicis semper servat Bertrandus. IDEM.

c. *De officio Præfecti Vrbi*] In Indice præcedit liber *de officio præfecti vigilum*. IDEM.

d. *De officio adsessorum*] Prætermissus hic in eodem Indice. IDEM.

e. *Hunc librum &c.*] Hoc uti verum esse potest, ita nihil habet, quo clare probetur. IDEM.

Digitized by Google

Ad Municipalem.
De publicis Judiciis.
De inofficioso testamento.
De Centumviralibus Judiciis.

Apud Labittum, & Antonium Augustinum legitur *De septemviralibus Judiciis*, Causas autem, de quibus cognoscebant Centumviri, enumerat Tullius *lib. 1. de Orat.* Quemadmodum autem ea, quæ Prætores decernebant, *edicta* dicebantur: sic quæ Centumviri, *judicia*. Hæc autem *Centumviralia judicia* longo tempore post oppressam rempub. remansisse constat ex Quintiliani, Plinii que Secundi libris, & viguisse etiam D. Hieronymi temporibus ex Apologetico ejus ad Domitionem intelligi potest, & magnitudinem auctoritatemque Centumviralis judicii Justinianus ipse prædicat in *l. XII. C. de petit. hered.* Præcipuæ autem causæ, de quibus temporibus Jurisconsultorum Centumviri cognoscebant, hæ erant: *de inofficioso testamento, & de petitione hereditatis.* Vnde Tribonianus titulo *De inofficioso testamento*, subjecit titulum *De petitione hereditatis*, in Pandectarum compilatione, & Scævola in *l. 13. D. de inoffic. testam. Centumvirale judicium*, pro *querela inofficiosi testamenti* posuit: & Paulus, pro *petitione hereditatis* in *l. petitor. 30. D. de liberat. leg.* Ideoque lectio Labitti, & Antonii Augustini, licet ex Pandectis Florentinis decerpta, a me probari non potest: sed libere vulgarem Indicis scripturam [a] sequor. In quor autem consilia & tribunalia dividerentur Centumviri, & de forma judiciorum vide Cujacium *lib. 10. cap. 20. Observat.*

De jure singulari.
De secundis tabulis.
Ad Orationem D. Severi.
Ad Orationem D. Marci & Commodi.
Ad legem Velleiam.
Ad legem Cinciam.

de donis & muneribus, de qua Cicero *lib. 2. de Orat.* Eam ideo latam Livius *lib. 34. cap. 4.* refert, quia vectigalis jam, & stipendiaria plebs esse Senatui cœperat. Corrupte itaque legitur in inscriptione *l. 29. D. de leg. Paulus libro singul. ad legem Cinniam* pro *Cinciam*. Quanquam non sim nescius a Vellejo memoriæ proditum, L. Cinnam legem agitasse: hæc autem a Cincio Trib. pleb. lata est, cujus inter cæteros meminit Tacitus *lib. XIII. Annal. cap. 42.* [b] quæ ab eodem vocatur *Senatusconsultum*, eodem modo, quo lex Ælia Sentia, de qua in *§. Eadem lege, qui & quib. ex causis.* apud Justin. *Senatusconsultum* dicitur ab Vlpiano in *lege 1. D. de Offic. Cos.* his verbis: [c] *Cum & ipse sit qui ex S. C.*

a. *Sequor*] Recte: nec aliter Brissonius *de verbor. signif. v. centumviri.* & novissime exacti Vir judicii, Joh. Fred. Gronovius *Observ. lib. IV. cap. 11.* qui *centum* degenerasse in *septem* cum aliis existimat. Et disserte *centumvirale judicium*, memoratur *l. 13. D. eod. tit.* & *centumviri l. 17. §. 1. D. eod. tit.* etiam in ipso libro Florentino. IDEM.

b. *Quæ ab eodem vocatur Senatusconsultum*] Non ita Tacitus: sed diserte distinguit inter Senatusconsultum, & pœnam *Cincia legis, adversus eos, qui pretio causas oravissent.* quod vetitum tunc fuisse ex SCto docet idem Tacitus *eod. lib. XIII. cap. 5.* De Lege Cincia singularem librum edidit V. C. Fr. Brummerus. IDEM.

c. *Cum ipse sit, qui ex S. C. consilii causam examinat*] Corrupta hæc esse, haud dubito pronunciare: quid enim hæc sibi volunt *consilii causam examinare?* Inter emendationes varias non displicet Hotmani lectio *Observ. lib. VII. cap. ult.* referibentis, *ex sententia consilii causam examinat*, ut error sit natus e figlis: nam SA. & SN. exponuntur *sententia*, & S. & SN. *Senatus*; & S. C. & S. 9. *Senatusconsultum*; S. S. *sententia senatus*: & D. C. S. *de consilii sententia.* Ex his vel similibus error facile oriri potuit. IDEM.

ex S. C. conſilii cauſam examinat, i. e. ex lege Ælia Sentia: nihil enim hic immutandum cenſeo.

Ad legem Falcidiam.
De tacito fideicommiſſo.
De portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.
De juris & facti ignorantia.
De adulteriis.
De inſtructo & inſtrumento μονοβίβλου.

aliter

De inſtrumenti ſignificatione.

ex inſcriptione legis *Servis 99. D. de legat. 3. & l. Rhedæ 4. D. de ſuppell. legat.* Differt autem inſtructum ab inſtrumento in *l. quæſitum 12. §. ſed ſi fundus 27. de inſtructo & inſtr.*

De appellationibus,
De jure libellorum.
De teſtamentis.
De jure Patronatus.
De jure Patronatus, quod ex lege Julia & Papia venit.
De actionibus.
[a]*De interceſſionibus fœminarum.*

Quemadmodum Paulus *de Centumviralibus judiciis*, & poſtea ſeparatim *de inofficioſo teſtamento* ſcripſit, ſic etiam *de Senatusconſulto Velleiano* Pauli librum ſupra recenſuimus: nunc *de interceſſionibus fœminarum* libellum ejus proferimus, qui quidem idem fere cum libro de Senatuſc. Velleiano eſt; Velleianum enim S. C. *de interceſſionibus* appellatur in *l. 9. & 10. C. ad Senatuſc. Vellei.* & a Martiano *in l. qui exceptionem 40. D. de condict. indeb.*

De donationibus inter virum & uxorem.
De legibus.
De legitimis hereditatibus.
De libertatibus dandis.
De Senatusconſultis.

Scripſit Paulus alios libros, qui in Indice Juſtinianeo non continentur.

De adſignatione libertorum.
De operibus libertorum.
De variis lectionibus.

Vim & ſignificationem verborum juris hoc in loco explicat.

Epitomen Alpheni Digeſtorum.

quam pluribus verbis proſequutus eſt. Ex ejus quinque libris multæ leges deſcriptæ ſunt. *l. qui per errorem 15. D. commun. præd. l. ſed ſi grandes. 11. D. de uſuf. l. lumen. 16. l. cum*

a. *De interceſſionibus feminarum*] Hunc præcedit *De concurrentibus actionibus* liber. Alia quoque ad Indicem hunc librorum notavit L. Theodorus Gronovius, cui ipſum codicem Florentinum MS. licuit volvere. Nos a Bertrando non abivimus. IDEM.

Digitized by Google

l. cum debere. 33. D. de servit. urban. præd. l. cum multi. 9. D. si pars hered. pet. l. a quo. 58. D. de rei vindic. l. quicquid. 27. D. de act. empti. l. servus. 36. D. de condict. indeb. & aliæ quædam. Scripsit etiam

Notas ad Julianum.

quod intelligitur ex *l. Si prætor 75. D. de jud.* ex *l. Prætor 3. §. 1. de collat. bon.* ex *l. Marcellus 15. de donat. causa mort.* ex *l. si pater 4. §. 2. de manum. vind.*

Notas in libros quæstionum Papiniani.

ex *l. 16. D. de public. in rem actione,* ex *l. 18. D. de servitut.* ex *l 1. §. 1. D. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* quæ ex lib. primo quæstionum Papiniani desumpta est, ut ex inscriptione apparet, in cujus legis fine sic scriptum est: *Paulus notat. Imo imperium, &c.* notat, scilicet in hunc librum primum. Hæc enim verba Papiniani non sunt, sed a Triboniano adjecta. Scripsit etiam

Notas ad libros responsorum Papiniani.

ex inscriptione legis *nisi priores 16. D. quæ in fraud. cred.*

Librum singul. ad Senatusc. Turpilianum.

ex inscriptione legis *fin. D. de ritu nupt.*

Epitomen librorum Labeonis παιθανῶν.

Ad quam Epitomen referendam puto *l. si cui ædes. 31. D. de legat. 3.*

De articulis liberalis causæ.

ex inscriptione *l. si in obscuro. 41. D. de liberali causa.*

Librum singularem ad leg. Fusiam Caniniam.

ex inscriptione leg. *Potestatis. 215. D. de verbor. signific.* & illum, quem paulo ante dixi,

Librum singularem de cognitionibus.

Scripsit etiam

Librum de conceptione formularum. &

Librum de dotis repetitione.

EJVS-

Digitized by Google

EJVSDEM JVLII PAVLI VITA,

Auctore Guilielmo Grotio, de vitis Juriſconſultorum libro II. capite X.

JVLIVS PAVLVS, Patavinus origine fuiſſe videtur, ut probat ſtatua Patavii ſupra officium Magiſtratus poſita, niſi forte eam Julio Paulo Poëtæ & viro doctiſſimo, cujus meminit Agellius [a], coævus ejus, collocaram fuiſſe ſuſpicari malumus. Fuit ſane hic noſter ſtudiis Græcis addictus, ut varia oſtendunt loca [b]: inde tamen non ſequitur (ut Bertrandus ait) Græcum hominem fuiſſe, nam & alios Juriſconſultos anteriores & proculdubio Romanos Græcis aliquando verbis, & Græcorum auctoritate uſos ſupra annotavimus. Neque ad rem facit, quod Paulus alibi ita ſcribit, *Nomen penus mihi traditum eſt omnibus generibus fumi* [c], potuit enim illud ab aliquo Grammatico didiciſſe, ſolebant enim Grammatici obſoletas ex antiquis auctoribus voces ruſpantes ea obſervare, quæ ab ipſis Romanis ſine ullo diſpendio poterant ignorari: exemplo ſit ille apud Agellium [d], qui in veſtibulo ædium Palatinarum hanc ipſam de voce *penus* obſervationem populo inculcabat. Quod vero Bertrandus addit Paulum ſervitutes corpora appellaſſe, [1] ſed loco non bene indicato, id κατα χρησιν accipi poteſt, inſcitiæ vero imputari nequit, nam ipſe Paulus alibi ſententiam ſuam manifeſtiſſime declarat, dicens, *Servitutes etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt* [e]. Cæterum huic noſtro Paulo cum Vlpiano in multis convenit: uterque Juriſconſultus eximius, uterque aſſeſſor Papiniani, (errat enim Rivallius, qui Paulum Javoleno operam dediſſe ſcribit) uterque ab Heliogabalo exactus, ab Alexandro in conſilium allectus fuit: de hac re ita Victor, *Paulo inter exordia patriæ reddito, juris auctoribus, quantus erga optimos atque æqui ſtudio eſſet edocuit* [f]. Videtur certe Paulus Imperatori a memoria fuiſſe, ut ex Lampridii in Peſcennino Nigro loco ſupra probavimus: illud conſtat, geſſiſſe eum præfecturam, ut evincunt loca ſupra hoc capite allegata. Fuit & Paulus cum Vlpiano Imperatori Alexandro auctor, ne ſervos a liberis, humiliores ab alterius ſortis hominibus veſtitus genere diſtingueret. Præturam primum nactum, deinde & conſulatum geſſiſſe conſtanter ſcribit Rivallius, ſed ego cum nulla in eam rem reperiam argumenta, nec in Faſtis nec alibi, errare ipſum non dubito. Vocat hunc noſtrum Lampridius *Juriſperitiſſimum* [g], Gordianus [h] & Diocletianus [i], *Prudentiſſimum*, Modeſtinus vero illi inter coryphæos Juriſconſultorum locum dat [k]. Scripſit tam multa in jure Paulus, ut nemo Juriſconſultorum plures confecerit libros; eorum quidam ſub Antonino Caracalla publicati videntur [l], quidam poſt mortem Antonini, nam eum quandoque Divum appellat [m]: horum rurſus alii ſub Heliogabalo in lucem emiſſi ſunt, alii ſub Alexandro, prius colligi videtur ex quodam loco [n], ubi Paulus poſtquam meminit Divorum Severi & Antonini, & hujus quidem iterum, ſubdit hæc verba, *Imperator noſter Antoninus civitatem Emiſenorum Coloniam & juris Italici fecit*: quod Heliogabalo

a) *Agell. lib. 5. c. 4. & lib. 19. c. 7.* b) *L. 7. §. 1. de edendo, l. 9. de ſupell. leg.* c) *L. 4. de pen. leg.* d) *Agel. lib. 4. c. 1.* e) *L. 14. de ſervit.* f) *Vict. in vita Al.* g) *Lamprid. in vita Al.* h) *L. 6. C. de nupt.* i) *L. 12. C. ad leg. Cor. de fal.* k) *L. 13. de Excuſ.* l) *L. 15. qui & a qu. man.* m) *L. 4. §. 1. de inc. ruin. n.* n) *L. 2. §. 6. de Conſib.*

1. *Sed loco non bene indicato*] In editione Toloſana, qua uſus eſt Grotius, non eſt expreſſum, ex quo titulo lex eſſet deſumpta, quod in Lugduno Batava emendatum eſt. De re ipſa ad vitam Pauli a Bertrando deſcriptam diximus. SCHVLTING.

l. cum debere. 33. D. de servit. urban. præd. l. cum multi. 9. D. si pars hered. pet. l. a quo. 58. D. de rei vindic. l. quicquid. 27. D. de act. empti. l. servus. 36. D. de condict. indeb. & aliæ quædam. Scripsit etiam

Notas ad Julianum.

quod intelligitur ex *l. Si prætor 75. D. de jud.* ex *l. Prætor 3. §. 1. de collat. bon.* ex *l. Marcellus 15. de donat. causa mort.* ex *l. si pater 4. §. 2. de manum. vind.*

Notas in libros quæstionum Papiniani.

ex *l. 16. D. de public. in rem actione*, ex *l. 18. D. de servitut.* ex *l. 1. §. 1. D. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* quæ ex lib. primo quæstionum Papiniani desumpta est, ut ex inscriptione apparet, in cujus legis fine sic scriptum est: *Paulus notat. Imo imperium, &c.* notat, scilicet in hunc librum primum. Hæc enim verba Papiniani non sunt, sed a Triboniano adjecta. Scripsit etiam

Notas ad libros responsorum Papiniani.

ex inscriptione legis *nisi priores 16. D. quæ in fraud. cred.*

Librum singul. ad Senatusc. Turpilianum.

ex inscriptione legis *fin. D. de ritu nupt.*

Epitomen librorum Labeonis πιθανῶν.

Ad quam Epitomen referendam puto *l. si cui ædes. 31. D. de legat. 3.*

De articulis liberalis causæ.

ex inscriptione *l. si in obscuro. 41. D. de liberali causa.*

Librum singularem ad leg. Fusiam Caniniam.

ex inscriptione leg. *Potestatis. 215. D. de verbor. signific.* & illum, quem paulo ante dixi,

Librum singularem de cognitionibus.

Scripsit etiam

Librum de conceptione formularum. &

Librum de dotis repetitione.

EJVS-

Digitized by Google

EJVSDEM JVLII PAVLI VITA,

Auctore Guilielmo Grotio, de vitis Juriſconſultorum libro II. capite X.

JVLIVS PAVLVS, Patavinus origine fuiſſe videtur, ut probat ſtatua Patavii ſupra officium Magiſtratus poſita, niſi forte eam Julio Paulo Poëtæ & viro doctiſſimo, cujus meminit Agellius [a], coævus ejus, collocatam fuiſſe ſuſpicari malumus. Fuit ſane hic noſter ſtudiis Græcis addictus, ut varia oſtendunt loca [b]: inde tamen non ſequitur (ut Bertrandus ait) Græcum hominem fuiſſe, nam & alios Juriſconſultos anteriores & proculdubio Romanos Græcis aliquando verbis, & Græcorum auctoritate uſos ſupra annotavimus. Neque ad rem facit, quod Paulus alibi ita ſcribit, *Nomen penus mihi traditum eſt omnibus generibus ſumi* [c], potuit enim illud ab aliquo Grammatico didiciſſe, ſolebant enim Grammatici obſoletas ex antiquis auctoribus voces ruſpantes ea obſervare, quæ ab ipſis Romanis ſine ullo diſpendio poterant ignorari: exemplo ſit ille apud Agellium [d], qui in veſtibulo ædium Palatinarum hanc ipſam de voce *penus* obſervationem populo inculcabat. Quod vero Bertrandus addit Paulum ſervitutes corpora appellaſſe, [1] ſed loco non bene indicato, id καταχρηστικῶς accipi poteſt, inſcitiæ vero imputari nequit, nam ipſe Paulus alibi ſententiam ſuam manifeſtiſſime declarat, dicens, *Servitutes etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt* [e]. Cæterum huic noſtro Paulo cum Vlpiano in multis convenit: uterque Juriſconſultus eximius, uterque aſſeſſor Papiniani, (errat enim Rivallius, qui Paulum Javoleno operam dediſſe ſcribit) uterque ab Heliogabalo exactus, ab Alexandro in conſilium allectus fuit: de hac re ita Victor, *Paulo inter exordia patriæ reddito, juris auctoribus, quantus erga optimos atque æqui ſtudio eſſet edocuit* [f]. Videtur certe Paulus Imperatori a memoria fuiſſe, ut ex Lampridii in Peſcennino Nigro loco ſupra probavimus: illud conſtat, geſſiſſe eum præfecturam, ut evincunt loca ſupra hoc capite allegata. Fuit & Paulus cum Vlpiano Imperatori Alexandro auctor, ne ſervos a liberis, humiliores ab alterius ſortis hominibus veſtitus genere diſtingueret. Præturam primum nactum, deinde & conſulatum geſſiſſe conſtanter ſcribit Rivallius, ſed ego cum nulla in eam rem reperiam argumenta, nec in Faſtis nec alibi, errare ipſum non dubito. Vocat hunc noſtrum Lampridius *Juriſperitiſſimum* [g], Gordianus [h] & Diocletianus [i], *Prudentiſſimum*, Modeſtinus vero illi inter coryphæos Juriſconſultorum locum dat [k]. Scripſit tam multa in jure Paulus, ut nemo Juriſconſultorum plures confecerit libros; eorum quidam ſub Antonino Caracalla publicati videntur [l], quidam poſt mortem Antonini, nam eum quandoque Divum appellat [m]: horum rurſus alii ſub Heliogabalo in lucem emiſſi ſunt, alii ſub Alexandro, prius colligi videtur ex quodam loco [n], ubi Paulus poſtquam meminit Divorum Severi & Antonini, & hujus quidem iterum, ſubdit hæc verba, *Imperator noſter Antoninus civitatem Emiſenorum Coloniam & juris Italici fecit*: quod Heliogabalo

a) *Agell. lib. 5. c. 4. & lib. 19. c. 7.* b) *L. 7. §. 1. de edendo, l. 9. de ſupell. leg.* c) *L. 4. de pen. leg.* d) *Agel. lib. 4. c. 1.* e) *L. 14. de ſervit.* f) *Vict. in vita Al.* g) *Lamprid. in vita Al.* h) *L. 6. C. de nupt.* i) *L. 11. C. ad leg. Cor. de fal.* k) *L. 13. de Excuſ.* l) *L. 15. qui & a qu. man.* m) *L. 4. §. 1. de inc. ruin. n.* n) *L. 8. §. 6. de Cenſib.*

1. *Sed loco non bene indicato*] In editione Toloſana, qua uſus eſt Grotius, non eſt expreſſum, ex quo titulo lex eſſet deſumpta, quod in Lugduno Batava emendatum eſt. De re ipſa ad vitam Pauli a Bertrando deſcriptam diximus. SCHVLTING.

balo (cujus avia Mæsa sive Varia ex Emisena urbe originem traxit) omnino [1] tribuendum videtur. Posterius de scriptis sub Alexandro editis, ipse testatur dum in libris responsorum Alexandrum Imperatorem nominat [a]. Notavit autem Paulus ad Javolenum [b], ad Labeonem [c], ad Julianum [d], ad Scævolam [e], quem & aliquoties suum vocat [f], & denique ad Papinianum [g]. Citatur ipse a Macro [h] & Modestino [i], neque aliis, ipse omnium fere, qui ante se scriptis claruerunt, mentionem facit. Reliqua ejus scripta hæc in Indice enumerantur, ad Edictum libri octuaginta: quæstionum libri [2] viginti: responsorum viginti tres: brevium, sive brevis Edicti totidem: ad Plautium libri octodecim: ad Sabinum libri sexdecim ([3] vel potius triginta duo [k] aut etiam quadraginta septem [l]) ad leges, nempe Juliam & Papiam libri decem: (melius dicemus duodecim, ut quædam habet inscriptio [m]) regularum libri septem: regularum item liber unus: Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum libri sex, ita enim accipienda sunt Indicis verba, ut ex alio loco patet [n]: sententiarum libri quinque, ad Vitellium libri quatuor: ad Neratium totidem, Fideicommissorum libri tres; Decretorum totidem, itemque de adulteriis & Manualium terni: Institutionum, & de officio Proconsulis bini; ad legem Æliam Sentiam tres: [4] de Censibus duo: ubi obiter notandum titulum qui regularum librum unum præfert, & ante libros de Censibus in Indice reperitur, omnino hoc loco exturbandum esse, cum

a) *L. 23. de appell. l. 87. §. 3. 4. de leg. 2.* b) *L. 60. de acq. vel am. her.* c) *L. 3. de Instr. & Instr.* d) *L. 79. de judiciis.* e) *L. 26. qui & a q. man.* f) *L. 27. §. 2. de pact. l. 38. de vulg. & pup.* g) *L. 1. de off. ej. cui mand. jur.* h) *L. 1. de vet. & mil.* i) *L. 23. de Excusat.* k) *L. 31. de usucap.* l) *L. 10. de obl. & act.* m) *L. 2. de Concub.* n) *L. 113. de Cond. & Dem.*

1. *Tribuendum videtur*] Idque inde patet, quod in eadem *l. ult. §. ult.* Caracalla vocetur Divus. Notavit hoc quoque S. Petitus *Obs. lib. 11. c. 4.* SCHULTING.

2. *Viginti*] Index ipse habet *sex & viginti.* IDEM.

3. *Vel potius triginta duo &c.*] Sed de iisdem omnibus materiis Paulus ad Sabinum scripsit in sedecim libris, de quibus Pomponius libris quinque & triginta, & Ulpianus libris quinquaginta agunt; ut indicat librorum Sabinianorum series & continentia, quam V. C. Jacobus Gothofredus ex illorum fragmentis eruit. Et quid libris sequentibus ergo tractavit Paulus, cum ad finem librorum Sabini, quos in illis libris illustrabat, jam pervenisset? Adde, quod ex omnibus sedecim libris plurima habeamus fragmenta; ex reliquis, si qui fuerunt, paucissima, imo tantum quatuor. Et videamus, qualia. Ex libro septimo decimo profertur *l. 4. D. de donationib.* Sed Basilica illam diserte adscribunt Pomponio, nec non editiones veteres: & in ipso codice Florentino utrumque scripturam existere; sed priore loco illam, quæ meminit Pauli, indicat nota Taurelli ad marginem editionis Florentinæ. Alteram tamen lectionem debuisse ab illo recipi, censet L. Th. Gronovius *Emendation. Pandect. p. 76.* Ex libro vigesimo profertur *l. 1. D. de condition. ob turp. vel injust. caus.* Sed prima scriptura Florentini Codicis, quam repræsentavit Taurellus, habet *decimo*: & conjungenda est lex illa cum lege 3, quæ itidem ex eodem est libro. Sola inscriptio *L. 31. D. de usurpationib. & usucapionib.* quæ dicitur esse ex libro trigesimo & secundo ad Sabinum, scrupulum injicere posset: sed vereor, ne hic acciderit idem, quod in *d. l. 4. D. de donationib.* ut si re vera ex Pomponio, ex quo est & sequens *l. 32.* ex eodem libro ad Sabinum secundo & trigesimo, quo is de usucapionibus late egit, *conf. l. 6. D. pro emptor. l. 1. D. pro hered. l. 4. D. pro suo*; vel, si cui id displiceat, quia non est ordinarium Tribuniano ex eodem libro duas leges diversas proxime sibi invicem subjicere; sed magis in unam talia fragmenta conflare: adeoque lex 31. sit Pauli, erratum esse poterit in numero libri. Paulus autem de possessione & usucapione egit libro quinto decimo ad Sabinum, *vid. l. 30. l. 32. D. de adquirend. vel amittend. possession. l. 4. D. pro derelicto.* Saltem ob hanc solam auctoritatem non ausim statuere, numerum horum librorum tantum fuisse, contra tot & tantas rationes. Nihil turbat *l. 10. D. de oblig. & actionib.* quæ dicitur esse ex libro *quadragesimo septimo*: illic enim legi debet *Ulpianus*: ut habent editiones veteres: & jungendus hic locus legi 6. §. 2. *D. de fidejussorib.* cujus fragmenti verba in *d. l. 10.* exponuntur. Ut ita plures, quam sedecim libros ad Sabinum Paulo attribuendi non videantur. Atque hæ ipsæ lectionum varietates id evincunt, non omnes codices ex Florentino manasse. IDEM.

4. *De censibus duo*] Hos in Indice præcedunt duo ad legem Juliam, *vel Juniam*: & de jure fisci duo, ante librum Regularum unicum. IDEM.

Digitized by Google

cum jam antea libri ſingularis ita inſcripti facta ſit mentio. His tot voluminibus extra Catalogum adjungendi ſunt, ad Edictum Curulium Ædilium libri duo[a]. Libros quoque ſingulares pœne infinitos compoſuit, horum nomina recenſet Catalogus Pandectis præfixus. De pœnis Paganorum: de pœnis militum: de pœnis omnium legum: de uſuris: de gradibus & affinibus: de jure Codicillorum: de Excuſationibus tutelarum: ad Regulam Catonianam: ad Sctum Orfitianum: ad Sctum Tertullianum: ad Sctum Silanianum: ad Sctum Vellejanum: ad Sctum Libonianum ſeu Claudianum: (unus enim idemque liber eſt, licet diverſis titulis allegetur,) de officio Præfecti Vigilum: de officio Præfecti urbi: de officio Prætoris tutelaris: de Extraordinariis criminibus: de hypothecaria: ad Municipalem: de Publicis judiciis: de inofficioſo Teſtamento: de ſeptemviralibus, aut potius, ut recte Bertrandus legit, centumviralibus judiciis, egit enim illis libris de inofficioſo Teſtamento[b], cujus generis cauſæ ad centumviros ſpectabant[c]: de jure ſingulari: de ſecundis Tabulis: de Oratione Divi Severi: ad Orationem Divi Marci: (ſive, ut inſcriptiones habent, ad Orationem Divi Antonini & Commodi, niſi hunc librum a priore diverſum facimus) ad legem Vellejam: ad legem Cinciam: ad legem Falcidiam: de tacito Fideicommiſſo: de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur: de juris & facti ignorantia: de adulteriis: de inſtructo vel inſtrumento: de appellationibus: de jure libellorum: de Teſtamentis: de jure Patronatus: de jure Patronatus, quod ex lege Julia & Papia venit: de actionibus: de concurrentibus actionibus: de interceſſionibus fœminarum: de donationibus inter virum & uxorem: de legibus: de legitimis hæreditatibus: de libertatibus dandis: de Senatusconſultis. Notandum porro eſt, multorum librorum nomina in Catalogo nobis eſſe conſervata, e quibus reliquiæ nullæ in Pandectis ſuperſunt: rurſus aliorum librorum nomina omiſſa ſunt, quos ex inſcriptionibus legum Pauli eſſe palam fit. Exempli gratia liber ſingularis ad legem Fuſiam Caniniam[d]: item de cognitionibus[e]: de officio adſeſſorum[f]: ad Sctum Turpilianum[g]: de conceptione formularum[h]: de aſſignatione libertorum[i]: de liberali cauſa[k]: (ſive de articulis liberalis cauſæ, eundem enim eſſe opinor,[l]) de dotis repetitione[m]. In quibus omnibus libris multa ita ſcribit Paulus, ut ſæpe ab aliis Juriſconſultis diſſentiat: multas item perplexas quæſtiones tractat, quas ipſe quoque ſatis obſcure ſolvit.

a) *L. 55. de Contr. Empt.* b) *L. 7. 28. 30. de Inoff. Teſtam.* c) *L. 29. ibid.* d) *L. 37. de Cond. & dem.* e) *L. 9. de Conſ. Tut.* f) *L. Fin. de off. Præſ.* g) *L. fin. de ritu Nupt.* h) *L. 20. de Except.* i) *L. 59. de rit. Nupt.* k) *L. 33. de lib. cauſ.* l) *l. 41. d. Tit.* m) *L. 62. de Reg. jur.*

Digitized by Google

De his ipſis libris Sententiarum receptarum hæc ſcripta reliquit Jacobus Gothofredus *in Manuali Juris, in Bibliotheca Juris civilis Romani, cap. II. §. 5.*

PAVLI Sententiarum receptarum libri quinque, i. e. generaliorum & forenſium axiomatum ſeu aphoriſmorum, vel potius excerpta ex iis, ab eadem illa, quam dixi, Alarici ſeu Aniani manu ad nos quoque pervenerunt: *Sententiarum*, inquam, *receptarum libri*, quos ad *Filium* conſcripſit, ex quibus alioquin quædam in ſuas Pandectas Juſtinianus, quædam, uti dixi, Alaricus ſeu Anianus in ſuum illum Romanarum Legum Codicem & Breviarium retulit, interpretationibus etiam aliquam multis ſubditis. Et hæc Excerpta una cum reliquis Codicis Theodoſiani fragmentis [a] Vlpiani & Gaji, Codicis Hermogeniani & Gregoriani, in Germania primus in lucem revocavit Joh. Sichardus [b] ſub Ferdinando I. Imp. Baſileæ: in Gallia Alaricus Bouchardus, una cum Gajo ad Antonium Prarenſem, Galliarum Cancellarium; Poſtea ab Emaro Ranconnetto, & Joh. Tilio accepta Jacobus Cujacius A. D. 1557 omnia illa pleniora & emendatiora protulit (niſi quod Aniani interpretationes rejecit) Notiſque primus illuſtravit. Sed & alias ſententias poſtea ex Codice quodam Veſuntino idem Cujacius *libro Obſerv. 21.* extulit. Ad ultimum Conradus Rittershuſius (quod etiam Cujacius aliquando in animum induxerat ſuum) A. D. 1594. Norimbergæ, in 8 omnes ad unam ſententias Pauli, ex illis, inquam, excerptis Anianeis, fragmentis per Pandectas ſparſis, Codice Veſuntino, Auctore Collationis Legum Moſaicarum, Papiani Reſponſis, veteri conſultatione (de quibus vide Cujacium 7. *Obſerv. 26.*) in unum corpus retulit, ſeu uno libello comprehendit, & Indicem addidit, Interpretationes Aniani reſtituit: minus veritus quod Cujacius fecerat, libros, qui in Indice Florentino *Sententiarum ſive Factorum* inſcribuntur, [c] eoſdem cum libris *Sententiarum* facere. Similis huic editio, ejuſdemque inſtituti prodiit ſive Avarici ſive Aureliæ in 12. A. D. 1599 ordo tantum alius ſubinde, & Index alius. Vſus harum Pauli Sententiarum potiſſimus in eo, quod præter ea, quæ cum Jure Juſtinianeo conveniunt, quamplurima iis continentur ex jure veteri ante Juſtinianum recepto a Juſtiniano vel ante ipſum abrogato, quæ mirum quantum lucis innumeris Juris Juſtinianei locis adferunt, ut ſunt, quæ ſcribit *de adſcriptoribus, de lege Fuſia Caninia, de Senatusconſulto Claudiano, de Cognitoribus, de Crucis ſupplicio, de dotalis prædii alienatione, de fidejuſſore liberato per electionem rei, de fiducia, furti actionibus quatuor, interdictorum uti poſſidetis & utrubi differentia*, de Regulis nonnullis *circa inſtitutiones & legata, legatorum generibus quatuor, libertorum differentiis, Mancipationibus, Pegaſiano Senatusconſulto, plus petitionibus, ſucceſſionibus ab inteſtato, viceſima hereditatum.*

a. *Vlpiani*] Hæc non a Sichardo, ſed a Joh. Tilio primum edita eſſe, ad ipſum Vlpianum videbimus. SCHVLTING.

b. *Sub Ferdinando I. Imp.*] Is fuit tunc, anno CIↃIↃXXVIII. Rex Hungariæ & Bohemiæ, ac frater Caroli V. Imperatoris. SCHVLTING.

c. *Eoſdem cum libris Sententiarum facere*] Qui ab iis diverſi, ut ad principium harum Sententiarum probabimus. IDEM.

JVLII

JVLII PAVLI [1]SENTENTIARVM [2]RECEPTARVM [3]AD FILIVM

[4]*Cum Interpretationibus Aniani, V. S.*

LIBER PRIMVS.

[1] SENTENTIARVM] In his libris Sententiarum Paulus fundamenta exhibuit juris civilis, per breves propoſitiones ac enunciationes: & quidem ſecundum ordinem Edicti perpetui, quod illa tempeſtate erat fons juris civilis præcipuus: uti obſervavit etiam is, cui & Paulus noſter, & tota Juriſprudentia plurimum debet, Jac. Cujacius *ad l. 10. D de uſufructuar. quemadmod. caveat. ad Paul. ad Edict. lib. XL.* ut ita Paulus non ſolummodo ipſum Edictum late illuſtraverit libris octoginta ad illud elucubratis, nec non Brevis Edicti libris tribus & viginti, quibus illud enarravit paulo conciſius: ut docet etiam Ordo Edicti perpetui a V. C. Jac. Gothofredo concinnatus: verum has quoque Sententias conſcripſerit, quibus ſtudioſi ad uberiorem illam ad Edictum commentationem & doctrinam quaſi manu ducerentur. An vero prius libros ad Edictum, Breviumque, an hos, an omnes ſimul, emiſerit, expiſcari nondum potui. Scripti vero hi videntur non ante tempora Severi, vel potius Caracallæ, ſive annum Chriſti CCXI. quo is, mortuo patre Severo, ſolus cœpit imperare. Certe quando hæc condebat Paulus, convaleſcebat jam donatio inter conjuges morte donantis, *l. 59. D. de donationib. int. vir. & uxor. l. 8. D. de reb. dub.* quæ loca ſunt ex lib. II. harum Sententiarum. Hoc autem jus ab Impp. Severo & Antonino inductum eſt: & quidem Fulvio Æmiliano & Nummio Albino Coſſ. teſte Ulpiano *l. 32 pr. D. de donationib. int. vir. & uxor.* adeoque anno CCVI. Præterea, quod magis urget, *lib. III. tit. 6. de legat. §. 16.* reſpicere videtur Paulus ipſa verba *l. 3. C. de legat.* quæ Antonini eſt ſolius, utpote in ſubſcriptione hæc exhibens, *VI. Kal. Maji, Gentiano & Baſſo Coſſ.* ſive anno Chriſti CCXI. (non CCXII. ut habet D. Gothofredus,) cum jam mortuus eſſet Severus prid. non. Febr. teſte Dione Caſſio *Excerpt. lib. LXXVI.* ut ita inſcriptio quoque ſolum Antoninum præferre debeat: non eoſdem, quos lex præcedens, uti ex Pamelio *in vita Tertulliani* notavit idem Gothofredus *ad d. l. 3.* Inſuper jam poterat ſervitus aquæ ductus conſtitui non tantum ex fonte & flumine, ſed & ex quovis loco. *l. 9. D. de ſervitutib. prædior. ruſtic.* quæ eſt ex *lib. I Sententiarum.* Id vero jus reſcripto Caracallæ inductum eſſe docet Ulpianus *l. 2. D. commun. prædior. urbanor. & ruſticor.* ubi Imperator Antoninus eſt Caracalla, quem ita paſſim Ulpianum indigitare dudum obſervatum eſt: & videbimus ad ipſum Ulpianum *tit. 17.* Ceterum in his libris non ſola juris antiqui placita expoſuit Paulus: ſed nonnulla quoque ex Conſtitutionibus: quod notavit etiam Cujacius *ad l. 45. § 10. D. de jure fiſci.* Idque arguunt ea quoque, quæ modo notavimus, nec non quæ in ipſo opere ſubinde obſervabimus. Antequam vero de his Sententiis plura dicam, aliquid præmittendum eſſe videtur de aliis libris Pauli, quorum inſcriptio, huic ex parte ſimilis, Cujacium deterruit, ut ipſe in Epiſtola ad Emarum Ranconnettum fatetur, ne quæ in Pandectis reſidua ſunt Sententiarum Pauli fragmenta, hiſce adjiceret: verebatur enim, ne ex aliis libris aliquid hiſce adderet, quod inde eſſet alienum. In Indice, nempe, Florentinis Pandectis præfixo hiſce libris Sententiarum quinque præmittuntur *Sententiæ ἐκ τῶν factor*, (male in editione Batava in maxima forma, *factum*) βιβλία ε'. hoc eſt, *Sententiarum, ſive Factorum libri ſex.* Hos tamen ego ab his noſtris Sententiis plane diverſos exiſtimo, nec juſtam eſſe cauſam timendæ ejuſmodi confuſionis: notandum enim eſt nullam in Digeſtis exſtare legem, quæ ejusmodi inſcriptionem præferat, ex qua aliqua dubitatio juſta, quo pertineat, poſſit cuiquam oboriri: nec ullam etiam, quæ ex libris Sententiarum, ſive Factorum hauſta eſſe dicatur: verum tales quidem, quæ inſcriptæ ita ſunt: *ex libris ſex Imperialium Sententiarum in cognitionibus prolatarum*, veluti, *l. ult. D. de conditionib. & demonſtration. l. 10. D. de manumiſſionib. l. 240. D. de verbor. ſignificat.* alicubi & poſt *prolatarum* additur, *ſeu Decretorum*, ita in *l. ult. D. de heredib. inſtituend. l. ult. D. ad S. C. Trebellian. l. 24. D. de jur. patronat.* Atque hi illi ipſi videntur libri, qui in Indice contractiori appellatione dicuntur libri *Sententiarum*, ſive *Factorum.* ubi per *facta* intelligenda videntur *decreta.* In Hiſtoria ſane Auguſta *factum* & *facta* aliquando notant *reſcripta.* Ita Capitolinus *in Macrino cap. 13* ſcribit, Macrinum reſcripta omnia voluiſſe abolere, addita hac ratione: *ne ad alias cauſas facta præferrentur*, (vel, ut cum Caſaubono mallem, *proferrentur*) *quæ ad gratiam compoſita viderentur.* Et non valde diſſimiliter *factum generale l. ult. Cod. Theod. de relationib.* ſumitur pro generali conſtitutione. Apud Capitolinum quoque *in Gordianis cap 5.* occurrit *factum Imperatorium* per quod Vir Præclarus, Cl. Salmaſius illic intelligit edi-

Caracalla *l. ult. D. de heredib. instituend.* (ubi qui memoratur Pactumejus Magnus, occisus est a Commodo, teste Lampridio *Commod. cap. 7.* unde ortus erat rumor falsus, qui materiam præbuit novo facto, & liti ad illos Impp. delatæ.) *l. 43. D. de jur. fisc.* Sæpius vero simpliciter memoratur Imperator, *l. 38. D. de minorib. l. ult. D. quod cum eo, qui in alien. potest. est. &c. l. 24. D. de compensationib. l. 16. §. 1. D. de usur. l. 28. D. de tutorib. & curatoribus. dat. l. 27. §. 2. l. 97. D. de legat. 3. l. 38. D. de fideicommissar. libertatib. l. 20. D. de quæstionib. l. 47. pr. D. de jurejur.* vel Imperator noster, *l. 74. §. 1. D. ad S. C. Trebellian.* qui non alius fuisse videtur, quam is, sub quo scripsit Paulus, Antoninus Caracalla. Sed plus satis de libris Sententiarum, sive Factorum, vel Decretorum; qui tamen quo pacto ab his libris Sententiarum diversi fuerint, explicandum esse videbatur. Vt vero ad has Sententias revertamur, opus hoc ab ipso Paulo non tantum in quinque libros distributum fuisse, constat ex his ipsis fragmentis, Indice, Pandectis Florentinis præmisso, & Collatione Mosaicarum & Romanarum legum: sed & singulos libros in suos titulos distinctos fuisse, recte notatum Rittershusio *in Prooemio*: & dubitare nos non sinunt, cum alia, tum hæc ipsa fragmenta, ac veteris Jurisconsulti Consultatio, Papiani Responsa, & modo laudata Collatio: quamvis nec id negare velim, plurimos in his reliquiis omissos esse; quod sequentia evincent: ac multos perperam esse descriptos; de quo plura notat Cujacius *ad lib. V. tit. 20.* qui tamen illic non generaliter scripsisset, hos titulos non esse a Paulo: nec ad Vlpianum *tit. 19.* Vlpianum sua scripsisse uno contextu, si ipsi visæ tunc fuissent illæ, quas dixi, juris veteris reliquiæ; maxime laudata Collatio, quæ exutroque, ut & aliis libris titulos passim allegat. Imo vel ex illa constat, moris fuisse Jurisconsultis libros suos in titulos dispescere: idque tam aperte, ut plura addere sit supervacuum. Et ipse ille Cujacius *Observat. lib. XIX. cap. 30.* in Vlpiano titulos agnoscit. Quam vero opus hoc Sententiarum olim fuerit magnum, inde colligi poterit, quod ex illis, quæ in Pandectis inde desumpta supersunt, admodum pauca in hisce fragmentis reperiantur. Ex libro I. de novem & triginta legibus, septem tantum integræ, quatuor pro parte hic inveniuntur. ex libro II. de novem & viginti, tres integræ, duarum tantum pars: ex libro III. de una & viginti, una integra, & duarum pars: ex libro IV. de sex tantum duæ: ex libro V. de sex & triginta hic tredecim, sed non omnes plenæ, occurrunt. Inde quam exiguam portionem totius operis faciant illa, quæ hic supersunt, quamque magnum olim hoc opus fuerit, facile judicari poterit: si enim vel tertia quartave pars hic esset superstes, maxime librorum priorum quatuor, longe plura ex iis, quæ in Digestis habemus, hic deberent comparere. Jam vero quanto in pretio hæ Sententiæ olim fuerint, quo clariori argumento evinci potest, quam eo quod jam alii notarunt, quod Impp. Theodosius & Valentinianus *l. un. Cod. Theod. de respons. Prudent.* nominatim illas confirmarint his verbis. *Pauli quoque Sententias semper valere præcipimus.* unde & in veteri Consultatione ita scriptum est, *Secundum sententiam Pauli Juridici, cujus Sententias Sacratissimorum Principum scita semper valituras, ac Divalis constitutio declaravit.* Quin & post compositionem Edicti perpetui forte vix quidquam compositum fuisse, quod in his, quæ pertinent ad artem, possit aut dignitate aut utilitate cum iis certare, existimat M. Aurel. Galvanus *de usufruct. Dissert. var. cap. 16. n. 13.* Hi ergo libri si, quales fuerant olim, ad nos pervenissent, egregium haberemus & nitidum juris recepti *corpus*. At nunc illa sola hic supersunt, quæ Aniano Gotho placuit inde excerpere. Dico *excerpere*, non enim epitomen concinnavit ex Paulo, uti fecit ex Institutionibus Caji suis verbis: (unde nec recte has Sententias vocabis Epitomen, uti vult D. Gothofredus *ad l. 10. D. ut in possession. legator. vel fideicommissor. servander. caus. eff. lic.*) sed ex illis desumpsit, quæ foro inservire posse putabat; quod notavit quoque Cujacius *in Epistol. ad Em. Ranconet.* & indicant verba, quæ ad calcem Epitomes Caji leguntur. Salmasius *de fœnore trapezitic. p. 719* vocat *Collectanea*. Valde vero non tantum parcus, ut ex dictis apparet, sed & inaccuratus in excerpendo fuit Anianus, ut ipsum opus ostendet. Nec etiam aliquid elegans & exactum exspectes ab homine barbaro, & indocto. Sed & omnia, quæ Anianus compilavit, exstare hodie, non ausim affirmare. Laudat saltem ille *in interpretatione l. 2. Cod. Theod. de dotib.* Pauli Sententias *titulo de dotibus*, ibique actum esse docet de retentionibus ex dote, de quibus illic hodie nihil videmus. Idem Anianus in Epitome Caji *lib. 11. tit. 6. de lege Falcidia* ablegat lectores ad Sententias Pauli; ubi tamen satis parca manu de lege illa quædam traduntur: nisi dicas, ipsum Anianum laudasse illic integras Sententias Pauli: & deinde tamen in excerptis suis concinnandis nihil inde sumpsisse ad rem illam pertinens. Sed quam multas quoque sententias ex veteribus libris, Vesontino præcipue, eruit Cujacius? unde videmus, ne in his quidem reliquiis plenas esse editiones vulgatas. Ceterum, qualiacumque tandem hæc habeamus, simus nunc hoc Catone contenti: & pro beneficio ducamus non exiguo, quod hæc saltem qualiacumque Pauli fragmenta extra Pandectas nobis sint relicta: quorum præsidio innumera juris Justinianei & aliorum scriptorum loca illustrata sunt a viris eruditis, & alia etiam nunc lucem inde possunt accipere. SCHVLT.

2. *Receptarum*] In Pandectis & alibi vocantur tantum libri *Sententiarum*. hic titulus est plenior. Hæc vero inscriptio *Sententiarum Receptarum* ita est in omnibus editionibus antiquis, etiam Cujacii, præter eas, quæ ipsius quoque interpretationes habent, ubi ordo verborum est inversus. Sed hoc obiter: ad rem enim ipsam nihil facit. IDEM.

3. *Ad Filium*] Quemadmodum alii libros ad filios suos scripsere: & præcipue M. Tullius Cicero libros illos egregios de officiis filio dicavit, ita & Paulus hos Sententiarum libros, in quibus fundamenta juris jaciebat, filio nuncupavit. IDEM.

4 *Cum Interpretationibus Aniani, V. S.*] Ita editio Rittershusii, præterquam quod illa *V. S.* hoc est *Viri Spectabilis*, ego adjeci; quia ita vocatur hic Anianus in Auctoritate, sive, ut etiam appellatur, Commonitorio

TITVLVS.

Ad Municipalem.

1. Filii libertorum libertarumque [6] liberti paterni, & patroni manumissoris domicilium aut originem sequuntur.

2. Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimae personae per maritum factae: sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permutatur.

3. Municipes sunt liberti & in eo loco, ubi ipsi domicilium sua voluntate [7] tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt praejudicium: & utrubique muneribus adstringuntur.

4. Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet.

5. Senator ordine motus, ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non restituitur.

6. Senatores, & eorum filii filiaeque, [8] quoque tempore nati, nataeve, item-

torio Corpori Alariciano praemisso, de quo & in Epistola dedicatoria quaedam notavit Cujacius. Is autem Vir praeclarus has Interpretationes ab editionibus cum suis Interpretationibus submotas esse voluit: sed tamen in editione harum Sententiarum Lugdunensi anni CIↃIↃLXVI. ubi illas cum aliis reliquiis Jurisprudentiae veteris Codici Theodosiano subjecit, eas retinuit: atque in Epistola dedicatoria ad Jo. Rediger um scribit, se illas, ubi erant, non indignas existimasse, quae apponerentur: & ubi non erant, quae reponerentur. quod & fecit Rittershusius, & in Codice Theodosiano suo exemplum id secutus est V. C. Jac. Gothofredus: adeoque & nos, qui nihil ejus generis contemnendum putamus, eas hic legi voluimus: & erunt quaedam, etsi rara, ob quae tamen illas servari non sit inutile. IDEM.

5. *Ad municipalem*] Paulum etiam librum singularem hoc titulo composuisse, legimus in Indice Florentino Codici praemisso. unde tamen nulla lex nobis reliqua est: at ex hoc defendi quoque posset lectio vulgata hujus tituli, quam adgnoscit & Codex Florentinus: ut subintelligatur *rem*, scilicet, *pertinentia ad rem municipalem*. vel, ut Budaeus, *not. Posteriores ad Pandect.* & Rhevardus *Varior. lib. III. cap. 15.* aliique volunere, *legem*: cujus sit mentio *l. 25. D. h. t. l. 2. D. de alb. scribend.* & alibi. *v.* Brissonium *de verbor. signification. v. lex.* Non video sane commodius fore, si scribamus, *municipales* cum Cujacio *Observation. lib. IX. cap. 37.* ex *l. 2. §. 8. C. de veter. jur. enucleand.* Homines certe ipsi vocantur *municipes*: atque ita *l. 3. §. 8. C. eod. tit.* de *civibus, seu municipibus*, περὶ πολιτῶν, hic agi docet Imperator: quo pacto si hic legeretur *de municipibus*, ut est *in tit. C. de municipib. & originar. lib. X.* esset sensus longe clarior. Sed nihil mutandum nunc. Commode vero sub hoc titulo leguntur, quae hic habemus: & in principio Edicti his de rebus actum esse, docent inscriptiones legum ex libris ad Edictum, nec non ejus Edicti ordo, quem, quantum potuit, restituit Jac. Gothofredus. IDEM.

6. *Liberti paterni, & patroni manumissoris &c.*] Haec stare non possunt: quid enim hoc sibi vult, libertinorum filios sequi domicilium aut originem paterni liberti? & quid commune habet libertus paternus, & patronus manumissor? Editiones quaedam antiquae, ut Hugonis a Porta CIↃIↃXLVIII. & Parisiensis anni sequentis ad marginem habent, *ut liberti, paterni patroni & manumissoris*, optimo sensu. Posset & legi, *liberti, patris, & paterni manumissoris*. Tale quid exigit sensus, & certissimum jus *l. 1. §. 2. l. 6 fin. l. 23. l. 27. pr. D. h. t. l. 2. C. de municipib. & originar. lib. X.* IDEM.

7. *Tulerunt*] Pomponius *l. 238. §. 1. D. de verbor. signification.* dixit, in aliqua regione domicilium *conferre*. IDEM.

8. *Quoque tempore nati, &c.*] Jam tempore suo hic lectionem variasse docet Accursius; & alios legisse *eo tempore*, alios *quoque tempore*: quam diversitatem quoque observare est in editionibus antiquis, quae in contextu habent *eo*: scilicet, quo quis Senator fuit. Melius illud *quoque*, vel, ut habet liber Florentinus, *queque*, hoc est, *quocumque*. sic *quoque modo* habet idem liber *l. 34. D. de reb. auctoritat. judic. possidend.* Sensus est, non distingui, an liberi ante, an post delatam patri Senatoriam dignitatem in lucem editi fuerint,

itemque [9]nepotes, pronepotes & proneptes ex filio, origini eximuntur, [10]licet municipalem retineant dignitatem.

7. Senatores, qui [11]liberum commeatum, id est, ubi velint morandi arbitrium impetraverunt, domicilium in Vrbe retinent.

8. [12]Qui foenus exercent, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant. LEX EST XXII. D. AD MVNICIPALEM.

rint, *add. l. 3. D. de Senatorib. l. 2. § 2. D. de decurionib. l. 9 §. 14. D. de pœn.* Quo vero pacto liberi ante nati dignitatis parentibus postea delatæ fiant participes, tractari solet ad dictam *l. 3.* quæ, ut docet inscriptio, pertinet ad nuptias non contrahendas inter Senatoris liberos & libertinos, personasque alias quasdam viles *v l. 44 D. de rit nuptiar.* Non obstat autem his *l. 12. C. de dignitatib. lib. XII.* quæ *in princ.* non de dignitate paterna liberis talibus deneganda agit, sed de illis non subjiciendis alicui oneri Senatoriis prædiis incumbenti, functione, videlicet, glebali. ut colligitur ex *l. 1. Cod Theod. de Senatorib. & de glebal.* quæ pars est tantum reliqua majoris constitutionis: ex qua, cum esset integra, desumpta est *d. l. 12.* in qua mentio non est illius functionis, utpote sub Justiniano non usitatæ. Hac de re pluribus agit Vir Præclarus, Jac. Gothofredus *ad d. l 1. Cod. Theod. de Senatorib. & de glebali.* IDEM.

9. *Nepotes*] Recte addit Cujacius, *& neptes, ad l. 2. C. de incolis, lib. X.* IDEM.

10. *Licet municipalem retineant dignitatem*] Idem docet Hermogenianus *l. 23. D. ad municipal.* Idque pluribus declarat Illustris Baro Ezech. Spanhemius *in Orbe Rom. Exercit. I. cap. 6.* IDEM.

11. *Liberum commeatum, &c.*] Sine venia ergo id non licuit: imo ne quidem extra Italiam abesse, non exquisita Principis sententia, ut loquitur Tacitus *Annal lib. XII. cap. 22.* ubi Lipsius consuli poterit. IDEM.

12 *Qui fœnus exercent &c.*] Ratio evidens, quia & hi quæstum suum sic faciunt, *add. l. ult. §. ult. D. de munerib. & honor.* Idem constituerunt Arcadius & Honorius *l. 18 C Theod. de lustral. collatione.* ubi Jac. Gothofredus plura habet. IDEM.

TITVLVS

De Decurionibus.

1. Honores & munera non [1]ordinationi, sed potioribus quibusque injungenda sunt.

2. Surdus & mutus, si in totum non audiant, aut non loquantur, ab honoribus civilibus, non etiam a muneribus excusantur.

3. Is, qui non sit decurio, [2]duumviratu, vel aliis honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeji fungi prohibentur.

4. Ad decurionatum filii ita demum pater non consentit, si contrariam voluntatem vel apud acta Praesidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit. LEX EST VII. D. DE DECVRIONIBVS.

1. *Ordinationi*] Alii *ordinatione*: alii *ordinatis omnibus.* Cogitare quis possit legendum esse *ordinis ratione.* Sed vulgatam lectionem, quæ est Florentini libri, tuetur & in eumdem sensum exponit Cujacius *ad l. 46. C. h. t* & illum sequitur, sed non nominat, D. Gothofredus *ad h. loc.* SCHVLTING.

2. *Duumviratu*] Hoc restitui ex editionibus antiquis. Florentina *duumvirato.* IDEM.

TI-

Digitized by Google

TITVLVS

De Muneribus & Honoribus.

1. Aestimationem honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerentes audiendi non sunt.

2. Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam coepit, totam praestare, operis inchoati exemplo, cogendus est.

3. Invitus filius pro patre rempublicam salvam fore cavere non cogitur.

4. Defensionem reipublicae amplius quam semel suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet. LEX EST XVI. D. DE MVNERIBVS ET HONORIBVS.

TITVLVS

De Vacatione & Excusatione munerum.

1. Ab his oneribus, quae possessionibus vel patrimonio indicuntur, [1] nulla privilegia praestant vacationem.

2. Corpus [2] mensurarum frumenti juxta annonam Vrbis [3] habent vacationem: in provinciis non item.

3. Angariorum praestatio, & recipiendi hospitis necessitas & militi, & [4] liberalium artium professoribus inter cetera remissa sunt.

4. [5] Auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur.

5. Defensores reipublicae ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant. LEX EST X. D. DE VACATIONE ET EXCVSATIONE MVNERVM.

6. Legato, qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis praestituta rursum ejusdem negotii defensio mandari non potest.

7. Comi-

1. *Nulla privilegia praestant vacationem*] Nisi plane singulari Principis beneficio. Merito ergo de Domitiani erga se munificentia ita Josephus *de vita sua, in fin.* ἰμοὶ τε τῆς ἐν Ἰουδαίᾳ χώρας ἀτέλειαν ἔδωκεν, ὅπερ ἐπὶ μεγίστῃ τιμῇ τῶν λαμβάνει. *Mihi vero praediorum in Judaea immunitatem concessit, qui maximus ei, qui accepit, est honor.* SCHVLTING.

2. *Mensurarum*] Alii *mensorum*: quod sensus exigit. Mensuras pro mensoribus simi posse, ut operas pro operariis, curas pro curatoribus, non negavero quidem: sed Jurisconsulti res propriis nominibus magis solent appellare, & maxime in nominando corpore hominum certum nomen habente. IDEM.

3. *Habent*] Editiones veteres *habet*, quod mallem: quamvis non nesciam Florentinam lectionem posse defendi, ut in illis *corpus habent* sit syllepsis numeri, de qua plura legere est apud Sanctium *Minerv. lib. IV. cap. 10.* cui quaedam addidit Celeberrimus Perizonius. IDEM.

4. *Liberalium artium Professoribus*] Quod privilegium etiam Antonino Pio, quando Asiae Proconsul esset, apud ipsum hospitium quaerenti opponere, eumque aedibus suis expellere ausus est Polemon, teste Philostrato in ipsius vita *p. 534.* unde aliqua habet Suidas *v. Πολέμων.* IDEM.

5. *Auctis*] Malim, *Aucti*. RITTERSHVSIVS.

6. Con-

Digitized by Google

7. Comites Praeſidum, & Proconſulum, Procuratorumve Caeſaris a muneribus, vel honoribus, & tutelis vacant. LEX EST XII. D. EOD. TITVL.

8. [6] Conſiliari eo tempore, quo adſidet, [7] negotia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non prohibetur. LEX EST V. D. DE OFFIC. ADSESSORVM.

6. *Conſiliari &c.*] Nolim affirmare, hanc ſententiam ex titulo tali deſumptam eſſe, quali hic ſubjectus eſt; ut nec de praecedentibus omnibus id adſeverare auſim. Suos tamen & has titulos habuiſſe non dubito: nec prorſus abs re hi ſunt, quos ex editione Aurelianenſi, quam in operibus Cujacii a ſe editis repraeſentavit V. C. Car. Ann. Fabrotus, & nos hic retinuimus. Maneat ergo & haec hic loci. Miror illam a Rittershuſio plane eſſe praetermiſſam. Legendum vero *Conſiliario*: vel *Conſiliariis*, ut antiquae editiones habent, quae & mox exhibent *adſident*, & in fine *prohibentur*: ſed an ita legas, an *prohibetur*, nihil refert. SCHVLTING.

7. *Negotia tractare in ſuum quidem auditorium &c.*] Vetat Juſtinianus plane, ne Adſeſſores Advocatorum munere fungantur, quocumque tandem in loco, *l. ult. C. de adſeſſorib. domeſtic. & cancellar.* adeoque hanc legem a Triboniano in Pandectis non debuiſſe relinqui, ſunt qui exiſtiment. Sed aliud eſt, *cauſas agere in alieno auditorio*, quod vetuit Juſtinianus, *d. l. ult.* aliud, *cauſas tractare in aliud auditorium*. Illud Advocatorum eſt, hoc Juriſconſultorum: illud in judicio fit, hoc etiam domi, & ab illis, qui ne quidem cauſae adfuturi ſunt, ut docet Vlpianus *l. 1. §. 11 D. de extraordinar. cognitionib.* ubi ab Advocatis diſtinguit illos, *qui pro tractatu non adfuturi cauſis accipere quid ſolent*. Cauſam enim *tractare* eſt quaeſtionem de jure excutere, *l. 1. §. 3. verſ. tractare, D. de calumniatorib. l. 17. D. de jur. patronat.* de quo verbo plura congeſſit Briſſonius *de verb. ſignif. h. v.* atque ita recte modo laudatum Vlpiani locum explicuit Vir Inclytus, Henr. Valeſius *ad Ammian. Marcellin. lib. XXVIII. cap. 4.* Vt ita non vetetur Adſeſſor ea, quae ad jus in aliqua cauſa pertinent, alicui ſuppeditare *in alienum auditorium*, utcumque in illo cauſas agere ipſi non liceat. Nec etiam, ſi in ipſius auditorio cauſa agenda ſit, illam tractare poteſt: quia ratio non patitur, ut idem in illa cauſa de jure aliquid reſpondeat, vel jus alicui ſuppeditet, in qua conſiliarii partibus fungi debeat. IDEM.

TITVLVS

De Legationibus.

1. Legatus, antequam officio legationis functus ſit, in rem ſuam nihil agere poteſt, exceptis his, quae ad injuriam ejus, vel damnum parata ſunt.

2. Si quis in munere legationis, antequam ad patriam revertatur, deceſſit, ſumptus, qui proficiſcenti ſunt dati, non reſtituuntur. LEX EST X. D. HOC TITVL.

TITVLVS

De Adminiſtratione rerum ad Civitates pertinentium.

1. Decuriones pretio viliori frumentum, quod annona temporalis eſt, patriae ſuae praeſtare non ſunt cogendi.

2. Niſi ad opus novum pecunia ſpecialiter legata ſit, vetera ex hac reficienda ſunt. LEX EST V. D. HOC TITVL.

3. Ad curatoris reipublicae officium ſpectat, ut dirutae domus a dominis exſtruantur.

4. Domum ſumptu publico exſtructam, ſi dominus ad tempus pecuniam impenſam cum uſuris reſtituere noluerit, jure eam reſpublica diſtrahit. LEX EST XLVI. D. DE DAMNO INFECTO.

Digitized by Google

TITVLVS I.

[1]*De Pactis & Conventionibus.*

1. [2]De his rebus paciſci poſſumus, de quibus tranſigere licet: ex his enim pacti obligatio ſolummodo naſcitur.

2. [3]In

1. *De Pactis & Conventionibus*] In quibuſdam veteribus legitur, *De pactis & conventis*, quod probavi *Obſervat. & emend. lib. 11. cap. 15.* Dicimus etiam pacta & condicta, pactum & condicionem, item pactum & conſenſum, *l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſc.* CVJAC. Auctor veteris Conſultationis, quam in lucem extulit ipſe Cujacius, ita citat hunc titulum, *de pact. & conventionibus vel tranſactionibus.* Idem tamen Auctor poſtea hoc modo, *de pact. & conventis:* & alibi tantum ſic, *de pact.* nec non *de tranſact.* Reſpondet vero huic titulus Codicis Gregoriani, Hermogeniani, & Theodoſiani *de pactis & tranſactionibus.* Integrior ille videtur genuinus *de pactis & conventionibus & tranſactionibus.* Tunc vero pacta erunt ea, quæ nuda ſunt, de quibus in edicto agit Prætor *l. 7. §. 7. D. de pact.* a quibus Vlpianus quoque ſeparat conventiones, *l. 1. §. 3. D. d. t.* quæ omnia illa denotant, per quæ homines conveniunt. De transactionibus vero ſeparatim edictum propoſitum non fuit: ſed quæ in pactis habent locum, & in tranſactionibus, quæ interveniente pacto fiunt, ordinarie obtinebunt: unde non mirum, ſi ſimul de conventionibus & tranſactionibus actum fuerit. Quia tamen in tranſactionibus nonnulla aliter ſe habent, ac in aliis pactionibus, Tribonianus de illis quoque titulo ſpeciali in Digeſtis, & in Codice agi conſultius eſſe exiſtimavit. SCHVLT.

2. *De his rebus paciſci poſſumus, &c.*] Primam hanc tertiamque ſententiam, quæ in libris excuſis deſunt, ex fideli exemplari reſtituimus. Eſt vero hujus hic ſenſus, ut qua de re licet tranſigere, liceat & paciſci. Et qua de re non licet tranſigere, nec liceat paciſci: ut ecce, de adulterio nec paciſci licet, nec tranſigere, *l. tranſigere, 18. C. de tranſact. l. de crimine, 10. C. ad l. Jul. de adult.* De alimentis quoque ex SC. ſententia, ut tranſigere, ita paciſci non licet. Loquimur autem de re litigioſa: nam rei non litigioſæ pacti quidem verbum convenit, tranſactionis non item. Ait, *Obligatio*, naturalis videlicet, quæ exceptionem parit. CVJAC. Prima hæc ſententia non videtur eſſe Pauli: tum quia in pleriſque vet. lib. abeſt, tum quia pacti nulla obligatio, ne naturalis quidem, niſi in uſuris, *l. 3. §. Imperator, D. de ſolution.* GIPHANIVS. Giphanius hæc non credit eſſe Pauli: verum neutra ipſius ratio id evincit: non prima, quia a pleriſque libris veteribus abſunt: quid enim? an non ſæpe unus liber antiquus ea conſervavit, quæ fruſtra alibi quæſiveris? imo an non hodie ſcriptores exſtant, quorum non, niſi unus liber manu exaratus reperiatur? Poſterior ratio, quod pactum nudum ne quidem naturalem obligationem pariat; quod pugnavit etiam Connanus *Commentarior. lib. 1. cap. 6. & lib. V. cap. 1.* aperte repugnat illis locis, quæ docent, naturalis æquitatis eſſe pacta ſervari, *l. 1. pr. D. de pact.* & grave eſſe fidem fallere, *l. 1. pr. D. de pecun. conſtitut.* illum natura debere, cujus fidem ſecuti ſumus, *l. 84. §. 1. D. de reg. jur.* quod pactum exceptionem pariat, *l. 7. §. 4. D. de pact.* & ſoluta ita debita non repetantur, *l. 3. C. de uſur.* qua de re pluribus diſputat H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. 11. cap. 11.* Nec id ſpeciale in uſuris: verum in illis etiam, quæ alioquin nihil plus, quam alia favoris merentur, illa regula obtinet, *d. l. 3.* Ceteroquin nec ego hanc ſententiam puram putam Pauli eſſe, præſtare velim. Illud conſtat, de iis, quæ ita noſtri ſunt arbitrii, ut de iis, ſi quid controverſiæ ſubſit vel metuatur, tranſactio locum habeat, etiam pactum valere: verum de illis ſolis pactum valere, de quibus & tranſigi poteſt, non recte abſolute dicitur: nec generalitas verborum patitur hæc reſtringi ad litigioſa. Statim vero certum eſt de re judicata non poſſe tranſigi, pactum vero de ea valere *§. 5. h. t. l. 1. D. de tranſactionib.* Quod vero de criminibus huc trahit Cujacius, non eſt hujus loci; quoniam quod in *l. 18. C. d. tranſactionib.* appellatur *tranſigere* vel *paciſci*, id re vera non eſt litem componere vel dirimere, ita ut inde juris aliquod remedium naſcatur: at nihil eſt aliud, quam adverſarium corrumpere, *l. ult. D. d. prævarication. l. 1. D. d. bon. eor. qui ant. ſent.* ut plene oſtendit Vir Celeberrimus, Gerardus Noodt in *Dioclesiano & Maximiano.* De alimentis quoque, de quibus oratio Marci tranſigi privatim vetat, ne homines modico præſenti contenti jus ſuum remitterent, in poſterum forte eſurituri, quo minus paciſci quis poſſit donationis gratia ſecundum regulam *l. 7. §. 7. D. d. pactis* nihil videtur obſtare: & quæ juris novi ſunt, ad conſequentias non ſunt porrigenda: in primis ubi eſt diverſitatis ratio. De talibus ne hominem, illecti præſentis argenti ſpe, tranſigant, uti juſtus metus eſt, ita non opus fuit prohibere, ne talia gratis projicerent. Vid. Scip. Gentil. *de aliment. cap. 4.* Vinn. *d. tranſactionib. cap. 6. n. 6.* Ergo non recte ſimpliciter affirmatur, ex illis tantum rebus pacti obligationem naſci, de quibus tranſigi poteſt. Eſt quoque inſolita locutio *pacti obligatio*, cum hic potius agatur de pacto liberatorio, quod exceptionem parit: & de quo ipſum Prætoris edictum *l. 7. §. 7. D. de pact.* loquitur, & paſſim agunt veteres *ad illum titulum.* Et ex pactis obligatio, ſcilicet, civilis & proprie dicta, naſci negatur, *l. 7. §. 4. D. d. t.* atque inde debita dicuntur indebita, *l. 5. §. 2. D. de ſolutionib. l. 26. pr. D. de condition. indebit. l. 28. C. de pact.* Forte hic nonnihil immutavit Anianus. SCHVLTING.

3. *In*

2. 'In bonae fidei contractibus pactum conventum alio pacto dissolvitur: & licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur.

INTERPRETATIO. *'Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem: & si de una re inter ipsas personas duae pactiones fiant, posterior valebit.*

3. 'Pacto convento [c]Aquiliana stipulatio subjici solet: sed consultius est, huic poenam quoque subjungere: quia, rescisso quoquo modo pacto, poena ex stipulatu [7]repeti potest.

4. [8]Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus.

INTERPRETATIO. *'Si inter aliquos conveniat, aut de admittendo crimine, vel inferenda violentia, vel faciendo, quod lex aut honestas probibet, aut de rebus*

3. *In bonae fidei contractibus &c.*] Retinui haec, uti ex editione Aurelianensi a Fabroto sunt repraesentata: quoniam ita laudantur in veteri Consultatione, unde hausta sunt. At re vera bonae fidei actionibus insunt pacta liberatoria etiam exintervallo facta, *l. 7. §. 6. D. de pact. l. 72. D. de contrahend. emption.* uti & pacti atque aliae exceptiones, *l. 3. D. de rescindend. vendition. l. 21. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petas. l. 84. §. 5. D. de legat. 1.* ut ita illic exceptione a Praetore postulata tempore Pauli opus non esset. quod exponit latius ante laudatus Gerardus Noodt *de Jurisdiction. & imper. lib. 1. cap. 13.* Vereor, ne illa verba quatuor ab initio cohaeserint alii sententiae praecedenti, qua hodie caremus: in bonae autem fidei judiciis plus valere pacta, quam in strictis certissimum est. His rejectis optimus & verissimus erit sensus: omne enim pactum tollitur posteriore pacto, vel ipso jure *per l. 91. §. 4 D. de solutionib.* vel ope exceptionis, replicationisve. Atque his remediis opus est in judiciis strictis, *l. 27. §. 2. D. pact. §. 3. Inst. de exceptionib. pr. Inst. de replicationib.* SCHULTING.

4. *Omne pactum &c.*] Pacto posteriore superius elidituri, non ipso jure, sed per replicationem: Prius namque pactum exceptionem parit, *l. si unus, 27. §. pactus, D. de pactis.* Stipulatio stipulatione ipso jure tollitur. CUJAC.

4. [*] *Omne pactum posteriore p. d. l. p. exceptionem*] Haec verba in editione Sichardi primam faciunt sententiam: in Cujacianis vero cum ipsius interpretationibus secundam: prius enim ad Paulum scripsit, quam hanc secundam sententiam esset nactus. Nos itaque interpretationem ipsius his quoque apposuimus. Sed quoniam haec idem dicunt, quod modo in sententia, quae plenior est, traditum est, non possunt credi esse a Paulo. Cujacius quoque illa non habet in editione Lugd. CIↃ IↃ LXVI. nec exstant in Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. In editione Rittershusii haec ponuntur ante illa verba: *In bonae fidei &c.* contra in Aurelianensi, quam repraesentat Fabrotus, post illa: addita haec nota. *Haec sententia decerpta est ex sup.* Ego optimum duxi sequi editionem Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. quae haec retinuit, sed tanquam interpretationem Aniani, eumque his vulgatam ejusdem interpretationem conjunxit, addita particula *et*. Idque potius, quam bis idem sub Pauli ipsius nomine ponere. Plane vero omittere ausus non fui, quia laudantur in Capitularibus Caroli Magni & Ludovici Pii *Additione. III. cap. 14. in edition. Balus.* ut & alia multa: pleraque vero ex Aniani interpretationibus: quod huc valde pertinet. SCHULTING.

5. *Pacto convenio &c.*] Quoniam solo pacto actio non tollitur, ideo solet pacto subjici Aquil. stipulatio, & acceptilatio: sic enim actio tollitur, *l. 3. l. 4. l. ne responsum, 15. C. de transs.* Consultius est etiam his omnibus addere poenalem stipulationem: ut si forte quoquo modo pacti rumpatur fides, superstit petitio poenae, *l. ubi pactum, 40. l. si quis major, 41. C. de transactions. l. qui fidem, 16. D. eod.* Extat haec sententia in *l. pacto, 15. D. eod.* CUJAC.

6. *Aquiliana stipulatio.*] *L. 15. D. de transact.* interponit *quidem*, & mox pro *poenam quoque* habet *poenalem quoque stipulationem*: & pro *quoque modo*, legit *forte*. RITTERSHUS.

7. *Repeti*] Hoc forte ab Aniano est. Paulus videtur scripsisse *peti*, ut est in *l. l. 15.* SCHULTING.

8. *Neque contra leges &c.*] Pacta contra leges, aut contra bonos mores pop. Romani non valent, *l. 6. C. de pact.* sed neque stipulationes valent: ut si contra legem Juliam fundo dotali maritus servitutem imponat, vel contra constitutionem pater fundo castrensi filiifamilias: vel contra bonos mores, si convenerit dari, ne maleficium fiat: vel, ut Anianus ait, si qui de rebus alienis pacisc antur, aut de bonis viventis: haec enim pacta injusta sunt: Praetor autem ait, PACTA JUSTA SERVABO, id est, *quae neque dolo malo, neque adversus leges, &c. l. jurisgentium, 7. §. ait praetor, D. de pactis.* Addidere etiam praetores quidam edicto, NEQUE VI, auctore M. Tullio *in* III. *de offic.* Inde *in l. epistola, 32. §. pactum, D. de pact. Pactum*, inquit, *justum est, & ideo servandum, & in l. Stichum, 95. §. naturalis, D. de solut. Naturalis*, inquit, *obligatio justo pacto tollitur.* Servat igitur Praetor ea tantum pacta, quae justa sunt. CUJAC.

9. *Si inter aliquos conveniat &c.*] Anianus hic plura reprae-

rebus alienis,[10] *aut ſi de bonis viventis aliquid paciſcantur, haec pactio valere non poteſt.*

*[11] Pactum contra jus, aut conſtitutiones, aut S. C. interpoſitum nihil momenti habet.

5. [12] De rebus litigioſis & convenire, & tranſigere poſſumus. [13] Poſt rem judicatam pactum, niſi donationis cauſa interponatur, ſervari non oportet.

INTERPRETATIO. *Poſt rem judicatam pactio inter eos, qui litigaverunt, tunc obtinet firmitatem,* [14] *ſi de ſumma, quam judicio conſtat addictam, ab eo, qui vicit, aliquid concedatur.*

*6. [15] Functio dotis pacto mutari non poteſt: quia privata conventio juri publico nihil derogat.

*7. [16] De

repræſentat, quam ſententia præcedens complectitur: & veriſſima tamen, ac forte ex integris Pauli Sententiis deprompta. Nota vero hæc ſunt, nec illuſtratione indigent ulteriori, ac præſtitit Cujacius. SCHULTING.

10. *Aut ſi de bonis viventis aliquid paciſcantur*] Rittershuſius, ut & Sichardus ante ipſum, edidit, *de bonis inventis aliqui p.* ne quidem facta mentione alterius lectionis. Non dubitandum tamen, quin de *bonis viventis* legendum ſit, recte judicavit Vir ampliſſimus, Corn. van Bynkershoek *Obſerv. lib. 1. cap. 11.* Atque ita in interpretationibus ſuis ad Paulum legit Cujacius *h. l.* nec aliud habent edit. Lugd. CIↃIↃLXVI. & Pariſ. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. quod & nos retinuimus. Res eſt certiſſima, *l. 29. §. 1. D. de donation. l. 4. C. de inutilib. ſtipulationib. l. ult. C. de pact.* IDEM.

11. *Pactum contra jus &c.*] Sententiam hanc quoque Pauli eſſe, ex eodem titulo, dubitare nos non ſinit Auctor veteris Conſultationis, qui poſt priorem adductam hanc quoque laudat. Itaque miratus ſum, cur editores omnes illam neglexerint. In priori mentio fiebat legum tantum, & bonorum morum: hic juris in genere, & conſtitutionum, & SC. quæ a præcedentibus diſtant: & ipſe Prætor in edicto diverſorum jurium ſpecies quoque exacte enumeravit. Numeros tamen veteres ſententiarum non mutavi: maxime cum hæc prioris ſit quaſi appendix. Stellulam vero illi præpoſui, ut & aliis, quæ in editionibus antiquis cum interpretationibus Cujacii non comparent, ac in pleriſque vulgatis deſiderantur. IDEM.

12. *De rebus litigioſis &c.*] De re nondum judicata paciſci poſſumus, donandi, aut decidendi cauſa: de re judicata paciſci donationis cauſa poſſumus, decidendi cauſa non poſſumus, niſi ſi lis adhuc ſubeſſe poteſt, *l. eleganter, 23. D. de condict. indeb. l. ſi cauſa, 32. C. de tranſact.* CUJAC.

13. *Poſt rem judicatam pactum, &c.*] Tranſactionem de re judicata & plene per ſententiam deciſa non valere, certiſſimum eſt, *l. 7. §. 1. D. de tranſactionib. l. 2. l. 11. l. 32. C. d. t.* idque quinquies in fragmentis Codicis Gregoriani inculcatur, *l. 3 l. 5 l. 6. l. 9. l. 10.* & cavetur *l. 3. Cod. Hermogenian. eod. t. l. 2. Cod. Theod. eod. tit.* Et quamquam id ex ipſa tranſactionis natura videatur ſequi, *arg. l. 1. D. de tranſaction.* reſcriptis tamen plenius id cautum fuiſſe docet Ulpianus *l. 29. §. 1. D. de condition. indeb.* cujus rei illam rationem reddit Auctor veteris Conſultationis: *De rebus enim judicatis ſoli Principi & contra judices licuit judicare, aut ſi ita convenerat, ut judicii vinculum ſolveretur. Ergo pactio ipſa judicii ordinem & conſtitutionem infirmat, quæ diſcingit; quod tamen non paciſcendo, ſed donando fieri potuiſſet.* Sane tranſactio eſt deciſio, *l. 7. pr. D. de condition. furtiv. l. 3. §. 1. D ad leg. Falcid. l. 14. l. 33. C. de tranſactionib.* ac vim habet rei judicatæ, *l. 20. C. de tranſactionib.* hæc autem ſicuti iterum deciſioni ſubjici nequit, *l. 1. C. quand. provocar. non eſt neceſſ.* ita nec tranſactioni videtur locum facere. quæ ratio eſt ſane elegans, & longe melior, ac illa, quam dat Jac. Gothofredus *ad l. 2. Cod. Theod. h. t.* quia pactum tale videtur extortum. Id quidem etiam evenerat in ſpecie *d. l. 2.* at non eſt hæc ratio generalis. Quin ſecundum hanc minus deberet valere pactum donationis cauſa; quod etiam hac præſumptione videri poſſet onerari, & plus quidem, quam tranſactio: & quod tamen valet. In editione Aurelianenſi hæc mox repetuntur, tanquam nova ſententia, male. SCHULT.

14. *Si de ſumma, quam judicio conſtat addictam, &c.*] Non eſt hic ſenſus Pauli: ſed videndum, an remiſſio ſit facta tranſigendi, an donandi animo. Poſteriori in ſpecie remiſſio valebit, non priori: atque ad tranſactionem ita pertinet *l. 3. C. de in lit. jurand.* ubi per pactum, per quod ſumma in ſententia definita dicitur non potuiſſe minui, intelligenda eſt tranſactio, ut in *§. 3. hoc tit.* & re ipſa idem illud negotium tranſactio vocatur in *l. 3. Cod. Gregorian. h. t.* ubi lex illa plenior reperitur, & lucem clariſſimam accipit. IDEM.

15. *Functio dotis pacto mutari non poteſt. &c.*] Fungi dicitur dos, cum datur, vel cum redditur, ut *tit. de dotibus in fragm. Ulpiani.* Functionis hujus certæ ſunt leges, quæ pactis privatorum mutari non poſſunt, ut ſi conveniat dotem reddi quadrima die, *l. ut autem, 16. D. de pact. dot.* Non poteſt etiam jus publicum teſtamento mutari, *l. 1. §. illo procul dubio, C. de lat. lib. l. 5. §. Julianus, D. de admin. tut. l. cerdonem, 42. D. de op. lib. l. nemo, 55. D. de legat. 1.* & generaliter, quemadmodum id, quod fit teſtamento, fit & convention recte,

• 7. [16] De criminibus propter infamiam nemo cum adverſario paciſci poteſt.

recte, vel contra, *l. 46. D. de pact.* ita plerumque quod non fit conventione, non fit & teſtamento: utrumque enim ad rēs privatas actuſque privatos pertinet. Ex CVJAC. *Obſ. lib. VII. c. 26.* Illo in loco Cujacius primum has duas ſententias in lucem protulit ex veteri Conſultatione: atque illas etiam cum aliis edidit Lugduni CIↃIↃLXVI. Quo vero pacto circa dationem ac redditionem dotis hæc regula procedat, atque hæc ad jus pertineant, non vero ad voluntatem paciſcentium, explicat noſter Paulus *l. 12. §. 1. D. de pact. dotalib.* pertinet quoque huc *l. 27. D. de R. J.* ut docet Jac. Gothofredus *ad d. l.* SCHVLTING.

16. *De criminibus propter infamiam &c.*] De hac quæſtione ſatis ſcripſi *lib. VI. cap. 11.* Ex CVJACIO *dict. lib. VII. cap. 26.* Pactum hoc eſt contra bonos mores adde, & de re non privati arbitrii, ſed ad rempublicam pertinente, de qualibus paciſci non licet, *l. 7. §. 7. & 14. l. 27. §. 4. D. de pact.* Sed pluribus hæc expoſuit V. C. Gerardus Noodt *Dioclet. & Maximian. cap. 5.* & jam ante aliquid dictum eſt de tranſactione & pactione memorata *in l. 18. C. de tranſactionib.* SCHVLTING.

• TITVLVS

'De in jus vocando.

1. Parentes naturales in jus vocare nemo poteſt: una eſt enim omnibus parentibus ſervanda reverentia. LEX EST VI. D. DE IN JVS VOCANDO.

2. [2] Ingratus libertus eſt, qui patrono obſequium non praeſtat, vel res ejus, filiorumve tutelam adminiſtrare detrectat. LEX EST XIX. D. DE JVRE PATRONATVS.

1. *De in jus vocando.*] Hic titulus non ante titulum *de Pactis & Conventionibus* a Paulo fuit poſitus, ut factum in editione Aurelianenſi, quam exhibet & Fabrotus, ſed poſt illum. Id exigit ordo Edicti perpetui, quem in his libris Paulus ſecutus fuit, quemque ex inſcriptionibus legum inveſtigavit Jac. Gothofredus. Ipſe Paulus libro tertio ad Edictum expoſuit titulos *de edendo*, & *de pactis*, ut indicant inſcriptiones legum *vid. l. 2. l. 3. l. 7. l. 9. D. de edend. l. 2. l. 4. l. 6. l. 11. l. 15. D. de pact.* De in jus vocatione vero agit libro quarto, *confer l. 2. l. 3. l. 7. l. 9. l. 11. D. de in jus vocand.* nos itaque hic demum hunc titulum collocandum eſſe exiſtimavimus. SCHVLTING.

2. *Ingratus libertus eſt, &c.*] Hanc ſententiam hic quoque exhibet editio Aurelianenſis. Et ſane occaſione in jus vocationis aliquid de liberto ingrato dici potuiſſe non negaverim: ideoque illam loco non movi, etſi hic, an a Paulo hæc tradita ſint, liceat dubitare. Quod vero in eadem editione ante hanc ſententiam poſita ſunt verba *l. 17. D. h. t.* id probare non potui, malui que illa referre cum Rittershuſio ad *tit. 13. de judicato.* Sane illam legem fugitivam eſſe monuit Cujacius *ad §. 11. Inſt. de gradib. cognation.* IDEM.

TITVLVS II.

'De Cognitoribus.

1. *De Cognitoribus.*] Procurator cauſam agit abſente litigatore, Cognitor præſente litigatore, ut recte Anianus tradit *in l. ſi lite, ult. C. Th. de cogn. & procur.* itemque Aſconius & Feſtus. At dicitur maxime cognitor in cauſa ſtatus, pro defenſore ejus, qui patitur controverſiam, an ſit ex civibus. Donatus *in Adelphis: In tria*, inquit, *divifit officium defenſionis ſuæ, in aſſertoris. Principio eum eſſe dico liberum: in cognitoris, Civem Atticam: in fratris, Meam ſororem.* Aſconius *in III. Ver. Hoc genus*, inquit, *defenſoris in jure cognitor dicitur, maxime cum de alicujus ſtatu agitur.* Juſtiniani tempore ſublati ſunt cognitores: ideoque ab his locis, quos ex juris auctoribus ſumpſit, poſitum cognitoris nomen ſemper exemit, ut conjicere licet *ex l. ſi quis aliquid 38. §. ſi quis, D. de pœn.* collatâ cum ſententia Pauli *lib. V. tit. 25.* CVJAC. Sichardus ediderat, *De Curatoribus & Cognitoribus*, quod bene mutatum a Cujacio; quo enim hic curatores? In Codice Theodoſiano junguntur hi quoque procuratoribus, & de utriſque eſt titulus *de cognitorib. & procuratorib.* Eos cauſarum fuiſſe miniſtros & ſuffragatores docet *l. ult. Cod. Theod. d. t.* quo modo & procurator dicitur ſuffragator *l. 7. C. de procuratorib.* ubi forte & mentio cognitoris fuit, ſed a Triboniano prætermiſſa. Ita vero pro adjutore & ſuffragatore *cognitor* occurrit apud Livium *lib. XXXIX. cap. 5.*

Digitized by Google

1. [2]Omnes infames, qui poſtulare prohibentur, cognitores fieri non poſſunt, etiam volentibus adverſariis.

INTERPRETATIO. *Infames ſunt, qui propter aliquam culpam notantur infamia.* [3] *Et ideo tales perſonae ad agendas cauſas nec mandatum dare, nec ſuſcipere ab altero poſſunt, etiamſi hoc eorum adverſarii acquieſcant.*

2. [4] Feminae in rem ſuam [5]cognitoriam operam ſuſcipere non prohibentur.

INTER-

Ne ſuas quidem ſimultates pro magiſtratu exerceri boni exempli eſſe: alienarum vero ſimultarum tribunum plebis cognitorem fieri turpe, &c. Dictus videtur, quia cauſam, cui aderat, habebat cognitam: cui ſignificationi nonnihil convenit, quod apud Ciceronem *Catilinar. IV. c. 5.* dicitur auctor & cognitor ſententiæ. Genus hoc hominum duri oris fuiſſe indicat Ovidius *Amor. lib. I. el. 12. verſ. 23.* in hiſce,

Aprius ha capiant vadimonia garrula cera,
Quas aliquis duro cognitor ere legat.

Non vero hoc opus fuit, ut hi cauſas agerent domino præſente: ſed a dominis præſentibus cauſæ illis committebantur, ac, ut docet Feſtus *v. cognitor*, etiam ſuſcipiebantur; & quidem præſente judice, ut ſcribit Anianus *ad l. ult. Cod. Theod. d. t.* Ceterum quando is erat conſtitutus, domino licuiſſe abeſſe indicat Cicero *pro Roſc. Comœd. cap. 11.* ubi id quoque obſervavit Vir Eruditiſſimus, Jac. Menardus: & probatur ex hoc loco Horatii *lib. II. ſat 5. verſ. 38.*

- - - - Ire domum, atque
Pelliculam curare jubet, ſi cognitor ipſe.

Ex eo vero, quod Cicero *in Verr. lib. II. cap. 43.* docet, abſenti reo cognitorem a Verre adſcriptum fuiſſe, non licet nobis colligere, juris fuiſſe, ut ab abſentibus cognitores darentur: cum in hiſtoria, quam narrat Cicero, nihil ordine vel legitime peractum ſit: nec cognitor a reo conſtitutus, ſed a Prætore falſo et adſcriptus ſit. Mandatum in eo conſtituendo non fuiſſe adhibitum, docet Anianus *interpretation. d. l. ult.* ſolemnitatem vero aliquam in eo conſtituendo interceſſiſſe exiſtimat Jac. Gothofredus *ad d. l. ult.* quod verisimile: atque hinc, uti poſtea multæ ſolennitates abolitæ ſunt, ita & morem cognitorum conſtituendorum exoleviſſe, quod Vir ille inſignis exiſtimat, non caret veri ſpecie. Non probo autem quod putat Gutherius *de offic. dom. Auguſt. lib. I. cap. 21.* Tribonianum mentionem cognitorum ubivis expunxiſſe, quia putabat alioquin aliquid derogatum iri dignitati cognitorum, qui erant judices a Principe dati. Non fuit hæc ratio idonea ad id ſuadendum, ſi res ipſa in uſu fuiſſet. In Edicto vero de cognitoribus priore loco cautum fuiſſe, quam de procuratoribus, arguit ordo titulorum in hoc libro, forte ob ſolemniorem modum conſtituendi. Obiter noto, locum Donati, quem Vir Summus laudat, non eſſe in ipſius commentariis in Terentii Adelphos; ſed in Eunuchum *ad act. IV, ſc. 7. v. 31.* Mitor Jac. Gothofredum eodem modo perperam illum locum citaſſe *ad d. l. ult.* SCHVLTING.

2. *Omnes infames, qui poſtulare prohibentur, &c.*] Vt nec ſi velit adverſarius, infames poſtulare poſſunt, *l. quos, 7. D. de poſtul.* ita nec volente adverſario cognitores fieri poſſunt: Idemque ſervatur in ceteris omnibus, qui patroni aut cognitores fieri non poſſunt, *l. filiusfamilias, 8. §. veterani, D. de procur.* Hic Anianus addit, infames quoque mandata dare non poſſe: quod verum eſt, *§. ult. de excep.* at per ſe cauſam agere non prohibentur. CVJAC.

3. *Et ideo tales perſonæ ad agendas cauſas mandatum dare &c.*] Et hoc ipſo ex Paulo hauſtum videtur. Ratione, cur non licuerit talibus cognitores dare, vel etiam procuratores, ut docet Imperator *§. ult. Inſtit. de exceptionib.* fuit, quia, ſcilicet, honor eſt per procuratorem poſſe litigare, *arg. l. ult. C. de injur.* qui infamis indignus videbatur, ut bene notavit Cujacius *ad d. §. ult. in poſteriorib.* Huc pertinet, quæ in *l. 11. §. 2. D. de probationib.* memoratur exceptio; *quod non licuiſſet adverſario dare vel fieri procuratorem:* qualium exceptionum mentio in *d. §. ult.* ubi illæ improbantur. Occurrit & tale quid apud Quinctilianum *Inſtitution. Oratoriar. lib. IV. cap. 7. & lib. VII. cap. 2.* SCHVLTING.

4. *Feminæ in rem ſuam &c.*] Fœminæ pro ſe ex ſecundo edicto poſtulare poſſunt: proinde & in rem ſuam cognitores fieri poſſunt: pro certis perſonis nec poſtulare, nec cognitores fieri poſſunt, ac ne pro parentibus quidem ſine decreto, *l. fœminis, 41. D. de procur.* CVJAC.

5. *Cognitoriam operam ſuſcipere*] Admodum exacte loquitur JCtus, ac talibus utitur verbis, quæ factum magis, quam quæ jus indicant; quomodo & *l. 41. D. d. procuratorib.* mavult uti verbo *agere*, quam *procuratorem eſſe:* quæ alioquin ita differunt, uti alibi diſtinguuntur *Prætorem eſſe*, & *Prætura fungi, l. 1. D. d. offic. Prætor.* Ceteroquin & de feminis dicuntur talia terminatione maſculina, *l. 2. D. de R. J. l. 2. §. 1. D. ad S. C. Vellejan.* & ita *auctor* apud Feſtum dicitur olim communis fuiſſe generis. Sane de jure virilia ejuſmodi officia interdicta ſunt feminis, *l. 2. D. de R. J.* ſed hic admittuntur, perinde ac ſi in proprio negotio id agerent; quod poſſunt, *l. 1. §. 1 junct. §. 1. D. poſtulando l. 1. C. Theod. h. t.* SCHVLTING.

6. *Pro*

INTERPRETATIO. *Feminae licet procurationem ſuſcipere prohibeantur, tamen ſi dominae & procuratrices fiant,* [6] *pro re jam ſua agere poſſunt.*

3. [7] In rem ſuam cognitor procuratorve [8] ille fieri poteſt, qui pro omnibus poſtulat.

INTERPRETATIO. *Nec procurator in cauſa aliena, nec procurator & dominus, ut pro re ſua agat, infamis perſona fieri poteſt.*

4. [9] Actio judicati [10] non ſolum in dominum aut domino, ſed etiam heredi & in heredem datur.

INTERPRETATIO. *Actio de executione judicatarum rerum non ſolum ipſi auctori, qui egit, competit, ſed & heredi ſimiliter debetur. Nam & heres victi ab herede victoris ad ſolutionem judicati nihilominus* [11] *retinetur.*

6. *Pro re jam ſua*] Ita edidit Cujacius: at Sichard. & Rittersh. *propter rem jam ſuam.*

7. *In rem ſuam cognitor, &c.*] Poſtulat pro omnibus vir integræ exiſtimationis: ergo in rem ſuam cognitor, procuratorve fieri poteſt. Contra qui pro omnibus non poſtulat, ut puta infamis, in rem ſuam cognitor, procuratorve fieri non poteſt. Nam & ſi in rem ſuam cognitor, procuratorve datus ſit, alieno tamen, non ſuo nomine litem agit. Non idem ſervari in fœmina ſuperior ſententia oſtendit: nec mirum: nam & ipſa in re ſua recte procuratorem dat, infamis non item. CVJAC.

8. *Ille fieri poteſt*] Hoc certum: ſed non e diverſo procedit, quod qui pro aliis poſtulare nequeunt, in rem ſuam procuratores eſſe vetentur: ut exemplum feminæ evincit, §. *prac.* SCHVLTING.

9. *Actio judicati non ſolum &c.*] Judicati actio cognitori, & in cognitorem non datur: domino heredique ejus, & in dominum heredemque ejus datur. In procuratore, & defenſore idem juris eſt. Is, de quo agitur in *l. ſi procurator meus, 28. in fin. D. de procurat.* quaſi defenſor, non verus defenſor eſt, *l. Pomp. 40. §. ſed & ſi. l. Plautius, 61. D. eod.* proinde in eo huic ſententiæ locus non eſt. CVJAC.

10. *Non ſolum in dominum aut domino, &c.*] Secundum meram rationem juris cognitori, & in cognitorem, ut & procuratori, & in procuratorem competeret actio judicati; lite enim conteſtata hi litis facti ſunt domini, *l. 11. l. 22. l. 23. C. de procuratorib.* reſque ipſorum cœpit eſſe, ac ſuo quodammodo nomine illam exſequuntur, *l. 12. pr. D. de dol. mal. & met. exception.* adeoque veluti domini jam ad litem alium dare poſſunt procuratorem, *d. l. 11. l. 23. C. h. t.* Vnde & in hos fertur ſententia, *l. 1. C de ſentent. & interlocutionib. omn. judic.* Hoc itaque circa judicati actionem vellet mera juris ratio: verum, æquitate rei ita dictante, Prætor victoria obtenta ipſis dominis illam indulget ſuo edicto; ac procuratoribus agere volentibus obſtabit exceptio, *l. 28. D. de procurat.* niſi hi dati ſint in rem ſuam, *l. 6. §. 3. D. quod cujuſque univerſitat. nomin. vel contr. eam agat.* E diverſo, ſi cauſa ceciderint, illam actionem Prætor in hoſce denegat, *l. 31. C. de procurat.* niſi vel in rem ſuam ſint dati; vel ſemet obtulerint judicio, idque ſuſceperint ſcientes pro ſe non eſſe cautum judicatum ſolvi, *l. 61. D. d. t. l. 4. pr. D de re judicat.* aliter in dominum cauſæ datur, *l. ult. Cod. Theod. de cognitorib. & procuratorib.* In defenſorem vero, qui vicem rei debet ſubire, *l. 35. §. 3. l. 51. §. 1. D. de procuratorib.* hanc actionem dari conſtat ex *l. 28. l. 61. D. d. t.* SCHVLTING.

11. *Retinetur*] Ita Cujacius edidit Lugd. CIↃIↃLXVI atque ita Pariſ. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. quod retinui: Sic quoque loquitur alibi Anianus *ad lib. 11. tit. 2. §. 1. & tit. 3.* Sichard. & Rittersh. *tenetur:* quo modo loquitur etiam Anianus *in Inſt. Cajl lib. 11. tit. 9. §. 2.* ubi dixi. IDEM.

TITVLVS III.

De Procuratoribus.

1. [1] Mandari poteſt procuratio praeſentibus, [2] & nudis verbis, & per literas, & per nuncium, & apud acta Praeſidis & magiſtratus.

[3] *Iſta*

1. *Mandari poteſt procuratio &c.*] Procurator dari præſens, vel abſens poteſt, & nudis verbis, id eſt, non certis & ſolemnibus, §. *procurator, 1. de his per quos ag. poſſ.* & apud acta præſidis, vel duumviri. CVJAC.

2. *Et nudis verbis &c.*] Hoc procedit quatenus conſideramus obligationem, quæ inter mandantem & mandatarium contrahitur: ſed alius, ut aliquem tamquam procuratorem agnoſcere cogatur, exigere poteſt,

[3] *Iſta interpretatione non eget.*

2. [4] Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res adminiſtrandas datur.

INTERPRETATIO. *Procurator eas tantum res agere poteſt, quas ei evidenter conſtiterit fuiſſe commiſſas.*

* 3. [5] Voluntarius procurator, qui ſe alienis negotiis offert, rem ratam dominum habiturum cavere debet.

* 4. [6] Actoris procurator non ſolum abſentem defendere, ſed & rem [7] ratam dominum habiturum ſatiſdare cogitur.

* 5. [8] Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum deſiderante adverſario ſatiſdare cogendus eſt: quia [9] nemo in re aliena idoneus eſt ſine ſatiſdatione, ut & ſibi hac de re liquido conſtet; alioquin cautionem de rato exigere licet. §. 3. *Inſt. de ſatiſdationib. l. 65. D. de procuratorib. l. un. C. de ſatiſdand.* SCHVLTING.

[3] *Iſta interpretatione non eget*] Hæc omiſit Rittershuſius: & ſic alibi. in aliis editionibus vero habentur: & ſunt dubio procul Aniani. IDEM.

4. *Procurator aut ad litem, &c.*] Procurator vel ad agendum, vel ad adminiſtrandum datur: rurſus vel ad res liteſque omnes, vel ad ſpeciem unam, *l. 1. §. 1. D. de procur.* Quanquam non deſunt, qui procuratorem eum legitime appellari dixerint, qui ad res omnes datur, non qui ad rem unam. Cicero *pro Cæcin. Verum me tuus procurator dejeceris is, qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non ſit, abſitve reipub. cauſa, quaſi quidam pene dominus, hoc eſt, alieni juris vicarius.* CVJAC.

5 *Voluntarius procurator &c.*] Has quatuor ſententias eruit Cujacius ex veteri Conſultatione: quas & ipſe publicavit *Obſervat. lib. VII. cap. 26.* Exſtant quoque in edit. Lugd. CIↃIↃLXVI. aliiſque eam ſecutis.

5. * *Voluntarius procurator, qui ſe alienis negotiis offert, &c.*] Voluntarius procurator eſt, qui ſe alienis negotiis offert ſine mandato, qui voluntarius amicus *in oratione pro Cæcina*, voluntarius procurator *in Bruto*, procurator ſimpliciter in Pandectis ſæpe, cum tamen proprie ſimplex appellatio ei tantum conveniat, qui mandatum habet. Is vero cavere de rato omnimodo debet. Verus procurator, de quo non dubitatur, an procurator ſit, cavere non debet. Ex CVJACIO *Obſervat. lib. VII. cap. 26.* De voluntario procuratore ſimilia habet Vir Summus *lib. X. cap. 25.* Apud Ciceronem tamen pro *Cæcin. cap. 1.* non eſt intelligendus negotiorum geſtor, qui ſine mandato gerit: ſed qui ingerit ſe quidem, at mandatum tamen aut conſenſum habet. Hoc vero in loco quia additur mox, *qui ſe alienis negotiis offert*, quod proprie dicitur de negotiorum geſtore, *l. 36. §. 1. D. de judic. l. 53. §. 3. D. de furt. & alibi.* recte a Cujacio talis geſtor videtur intelligi, qui certe etiam negotia procurat, ac etiam procurator vocatur *l. 34. §. 6. l. 58. pr. D. de ſolutionib.* Plura dabit Briſſonius *de verb. ſign. h. v.*

Sed & hic exaudiendus eſt, qui ſine mandato poteſt agere; quod tantum conceditur perſonis conjunctis, *l. 35. pr. l. 40. §. ult. D. h. t.* alioquin enim ab agendo repelleretur. Veteris Conſultationis auctor hoc quoque applicat veris procuratoribus, qui utuntur mandato: & ſane hi quoque de rato cavent pari modo, ac priores, niſi illud actis ſit inſinuatum, vel a præſente domino ſint dati, §. *3 Inſt. de ſatiſdation. l. un. C. de ſatiſdand.* vel litteræ ad reum datæ, *l. 65. D. h. t.* ut ita de alicujus conſtitutione reus plane ſit certus. SCHVLTING.

6. *Actoris procurator non ſolum abſentem defendere &c.*] Actoris procurator verus ſatiſdat de rato, ſi dubitetur de mandato, *l. ſi is a quo, 3. §. ſi procurator, D. ut in poſſeſſ. leg.* Dominum defendit, veluti ſi duplicia judicia ſint, *l. 11. §. D. ult. de procurator.* vel ſi mutuæ petitiones, *argum. l. 34. D. eod.* & hoc totum eſt ex edicto prætoris, *l. 33. §. ait prætor, D. eod.* Ex CVJACIO *Obſervat. lib. VII. cap. 26.* In editione Aurelianenſi a Fabroto repræſentata dicitur hæc ſententia eſſe ex *l. 30. D. h. t.* perperam: nec quidquam illic huic ſententiæ ſimile præter duo prima verba: ut negligenter ſatis hic verſatus fuerit, qui editionem illam procuravit: qui etiam ipſam legem illam 30. & *l. 71.* quæ ad hunc titulum pertinent, plane omiſit. SCHVLTING.

7. *Ratam habiturum*] Alii interponunt, *dominum*. RITTERSHVS. Rittershuſius in contextu id verbum *dominum* non habet; quod miror: diſerte enim id habet vetus Conſultatio, & Cujacius *dict. loc.* nec aliter legitur in editionibus omnibus, quas ego inſpexi. IDEM.

8. *Petitoris procurator rem ratam &c.*] Superior ſententia eſt de actore. Hæc de petitore. Actor eſt, qui agit in perſonam, petitor, qui agit in rem. Utriuſque procurator, ſi de mandato dubitetur, ſatiſdat de rato, §. *ſi vero in perſonam, Inſtit. de ſatiſdat.* *Quia nemo*, inquit, *in re aliena, &c.* Hæc regula vulgo enunciatur de defenſore: ſed hoc loco conſtat, eam de procuratore conſtitui oportere. Ex CVJACIO *dict. loc.*

9. *Nemo in re aliena idoneus eſt*] Ad agendum, videlicet, alieno nomine, ſecundum tenorem edicti. *l. 33. §. 3. D.*

ſatiſdatione.

6. [10]Si ſatis non det procurator abſentis, actio ei abſentis nomine non datur.

Actoris procurator non in rem ſuam datus propter impenſas, quas in litem fecit, poteſt deſiderare, ut ſibi ex judicatione ſatisfiat, ſi dominus litis ſolvendo non ſit. LEX EST XXX. D. HOC TIT.

[11]Abſens reus cauſas abſentiae per procuratorem reddere poteſt. LEX EST LXXI. D. HOC TIT.

§. 3. *D. h. t.* cujus verba generalia etiam de tutoribus & curatoribus idem exigebant, ut recte ſcribit Imperator *pr. Inſt. de ſatisdationib.* ac non debuit ideo reprehendi a Viris Eruditis, Bachovio & Vinnio *ad d. pr.* Quod vero cautio illis remittebatur *aliquando*, ut ibidem traditur, id forte initium contrarii moris reſpexit: at deinceps vulgo obſervatum fuit, ne cautionem de rato præſtaret tutor; niſi dubium eſſet, an tutor foret: idemque in curatore eſſe ſcripſit Julianus: ut hæc docet Ulpianus *l. 23. D de adminiſtration. & periculo tutor.* qui locus eſt ex libro IX. ad Edictum, ubi hoc ipſum edictum Ulpianus expoſuit, *jung. l. 33. D h. t.* Inductum vero hoc præter verba edicti; vel quaſi de illis ſolis cogitatum eſſet, qui ſponte ſua ad agendum veniunt; quod notat Janus a Coſta *ad d. pr. Inſt.* vel magis, quod tutores ſint loco dominorum, *l. 27. D. de adminiſtration. & periculo tutor. l. 7. §. 3. D. pro empter.* quæ ratio placet Cujacio *ad d. pr.* adeoque hic quæri non poſſit, an mandatum illis ſit negotium; quod in procuratoribus ſæpe dubium eſt, *l. 1. C. h. t. l. 3. §. 2. D. ut in poſſeſſion. legator. vel fideicommiſſor. ſervandor. cauſ. eſſe iic.* Eadem ratio in curatoribus furioſorum, *l. 56. §. 4. D. de furt.* adeoque & prodigorum. Et de curatoribus in genere tandem id placuit. Hunc rei ordinem & progreſſum ſi obſervemus, nihil peccaverit Tribonianus *d. pr.* SCHULTING.

10. *Si ſatis non det procurator abſentis, &c.*] Voluntarius procurator etiam ſi ſatisdet, actio ei abſentis nomine non datur. Verus procurator, ideſt, qui ſe mandatarium profitetur, ſi ſatisdet de rato, actio ei abſentis nomine datur, *l. non ſolum. 39. §. 1. D. de procuratorib.* Ex CUJAC. *Obſervation. dict. lib. VII. cap. 26.*

11. *Abſens reus cauſas abſentiæ &c.*] De eodem agitur *lib. V. tit. 26. §. neque accuſator, 11.*

TITULUS IV.

De Negotiis geſtis.

1. [1]Qui negotia aliena gerit, & bonam fidem, & exactam diligentiam rebus ejus, pro quo intervenit, praeſtare debet.

2. [2]Tutor poſt finitam tutelam, ſi in adminiſtratione duret, actione negotiorum geſtorum [3]pupillo, vel curatori ejus tenebitur.

INTERPRETATIO. *Tutor ſi, peracta tutela, id eſt, impletis [4]pupillaribus annis, voluerit in ipſa adminiſtratione perſiſtere, de actis negotiis pupillo, vel curatori ejus non tutelae, ſed negotiorum geſtorum cogendus eſt reddere rationem.*

[5]Litis

1. *Qui negotia aliena gerit &c.*] Negotiorum geſtor dolum & omnem culpam præſtat, *l. tutori 20. C. de neg. geſt. l. ſi mutor, 24. C. de uſur.* Interdum dolum duntaxat præſtat, *l. 3. §. interdum, D. de neg. geſt.* Interdum vero etiam caſum præſtat, *l. ſi negotia, 11. D. eo.* CUJAC.

2. *Tutor poſt finitam tutelam &c.*] Si tutor in adminiſtratione poſt pubertatem perſeveraverit, devolvitur tutelæ actio in actionem negotiorum geſtorum, propterea quod a ſemetipſo tutelam exigere debuit. Quod ita procedit, ſi poſterior actus tutelæ officio connexus non ſit: alioquin tutelæ actio ſufficit. Item ſi poſt pubertatem nullo tempore adminiſtrationem intermiſerit: alioquin utraque actio neceſſaria eſt, *l. 13. & 14. D. de tutel. & rat. diſtr.* IDEM.

3. *Pupillo, vel curatori ejus*] Prout, videlicet, vel voluit gerere negotium ipſius pupilli, ſive minoris, contemplatione; vel curatoris ipſius, *l. 6. pr. D. h. t.* SCHULTING.

4. *Pupillaribus*] Sichard. & Ritterſh. *tutelaribus vel pupillaribus.* Hæc lectio eſt editionum, quæ a Cujacio provenerunt.

[4] [5]Litis conteſtatae tempore quaeri ſolet, an pupillus, cujus ſine tutoris auctoritate negotia geſta ſunt, locupletior ſit ex ea re factus, cujus patitur actionem. EX LEG. XXXVII. D. HOC TITVLO.

3. [6]Si pecuniae quis negotium gerat, uſuras quoque totius temporis praeſtare cogitur: & periculum eorum nominum, [7]quibus collocavit, agnoſcere, ſi litis tempore ſolvendo non ſint: hoc enim in bonae fidei judiciis ſervari convenit.

INTERPRETATIO. *Qui pecuniam exercet alienam, uſuras ejus* [8]*reformare cogendus eſt. Et ſi minus idoneis perſonis de hac ipſa pecunia fortaſſe crediderit, pro ipſorum perſonis, quae ſolvere non poſſunt, damnum ipſe, qui talibus perſonis credidit, ſuſtinebit.*

4. [9]Mater, quae filiorum ſuorum rebus intervenit, actione [10]negotiorum geſtorum & ipſis, & eorum tutoribus tenebitur.

INTERPRETATIO. *Mater, quae ſe in retinendis rebus filiorum miſcuerit, tam ipſis, quam tutoribus eorum negotiorum geſtorum cogetur reddere rationem.*

5. [11]Filius-

5. *Litis conteſtatae tempore &c.*] Hæc verba quoque in editione Aurelianenſi hic ſunt poſita: non dico, ſuo loco; ſed tamen ante ſententiam ſequentem collocanda eſſe, ex Digeſtis liquet. Res ipſa non difficilis, *add. l. 34. D. de minorib. l. 4. D. de exceptionib. l 47. D. de ſolutionib.* & hoc tempus ſpectatur, quia jam primum ea de re lis proprie eſt. Si tamen doli ſit capax pupillus, & dolo ſuo fecerit, ne locupletaretur, inde quoque tenebitur, *l. 1. §. 15. D. depoſit.* & pro pubere habebitur, *l. 4. §. 26. D. de del. mal. & met. exception.* SCHVLTING.

6. *Si pecuniae quis negotium gerat, &c.*] Negotiorum geſtor omnem diligentiam praeſtat: ergo & pecuniae adminiſtratae uſuras praeſtat, *l. ſi mater, 24. C. de uſur.* quia ſcilicet, otioſam jacere pecuniam pati non debet. Praeſtat item a ſe factorum ex ea pecunia nominum periculum, ſi eo tempore, quo agitur negotiorum geſtorum, debitores impares ſolvendo fuerint, niſi forſitan caſu aliquo lapſi ſint facultatibus: debuit enim in occupanda pecunia accuratior eſſe. Et hoc idem in tutelae, mandatique judiciis obſervari ſolet. Paulus ait, *totius temporis*, quod a Triboniano praeterm ſſum eſt in *l. litis, 37. §. 1. D. de neg. geſt.* Id autem eſt totius temporis, quo pecuniam alienam exercuit, & adminiſtravit. CVJAC.

7. *Quibus collocavit.* In *l. 39. D. h. t.* ita ſcriptum eſt: *quae ipſe contraxit: niſi fortuitis caſibus debitores ita ſuas fortunas amiſerunt, ut tempore litis ex ea actione conteſtatae ſolvendo non eſſent.* Quae mutatio videtur eſſe a Triboniano, cui non inſolitum verbis veterum de ſuo quid adſpergere. In editione Aurelian. & Fabroti ſequuntur hic verba §. *pater*, qui eſt hic ſeptimus: quia videlicet in Pandectis ita haec poſita ſunt. Verum repugnant omnes aliae harum Sententiarum editiones, ac ſaepe Tribonianus conjunxit, quae apud veteres diſjuncta, & ſub eodem titulo fuerunt. Imo etiam unam legem ex ſententiis ſub diverſis titulis poſitis conflavit, ut vel ex *l 38. D. de paen.* conſtabit, ſi cum his Sententiis conferatur. SCHVLTING.

8. *Reformare*] Hoc Aniano eſt *reſtituere*. Ita *ad tit. 7. §. 1. & 3. & tit. 10. & ad l. un. Cod. Theod. de rei vindication. & l. 15. Cod. Theod. de piſtorib.* Plura habent Jac. Gothofredus *in Gloſſar. Codic. Theodoſian.* Lindenbrogius *Gloſſar. Codic. Legum antiquar.* Du Cange *Gloſſar. med. & infim. Latinitat.*

9. *Mater, quae filiorum ſuorum rebus interv nit &c.*] Mater, ſi filiorum impuberum negotia geſſerit, tenetur ipſis, eorumque tutoribus actione negotiorum geſtorum, ut rationem reddat, *l. ſi mater, 24. C. de uſur. l. fidejuſſor, 32. §. ult. D. de negot. geſt.* Eodemque modo, ut inferius dicemus, pater filiis emancipatis tenetur. Parentes igitur, qui liberorum negotia gerunt, non ſunt anecdogiſti. CVJAC.

10. *Negotiorum geſtorum & ipſis &c.*] Sichardus, *negotiorum geſtorum cogitur reddere rationem & ipſis, & eorum tutoribus.* Rittershuſius illa *cogitur reddere rationem* uncis inclusit, notans, Sichardum haec interponere, Cujacium non habere: & mox, Sichardum non habere verbum *tenebitur*. Si Cujacius ita ex veteribus codicibus ediderit, ex quibus ſe haec reſtituiſſe profitetur, recte ſane fecit: ſed vellem, Vir Summus ubivis indicaſſet, quid, & quare aliquid mutaviſſet. Non fui ego auſus illa verba contextui inferere, quia abeſſe poſſunt commode: ac forte ſunt ex interpretatione Aniani. Si abſint, hic ſimilis erit forma loquendi, ac §. 2. 7 8. *hoc tit.* Quatenus vero vel pupillis, vel illorum tutoribus teneatur mater, eodem modo diſtinguendum, ac diximus *ad §. 2.* SCHVLTING.

11. *Filius-*

5. [11] Filiusfamilias, aut servus, si negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur.

INTERPRETATIO. *Si filiusfamilias, aut servus injussu patris aut domini negotia gesserint aliena, & ex hoc inveniuntur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio inveniri potuerit.* [12] *Et si jubente domino vel patre susceperint, in solidum tenebitur.*

6. [13] Si pater, vel dominus servo vel filiofamilias aliena agenda negotia commiserit, in solidum tenebitur.

[14] *Ista lex interprete non indiget.*

7. [15] Pater, si emancipati filii res [16] sine ulla [17] exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur.

INTERPRETATIO. *Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua conditione donaverit, administrare praesumpsit, filio emancipato, pro his, quae in rebus ejus gessit, negotiorum* [18] *gestorum tenebitur actione.*

8. [19] Qui cum tutor, curatorve non esset, [20] si pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

IN-

11. *Filiusfamilias, aut servus, &c.*] Si filiusfamilias, aut servus, injussu patris, aut domini aliena negotia gesserit, in patrem, aut dominum de peculio competit actio, *l. si filiusfamilias, 14. D. de neg. gest.* CVJAC.

12. *Et si jubente domino &c.*] Hæc verba ex editione Genev. CIↃ ID LXXXVI. quæ nomen præfert Cujacii, hausit Rittershusius; quæ tamen in aliis, quarum mihi est copia, non invenio. Verum sane est, quod dicunt: nec absque auctoritate aliqua hic posita esse crediderim. Itaque intacta reliqui. SCHULTING.

13. *Si pater, vel dominus, &c.*] Si filiusfamilias, aut servus jussu patris, aut domini aliena, negotia gesserit, pater, aut dominus in solidum. Quod jussu actione tenebitur. CVJAC.

14. *Ista lex interprete non indiget.*] Addidi ex edit. Sichardi.

15. *Pater, si emancipati filii res &c.*] Solet pater in emancipando aliquid filio donare, *l. ut liberis, 12. C. de collat.* Id autem postea, si pater administraverit, Paulus ait, eum hoc in loco neg. gestorum teneri, ut rationem reddat. Igitur pater ne in re quidem a se donata, anecdogistos est. Ait Paulus, *sine ulla exceptione*, id est, pure & præcise, quod a Triboniano prætermissum est in *l. litis, 37. §. ultim. D. de negot. gest.* CVJAC.

16. *Sine ulla exceptione*] Omisit Tribon. *l. 37. litis, §. ult. D. h. t.* RITTERSHUS.

17. *Exceptione*] Exceptio est conditio. Vide *l. 28. D. de excep.* IDEM *in Indic.* Sic etiam hoc verbum interpretatur Anianus. Hic tamen exceptio denotat magis juris alicujus reservationem, quam conditionem proprie dictam; uti & *excipere* sic sumitur *l. 32. D. de usufruct. l. 22. §. 1. D. de condition. indebit.* & sæpe, ut docet Brissonius. SCHULTING.

18. *Gestorum*] Sichard. addidit *procuratori curatorive*: Rittershusius *tutori curatorive*: quæ tamen uncis inclusit. Nos editiones Cujacii secuti illa omisimus, ut a re aliena. IDEM.

19. *Qui cum tutor, curatorve non esset, &c.*] Paulus ait, eum, qui pro tutore, curatoreve negotia gessit, actione negotiorum gestorum teneri. Quod concedam facile in eo, qui pro curatore negotia gessit: nam & ipse curator utili negot. gest. actione tenetur, *l. curatoris, 17. C. de neg. gest.* At is, qui pro tutore negotia gessit, propria actione tenetur, id est, pro tutelæ, quæ diversa est ab actione negot. gestorum, *l. 1. §. si quis quasi, D. de eo qui pro tut. l. penult. D. de tut. & rat. distr.* eam tamen imitatur, ut de funeraria dici solet: quæ etsi separetur ab actione negot. gestorum, eam tamen fere imitatur. Quinimmo cum ex hoc loco, tum ex *l. 4. C. qui dar. tut. vel cur. poss.* dicemus, eum, qui pro tutore negotia gessit, etiam neg. gestorum actione conveniri posse. CVJAC.

20. *Si pro tutore*] Abundat hoc *si.*

INTERPRETATIO. [20] *Si pater in retinendis rebus filiorum se miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum, negotiorum gestorum cogitur reddere rationem.*

• Actio negotiorum gestorum illi datur, cujus interest hoc judicio experiri.

• [22] Nec refert, directa quis, an utili actione agat, vel conveniatur: quia in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non observatur, haec subtilitas supervacua est: maxime cum utraque actio ejusdem potestatis est, eundemque habet effectum. LEX EST XLVII. D. HOC TITVLO.

21 *Si pater in retinendis, &c.*] Hanc interpretationem exhibet Sichardus; quæ, utpote præcedenti sententiæ non respondens, omissa ab aliis est. Ego tamen illam repræsentandam duxi, judicium de ea cuique suum relinquens. Mihi inde suspicio nascitur, plura hic excerpsisse Anianum, atque hæc ad sententiam aliquam pertinere, quæ intercideriť. SCHVLT.

22. *Nec refert, directa quis, an utili actione agat, &c.*] Triboniano hic videtur valde immutasse Pauli verba. RITTERSHVS. Hæc verba, quia in Pandectis Paulo adscribuntur, hic retinui, ut & Rittershusius, & sic editio Aurelianensis: quamquam plane non videantur Pauli esse; utcumque id velint Viri Magni, Jac. Cujacius, *Observation. lib. XV. cap. 11.* & Janus a Costa *ad tit. X. de lit. contestation.* De illis quidem, quæ dicunt, nihil referre, qua actione quis experiatur, directa, an utili, id nolim affirmare; quoniam hæc effectu inspecto vera erant, etiam Paulo viventes verum sequentia non respondent brevitati styli, qua Paulus in hisce libris solet uti: ubi quoque rationes non solet ordinarie reddere eorum, quæ ponit: sed meta proferre effata. Ac tempore Pauli quod ad modum agendi discrimen fuisse inter actiones directas, de quibus conceptæ erant formulæ; & utiles, quæ, deficiente formula, ad exemplum directarum dabantur, vel inde evidentissimum est, quod ipse Paulus librum singularem ediderit hoc titulo, *de Conceptione formularum*, unde hausta est *l. 20. D. de exceptionib.* Diu post tempora Pauli sublatus est formularum rigor, nempe, a Constantio *l. 1. C. de formul. & impetrationib. sublat.* anno CCCXLII. quod ad suggestionem Jurisconsultorum Berytensium factum putat V. C. Jac. Gothofredus *ad l. ult. Cod. Theod. de stud. liberalib. urb. Rom. & Constantinopol.* qui tamen alibi Theodosio Juniore id demum sancitum fuisse existimat *ad l. un. Cod. Theod. de omiss. action. imperration.* anno CCCCXXVIII. quod hic non excutiemus. Paulus saltem non potuit hæc scribere. Sunt ergo hæc a Triboniano, in quibus pro *quia* editiones quædam veteres habent *Plane*: ut hæc ita sit enarratio novi & posterioris juris, non absimilis illis, quæ leguntur in *§. ult. Inst. de interdict.* Atque hæc Triboniani esse, recte hic notatum Rittershusio, nec non A. Fabro *Conjecturar. lib. IV. cap. 7.* Bachovio *ad Treutl. Pand. ad h. tit. cap. 4.* Giphanio *Prolegomen. ad lib. VIII. Cod.* Nihil ad contrarium probandum pertinet *l. 2. §. 23. D. ad S C. Velleian.* ubi non refert, directa, an utili actione agatur; quatenus utraque eidem & contra eumdem datur, nec non quod ad effectus. non vero illic de modo actionis movendæ agitur. Nec adeo quidquam est idoneum, quod persuadeat nobis, hæc a Paulo profecisi potuisse. IDEM.

TITVLVS V.

De Calumniatoribus.

1. [1] Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

2. Et

1. *De Calumniatoribus*] Tractabat sub hoc titulo Paulus edictum *De calumniatoribus*, id est, de his, qui pecuniam, ut negotium facerent, aut non facerent, accepisse dicerentur: quod Alaricus, sive Anianus prætermisit. CVJAC. Edictum de calumniatoribus *l. 1 D h. t.* pertinet etiam ad publica crimina, *d. l. 1. §. 1. D. h. t.* ideoque occasione ejus in genere aliqua de calumniatoribus tradere potuit Paulus. SCHVLTING.

2. *Calumniosus est &c.*] Calumniator est, non tantum qui criminali, sed etiam civili judicio negotium alteri sciens, dolo malo, comparat. CVJAC.

2. • *Calumniosus*] Sic mox iterum §. 1. qui locus etiam ita scriptus est in *l. 3. D. ad S C. Turpillian.* at sic Apulejus *Apolog. An vos possim calumniosi?* ut nihil causæ sit, cur non a Paulo sit hoc verbum: quod apud posteriores scriptores est frequentius. SCHVLTING.

3. Et

2. [3]Et in privatis, & in publicis judiciis omnes calumnioſi [4]extra ordinem pro qualitate admiſſi plectuntur.

INTERPRETATIO. *Qui apud* [5]*cinctos, aut privatos judices fuerit de calumniae objectione convictus,* [6]*non expectata ordinis ſententia, prout cauſa fuerit, ſupplicio* [7]*ſubdetur.*

3. *Et in privatis, & in publicis judiciis, &c.*] Calumniatores extra ordinem puniuntur. Hanc ſententiam retulit Tribonianus in *l. 3. D. ad S. C. Turp.* ubi tamen ſic legitur, *& in privatis, & in extraordinariis criminibus*: & ita prorſus exiſtimo Paulum ſcripſiſſe. Nam in publicis judiciis calumnia jure ordinario, id eſt, lege Remmia vindicatur, *l. 1. §. 2. D. ad S. C. Turp l. quaſitum, 13 D de teſtib.* Hodie tamen ex conſtitutionibus omnia crimina extra ordinem puniuntur, probanturque, *l ordo, 8. 12 de pub. jud. l. lex, 7. §. ult. D. ad leg. Jul. rep. l. ult. D. ad l. Fab.* & ideo in publicis quoque criminibus huic ſententiæ locus eſt. Quid ſit extra ordinem, Anianus non intellexit. CUJAC. Exſtat in *l. 3. D. Ad S. C Turpil.* ubi eſt, *in extraordinariis criminibus.* RITTERSHUS. Auctor veteris Conſultationis citat ex Paulo *Sentent. lib. V. tit. de privat. & pub. judic.* eadem, quæ hic ſequuntur. *Omnes calumnioſi &c.* ſed in fine habet, *plectendi ſunt.* Quod vero Vir Maximus *ad hunc locum* exiſtimat, Tribonianum in *l. 3. D. ad S. C. Turpillian.* ubi ſcriptum eſt, *privatis & extraordinariis criminibus*, genuinam Pauli ſcripturam nobis conſervaſſe, id inde quoque confirmatur, quod in cauſis privatis, ubi de rebus pecuniariis quæri ſolet (in cauſis enim ſtatus aliud eſſe docet Paulus *lib. V. tit. 1. §. 12.*) calumnia non ſoleat ita graviter extra ordinem coërceri, exſilio, nimirum, relegatione in inſulam, ordinis amotione; quales pœnas in calumniatores uſitatas fuiſſe tradit idem Paulus *lib. V. tit. 4. §. 12.* ſed damno pecuniario; qualis etiam pœna ordinarie illis propoſita eſt, qui, ut negotium alicui facerent, pecuniam acceperunt: ac non tantum damnantur in ſumptus & impenſas, quas & litigator temerarius reddit, *l. 79. pr. D. de judic.* ſed etiam in quadruplum ejus, quod quis accepit, *l. 1. & ſeqq. D. h. t.* Adde quod & decimam rei petitæ partem ab actore reus ſtipulari potuerit, ſi eum per calumniam actionem movere crederet, *l. 3. Cod. Hermogenian. h t.* qua de re nonnulla habet Cujacius *Obſervation lib. VII. cap. 3.* nec etiam ulla pœna gravior memoratur *in tit. Inſt. de pœn. temer. litigant.* Privata vero crimina a Paulo bene dicuntur illa delicta, quæ privatum ordinarie pariunt judicium, quando extra ordinem de iis criminaliter agitur; quo modo & Ulpianus loquitur *l. 1. §. ult. D. de pœn.* atque ita bene junguntur extraordinariis criminibus, quæ nec ex legibus veniunt publicorum judiciorum, nec certam antiquitus pœnam habuerunt. In publicis criminibus, de quibus ex legibus publicorum judiciorum quærebatur, certa hic erat tempore Pauli pœna, adeo ut illa in poteſtate judicantis non eſſet, ut docet Marcianus *l. 1. §. 4. D. ad S. C. Turpillian.* Ac judicia etiam talia publica tempore Pauli in uſu fuiſſe, probavi in *Diſſertation. de reſuſcation. judic. cap. 7.* Si de illis extra ordinem cognoſceretur, verbi gratia, a Præfecto Urbi, pœna erat arbitraria, *l. 15. §. 1. D. ad S. C. Turpillian. l. 13. D. de pœn.* adeoque & extraordinaria calumniæ pœna: nec hic aliud fuit, quam in criminibus aliis, quæ proprie extraordinaria vocantur, & de quibus *tit. D. de extraordinar. criminib. & tit. ſeqq.* agitur. SCHULTING.

4. *Extra ordinem*] Pro judicantis arbitratu; intra modum tamen. *l. 13. D. de pœn.*

5. *Cinctos*] Per hos Anianus intelligere videtur omnes illos, qui non ſunt privati, ſive pedanei, qui ex delegatione cauſas cognoſcunt; uti ipſe exponit *ad lib. V. tit. 28. §. 2.* adeoque non ſolos militares magiſtratus, quales per *cinctos* denotari opinantur Inſignes Viri, Jac. Sirmondus *ad Sidon. Apollinar. lib. 1. epiſt. 9.* & Cl. Salmaſius *de modo uſurar. cap. 3. p. 116.* ſed alios quoque: quemadmodum & præcincti ex jure, quibus aliquid defert cinguli auctoritas. memorantur in *l. 3. Cod. Theod. de poſtuland.* qui illic Aniano ſunt illi, qui judiciariam meruerunt poteſtatem. Plura hanc in rem collegerunt Viri Præclari, Jac. Gothofredus *ad d. leg. 3.* & Du Cange *in Gloſſar. med. & infim. Latinitat. v. cinctus, & v. cingulum.* ac poſterior recte notat Cellotium *ad Concil. Duziacenſ.* reponentem hoc loco *civicos*. Idem de cinctis probat Joh. Harduinus *ad Themiſt. oration. 1.* ubi aliquid habet de forma cinguli. Plane vero hæc Aniani interpretatio abit a verbis, quæ Paulo adſcribuntur: nam in jure noſtro publica judicia ſunt, quæ veniunt ex legibus publicorum judiciorum, *l. 1. D. de public. judic.* non quæ apud magiſtratus peraguntur. IDEM.

6. *Non expectata ordinis ſententia*] Nec hic Anianus mentem Pauli expreſſit; nec intellexit, quid vellent ſibi illa *extra ordinem*, ut veriſſime notavit Cujacius. Miror hoc placere Salmaſio *d. l. p. 119.* Rem ipſam jam habuimus. Simile *tit. 13. A. §. 3.*

7. *Subdetur*] His Rittershuſius ſubjicit verba *l. 6. §. ult. D. ad S. C. Turpillian.* quæ nos cum præcedentibus exhibemus *tit. VI. D. de reis inſtitut.*

TITVLVS VI. a

'De Fugitivis.

1. 'Servus a 'fugitivario comparatus, intra decem annos manumitti 'contra prioris domini voluntatem non potest.

2. 'Contra decretum Amplissimi ordinis fugitivum in fuga constitutum 'nec emere, nec vendere permissum est, inrogata poena in utrumque sestertiorum D. milium.

3. 'Limenarchae & 'stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent.

4. 'Magistratus municipales ad officium Praesidis provinciae vel Proconsulis comprehensos fugitivos recte transmittunt.

5. Fu-

1. *De Fugitivis*] Titulum hunc, nec non sententias hasce primus in lucem omnes protulit, tituhumque sextum esse docuit Cujacius *Observation. lib. XXI. cap. 11.* beneficio libri vetustissimi Vesontini; ut attestatur ipse *dict. lib. cap. 13.* cujus auctoritati cedendum esse duxi cum aliis editoribus harum Sententiarum: quamvis non videam satis, qua occasione hic de fugitivis Paulus egerit. Vlpianus de iis aliqua habuit libro 1. ad Edictum, *vid. l. 1. D. de fugitiv. l. 22. D. de injur.* ut probabile sit, ipsum occasione eorum, quæ municipalibus magistratibus incumbunt, etiam de illis, quæ circa servos fugitivos observare deberent, quædam tradidisse. Is vero in libro demum X. *ad Edictum* egit de calumniatoribus, ac de illis, qui ab agendo desisterent, de quibus titulo sequenti erit sermo. Sed forte & aliquid hic fuerit nobis ignotum, quod occasionem de fugitivis agendi Paulo dederit. Titulus hic numerum non præfert in edit. Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. ne, scilicet, omnium reliquorum numerus inde mutaretur. Ego cum Rittershusio bis titulum VI. posui, litteris A & B additis ad distinctionem. SCHVLTING.

2. *Servus a fugitivario comparatus &c.*] Certum est servum, qui est in fuga, a domino vendi posse ei, cui mandat servum fugitivum deprehendendum, id est, fugitivario, ita scilicet, ut deprehensum sibi fugitivarius habeat emptionis jure, *l. 2. §. pen. D. ad leg. Fab. de plag. l. 6. in fin. Cod. eod.* quia eo tempore, quo eum emptum habet, desiit esse in fuga. alioquin venditio non valeret, si qua fieret servi fugitivi in fuga constituti ex S. C. facto ad legem Fabiam, quo tam venditori, quam emptori irrogatur pœna legis Fabiæ, quæ fuit sestertiorum quingentorum milium populo vel fisco inferendorum. Sic enim in eo, quod ex Vlpiani IX. *de off. proconf. titul. ad leg. Fab.* Licinius Rufinus refert, legendum est, *Si servus sciente domino fecerit, dominus ejus sestertiis D. milibus eodem capite punitur.* & infra, *juberturque populo sestertium D. milia dare.* Si legeres L. pro D. levior esset pœna plagii criminis publici, quam civilis actionis de albo corruptæ. Et confirmat id quoque Paulus eodem loco his verbis, *contra decretum &c.* Ex CVJACIO *Observ. lib. XXI. cap. 11.* IDEM.

3. *Fugitivarii*] Hi inquisitores & persecutores servorum fugitivorum, ad quos pertinet *l. 15. D. de præscript. verb.*

4. *Contra*] Al. *citra.* RITTERSHVS.

5. *Contra decretum Amplissimi ordinis &c.*] Et secundum hæc superior sententia, *Servus a fugitivario &c.* accipienda est de servo fugitivo, quem fugitivarius comparavit non a quolibet, sed a domino, ita ut emptum eum haberet postquam invenisset & deprehendisset. Et fugitivarius quidem quis sit satis superiora ostenderint, & ostendi jam diu *Obs. V. cap. 8.* Ex CVJACIO *dicto lib. XXI. cap. 11.*

6. *Nec emere, nec vendere permissum est*] Idem de donatione dicitur, *l. 6. C. ad leg. Fab. de plagiar.* quod & cavetur Edicto Theoderici Regis *n. 87.* Rationem esse putat Cujacius *Observation. lib. XV. I. cap. 10.* vel ne plagiarii, aut sollicitatores alienorum servorum, redemptis forte a domino servis, eludant plagii publicum crimen in fraudem Reip. vel ut a fuga absterreantur servi, si nec recipi se posse vel celari a quoquam impune intellexerint, nec adquiri titulo justo. Ita Vir Summus. Quid vetat utrumque esse verum? SCHVLTING.

7. *Limenarchæ &c.*] Exstat & *in l. penult. D. de Fugit.* RITTERSHVS.

7. * *Limenarchæ*] Portubus hi præsunt. eorum mentio *l. ult. §. 10. D. de munerib. & honorib.*

8. *Stationarii*] Qui milites stationarii dicuntur Vlpiano *l. 1. §. 2. D. h. t.* dispositi sunt adversus latrones, grassatores, aliosque facinorosos. ac de illorum quod ad fugitivos officio latius agitur *d. l. 1. §. 2.* Plura de illis habet Brissonius *de verborum signification. h. v.*

9. *Magistratus &c.*] Exstat ibid. *l. penult. D. de fugitiv.* RITTERSHVSIVS.

10. In

5. Fugitivi [10] in fundis fiſcalibus quaeri & comprehendi poſſunt.

6. [11] Fugitivi, qui a domino non agnoſcuntur, per officium Praefecti vigilum diſtrahuntur.

7. Intra triennium venditionis agniti fugitivi emptor pretium a fiſco recipere poteſt.

10. *In fundis fiſcalibus*] Vlp. l 3. eod. *in fundis Caſaris.* atque ita ſæpe juris auctores promiſcue Cæſaris & fiſci appellationibus utuntur. Ex CVJACIO *dicto lib. XXI. cap. 11.*

11. *Fugitivi, qui a domino non agnoſcuntur, &c.*] Recte ait fugitivos a domino non agnitos, diſtrahi per officiales præf. vigilum nam & hoc ad officium præf. vigilum ſpectat, ut fugitivos conquirat, & dominis agnoſcentibus reddat, *l. 1. §. pen. eod. l. ult. in fin. de off. præf. vigil.* non agnitos autem vendat: in quibus ſingulare hoc eſt, ut ſi a die venditionis intra triennium a dominis agnoſcantur, ab iiſdem recte vindicentur, & evictis ſervis emptor adverſus fiſcum regreſſum habeat pretii reciperandi gratia: poſt triennium vero dominos vindicantes emptor ſummoveat præſcriptione triennii. nam aliis rebus non ſuis a fiſco diſtractis, non triennii, ſed quinquennii præſcriptio neceſſaria fuit ex edicto D. Marci. Ex EODEM *ibid.*

TITVLVS VI. B

De Reis inſtitutis.

[1] [2] Ab accuſatione [3] deſtitit, [4] qui cum adverſario ſuo de compoſitione ejus criminis, quod intendebat, fuerit locutus.

[5] Animo ab accuſatione deſtitit, qui affectum & animum accuſandi depoſuit.

[6] Deſtitiſſe videtur, qui intra praefinitum accuſationis a Praeſide tempus reum ſuum non peregit.

[7] Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere jubentur.

[8] Calumniae cauſa puniuntur, qui in fraudem alicujus librum, vel teſtimonium,

1. *De reis inſtitutis*] Superior titulus eſt *de calumniatoribus*, quibus ſolent conjungi accuſationum deſertores: ideoque nunc datur titulus *de reis deſtitutis*, ſic enim legendum putaverim, id eſt, ab accuſatore deſertis. Sic deſtituta res in *l. 4. C. ad S. C. Turp.* CVJAC. Cujac. legit, *deſtitutis*, recte. Ita & *inf. lib. V. tit. 1. deſtituere ſuſceptam ſtatus cauſam.* RITTERSHVS. In Edicto perpetuo hoc in loco actum fuiſſe de illis, qui ab agendo, quod calumnioſe inceperant, deſiſtebant, & reos deſtituebant, conſtat ex eo, quod exponatur, quid ſit *deſtitiſſe, l. 21. D. de minorib. l. 10. D. de judic.* quae ſunt ex Vlpiani libro X. *ad Edictum*, ubi etiam de calumniatoribus edictum expoſuit, *l. 1. D. de calumniatorib.* illaque occaſione de deſiſtentibus ab accuſatione latius egit Paulus. SCHVLTING.

2. *Ab accuſatione deſtitit &c.*] Securus ſum editionem Aurelianenſem, quae haec praepoſuit excerptis ab Aniano ſententiis, quibus ea poſtpoſuit Rittershuſius. Veriſimile prius explicatum eſſe, quinam viderentur deſiſtere, antequam de aliis ageretur. IDEM.

3. *Deſtitit*] Adeoque accuſare amplius non poteſt, *l. 2. D. ad S. C. Turpillian.* & incidit in S. C. Turpillianum; *l. 2. §. 7. d. t. D. l. 6. §. 3. D. de decurionib.* IDEM.

4. *Qui cum adverſario ſuo de compoſitione ejus criminis &c.*] Compoſitio hic eſt tranſactio, quomodo & *componere* ſumit Suetonius *Caligul. cap. 40.* Haec vero de criminibus eſt illicita: de quo videri poterunt, quae ſcribit Cl. Noodt *Diocletian. & Maximian. cap. 9.* Et ſane qui ea de re jam cum adverſario amicabiles de paciſcendo ſermones contulit, ac locutus eſt, remque conſtituit, accuſare deſtitit. Reliquis non immoror, quae ex Pandectis huc translata, & ab interpretibus vulgatis illic expoſita ſunt. IDEM.

5. *Calumniae cauſa puniuntur, &c.*] Ad calumniatores haec videntur quidem pertinere, adeoque a Rittershuſio ad finem *tituli V. de calumniatoribus* collocata ſunt. At, cum Tribonianus ex titulo illo in Pandectis ſub titulo *ad S. C. Turpillian.* poſuerit legem 6. haec inde ſumpſiſſet, potius quoque haec illi legi addidiſſet, quam ad finem legis 6. quae ex titulo poſteriori eſt deprompta, collocaſſet. Et occaſione nunciatorum, de quibus modo agebat, haec quoque tradere potuit Paulus. IDEM.

6. *De*

monium, aliudve quid conquisisse, vel scripsisse, vel in judicium protulisse dicuntur. LEX EST VI. D. AD S. C. TVRPILLIAN.

1. [6] De his criminibus, quibus quis absolutus est, [7] ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest.

2. [8] Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est.

3. [9] Crimen, in quo alius destitit, [10] vel victus recessit, alius objicere non prohibetur.

* [11] Delator non est, qui protegendae causae suae gratia aliquid ad fiscum nuntiat. LEX EST XLIV. D. DE JVRE FISCI.

6. *De his criminibus &c.*] Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, ab eodem accusari iterum non potest. *l. 7. §. iisdem, D. de accus.* & qui iterum accusat, manifestus calumniator est, *l. 1. C. Theod. de calum.* CVJAC.

6.* *De his criminibus &c.*] Citantur in Capitularibus *lib. VII. cap. 163. & 291.*

7. *Ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest*] Cœlius tamen Pollam & Antonium de eadem re, semel liberatos, iterum accusavit, teste Cicerone *pro Cœl. cap. 23. 31. & 32.* qui & idem fieri potuisse indicat *ad Q. Fratr. lib. II. epist. 6.* verum id factum videtur, quia corruptum fuerat judicium: quod posteriori loco clare indicat: nec rarum erat illis temporibus. Illud magis mirum, & hinc diversum, quod apud Quinctilianum avum *declamation.* CCCXXXIV. aliquis reum ipsius patrocinio absolutum, quia pactam pecuniam non dabat, iterum detulit. Sed hoc exemplum ex scholis declamatorum est; nec in judiciis æquis auribus audiretur. Ceterum quod Cujacius ait, accusatorem iterum accusantem manifestum esse calumniatorem, merito displicuit Jac. Gothofredo *ad l. 1. Cod. Theod. de calumniatorib.* qui notat recte, in illa lege agi de manifesto calumniatore, qui differendi tantum supplicii gratia accusationem repetere vult. Sane accusatores, qui non obtinuere causam, non statim sunt calumniatores: variisque modis evadunt rei, non sola innocentia, sed & interveniente majori potestate, vi, corrupto judicio, difficultate probationis, vel etiam prævaricatione; uti hæc enumerat Quinctilianus *Institution. Orator. lib. VII. cap. 1.* Ceterum absoluto reo, de accusatoris proposito quæri solet, *l. 1. §. 3. D. ad S. C. Turpillian. fac. l. 3. C. de calumniatorib.* & quidem statim, *l. 1. C. d. t.* SCHVLTING.

8. *Filius accusatoris, &c.*] Iisdem criminibus, quibus quis liberatus est, a filio accusatoris iterum reus institui non potest, aliis criminibus potest, ex rescripto D. Pii ad Julium Candidum, *l. 7. §. iisdem, D. de accusat.* Ab ipso accusatore eisdem criminibus, sed neque aliis temere eundem reum fieri posse, admittendum non est: ab extraneo autem, uti certum est, eundem alio crimine reum fieri posse, ita non dubitatur, quin eodem crimine aliter non possit postulari, quam si vel posterior accusator suam injuriam persequatur, vel ante priorem accusatorem prævaricationis convicerit, *l. 3. D. de prævar. l. 4. §. ult. D. ad leg. Jul. de adul.* CVJAC.

9. *Crimen, in quo alius destitit, &c.*] Reus absolutus, vel destitutus ab alio, eodem crimine reus postulari potest. Quod uti accipiendum sit, superior interpretatio docet. IDEM.

10. *Victus discessit.*] Qui hic accusat, quasi causam reipublicæ suscipit & exsequitur: adeoque quemadmodum in causis privatis iterum agi non potest causa amissa, *l. 6. D. de exception. rei judicat.* ita & in publicis reus fit post absolutionem securus. Ac talem quoque legem generalem Athenis obtinuisse docet Demostenes *adverss. Timocrat. p. 781.* qua de re plura habet Petitus *ad leges Attic. lib. III. tit. 8. p. 360. & segq.* Cum vero non sit æquum reum non innocentia sua, sed malis artibus elapsum pœnam evadere, lex Julia publicorum judiciorum exceptionem dedit in specie prævaricationis, *l. 3. §. 1. D. de prævarication.* ac talis legis in genere meminit Cicero *Partitionib. cap. 36.* aliæque sunt datæ exceptiones suggerente æquitate. Quod vero ad eos spectat, qui temporibus Tiberii, post eversum Sejanum, iterum accusati sunt, cum antea absoluti fuissent, apud Dionem *lib. LVIII. p. 630.* id præter jus factum est. Haud scio, an non illud, quod de Cornelia, virgine Vestali maxima iterum accusata & convicta refert Suetonius in *Domitian. cap. 8.* SCHVLTING.

11. *Delator non est, &c.*] Hanc sententiam ex *l. 44. D. de jur. fisc.* omisit editor Aurelianensis: Rittershusius illam collocavit semel inter leges ex libro 1. in Pandectas relatas, quibus nullum titulum poterat adsignare: ac iterum *lib. V. tit. 13. de delatoribus*, putans in Inscriptione esse erratum, & pro *lib. V.* perperam positum, *lib. 1.* Non dico, integro verbo numerum exprimi in Florentino codice; adeoque non temere aliquid mutandum: sed & in libro primo, in hoc ipso titulo, si non hoc ordine, Paulus hæc scripsisse videtur. Delatori certe sine abolitione, causa cognita impetrata, desistere non licet, *l. 15. pr. D. de jur. fisci.* ut itaque hic tradatur, illum non esse in hoc numero, qui protegendæ suæ causæ gratia aliquid ad fiscum nunciat; cujus generis nunciatores non sunt delatores. *add. l. 38. §. 1. l. 39. §. 1. D. d. t.* IDEM.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS VII.

De Integri Reſtitutione.

1. [a]Integri reſtitutio eſt redintegrandae rei vel cauſae [b]actio.

2. [4]Integri reſtitutionem Praetor tribuit ex his cauſis, quae per metum, dolum, & [5]ſtatus permutationem, & [6]juſtum errorem, & abſentiam neceſſariam, & infirmitatem aetatis [7]geſta eſſe dicuntur.

INTERPRETATIO. [8]*Integri reſtitutio dicitur, ſi quando res quaelibet aut cauſa, quae perierat, in priorem ſtatum reparatur, vel id, quod alicui ſiblatum eſt,* [9]*reformatur.* [10]*Hoc enim, quod per Praetorem antea fiebat, modo per judices civitatum agendum eſt: ita ut eorum cauſae vel res in integrum revocentur, qui aut per timorem poteſtatis alicujus compulſi ſunt, aut fraude vel errore decepti ſunt, aut per captivitatem vel quamcunque injuſtam neceſſitatem ſubſtantiam ſuam* [11] *aut ſtatum*

1. *Integri reſtitutionis*] Sic ſæpe in ſequentibus vocatur: ut & a Papiano *Reſponſor. tit. 35.* Iſidoro *Origin. lib. V. cap. 25.* & Magnone in *Not. Jur.* atque etiam ſic ſcripſit Paulus *l. 34. §. 1. D. de minorib.* nec aliter conceptus eſt hic titulus in Codice Theodoſiano: an tamen ab ipſis compoſitoribus, an ab Aniano, id in medium relinquo. In edicto Prætoris fuit, *de in integrum reſtitutionibus*: atque ita paſſim loquuntur antiqui: ac forte ipſe Paulus talem hiſce titulum præpoſuerat, atque interdum deinceps ſcripſerat, ſed ab Aniano aliud repoſitum. SCHULTING.

2. *Integri reſtitutio eſt &c.*] Integri reſtitutio eſt actio reſtitutoria, ſive reſciſſoria, qua res nobis certa, vel jus, vel quælibet alia cauſa redintegratur. Actionis verbo continetur etiam cognitio prætoria, qua ſubvenitur minoribus. CUJAC.

3. *Actio*] Verbum *actio* hic generaliter accipitur pro quovis juris remedio, quod quis vel intendit, vel quod a magiſtratu conceditur, ut in *l. 37. D. de obligat. & actionib.* Iſidoro *loc. cit.* definitur, *cauſa vel rei reparatio*, non male. Quæ vero addit. *Cauſa redintegratur, quæ vi poteſtatis expleta non eſt; res redintegratur, quæ vi poteſtatis ablata atque extorta eſt*, hoc diſcrimen inter cauſam, & rem non eſt in jure noſtro; ubi ſive res ſit imperfecta, & verſetur intra terminos ſolius promiſſionis, ſive etiam ipſa res ſit ablata & extorta, & in alium translata, utraque tamen in ſpecie res dicitur reſtitui, ſive redintegrari. *add. l. 9. §. 3. D. quod met. cauſ. geſt. er.* SCHULTING.

4. *Integri reſtitutionem Prator tribuit, &c.*] Reſtituit in integrum prætor eos, qui metu, aut dolo, aut ætate, aut abſentia inciderunt in captionem. Etiam hoc Paulus addit, reſtitui eos, qui per ſtatus permutationem, vel juſtum errorem capti, ſraudative ſunt: quod ex hoc loco relatum eſt in *l. 2. D. de in integrum reſtit.* Status permutatio eſt capitis minutio, *l. 1. D. de capit. minut.* At per cauſam ſolius capitis minutionis, non is, qui capite minutus eſt, reſtituitur: ſed creditori in debitorem capite deminutum actio reſtituitur, videlicet, ſi minima fuerit capitis minutio, *l. 2 D. eod.* Nec enim in eos, qui maximam, aut mediam capitis deminutionem paſſi ſunt, actiones reſtitui poſſunt. Et ita hic locus explicandus eſt, in quo Græci interpretes labuntur, Latini vacillant. Ob juſtum errorem datæ reſtitutionis exemplum eſt in §. *ſi quis agens, 33. de actionibus.* CUJAC.

5. *Status permutationem*] Hinc ſumpta eſt *l. 2. D. de in integr. reſtit.* RITTERSHUS. Illic legitur *mutationem.*

6. *Juſtum errorem*] Quo pertinet edictum de eo, quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicitur, de quo ſub hoc titulo Prætorem caviſſe, patet ex ipſo edicto *l. 1. l. 7. D quod falſ. tutor. auct. geſt. eſſe dicat.* quod Ulpianus & Paulus explicuerunt libro XII. *ad Edictum, d. l. 1. & ſeqq.* ubi de reſtitutionibus tractarunt. Eſt & aliud exemplum reſtitutionis ob juſtum errorem *l. 11. pr. D. de exception. rei judicat.* ubi forte illa facta eſt præter edictum, per decretum ſpeciale: quod & fieri, apparet ex *l. 7. §. 1. D. h. t.* SCHULT.

7. *Geſta eſſe dicuntur*] Quæ tamen talia ſunt, ut mero jure civili valeant, *l. 2. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitus. neceſſar. non eſt.* ut hic Prætor jus civile corrigat & emendet: quem in finem jus honorarium quoque inductum eſt, *l. 7. §. 1. D. de juſtit. & jur.* IDEM.

8. *Integri reſtitutio &c.*] Citatur hæc interpretatio, nec non quæ §. 4. adjecta eſt, in Capitularibus *lib. VII. cap. 288. 289.* ubi ſcriptum eſt *integra reſt.* quo modo ſæculis Latinitatis corruptæ videntur locuti. quin & ita edidit Sichardus in *l. 1. Cod. Theod. h. t.* quod alii recte mutarunt. Hic vero edd. omnes, quas vidi, habent *integri.* IDEM.

9. *Reformatur*] Hoc eſt, *reſtituitur.* ſic *ad tit. 4. §. 3.*

10. *Hoc enim &c.*] Anianus *enim* ſumit pro *autem.* Ceterum hic de ſuo addit quædam, ut & alibi facit.

11. *Aut ſtatum ingenuitatis perdidiſſe noſcuntur*] Videtur hic voluiſſe interpretari, quod ſcripſit Paulus de ſtatus mutatione, ſed infeliciter. Recte Cujacius.

tum ingenuitatis perdidisse noscuntur: aut si qui se per necessitatem longinquae peregrinationis absentant: vel ad restauranda ea, quae in damnis minorum gesta esse probantur.

3. [12]Integri restitutio plus quam semel non est decernenda: ideoque causa cognita decernitur.

INTERPRETATIO. *Vt in integrum res vel causa redeat, non nisi semel potest a judice cognita causa praestari.*

4. [13]Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam. [14]In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur. In personam, aut [15]quadrupli poena intra annum, vel simpli post annum peti potest.

INTERPRETATIO. *Quoties de revocanda re vel causa integrae restitutionis beneficium petitur, aut in rem, aut in personam [16]agendum est, id est, ut res ipsa, de qua agitur, quae sublata est, recipiatur. Et cum in personam actio intendi coeperit, is, qui rem indebite abstuliſſe convincitur, id, quod sublatum est, in quadruplum reformare debet: post annum vero in simplum.*

5. [17]Si aliquis, ut se de vi latronum, [18]vel hostium, vel populi liberaret, aliquid

12. *Integri restitutio plus quam semel &c.*] Causa cognita, & praesente adversario in integrum restitutio datur, *l. 3. D. de in integr. rest.* & ob id ipsum restitutionis in integrum lis recte appellatur in *l. 6. C. de in integr. restit.* Vna autem sufficit lis, una restitutio, nec, ut olim in assertionibus, plures requiruntur: quod si negata sit, iterum non petitur. *l. ult. C. si sep. in int. rest. post.* CVJAC.

13. *Integri restitutio aut in rem competit, &c.*] Restitutoria actio vel in rem datur, vel in personam: ut si metu compulsus rem tradidero, vel in rem mihi actio restituitur, vel in personam actio datur in quadruplum, ex edicto, *Quod metus causa gestum erit*: Aut si metu debitorem liberavero, vel pristina mihi in personam actio restituitur, vel ex illo edicto actio in personam datur. Eodemque modo, si minor annis lubrico aetatis lapsus rem suam tradiderit, vel in rem actio restituitur, vel cognitione praetoria ei subvenitur, *l. 9. §. volenti. §. licet tamen. l. si mulier, 21. §. ult. D. quod met. caus. gest. er. l. 3. C eod. tit. l. in causa, 13. §. interdum, D. de minor.* Quod ait Vlpianus in §. *volenti*, ut volenti detur & in rem actio & in personam, rescissa acceptilatione, vel alia liberatione, sic accipiendum est, ut spreta actione, Quod metus causa, volenti liceat in rem agere rescissa traditione, vel in personam rescissa liberatione Nec enim in eo loco in personam actio pro actione. Quod metus causa, accipienda est: alioquin absurde etiam in rem actionem eo in loco pristinam in personam actionem interpretabimur, quod §. *licet*, non patitur. Et in hac re certe nemo non fallitur. IDEM. Hic versamur jam specie restitutionis ex clausula de eo, quod metus causa gestum erit. Sed non insolens Aniano confuse agere. SCHVLTING.

14. *In rem actio competit, &c.*] Antiqua actio hic intelligitur, ut recte notavit Cujacius, qui *ad l. 9. §. 4. D. quod met. caus.* notat, actionem hanc, utpote ipso jure non competentem, non aliam esse, quam utilem, *per l. 21. §. ult. D. d. t. l. uls. C. quib. ex caus. major.* quam Janus a Costa *ad tit. X. de in integr. restitution.* existimat ex responsis prudentum, quibus illam placuisse constat, *d. l. 9. §. 6.* in Edictum perpetuum translatam fuisse, *per l. 3 C. de his quae vi metusv. caus. gest. sunt.* Vereor autem, ne Aniana ea, quae Paulus de veteri actione in rem vel in personam amissa summo jure, sed restituta, nec non de actione quod metus causa distincte scripserat, contraxerit paulo confusius. IDEM.

15. *Quadrupli poena intra annum, vel simpli post annum &c.*] Nec haec a Paulo sunt: quid enim certius, quam actionem quod metus causa dari in simplum vel ipsius ab initio: sed contra contumacem in quadruplum ex re & poena mixtum: & si quando post annum agatur, ad simplum agi rei ipsius? *l. 14. §. 1. §. 2. §. 10. D. quod met. caus. gest. er.* IDEM.

16. *Agendum est, id est, ut res ipsa &c.*] In Capitularibus *lib. VII. cap. 289.* ita legitur, *agendum est, ut res ipsa, quae sublata est, recipiatur*, recte. Sed unox pro, *in simplum*, male illic legitur *in duplum.*

17. *Si aliquis, ut se de vi latronum, &c.*] Si quis, ut se de vi hostium, vel latronum, vel populi liberaret, aliquid alienaverit, vel promiserit, actionem metus causa non habet: quia non per metum, sed operae potius mercedem dedisse videtur, *l. 9. §. scilicet, D. quod met. caus. gest. erit.* CVJAC. Videtur hic a Paulo appositus fuisse ut *Quod metus causa.* RITTERSHVS. Imo jam in §. *prae.* de metus causa gestis est actum.

18. *Ve*

aliquid mancipavit, vel promiſit, ad metum non pertinet: [19] mercedem enim depulſi metus tribuit.

INTERPRETATIO. *Quicunque* [20] *aliquid, ut ſe de hoſtibus, vel ſeditione populi, aut de latronum impetu liberaret, cauſa mercedis, ut* [21] *evaderet, aut promiſit, aut dedit, hoc per metum ſe dediſſe non poterit allegare, nec revocare quod dedit.*

6. [22] Servus per metum [23] mancipatus quicquid adquiſierit, vel ſtipulatus ſit, [24] ei adquirit, qui vim paſſus eſt.

INTERPRETATIO. *Si cum domino vis infertur, ſervum metu interveniente dederit, & apud eum, cui datus fuerat, aliquid quolibet pacto adquiſierit, cum ſervum ipſum dominus, cui vis eſt illata, receperit, ad eum omnia, quae ſervus adquiſierat, pertinebunt.*

7. [25] Vis eſt [26] major rei impetus, qui repelli non poteſt.

Iſta interpretatione non indiget.

8. [27] Qui quem domo incluſit, ut ſibi rem manciparet, aut promitteret, extorſiſſe mancipationem videtur.

INTERPRETATIO. *Qui aliquem in domo ſua clauſum tenuerit, quaſcunque ei* [28] *ſcripturas extorſerit, non valebunt.*

9. [29] Qui

19. *Vel hoſtium, vel populi liberaret*] Ad hunc locum pertinet ſpecies apud M. Senecam *Excerpt. Controverſ. lib. IV. controverſ. 8.* cujus thema. *Bello civili patronus victus & proſcriptus ad libertum confugit. Receptus eſt ab eo, & rogatus, ut operas remitteret, remiſit.* SCHULTING.

19. *Mercedem*] Ita Paulo dicitur *eximii laboris merces, lib. V. tit. 12. §. 6.*

20. *Aliquid*] In edit. Genev. CIↃIↃCXXXVI. *pretium.*

21. *Evaderet*] Eadem editio ſola EXITS, quas habeo, addit *periculum*, non male. Sed ſcire velim qua auctoritate.

22. *Servus per metum mancipatus &c.*] In hac prætoria actione partus veniunt, & fœtus, & fructus, & omnis cauſa, *l. ſed & partus, 12. D. quod met. cau. geſt. er.* Ergo & ea veniunt, quæ ſervus per metum alienatus apud eum, qui metum intulit, vel traditione, vel ſtipulatione adquiſivit. CUJAC.

23. *Emancipatus*] Ita Sich. at Cujac. leg. *mancipatus.* RITTERSHUS. Non Cujacianam lectionem probavimus. Utrumque alioqui rectum eſſe diximus ad Cajum *lib. 1. tit. 6. §. 3.*

24. *Ei adquirit, qui vim paſſus eſt*] Ratio dubitandi eſt, quia ille, cui ſervus ita per metum eſt mancipatus, ejus jure civili ſtricto eſt dominus. Verum in bonis etiam nunc eſt veteris domini, qui & veteri in rem actione eum repetere poteſt, *l. 9. §. 6. & §. 4. D. quod met. cauſ. geſt. er.* & in quæſtione de adquirendo jam olim dominus bonitarius, pro quo æquitas ſtabat, & jus Prætorium, Quiritatio fuit prælatus, teſte Ulpiano *tit. 19. §. 20.* Quæ Cujacius habet, vera illa quidem ſunt: at mentem Pauli vereor, ne non ſatis explicent. Mirumque adeo non eſt, quod nec Anianus mentem Pauli fideliter expreſſerit. SCHULTING.

25. *Vis eſt major rei impetus, &c.*] Qui per vim aliquid fecit, reſtituitur per edictum, *Quod metus cauſa geſtum erit*: nam quod per vim geſtum eſt, metus cauſa certe geſtum eſt. Vis autem hic a Paulo ſic definitur: *Vis eſt major rei impetus, qui repelli non poteſt*, malim, *Majoris rei impetus*, ut in *l. 2. D. quod. met. cau. geſt. er.* Nam & Græci ſic vertunt: μεγάλου πράγματος ἐπίθεσις, ἣν οὐ δύναταί τις ἀποκρούσασθαι, ἤγουν ἀφ' ἑαυτῆ ἀπώσασθαι καὶ ἀναχαίτισαι. CUJAC.

26. *Major*] In *l. 2. D. quod met. cauſ. geſt. er.* legitur *majoris.* RITTERSHUS. Ego non video cauſam, cur non utrumque defendi poſſit, tam *major rei impetus*, quam *majoris rei impetus.* Iſidoro *Origin. lib. V. cap. 26.* non eleganter definitur vis, *virtus poteſtatis, per quam cauſa ſive res vel aufertur, vel extorquetur.* SCHULTING.

27. *Qui quem domo incluſit, &c.*] Vim facit qui hominem domo includit, *l. 5. D. de vi publ.* & ideo ſi quid ei extorſerit, pertinet ea quoque res ad edictum, *Quod metus cauſa geſtum erit, l. ult. §. ſi fenerator, D. quod met. cau. geſt. erit.* CUJAC.

28. *Scripturas*] Nimis reſtringit Anianus ea, quæ habet Paulus.

9. [29] Qui quem ferro vinxit, ut ſibi aliquid traderet vel venderet, vim intuliſſe videtur.

[30] *Interpretatione non indiget.*

10. [31] Qui in [32] carcerem quem detruſit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc cauſam factum eſt, [33] nullius momenti eſt.

Interpretatione non indiget.

29. *Qui quem ferro vinxit, &c.*] Vim facit, qui hominem ferro vincit, ut ſibi aliquid tradat, vel vendat, & ideo prætoria competit actio. CVIAC.

30. *Interpretatione non indiget*] Ita Sichard. Alii id omiſere.

31. *Qui in carcerem, quem detruſit, &c.*] Ideo quod homine in privatum carcerem conjecto cum eo geſtum eſt, nullius momenti eſt: quia id Prætor ratum non habet, & lex Julia reſcindit, *l. 5. D. de vi publ.* Eſt vero hæc Pauli ſententia relata in *l. pen. D. quod met. cau. geſt. erit.* CVIAC.

32. *Carcerem*] Non video, cur de privato carcere hoc intelligamus magis, quam de publico; quamvis id velit Cujacius, *ad h. l.* & Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de privat. carcer. cuſtod.* Eſt quidem atrox crimen carcerem privatum habere; ſaltem jure veteri: at in hoc Edicto de metus cauſa geſtis, uti non diſtinguimus circa perſonas, privatas, aut magiſtratus injuſte agentes, *l. 3. §. 1. D. h. t.* cur circa carcerem diſtinguemus? Etſi in publico id non tam facile forte eventurum ſit. SCHVLTING.

33. *Nullius momenti eſt*] His Rittershuſius ſubjecit verba *l. ult. D. de extraordinar. criminib.* quæ in Aurelian. edit. ad finem *tit. ſeq.* ſunt poſita. Sed & Rittershuſius eadem habet *tit. 15. ſi quadrup. damn. intuler. in fin.* quod ſecutus ſum.

TITVLVS VIII.

De Dolo Malo.

1. [1] Dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur.

2. [2] Si qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium tranſiret, uterque de vi & [3] dolo actione tenebitur.

1. *Dolus malus eſt, &c.*] Eadem fuit definitio Aquilii, Servii, Pedii: quæ Labeoni tamen & Ulpiano non probatur. Eſt enim ex eorum ſententia, dolus nihil aliud, quam machinatio quædam ad decipiendum alterum adhibita: quod etſi Pedius & Servius in ſuis definitionibus non omiſerint, in eo tamen erraſſe videntur, quod quaſi id ſatis non eſſet, addiderunt, *cum aliud ſimulatur, & aliud agitur, l. 1. D. de dol. mal.* CVIAC. Eodem plane modo dolum malum definiverat Aquilius, teſte & laudante Cicerone *de offic. lib. III. cap. 14.* Debet vero ſubintelligi, aliquid agi alterius decipiendi, vel circumſcribendi cauſa, quod definitioni doli addebat Servius *l. 1. §. 2. D. h. t.* & Pedius, Ulpiano probante *l. 7. §. 9. D. de pact.* Subagendo vero etiam comprehendendum non agere, & ſub ſimulatione quoque comprehendenda eſt diſſimulatio. Labeonis definitio eſt, quod ſit omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita: quam Ulpianus ait eſſe veram *l. 1. §. 2 D. h. t.* non quod aliæ ſint falſæ ſed quod hæc exacte, plene, & diſtincte rem explicet, uti recte docuit Vir Egregius, Ger. Noodt *de form. emendand. dol. mal. cap. 2.* Definitionem Labeonis ab ineptæ verborum idem ſonantium repetitionis crimine dudum liberavit Vir Inſignis, Vir. Huberus *Obſervation. jur. humanior. lib. III. cap. 23.* SCHVLTING.

2. *Si qui dolum aut metum adhibuit, &c.*] Si procurator dolo fecit, ut res ad dominum perveniret, uterque de dolo tenetur: dominus in quantum ad eum pervenit, procurator in ſolidum, *l. ſed & ex dolo. 13. §. pen. D. de dol.* Idemque in metu dicendum eſt, *l. item ſi cum exceptione, 14. §. Pedius, D. quod met. cau. geſt. erit.* CVIAC.

2. * *Si qui*] Sichard. omittit *Si*. Fort. leg. *Is, qui*. RITTERSHVS. Senſus requirit *ſi*: quod & habent edd. cum interpp. Cujacii: & *qui* accipi pro *quis*: aut ſcribi *Si quis*. Aliæ edd. vett. non habent *ſi*. Culpa hic forte fuit Aniani ad conſtructionem parum attendentis.

3. *De dolo actione tenebitur*] Sichard. in marg. notat alias legi, *doli actione tenebitur, qui dolum malum adhibuit, ut res ad alium tranſiret*: Quæ forte ſunt ex Aniani interpretatione.

TITV-

TITVLVS IX.

De Minoribus XXV. annorum.

1. [1]Minor XXV. annorum ſi aliquod flagitium admiſerit, quod ad publicam coërcitionem ſpectet, [2]ob hoc in integrum reſtitui non poteſt.

INTERPRETATIO. *Minores aetate ſi crimina graviora commiſerint, per aetatem ſe non poterunt excuſare.*

2. [3]Qui minori mandavit, ut negotia ſua agat, ex ejus perſona in integrum reſtitui non poteſt: [4]niſi minor ſua ſponte negotiis ejus intervenerit.

INTERPRETATIO. *Si quis major annis, minori per mandatum negotia ſua agenda commiſerit, ex perſona minoris integri reſtitutionem accipere non poteſt: niſi forſitan minor ſine mandato voluntarie ſe cauſis miſcuerit alienis.*

3. [5]Si major effectus res, quas minor egit, facto vel ſilentio [6]comprobavit, adverſus hoc quoque in integrum reſtitui fruſtra deſiderat.

IN-

1. *Minor XXV. annorum ſi aliquod &c.*] In delictis atrocioribus minoribus non datur reſtitutio in integrum, *l. auxilium 37. §. in delictis, D. de minor.* In aliis erratis, ut puta, damno injuria dato, vel in furto, vel in eis, quæ ex contractu veniunt, nec ex animo, id eſt, ut Græci interpretantur, *ἐκ προθέσεως ψυχῆς καὶ προαιρέσεως*, non omnimodo denegatur minoribus reſtitutio in integrum, *l. 1. C. ſi adv. delict. l. ſi ex cauſa. 9. §. nunc videndum, D. de minor.* Hæc vero errata, *ἐκπτώσεις* Conſtantinus *ἐπιτρίμματα*, atrociora, *ἐγκλήματα* vocari ſcribit ad finem libri ſexti Epitomarum: & ſic delicta quoque a criminibus ſubtiliter diſtingui poſſunt. Hæc igitur Pauli ſententia pertinet ad crimina. CVJAC.

2. *Ob hoc in integrum reſtitui non poteſt*] Id nec fert publica utilitas, nec Prætoris juriſdictio ad crimina ſe extendit. Interdum autem pœna minoribus mitigatur, *l. 37. §. 2. verſ. in delictis, D. h. t.* quod tamen non ſemper conſtitit. Inde Plinius *Epiſtolar. lib. X. epiſt. 97.* ubi de Chriſtianis ad Trajanum ſcribit, hæc habet. *Nec mediocriter hæſitavi, ſitne aliquod diſcrimen ætatum, an quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant.* SCHVLTING.

3. *Qui minori mandavit, ut negotia ſua agat, &c.*] Procuratori minori annis, ſi dominus major ſit, non datur reſtitutio in integrum: quia domini perſona ſpectatur, qui ſibi imputare debet, cur minori ſua negotia commiſerit, *l. 4. & l. cum mandatu, 23. D. de minor.* Geſtori negotiorum minoris ætatis, licet dominus major ſit, datur reſtitutio in integrum: quoniam cum domino nihil imputari poſſit, non eſt æquum ob geſtum minoris majorem in damno verſari. Et hæc poſtrema Pauli ſententia relata eſt in *l. quod ſi minor, 24. D. eod. tit.* cujus initium eſt. ex *lib. 1 Sentent.* At reliqua certe omnia ſunt ex Pauli *lib. XI. ad edictum* Idemque erratum pene ad Ulpianum adnotavimus *lib. 11. Obſerv. cap. 27.* CVJAC.

4. *Niſi minor ſua ſponte negotiis ejus intervenerit*] Vide init. *l. 24. D. h. t.* cujus l. cetera ſunt deſumpta non ex Sententiis Pauli, ſed ex lib. XI. *ad Edictum*: ut admonet Cujac. Placet adſcribere principium *d. l. 24. D. h. t.* per quod hæc ſentent. magis illuſtretur. *Quod ſi minor ſua ſponte negotiis majoris intervenerit, reſtituendus erit, ne majori damnum accidat. Quod ſi hoc facere recuſaverit, tunc ſi conventus fuerit negotiorum geſtorum, adverſus hanc actionem non reſtituitur, ſed compellendus eſt ſic ei cedere auxilium in integrum reſtitutionis, ut procuratorem eum in rem ſuam faciat: ut poſſit per hunc modum damnum ſibi propter minorem contingens reſarcire.* RITTERSHVS. Illud *niſi* hic forte eſt ab Aniano: ſane exceptio talis non erit de regula. Melius in Pand. *Quod ſi minor ſua ſponte &c.* Vidit vero ante omnes Ant. Auguſtinus *Emendation. lib. 1. cap. 8.* nonnulla tantum *in d. l. 24.* eſſe ex his libris: reliqua non conſtare ſententiis, ſive brevibus enunciatis; ut ſolent illa, quæ in his libris habentur. Quod autem Ant. Faber Triboniani manum hic adgnoſcat, nihil eſt, quo probet; uti notatum Bachovio *ad Περὶ τῶν Pand. h. t. cap. 11.* In editione Aurelianenſi vero totum principium *d. l.* ita, quaſi ex his libris eſſet, expreſſum eſt, quod ſequi nolui. SCHVLTING.

5. *Si major effectus res, quas minor egit, facto, &c.*] Si quis major factus facto, vel ſilentio comprobaverit, quod minor geſſerat, reſtitutio ceſſat: & ita conſtitutum eſt, *l. 3. §. ſi quis cum minore, D. de minor.* Exigit Anianus ſilentium trium annorum, rectiſſime, quoniam in provinciis ex conſtitutione Conſtantini ad petendam reſtitutionem in integrum conſtituti erant tres anni, *l. 2. C. Th. de in integr. reſtit.* Hodie ex conſtitutione Juſtiniani ſilentium exigimus quatuor annorum: vel ſi quid alienatum obligatumve ſit ſine decreto, quinque: vel ſi quid donatum ſit, decem inter præſentes, & XX. inter abſentes: quod &

INTERPRETATIO. *Si quis id, quod minor aetate gessit, postquam major effectus est, id est, usque ad impletum XXIIX. annum, silentio suo & taciturnitate revocare noluit, de hac re integri restitutionem petere non potest, quod in pupillaribus annis vendidisse vel tacuisse suggesserit.*

4. [6]Si minor minori heres existat, heres ex sua persona, non ex defuncti in integrum restitui potest.

INTERPRETATIO. *Si minor minori successerit, non ex persona defuncti ille, qui heres est, sed ex sua agere potest; hoc est, si & ille, qui defunctus est, XXIII. annorum sit, & succedens XX. ex istius, qui successit, aetate tempora computanda sunt.*

* [7]Si minor XXV. annis filiofamilias minori pecuniam credidit, melior est causa consumentis: nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestatae tempore is, qui accepit.

* Minores si in judicem compromiserunt, & tutore auctore stipulati sunt, integri restitutionem adversus talem obligationem jure desiderant.

LEX EST XXXIV. D. DE MINORIBVS.

5. [10]Minor se [11]in his, quae [12]fidejussit, vel fidepromisit, vel spopondit, vel mandavit, in integrum [13]restituendo, reum principalem non liberat.

INT-

Accur. recte notat in *d. §. si quis cum minore.* CVIAC.

6. *Comprobavit*] Non idem si aliquid egerit, quod consequens erat ante coeptis & perfectis, *l 3. §. 2. D. h. t.* ubi videri poterit Cujacius.

7. *Quod in pupillaribus annis &c.*] Ex edit. Genev. CIↃIↃLXXXVI. haec habet Rittershusius. Ab aliis, quae penes me sunt, absunt: non tamen ea ausim abjudicare Aniano, homini in scribendo inepto & impolito.

8. *Si minor minori heres existat &c.*] Si minor XX. annis minori XXIII. annis successerit, successor habebit ad in integrum restitutionem non annos sex ex persona defuncti, sed novem ex sua persona, *l. interdum, 19. D. de minor. l. ea quae, 3. §. si quando, C. de temp. in integ. restit.* Potest quidem & ex persona defuncti citius restitutionem in integrum postulare: verum hoc si omiserit, ex sua persona restituetur, uti dictum est. Plane si minor majori successerit, adhuc ex quadriennio mensem habendi ad restitutionem in integrum, successori post XXV. annum mensis duntaxat dabitur ex persona defuncti. Nec enim ei statim mensis cedit, ut recte Bulgarus notat in *d. l. interdum:* a quo tamen nihil facit *l. uls. §. uls. C. si major fac. alie. fac. sine decr. rat. hab.* nec enim de herede minori, sed de herede minoris eo in loco agitur: &, ut ex vet. libris constat, in eo haec verba, *post ejusdem heredis minoris aetatem*, sic reponenda sunt, *Post ejusdem aetatem, heredis minoris silentio transactum sit:* quod Graeci sic recte interpretantur, ἐπὶ τῷ κληρονόμῳ αὐτοῦ ἀνηλίκου χρόνου διάγοντος ἐφ' ᾧ τὸν κληρονόμον αὐτοῦ σιωπῆσαι. CVIAC. Ab hac emendatione *l. uls. C. si major fact. alienation. fact. sin. decret. rat. habuer.* recedit Cujacius *in Paratitl.* ubi quaedam de eo notavit Fabrotus.

9. *Si minor XXV. annis &c.*] Has duas sententias omisit Rittershusius. In editione vero Aurelian. ultimum locum occupant. Ego ab ipso Paulo haec ante §. seq. scripta esse, ac ideo a Triboniano priori loco posita esse existimare malim. Nihil habent vero, quod non sit a vulgatis Interpretibus satis expositum.

10. *Minor se in his, quae fidejussit, &c.*] Restituitur fidejussoris, vel mandatoris reum non liberat. Extat haec eadem sententia in *l. minor se, 42. D. de minor.* cui & aliae dnae junguntur, quae in his fragmentis desunt. CVIAC.

11. *In his, quae*] In D. est, *in id quod.*

12. *Fidejussit, vel fidepromisit, vel spopondit*] Haec tria quoque memorantur in §. 1. *Inst. de verbor. obligationib.* unde liquet, sic homines verbis obligari. De fidejussore & sponsore specialis est titulus *hoc lib. 20.* Tribonianus fidepromittentes & sponsores, uti & vades, praedesque in Digestis exstare noluit; quod recte notatum Salmasio *de mod. usurar. cap. 16. p. 507.* SCHVLTING.

13. *Restituendo*] Minor dicitur se restituere, quando restitutionem impetrat, sic & Ulpianus *l. 1. §. 6. h. t.*

14. *Majorem*

INTERPRETATIO. *Si minor* [14] *majorem fidedicat,* [15] *licet ipſe teneri non poſſit, tamen quem fidedixit, teneri poteſt.*

* Minor [16] ancillam vendidit: ſi eam emptor manumiſerit, ob hoc in integrum reſtitui non poterit: ſed adverſus emptorem, quanti ſua intereſt, actionem habebit.

* Mulier minor XXV. annis, ſi pactione dotis deterior condicio ejus fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam majoris aetatis conſtitutae paciſcerentur, atque ideo revocare velit, audienda eſt. EX LEGE XLVIII. D. DE MINORIBVS.

6. [17] Qui [18] ſciens prudensque ſe pro minore obligavit, ſi id conſulto conſilio fecit, licet minori ſuccurratur, ipſi tamen non ſuccurretur.

INTERPRETATIO. *Qui ſciens minorem,* [19] *hoc argumento pro eo fidejuſſor acceſſit, ut excuſatione minoris aetatis fidejuſſionem ſuam in poſterum liberaret, minor quidem aetatis beneficio liberatur; ſed ad ſolvendum debitum fidejuſſor, qui hoc argumento uſus eſt, retinetur.*

7. [20] Minor adverſus emptorem in integrum reſtitutus, pretio reſtituto fundum recipere poteſt. Fructus enim in compenſationem uſurarum penes emptorem remanere placuit.

INTERPRETATIO. *Si minor praedium, quod vendiderat, per integri reſtitutionem,*

14. *Majorem fidedicat*] *Fidedicere aliquem,* pro *fidejubere pro aliquo.* Sic *fideregare* pro *ſtipulari* ſatis nove dixit Scævola in *l.* 222. §. 1. *D de verb. oblig.* RITTERSHVS. *in Indic.* Apulejus *de Deo Socrat.* dicit, *pro aliquo fidedicere.* in his verbis. *Quis pro te Deus fidedicet?* Ita emendat Salmaſius *d. l. p.* 706. vulgo illic eſt *fidem dicet.*

15. *Licet ipſe teneri non poſſit*] Imo tenetur: ſed reſtituitur: verum paſſim Anianus male Paulum exponit.

16. *Ancillam vendidit*] Videtur deeſſe *qui.* RITTERSHVS. Has ſententias & Rittershuſius, & edit. Aurelian. hic exhibent, a quibus diſcedere nolui, quamvis an olim cohæſerint hæ, dubitem. Ac Tribonianum ſæpe quæ apud auctores diſjuncta invenerat, copulaſſe certum eſt, & ante monitum. Explicatio illarum non eſt difficilis, & ex Interpretibus Pandectarum petenda. Emendatio vero Rittershuſii neceſſaria non eſt, ſi dicas verbo *vendidit* narrationis partem abſolvi. SCHVLTING.

17. *Qui ſciens, prudensque ſe pro minore obligavit &c.*] Reſtitutio rei principalis fidejuſſorem non liberat, videlicet, ſi ſciens reum minorem eſſe, hoc conſilio fidejuſſerit, ut quandoque reſtituto reo, & ipſe liberaretur, *l. in cauſa, 13. D de minor. l. 7 §. ult. D. de except.* Aliud dicendum eſt, ſi ignorans eum minorem eſſe fidejuſſerit. *arg. l. ſi Titius & Seja, 42 D. de fidejuſſ.* Item ſi non in re, ſed dolo creditoris minor deceptus fuerit, *l. 2. C. de fidejuſ. minor.* Et ait, *Conſulto conſilio,* ut Am. Marcellinus XIV. *Inter cottidiana preludia exercitus conſulto conſilio cognitos.* CVIAC.

18. *Sciens prudensque*] Juvabitur fidejuſſor, ſi pro minore ſimpliciter intervenerit, & tamquam pro quovis alio, ſine contemplatione juris Prætorii, ut Papinianus loquitur, *l. 95. §. 3. D. de ſolutionib.* atque huc pertinet *l. 51. pr. D. de procuratorib. l. 2. §. 1. D. de adminiſtration. & pericul. tutor. l. 89. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* Quando vero contemplatione juris Prætorii fidejuſſor intervenit, habent locum illa, quæ tradit Vlpianus *l. 13. pr. D. h. t.* Vt pluribus docet Ant. Faber *Conjectur. lib. VIII. cap. 3 & ſeqq.* Si minor circumſcriptus ſit, uti exceptiones aliæ in rem ſolent fidejuſſoribus dari, *l. 19. D de exceptionib.* ita & hæc ei competet, *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* quam Cujacius derivat ex lege Laetoria *Obſerv. lib. XIX. cap. 29.* SCHVLTING.

19. *Argumento*] Hoc verbo utitur Anianus pro *intentione.*

20. *Minor adverſus emptorem in integrum reſtitutus, &c.*] Minor reſtitutus adverſus emptorem fundum recipit, reddito pretio, ex quo locupletior eſt, uſuris pretii cum fructibus compenſatis: vel etiam ſi fundum repetat cum fructibus, neceſſe eſt pretium ab eo reddi cum uſuris, ex quibus locupletior eſt, omiſſa compenſatione, *l quod ſi minor. 24. §. reſtitutio. l. patri. 27. §. praedium. §. item ex diverſo. l. tutor. 47. in fin. D. de minor. l. ſi ſine, 32. §. interpoſito, D. de adminiſt. tut.* & utraque via legitima eſt. CVIAC.

21. *Pra-*

nem, reddito emptori pretio, receperit, fructus ab emptore [21] *praeceptos recipere non poteſt: ſed eos quanti fuerint, in compenſationem uſurarum juſſum eſt imputari.*

8. [22] Minor adverſus diſtractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligaverat, ſi non ita, ut oportuit, a creditore diſtractae ſint, reſtitui in integrum poteſt.

INTERPRETATIO. *Minor annis ea, quae pater ejus oppignoraverat, vel fiduciae cauſa poſuerat, ſi viliore pretio, quam oportebat, a creditore diſtracta convicerit, poteſt ſoluto debito ad recipiendam rem ſuam integri reſtitutionis auxilium* [23] *promereri.*

21. *Praceptos*] Hoc eſt, *ante perceptos*. ſic edd. vett. ſed Rittersh. *perceptos*.

22. *Minor adverſus diſtractiones eorum pignorum, &c.*] Si pignus, aut fiduciam a defuncto conſtitutam creditor diſtraxerit, ſucceſſori minori annorum XXV. ob eam cauſam adverſus emptorem dari integri reſtitutio poteſt. Neque huic ſententiæ adverſatur *l. 2. C. ſi adv. vend. pign.* Hoc enim ita dicitur, ſi creditor non uti oportet diſtraxerit, id eſt, non obſervatis his, quæ in diſtrahendis pignoribus obſervari ſolent. Alioquin non niſi adverſus diſtractionem a proprio creditore factam, ſi & grande damnum minoris ſit, ei in integrum reſtitutio datur, *l. 1. C. ſi adv. vend. pign.* & hoc Azo ſentit, quod puto verius. Quid ſit fiducia, dicam alio loco. CVIAC. Duo ſunt, quæ reſtitutioni huic plane obſtent: primo enim ſi venditio non rite ſit facta, ipſo jure res minori eſt ſalva, *l. 5. C. de diſtract. pignor. l. 2. C. ſi vendit. pignor. agat.* & quo ergo modo reſtituetur? *arg. l. 16. pr. D. h. t.* deinde nihil hic cum minore dicitur geſtum, quod tamen requirit Prætor *l. 1. §. 1. D. h. t.* ſed cum patre ejus; quod ipſe noſter Paulus pro reſtitutione rejicienda urget in ſpecie *l. 38. D. h. t.* Atque Imperatores reſtitutionem hic plane denegant *l. 2. C. ſi adverſ. vendit. pign.* qui etiam ne quidem illam indulgent, ſi ipſe minor pignus obligavit, vel id de eo captum eſt; niſi ob magnum detrimentum, *l. 1. C. d. t. add. l. 9. pr. D. h. t.* vel fraudem creditoris, & emptoris, *l. 2. C. de prad. & al. reb. minor. &c.* Vereor, ne quæ diſtinctius expoſuerat Paulus, male contraxerit Anianus; qui in interpretatione ſua minori hic ſuccurri ait reſtitutionis auxilio ob rem viliori, quam oportebat, pretio diſtractam; quod nec congruit illis, quæ tamquam ex Paulo hic habemus: & ſupra demonſtratis aperte repugnat. Fiducia quid ſit dicetur *ad lib. 11. tit. 4.* SCHVLT.

23. *Promereri*] His Rittershuſius ſubjecit verba *l. 36. D. h. t.* quæ tamen ex libro quinto eſt deſumpta: ſed addit, ſi numerus non fallat, poni illam poſſe *tit. lib. V. de liberali cauſa.* ubi tamen illam non habet, ſed in *tit. 12. de jur. fiſc. & popul. poſt §. etati, 4.* Idem his ſubjicit titulum, *Ex quibus cauſis majores &c.* ſub illoque collocat *l. 39. D. illo tit.* forte non male: verum, quia lex illa non incommode collocari poteſt in tit. 13. *A. de judicato.* hoc ſequi malui.

TITVLVS X.

[1] *De plus petendo.*

1. *De plus petendo*] In veteri Conſultatione ea, quæ hic habemus, referuntur, quod ad ſenſum ſaltem, ex titulo *de eo, qui cauſa cadit*: quaſi Paulus hic generaliter egerit de illis, qui male agendo formula exciderent: quod tunc maxime fiebat, ſi quis appoſita actione non uteretur, ut conſtat vel ex Cicerone *de invention. lib. 11. cap. 19.* De quo plura habet Briſſonius *de formul. lib. V.* Vnde & reorum patroni actores in fraudem inducere nitebantur, ut male agerent: quos tamen interdum reſtituebat Prætor. Seneca *epiſt. XLVIII. Quid enim aliud agitis, cum eum, quem interrogatis, in fraudem inducitis, quam ut formula cecidiſſe videatur? Sed quemadmodum illos Prator, ſic hos Philoſophia in integrum reſtituit.* Ac talia forte quædam præmiſſa hic quondam fuere, quibus hodie caremus: deinceps vero ea, quæ hic leguntur, a Paulo ſubjecta hoc modo. *Plus petendo cauſa cadimus &c.* quo modo niſi hæc legantur, oratio non conſtabit: non enim cauſa cadimus loco, &c. ſed plus petendo loco, &c. Et vereor, ne ex verbis illis, *plus petendo*, quæ erant pars ipſius ſententiæ, fit factus titulus: vel, ſi titulus fuerit *de plus petendo*, illa verba in ſententia ipſa omiſſa ſint, ut ſæpe a librariis factum eſt in illis, quæ reiterabantur. Tales vero, qui ita ex juſta cauſa ſuccubuerant, quo pacto a Prætore reſtituti fuerint, docet Imperator *§. 33. inſt. de actionib.* ut ita hæc quoque non incongrue omnino hoc loco tradantur. Anteriore alioquin loco hunc titulum in Edicto perpetuo ponit Jac. Gothofredus *in Ordin. Edict. perpet.* SCHVLTING.

2. *Cauſa*

Digitized by Google

1. [a]Causa cadimus [b] aut loco, aut summa, aut tempore, aut [c] qualitate. Loco, si alibi: summa, si plus, quam damus, petimus: tempore, [d] repetendo ante tempus: qualitate, ejusdem speciei [e] rem meliorem postulantes.

INTERPRETATIO. *Causam perdit, quicunque aut* [7] *commendatum, sive commodatum aliquid alibi sibi, quam placuit, dari petierit; aut plus, quam datum est, reddi poposcerit; aut ante tempus, quam redhibitio promissa est, petierit reformari; aut meliorem speciem, quam dederat, postularit.*

2. *Causa cadimus, aut loco, aut summa, &c.*] Plus petitur quatuor modis, ut plenius explicatur in §. *plus, &* §. *huic autem, de actio.* Qui plus petit, causa cadit, ut *infra lib. 11. tit. 5.* Sed eo nomine minor restituitur, & major ob justum errorem, §. *si quis agens, 23. eod. tit.* Hodie ex Zenonis constitutione qui plus tempore petit, alterum tantum temporis sine ullo interusurio expectat, quanto statutum tempus antevertere conatus est, & sumptus prioris litis refundit. Qui vero plus loco, vel summa, vel qualitate petit, ex constitutione Justiniani omne damnum præstat in triplum. & qui reo debita quantitate ampliorem cautionem dolo malo exprimit, etiam jus omne crediti amittit. CVIAC.

2. *Causa cadimus*] Inde *periculum plus petendi, tit. 13. B. §. 5. lib. III. tit. 8. §. 2.* Hodie id fit tantum speciali casu *Novell. 15. cap. 4.*

3. *Aut loco, aut summa &c.*] Eusebius, vel, ut alii malunt, Eucherius *Homilia XI. de Pascha*, cujus verba valde laudat Rupertus *ad Enchirid. Pompon. l. 2. §. 6. D. de Origin. jur.* & adducit quoque Janus a Costa *ad d. §. 33. Inst. de actionib.* minus recte hæc enumerat, *Loco, tempore, genere, qualitate.* Duo enim posteriora pertinent ad causam: & omissa est species primaria, quæ fit re ipsa SCHULTING.

4. *Qualitate*] Imperator dicit *causa §. 33. Inst. de actionib.* In *l. 2. Cod. Hermogenian. de calumniatorib. & plus petend.* dicitur, *causa, qualitate, æstimatione.* sed forte posteriora duo verba sunt interpretatio verbi *causa.* IDEM.

5. *Repetendo*] Ita Sichard. sed Cujac. *petendo.* RITTERSHVS. In editionibus cum interpp. Cujacii est *petendo*, in aliis omnibus antiquis, etiam Cujacianis, *repetendo*, sine mentione variationis in libris veteribus. Alioquin non tantum repetendo, sed & petendo peccari hic posse constat. SCHULTING.

6. *Rem meliorem postulantes*] Imo & etsi viliorem petas, idem est: non enim electionem reo debes coangustare, §. *33. Inst. de actionib.* Vereor, ne Anianus & hic non expresserit distincte Pauli sensum. IDEM.

7. *Commendatum, sive commodatum*] Sic edit Lugd. CIↃIↃLXVI. aliæque illam secutæ: ut & mox habent *placuit* pro *dedit*, quod secutus sum. Rittershusius habet tantum *commendatum*: & mox *dedit*, pro *placuit*, cum Sich. qui tamen de utroque quid habet in margine, & invenit procul dubio in aliquibus libris. Ceterum nec hic Anianus recte Paulum interpretatur, dum speciem ponit in commendato, hoc est, depositio, ac commodato, adeoque negotiis bonæ fidei; in quibus pœnæ plus petendi, saltem ob rem, locum, causamque non erat locus: certe enim aliquid est jam præstandum: & judex judicat ex bona fide: illa vero nonvult, ideo, quia totum, vel ita non debetur, statim omnino nihil deberi. Atque id juris fuisse, constat ex Cicerone pro *Rosc. Comœd. cap. 4.* & Seneca *de benefic. lib. III. cap. 5.* Notatum id jam Hotmano, & Jano a Costa *ad d. §. 33.* Vnde & hic, si alio loco petatur, actio non fit arbitraria, *l. 7. D. de eo quod cert. loc. dar. oport.* In arbitrariis vero etiam plus petere non licuit: unde tam sollicite quæritur, an & incertam partem vindicare liceat, *l. 76. §. 1. D. de rei vindication.* De jure novo hac in parte videndus Cujacius *Observation. lib. XII. cap. 21.* IDEM.

TITVLVS XI.

De Satisdando.

1. Hic titulus quoque est in Codice, ac fuit olim in Edicto perpetuo: illumque illustrarunt Paulus & Vlpianus *lib. XIV. ad Edictum.* confer. *l. 7. l. 8. D. qui satisdar. cogantur. l. 5. D. de hereditat. petition. l. 7. D. de stipulationib. Prætor. l. 7. D. judicat. solv.* Tribonianus titulum illum a Pandectis abesse voluit, procul dubio ob aliam hodie satisdationum formam: hanc enim illo tempore fuisse mutatam, patet ex *pr. Inst. de satisdation.* Non pauca tamen, quæ ad hunc titulum

1. [a]Quo

re ipsa pertinuerant, adeoque ad cautiones illas, quæ postquam jam in jus ventum est, obtinent, retulit sub titulum *qui satisdar. cogant.* Videantur *l. 1. l. 7. l. 8. l. 9. D. d. t.* ne dicam de quibusdam eo relatis, quæ JCti occasione Prætoriarum stipulationum erant commentati, atque ad illas stipulationes pertinentibus, veluti *l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. D. d. t.* vel quæ ad appellationes spectant, *l. 15. d. t.* Vt adeo ea, quæ sub illo titulo leguntur, ad cautionem judicio sisti nulla

ratione

1. [2]Quoties hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: & [3]si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare

ratione omnia possint referri. Sed eo spectant *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5.* Multa hic dicta videntur a Paulo, ex quibus pauca admodum Anianus delibavit. SCHVLT.

2. *Quoties hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: &c*] Petita hereditate, aut satisdare debet possessor de ea re conservanda, aut eo non satisdante in petitorem satisdantem transferenda est possessio, ut alteri probandi onus incumbat: Neutro satisdante, potior est possessor. Hanc Pauli sententiam omnium optime confirmat *l. de bonis, 6. D. §. ult. D. de Carb. edict.* ex qua sic etiam *l. quaeritur, 14. eod. tit.* accipienda est, ut nondum translata possessione rerum, si pubuerit possessor Carbonianus, petitoris partes sustineat, nisi adversario cessante satisdare paratus sit. Et haec est, quae solita cautio dicitur in *l. 5. D. de hered. petit.* de qua & in *l. ex libero, 15. §. ult. D. de quaestionib.* & apud M. Tullium id recte Asconius accipit, quod is scribit III. *in Verrem*, in hunc modum. *Si quis testamento se heredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hereditatem, aut pro praede litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret, ita de hereditate certaret.* Similiter autem emancipatus suo aut recte cavere debet de conferendis propriis bonis, aut si suus caveat de restituenda portione emancipato, cum conferre coeperit, in eum transferenda est possessio: sed neutro cavente, curator, & quasi sequestro portioni datur, *l. 1. §. si frater. l. 2. §. ultim. D. de collat.* Item heres fideicommissario condemnatus, si provocaverit, aut de fideicommisso cavere debet, aut si caveat adversarius, in eum transferenda est possessio ex rescripto M. Antonini: sed neutro cavente, aut res sequestratur, aut jurisdictio restituitur, id est, ex edicto is, qui vicit, fideicommissi servandi causa, simul in possessionem omnium bonorum custodiae causa esse jubetur. Vbi illud animadvertendum est, rescriptum Marci ab edicto multum hac in re distare. Nam qui edicto mittitur in possessionem, solus non possidet, sed cum herede, aut certe custodit verius & observat bona, quam possidet. Is vero, in quem ex rescripto transfertur possessio, solus rem vere possidet, sicut & in superioribus exemplis, suus, in quem ex edicto translata est portionis emancipati possessio, & petitor hereditatis, in quem non cavente possessore, possessio translata est, solus possidet: & ideo his casibus ab eo, in quem translata est possessio, cautio praestatur: Illo autem casu, quo simul in possessione esse jubetur custodiae causa, cautio non praestatur: ut merito reprehendantur, qui & illis casibus non possessionem, sed magis custodiam concedi scribunt. Et ad haec quidem omnia pertinet *l. postquam, 5. §. Imperator, D. ut legat. no. cav.* in qua manifestum illud est, nec tamen notatu indignum, vulgo perperam legi, *sed quare non caverat*, cum sit legendum, *Sed quare non caveret.* Cetera uti in eo §. accipienda sint, ex iis, quae ante dicta sunt, satis colligitur. At superioribus exemplis hic adjungi etiam aliud oportet ex *l. 1. C. uti possid.* Reddito interdicto Vti possidetis, tum si petitorio judicio agatur, satisdare debet petitori is, qui in possessione potior est: aut si non satisdat, in petitorem satisdantem transferenda possessio est: ita ut alteri incumbat onus probandi, & hoc aperte dicit *l. 2.* & superiorum exemplorum similitudine manifesto confirmatur. Qua de re admoniti quidam, in quo non oportet manere, in eo ut perstent, sic eam legem malunt adhuc interpretari, ut qui vim fecit, quo minus possideas, Vti possidetis interdicto victus satisdet, se vim non facturum, quoad de proprietate probaverit: qui autem vi te dejecerit, victus interdicto Vti possidetis, ut in te possessionem transferat. Quorum sententiam omnes derident, scholasticosque appellant, ea ratione, qua apud Galenum diatritarios medicos, scholasticos vocitari scriptum est: nec immerito. Primum enim qui victus est interdicto Vti possidetis, nunc si petitoria actione velit experiri, tantum abest ut satisdare debeat, ut ei potius satisdari oporteat. Idque exemplo etiam ejus, qui usumfructum aut servitutem vindicat, *l. pen. D. de aq. quot. & aestiv. l. cujusumque, 60. §. ult. D. de usufr.* quo tamen ipsi perverse utuntur. Et enim, qui servitutem vindicat, cavet reus, quamdiu is de jure suo docuerit, actorem se non impediturum: reo nihil cavetur. Sed & cum negatoria agitur, a reo cautio praestatur. Tum vitiosum illud etiam est, quod ajunt, dejecto dari interdictum Vti possidetis. Hoc enim interdictum possessorem tuetur: inutem, qui dejectus est, ne animo quidem possidere potest, *l. clam. 6. in fi. D. de adquir. possess. l. 1. §. sive autem, D. unde vi & de vi arm.* nisi quis animo possidere sic interpretetur, ita animum informare, ut fingas, te possidere, quamvis revera intelligas ereptam tibi possessionem esse, aut eam te nunquam adquisivisse, quod deridiculum est. Igitur is, qui corpore possidet, dejectus non corpore tantum, sed de animo desinit possidere: & qui animo tantum possidet, si corpore per vim non sinatur possidere, animo possessionem statim amittit, & idcirco ei Vti possidetis interdictum non datur, Vnde vi datur. Praeterea cum soleat translata possessio pro satisdatione cedere, ut & in specie *l. edificarium, 45. D. de dam. infect.* illi suis interpretationibus efficiunt, ut quae in *d. l. 1.* manifesto sensu succedit satisdationi translatio possessionis, ab ea separetur, & satisdationi alius, translationi possessionis alius casus tribuatur. Sed de his satis. Illud mihi non esse praetermittendum videtur, in specie *d. l. 1.* neutro satisdante, potiorem haberi eum, qui interdicto vicerit. Nam, & Paulus noster ait, in pari causa potior est possessor: quam regulam in hoc interdicto servari ostendit §. *retinenda, de interdict.* CVIAC. De cautione ab hereditatis possessore praestanda agunt Viri Eruditi ad Ciceronem *in Verr. lib. 1. cap. 45.* & inter eos quoque Jac. Menardus. De satisdatione quoque judicatum

dare noluerit, penes poſſeſſorem poſſeſſio remanet: in pari enim cauſa potior eſt poſſeſſor.

INTERPRETATIO. *Si quicunque hereditatem ex defuncti voluntate, aut teſtamenti conditione poſſideat, quam alter ſibi debitam eſſe contendit, petitor jure poſtulat, ut ei a poſſeſſore [4] ſatisdatio detur, quae omnia hereditaria corpora ſalva futura eſſe promittat, uſque in cognitionis eventum. Et ſi poſſeſſor ex hac re conventus hujuſmodi ſatisdationem non providerit, dato a petitore fidejuſſore, ad eum hereditaria corpora transferuntur. Si vero petitor [5] ſatisdatorem non dederit, penes poſſeſſorem uſque ad eventum judicii poſſeſſio remanebit.*

2. [6] Vſufructuarius [7] de utendo uſufructu ſatisdare debet, [8] ſe perinde uſurum, ac ſi [9] ipſe paterfamilias uteretur.

INTERPRETATIO. *Vſufructuarius proprietatis domino ſatisdatorem dare compellitur, ſe uſufructu ſuo non aliter uſurum, quam ipſe proprietatis dominus uti potuit diligenter.*

eatum ſolvi in actionibus aliis in rem praeſtandis veſtigia quaedam in Pandectis notavit Cujacius *ad pr. Inſt. de ſatisdationib.* nec alio ſpectat *l. 11. D. qui ſatisdar. cogant.* Cum vero a reo ea non praeſtita, actor ſatisdare, & poſſeſſionem in ſe transferre potuerit jure ordinario, quid opus erat ab Vlpiano *l. 7. §. ult. D. d. t.* ubi haec ipſa de re ſcripſit, ſatisdationis neceſſitatem reſtringere ad res mobiles? At id conveniens juri novo, quo reus tantum cavet pro ſua perſona, & de permanendo in judicio, §. 4. *Inſt. d. t.* in quo actori ſaepe parum praeſidii; maxime in lite de re mobili, ſi ſuſpecta ſit rei perſona. Non alienus itaque ſum a ſententia V. C. Ant. Fabri *Rationalib. ad d. l. 7.* Tribonianum de ſuo quaedam Vlpiano adjeciſſe: quamvis rationes ipſius id non ita evincant, ideoque ab aliis refutatae ſint. Illud quoque notandum, judici ibi dici aliquid fedare; verum res antiquo jure hic nondum ad illum erat delata: ſed etiamnum apud Praetorem praeparabatur. Res vero ipſa ſane eſt aequiſſima, ut tali in ſpecie ob non praeſtitam cautionem fiat ſequeſtratio. SCHULTING.

3. *Si ſatis*] Ita lego pro eo, quod vulgo, *ſatisdatio.* Sed tamen & Vlpianus ita loquitur, *ſatisdationem dare, l. 7. §. ult. D Qui ſatiſd. cog.* Sichar. hanc ſent. dirimit in duas. RITTERSHUS. Ingenioſe Rittershuſius emendat, *ſi ſatis non detur:* ac verba *l. 7. §. ult. D. qui ſatiſdar. cogant.* ipſi non obſtare, ex modo dictis liquet. Miror tamen, quod id in contextum receperit, praeter omnium librorum fidem. Putem vulgatam lectionem eſſe ab Aniano: & ſcripſiſſe Paulum, *ſatis non datur:* aut etiam *ſatisdatio non praeſtatur*, ut *d. l. 7. §. 1. D. d. t.* At *ſatisdationem dare* plane inelegans eſt. Sententiam vero hanc non duxi cum quibuſdam in duas divellendam: ſed prout illam tamquam unam interpretati ſunt Anianus & Cujacius, ita relinquendam eſſe. SCHULTING.

4. *Satisdatio*] Ita ex editione Pariſ. CIↃIↃLXXXVI. reſtitui: aliae habent *ſatisfactio:* quod tamen nec quadrat ipſius ſententiae verbis, nec ſequentibus Aniani. quid inter haec intercederit notum ex *l. 1. D. qui ſatiſdar. cogant. l. 5. §. 3. D. de verbor. obligationib.* Non male ceteroquin Aniani interpretatio hic ſe habet. IDEM.

5. *Satisdatorem*] Satisdator eſt ipſe, qui ſatis praeſtat; non vero ejus fidejuſſor, quo modo hic, & mox iterum loquitur Interpres.

6. *Vſufructuarius de utendo uſufructu ſatisdare debet, &c.*] Vſufructuarius satisdare debet ſe uſurum fruitum, perinde ac patremfam. ad quem proprietas ſpectat, *l. 1. D. uſufruct. quem. cau. l. 4. C. de uſufr.* ſi non satisfecerit, ei denegantur actiones, *l. ſi cuſus, 13. §. 1. D. de uſufr. & infr. lib III. tit. de legatis.* CUIAC.

7. *De utendo uſufructu*] Nec haec phraſis eſt Paull: ſed eſt Aniani; qui etiam ſic in interpretatione loquitur. Proprie, *de utendo fruendo rebus.*

8. *Se*] Τὸ *ſe* non habet Cujac. RITTERSHUS. Solae edd. cum Interpp. Cuj. non habent *ſe.*

9. *Ipſe paterfamilias*] Alibi, *optimus paterfamilias, lib. III. tit. 6. §. 29.*

TITVLVS XII.

[1]*De Judiciis omnibus.*

1. [2]Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur.

INTERPRETATIO. [3]*Hi, qui in causis suis falsa Principium rescripta detulerint, ut falsarii puniantur.*

2. [4]Ex his, qui ancillam corrupit alienam, aliam reformare cogendus est.

3. [5]Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non [6] tenetur.

4. [7]In caput domini, patronive [8] nec servus, nec libertus interrogari potest.

5. [9]Praegnantes neque torqueri, neque damnari, nisi post editum partum possunt.

6. [10] Qui

1. *De judiciis omnibus*] Quidam codices, *De judiciis*, quod probat edicti perpetui sive Pandectarum ordo. CVIAC. De judiciis hoc in loco in Edicto quoque perpetuo actum fuisse, quemadmodum constat ex serie Digestorum & Codicis, ita simul certum est, Praetorem edixisse tantum de privatis & civilibus judiciis. Hac vero occasione forsitan Paulus nonnulla quoque de criminalibus, & publicis, adeoque, ut est in inscriptione, de *omnibus* judiciis tradiderit. Admodum vero pauca ex eo Anianus nobis conservavit. SCHVLTING.

2. *Hi qui falsa rescriptione usi fuerint &c.*] Qui falsis rescriptis utitur, lege Cornelia tenetur, *l. 4. C. ad l. Corn. de falf.* CVIAC.

3. *Hi, qui in causis &c.*] Adduntur haec, nec non § 3. 5. 6. & interpretatio § 7. in Capitularibus *lib. VII. cap. 100.*

4. *Ex his, qui ancillam corruperit alienam, &c*] Qui ancillam alienam stupravit, tenetur injuriarum actione, *l. inter liberas, 6. D. ad leg. Jul. de adult.* in qua ita fiet condemnatio commodissime, si aliam incorruptam dare jubeatur. Quod ait, *ex his*, id est, praeter eos, de quibus supra dictum est, ut apud Livium *lib. XXIX. Voluntarios mil ordinavit, centuriavitque ex his trecentos juvenes circa se habebat, ignorantes quem ad usum, neque centuriati, neque armati servarentur.* Sed malim legere, *Is qui*, Abest haec sententia a nonnullis codicibus scriptis. CVIAC. Videntur potius Interpretis, quam Pauli verba. RITTERSHVS. Interpretatio illa verborum Livii *lib. XXIX. init.* quae Cujacio aliisque placuit, explosa est merito a V. C Joh. Fred. Gronovio. *ad Liv. d. l.* Emendationem vero Cujacianam, ut hic legatur, *Is, qui*, probo. Rittershusius hanc sententiam rejecit ad finem tituli sequentis: quod nimis audax, nec imitandum mihi visum est: quin & Paulum talia potius sub titulo *ad legem Aquiliam* tradidisse crediderim; quo etiam talia aliquando pertinent, *vid. tit. seq. §. 6 l. 6. pr. D. ad leg. Jul. de adulter.* & ab Aniano illa aliq relata. At re ipsa nec huic, nec sequenti titulo hoc satis quadrabat. Interpretis hoc esse arguit, eum verbum *reformare*, quod Aniano frequens *vid. ad tit. 4. §. 3.* Paulo ipsiusque saeculo hoc significatu insolitum; tum quod restitutio ancillae sit poena hic prorsus non apposita, sive injuriarum, sive lege Aquilia agatur. SCHVLT.

5. *Qui falsum nesciens allegavit, &c.*] Ignorans falsi non tenetur, *l. nec exemplum C. ad leg. Corn. l. de falf.* CVIAC.

6. *Non tenetur*] His Rittershusius subjecit §. *rescriptum 7.* ob materiae affinitatem, ut ita tres de quaestionibus sententiae continua serie connexae sint: sed solus: & hac ratione multa forent transponenda.

7. *In caput domini, patronive nec servus, &c.*] Servus in dominum, libertus in patronum non interrogatur, *l. liberterum, 12. l. servos, 8. C. de testib.* CVIAC. Miror, quid hic faciant 3. seqq. sententiae, quae potius ad tit. *De Quaestionib.* pertinent, qui erit *infr. lib. V. tit. 14.* RITTERSHVS.

8. *Nec servus*] Hac de re agitur *lib. V. tit. 16. §. 5.* ubi aliquid notabimus.

9. *Praegnantes neque torqueri, &c.*] Praegnans neque torqueri, neque summo supplicio affici potest, *l. Imperator, 12 D de stat. hom. l. praegnantis, 3 D. de poen.* Quint. *in declam. CCLXXVII. Supplicia*, inquit, *praegnantium lex differri in diem partus jubet.* Idem Clem. Alex. scribit *lib. 11. Strom.* & Aelianus *lib. V. var. histor.* & Plutarchus *in lib. de sera num. vind.* & Didorus 11. *cap. 3.* CVIAC. Plura hac de re collegit D. Gothofredus *ad l. 3. D. de poen.* Mornacius *ad l. 18. D. de stat. homin.* Menagius *Amoenitat. Jur. Civil. cap. 21.*

10. Qui

6. [16] Qui rescriptum a Principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur.

7. [17] Qui de se confessus est, in alium [18] torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit.

INTERPRETATIO. [17] *Qui de se confessus est, super alium credi non potest.*

* Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt, quaestio de his habenda non est, nisi si aliquibus suspicionibus urgeantur. LEX EST VLTIMA D. DE QVAESTIONIBVS.

* Per minorem causam majori cognitioni praejudicium fieri non oportet:

16. *Qui rescriptum a Principe falsa allegatione elicuerint, &c.*] Rescripto per mendacium impetrato uti non licet, *l. & si legibus, 3. C. si con. jus vel util. pub.* haec sentent. in libris excusis deest. CVJAC.

17. *Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, &c.*] Ideo is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torquetur: quia de salute sua desperavit. *l. reperi, 16. D. de quaest.* CVJAC.

18. *Torqueri non potest*] Obstare videtur *l. 29. qui ultimo, in fin. D. de pœn.* RITTERSHVS. *in Indic. v. torquere.* Interpres dicit, tali non posse credi: sicque etiam scriptum est in Capitularibus *dict. loc.* cui simile *lib. V. cap. 313.* Diversa tamen sunt, alitui non credi generaliter, & in alium non torqueri. Idem vero cavit Divus Pius, teste Modestino *l. 16. §. 1. D. de quaestionib.* idque veteris juris auctoritati adscribitur *l. ult. C. de accusationib.* Ratio Pauli egregia: *ne salutem alienam in dubium deducat, qui de sua desperavit.* Nec abs re est illud M. Senecæ *lib. IV. Controvers. 29. Nullum magis adversarium timeas, quam qui vivere non potest, occidere potest.* & ibidem. *Praecipitati non quod impulit tantum trahunt, sed & quod occurrit: & naturali quodam deplorata mentis affectu morientibus gratissimum est commori.* Unde & Viri Insignes in eam concessere sententiam, de confessis quocumque tandem modo, sive sponte, sive per tormenta, non esse in alios habendam quaestionem, sed tantum de convictis. Ita Cujacius & Giphanius *ad d. l. ult. C. de accusationib.* Hotmannus *ad l. 11 C. de testib.* Sed convicti confessique in specie huic non dissimili conjunguntur *l. 4 C. de quaestionib.* & in *l. 1. §. ult. D. de quaestionib.* de eo, qui ultro homicidium confessus erat, habita refertur in conscios quaestio, probantibus factum Imperatoribus. Imo id ipsum moris fuisse ostendit evidentissime Tertullianus *Apologetic. cap. 2.* his verbis: *Si quando de aliquo nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicida, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (ut de nostris elogiis loquar) contenti sitis ad pronunciandum: nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, locum, modum, conscios, socios.* Atque haec per tormenta quaesita esse docet postea, dum ait: *Neque ideo non putaretis requirendo quaestionibus scelera, quia certis effatis admitti ea ex nominis confessione, qui hodie de confesso homicida ordinem exterquetis admisit.* Similia habet *lib. 1. ad nationes cap. 2.* Apulejus quoque *Metamorphos. lib. III. De scelere quidem, quod serio vindicandum est, ne ipse quidem, qui commisit, potest diffiteri. Sed una tamen subsiciva sollicitudo nobis relicta est, ut ceteros socios tanti facinoris requiramus: nec enim verisimile est, hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes, proin tormentis veritas eruenda.* Sic & apud Achillem Tatium *de Clitophont. & Leucipp. amorib lib. VII.* Clitophon eadem confessus quaestioni subjicitur in Melittam tamquam rei consciam, περὶ τῦ τὴν Μελίτην τῷ φόνῳ συνεργεῖν. Vt adeo de confessis quaestionem non haberi, verum non sit. Distinctio inter crimina, quae vel sine, vel cum sociis patrari solent, quem habet Jac. Gothofredus *ad Tertullian. ad nation. d. loc.* non sufficit: quoniam non, nisi de illis, quae verisimile est, non sine consciis patrata fuisse, ejusmodi quaestio moveri potest: & quid absurdius esset, quam tali de re ambigere in crimine, in cujus societatem neminem venisse foret credibile? Magis placet, quod idem Vir Insignis scribit *ad l. ult. Cod. Theod. de accusationib. & inscriptionib.* ex confessis sua sponte absque tormentis, de sociis etiam seperatim per tormenta quaeri posse; quo etiam pertinent ante adducta: non vero de illis, qui in quaestione confessi sunt; quibus nulla hac in parte fides habetur, nec etiam interrogantur, ut clare patet ex *l. ult. C. de accusationib. & inscriptionib.* Ac Modestinus quoque in *l. 16. pr. D. de quaestionib.* locutus erat de repetenda quaestione: atque ita in §. 1. id bene quoque indicat, non obtinere, ut repetatur ad eruendos consceios tantum. Ita quoque Modestinum intellexit Accursius, allegans exceptionem ab hac regula occurrere *l. 17. D. de S. C. Silanian. & Claudian.* Verum in illo S. C. multa sunt singularia. Ratio vero, quam Paulus dat, maxime in illis valet, quibus invitis extorta est confessio: quique adeo jam maxime adacti sunt ad desperationem. Nihil obstat his *l. 29. D. de pœn.* a Rittershusio objecta: quae hanc quaestionem non tangit, sed de damnatis ultimo supplicio in genere loquitur. SCHVLTING.

12. *Qui de se confessus est, &c.*] Vide *16. §. 1. D. de quaestionib.* RITTERSHVS.

tet: major enim quaeſtio minorem cauſam ad ſe trahit. LEX EST LIV. D. DE JVDICIIS.

* [14] In crimine adulterii nulla danda dilatio eſt: niſi ut perſonae exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc cauſa cognita permiſerit. LEX EST XLI. D. AD LEG. JVL. DE ADVLTER.

14. *In crimine adulterii nulla danda dilatio eſt, &c.*] Idem habemus ex parte *lib. II. tit. 26. §. 3.* Quoniam vero numerus libri in codice Florentino verbo, non nota eſt ſcriptus, non auſim inſcriptioni controverſiam movere, quod facit Cujacius *ad dict. loc.* Et ſiquidem hic & titulo ſequenti multa ad judicia etiam publica pertinentia habemus, hanc ſententiam non prorſus male hic locum reperire poſſe exiſtimavi.

TITVLVS XIII. A

De Judicato.

1. [1] Qui exhibiturum ſe aliquem judicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur.

INTERPRETATIO. *Cautio ſolvitur, ſi pro cujus praeſentia cautum fuerat, moriatur.*

* [3] Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. [4] Item eum, qui apud acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit, etſi officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur. LEX EST XVII. D. DE IN JVS VOCANDO.

2. [5] Filiusfamilias juſſu patris manumittere poteſt; matris non poteſt.

3. [6] Is

1. *De Judicato*] Titulum hunc tolli volebat Cujacius *inf. ad lib. V. tit. 20.* nulla ratione addita: hunc etiam ſuſtulit editor Aurelianenſis, quod ſequi nolui: & ipſe Cujacius in Lugd. edit. cIↃIↃLXVI. illum reliquit, atque id in Pariſ. & Genev. cIↃIↃLXXXVI. obſervatum eſt. In Edicto perpetuo de judicato, ſive re judicata, alibi agitur, ut Pandectarum ac Codicis ordo, & inſcriptiones legum plurimarum in Pandectis evincunt: ac ipſe Paulus de effectu ſententiarum agit *lib. V. tit. 5.* ut proinde nec ego aſſerere auſim, Paulum hic titulum talem poſuiſſe: & quae hic habentur, ad rem judicatam non omnia pertinent: quamvis de ea ejuſque exſecutione quaedam in hoc libro habuiſſe Paulum, pateat ex *l. 45. l. 54. D. de re judicat. l. 38. D. de reb. auctorit. jud. poſſidend.* Ad officium vero jus dicentis judicisque pertinentia hic varia habentur. Videtur etiam Anianus nonnulla ex diverſis titulis delibata in hunc confuſe contuliſſe; quae tamen pro arbitratu noſtro non debent refingi. SCHVLTING.

2. *Qui exhibiturum ſe aliquem judicio caverit, &c.*] Si homo ſiſti promiſſus ante diem ſine dolo promiſſoris deceſſerit, promiſſor liberatur, *l. 4. D. qui ſatisd. cog.* Vetus quidam interpres ſic ad hunc locum ſcripſit, *Cautio ſolvitur, ſi pro cujus praeſentia cautum fuerat, moriatur.* fit autem haec cautio apud officium, vel apud acta, *l. eum pro quo, 17. D. de in jus voc.* CVJAC.

3. *Eum, pro quo quis apud officium cavit, &c.*] Ritterhuſius haec appoſite, ratione primae ſententiae, huc retulit, praemonſtrante viam quodammodo Cujacio *ad §. 1.* Aurelianenſis haec habet ſub titulo *de in jus vocando*, ubi aliquid monui.

4. *Item eum, qui*] Charondas emendat. *Item cum quis.* Sed Caſp. Barthius *Adverſarior lib. XXV. cap. 14.* defendit *eum*, ut accuſativus ſumatur pro nominativo. Malo dicere, hic ſubintelligi *quod ad*, vel ſimile: quod frequens eſſe in accuſativis abſolutis in initio periodorum docet Vir Praeclarus, Jac. Perizonius *ad Sanct. Minerv. lib. II. cap. 5.* SCHVLTING.

5. *Filiusfamilias juſſu patris manumittere poteſt, &c.*] Pater ſervum ſuum per filiumfamilias manumittere poteſt, & avus per nepotem ex filio, *l. nepos, 22. D. de manumiſſ.* quia eadem perſona eſt patris & filii, avi & nepotis ex filio, propter vinculum poteſtatis. Quae ratio ceſſat in matre, & in nepote ex filia. & ideo nec mater per filium, nec avus per nepotem ex filia, nec pater per filium emancipatum manumittere poteſt. Sed haec perſonarum differentia tollitur a Juſtiniano in *l. 1. §. ult. C. com. de manum.* CVJAC. Plura habet Cujacius *Paratit. l. tit. C. commun. de manumiſſionib.* Eſt vero haec ſententia parum huic loco congrua.

6. Is

3. [6]Is, qui album raſerit, corruperit, ſuſtulerit, mutaverit, [7]quidve aliud propoſitum edicendi cauſa turbaverit, [8]extra ordinem punietur.

INTERPRETATIO. *In eum, qui album curiae raſerit, vitiaverit, vel quodcunque aliud ſcripturae genus ſua praeſumptione turbaverit,* [9] *mutaverit, ſuſtulerit,* [10] *capitaliter* [11] *non expectata ordinis ſententia vindicatur.*

4. [12]Si id, quod emptum eſt [13]neque tradatur, neque mancipetur, venditor cogi poteſt, ut tradat, aut mancipet.

IN-

6. *Is, qui album raſerit, corruperit, &c.*] Hæc ad album curiæ retulit Anianus. Scripta tamen ſunt a Paulo de albo prætoris, quod ſi quis corruperit, raſerit, ſuſtulerit, mutaverit, vel ſi chartam, aliamve materiam publice affixam perpetuæ juriſdictionis cauſa turbaverit, & jure ordinario in eum prætoria actione agitur, *l. ſi quis id quod, 7. D. de juriſdict.* & extra ordinem coërcetur, ut hic Paulus ait, vel pœna falſi, ut in *lib. V.* demonſtratur, & *l. pen. D. ad leg. Corn. de fal.* CVJAC. In Edicto perpetuo jam dudum de albo corrupto actum erat, antequam de judiciis, iisque, quæ ad ea pertinerent, eſſet ſermo. De illo Vlpianus & Paulus commentati ſunt libro III. vid. *l. 7. & l. 9. D. de juriſdiction.* Hic vero jam emenſi ſumus, quæ illi tertio decimo illuſtrarunt; ut liquet ex *l. 3. & ſeqq. D. de recept. qui arbitr. receper. &c. l. 1. l. 3. l. 4. D. naut. caupon. ſtabular. ut recept. reſtit.* adeoque an ex ſuperiori loco hanc ſententiam huc tranſtulerit Anianus, an & ipſe Paulus occaſione eorum, quæ jus dicentium judicumque officia ſpectant, de eo aliquid monuerit, in medium relinquo. SCHVLTING.

7. *Quidve aliud propoſitum edicendi cauſa*] Vlpianus *l. 7. pr. D. de juriſdiction.* dicit, *vel in charta, vel in alia materia:* quæ verba cur in ipſo edicto non fuerint, cauſam non video idoneam: quod & Jano a Coſta videtur *ad §. 12. Inſt. de actionib.* atque ideo pro antiquo gloſſemate habere non auſim, uti vult Cujacius *Obſervation. lib. XXI. cap. 24.* quamvis illa verba, *non quod prout res incidit*, negare nolim manum redolere interpretis ad verba illa, *juriſdictionis perpetuæ cauſa.* SCHVLTING.

8. *Extra ordinem punietur*] Omittit pœnam Io. aureorum edicto ipſo propoſitam ſive Paulus, ſive Anianus. Extraordinariæ pœnæ maxime locus ob inopiam rei, *l. 7. §. 3. D. de juriſdiction.* De hac vero nec edicere, nec ſtatuere potuit Prætor, cum mero imperio careat; ſed magiſtratus ſuperior. Simile habebimus *tit. 15. §. 2.* De pœna falſi *lib. V. tit. 25. §. 4.* IDEM.

9. *Mutaverit, ſuſtulerit*] Sic edit. Genev. cIↃIↃI. XXXVI. & Rittershuſ. & hæc Paulus ipſe habet: ideoque ea reliqui. Abſunt alioquin ab edd. Sich Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & Pariſ. cIↃ IↃ I. XXXVI.

10. *Capitaliter*] Hoc ab Interprete. nihil tale apud Paulum.

11. *Non expectata ordinis ſententia*] Non ſcivit, quid eſſet *extra ordinem*: uti & *ad tit. 5. §. 2. & ad tit. 26. §. 2.*

12. *Si id, quod emptum eſt, &c.*] Hæc ſententia definit illam quæſtionem, de qua interpretes inter ſe certant, an venditor omnimodo cogi poſſit, ut rem tradat, ſi emptor rem ipſam expetat potius, quam id, quod intereſt. Et ait cogi poſſe. quæ fuit olim Martini opinio, multorum conſenſu, multiſque argumentis comprobata. Ait autem cogi venditorem poſſe, ut tradat, aut manciper. Hi duo ſunt modi transferendi dominii: traditio eſt juris gentium, mancipatio juris civilis. CVJAC. Hæc ſententia potius pertinet ad *tit. 17. lib. II.* RITTERSHVS. Ad tradendum teneri primario venditorem certum eſt, *l. 11. §. 2. D. de actionib. empt. & vend.* adeoque hanc ei neceſſitatem incumbere, *§. 2. Inſt. de donationib. §. 1. Inſt. de emption. & venditon.* Verum quo uſque valeat illa neceſſitas, illic non definitur, ſed in *l. 17. C. de fid. inſtrumentor.* hoc explicatur a Juſtiniano, & tanquam in foro uſitatum refertur, venditorem vel rem debere tradere, vel id, quod intereſt, præſtare. Quod etiam ut regulariter uſitatum docetur *l. 1. pr. l. 11. §. 9. D. de actionib. empt. & vendit.* atque ita etiam condemnari videmus venditorem non tradentem cum poſſet *l. 10. pr. D. quib. mod. pign. vel. hypoth. ſolvit.* & quidem procacem, *l. 4. C. de actionib. empt.* Quæ loca generaliter loquentia non poſſunt reſtringi ullo modo, ut tum demum obtineant, ſi res tradi nequeat, vel emptor id patiatur. Nihil non poterit everti, ſi nobis pro lubitu conditiones orationi ſimpliciter prolatæ addere licebit. Atque hæc regula obtinet in omnibus faciendi obligationibus, *l. 13. §. 1. D. de re judicat.* abſque diſtinctione, an facta ſint nuda, an cauſam contineant bonorum, ut traditio. Fruſtra in contrarium profertur *l. 46. D. de actionib. empt.* ubi cogi quidem dicitur venditor implere venditionem; verum non explicatur, quo pacto cogatur. Is vero illic prætexebat, etſi frivole, ſe non teneri ex contractu; quia rem vendiderat alienam, quæ poſtea ipſius erat facta: & forte etiam putabat, rei alienæ venditionem non tenere, nec venditorem obligare. Verbum vero *cogi* & de illis invenitur, qui non faciendo, in id, quod intereſt, vel aliud condemnantur, *l. 4. §. ult. l. 6. §. 2. junct. l. 8. §. 1. D. de edend. add. l. 17. D. de in jus vocand. & confer. l. 81. pr. D. de verbor obligationib.* Ita Cicero *in Verr. lib. II. cap. 12. Non erit neceſſe L. Octavio judici cogere P. Servilium Q. Catulo fundum reſtituere, aut condemnare &c.* Nihil evincit *l. 6.*

C. d.

INTERPRETATIO. *Si eam rem, quam aliquis*[14] *accepto pretio facta venditione distraxit, tradere distulerit, ad traditionem rei, quam vendidit, omnibus modis compellendus est.*

• Acta apud se habita, si partes consentiant,[15] & judex hoc permiserit, potest jubere ea die circumduci: nisi vel negotium, vel lis terminata est.

• [16]De amplianda, vel minuenda poena damnatorum post sententiam dictam sine Principali auctoritate nihil est statuendum.

• Contra indefensos minores tutorem vel curatorem non habentes nulla sententia proferenda est. LEX EST XLV. D. DE RE JVDICATA.

• Con-

C. *de rescindend. vendition.* in qua ne duplo quidem oblato venditor rescissionem contractus impetrare potest. Sed præterquam, quod id, quod interest, non potuisse adsurgere ultra duplum, maxime ob venditoris dolum, nullo modo constet, etiam illic non agitur de re tradenda; sed de venditione rescindenda, ut etiam titulus docet: nec quidquam est, quod vetet accipi illam legem de venditione jam consummata rescindenda: quod supplicans illic tentabat: quale quid & alibi, sed sero, volunt facere venditores, *l. 7. C. eod. tit. l. 12. C. de contrahend. emption. l. 12. C. de rei vindication.* Nec turbat, quod dicitur venditio *consensu facta*: illa enim hic non opponitur consummatæ, sed vi extortæ, dolove elicitæ: ac si alibi dicuntur consensu facta vel peracta, licet adimpleta sint, *l. 8. C. de rescindend. vend. l. uls. D. l. 1. C famil. erciscund. l. 13. C. de transactionib.* Hic locus tamen re vera aliud velle videtur, tam in verbis ipsius sententiæ, quam in interpretatione. Verum contra tot, & tam claras auctoritates ex jure Justinianeo obniti non ausim: nec verisimile auctores in re quotidiani usus dissensisse, uti nec usquam dissensionis fit mentio. Sed nec Paulus dicit, qua ratione sit cogendus venditor, an remediis Prætoriis, quod innuit interpretatio Aniani, an ejus, quod interest condemnatione; cui hic locum esse jam probatum est. Præterea non Anianus infrequens Pauli verba torquere, & quæ ille lenius protulerat, in duriorem partem refingere: adeoque quis nobis certus erit auctor, Pauli hic verba omnia esse, & nihil ab Aniano Visegothicis moribus accommodatum? Tribonianus saltem, qui leges novem & triginta, & quasdam satis prolixas, ex hoc libro in Pandectas retulit, hanc sententiam omisit, ut nunc argumentum inde validum contra totalia sumi non possit. Legi quoque hac de re poterunt, quæ scripto consignarunt Viri Egregii, H. Donellus *ad l. 72. D. de verbor. obligationib. n. 49.* & novissime Joh. Voet *ad tit. de actionib. empt. n. 14.* SCHULTING.

13. *Neque tradatur, neque mancipetur*] Hæc sic conjunguntur *lib. 11. tit. 17. § 3.*

14. *Accepto pretio*] Id ad perfectionem contractus non requiritur. satis est, de eo consensum esse, *pr. Inst. de emption. & venditione.*

15. *Et judex hoc permiserit*] Sive hæc accipias de judice delegato, sive potius cum Græcis de magistratu, de quo & sequens agit sententia, an non ridiculum erit, dicere aliquem hoc posse jubere, ut acta apud se habita circumducantur, sive aboleantur; & simul requirere permissum judicis? Sane si apud magistratum res fuerit gesta, quid hoc ad judicem? & si apud judicem, an non hujus jussus sufficiet? Videntur hæc esse ab interprete quodam inconsulte margini addita, & dein contextui inserta: quod notavit Ant. Faber *Cod. lib. III. tit. 8. defin. in not. n. 6.* Carent iis quoque plane Basilica *lib. IX. tit. 3.* quæ locum ita reddunt. Δύναται ὁ ἄρχων συνιστᾶν τῶν μερῶν ἀντίμισον περιλῦσαι τὰ πραχθέντα. SCHULTING.

16. *De amplianda, vel minuenda pœna damnatorum &c.*] Verbum *ampliare* non est hic *differre*, uti voluerunt Viri Eruditi, Vdalr. Zasius *Intellect. jur. singular. lib. 1. cap. 21.* & Petr. Faber *Semestr. lib. 1. cap. 4.* sed *augere*: ut docet opposita species *minuere*. Nec credo Latine dici *ampliari pœnam*, pro *differri*. ac longe diversum est, quod dicuntur *ampliari* res, causæ, vel rei, quando scilicet pronunciatur, *amplius*, sive non liquere. Videatur Brissonius *de formul. lib. V.* At *ampliare* pro *augere*, *aggravare* sumitur, *l. 7. §. uls. D. de usufruct. l. 24. D. de pact. dot. alib. l. 16. §. 2. D. de aliment. vel. cibar. legat. l. 25. D. de liberation. legat. & alibi.* Nec *minui* accipi potest pro *differri*. Adde, quod dilatio pœnæ ob causam licita fit, *lib. 29. D. de pœn.* maxime jure veteri, ante *l. 5. C. de custod. reor.* Illud vero omnino speciale est, quod in *l. 6. D. de pœn.* petentibus reis dilatio non concedatur: & in *l. 31. D. eod. tit.* non de dilatione pœnæ sola, sed de mittendo, aut transmittendo in alium locum damnato est sermo. Adeoque quod dilationem solam prohibuerit ex causa a magistratu dari, nihil fuit. Mutare vero pœnam semel decretam non licet sine venia Principis, *l. 9. §. 11. D. de pœn.* ut nec remittere; quamvis se errasse magistratus compererit, *l. 27. pr. D. d. tit. l. 1. §. uls. D. de quæstionib.* quem posteriorem locum aliis peculiari lucubratione illustravimus. Basilica hæc verba sic recte reddunt. Αὔξειν ἢ μειῶν τὴν ἀπὸ ψήφου ποινὴν χωρὶς βασιλικῆς ἀδ. IDEM.

17. *Si,*

* Contra pupillum indefensum, eumque, qui Reipublicae causa abest, vel minorem XXV. annis propositum peremptorium nihil momenti habet.

* Is, qui ad majus auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non videtur. LEX EST LIV. D. EODEM TITVLO.

* [17] Is, qui reipublicae causa afuturus erat, si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui non auditur. LEX EST XXXIX. D. EX QVIB. CAVS. MAJOR. XXV. ANN. IN INTEGR. RESTITVVNT.

* Bonis venditis excipiuntur concubina, & liberi naturales.

* Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur. LEX EST XXXVIII. D. DE REB. AVCTORITAT. JVDIC. POSSIDEND. SEV VENDVND.

5. [18] Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, & qui furtum, & qui mores [19] ejus [20] corpusve corruperit.

6. [21] Qui ancillam alienam [22] virginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur.

INTERPRETATIO. *Hae duae* [23] *secundum legem Aquiliam similem poenam habent, ut cum his, quae animo vel corpore corruperunt, alia similia mancipia hujusmodi praesumptores exolvant.*

* [24] In Dardanarios propter falsum mensurarum modum, ob utilitatem popu-

17. *Is, qui reipublica causa afuturus erat, &c.*] Rittershusius hanc sententiam collocavit post titulum *de minorib. XXV. ann.* sub titulo speciali, *ex quibus causis majores XXV. ann. &c.* qualem in Sententiis hisce olim exstitisse nullus equidem negavero. Sed & hic illam locum invenire posse existimavi, iis inductus, quae superiorem sententiam praecesserunt, sive *l. 54. pr. D. de re judicat.* unde haec recte etiam explicat Ant. Faber *Rationalib. ad h. l.* & ex quo loco patet, contra talem absentem & indefensum edictum peremptorium propositum nihil habere momenti. Hic vero habuit procuratorem, per quem defendi potuit: nec etiam restituitur, nisi eatenus, ut possit appellare, *l. ult. D. de in integ. restitutionib.* ubi *rem judicatam* pro *respublicam* recte Viri Eruditi restituerunt. IDEM.

18. *Deteriorem servum facit, &c.*] Haec sententia pertinet ad edictum praetoris, quo in duplum actio in eum datur, qui servum alienum recepisse, persuasisve quid ei dicitur, quo eum deteriorem faceret. Et deteriorem servum fieri Paulus ait, ut puta, si ei fugam, aut furtum suaserit: & generaliter si mores, aut corpus ejus corruperit, *l. 1. §. ult. D. de ser. cor.* CVJAC.

19. *Ejus*] *Et ejus* non habet Cujac. RITTERSHVS. Scilicet, in editionibus cum ipsius interpretationibus. In aliis, etiam ab ipso curatis, vel inde profectis, exstat: adeoque & nos id reliquimus. Haec autem ad titulum *de servo corrupto* pertinere recte vidit Cujacius.

20. *Corpusve*] Exempla sunt *in l. 9. §. 1. D. de ser. corrupt.*

21. *Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, &c.*] Si quis alienam ancillam intempestivam viro stupraverit, lege Aquilia tenetur, *l. si stuprum, 25. D. de injur.* Neque erit deneganda servi quoque corrupti actio, quasi deteriore ancilla effecta, *l. 6. D. ad leg. Jul. de adul.* At si virginem maturam, & viripotentem stupraverit, lege Aquilia non tenetur: injuriarum tenetur, ut *in sit. prox.* dictum est. An & servi corrupti? non puto. Quod enim legitur in *l. 2. D. de ser. cor.* de servo est scriptum, non de ancilla. CVJAC.

22. *Virginem immaturam*] Gravior poena si libera sit puella, *l. 38. §. 3. D. de poen.*

23. *Secundum legem Aquiliam*] De servo corrupto nihil tale est in sententia Pauli: & de illo agit Praetor edicto speciali: & quam inepta sunt, quae de poena addit, similia iis, quae *sit. prac. §. 2.* scripsit? sed falsa, & nec edicto de servo corrupto, nec legi Aquiliae congrua: quibus recte quoque fidem denegat Vir Amplis. Cor. van Bynkershoek *Obs. lib. 1 c. 13.* SCHVLTING.

24. *In Dardanarios &c.*] Hanc sententiam hic quoque exhibet editio Aurelianensis.

popularis annonae, pro modo admissi extra ordinem vindicari placuit. LEX EST XXXVII. D. DE POEN.

[1]TITVLVS XIII. [B]

[2]*Si hereditas, vel quid aliud petatur.*

1. [3]In petitione hereditatis ea veniunt, quae defunctus mortis tempore reliquit; vel ea, quae post mortem [4]ante aditam hereditatem ex ea [5]adquisita sunt.

2. [6]Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris praestare cogendus est.

3. [7]Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in arbitrio petitoris consistit.

4. [8]Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur.

IN-

1. *Titulus XIII. B*] Sequentia cohærent vulgo cum iis, quæ præcesserunt. Sed Cujacius admonet, hic alium dari debuisse titulum, videlicet, *De Petitione hereditatis*, vel, ut est in Consultatione vet. Jurisconsulti, *Si hereditas, vel quid aliud petatur*. RITTERSHVS.

2. *Si hereditas, vel quid aliud petatur*] Anianus hic duobus ex titulis *de hereditatis petitione* & *de rei vindicatione*, quædam videtur corrasisse, quæ sub uno titulo, ab ipso concepto, collocavit. Cujacius *ad lib. V. tit. 20* voluerat hic poni titulum *de petitione hereditatis*: & Observation. *lib. VII. cap. 26.* vel talem, vel qualem hic habemus; cum hactenus hæc cum superioribus cohæsissent. In veteri Consultatione dicitur hic esse titulus VI. sed mox IV. Dubio procul utrique locus est corruptus. Rittershusius ordinem sententiarum, quem omnes Cujacianæ editiones sequuntur, mutavit, ut ipsi sit prima, secunda, tertia, quæ nobis & aliis sexta, septima, & quinta: & quæ aliis prima, secunda, tertia, quarta, ipsi sint quarta, quinta, sexta, septima: quod non est visum mihi imitari. SCHULTING.

3. *In petitione hereditatis ea veniunt, &c.*] In hereditatis petitione veniunt ea, quæ mortis tempore fuerunt, & quæ postea ante aditam hereditatem adquisita sunt. Quæ post aditam hereditatem heres adquisivit, in hereditatis petitione non veniunt, sed propriis actionibus petuntur, *l. & non tantum, 19. §. quod si pro empt. & l. quod si in diem, 16. §. non solum, l. si a domino, 36. §. si possessor, D. de petit. her.* At certe accessiones veniunt, etiam si post aditam hereditatem ex ea accesserint *l. item veniunt, 20. §. item non solum. D. eod. tit.* CVJAC.

4. *Ante aditam hereditatem*] Illa, quamdiu jacuit, vicem ipsius defuncti sustinuit; adeoque res hæ non differunt ab illis, quas ipse defunctus adquisivit. Quæ heres postea nanciscitur diversæ sunt conditionis.

5. *Adquisita*] In vet. Consultatione, *in* qua hæc adducuntur, est *quæsita*.

6. *Possessor hereditatis pretia earum rerum, &c.*] Redactæ pecuniæ ex pretio rerum hereditariarum petitori usuræ non debentur ex S. C. nisi, ut in hoc loco Paulus ait, sciens dolo malo alienaverit, *l. item veniunt, 20. §. petitam, D. de petit. hered.* Scriptum sic erat, *præsentia rerum rerum*, emendavi, *pretia earum rerum*. CVJAC.

7. *Rerum ex hereditate alienatarum æstimatio in arbitrio petitoris consistit*] Si malæ fidei possessor rem hereditariam alienaverit, aut rem ipsam præstare debet, aut quanti in litem petitor juraverit, *l. item veniunt, 20. §. ult. D. de petit. hered.* Hæc sententia in libris excusis deest. IDEM.

8. *Petitio hereditatis, &c.*] Si quis post adquisitam hereditatem decesserit, petitionem hereditatis, licet ex ea litem contestatus non sit, in heredem suum transfert. At si nondum se pro herede gesserit, vel alio modo hereditatem adquisierit: & ideo si nec petitionem hereditatis instituerit, sicut hereditatem, ita eam actionem in heredem suum non transfert. Idemque in petitione hereditatis de inofficioso responsum est in *l. 6. §. ult. D. de inoff. test.* Et hinc puto explicandam esse rationem illam obscuram, qua fieri traditur in *l. 1. §. si impubere, D. de collatio.* ut impubes arrogatus heredi suo relinquat quartæ actionem. Quia personalis actio est, inquit: quod perinde est, ac si diceret, quia hæc actio non est in rem, id est hereditatis petitio non est, nec ita scilicet, impubes sibi vindicat quasi heres bonorum adrogatoris quartam partem, sed agit in personam, & ideo hanc actionem transfert. IDEM. Hæc sent. in vet. Consultat. edita a Cujac.

INTERPRETATIO. *Si auctor de petitione hereditatis ſibi* [9] *debitae* [10] *ita ſilentium geſſit, ut nullam proponeret actionem, heres ejus ab hereditatis ipſius petitione repelletur.*

* 5. [11] Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos pertinet. [12] alioquin plus petendi periculum incurrimus, & cauſam perdimus.

* 6. [13] Qui petit hereditatem, ipſe probare debet, eam ad ſe magis, quam ad eum, qui poſſidet, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, pertinere.

* 7. [14] Eas res, quas quis [15] juris ſui eſſe putat, petere poteſt: ita tamen, ut ipſi incumbat neceſſitas probandi, eas ad ſe pertinere.

* 8. [16] Poſſeſſor hereditatis, qui ex ea fructus capere vel [17] poſſidere neglexit, [18] duplam eorum aeſtimationem praeſtare cogitur.

* 9. Hi fructus in reſtitutione praeſtandi ſunt petitori, quos unuſquiſque diligens paterfamilias [19] & honeſtus colligere potuiſſet.

a Cujac. *in lib. Obſervat.* adfertur ex *lib. 1. Paul. Sent. tit. Si hereditas vel quid aliud petatur.* GIPHAN. Hæc interpretatio Cujacii in editione Fabroti hic eſt omiſſa, & poſt §. *ult.* poſita, magna ſane negligentia.

9. *Debita*] Al. *delata.* RITTERSHVS. Rectius hoc: ſed editiones omnes, quas habeo, nihil mutant.

10. *Ita ſilentium geſſit, &c.*] Rectius Cujacius: hereditatem enim aditam transmitti certiſſimum eſt. imo heres, qui ſcivit, hereditatem ſibi delatam eſſe, intra annum mortuus illam transmittit ex Juſtiniani conſtitutione *l. 19. C. d. jur. deliberand.*

11. *Hereditas pro ea parte peti debet, &c.*] Ex veteri Conſultatione hanc ſententiam protulit Cujacius *Obſervation. lib. VII. cap. 27.* ubi ad ejus illuſtrationem adducit præter titulum *de plus petendo* etiam *lib. 12. tit. 3. de pignorib. §. 9. lib. III. tit. 8. ad legem Falcid. §. 2.* nec non *l. 1. & l. 2. Cod. Hermogenian. de calumniatoribus, & plus petend.*

12. *Alioquin plus petendi periculum incurrimus &c.*] Eodem modo, ut in rei vindicatione: & ante Juſtinianum non conſtitit, hereditatis petitionem eſſe inter actiones bonæ fidei, *§. 28. Inſt. de actionib. l. ult. §. ult. C. de petition. hereditat.* in quibus non erat ita plus petendi periculum: de quo *ad tit. 10.* dictum eſt. SCHVLTING.

13. *Qui petit hereditatem, &c.*] Et has duas ſententias ex eadem Conſultatione hauſit, & primus publicavit Cujacius *Obſervat. lib. VII. cap. 26.*

13. * *Qui petit hereditatem, probare debet &c.*] In petitione hereditatis actori incumbit onus probandi, *l. ſi ſcriptura, 21. C. de probationib. l. quidam, 15. D. eod.* Ex CVJACIO *dict. Obſerv. lib. VII. cap. 26.*

14. *Eas res, quas quis ſui juris eſſe putat, &c.*] Vt in vindicatione hereditatis, ſic & in vindicatione ſingularum rerum, petitori, non poſſeſſori, incumbit onus probandi, *l. is qui, 24. D. de rei vind. l. 2. C. de probat.* & hæc eſt regula vetus. *l. 1. C. Theod. de fide teſt. & inſtrument.* Ex CVJACIO *ibid.*

15. *Juris ſui*] Hoc eſt, dominii ſui, ſic *l. 2. C. de reb. alien. non alienand.*

16. *Poſſeſſor hereditatis &c.*] Has ſententias habet Cujacii editio Lugd. anni cIↃIↃ LXVI. & deinceps aliæ integriores. Vetuſtiores iis carent.

17. *Poſſidere*] Pro *adquirere.* Dubito, an non hoc ſit ab Interprete.

18. *Duplam eorum aeſtimationem praeſtare cogitur*] It, qui in rei vindicatione ſuccubuerat, olim duplione fructuum multabatur: cujus meminit Feſtus *v. vindicia*, de quo plura habet Cujacius *ad Paul. Sent. lib. V. tit. 9. §. 2. Obſervation. lib. V. cap. 21. & lib. IX. cap. 19.* & Jac. Gothofredus ad *l. 1. Cod. Theod. de fructib. & lit. expenſ.* qui hoc reſtringit ad malæ fidei poſſeſſores: quod firmat *l. 1. Cod. Theod. de uſur. rei judicat.* Hic vero ſermo eſt de hereditatis poſſeſſore, nec de fructibus omnibus, ſed iis, quos capere vel adquirere neglexit: idque in eo obtinet, qui ſub conditione inſtitutus accepit bonorum poſſeſſionem, ac ſubſtituto cavit: ut docetur *lib. V. tit. 9. §. 1.* quo forte, & hic locus pertinet. SCHVLTING.

19. *Et honeſtus*] Quamvis ex re non honeſta, *l. 27. §. 1. l. 32. D. de hereditat. petition.* nec enim poſſeſſor, utcumque bonæ fidei ſit, in lucro verſari debet, *l. 20. §. 6. l. 23. l. 25. §. 11. D. hoc tit.*

TITVLVS XIV.

De Via publica.

[a]Si in agrum vicini viam publicam quis rejecerit, [b]tantum in eum viae [c]receptae actio dabitur, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt. EX LEGE VLT. D. DE VIA PVBLIC. ET ITINER. PVBL. REFICIEND.

1. [a]Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus ſolus compellitur.

1. *Tantum*] Edd. vett. quædam *in tantum*, non male.

2. *Receptæ*] Al. *rejectæ*. RITTERSHVS. Et malim ego *rejectæ* legi, ut actio ab injuria illata habeat nomen, ut moris eſt, non a parte patientis.

3. *Qui viam publicam exaraverit &c.*] Viarum publicarum munitio ab omnibus exigitur. Is tamen, qui viam publicam exaraverit, ſolus munitioni alligatur. Eſt hæc Pauli ſententia relata in *l. ult. D. de via publ. & itin. publ. refic.* adjuncta altera, quam, ut & complures alias, hic Aniamus præterniſit. CVJAC. Adde Papianum *Reſponſor. tit. 12.* cui ſimilia in lege Burgundionum *additament. 1. tit. 1. §. 1.*

TITVLVS XV.

Si quadrupes [1]pauperiem fecerit.

1. [2]Si [3]quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, [4]quidve depaſta ſit,

1. *Pauperiem fecerit*] Omnes hactenus, *damnum intulerit*. verum ſic Papianus hunc titulum diſerte laudat *Reſponſor. tit. 14.* quod cum reſpondeat titulo Inſtitutionum & Pandectarum, ac paſſim ita loquantur noſtri, etiam mox ipſe Paulus, non potui non ut genuinum admittere, & repræſentare. SCHVLTING.

2. *Si quadrupes pauperiem fecerit*] Non tantum de pauperie, ſed etiam de paſtu pecoris ex XII. tab. eſt noxalis actio, *l. qui ſervandarum, 14. §. ult. D. de præſcript. verb.* Simul autem, ut hic locus indicio eſt, de pauperie, & de paſtu Decemviri actionem dederunt. Nec enim ſufficiebat de pauperie actio, quia paſtus pecoris pauperies, aut damnum non eſt. His autem actionibus continentur pecudes, non beſtiæ, *l. 1. §. in beſtiis, D ſi quadr. paup. fec. dic.* non canes: nam canes inter pecudes non ſunt, *l 2. D ad leg. Aquil.* Sed idem etiam *lege*, inquit, *Peſulania de cane cavetur.* In libro Lutetiæ edito curante Almarico Bouchardo, duobus annis, antequam Baſilienſem editionem Joh. Sichardus procuraſſet, legitur *Peſolonia.* Equidem legendum opinor, *Solonia.* Sic enim Plutarchus ſcribit in Solone: Ἐγεγράφει δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἂν ἃ μὴ κύων δηκήσῃ παρελθὼν κεκλῳὸς κλειὸν τοῦ μαχέσασθαι διάμετρον. Eandemque legem condit Plato XI. *legum*, his verbis: Ἐὰν ὑποζύγιον ἢ ἵππος, ἢ κύων, ἢτι τῶν ἄλλων θηρίων ἀπειρος εἰμι, &c. CVJAC.

3. *Quadrupes*] Non fera beſtia, quamvis in noſtro ſit dominio: hic enim requiritur damnum contra naturam animalis, *l. 1. §. 7. D h. t.* in beſtiis vero genitalis eſt feritas, *pr. Inſt l. 1 §. 10. D. h. t.* Quinctilianus *Inſtitution Oratoriar. lib. 2. cap. 2. Ad ſævitiam fera gignuntur.* & Chryſoſtomus *in Geneſ. ſermon. 9.* Τὰ θηρία μὲν κατὰ φύσιν πέφευγε τὸ ἄγριον. *Beſtia naturaliter adeſt feritas.* Ideoque, etiamſi in poteſtate noſtra ſint feræ, non poteſt tamen eſſe locus directæ actioni, quandoquidem hic non eſt illud, quod ad pauperiem exigitur. imo niſi in poteſtate alicujus ſit animal, hæc actio prorſus ceſſat, cum noxa caput ſequatur, *l. 1. . . 12. D. h. t.* Adeoque utilis hic tantum contra dominum dabitur actio: de qua recte aliqui intelligunt *§ 1. Inſt. h. t.* quæ & locum habet, quando animal non quadrupes damnum dedit, *l. 4. D. h. t.* De canibus vero ſimpliciter hæc actio datur, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. d. t.* utpote, quæ ad omnes quadrupedes pertineat, *l. 1. § 2. D. h. t.* adeoque non ſolas pecudes: a quibus quidem diſtinguuntur canes, *§. 12. & 13. Inſt. de leg. Aquil. l. 2 §. 2. D. eod. tit.* ſed tamen & ibidem ſeparantur a beſtiis, quas hic ſolas e numero quadrupedum videnus excipi. atque eadem mens Græcis *ad l. 1 §. 3. D h. t. Baſilicor. lib. LX. tit. 2.* In alia ivit Vir Summus *ad h. l. & ad §. 2.* nihil tamen habet, quo ſua probet. SCHVLTING.

4. *Quidve depaſta ſit*] Hoc etiam appellatione pauperiei legem XII. tabb. comprehendiſſe arbitratur Jac. Gothofredus *Not. ad ll. XII. tabb. tab. VII.* actionem

fit, in dominum actio datur, ut [5]aut damni aestimationem subeat, aut [6]quadrupede cedat: quod etiam [7]lege [8]Pesulania [9]de cane cavetur.

INTERPRETATIO. *Si alienum animal cuicunque damnum intulerit, aut alicujus fructus laeserit, dominus ejus aut aestimationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum.*

* [10] *Si quisquam canem habens in plateis, aut in viis publicis, eum diurnis horis* [11] *in ligamina non redegerit, quidquid damni fecerit, id a domino dissolvatur.*

* [12] *Si quis caballum, quodve aliud animal habens scabiosum ita dimiserit, ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum fuerit, similiter ab eo resarciatur.*

2. [13]Feram

nem vero de pastu pecoris obtinere tum demum censet, quando dominus pecora immiserit, *per l. 14. §. ult. D. de praescript. verb.* Sed nihil tale ex illo loco sequitur. Actio de pastu pecoris ideo illic denegatur, quia pecora non paverunt in alieno agro, quo actio illa pertinebat: sed in solo domini alienas fruges absumpserunt. Malo itaque cum Cujacio existimare, de utraque re, pauperie, & pastu pecoris, in XII. tabb. separatim cautum fuisse, & utramque actionem noxalem esse, ut Paulus hic non obscure indicat. Quando vero quis pecus in alienam immisit segetem, quam injuriam vocat Juvenalis *Satyr. XIV. vers. 151.* de damno injuria dato est actio, *l. ult. C. de leg. Aquil.* Imo noctu id factum capitale ex XII. tabb. fuisse, docet Plinius *Natural. Histor. lib. XVIII. cap. 3.* IDEM.

5. *Aut damni aestimationem subeat*] Ad hoc tendit actio judicati: sed noxae dedendae facultatem lex praebet, *l. 6. §. 1. D. de re judicat.* quae res reo ad liberationem proficit, *pr. Inst. hoc tit.*

6. *Quadrupedem dedat*] Sich. *cedat*: male. alii, *quadrupede cedat.* RITTERSHVS.

6. * *Quadrupede cedat*] Ab Aniano hoc esse videtur: & sic Papianus *Responsor. tit. 14.* ubi horum sensum refert, *animali cedat.* nec aliter editio Cujacii Lugd. cIↃ IↃ LXVI. ut & Genev. cIↃ IↃ I XXXVI. quae in margine habent *quadrupedem dedat.* quod in edd. cum interpp. Cujacii, nec non Parisiensi cIↃ IↃ I XXXVI & Rittershusiana exstat: sed nusquam dicitur, id esse ex libris MSS. adeoque lectionem antiquam sine alia auctoritate non duxi in contextu esse mutandam: quamvis Paulum scripsisse *quadrupedem dedat*, ut veteres solent loqui, facile crediderim. SCHVLTING.

7. *Lege Solonia*] Vid. Plutarch. *Solone.* RITTERSH.

8. *Pesulania*] Ita Sichard. nulla variationis facta mentione, ut & Cujacius in edd. cum ipsius interpp. ubi observat, in editione antiquissima legi *Pesolonia*: quam lectionem exhibuit in edit. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & sic Parisi. & Genev. cIↃ IↃ I XXXVI. Ipse hic mavult *Solonia*, intelligens legem Solonis: quod probat Ant. Augustinus *de legib. Roman.* idque in contextum admisit Rittershusius, perinde, quasi constans plane haec esset lectio: quae tamen non plus quam probabilis est: nec abs re, quod Hotmanus *in Enumeration. legum Romanar.* exhibet legem Pesulaniam. Ipsa certe verbi terminatio suadet magis, nomen hic debere exstare legis Romanae. Nec Paulus in libro, ubi fundamenta juris Romani breviter tradit, credi facile potest legem Graeci legislatoris adducturus fuisse: quod quidem recte fecit Cujus, sed ex professo interpretans leges XII. tabularum, inter quas aliquae erant ex Solonis legibus haustae: & huc pertinent *l. ult. D. fin. regundor. l. ult. D. de collat. & corporib.* Fieri vero potuit, ut lex hic memorata de canibus dedendis aliquid caverit, & plura quoque simul; quo pacto & alias ea, de quibus erat actum in XII. tabulis, postea plenius & distinctius cauta fuerunt. Quin & hic plura olim scripta reliquisse Paulum indicat Papianus *Responsor. tit. 14.* cujus verba interpretationi Aniani subjecimus. SCHVLTING.

9. *De cane*] Et de bipede idem placuisse scribit Papianus *tit. 14.* hunc locum laudans: de quo tamen nulla hic mentio.

10. *Si quisquam canem habens &c.*] Has duas sententias ex hoc titulo adducit Papianus *loc. allegat.* quae in Aurelianensi editione tamquam Pauli sententiae leguntur. Ego de rebus ipsis Paulum hic egisse uti facile largior, ita video saepe Papianum res ipsas tantum, non etiam verba accurate referre: nec stylus huc tam Pauli videtur, quam recentioris & impoliti scriptoris: unde & simili littera cum interpretationibus haec exprimenda curavi. Ceteroquin, licet de his forte olim fuerit cautum tale aliquid, nunc tamen quid certius, quam ex edicto Aedilium non licere quoque canem, aliudve noxium animal, sive solutum, sive ligatum, in plateis viisve publicis habere sub gravi poena, *§. 1. Inst. h. t. l. 40. & ll. seqq. D. de Aedilit. edict.* Quale hoc in loco nihil, culpa, ut existimo, ejus, qui haec excerpsit. SCHVLTING.

11. *In ligamina non redegerit*] Non est haec Pauli locutio. Solebant vero a veteribus canes interdiu haberi ligati, ut docet Varro *de re rustic. lib. 1. c. 21.* Inde canis apud Phaedrum *lib. II fab. 7. v. 18.*

Quia videar acer, alligant me interdiu.

Canes quoque, qui ad custodiendas januas habebantur, catenis ligati erant: unde catenarius canis apud Petronium *cap. 72.* IDEM.

12. *Si quis caballum &c.*] Talem de damno injuria dato teneri nemo dubitabit.

2. [13] Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, [14] colligari [15] Praetor prohibet. Et ideo ſive ab ipſa, ſive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admiſſi extra ordinem actio in dominum vel cuſtodem datur: maxime ſi ex eo homo perierit, [16] vel fuerit laeſus.

INTERPRETATIO. *Fera beſtia in ea parte, qua populi tranſeunt vel frequentant, ligari vel cuſtodiri prohibetur: ne aut ipſa aliquem noceat, aut terrore ejus quolibet caſu aliquis ab altero fortaſſe laedatur. Quod ſi factum fuerit, in dominum, ſi hoc praecepit, vel in cuſtodem ejus damni vel cujuſcunque laeſionis actio,* [17] *non expectata ordinis ſententia,* [18] *revertetur.*

3. [19] Ei, qui irritatu ſuo [20] feram beſtiam, vel quamcunque aliam quadrupedem in ſe proritaverit, [21] eaque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in cuſtodem actio datur.

INTERPRETATIO. *Quicunque feram beſtiam, vel quamcunque quadrupedem provocando quocunque modo adverſum ſe incitaverit, nec domino, nec cuſtodi ejus poterit imputari: quia ſuo vitio incurriſſe dinoſcitur.*

[22] In

13. *Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, &c.*] Praetor hoc in loco pro ædili accipitur; nam ædilicio edicto prohibemur feram beſtiam ibi habere, qua vulgo iter fit. Et ſive beſtia ſuo corpore, ſive per alium alteri damnum dederit, hominis perempti ducentorum ſolidorum eſt actio: hominis laeſi quanti bonum & aequum judici videbitur: ceterarum rerum dupli, *l. qua vulgo, 42. D. de ædil. edict.* Eſt & hoc caſu actio de pauperie, §. *ceterum, ſi quadr. paup. fec. dic.* Quod enim ſupertus dictum eſt, canes & beſtias hac actione non contineri, ſic accipiendum eſt, ſi evaſerint poteſtatem noſtram, & naturalem libertatem receperint. Nam ſi adhuc in poteſtate noſtra ſint, earum quoque nomine de pauperie actio competit, *l. 1. §. ſed etſi canis. §. & generaliter. l. 2. §. 1. D. ſi quadr. paup. fec. dic.* Eſt & de homine perempto, vel laeſo, ut hic Paulus ait, in dominum, vel cuſtodem actio extraordinaria, in qua nec edicti ædilicii, nec XII. tab. ordo ſervatur. CVJAC. Vide Caroli V. Conſtit. crimin. *cap. 136.* & Refor. Noriberg. *tit. 27. l. 3.* RITTERSHVS.

14. *Colligari*] Imo & haberi. Credo excerptorem hic, ut alibi ſaepe, Pauli verba invertiſſe.

15. *Praetor*] Non negem, Praetores de iiſdem rebus, de quibus Ædiles, jus dixiſſe & edixiſſe: de quo nonnulla habet Cujacius *Obſerv. lib. VIII. cap. 32.* & edictum Ædilium in edictum Praetoris eſſe transfuſum: adeoque & Praetori adſcribi, quae, origine inſpecta, ſunt Ædilium: quod notat Janus a Coſta *ad §. 2. Inſt. de diviſion. ſtipulation.* verum Paulum hic Ædilium mentionem nullam feciſſe, nec poenae ab illis ſtatutae, non poſſum mihi perſuadere. Poena extraordinaria hic memorata in jure non reperitur, ſed ſola pecuniaria: nec etiam Praetor Ædileſve ejuſmodi coërcitionem, qualem hic deſcribi videmus, infligere potuerunt, utpote deſtituti mero imperio, de quo aliquid obiter monitum *ad tit. 23. A. §. 3.* ſed Praefectus Urbi Romae. Hinc tamen diſcimus, etiam extraordinariam poenam hic uſitatam fuiſſe tempore Pauli: ut & in delictis privatis, *l. ult. D. de privat. delict. l. ult. D. de furt.* quae etiam neceſſaria fuit, quando reus inopia laboraret, *per l. 1. fin. D. de poen.* eaque ſola hic refertur. SCHVLTING.

16. *Vel fuerit laeſus*] Hanc clauſulam Sich. teſtatur a quibuſdam libris abeſſe. RITTERSHVS. Nec habet Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. In aliis, quas habeo, exſtat, nec, cur inducenda ſit, video.

17. *Non expectata ordinis ſententia*] Ita ſolet Anianus male interpretari illa, *extra ordinem*: de quo dictum *ad tit. 5. §. 2.*

18. *Revertetur*] Pro *dabitur*. phraſis Interpretis.

19. *Ei, qui irritatu ſuo feram beſtiam &c.*] Neque ædilicia, neque legitima, neque extraordinaria actio ei datur, qui, cum beſtiam irritaſſet, laeſus eſt. At ſi alius laeſus ſit, Aquilia, vel in factum is, qui irritavit, tenebitur, *l. item Mela, 11. §. item cum eo, D. ad l. Aquil.* CVJAC.

20. *Feram*] Tò *feram* non habet Cujac. RITTERSHVS. Qua editione ſit uſus Rittershuſius haud ſcio: at in illis, quae penes me ſunt, tam fine, quam cum Cujacii interpp. hoc verbum invenio.

21. *Eaque*] Cujacius *eoque*. RITTERSHVS. In edd. cum ipſius interpp, ſed in aliis eſt *eaque*.

22. *In*

[22] In circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, [23] pro modo admiſſi actio dabitur. LEX EST VLT. D. DE EXTRAORDINAR. CRIMINIB.

22. *In circulatores*] Hanc ſententiam hic quoque poſuit Rittershuſius.

23. *Pro modo admiſſi actio dabitur*] Vid. Menoch. *lib. 11. cent. 4. caſ. 366.* RITTERSHVS.

TITVLVS XVI.

[1] *Finium regundorum.*

1. [2] In eum, qui per vim terminos dejecerit, vel amoverit, extra ordinem animadvertitur.

Non indiget interpretatione.

[3] *Vt fines terrae per terminos regantur, ne diſſipentur, ut ab utriſque quinque pedum loco teneantur.*

1. *Finium regundorum*] Vulgo, *de Finium regundorum*, atque ita videtur reliquiſſe Anianus, ut ſubintelligatur *actione*: at procul dubio ſcripſit ipſe Paulus *Finium regundorum*, ut eſt in D. & C. ac ita diſerte laudatur hic titulus in Collatione Moſaicar. & Romanar. *ll. tit. 13* cui auctoritati obtemperavi. SCHVLT.

2. *In eum, qui per vim terminos dejecerit, &c.*] Ex terminis finium teſtimonia ſumuntur, *l. in finalibus, 11. D. fi. reg.* Qui terminos movent, aut disjiciunt, extra ordinem puniuntur, *l. 1. C. de accuſat.* Quæ autem plerumque ſoleat pœna definiri, *libro quinto* demonſtrabitur. Hic in libris ſcriptis duobus hæc addita legimus, *ut fines terra per terminos regantur, ne diſſipentur, ut ab utriſque quinque pedum loco teneantur*, quod ad legem Mamiliam pertinet. ex quo, ea de re ſententias hoc loco deeſſe, conjecturam facio. CVJ. Vide infr. *lib. V. tit. 22.* Extat hæc ſent. in lib. Lex Dei. *tit. 13.* RITTERSHVS.

3. *Vt fines terra &c.*] Rittershuſius hæc, tamquam genuinas Pauli Sententias, repræſentavit: ac Paulum etiam hic talia habuiſſe omnino exiſtimo: verum hæc verba interpretationem mihi magis, quam ipſam Pauli ſcripturam exhibere videntur: adeoque alia litterarum forma ea excudi curavi. Laudat illa Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. h. t. & ad ll. XII. tabb. probation. tab. VIII.* ubi quædam habet de ſpatio quinque pedum inter agros confines relinquendo, cujus mentio in *l. 1. C. h. t.* & apud Ciceronem *de legib. lib. 1. cap. 22.* Aggenum *Commentar. in Frontin. de limitib. agror.* aliosque. SCHVLTING.

TITVLVS XVII.

De Servitutibus.

1. [1] Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio uſus non eſt, [2] amiſiſſe

1. *Viam, iter, actum, aquaeductum, &c.*] Servitutes ruſticorum prædiorum non utendo amittuntur, & ideo earum libertas non uſucapitur: nec enim facto opus eſt ejus, qui ſervit. quod fuſius expoſuimus *in l. ſequitur, 4. & l. juſto, 44. de uſurp. & uſuc.* Hic Anianus actum interpretatur, *qua pecora minare conſuevimus*: ſic enim rectius legitur in libris ſcriptis, & in Bouchardi, ac Ægidii libro, Anverpiæ excuſo, quam, *movere*, in libro Sichardi. Eſt autem *minare* nihil aliud, quam agere & ante ſe pellere. Dixere etiam *comminare*, & *prominare*, unde Galli, *mener & promener* dicunt. Apulejus *lib. IX. Univerſa jumenta ad locum proximum bibendi cauſa gregatim prominabat*, & *lib. III. nos duos aſinos minantes baculis exigunt*, & *lib. VII. gregatim pecua comminantes.* Sextus Pompejus. *Agaſones equos agentes, id eſt, bene minantes.* & alio in loco: *Agere modo ſignificat ante ſe pellere, id eſt, minare*: quam interpretationem ad Sext. Pompejum videtur Paulus Diaconus addidiſſe. Aſſentior & Anto. Loiſelio, adoleſcenti acutiſſimo, qui in illo Auſonii verſu, de Myronis bucula,

Ageret juvencas cum domum paſtor ſuas,
Suam relinquens, me movebat ut ſuam:

mihi indicavit legendum eſſe, *minabat ut ſuam.* Eſt & hoc verbum frequens in D. Hieronymo, & in legibus antiquis Langobardorum, Burgundionum, Alamannorum, & in lege Salica. CVJAC. In Pandectis & Codice de hac materia anteriori nonnihil loco agitur. Juris vero hujus mentio in lege Burgundionum *additament. 1. tit. 1. §. 3. & 4.*

2. *Amiſiſſe videtur*] Non obſtante lege Scribonia: quæ ſervituti quidem uſucapiendæ eſt impedimento, non recuperandæ libertati, *l. 4. §. ult. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* SCHVLTING.

3. *Nec*

fisse videtur: [3]nec enim ea usucapi possunt quae non utendo amittuntur.

INTERPRETATIO. [4]*Viam, qua eundo ad rem nostram uti solemus, vel iter, quo per rem alienam ad nostram pergimus, &* [5]*actum, id est, qua pecora* [6]*minare consuevimus, vel aquaeductum, biennio non utendo, si quis usus non fuerit, perire ei certissimum est.*

2. [7]Servitus hauriendae aquae, vel deducendae [8]biennio omissa intercidit, [9]& biennio usurpata recipitur.

IN-

3. *Nec enim ea usucapi possunt, &c.*] Vult illarum libertatem usucapi non posse a domino rei servientis: quo modo loquitur Julianus, *l. 32. §. 1. D. de servitut. prædior. urbanor.* cum rusticæ solo amittantur non usu, *L. 6. D. d. t. l. 18. §. 2. D. quemadmod. servitut. amittant.* adeoque non exigatur ad amissionem factum ejus, cujus res servit: sed sufficiat cessatio ejus, cujus rei jus debetur. Sic dicitur usucapi non posse usus fructus, pro libertate ab usufructu, *l. 44. §. 5. D. de usurpationib. & usucapionib.* ubi id notavit Cujacius. Rationem hujus rei non unam vulgo dant Donellus *Commentarior. lib. XI. cap. ult.* Ant. Faber *Rationalib. ad l. 6. D. de servitutib. prædior. urbanor.* Barth. Chesius *Differentiar. cap. 45.* M. Aurel. Galvanus *de usufruct. Dissertation. variar. cap 42.* Mihi illa videtur simplicissima, quod rusticarum exercitium facto contineatur, atque inde usus earum dependeat. inde via dicitur non intelligi possideri, & merum esse jus, *l. 4. §. 27. D. de usurpationib. & usucapionib.* Alibi vero negantur certam continuamque habere possessionem, *l. 14. D. de servitutib.* Urbanæ vero, quæ in superficie consistunt, non in mero facto solent esse constitutæ; sed simul per se aliquid necessario mutant, & novant in ædibus vicini: nec solo facto, verum possessione retinentur, *l. 20. pr. D. de servitutib. prædior. urbanor.* quatenus, scilicet, quis domum, cui servitus debetur, possidet, *l. 32. §. 1. D. eod. tit.* Quam vero diu prædium serviens vestigia retinet servitutis, v. g. ædes foramen, ubi tignum immissum fuerat, hoc ipso quasi liberum considerari non potest, nec etiam sic possidetur. IDEM.

4. *Viam, qua eundo &c.*] Non recte exponit differimen viæ, & itineris, quod melius traditur *pr. Inst. de servitutib. rusticor. & urbanor. prædior. & l. 1. D. de servitutib. prædior. rusticor.*

5. *Actum, id est, qua pecora minare consuevimus*] Dat exemplum ejus, in quo actus consistat, non vero plene definit, *v. l. 1. pr. l. 7. l. 12. D. de servitut. prædior. rusticor.*

6. *Minare*] Sich. *movere*, non recte. RITTERSHVS.

7. *Servitus hauriendæ aquæ, vel deducendæ biennio omissa intercidit, &c.*] Aqua biennio amittitur: biennio quoque usurpatur. Quod, uti accipiendum sit, ostendimus in *l. sequitur, 4. D. de usurp. & usuc.* Pro biennio, hodie decennium habemus & vicennium. CVJAC.

8. *Biennio*] Al. *biennii actione.* RITTERSHVS. Sic Sichard. de re ipsa dictum modo.

9. *Et biennio usurpata recipitur*] Non de illa, quæ in eo erat, ut amitteretur, retinenda hic agitur, ut existimat Cujacius *ad l. 4. §. ult. D. de usurpationib. & usucapionib.* sed, ut putat Interpres Pauli, de illa, quæ plane amissa est, usurpanda, sive usu adquirenda: quo modo *usurpatum* sumitur *l. 40. §. 1. D. ex quib. caus. major. XXV. ann. in integr. restituuntur.* Jus vero sublatum, nullum est amplius, *per l. 98. §. 8. D. de solutionib.* adeoque qui illud recuperabit, ita agere debet, ac alius, qui id nunquam habuit. Quamvis vero servitutes ex XII. tabulis, quæ de incorporalibus usucapiendis nihil caverunt, usu adquiri non potuerint, *fac. l. 14. pr. D. de servitutib. l. 43. §. 1 D. de adquirend. rer. domin.* nec proprie etiam possideantur, maxime rusticæ, *d. l. 14. l. 4. §. 27. D. de usurpationib. & usucapionib.* illarum tamen usus est, quo verbo lex de usucapione loquens utebatur: & hic ipse usus pro possessione a Prudentibus habitus, ac hoc modo deinceps jure civili, sive disputatione Jurisconsultorum, de qua *l. 2 §. 1. D. de origin. jur.* inducta est usucapio servitutum, salteu rusticarum, quæ res erant mancipi, teste Vlpiano *tit. 19. §. 1.* ut clare indicat Cicero *pro Cæcin. cap. 26.* ubi, postquam docuisset, usucapionem fundi esse ex legibus, subjicit. *Aquæ ductus, haustus, iter, actus a patre: sed vetus auctoritas harum rerum omnium a jure civili sumitur.* Quod recte notavit Rævardus *lib. singular. ad leg. Scribon.* Ratio etiam illa, quod interierat, aliquando certa esse hæc jura, hic obtinebat. Ipsa quoque lex Scribonia, quæ usucapionem servitutium sustulit, *l. 4. §. ult. D. de usurpationib. & usucapionib.* usucaptas fuisse tunc servitutes clarissime evincit: nec enim leges ea tollunt, quæ in usu non sunt. Post quam legem juris auctores talibus quidem rationibus adversus usucapionem utuntur, quæ ex juris subtilitate fluunt, quæque juri vetusto, quod jam reductum erat, quadrabant: illis tamen subnixam fuisse legem Scriboniam nolim affirmare. Non voluit forte illa, libertatem prædiorum facile tolli, quando & hic negligentia colonorum inquilinorumque sæpe dominis esse posset damnosa. Illa vero lex in omnibus servitutibus obtinuisse videtur: & hoc jus usitatum fuisse generaliter scribit Vlpianus *l. 10. §. 1. D. de usurpationib. & usuc.* (ubi pro *usucapi*, a Triboniano repositum esse, *longo tempore capi*, du-

dum

INTERPRETATIO. *Vſus hauriendae aquae vel ducendae, ſi biennio deſtiterit, non utendo perit: & ſi iterum biennio in uſum fuerit reducta, recipitur.*

* Servitus aquae ducendae vel hauriendae, niſi ex capite vel ex fonte, conſtitui non poteſt: [10] hodie tamen ex quocunque loco conſtitui ſolet. LEX EST IX. D. DE SERVITVTIB. PRAEDIOR. RVSTICOR.

dum obſervatum eſt.) *l. 14. D. de ſervitutib.* Paulus illud hic propoſuit, quod jure civili inductum fuerat, ut recte notat Janus a Coſta *ad §. 3. Inſt. de reb. corporalib. & incorporalib.* idque ſic generaliter apud Burgundos cautum fuiſſe, docet lex Burgundica *additament. 1. tit. 1. §. 3 & 4.* cui ſimilia habet Papianus *Reſponſor. tit. 28.* Quod mirum illic placuiſſe, quando ad provincialia prædia eorumque jura uſucapio olim non pertinuerit: & præterea illud lege Scribonia erat mutatum. Aggeni locum *Commentar. in Fronſin. de limitib. agror. p. 53.* hic prætereo, quia de itinere quidem uſucapiendo illic ſermo, ſed per illud intelligi poteſt locus, ubi iter ſit, non etiam ſervitus itineris. Ceterum poſt legem Scriboniam tamen is, qui longo tempore non vi, clam, vel precario uſus erat ſervitute, utili actione a Prætore adjutus fuit, *l. 10. D. ſi ſervit. vindicet.* cui jungenda *l. 1. §. ult. D. de aq. & aq. pluv. arcend.* (in cujus inſcriptione male quædam editiones habent *quadrageſimo tertio*, pro *quinquageſimo tertio*, quod eſt in editione Florentina) *l. 1. l. 2. C. de ſervitutib. & aq.* ad inſtar rerum immobilium olim in provinciali ſolo, & hodie omnium, quas hac in parte quod ad tempus imitantur, *l. ult. C. de præſcription. long. temper.* Et, quamvis hic non adipiſcamur dominium, jus tamen adquirimus, *l. 28. D. de ſervitutib. prædior. urbanor. l. 2. C. de ſervitutib. & aq.* & quaſi uſucapimus, quo reſpiciens Tribonianus *l. 9. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* addidit *maxime*: quaſi res corporales hodie non ſolæ, ut olim poſt legem Scriboniam, ſed præcipue recipiant uſucapionem. SCHVLTING.

10. *Hodie tamen ex quocunque loco conſtitui poteſt*] Ex conſtitutione Antonini Caracallæ, *l. 2. D. commun. prædior. urbanor. & ruſticor.* contra rigorem juris, *l. 28. D. de ſervitutib. prædior. urbanor.* ut adeo & Paulus ex reſcriptis hic aliquid habeat. IDEM.

TITVLVS XVIII.

De Familia herciſcunda.

1. [2] Arbiter familiae herciſcundae plus quam ſemel dari non poteſt: & ideo de his, quae diviſa eo judicio non ſunt, communi dividundo arbiter poſtulatus partietur.

INTERPRETATIO. *Propter diviſionem bonorum communium ſi quando [3] inter fratres contentio vertitur, dividendae [4] rei non plus quam ſemel arbiter deputatur, ut inter eos quae ſunt communia, habita aequalitate diſtribuat. Quod ſi deputatus a judice arbiter indiviſum aliquid dimiſerit, ex communi conſenſu poſtea qui ſit diviſionis [5] medius eligatur.*

* 2. [6] Di-

1. *De familia herciſcunda*] Sic edd. Sich. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. abſque mentione variationis. Et ſic conceptus eſt hic titulus in Cod. Gregor. & Theod. ſaltem ab Aniano, & in Indice Pand. Florent. ſcriptum eſt *familiae herciſcundae*: ſed in titulo ipſo & alibi ſcriptum eſt ſine adſpiratione, *erciſcundae*: ac utroque modo verbum hoc ſcriptum eſſe docet Voſſius in *Etymologic. v. erciſco.* Cujacii edd. cum Interpp. & Rittersh. habent *de familia erciſcunda*, ſcil. *actione*. in Pand. & Cod. eſt *familiae erciſcundae*, quod reſpondet illi *finium regundorum*: idque & ipſe mallem. SCHVLTING.

2. *Arbiter familiae erciſcundae plus quam ſemel dari non poteſt*] Familiae erciſcundae non niſi ſemel agi poteſt: & ideo ſi quid indiviſum relictum ſit, non familiae erciſcundae, ſed communi dividundo actio competit, *l. ſi filia. 20. §. familia, D. fam. erciſc.* CVJ. Actio haec eſt de hereditate, eoque tendit, ne illa amplius communis ſit: adeoque & ſine effectu foret, ſi illa communis maneret; quamvis res ex illa ſingulares etiam nunc communes manere poſſint *l. 20. §. 4. D. h. t.*

3. *Inter fratres*] Non refert, quales ſint heredes.

4. *Rei*] Non de re, ſed de hereditate hic agitur.

5. *Medius*] Sic Ariſt. v. *Ethic.* Judicem vocat *μεσιδιον*. RITTERSHVS. in *l. 22. C. ad l. Corn. de fal.*

* 2. [c]De omnibus rebus hereditariis judex cognoscere debet, celebrata divisione, ut semel de omnibus pronuntiet.

* 3. Judici familiae herciscundae convenit, ut ea, quae quis ex communi accepit, ipsa, aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes dividi possint.

* 4. Judex familiae herciscundae [7]nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alioquin inutiliter datur.

* 5. [8]Omnes res, quae sociorum sunt, [9]communi dividundo judicio inter eos separantur.

Inter utramque partem sit judex medius. IDEM. *in Indic.*

6. *De omnibus rebus hereditariis*] Has sententias in lucem protulit Cujacius edit. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Res vero in hoc judicium veniunt, quae in hereditatis petitionem, *l. 25. §. 19. D. de hereditat. petition.* quae quales sint, exponitur in *l. 18. §. ult. l. 19. D. d. t.* quatenus nempe inter heredes sunt communes, *l. 8. C. h. t.* & corporales, *l. 25. §. 1. D. h. t. l. 9. C. commun. utriusq. judic.* quae recipiunt divisionem: non nomina, *l. 2. §. ult. D. h. t.* quae per ipsam legem divisa sunt, *l. 6. C. h. t.* nec servitutes, quae singulis in solidum competunt, *l. 25. §. 9. D. h. t. l. 17. D. de servitutib.* SCHVLTING.

7. *Nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est*] Res aliquae indivisae relictae judicio nihil nocent: sed communi dividundo judicio locum faciunt, *l. 20. §. 4. D. h. t.* Inter heredes vero omnes judicandum est, non aliquos solos, ut hic docet Paulus: quamvis nihil vetet, uni duobusque per judicem partes vel res hoc judicio attribui, alios in communione manere, *l. 2. §. 4. D. h. t.* ut & fit in *l. 8. pr. D. commun. dividund.* nam & unus judicium petere potest, *l. 43. D. h. t. l. 29. §. ult. D. commun. dividund.* De praestationibus quoque condemnationes & absolutiones in omnium persona faciendae sunt, aut judicium non valebit, ut docet Paulus *l. 27. D. h. t.* quem exponit Cujacius *Observ. lib. XXIII. cap. 2.* illumque secutus Vinnius *Selectar. Quaestion. lib. 1. cap. 38.* IDEM.

8. *Omnes res &c.*] Videtur hic Paulus apposuisse tit. *Communi dividundo.* RITTERSHVS. Ita frequenter Arianus sententias ex diversis titulis in unum locum conjicit.

9. *Communi dividundo judicio*] Actio pro socio hic cessat, utpote, quae ad praestationes personales magis pertineat, *l. 1. D. commun. dividund.* ubi *magis* non sumitur comparante sensu, sed θετικῶς, ut *l. 6. D. de legat. 1.* quod notatum Cujacio *Observation. lib. 12. cap. 39.* qui enim ad divisionem agit, re vera vindicat, idque agit, ut partem divisam pro indivisa habeat: quod cum obligatione, quae actionem pro socio parit, nihil habet commune. De praestationibus personalibus utraque actio competit, *l. 38. §. 1. l. 43. D. pro soc.* Actio vero communi dividundo mixta est, non autem tota e quasi contractu: nec ipsa communio quasi est contractus, sed status, in quo plures dominium vel jus indivisum in rebus habent, & in quem statum devenitur vel per conventionem, vel sine ea, *l. 31. l. 33. D. pro soc.* ac proinde non tantum differt a contractu societatis, quod tangit Cujacius *Paratitl. tit. C. pro soc. & Observation. lib. X. cap. 25.* sed & a quasi contractibus: at rerum communium administratio, fructuum perceptio, damni illatio, & similia quasi ex contractu obligationem producunt. Et hoc clare indicat Imperator *§. 3. Inst. de obligationib. quae quasi ex contract. nascunt. ibi, & alter eorum alteri ideo teneatur, &c.* SCHVLTING.

TITVLVS XIX.

Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur.

1. [1]Quaedam actiones si a reo inficientur, duplantur: velut [2]judicati de-

penſi,

1. *Quadam actiones, si a reo inficientur, duplantur. &c.*] Quaedam sunt actiones, quae inficiatione crescunt in duplum, velut actio damni injuria ex lege Aquilia, *l. inde Neratius, 23. §. hac actio, D. ad leg. Aquil. l. item veniunt, 20. §. cum praediximus, D. de pet. hered.* & ante Justinianum actio legatorum per damnationem relictorum, hodie actio omnium legatorum, quae pietatis intuitu relicta sunt, *§. ultim. de oblig. quae quasi ex cont. §. ex maleficiis, de act.* Addit Paulus hoc loco actionem ex empto, si venditor de modo agri mentitus sit: quod & in *libr. proximo* repetitur *tit. ex empto & vendito.* Cic. *III. Off.* Nam cum ex XII. tab. satis esset ea praestari, quae essent linguâ nuncupata, quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret.

Item

pensi, [3]legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliae, item [4]de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est.

INTERPRETATIO. *Aliqua, quae cum ab his, quibus sunt debita, repetuntur, si a debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est, res judicata, legati per damnationem relicti, id est, si quid heres legati titulo dare jussus est, & petitum negaverit: vel si damnum alicui per injuriam factum quis sarcire noluerit: vel de modo agri, cum a venditore emptor fuerit circumscriptus, ut minus inveniatur, quam probatur scriptum. Quae omnia superius comprehensa secundum legem Aquiliam duplicantur.*

2. [7]Ex his causis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest.

IN-

Item judicati actionem, id est, si quis judicatum inficiatus sit: quod in *lib. V. tit. 5.* attingit. Cicer. *pro Flacco. Frater meus pro sua aequitate, prudentiaque decrevit, ut si judicatum negaret, in duplum iret. Judicati*, inquit, *depensi*: ubi quid faciat, *depensi*, nescio: forsitan legendum est, *judicati, depositi*: nam & actio depositi interdum inficiando crescit, §. *sed furti, 26. de act.* Imo & ex XII. tab. erat in duplum. CVJAC.

2. *Judicati*] Actio ergo hæc judicati non tendit ad id, ut exsecutio fiat; quod video placere Viris Eruditis: sed ut de facto aliquo judicetur, quod reus inficiatur: illaque est natura actionum, ut quæratur, an aliquid pateat, sive liqueat, ut habent formulæ actionum: nec etiam aliter esse potest judicium. Quin nec judices in Pandectis descripti, apud quos de actionibus contenditur, exsecutionem habent vel jurisdictionem, sed nudam notionem: quo pertinet *l. 5. pr. D. de re judicat.* ac sententias eorum magistratus exsequuntur, qui eos dederunt, *l. 15. pr. D. eod. tit.* Ceterum de sola exsecutione cogitandum est, & ut solvatur, quando omnia sunt liquida, *l. 4. §. 3. D. eod. tit.* saltem post justum tempus, *l. 31 D. eod. tit.* Quando vero aliquid controversiæ supereſt, verbi causa, an judicatum sit, vel aliquis condemnatus, uti hic est locus jurijurando, *l. 28. §. 8. D. de jurejurand.* ita & huic actioni, *l. 1. pr. D. quae sentent. sin. appellation. rescindunt.* in qua inficians teneri hic dicitur in duplum, nec immerito: quoniam id convellere nititur, quod ratum manere publicæ salutis ratio exigit, rerum, nempe, judicatarum auctoritatem. Eadem actio erit usui cum dubitatur, an contumax fuerit, qui condemnatus fuit, *l. 23. D. de judic. l. 4. C. quomod. & quand. jud. &c.* Et simili ratione in exceptione judicati quæritur, an hac de re sit judicatum, *l. 1. §. 4. D. de libr. exhibend.* de qua est *tit. D. de exception. rei judicat.* SCHVLT.

* 2. *Judicati depensi*] Recte Cujac. pro *judicati depensi* leg. putat, *depositi*: non recte alibi ille & alii *depensi*. GIPHAN. Rittershusius emendationem Cujacii in contextum admisit, nulla facta lectionis alterius mentione. Mihi emendatio illa uti probabilis videtur, ita non plane est certa, & ipse noster Paulus *lib. 11. tit. 17. §. 11.* (qui locus refertur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 10.*) docet quidem lege XII. tabularum ex causa depositi in duplum actionem dari: sed addit, edicto Prætoris in simplum, extra causam, scilicet, depositi miserabilis: idque posterius constat ex ipso edicto *l. 1. §. 1. D. depositi.* ut vix videri possit Paulus hic simpliciter scripsisse depositi actionem inficiando duplari; & aliud hic forte delitescat. Interpres depositi non meminit, nec in suo libro de eo aliquid invenisse videtur. SCHVLTING.

3. *Legati per damnationem relicti*] Vt damnatio a testatore profecta idem efficeret, quod illa, quæ fit a judice: de quo nonnulla habebimus ad Vlpianum *tit. 24. §. 4.* Optima hic ergo confessio, cujus mentio *l. 71. §. 2. & 3. D. de legat. 1.* per quam heres, re aliena legata, veram tantum æstimationem præstabat, *l. 61. D. ad leg. Falcid.* inficiando enim duplum præstare debuisset. IDEM.

4. *De modo agri*] Nec non de vitiis, quæ dicta fuerant abesse, teste Cicerone *de offic. lib. III. cap. 16.* IDEM.

5. *Legati*] Scripsisset rectius, *legatum &c.* est enim hæc res a priori distincta.

6. *Secundum legem Aquiliam*] Somniavit hic Interpres. lex illa egit tantum de damno injuria dato, non de reliquis speciebus: quod notavit & Amplifs. Bynkershoek *Observ. lib. 1. cap. 13.*

7. *Ex his causis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest*] De judicato pacisci non possumus decidendi causa, ut in *primo tit.* dictum est: sic & de damno injuria, de legato damnationis, de mentito modo agri, de deposito decidere non possumus. Nam aut fatetur reus, aut inficiatur: si fatetur, pro judicato habetur, & ideo transigere non potest: si inficiatur, ac postea decidere velit, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis pœnam sustinet. At de furto, & injuriis transigere licet, quod & in rapina, & dolo receptum est: eo tamen pacto pœna evitatur, non infamia, *l. 4. §. ult. D. de his, qui not. inf.* ex his quoque causis perperam soluta repetuntur, *l. eleganter, 23. §. ultim. D. de cond. indeb.*

INTERPRETATIO. *Hae cauſae, quae [8]pulſatorum negatione duplantur, per pactum [9]finiri non poſſunt.*

At ex eis cauſis, quæ inficiatione duplantur, perperam ſoluta non repetuntur, *l. 4. C. de cond. indeb. §. ult. de oblig. quæ quaſ. ex cont.* credo, quia propter metum periculi inficiationis videntur ſoluta. CVJAC. Non prohibetur pactum donationis gratia, quod & locum habet, quando tranſigi nequit, *l. 1. D. de tranſactionib.* etiam de re judicata, *l. 7. §. 13. D. d. pact.* ſed vetatur *decidi*, ſive tranſigi: quod uti de re judicata certiſſimum ex Paulo *tit. 1. de pact. §. 7.* dictiſque ad ipſum, ita ut habeat locum, debet plane certum eſſe, rem jam eſſe judicatam. alioquin poteſt tranſigi, *l. 11. D. de tranſactionib.* & de reliquis quis fidem faciet nobis, tranſactionem eſſe illicitam? Teſtimonia veterum nulla, nec juſta prohibendi cauſa, adeoque cur non tranſactionem admittent? ne de delictis quidem infamantibus id vetitum, quamvis infamia & ſic incurratur, *l. 1. l. 4. §. ult. l. 6. §. 1. D de his, qui notant infam.* & cur hic ergo tranſactio non poterit fieri, adeoque neceſſe erit rem judicio terminari? Ratio, quam Vir Summus dat, juris vi deſtituta eſt. Res ſane extra jus judiciumque, ubi fieri ſolet tranſactio, confeſſus, pro judicato nuſquam habetur: nec extra jus judiciumque inficiatus, ſi poſt decidere velit, pro inficiatore convicto habetur. Nihil tale ex jure probatur. Imo & de damno injuria dato & occiſo ſervo tranſactio poſt litem conteſtatam tamquam licita memoratur a Cicerone *pro Roſc. Comœd. cap 11.* Illud verum eſt, non de omnibus his poſſe pacto decidi; ut exemplum rei judicatæ evincit: & tale quid forte a Paulo ſcriptum fuit; quod excerptor ex eo generalius retulit. SCHVLTING.

8. *Pulſatorum*] Pulſatus, id eſt, reus. Sic ſæpe in *ll. Codic.* RITTERSHVS. *in Indic.*

9. *Finiri*] Pacto finiri judicati cauſa poteſt, ſed non tranſactione; quæ Interpres non diſtinxit.

TITVLVS XX.

[1]*De Fidejuſſore & Sponſore.*

1. [2]Inter fidejuſſores [3]ex edicto Praetoris, ſi ſolvendo ſint, licet ſinguli in ſolidum teneantur, obligatio dividetur.

IN-

1. *De fidejuſſore, & ſponſore*] Qui pro alio ſe obligans dicit, *fidejubeo*, fidejuſſor eſt: qui dicit, *ſpondeo*, ſponſor: qui *fidepromitto*, fidepromiſſor. Inde *tit. 8. ſupra. Minor*, inquit, *ſe in his, quæ fidejuſſit, vel fidepromiſit, vel ſpopondit.* CVJAC. Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 16. p. 606. & 707.* putat, fidejuſſores eſſe, qui cum eo, qui pecuniam quærit veniunt ultro, jubentque illi credi ſua fide, ſuoque periculo: ſponſores vero, qui dantur creditori ab eo, cui non vult credere, ut fidem pro eo interponant & ſpondeant. Quod tamen diſcrimen vellem probaſſet. Formulis verborum diſtiterunt, ut docet *§. 1. Inſt. de verbor. obligationib.* forte & in aliis. De ſponſoribus etiam titulum fuiſſe in Codice Gregoriano *lib. XII.* indicat Papianus *Reſponſor tit. 15.* Ab utriſque vero diverſi adpromiſſores, qui pro reo promittente & ipſi promittunt: *l. 5. §. 2 D. de verbor. obligationib.* Verum diſcrimen hic circa effectus juris nullum in jure noſtro obſervatur: & nomina multa antiquitus nota eorum, qui pro aliis ſe obligarant, illic mutata ſunt, ut dictum ad *tit. 9 §. 5.* SCHVLTING.

2. *Inter fidejuſſores ex edicto Praetoris, &c.*] Inter fidejuſſores, & mandatores ejuſdem rei dividitur ex ſtipulatu, & mandati actio ex epiſtola D Hadriani, ſi litis conteſtandæ tempore omnes ſolvendo ſint: alioquin inops locupletem onerat, quoniam ipſo jure ſinguli in ſolidum tenentur, nec dividitur obligatio, niſi poſita exceptione ex epiſtola D. Hadriani, omnes ſolvendo fuerint litis conteſtandæ tempore: quod in Pandectis ſub *titul. de fidejuſſ.* multis in locis demonſtratur. Id vero etiam edicto perpetuo, quod auctoritate Hadriani compoſitum eſt, comprehenſum fuiſſe, Paulus hoc in loco teſtatur: & traxit hoc quoque poſtea Juſtinianus ad reos conſtitutæ pecuniæ, quos *correſpondentes* vocant, Galli verbum ex verbo, *reſpondans. l. ult. C. de conſtit. pec.* CVJAC.

3. *Ex edicto Prætoris*] Epiſtola Hadriani vocatur Edictum Prætoris, fortaſſe, quia a Salvio Juliano Edicti perpetui conditore in id ſtatum relata eſt. RITTERSHVS. *in indic. v. epiſtola.* Id videtur veriſſimum, in Edictum perpetuum jus hoc ex epiſtola Hadriani relatum fuiſſe: adeoque non pugnat hic locus cum iis, in quibus id jus epiſtolæ D Hadriani adſcribitur, velut, *§. 4. Inſt. l. 26. D. de fidejuſſorib. l. ult. C. d. conſtitut. pecun.* Ante Hadrianum vero jus hoc in uſu fuiſſe nuſquam eſt proditum. Quod autem Cujacius putat, hoc eſſe a Divo Pio, qui & Hadrianus dictus eſt, *ad tit. Inſt. de S. C. Tertullian.* id vel inde evertitur, quod hoc jus Edicto perpetuo comprehenſum fuerit. id vero ſub Hadriano ipſo factum ſit: cujus juris eſt quidem veſtigium in epiſtola Pii, *l. 49. §. 2. D. de fidejuſſorib.* ſed id ibi non inducitur. SCHVLTING.

4. *Reti-*

Digitized by Google

INTERPRETATIO. *Cum multi fidejussores extiterint, etiamsi ad solvendum quae promiserunt, probantur idonei, & possunt omnes in solidum* [4]*retineri, tamen restitutio debiti inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exolvat.*

4. *Retineri*] Hoc est, conveniri. ita alibi Interpres loquitur, ut notatum ad Cajum *lib. 11. Inst. tit. 9. §. 2.*

TITVLVS XXI.

[1]*De Sepulchris & Lugendis.*

1. [2]Ob incursum fluminis, vel metum [3]ruinae, corpus jam perpetuae sepulturae traditum, [4]solennibus redditis sacrificiis, [5]per noctem [6]in alium transferri locum potest.

[7]*Non indiget interpretatione.*

2. [8]Corpus [9]in civitatem inferri non licet, [10]ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

3. [11]In-

1. *De sepulchris & lugendis*] In Edicto perpetuo hic quoque actum fuisse de religiosis & sumptibus funerum arguit ordo Digestorum & Codicis. Ibidem quoque edictum fuit *de sepulchro violato*, quod explicuit Vlpianus *libro XXV. ad Edictum, vide l. 3. D. de sepulchr. violat.* in quo libro & de religiosis egit, *vid. l. 2. l. 4. l. 6 & plures D. de religios. & sumptib. funer.* & Paulus noster libro XXVII. *l. 4. D. de sepulchr. violat.* cui jungendæ *l. 3. l. 11. l. 21. l. 23. l. 25. l. 32. D. de religios.* Ita liquebit, quo pacto hic Paulus apposite de sepulchris, ac sepulchris violatis egerit. Edictum *de sepulchro violato* omisit Jac. Gothofredus *in Ordin. Edict. perpet.* qualia & alibi ipsi accidisse observare licet. Editiones pleræque tantum quinque habent hic sententias, cum tamen dudum plures longe protulerit Cujacius ex Codice Vesontino *Observat. lib. XXI. cap 12. & 13.* quas & nos repræsentavimus. SCHVLTING.

2. *Ob incursum fluminis, &c.*] Non perpetuæ sepulturæ tradita corpora transferri possunt, *l 3. §. non perpetua. D. de sepul. viol.* Perpetuæ sepulturæ tradita transferri non possunt sine permissu Pontificis, aut principis: nisi ob incursum fluminis, aut metum, vel ob aliam justam & necessariam causam, *l. 1. C de relig. & sump. fun.* Transferuntur autem sollemni sacrificio facto, & per noctem. Efferuntur interdiu. Sed & noctu efferri corpora Demetrio placuit, ad sumptus minuendos. M. Tul. 11. *de leg. Sumptum minuit non solum pœna, sed etiam tempore: ante lucem enim jussit efferri*, & probatur Juliano in *l 3. C. Th. de sepul. viol.* CVJAC.

3. *Ruinæ*] Ita *ruinæ* restituit Cujac. *XXI. Observ. 13.* RITTERSHVS. Invenit hoc verbum Cujacius in codice antiquissimo, sciente Rittershusium id quoque comparuit in edd. Paris. & Genev. ch Ih I. XXXVI.

4. *Solennibus redditis sacrificiis*] Id est, piaculo facto, ut in antiqua inscriptione, RELIQVIAE TRAJECTAE EX PERMISSV COLLEGII PONTIFICVM PIACVLO FACTO. EX CVJACIO *Observ. lib. XXI. cap. 13.* Vetus inscriptio exstat apud Gruterum *p.* Ih LXXVIII. 1. De translatione tali cadaverum plura habet Jac. Gutherius *de veter. jur. pontific. lib. 11. cap. 9.*

5. *Per noctem*] Vt ita ferale hoc negotium a conspectu Solis sit remotum, cui id non debere ostendi docetur §. 4. Ipsa alioquin elatio funerum antiquissimis quidem temporibus noctu peracta est: at postea interdiu, nisi in funeribus vulgaribus vel acerbis; ut ostendit Joh. Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib. 11. cap. 2.*

6. *In alium transferri potest*] Permissu tamen illorum, quibus hac de re statuendi jus est, id factum esse docet Plinius *lib. X. epist. 73.* ubi scribit, in Vrbe de eo aditum collegium Pontificum, in provinciis Proconsules: idque de provinciarum rectoribus clare traditur *l 1. C. de religios. & sumptib. funer.* Principes quoque talia concessisse constat ex *l. 10.* C. *d. religios.* (ubi pro *humanum*, legendum esse *humatum* ex *l. 7. Cod. Theod. sepulchr. violat.* bene notavit Jac. Gothofredus *ad d. l.* non *humandum*, quod malebat Cujacius *Recitationib. ad l. 4. §. 6. D. de contrahend. emption.*) & ex inscriptionibus Gruteri *p.* Ih XCIV. 7. *pag.* Ih CVII. 1. Exemplum quoque, ubi hoc a tribuno plebis est permissum, exstat apud eumdem *p.* Ih CLXII. 2. quod notavit & Rad. Fornerius *Rer. quotidianar. lib. III. cap. 6.* Ceterum etiam sub Christianis Principibus cognitio de illis, quæ ad sepulchra spectabant, ad Pontifices Romæ pertinuit, *l. 2. Cod. Theod. de sepulchr. violat.* ubi tamen quoque adhibetur magistratus civilis: de quo nonnulla ad *d. l. 2.* notat Jac. Gothofredus. SCHVLTING.

7. *Non indiget interpretatione*] Sic. ed. Sichard.

8. *Corpus in civitatem inferri non licet, &c.*] Ideo homines mortui in civitate sepeliri non possunt, ne sacra

TITVLVS XIV.

De Via publica.

[a]Si in agrum vicini viam publicam quis rejecerit, [1]tantum in eum viae [2]receptae actio dabitur, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt. EX LEGE VLT. D. DE VIA PVBLIC. ET ITINER. PVBL. REFICIEND.

1. [3]Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus ſolus compellitur.

1. *Tantum*] Edd. vett. quædam *in tantum*, non male.

2. *Receptæ*] Al. *rejectæ*. RITTERSHVS. Et malim ego *rejectæ* legi, ut actio ab injuria illata habeat nomen, ut moris eſt, non a parte patientis.

3. *Qui viam publicam exaraverit &c.*] Viarum publicarum munitio ab omnibus exigitur. Is tamen, qui viam publicam exaraverit, ſolus munitioni alligatur. Eſt hæc Pauli ſententia relata in *l. ult. D. de via publ. & itin. publ. refic.* adjuncta altera, quam, ut & complures alias, hic Anianus præterniſit. CVJAC. Adde Papianum *Reſponſor. tit. 12.* cui ſimilia in lege Burgundionum *additament. 1. tit. 1. §. 1.*

TITVLVS XV.

Si quadrupes [1]pauperiem fecerit.

1. [2]Si [3]quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, [4]quidve depaſta ſit,

1. *Pauperiem fecerit*] Omnes hactenus, *damnum intulerit*. verum ſic Papianus hunc titulum diſerte laudat *Reſponſor. tit. 14.* quod cum reſpondeat titulo Inſtitutionum & Pandectarum, ac paſſim ita loquantur noſtri, etiam mox ipſe Paulus, non potui non ut genuinum admittere, & repræſentare. SCHVLTING.

2. *Si quadrupes pauperiem fecerit*] Non tantum de pauperie, ſed etiam de paſtu pecoris ex XII. tab. eſt noxalis actio, *l. qui ſervandarum, 14. §. ult. D. de præſcript. verb.* Simul autem, ut hic locus indicio eſt, de pauperie, & de paſtu Decemviri actionem dederunt. Nec enim ſufficiebat de pauperie actio, quia paſtus pecoris pauperies, aut damnum non eſt. His autem actionibus continentur pecudes, non beſtiæ, *l. 1. §. in beſtiis, D. ſi quadr. paup. fec. dic.* non canes: nam canes inter pecudes non ſunt, *l. 2. D. ad leg. Aquil.* Sed idem etiam *lege*, inquit, *Peſulania de cane cavetur.* In libro Lutetiæ edito curante Almarico Bouchardo, duobus annis, antequam Baſilienſem editionem Joh. Sichardus procuraſſet, legitur *Peſolenia*. Equidem legendum opinor, *Solonia*. Sic enim Plutarchus ſcribit in Solone: "Εγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδίδωσι κεκλεικότι κακῶ τετράγωνξυλον δεδεμένον. Eandemque legem condit Plato XI. *legum*, his verbis: Ἐὰν ἀποδῷσιν ὦ ἵππος, ἢ κύων, ὅτι τῶν ἔξω ἕρκους ἄνευ τινὸς, &c. CVJAC.

3. *Quadrupes*] Non fera beſtia, quamvis in noſtro ſit dominio: hic enim requiritur damnum contra naturam animalis, *l. 1. §. 7. D. h. t.* in beſtiis vero genitalis eſt feritas, *pr. Inſt. l. 1 §. 10. D. h. t.* Quinctilianus *Inſtitution. Oratoriar. lib. 1. cap. 2. Ad ſævitiam fera gignuntur.* & Chryſoſtomus *in Geneſ. ſermon. 9.* Τῶ θηρίῳ μὲν κατὰ φύσιν πρόσεστι τὸ ἄγριον. *Beſtiæ naturaliter adeſt feritas.* Ideoque, etiamſi in poteſtate noſtra ſint feræ, non poteſt tamen eſſe locus directæ actioni, quandoquidem hic non eſt illud, quod ad pauperiem exigitur. imo niſi in poteſtate alicujus ſit animal, hæc actio prorſus ceſſat, cum noxa caput ſequatur, *l. 1. §. 12. D. h. t.* Adeoque utilis hic tantum contra dominum dabitur actio: de qua recte aliqui intelligunt *§. 1. Inſt. h. t.* quæ & locum habet, quando animal non quadrupes damnum dedit, *l. 4. D. h. t.* De canibus vero ſimpliciter hæc actio datur, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. h. t.* utpote, quæ ad omnes quadrupedes pertineat, *l. 1. §. 2. D. h. t.* adeoque non ſolas pecudes: a quibus quidem diſtinguuntur canes, *§. 1. & 13. Inſt. de leg. Aquil. l. 2 §. 2. D. eod. tit.* ſed tamen & ibidem ſeparantur a beſtiis, quas hic ſolas e numero quadrupedum videmus excipi. atque eadem mens Græcis *ad l. 1. §. 1. D. h. t. Baſilicor. lib. LX. tit. 2.* In alia ivit Vir Summus *ad h. l. & ad §. 2.* nihil tamen habet, quo ſua probet. SCHVLTING.

4. *Quidve depaſta ſit*] Hoc etiam appellatione pauperiei legem XII. tabb. comprehendiſſe arbitratur Jac. Gothofredus *Not. ad l. XII. tabb. tab. VII.* actionem

fit, in dominum actio datur, ut [5]aut damni aestimationem subeat, aut [6]quadrupede cedat: quod etiam [7]lege [8]Pesulania [9]de cane cavetur.

INTERPRETATIO. *Si alienum animal cuicunque damnum intulerit, aut alicujus fructus laeserit, dominus ejus aut aestimationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum.*

* [10]*Si quisquam canem habens in plateis, aut in viis publicis, eum diurnis horis* [11]*in ligamina non redegerit, quidquid damni fecerit, id a domino dissolvatur.*

* [12]*Si quis caballum, quodve aliud animal habens scabiosum ita dimiserit, ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum fuerit, similiter ab eo resarciatur.*

2. [13]Feram

nem vero de pastu pecoris obtinere tum demum censet, quando dominus pecora immiserit, *per l. 14. §. ult. D. de praescript. verb.* Sed nihil tale ex illo loco sequitur. Actio de pastu pecoris ideo illic denegatur, quia pecora non paverunt in alieno agro, quo actio illa pertinebat: sed in solo domini alienas fruges absumpserunt. Malo itaque cum Cujacio existimare, de utraque re, pauperie, & pastu pecoris, in XII. tabb. separatim cautum fuisse, & utramque actionem noxalem esse, ut Paulus hic non obscure indicat. Quando vero quis pecus in alienam immisit segetem, quam injuriam vocat Juvenalis *Satyr. XIV. vers. 151.* de damno injuria dato est actio, *l. ult. C. de leg. Aquil.* Imo noctu id factum capitale ex XII. tabb. fuisse, docet Plinius *Natural. Histor. lib. XVIII. cap. 3.* IDEM.

5. *Aut damni aestimationem subeat*] Ad hoc tendit actio judicati: sed noxae dedendae facultatem lex praebet, *l. 6. §. 1. D. de re judicat.* quae res reo ad liberationem proficit, *pr. Inst. hoc tit.*

6. *Quadrupedem dedat*] Sich. *cedat*: male. alii, *quadrupede cedat*. RITTERSHUS.

6. * *Quadrupede cedat*] Ab Aniano hoc esse videtur: & sic Papianus *Responsor. tit. 14.* ubi horum sensum refert, *animali cedat*. nec aliter editio Cujacii Lugd. clɔ lɔ LXVI. ut & Genev. clɔ lɔ I XXXVI. quae in margine habent *quadrupedem dedat*. quod in edd. cum interpp. Cujacii, nec non Parisc clɔ lɔ I XXXVI & Rittershusiana exstat: sed nusquam dicitur, id esse ex libris MSS. adeoque lectionem antiquam, sive alia auctoritate non duxi in contextu esse mutandam: quamvis Paulum scripsisse *quadrupedem dedat*, ut veteres solent loqui, facile crediderim. SCHULTING.

7. *Lege Solonia*] Vid. Plutarch. *Solone*. RITTERSH.

8. *Pesulania*] Ita Sichard. nulla variationis facta mentione, ut & Cujacium in edd. cum ipsius interpp. ubi observat, in editione antiquissima legi *Pesolonia*: quam lectionem exhibuit in edit. Lugd. clɔ lɔ LXVI. & sic Paris. & Genev. clɔ lɔ I XXXVI. Ipse hic mavult *Solonia*, intelligens legem Solonis: quod probat Ant. Augustinus *de legib. Roman.* idque in contextum admisit Ritterhusius, perinde, quasi constans plane haec esset lectio: quae tamen non plus quam probabilis est: nec abs re, quod Hotmanus *in Enumeration. legum Romanar.* exhibet legem Pesulanam. Ipsa certe verbi terminatio suadet magis, nomen hic debere exstare legis Romanae. Nec Paulus in libro, ubi fundamenta juris Romani breviter tradit, credi facile potest legem Graeci legislatoris adducturus fuisse: quod quidem recte fecit Cujus, sed ex professo interpretans leges XII. tabularum, inter quas aliquae erant ex Solonis legibus haustae: & huc pertinent *l. ult. D. fin. regundor. l. ult. D. de colleg. & corporib.* Fieri vero potuit, ut lex hic memorata de canibus dedendis aliquid caverit, & plura quoque simul; quo pacto & alias ea, de quibus erat actum in XII. tabulis, postea plenius & distinctius cauta fuerunt. Quin & hic plura olim scripta reliquisse Paulum indicat Papianus *Responsor. tit. 14.* cujus verba interpretationi Aniani subjecimus. SCHULTING.

9. *De cane*] Et de bipede idem placuisse scribit Papianus *tit. 14.* hunc locum laudans: de quo tamen nulla hic mentio.

10. *Si quisquam canem habens &c.*] Has duas sententias ex hoc titulo adducit Papianus *loc. allegat.* quae in Aurelianensi editione tamquam Pauli sententiae leguntur. Ego de rebus ipsis Paulum hic egisse uti facile largior, ita video saepe Papianum res ipsas tantum, non etiam verba accurate referre: nec stylus hic tam Pauli videtur, quam recentioris & impoliti scriptoris: unde & simili littera cum interpretationibus haec exprimenda curavi. Ceterequin, licet de his forte olim fuerit cautum tale aliquid, nunc tamen quid certius, quam ex edicto Aedilium non licere quoque canem, aliudve noxium animal, sive solutum, sive ligatum, in plateis viisve publicis habere sub gravi poena, *§. 1. Inst. h. t. l. 40 & ll. seqq. D. de Aedilit. edict.* Quale hoc in loco nihil, culpa, ut existimo, ejus, qui haec excerpsit. SCHULTING.

11. *In ligamina non redegerit*] Non est haec Pauli locutio. Solebant vero a veteribus canes interdiu haberi ligati, ut docet Varro *de re rustic lib. I. c. 21.* Inde canis apud Phaedrum *lib. III fab. 7 v. 18.*

Quia videar acer, alligant me interdiu.

Canes quoque, qui ad custodiendas januas habebantur, catenis ligati erant. unde catenarius canis apud Petronium *cap. 72.* IDEM.

12. *Si quis caballum &c.*] Talem de damno injuria dato teneri nemo dubitabit.

2. [13] Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, [14] colligari [15] Praetor prohibet. Et ideo ſive ab ipſa, ſive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admiſſi extra ordinem actio in dominum vel cuſtodem datur: maxime ſi ex eo homo perierit, [16] vel fuerit laeſus.

INTERPRETATIO. *Fera beſtia in ea parte, qua populi tranſeunt vel frequentant, ligari vel cuſtodiri prohibetur: ne aut ipſa aliquem noceat, aut terrore ejus quolibet caſu aliquis ab altero fortaſſe laedatur. Quod ſi factum fuerit, in dominum, ſi hoc praecepit, vel in cuſtodem ejus damni vel cujuſcunque laeſionis actio,* [17] *non expectata ordinis ſententia,* [18] *revertetur.*

3. [19] Ei, qui irritatu ſuo [20] feram beſtiam, vel quamcunque aliam quadrupedem in ſe proritaverit, [21] eaque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in cuſtodem actio datur.

INTERPRETATIO. *Quicunque feram beſtiam, vel quamcunque quadrupedem provocando quocunque modo adverſum ſe incitaverit, nec domino, nec cuſtodi ejus poterit imputari: quia ſuo vitio incurriſſe dinoſcitur.*

[22] In

13. *Feram beſtiam in ea parte, qua populi iter eſt, &c.*] Praetor hoc in loco pro ædili accipitur; nam ædilicio edicto prohibemur feram beſtiam ibi habere, qua vulgo iter fit. Et ſive beſtia ſuo corpore, ſive per alium alteri damnum dederit, hominis perempti ducentorum ſolidorum eſt actio: hominis laeſi quanti bonum & aequum judici videbitur: ceterarum rerum dupli, *l. qua vulgo, 42. D. de ædil. edict.* Eſt & hoc caſu actio de pauperie, §. *ceterum, ſi quadr. paup. fec. dic.* Quod enim ſuperius dictum eſt, canes & beſtias hac actione non contineri, ſic accipiendum eſt, ſi evaſerint poteſtatem noſtram, & naturalem libertatem receperint. Nam ſi adhuc in poteſtate noſtra ſint, earum quoque nomine de pauperie actio competit, *l. 1. §. ſed etſi canis. §. & generaliter. l. 2. §. 1. D. ſi quadr. paup. fec. dic.* Eſt & de homine perempto, vel laeſo, ut hic Paulus ait, in dominum, vel cuſtodem actio extraordinaria, in qua nec edicti ædilicii, nec XII. tab. ordo ſervatur. CVJAC. Vide Caroli V. Conſtit. crimin. *cap. 136.* & Refor. Noriberg. *tit. 27. l. 3.* RITTERSHVS.

14. *Colligari*] Imo & haberi. Credo excerptorem hic, ut alibi ſaepe, Pauli verba invertiſſe.

15. *Praetor*] Non negem, Praetores de iiſdem rebus, de quibus Ædiles, jus dixiſſe & edixiſſe: de quo nonnulla habet Cujacius *Obſerv. lib. VIII. cap. 32.* & edictum Ædilium in edictum Praetoris eſſe transfuſum: adeoque & Praetori adſcribi, quae, origine inſpecta, ſunt Ædilium: quod notat Janus a Coſta *ad §. 2. Inſt. de diviſion. ſtipulation.* verum Paulum hic Ædilium mentionem nullam feciſſe, nec poenae ab illis ſtatutae, non poſſum mihi perſuadere. Poena extraordinaria hic memorata in jure non reperitur, ſed ſola pecuniaria: nec etiam Praetor Ædileſve ejuſmodi coërcitionem, qualem hic deſcribi videmus, infligere potuerunt, utpote deſtituti mero imperio, de quo aliquid obiter monitum *ad tit. 23. A. §. 3.* ſed Praefectus Vrbi Romae. Hinc tamen diſcimus, etiam extraordinariam poenam hic uſitatam fuiſſe tempore Pauli: ut & in delictis privatis, *l. ult. D. de privat. delict. l. uls. D. de furt.* quae etiam neceſſaria fuit, quando reus inopia laboraret, *per l. 1. fin. D. de poen.* eaque ſola hic refertur. SCHVLTING.

16. *Vel fuerit laeſus*] Hanc clauſulam Sich. teſtatur a quibuſdam libris abeſſe. RITTERSHVS. Nec habet Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. In aliis, quos habeo, exſtat, nec, cur inducenda ſit, video.

17. *Non expectata ordinis ſententia*] Ita ſolet Anianus male interpretari illa, *extra ordinem*: de quo dictum *ad tit. 5. §. 2.*

18. *Revertetur*] Pro *dabitur*. phraſis Interpretis.

19. *Ei, qui irritatu ſuo feram beſtiam &c.*] Neque ædilicia, neque legitima, neque extraordinaria actio ei datur, qui, cum beſtiam irritaſſet, laeſus eſt. At ſi alius laeſus ſit, Aquilia, vel in factum is, qui irritavit, tenebitur, *l. item Mela, 11. §. item cum eo, D. ad l. Aquil.* CVJAC.

20. *Feram*] Tὸ *feram* non habet Cujac. RITTERSHVS. Qua editione ſit uſus Rittershuſius haud ſcio: at in illis, quae penes me ſunt, tam fine, quam cum Cujacii interpp. hoc verbum invenio.

21. *Eaque*] Cujacius *aequo*. RITTERSHVS. In edd. cum ipſius interpp, ſed in aliis eſt *eaque*.

22. *In*

[22] In circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, [23] pro modo admiſſi actio dabitur. LEX EST VLT. D. DE EXTRAORDINAR. CRIMINIB.

22. *In circulatores*] Hanc ſententiam hic quoque poſuit Rittershuſius.

23. *Pro modo admiſſi actio dabitur*] Vid. Menoch. *lib. 11. cent. 4. caſ. 366.* RITTERSHVS.

TITVLVS XVI.

[1] *Finium regundorum.*

1. [2] In eum, qui per vim terminos dejecerit, vel amoverit, extra ordinem animadvertitur.

Non indiget interpretatione.

[3] *Vt fines terrae per terminos regantur, ne diſſipentur, ut ab utriſque quinque pedum loco teneantur.*

1. *Finium regundorum*] Vulgo, *de Finium regundorum*, atque ita videtur reliquiſſe Anianus, ut ſubintelligatur *actione*: at procul dubio ſcripſit ipſe Paulus *Finium regundorum*, ut eſt in D. & C. ac ita diſerte laudatur hic titulus in Collatione Moſaicar. & Romanar. *ll. tit. 13* cui auctoritati obtemperavi. SCHVLT.

2. *In eum, qui per vim terminos dejecerit, &c.*] Ex terminis finium teſtimonia ſumuntur, *l. in finalibus, 22. D. fi. reg.* Qui terminos movent, aut diſjiciunt, extra ordinem puniuntur, *l. 2. C. de accuſat.* Quæ autem plerumque ſoleat pœna definiri, *libro quinto* demonſtrabitur. Hic in libris ſcriptis duobus hæc addita legimus, *ut fines terra per terminos regantur, ne diſſipentur, ut ab utriſque quinque pedum loco teneantur*, quod ad legem Mamiliam pertinet. ex quo, ea de re ſententias hoc loco deeſſe, conjecturam facio. CVJ. Vide infr. *lib. V. tit. 22.* Extat hæc ſent. in lib. Lex Dei. *tit. 13.* RITTERSHVS.

3. *Vt fines terra &c.*] Rittershuſius hæc, tamquam geminas Pauli Sententias, repræſentavit: ac Paulum etiam hic talia habuiſſe omnino exiſtimo: verum hæc verba interpretationem mihi magis, quam ipſam Pauli ſcripturam exhibere videntur: adeoque alia litterarum forma ea excudi curavi. Laudat illa Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. h. t. & ad ll. XII. tabb. probation. tab. VIII.* ubi quædam habet de ſpatio quinque pedum inter agros confines relinquendo, cujus mentio in *l. 5. C. h. t.* & apud Ciceronem *de legib. lib. 1. cap. 21.* Aggenum *Commentar. in Frontin. de limitib. agror.* alioſque. SCHVLTING.

TITVLVS XVII.

De Servitutibus.

1. [1] Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio uſus non eſt, [2] amiſiſſe

1. *Viam, iter, actum, aquaeductum, &c.*] Servitutes ruſticorum prædiorum non utendo amittuntur, & ideo earum libertas non uſucapitur: nec enim facto opus eſt ejus, qui ſervit. quod fuſius expoſuimus *in l. ſequitur, 4. & l. juſto, 44. de uſurp. & uſuc.* Hic Anianus actum interpretatur, *qua pecora minare conſueviſſe*: ſic enim rectius legitur in libris ſcriptis, & in Bouchardi, ac Ægidii libro, Anverpiæ excuſo, quam, *movere*, in libro Sichardi. Eſt autem *minare* nihil aliud, quam agere & ante ſe pellere. Dixere etiam *comminare, & prominare*, unde Galli, *mener & promener* dicunt. Apulejus *lib. IX. Univerſa jumenta ad locum proximum bibendi cauſa gregatim prominabat, & lib. III. nos duos aſinos minantes baculis exigunt, & lib. VII. gregatim pecua comminantes.* Sextus Pompejus. *Agaſones equos agentes, id eſt, bene minantes.* & alio in loco: *Agere modo ſignificat ante ſe pellere, id eſt, minare*: quam interpretationem ad Sext. Pompejum videtur Paulus Diaconus addidiſſe. Aſſentior & Anto. Loiſelio, adoleſcenti acutiſſimo, qui in illo Auſonii verſu, de Myronis bucula,

Ageret juvencas cum domum paſtor ſuas,
Suam relinquens, me movebat ut ſuam:

mihi indicavit legendum eſſe, *minabat ut ſuam.* Eſt & hoc verbum frequens in D. Hieronymo. & in legibus antiquis Langobardorum, Burgundionum, Alamannorum, & in lege Salica. CVJAC. In Pandectis & Codice de hac materia anteriori nonnihil loco agitur. Juris vero hujus mentio in lege Burgundionum *additament. 2. tit. 2. §. 3. & 4.*

2. *Amiſiſſe videtur*] Non obſtante lege Scribonia: quæ ſervituti quidem uſucapiendæ eſt impedimento, non recuperandæ libertati, *l. 4. §. ult. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* SCHVLTING.

3. *Nec*

ſiſſe videtur: [3]nec enim ea uſucapi poſſunt, quae non utendo amittuntur.

INTERPRETATIO. [4]*Viam, qua eundo ad rem noſtram uti ſolemus, vel iter, quo per rem alienam ad noſtram pergimus, &* [5]*actum, id eſt, qua pecora* [6]*minare conſuevimus, vel aquaeductum, biennio non utendo, ſi quis uſus non fuerit, perire ei certiſſimum eſt.*

2. [7]Servitus hauriendae aquae, vel deducendae [8]biennio omiſſa intercidit, [9]& biennio uſurpata recipitur.

IN-

3. *Nec enim ea uſucapi poſſunt, &c.*] Vulſ illarum libertatem uſucapi non poſſe a domino rei ſervientis: quo modo loquitur Julianus, *l. 32. §. 1. D. de ſervitut. prædior. urbanor.* cum ruſticæ ſolo amittantur non uſu, *l. 6. D. d. t. l. 18. §. 2. D. quemadmod. ſervitut. amittan.* adeoque non exigatur ad amiſſionem factum ejus, cujus res ſervit: ſed ſufficiat ceſſatio ejus, cujus rei jus debetur. Sic dicitur uſucapi non poſſe uſusfructus, pro libertate ab uſufructu, *l. 44. §. 5. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* ubi id notavit Cujacius. Rationem hujus rei non unam vulgo dant Donellus *Commentarior. lib. XI. cap. ult.* Ant. Faber *Rationalib. ad l. 6. D. de ſervitutib. prædior. urbanor.* Barth. Cheſius *Differentiar. cap. 45.* M. Aurel. Galvanus *de uſufruct. Diſſertation. variar. cap 42.* Mihi illa videtur ſimpliciſſima, quod ruſticarum exercitium facto contineatur, atque inde uſus earum dependeat. inde via dicitur non intelligi poſſideri, & merum eſſe jus, *l. 4. §. 27. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* Alibi vero negantur certam continuamque habere poſſeſſionem, *l. 14. D. de ſervitutib.* Vrbanæ vero, quæ in ſuperficie conſiſtunt, non in mero facto ſolent eſſe conſtitutæ; ſed ſimul per ſe aliquid neceſſario mutant, & novant in ædibus vicini: nec ſolo facto, verum poſſeſſione retinentur, *l. 20. pr. D. de ſervitutib. prædior. urbanor.* quatenus, ſcilicet, quis domum, cui ſervitus debetur, poſſidet, *l. 32. §. 1. D. eod. tit.* Quam vero diu prædium ſerviens veſtigia retinet ſervitutis, v. g. ædes foramen, ubi tignum immiſſum fuerat, hoc ipſo quaſi liberum conſiderari non poteſt, nec etiam ſic poſſidetur. IDEM.

4. *Viam, qua eundo &c.*] Non recte exponit diſcrimen viæ & itineris, quod melius traditur *pr. Inſt. de ſervitutib. ruſticor. & urbanor. prædior. & l. 1. D. de ſervitutib. prædior. ruſticor.*

5. *Actum, id eſt, qua pecora minare conſuevimus*] Dat exemplum ejus, in quo actus conſiſtat, non vero plene definit, *v. l. 1. pr. l. 7. l. 12. D. de ſervitut. prædior. ruſticor.*

6. *Minare*] Sich. *movere*, non recte. RITTERSHVS.

7. *Servitus hauriendæ aquæ, vel deducendæ biennio omiſſa intercidit, &c.*] Aqua biennio amittitur: biennio quoque uſurpatur. Quod, uti accipiendum ſit, oſtendimus in *l. ſequitur, 4. D. de uſurp. & uſuc.* Pro biennio, hodie decennium habemus & vicenalium. CVJAC.

8. *Biennio*] Al. *biennii actiones.* RITTERSHVS. Sic Sichard. de re ipſa dictum modo.

9. *Et biennio uſurpata recipitur*] Non de illa, quæ in eo erat, ut amitteretur, retinenda hic agitur, ut exiſtimat Cujacius *ad l. 4. §. ult. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* ſed, ut putat Interpres Pauli, de illa, quæ plane amiſſa eſt, uſurpanda, ſive uſu adquirenda: quo modo *uſurpatum* ſumitur *l. 40. §. 1. D. ex quib. cauſ. major. XXV. ann. in integr. reſtituunt.* Jus vero ſublatum, nullum eſt amplius, *per l. 98. §. 2. D. de ſolutionib.* adeoque qui illud recuperabit, ita agere debet, ac alius, qui id nunquam habuit. Quamvis vero ſervitutes ex XII. tabulis, quæ de incorporalibus uſucapiendis nihil caverunt, uſu adquiri non potuerint, *fac. l. 14. pr. D. de ſervitutib. l. 43. §. 1. D. de adquirend. rer. domin.* nec proprie etiam poſſideantur, maxime ruſticæ, *d. l. 14. l. 40. §. 2. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* illarum tamen uſus eſt, quo verbo lex de uſucapione loquens utebatur: & hic ipſe uſus pro poſſeſſione a Prudentibus habitus, ac hoc modo deinceps jure civili, ſive diſputatione Juriſconſultorum, de qua *l. 2. §. 1. D. de origin. jur.* inducta eſt uſucapio ſervitutum, ſaltem ruſticarum, quæ res erant mancipi, teſte Vlpiano *tit. 19. §. 1.* ut clare indicat Cicero *pro Cæcin. cap. 26.* ubi, poſtquam docuiſſet, uſucapionem fundi eſſe ex legibus, ſubjicit. *Aqua ductus, hauſtus, iter, actus a patre: ſed vetus auctoritas harum rerum omnium e jure civili ſumitur.* Quod recte notavit Rævardus *lib. ſingular. ad leg. Scribon.* Ratio etiam illa, quod intererat, aliquando certa eſſe hæc jura, hic obtinebat. Ipſa quoque lex Scribonia, quæ uſucapionem ſervitutium ſuſtulit, *l. 4. §. ult. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* uſucaptas fuiſſe tunc ſervitutes clariſſime evincit: nec enim leges ea tollunt, quæ in uſu non ſunt. Poſt quam legem juris auctores talibus quidem rationibus adverſus uſucapionem utuntur, quæ ex juris ſubtilitate fluunt, quæque juri vetuſto, quod jam reductum erat, quadrabant: illis tamen ſubnixam fuiſſe legem Scriboniam nolim affirmare. Non voluit forte illa, libertatem prædiorum facile tolli, quando & hic negligentia colonorum inquilinorumque ſæpe dominis eſſe poſſet damnoſa. Illa vero lex in omnibus ſervitutibus obtinuiſſe videtur: & hoc jus uſitatum fuiſſe generaliter ſcribit Vlpianus *l. 10. §. 1. D. de uſurpationib. & uſuc.* (ubi pro *uſucapi*, a Triboniano repoſitum eſſe, *longo tamen tempore capi*, du-

dum

INTERPRETATIO. *Vſus hauriendae aquae vel ducendae, ſi biennio deſiterit, non utendo perit: & ſi iterum biennio in uſum fuerit reducta, recipitur.*

* Servitus aquae ducendae vel hauriendae, niſi ex capite vel ex fonte, conſtitui non poteſt: [10] hodie tamen ex quocunque loco conſtitui ſolet. LEX EST IX. D. DE SERVITVTIB. PRAEDIOR. RVSTICOR.

dum obſervatum eſt.) *l. 14. D. de ſervitutib.* Paulus illud hic propoſuit, quod jure civili inductum fuerat, ut recte notat Janus a Coſta *ad §. 3. Inſt. de reb. corporalib. & incorporalib.* idque ſic generaliter apud Burgundos cautum fuiſſe, docet lex Burgundica *additamento. 1. tit. 2. §. 3 & 4.* cui ſimilia habet Papianus *Reſponſor. tit. 12.* Quod mirum illic placuiſſe, quando ad provincialia prædia eorumque jura uſucapio olim non pertinuerit: & præterea illud lege Scribonia erat mutatum. Aggeni locum *Commentar. in Frontin. de limitib. agror. p. 53.* hic prætereo, quia de itinere quidem uſucapiendo illic ſermo, ſed per illud intelligi poteſt locus, ubi iter ſit, non etiam ſervitus itineris. Ceterum poſt legem Scriboniam tamen is, qui longo tempore non vi, clam, vel precario uſus erat ſervitute, utili actione a Prætore adjutus fuit, *l. 10. D. ſi ſervit. vindicet.* cui jungenda *l. 1. §. ult. D. de aq. & aq. pluv. arcend.* (in cujus inſcriptione male quædam editiones habent *quadrageſimo tertio*, pro *quinquageſimo tertio*, quod eſt in editione Florentina) *l. 1. l. 2. C. de ſervitutib. & aq.* ad inſtar rerum immobilium olim in provinciali ſolo, & hodie omnium, quas haec in parte quod ad tempus imitantur, *l. ult. C. de præſcription. long. temper.* Et, quamvis hic non adipiſcamur dominium, jus tamen adquirimus, *l. 28. D. de ſervitutib. prædior. urbanor. l. 2. C. de ſervitutib. & aq.* & quaſi uſucapimus, quo reſpiciens Tribonianus *l. 9. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* addidit *maxime*: quaſi res corporales hodie non ſolæ, ut olim poſt legem Scriboniam, ſed præcipue recipiant uſucapionem. SCHVLTING.

10. *Hodie tamen ex quocunque loco conſtitui poteſt*] Ex conſtitutione Antonini Caracallæ, *l. 2. D. commun. prædior. urbanor. & ruſticor.* contra rigorem juris, *l. 28. D. de ſervitutib. prædior. urbanor.* ut adeo & Paulus ex reſcriptis hic aliquid habeat. IDEM.

TITVLVS XVIII.

[1] *De Familia herciſcunda.*

1. [2] Arbiter familiae herciſcundae plus quam ſemel dari non poteſt: & ideo de his, quae diviſa eo judicio non ſunt, communi dividundo arbiter poſtulatus partietur.

INTERPRETATIO. *Propter diviſionem bonorum communium ſi quando [3] inter fratres contentio vertitur, dividendae [4] rei non plus quam ſemel arbiter deputatur, ut inter eos quae ſunt communia, habita aequalitate diſtribuat. Quod ſi deputatus a judice arbiter indiviſum aliquid dimiſerit, ex communi conſenſu poſtea qui ſit diviſionis [5] medius eligatur.*

* 2. [6] Di-

1. *De familia herciſcunda*] Sic edd. Sich. Lugd. cIↃIↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃIↃ LXXXVI. abſque mentione variationis. Et ſic conceptus eſt hic titulus in Cod. Gregor. & Theod. ſaltem ab Aniano, & in Indice Pand. Florent. ſcriptum eſt *familiæ herciſcundæ*: ſed in titulo ipſo & alibi ſcriptum eſt ſine adſpiratione, *ercíſcundæ*: ac utroque modo verbum hoc ſcriptum eſſe docet Voſſius in *Etymologic. v. ercíſco.* Cujacii edd. cum Interpp. & Rittersh. habent *de familia ercíſcundæ*, ſcil. *actione.* in Pand. & Cod. eſt *familiæ ercíſcundæ*, quod reſpondet illi *finium regundorum*: idque & ipſe mallem. SCHVLTING.

2. *Arbiter familiæ ercíſcundæ plus quam ſemel dari non poteſt*] Familiæ ercíſcundæ non niſi ſemel agi poteſt: & ideo ſi quid indiviſum relictum ſit, non familiæ ercíſcundæ, ſed communi dividundo actio competit, *l. ſi filia. 20. §. familia, D. fam. ercíſc.* CVJ. Actio hæc eſt de hereditate, eoque tendit, ne illa amplius communis ſit: adeoque & ſine effectu foret, ſi illa communis maneret; quamvis res ex illa ſingulares etiam nunc communes manere poſſint *l. 20. §. 4. D. h. t.*

3. *Inter fratres*] Non refert, quales ſint heredes.

4. *Rei*] Non de re, ſed de hereditate hic agitur.

5. *Medius*] Sic Ariſt. v. *Ethic.* Judicem vocat μεσίδιον. RITTERSHVS. in *l. 22. C. ad l. Corn. de fal.*

* 2. [6]De omnibus rebus hereditariis judex cognoscere debet, celebrata divisione, ut semel de omnibus pronuntiet.

* 3. Judici familiae herciscundae convenit, ut ea, quae quis ex communi accepit, ipsa, aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes dividi possint.

* 4. Judex familiae herciscundae [7]nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alioquin inutiliter datur.

* 5. [8]Omnes res, quae sociorum sunt, [9]communi dividundo judicio inter eos separantur.

Inter utramque partem sit judex medius. IDEM. *in Indic.*

6. *De omnibus rebus hereditariis*] Has sententias in lucem protulit Cujacius edit. Lugd. CIↃ IↃ LXVI. Res vero in hoc judicium veniunt, quae in hereditatis petitionem, *l. 25. §. 19. D. de hereditat. petition.* quae quales sint, exponitur in *l. 18. §. ult. l. 19. D. d. t.* quatenus nempe inter heredes sunt communes, *l. 8. C. h. t.* & corporales, *l. 25. §. 1. D. h. t. l. 9. C. commun. utriusq. judic.* quae recipiunt divisionem: non nomina, *l. 2. §. ult. D. h. t.* quae per ipsam legem divisa sunt, *l. 6. C. h. t.* nec servitutes, quae singulis in solidum competunt, *l. 25. §. 9. D. h. t. l. 17. D. de servitutib.* SCHULTING.

7. *Nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est*] Res aliquae indivisae relictae judicio nihil nocent: sed communi dividundo judicio locum faciunt, *l. 20. §. 4. D. h. t.* Inter heredes vero omnes judicandum est, non aliquos solos, ut hic docet Paulus: quamvis nihil vetet, uni duobusque per judicem partes vel res hoc judicio attribui, alios in communione manere, *l. 2. §. 4. D. h. t.* ut & fit in *l. 8. pr. D. commun. dividund.* nam & unus judicium petere potest, *l. 43. D. h. t. l. 29. §. ult. D. commun. dividund.* De praestationibus quoque condemnationes & absolutiones in omnium persona faciendae sunt, aut judicium non valebit, ut docet Paulus *l. 27. D. h. t.* quem exponit Cujacius *Observ. lib. XXIII. cap. 1.* illumque secutus Vinnius *Selectar. Quastion. lib. 1. cap. 38.* IDEM.

8. *Omnes res &c.*] Videtur hic Paulus apposuisse tit. *Communi dividundo.* RITTERSHVS. Ita frequenter Anianus sententias ex diversis titulis in unum locum conjicit.

9. *Communi dividundo judicio*] Actio pro socio hic cessat, utpote, quae ad praestationes personales magis pertineat, *l. 1. D. commun. dividund.* ubi *magis* non sumitur comparante sensu, sed θετικῶς, ut *l. 6. D. de legat. 1.* quod notatum Cujacio *Observation. lib. 11. cap. 30.* qui enim ad divisionem agit, re vera vindicat, idque agit, ut partem divisam pro indivisa habeat: quod cum obligatione, quae actionem pro socio parit, nihil habet commune. De praestationibus personalibus utraque actio competit, *l. 38. §. 1. l. 43. D. pro soc.* Actio vero communi dividundo mixta est, non autem tota e quasi contractu: nec ipsa communio quasi est contractus, sed status, in quo plures dominium vel jus indivisum in rebus habent, & in quem statum devenitur vel per conventionem, vel sine ea, *l. 31. l. 33. D. pro soc.* ac proinde non tantum differt a contractu societatis, quod tangit Cujacius *Paratitl. tit. C. pro soc. & Observation. lib. X. cap. 25.* sed & a quasi contractibus: at rerum communium administratio, fructuum perceptio, damni illatio, & similia quasi ex contractu obligationem producunt. Et hoc clare indicat Imperator *§. 3. Inst. de obligationib. quae quasi ex contract. nascunt. ibi, & alter eorum alteri idcirco teneatur, &c.* SCHULTING.

TITVLVS XIX.

Quemadmodum actiones per inficiationem duplentur.

1. [1]Quaedam actiones si a reo inficientur, duplantur: velut [2]judicati depensi,

1. *Quadam actiones, si a reo inficientur, duplantur &c.*] Quaedam sunt actiones, quae inficiatione crescunt in duplum, velut actio damni injuria ex lege Aquilia, *l. inde Neratius, 23. §. hac actio, D. ad leg. Aquil. l. item veniunt, 20. §. cum praediximus, D. de pet. hered.* & ante Justinianum actio legatorum per damnationem relictorum, hodie actio omnium legatorum, quae pietatis intuitu relicta sunt, *§. ultim. de oblig. quae quasi ex cont. §. ex maleficiis, de act.* Addit Paulus hoc loco actionem ex empto, si venditor de modo agri mentitus sit: quod & in *libr. proxime* repetitur *titul. ex empto & vendito.* Cic. *III. Off. Nam cum ex XII. tab. satis esset ea praestari, quae essent lingua nuncupata, quae qui inficiatus esset, dupli poenam subiret.* Item

penſi, [1]legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliae, item [4]de modo agri, cum a venditore emptor deceptus eſt.

INTERPRETATIO. *Aliqua, quae cum ab his, quibus ſunt debita, repetuntur, ſi a debitoribus negata fuerint, dupli ſatisfactione redduntur, id eſt, res judicata, legati per damnationem relicti, id eſt, ſi quid heres legati titulo dare juſſus eſt, & petitum negaverit: vel ſi damnum alicui per injuriam factum quis ſarcire noluerit: vel de modo agri, cum a venditore emptor fuerit circumſcriptus, ut minus inveniatur, quam probatur ſcriptum. Quae omnia ſuperius comprehenſa ſecundum legem Aquiliam duplicantur.*

2. [7]Ex his cauſis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non poteſt.

IN-

Item judicati actionem, id eſt, ſi quis judicatum inficiatus ſit: quod in *lib. V. tit. 5.* attingit. Cicer. *pro Flacco. Frater meus pro ſua aequitate, prudentiaque decrevit, ut ſi judicatum negaret, in duplum iret. Judicati*, inquit, *depenſi*: ubi quid faciat, *depenſi*, neſcio: forſitan legendum eſt, *judicati, depoſiti*: nam & actio depoſiti interdum inficiando creſcit, §. *ſed furti, 20. de act.* Imo & ex XII. tab. erat in duplum. CVJAC.

2. *Judicati*] Actio ergo hæc judicati non tendit ad id, ut exſecutio fiat; quod video placere Viris Eruditis: ſed ut de facto aliquo judicetur, quod reus inficiatur: illaque eſt natura actionum, ut quæratur, an aliquid pateat, ſive liqueat, ut habent formulæ actionum: nec etiam aliter eſſe poteſt judicium. Quin nec judices in Pandectis deſcripti, apud quos de actionibus contenditur, exſecutionem habent vel juriſdictionem, ſed nudam notionem: quo pertinet *l. 5. pr. D. de re judicat.* ac ſententias eorum magiſtratus exſequuntur, qui eos dederunt, *l. 15. pr. D. eod. tit.* Ceterum de ſola exſecutione cogitandum eſt, & ut ſolvatur, quando omnia ſunt liquida, *l. 4. §. 3. D. eod. tit.* ſaltem poſt juſtum tempus, *l. 31 D. eod. tit.* Quando vero aliquid controverſiæ ſupereſt, verbi cauſa, an judicatum ſit, vel aliquis condemnatus, uti hic eſt locus jurijurando, *l. 28. §. 8. D. de jurejurand.* ita & huic actioni, *l. 1. pr. D. quae ſentent. ſin. appellation. reſcindant.* in qua inficians teneri hic dicitur in duplum, nec immerito: quoniam id convellere nititur, quod ratum manere publicæ ſalutis ratio exigit, rerum, nempe, judicatarum auctoritatem. Eadem actio erit uſui cum dubitatur, an contumax fuerit, qui condemnatus fuit, *l. 75. D. de judic. l. 4. C. quomod. & quand. jud. &c.* Et ſimili ratione in exceptione judicati quæritur, an hac de re ſit judicatum, *l. 1. §. 4. D. de liber. exhibend.* de qua eſt *tit. D. de exception. rei judicat.* SCHVLT.

* 2. *Judicati depenſi*] Recte Cujac. pro *judicati depenſi* leg. putat, *depoſiti*: non recte alibi ille & alii *depenſi*. GIPHAN. Rittershuſius emendationem Cujacii in contextum admiſit, nulla facta lectionis alterius mentione. Mihi emendatio illa uti probabilis videtur, ita non plane eſt certa, & ipſe noſter Paulus *lib. II. tit. 17. §. 11.* (qui locus refertur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 10.*) docet quidem lege XII. tabularum ex cauſa depoſiti in duplum actionem dari: ſed addit, edicto Prætoris in ſimplum, extra cauſam, ſcilicet, depoſiti miſerabilis: idque poſterius conſtat ex ipſo edicto *l. 1. §. 1. D. depoſit.* ut vix videri poſſit Paulus hic ſimpliciter ſcripſiſſe depoſiti actionem inficiando duplari; & aliud hic forte deliteſcat. Interpres depoſiti non meminit, nec in ſuo libro de eo aliquid inveniſſe videtur. SCHVLTING.

3. *Legati per damnationem relicti*] Vt damnatio a teſtatore profecta idem efficeret, quod illa, quæ fit a judice: de quo nonnulla habebimus ad Vlpianum *tit. 24. §. 4.* Optima hic ergo confeſſio, cujus mentio *l. 71. §. 2. & 3. D. de legat. 1.* per quam heres, re aliena legata, veram tantum æſtimationem præſtabat, *l. 61. D. ad leg. Falcid.* inficiando enim duplum præſtare debuiſſet. IDEM.

4. *De modo agri*] Nec non de vitiis, quæ dicta fuerant abeſſe, teſte Cicerone *de offic. lib. III. cap. 16.* IDEM.

5. *Legati*] Scripſiſſet rectius, *legatum &c.* eſt enim hæc res a priori diſtincta.

6. *Secundum legem Aquiliam*] Somniavit hic Interpres. lex illa egit tantum de damno injuria dato, non de reliquis ſpeciebus: quod notavit & Ampliſſ. Bynkershoek *Obſerv. lib. 1. cap. 13.*

7. *Ex his cauſis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non poteſt*] De judicato paciſci non poſſumus decidendi cauſa, ut in *primo tit.* dictum eſt: ſic & de damno injuria, de legato damnationis, de mentito modo agri, de depoſito decidere non poſſumus. Nam aut fatetur reus, aut inficiatur: ſi fatetur, pro judicato habetur, & ideo tranſigere non poteſt: ſi inficiatur, ac poſtea decidere velit, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis pœnam ſuſtinet. At de furto, & injuriis tranſigere licet, quod & in rapina, & dolo receptum eſt: eo tamen pacto pœna evitatur, non infamia, *l. 4. §. ult D. de his, qui not. inf.* ex his quoque cauſis perperam ſoluta repetuntur, *l. eleganter, 23. §. ultim. D. de cond. indeb.*

Digitized by Goog

INTERPRETATIO. *Hae cauſae, quae* [8]*pulſatorum negatione duplantur, per pactum* [9]*finiri non poſſunt.*

At ex eis cauſis, quæ inficiatione duplantur, perperam ſoluta non repetuntur, *l. 4. C. de cond. indeb. §. ult. de oblig quæ quaſ. ex cont.* credo, quia propter metum periculi inficiationis videntur ſoluta. CVJAC. Non prohibetur pactum donationis gratia, quod & locum habet, quando tranſigi nequit, *l. 2. D. de tranſactionib.* etiam de re judicata, *l. 7. §. 13. D. d. pact.* ſed vetatur *deridi*, ſive tranſigi: quod uti de re judicata certiſſimum ex Paulo *tit. 2. de pact. §. 2.* dictiſque ad ipſum, ita ut habeat locum, debet plane certum eſſe, rem jam eſſe judicatam. alioquin poteſt tranſigi, *l. 11. D. de tranſactionib.* & de reliquis quis fidem faciet nobis, tranſactionem eſſe illicitam? Teſtimonia veterum nulla, nec juſta prohibendi cauſa, adeoque cur non tranſactionem admittent? ne de delictis quidem infamantibus id vetitum, quamvis infamia & ſic incurratur, *l. 2. l. 4. §. ult. l. 6. §. 2. D de his, qui notant infam.* & cur hic ergo tranſactio non poterit fieri, adeoque neceſſe erit rem judicio terminari? Ratio, quam Vir Summus dat, juris vi deſtituta eſt. Rem ſane extra jus judiciumque, ubi fieri ſolet tranſactio, confeſſus, pro judicato nuſquam habetur: nec extra jus judiciumque inficiatus, ſi poſt decidere velit, pro inficiatore convicto habetur. Nihil tale ex jure probatur. Imo & de damno injuria dato & occiſo ſervo tranſactio poſt litem conteſtatam tamquam licita memoratur a Cicerone *pro Roſc. Comœd. cap. 11.* Illud verum eſt, non de omnibus his poſſe pacto decidi; ut exemplum rei judicatæ evincit: & tale quid forte a Paulo ſcriptum fuit; quod excerptor ex eo generalius retulit. SCHVLTING.

8. *Pulſatorum*] Pulſatus, id eſt, reus. Sic ſæpe in *ll. Codic.* RITTERSHVS. *in Indic.*

9. *Finiri*] Pacto finiri judicati cauſa poteſt, ſed non tranſactione; quæ Interpres non diſtinxit.

TITVLVS XX.

[1]*De Fidejuſſore & Sponſore.*

1. [2]Inter fidejuſſores [3]ex edicto Praetoris, ſi ſolvendo ſint, licet ſinguli in ſolidum teneantur, obligatio dividetur.

IN-

1. *De fidejuſſore, & ſponſore*] Qui pro alio ſe obligans dicit, *fidejubeo*, fidejuſſor eſt: qui dicit, *ſpondeo*, ſponſor: qui *fidepromitto*, fidepromiſſor. Inde *tit. 8. ſupra. Minor*, inquit, *ſe in his, quæ fidejuſſit, vel fidepromiſit, vel ſpopondit.* CVJAC. Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 16. p. 606. & 707.* putat, fidejuſſores eſſe, qui cum eo, qui pecuniam quærit veniunt ultro, jubentque illi credi ſua fide, ſuoque periculo: ſponſores vero, qui dantur creditori ab eo, cui non vult credere, ut fidem pro eo interponant & ſpondeant. Quod tamen diſcrimen vellem probaſſet. Formulis verborum diſtiterunt, ut docet §. 2. *Inſt. de verbor. obligationib.* forte & in aliis. De ſponſoribus etiam titulum fuiſſe in Codice Gregoriano *lib. XII.* indicat Papianus *Reſponſor tit. 15.* Ab utriſque vero diverſi adpromiſſores, qui pro reo promittente & ipſi promittunt: *l. 5. §. 2 D. de verbor. obligationib.* Verum diſcrimen hic circa effectus juris nullum in jure noſtro obſervatur: & nomina multa antiquitus nota eorum, qui pro aliis ſe obligarant, illic mutata ſunt, ut dictum ad *tit. 9 §. 5.* SCHVLTING.

2. *Inter fidejuſſores ex edicto Praetoris, &c.*] Inter fidejuſſores, & mandatores ejuſdem rei dividitur ex ſtipulatu, & mandati actio ex epiſtola D Hadriani, ſi litis conteſtandæ tempore omnes ſolvendo ſint: alioquin inops locupletem onerat, quoniam ipſo jure ſinguli in ſolidum tenentur, nec dividitur obligatio, niſi poſita exceptione ex epiſtola D. Hadriani, omnes ſolvendo fuerint litis conteſtandæ tempore: quod in Pandectis ſub *titul. de fidejuſſ.* multis in locis demonſtratur. Id vero etiam edicto perpetuo, quod auctoritate Hadriani compoſitum eſt, comprehenſum fuiſſe, Paulus hoc in loco teſtatur: & traxit hoc quoque poſtea Juſtinianus ad reos conſtitutæ pecuniæ, quos *correſpondere* vocant, Galli verbum ex verbo, *reſpondans. l. ult. C. de conſtit. pec.* CVJAC.

3. *Ex edicto Praetoris*] Epiſtola Hadriani vocatur Edictum Prætoris, fortaſſe, quia a Salvio Juliano Edicti perpetui conditore in id ſtatum relata eſt. RITTERSHVS. *in Indic. v. epiſtola.* Id videtur veriſſimum, in Edictum perpetuum jus hoc ex epiſtola Hadriani relatum fuiſſe: adeoque non pugnat hic locus cum iis, in quibus id jus epiſtolæ D Hadriani adſcribitur, velut, §. 4. *Inſt. l. 26. D. de fidejuſſorib. l. ult. C. d. conſtitut. pecun.* Ante Hadrianum vero jus hoc in uſu fuiſſe nuſquam eſt proditum. Quod autem Cujacius putat, hoc eſſe a Divo Pio, qui & Hadrianus dictus eſt, *ad tit. Inſt. de S. C. Tertullian.* id vel inde evertitur, quod hoc jus Edicto perpetuo comprehenſum fuerit, id vero ſub Hadriano ipſo factum ſit: cujus juris eſt quidem veſtigium in epiſtola Pii, *l. 49. §. 2. D. de fidejuſſorib.* ſed id ibi non inducitur. SCHVLTING.

4. *Rati-*

Digitized by Google

INTERPRETATIO. *Cum multi fidejussores extiterint, etiamsi ad solvendum quae promiserunt, probantur idonei, & possunt omnes in solidum* [4]*retineri, tamen restitutio debiti inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exolvat.*

4. *Retineri*] Hoc est, conveniri. ita alibi Interpres loquitur, ut notatum ad Cajum *lib. II. Inst. tit. 9. §. 2.*

TITVLVS XXI.

[1]*De Sepulchris & Lugendis.*

1. [2]Ob incursum fluminis, vel metum [3]ruinae, corpus jam perpetuae sepulturae traditum, [4]solennibus redditis sacrificiis, [5]per noctem [6]in alium transferri locum potest.

[7]*Non indiget interpretatione.*

2. [8]Corpus [9]in civitatem inferri non licet, [10]ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.

* 3. [11]In-

1. *De sepulchris & lugendis*] In Edicto perpetuo hic quoque actum fuisse de religiosis & sumptibus funerum arguit ordo Digestorum & Codicis. Ibidem quoque edictum fuit *de sepulchro violato*, quod explicuit Vlpianus *libro XXV. ad Edictum, vide l. 3. D. de sepulchr. violat.* in quo libro & de religiosis egit, *vid. l. 2. l. 4. l. 6 & plures D. de religios. & sumptib. funer.* & Paulus noster libro XXVII. *l. 4. D. de sepulchr. violat.* cui jungendae *l. 3. l. 11. l. 21. l. 23. l. 25. l. 32. D. de religios.* Ita liquebit, quo pacto hic Paulus apposite de sepulchris, ac sepulchris violatis egerit. Edictum *de sepulchro violato* omisit Jac. Gothofredus *in Ordin. Edict. perpet.* qualia & alibi ipsi accidisse observare licet. Editiones pleraeque tantum quinque habent hic sententias, cum tamen dudum plures longe protulerit Cujacius ex Codice Vesontino *Observat. lib. XXI. cap 12. & 13.* quas & nos repraesentavimus. SCHVLTING.

2. *Ob incursum fluminis, &c.*] Non perpetuae sepulturae tradita corpora transferri possunt, *l. 3. §. non perpetua. D. de sepul. viol.* Perpetuae sepulturae tradita transferri non possunt sine permissu Pontificis, aut principis: nisi ob incursum fluminis, aut metum, vel ob aliam justam & necessariam causam, *l. 1. C. de relig. & sump. fun.* Transferuntur autem sollemni sacrificio facto, & per noctem. Efferuntur interdiu. Sed & noctu efferri corpora Demetrio placuit, ad sumptus minuendos. M. Tul. II. *de leg. Sumptum minuit non solum pana, sed etiam tempore: ante lucem enim jussit efferri*, & probatur Juliano in *l. 5. C. Th. de sepul. viol.* CVJAC.

3. *Ruinae*] Tò *ruinae* restituit Cujac. *XXI. Observ. 13.* RITTERSHVS. Inveni hoc verbum Cujacius in codice antiquissimo, ante Rittershusium id quoque comparuit in edd. Paris. & Genev. clɔ Iɔ I. XXXVI.

4. *Solennibus redditis sacrificiis*] Id est, piaculo facto, ut in antiqua inscriptione, RELIQVIAE TRAJECTAE EX PERMISSV COLLEGII PONTIFICVM PIACVLO FACTO. EX CVJACIO *Observ. lib. XXI. cap. 13.* Vetus inscriptio exstat apud Gruterum *p.* Iɔ LXXVIII. 1. De translatione tali cadaverum plura habet Jac. Gutherius *de veter. jur. pontific. lib. II. cap. 9.*

5. *Per noctem*] Vt ita ferale hoc negotium a conspectu Solis sit remotum, cui id non debere ostendi docetur §. 4. Ipsa alioquin elatio funerum antiquissimis quidem temporibus noctu peracta est: at postea interdiu, nisi in funeribus vulgaribus vel acerbis; ut ostendit Joh. Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib. II. cap. 2.*

6. *In alium transferri potest*] Permissu tamen illorum, quibus hac de re statuendi jus est, id factum esse docet Plinius *lib. X. epist. 73.* ubi scribit, in Vrbe de eo aditum collegium Pontificum, in provinciis Proconsules: idque de provinciarum rectoribus clare traditur *l. 1. C. de religios. & sumptib. funer.* Principes quoque talia concessisse constat ex *l. 10. C. d. religios.* (ubi pro *humanum*, legendum esse *humatum* ex *l. 7. Cod. Theod. sepulchr. violat.* bene notavit Jac. Gothofredus *ad d. l.* non *humandum*, quod malebat Cujacius *Recitationib. ad l. 4. §. 6. D. de contrahend. emption.*) & ex inscriptionibus Gruteri *p.* Iɔ XCIV. 7. *pag.* Iɔ CVII. 1. Exemplum quoque, ubi hoc a tribuno plebis est permissum, exstat apud eumdem *p.* Iɔ CLXII. 8 quod notavit & Rad. Fornerius *Rer. quotidianar. lib. III. cap. 6.* Ceterum etiam sub Christianis Principibus cognitio de illis, quae ad sepulchra spectabant, ad Pontifices Romae pertinuit, *l. 2. Cod. Theod. de sepulchr. violat.* ubi tamen quoque adhibetur magistratus civilis: de quo nonnulla ad *d. l. 2.* notat Jac. Gothofredus. SCHVLTING.

7. *Non indiget interpretatione*] Sic. ed. Sichard.

8. *Corpus in civitatem inferri non licet, &c.*] Ideo homines mortui in civitate sepeliri non possunt, ne

* 3. [11] Intra muros civitatis corpus ſepulturae dari non poteſt, vel uſtrina fieri.

* 4. [12] Qui corpus perpetuae ſepulturae traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum [13] nudaverit, [14] & Solis radiis oſtenderit, [15] piaculum con-

ſacra civitatis funere polluantur, *l. mortuorum, 12. C. de relig. & ſump. fun. l. 6. C. Th. de ſepulch. viol.* Et qui contra ea fecerit, aut ea pœna, quæ ab Hadriano definita eſt, aut extra ordinem coërcetur. CVJAC.

9. *In civitatem inferri*] Non hoc accipio de ſepultura, cum Cujacio, ac Kirchmanno *de funerib. Romanor. lib. 11. cap. 21.* de illa enim ſtatim erit ſermo: ſed de illatione cadaveris aliunde in aliquam urbem: quod verba ipſa volunt, quodque non videtur ex jure mero cuivis licuiſſe pro ſuo arbitrio: ac quamvis ex edicto Severi corpus non perpetuæ ſepulturæ traditum liceat transferre: & ex reſcripto Divi Marci nullam mereantur pœnam, qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidum transvexerint; non tamen debent talia fieri ſine permiſſu eorum, quibus talia permittendi jus eſt, *l. 3. §. 4. D. de ſepulchr. violat.* ut adeo & hic abſque eo peccetur. quamvis & detentiones aut vexationes cadaverum Præſes inhibere debeat, *l. 38. D. de religioſ. & ſumptib. funer.* SCHVLTING.

10. *Ne funeſtentur ſacra civitatis*] Ita priſca volebat ſuperſtitio: ſed & non plane diſſimiliter, relinquendam eſſe incolarum domicilio ſanctitatem, elatis ex urbe cadaveribus, ſcribunt Imperatores Chriſtiani, Gratianus & Valentinianus *l. 6. Cod. Theod. de ſepulchr. violat.* De qua veterum opinione nonnulliſque inde conſectaneis plura legere eſt apud Jo. Kirchmannum *de funerib. Romanor. lib. 11. cap. 21.* IDEM.

11. *Intra muros civitatis corpus ſepulturae dari non poteſt, &c.*] Lex eſt XII. tab. IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO, quæ conſtitutionibus porrecta eſt ad civitates omnes, D. Adriani primum, *l. 3. §. Divus, D. de ſep. viol.* id eſt, Divi Pii, ut Capitolinus ſcribit, deinde ceterorum. Ex CVJACIO. *Obſerv. lib. XXI. cap. 13.* Ratio & hujus juris eadem, quæ in §. *prec.* redditur ab Impp. *l. 12. C. de religioſ. & ſumptib. funer.* idque & ante XII. tabulas a Romanis obſervatum fuiſſe probat laudatus modo Kirchmannus *dict. lib. 11. cap. 20.* non tamen id ubivis eſt ſervatum, & videntur quædam loca alio jure uſa eſſe: indeque opus fuiſſe, ut id prohiberetur ab Hadriano, aut a Pio, ut ſcribit Capitolinus *Pio cap. 12.* Et utrumque hoc ſanxiſſe exiſtimat Caſaubonus *ad Capitolin. dict. loc.* Miror tamen Vlpianum *l. 3. §. 5. D. de ſepulch. violat.* allegare tantum reſcriptum Hadriani, nihil vero de recentiori generali jure ex Divi Pii conſtitutione addere: quod tamen maxime ad rem feciſſet: nec Hadriani reſcriptum de civitatibus, ſive metropolibus ſolis intelligere poſſumus, & Divi Pii conſtitutionem de quibuſvis municipiis, quod inter alios concliandi modos proponit quoque Jac. Gothofredus *ad l. 6. Cod. Theod. de ſepulchr. violat.* Non finit hoc Vlpianus, qui vult Hadriani reſcriptum valere *in omni loco.* Ideoque crediderim, ſemel tantum hoc fuiſſe cautum ab altero illorum; & vel Capitolinum id perperam Pio adſcripſiſſe, vel per Hadrianum apud Vlpianum intelligendum Pium, quod & alibi factum eſſe notavit Cujacius ad *tit. Inſt. de S. C. Tertullian.* & videbimus ad Vlpianum *tit. 26.* Attamen Vlpianum id illic voluiſſe non facile mihi perſuaſerim. SCHVLT.

12. *Qui corpus perpetuae ſepulturae traditum, &c.*] Piaculum contrahit, qui violat religionem ſepulchrorum, *l. penul. C. de ſep. viol. l. 2. C. Th. eod.* quod ſi dolo malo fecerit, ſacrificio expiari non poteſt, ſed pœnæ capitali ſubjicitur. Variis autem modis ſepulchrorum religio violatur. Ait *commendatum*, id eſt, depoſitum eo animo, ut in alium locum transferatur, ut *l. 14. §. funeris. l. 40. D de rel. & ſumpt & in leg. 3 §. non perpetua, D. de ſep. viol.* non perpetuæ ſepulturæ tradita corpora, id eſt, commendata. vide *Obſ. II. cap. 17. & XI cap. XI.* Ait *ſolis radiis*, forte reſpiciens ad illud Phocylidis,

Μὴ τύμβον φθιμένων κνοφόξῃς, μηδ' ἀθάπτα
Δείξῃς ἠελίῳ.

Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 13.* Rittershuſius hic ordinem ſententiarum contra fidem aliarum editionum, & optimi codicis Veſontini, cujus tenorem exhibuit Cujacius *dict. loc.* mutavit, ut quæ hic ſunt 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. ipſi ſint 8. 9. 10. 11. 12. 13. 7. 14. 15. 4. 5. 6.

13. *Nudaverit*] Si quoque extraxerit illud, vel oſſa eruerit, quod plus eſt, quam tantum nudare, in honeſtioribus pœna eſt deportationis, in humilioribus ultimum ſupplicium, *l. ult. D. de ſepulchr. violat.* ubi ut ultimi ſupplicii mentionem exiſtimemus eſſe a Triboniano, quod ſuſpicatur Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de ſepulchr. violat.* cauſa non eſt idonea. Et lex illa eſt ex libro V. Sententiarum Pauli, non ex primo, ut voluit Rittershuſius, qui illam ad finem hujus tituli collocavit. Illic vero de hac atrociſſima ſpecie videtur Paulus egiſſe, occaſione graviorum criminum. Refertur hoc crimen quoque ad legem Juliam de vi publica, *l. 8. D de ſepulchr violat.* & alias etiam mortis infligitur pœna, quando id factum manu armata, *l. 3. §. 7 D d. t.* SCHVLTING.

14. *Et ſolis radiis oſtenderit*] Manifeſta imitatio Phocylidis: cujus hi ſunt verſus:

Μὴ τύμβον φθιμένων κνοφόξῃς, μηδ' ἀθάπτα
Δείξῃς ἠελίῳ, μηδ' ἀνιμόνιον χόλον ὄρσῃς. RITTERSHVS.

Idem quidem dicitur in illis verſibus, non tamen ad illos reſpexit Paulus noſter. Carmina, quæ hodie dicuntur Phocylidis, non ſunt antiquiſſimi illius poëtæ, ſed recentis ſcriptoris, & quidem Chriſtiani: ut clariſſime demonſtravit Vir Maximus, Joſ. Scaliger *ad Euſeb. n.* MCCCCLXXX. Simili vero modo

committit: [16] atque ideo, si honestior sit, in insulam; si humilior, in metallum dari solet.

* 5. [17] Qui sepulchrum violaverint, aut de sepulchro [18] aliquid sustulerint, pro personarum qualitate, aut in metallum dantur, aut in insulam deportantur.

* 6. Qui sepulchrum alienum effregerit, vel aperuerit, eoque mortuum suum alienumve intulerit, [19] sepulchrum violasse videtur.

* 7. [20] Vendito fundo religiosa loca [21] ad emptorem non transeunt, [22] nec in his jus inferre mortuum habet.

* 8. [23] Qui

modo in Novella Valentiniani *de sepulcur.* dicuntur sepulchrorum violatores *monstrare cœlo corporum reliquias humatorum.* SCHULTING.

15. *Piaculum*] Verbum hac in materia passim usitatum, *§. 12. h. t. l. 2. l. 5. Cod. Theod. de sepulchr. violat.* Sic vero etiam ipsum sacrificium vocatur, quo piaculum avertitur, vel expiatur, in inscriptione *ad §. 1.* a Cujacio adducta.

16. *Atque ideo, si honestior sit, in insulam, &c.*] Sic & de sepulchrorum violatoribus *§. seq. & l. 11. D. de sepulchr. violat.*

17. *Qui sepulchrum violaverint, &c.*] Violatur etiam sepulchrorum religio, si quis de sepulchris aliquid abstulerit, & in quemlibet usum converterit, velut columnas, saxa, marmora, vel aliam fabricandi materiam, *l. 4. C. de sep. viol.* & in eum quæ sit extra ordinem pœna constituta Paulus declarat. EX CVJAC. *dict. loc.*

18. *Aliquid*] Intelligere malo de iis, quæ in illo forte recondita erant. De lapidibus & columnis §. 8.

19. *Sepulchrum violasse videtur*] Et pœna pecuniaria tenetur actione in factum, quæ non est famosa, *l. 2. §. prætor, D. de rel. & sumpt. fun. l. 9. D. de sep. violat.* vel actione sepulchri violati famosa, *l. 1. eod.* EX CVJACIO *dict. loc.*

20. *Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non transeunt.*] Emptorem fundi religiosa loca non sequuntur, si quando in ea iter publicum transeat, ut plerumque ea fuisse secundum viam publicam scribit Varro, quo prætereuntes admonerent, & se fuisse, & illos esse mortales, *l. si mercedem. 43. §. 1. D. de act. empt.* & ideo juxta superiorem sententiam, emptor, qui in ea suum vel alienum mortuum intulit, sepulchri violati reus est. EX CVJAC. *dict. loc.*

21. *Ad emptorem non transeunt*] Nec, quod ad jus pertinet, refert, an sint hæc loca viæ contigua, an non: semper enim sunt commercio exempta: quamvis si a via remota sint, adeundorum eorum copiam suo jure non habeat venditor. Aliud in agro puro monumento cohærente, qui profani juris est, *l. 9. C. de religios.* Accedere quoque emptioni rei majoris potest locus religiosus modicus, *l. 24. D. de contrah. emption.* ut & docet Ambrosius *de Abrahame cap. 9.* qui ait, sepulturas sic fieri venales. Quin & sic res sacras aliquando aliis accessisse patet ex eo, quod refert Tiberius apud Tacitum *Annal. lib. 1. c. 73. Nec contra religiones fieri, quod effigies ejus,* (Augusti) *ut alia numinum simulacra, venditionibus horterum & domuum accedant.* Aliud erit si multum illic sit loci religiosi: quales venditores aliquando, ut & emptores, rei amissione ac pecunia multatos esse docet luculenta & prolixa inscriptio apud Gruterum *p.* CCVIII. Ad præcavendum vero omne incommodum excipi videmus in venditionibus, *si quid sacri sit aut religiosi, l. 22. l. 72. §. 1. D. de contrahend. emption.* quod tamen ad modica tantum pertinet, *d. l. 22.* Accurate vero definiri solebat, quantum esset monumento loci adsignatum, ut passim est videre in inscriptionibus veteribus: & quædam de eo habet Brissonius *Selectar. ex jur. civili antiquitat. lib. 1. cap. 15.* SCHULTING.

22. *Nec in his jus inferre mortuum habet*] Venditor tamen si sepulchra a via, (cui, qui fundos proximos habebant, propinqua ea esse volebant, ut fuse docet Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib. 11. cap. 20.*) dissita sint, iter ad illa sibi excipere poterit: quod pacto fieri solitum, *l. 5. D. de sepulchr. violat.* ex quo loco liquet, illud sensim in morem abiisse, ut venditores etiam post venditionem sepulchra possent adire: quo pacto & in negotiis bonæ fidei, quæ sunt moris & consuetudinis, solent venire, *l. 31. §. 20. D. de Ædilit. edict.* maxime vero hoc obtinere debet in causa religionis. Erat vero aditus necessarius non tantum ad illationem cadaverum vel cinerum: sed & ad honores defunctis habendos, ut notat quoque Basilicorum Scholiastes *ad d. l. 5.* dandasque inferias: de quibus consuli quoque poterit sæpe a me laudatus Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib. IV. cap. 2.* & Jac. Gutherius *de jur. man. lib. II. cap. 21.* Ac de itinere vel itu ad hanc rem peragendam passim in antiquis lapidibus & monumentis mentio est, ut notatum Cujacio *Observat. lib. XIII. cap. 36.* Salmasio & Casaubono *ad Capitolin. Marc. Antonin. cap. 3.* Sed & Impp. Severus & Antoninus iter non habendi precario concedi dicunt solere: atque extraordinarium remedium dari adversus vicinum ad illud concedendum indicat Ulpianus *l. 12. pr. D. de religios. & sumptib. funer.* ubi non noviter id con-

* 8. [23] Qui monumento inſcriptos titulos eraſerit, [24] vel ſtatuam everterit, vel quid ex eodem traxerit, [25] lapidem columnamve ſuſtulerit, ſepulchrum violaſſe videtur.

* 9. [26] In eo ſarcophago vel [27] ſolo, ubi corpus jam depoſitum eſt, aliud corpus inferri non poteſt: & qui intulerit, reus ſepulchri violati poſtulari poteſt.

10. [28] Qui alienum mortuum ſepelierit, ſi in funus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel a patre, vel a domino poteſt.

* 11. [29] Maritus id, quod in funus uxoris impendit, ex dote retinere poteſt.

* 12. [30] Neque juxta monumentum, neque ſupra monumentum habitandi jus eſt: adtactu enim converſationis humanae piaculum admittitur: & qui contra ea fecerit, pro qualitate perſonae vel opere publico, vel exilio multatur.

* 13. [31] Pa-

conſtitui, ſed jus vetus ſtabiliri recte obſervat Vir Egregius, Wilh. Goeſius *ad Sicul. Flacc. de conditionib. agror. p. 131.* ubi plura de illo loco eſt invenire. SCHVLTING.

23. *Qui monumento inſcriptos titulos eraſerit, &c.*] Titulos vocat inſcriptiones ſepulchrorum aut monumentorum, ut Livius XXVI. *Adhiberent humatis titulum, Hic ſiti Acarnanes.* Tibullus IV.

At tua non titulus capiet ſub nomine facta.

& paſſim in antiquis monumentis T. F. I. Statua affixa vel appoſita pars ſepulchri eſt, *l. 2. D. de ſep. viol.* ideoque ſepulchri violati tenetur, qui eam evertit. Ex CVJAC. *dict. lib. XXI. cap. 13.* Abeſt hæc ſententia ab editione Fabroti, perperam.

24. *Statuam everterit*] Non etiam ſi tantum lapide percuſſerit, *l. 27. D. de injur.*

25 *Lapidem columnamve ſuſtulerit*] Sunt enim & hæc religioſa, *l 43. pr. D. de rei vindication.* Facta talia ſæpe ſub Impp. Chriſtianis, ad exſtruendas ornandaſque villas, imo & calcem coquendam, ut apparet ex Codice Theod. & Juſtin. *tit. de ſepulchr. violat.* ubi talia ſevere prohibentur: & ad quem titulum inprimis multa congeſſit doctiſſimus Codicis Theodoſiani Interpres.

26. *In eo ſarcophago, vel ſolo, &c.*] In amplo ſepulchro familiari vel hereditario plures ſepeliri poſſe certiſſimi juris eſt. At non in ſolo, ubi jam corpus impoſitum eſt, non in ſarcophago, qui plerumque fiebat ex Aſio lapide, quod ejus lapidis vi cito corpus ad oſſa redigeretur, ut Dioſcorides, Galenus, Celſus, Plinius, Seneca ſcribunt, unde & is lapis ſarcophagi appellationem obtinuit, & ita ſarcophagum accipere oportet in *l. 37. D. de relig. & ſumpt. fun.* Pro, *ſolo*, videtur legendum, *loco*. EXCVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 13.*

27. *Solo*] Cujacius legendum putat *loco*, quod receptum in contextum Kittershuſius, in margine hæc notans, *al. ſolo*. Ego leviſſima mutatione ſcriberem, *ſolio*: ſolia ſunt arcæ mobiles, quibus corpus integrum conditur. Plinius *Natural. Hiſtor. lib. XXXV. cap. 12*, ita ſcribit. *Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere.* Plura illic adduxit Joh. Harduinus. In ipſis vero monumentis ſolia fuiſſe docet Suetonius *Nerone cap. 50.* ubi Viri Eruditi quoque de iis nonnihil notarunt. ut ita optime eum ſarcophago ſolium jungatur. SCHVLTING.

28. *Qui alienum mortuum ſepelierit*] Actio funeraria datur in heredem, in patrem, cujus in poteſtate defunctus fuerit, & in dominum, *l. at ſi quis, 14. §. ult. l. in patrem, 21. l. ſi filius familias, 31. D. de rel. & ſumpt. fun.* CVJAC.

29. *Maritus id, quod in funus uxoris impendit, &c.*] Hæc ſententia de marito accipienda eſt, qui dotem ſocero reſtituere debet, vel alii, qui eam dedit. & ſibi recepit in caſum mortis mulieris, ut quod impendit in funus, eo minus reſtituat, *l. 17. D. de relig. & ſumpt. fun.* EXCVJACIO. *Obſerv. lib. XX. cap 13.*

30. *Neque juxta monumentum, &c.*] Piaculum committit, qui habitat juxta aut ſupra ſepulchrum, *adtactu enim*, inquit, *converſationis humanæ &c.* ut *l. 12. §. S. C. D. de rel. & ſump. fun.* & extra ordinem ex hac cauſa humilior damnatur in opus publicum perpetuum, honeſtior relegatur, præter civilem popularem actionem, quæ adverſus eum eo nomine edicto prætoris introducta eſt, *l. 3. D. de ſep. viol.* EXCVJACIO. *dict. loc.*

31. *Pa-*

Digitized by Google

* 13. [31] Parentes & filii [32] majores ſex annis anno [33] lugeri [34] poſſunt: minores menſe: [35] maritus decem menſibus: & [36] cognati proximioris gradus octo. [37] Qui contra fecerit, infamium numero habetur.

14. [38] Qui luget, abſtinere debet [39] a conviviis, [40] ornamentis, [41] purpura, & [42] alba veſte.

15. [43] Quid-

31. *Parentes*] Etiam a liberis exheredatis lugendi ſunt, *l. ult. D. de his, qui notant. infam.* nam & hi liberi manent, & conſanguinei, *l. 1. §. 10. D. de ſuis & legitim. heredib.* Et luctus hujus mentio *l. 11. pr. D. his qui notant. infam. l. 17. D. de ſponſalib.* SCHULT.

31. * *Parentes & filii majores ſex annis anno lugeri poſſunt, &c.*] *Poſſunt* dixit pro *debent*, ut lib. IV. *Nominatim ſervi teſtamento manumitti ſecundum legem Fuſiam poſſunt.* Porro cum hæc luctus definitio cum infamiæ pœna in parentibus & liberis & cognatis vel Triboniano diſpliceret, vel ætate ejus non obſervaretur, in arbitrio & pietate cujuſque poſuit modum luctus parentum aut liberorum, aut cognatorum, remiſſa infamiæ pœna his, qui tempus non expleviſſent, quod jure veteri finitum erat. Et quia ait, *Liberi utriuſque ſexus*, videtur, ut ætas & ſexus quoque in liberis jure veteri differentiam aliquam conſtituiſſe: quia *agnati vel cognati*, videtur & inter agnatos cognatoſque hac in re olim quædam differentia fuiſſe. In marito lugendo non idem arbitrium mulieri Tribonianus dedit, quia tantum abeſt, ut poſteriores leges aut mores luctum ejus minuerint, ut etiam id produxerint ultra menſes X. nempe in annum integrum XII. menſium ſub eadem infamiæ pœna *l. 2. C. de ſecund. nupt.* quod memini me latius exponere *lib. de temporibus cap 13. & Obſ. VI. cap. 32.* Ratio hujus luctus eſt, ne quis de prole dubitet, *l. conſenſus, 2. §. ſi vero tauſam, C. de repud.* puta ſi mulier intra luctus tempora alii nubat, prolemque creet, ne ejus prolis genus ſit incertum, & dubius ſanguis, & hoc eſt, quod ait *l. liberorum, 11. §. 1. D. de his qui not. inf. propter turbationem ſanguinis*, & *l. 32. C. de epiſcop. & cleric.* διὰ τὴν τῆς γονῆς ἀσάφειαν. Luctus maritorum impedimento eſt nuptiis, non parentum aut liberorum, aut cognatorum *d. l. liberorum.* EX CUJACIO. *diſt. lib. XXI. cap. 12.* Aliter Ulp. in *l. 23. D. de his qui not. infa.* vel potius Tribonian. interpolavit. RITTERSHUS. Interpolatam eſſe a Triboniano *d. l. 23.* exiſtimant recte quoque poſt Cujacium Viri Docti, Alberic. Gentilis *de nupt. lib. VI. cap. 16.* Joh. Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib. IV. cap. 10.* Jac. Gutherius *de jur. man. lib. III. cap 18.* In alia quidem ipſe ivit Cujacius *ad l. ult. D. de his qui notant. infam. ad Papin. lib. 11. Quæſtion.* ſed cum illum locum explicuit, nondum nactus fuiſſe videtur hanc ſententiam. Quæ vero Vir Summus habet hic de liberis utriuſque ſexus &c. ne quem turbent, ſciendum hæc pertinere ad *l. 23 D. de his qui notant. infam.* Differentiam vero fuiſſe inter ſexum, & adgnatos cognatoſque, quo pacto inde colligatur non video. SCHULTING.

32. *Majores ſex annis*] Ollus infantes trimis minores non lugebantur: ſed majores tot menſibus, quot annos impleverant, uſque ad decem; hoc enim tempus non excedebatur, teſte Plutarcho *in Numa*: apud quem pro δεύτερα ſequentia docent ſcribendum eſſe δέκα: quod jam alii viderunt. Tempore Pauli aliter obtinuiſſe hic locus evincit. IDEM.

33. *Lugeri*] Gutherius *de jur. man. lib. III. cap. 18.* ſcribit *elugeri*. Cauſam tamen non video talis mutationis, & quod *lugere* ſit voluntatis, *elugere* ſit neceſſitatis, plane non probatur. IDEM.

34. *Poſſunt*] Pro *debent*, quam ad rem plura exempla notabo infra *lib. IV. tit. ult.* RITTERSHUS.

35. *Maritus decem menſibus*] Non tantum ob vitandam ſanguinis confuſionem, ſed & ad honorem viro exhibendum: imo luctus religio dicitur hic marito præſtari *l. 1. C. de ſecund. nupt.* & religio *l. 4. C. ad S. C. Tertullian.* SCHULTING.

36. *Cognati proximioris gradus octo*] Olim feminas anno luxiſſe proximas neceſſitudines docet Dionyſius Halicarnaſſenſis *Antiquitat. Romanar. lib. V. cap. 48.* fratres, ſcilicet, ut Plutarchus ſcribit in *Coriolan. in fin.* ubi indicat tempus illud fuiſſe decem menſium: quos antiquiſſimum apud Romanos annum confeciſſe nemo ignorat. Et Paulus hic de cognatis *proximioris gradus* loquitur, hoc eſt, valde propinqui gradus. Hic vero tempus eſt octo menſium, nec ad feminas hoc reſtringitur. IDEM.

37. *Qui contra fecerit*] Id eſt, qui citius eluxerit. Nam diutius lugere licet citra pœnam infamiæ, argumento *tit. 4. lib. III. num. 14.* RITTERSHUS. Nec defuiſſe mulieres, quæ amiſſis filiis impoſita lugubria nunquam exuerint ſcribit Seneca *de conſolation. ad Helv. cap. 18.* Ceterum nullum lugendi tempus viris conſtituiſſe majores ſcribit idem Seneca *epiſt. LXIII.* Et in luctu quoque, qui viris publice præclare meritis publice exhibitus fuit, videas id factum a matronis. Ita id de Bruto conſtat ex Livio *lib. II. cap. 7.* & de Valerio Publicola ex eodem *dict. lib. cap. 16.* de Marcio Coriolano ex Dionyſio *Antiq. lib. V. cap. 48.* Plutarcho *in Coriolan. in fin.* Auguſtum quoque luxere feminæ per annum, viri paucis diebus, teſte Dione *lib. LVI.* Poſtea vero & a viris hoc exactum fuiſſe hic locus Pauli oſtendit. SCHULTING.

38. *Qui luget, abſtinere debet a conviviis, &c.*] Qui lugent, in conviviis verſari, ornamentis, aut veſte alba uti non poſſunt. Aurum igitur in luctu, & purpura, & monilia deponenda ſunt, & ſumenda veſtis atra. Sed tamen uxoribus hic triſtior habitus quandoque ex S. C. remittitur, in *l. decreto, 13. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrog.* CUJAC.

39. *A conviviis*] In quibus atratus vel in veſte pul-

15. * Quidquid in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur.

INTERPRETATIO. *Quidquid in ſepultura defuncti expenſum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum eſt.*

16. Corpora **animadverſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt. LEX EST VLT. D. DE CADAVERIB. PVNITOR.

la eſſe nemo debebat, ut Cicero oſtendit *in Varin. cap. 12* Sed de hac abſtentione a conviviis aliiſque ad voluptatem comparatis plura habet Kirchmannus *lib. IV. cap. 12.*

40. *Ornamentis*] De quibus idem plura collegit *lib. 11. cap. 17.*

41. *Purpura*] Livius XXXIV. *In luctu purpuram atque aurum deponunt.* Item Alicarn. VIII. Deponunt quoque veſtem albam, & ſumunt atram, qui color luctui conveniens eſt, θανατῶδες γὰρ τὸ μέλαν, ut ait auctor περὶ λιθῶν. EX CVJACIO *Obſerv. lib. XXI. cap. 13.* Miror cur Rittershuſius hoc verbum in contextum non admiſerit, quod & optimum habet ſenſum, & in codice omnium optimo reperitur. Non exſtat quidem illud etiam in Capitularibus *lib. VII. cap. 249.* & in Canonibus Iſaac *tit. 1. can. 35.* ubi hic locus laudatur: verum illorum auctores libris longe pejoribus uſi ſunt, quam eſt codex Veſontinus, imo quam interdum ſunt noſtræ editiones vulgatæ. SCHVLTING.

42. *Alba veſte*] Atram in luctu veſtem ordinariam fuiſſe multis oſtendit præter alios Kirchmannus *lib. 11. cap. 17.* illamque a feminis etiam ſuo tempore uſitatam in luctu fuiſſe docet Lactantius *de mortib. perſecutor. cap. 39.* Plutarchus tamen in *Quæſtionib. Roman. p. 270.* & Herodianus *lib. IV. cap. 2.* docent, mulieres in luctibus albam geſtare veſtem. Nec ſufficit, ſi dicas, id ita uſitatum fuiſſe ſub Imperatoribus, ut putant Eruditi Viri, Lipſius *ad Tacit. Annal. lib. 11. cap. 75. Exeurſ. M.* Rad. Fornerius *Rer. Quotidianar. lib. 11. cap. 27.* Kirchmannus *d. lib. 11. cap. 17.* & Brouchuſius *ad Tibull. lib. 11. eleg. 2. v. 18.* Herodianus certe & Paulus eodem vixerunt tempore: hic vero negat, alba veſte uti licere ei, qui luget, non diſtincto ſexu. Ego hic nihil habeo, quod rem aperte dirimat: cogitandum tamen doctioribus relinquo, an non Plutarchus illud ſolum reſpiciat tempus, quo nondum juſta mortuo facta ſunt. Loquitur certe de tempore, quo volunt προπέμπειν τὴν τῶ τεθνηκότος ψυχὴν, *proſequi defuncti animam*: & addit colorem hunc album eſſe οἰκειότατον τοῖς θανατῶσιν, *maxime proprium illis, qui ſepeliuntur.* Herodianus quoque aperte de tempore illo verba facit, quo nondum facta eſt combuſtio. IDEM.

43. *Quidquid in funus erogatur, &c.*] Impenſa funeris omne creditum præcedit, *l. pen. D. de relig. & ſum. fun.* CVJAC.

44. *Animadverſorum*] Capite puniti videntur intelligi: ita *animadverti, l. 1. D. de cadaverib. punitor. l. 11. fin. l. 12. D. de pœn.* Sic Tertullianus *ad Scapul. cap. 4.* poſtquam dixit, Chriſtianos vexari *gladio tenus*, addit, *ſicus & a primordio mandatum eſt animadverti in hujuſmodi.* unde Scipio Gentilis *de juriſdiction. lib. III. cap. 2.* in *l. 8. §. 1. D. de pœn.* legit, *ut in eum animadverteretur*, expuncto verbo *gladio*: quod & abeſſe commode poſſet. Sic tamen etiam ſunt locuti. Paſſim Cypriani, *Taſcium Cyprianum gladio animadverti placet.* Idem vero & in aliis punitorum cadaveribus, ut ad petitionem concedantur, *l. 1. D. de cadaverib. punitor. l. 12. C. de religioſ.* non tamen ſemper fit, *d. l. 1.* SCHVLTING.

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM

Cum Interpretationibus Aniani, V. S.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

[1] *De Rebus creditis & Jurejurando.*

1. [2] In pecuniariis cauſis ſi alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, [3] audiendus eſt: [4] hoc enim & compendio litium, & aequitatis ratione proviſum eſt.

INTERPRETATIO. *Cum de refuſione pecuniae agitur, & probatio debitae pecuniae nulla profertur, jubet hujus rei ambiguitatem ſacramentorum interpoſitione finiri.*

2. [5] De-

1. *De Rebus creditis, & Jurejurando*] Inſcriptio eadem in Codice: at de rebus creditis & condictione quod in his excerptis nihil habeamus, non Paulo, ſed illius imputandum venit, qui haec ſola deliburunt ex his Sententiis, in quibus longe plures quoque tituli fuiſſe videntur olim. ſaltem in Pandectis & in Codice longe plures comparent. SCHVLTING.

2. *In pecuniariis cauſis ſi alter &c.*] Maximum & aequiſſimum remedium expediendarum litium eſt jusjurandum: & ideo audiendus eſt in lite pecuniaria, qui jusjurandum defert. Lis criminalis jurejurando non deciditur. Quae ſequitur ſententia in Baſilienſi editione, *ſolus jurare &c.* abeſt a veteribus libris, nec ſane redolet Paulum. CVJAC.

3. *Audiendus eſt*] Ex edicto Praetoris, qui eum, cui hoc defertur, ſolvere vel jurare ſe coacturum pollicetur, *l. 34. §. 6. D. de jurejur. add. l. 9. C. h. t.* idque indiſtincte, etſi deferens nihil probarit: tamquam hoc recuſans debitum confiteretur, *l. 38. D. eod. tit.* Quod e diverſo quoque a parte actoris requiritur, ſi id deferat reus; quod poteſt, *l. 34. §. ult. D. d. t.* Et hic Paulus docet utrique parti id licere. SCHVLT.

4. *Hoc enim compendio litium, &c.*] Neceſſarium maxime in contractibus ſine teſtibus initis, *ἐν ἀμαρτύρητοις συναλλάγμασι*, ut loquitur Dionyſius Halicarnaſſenſis *Antiquitat. Romanar. lib. 11. cap. 73.* ubi locus de jurejurando inſignis, ſed paulo prolixior. Damnat quidem delationem jurisjurandi ei faciendam, ad quem inde commodum pervenire poteſt, Plato *de legib. lib. XII. p. 937.* ob exiguam, quae paſſim regnat Deorum reverentiam: quo ſane Graecos vitio valde laboraſſe docet Polybius *Hiſtoriar. lib. VI. cap. 54.* Romanis, apud quos ſanctior habita fuit fides, hoc placuit merito litium expediendarum remedium, *l. 1. D. de jurejurand.* Et maximae aequitatis eſt id admitti, quando quis ipſe hoc defert. Quae Cujacius expunxit, ita habent. *Solus jurare poteſt, qui ſuſpectus diciſur, cum nulla veritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam ſe pati dicit.* Rittershuſius illa quoque exhibuit, ſed haec adnotans. *Abeſt a v. l. nec redolet Paulum. Ex Sich. tamen adſcripſ.* Ego illa non Pauli tantum, ſed nec Aniani eſſe crediderim: verum ab homine inſulſo margini forte addita ad ſententiam ſequentem: & ab alio in contextum perperam hic recepta. Senſus eſſe videtur, quod de calumnia is ſolus juret, qui detulit jusjurandum, & ſuſpectus eſt de calumnia: non is, qui dicit tantum ſe calumniam pati, ſcilicet, a deferente, & petit de calumnia jurari. IDEM.

2. [5]Deferre jusjurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit.

INTERPRETATIO. *Licet prior petitor offerat sacramentum, tamen cum nulla probatio debiti est, is, qui calumniam se pati dicit, potest fidem suam jurisjurandi religione firmare.*

3. [6]Si reus cum jurare velit, actor illi necessitatem jurisjurandi remisit, & hoc liquido appareat, actio in eum non datur.

INTERPRETATIO. [7]*Si quando pulsatus repetenti pecuniam obtulerit sacramentum, & ille ei jurisjurandi necessitatem ultro concesserit, non potest ab eo postea debitum postulare.*

4. [8]Heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest.

INTERPRETATIO. *Heres ejus, cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest: quia quae egerit auctor suus, ad integrum scire non potuit.*

5. [9]Si qui debitum [10]quocunque modo [11]confessus docetur, [12]ex ea re creditori actio non datur, sed ad solutionem compellitur.

[*] Prae-

5. *Deferre jusjurandum prior actor potest. &c.*] Si reo actor jusjurandum detulerit, ei non ante reus jurabit, quam is de calumnia reo juraverit, *l. 34. §. qui jusjurandum, & l. si non fuerit, 37. D. de jurejn. l. delata, 9. C.C. de reb. cred.* Hoc in libro Ægidii sic expositum invenitur, *Is qui se calumniam pati dicit, sacramentorum interpositione debet firmari.* Quod obscurius in editione Basiliensi, & in κανονικῷ Ivonis sic est expressum. *Licet petitor offerat sacramentum, tamen cum nulla probatio debiti est, is, qui calumniam se pati dicet, potest fidem suam jusjurandi religione firmare.* CVJAC.

6. *Si reus cum jurare velit, &c.*] Patia sunt jurare reum, aut ei jusjurandum remitti. Remittitur autem suscipienti, id est, ei, qui paratus est jurare, non recusanti, *l. remitti, 6. D. de jurejur.* IDEM.

7. *Si quando pulsatus repetenti pecuniam &c.*] Nihil est haec interpretatio. Paulus agit de reo, qui jusjurandum sibi delatum, se nihil debere, praestare est paratus, sed actor id remittit. SCHVLTING.

8. *Heredi ejus, cumque contractum est, &c.*] Vt jurare defensor, procurator, tutor, curator non cogitur, quia rei veritatem ignorare potest, ita eadem ratione heres de contractu defuncti jurare non cogitur. Jurare enim scientem oportet, sciente animo suo, *l. 34. §. 1. & §. procurator, D. de jurejur. l. videamus, 4. §. 1. D. de in lit. jur. l. Marcellus 11. §. jurare, D. rer. amot.* CVJAC.

9. *Si qui debitum quocunque modo confessus docetur,*] Rei judicatae est propria actio: aeque jurisjurandi est actio. Aeris confessi non est propria actio, sed is, qui confessus est, ea ipsa actione, de qua confessus est, ad satisfaciendum compellitur: quae tamen ob id ipsum confessoria actio appellari poterit: Vt si confessus sit se servum occidisse, confessoria actione legis Aquiliae tenetur; non judicandae, sed aestimandae rei causa, *l. inde Neratius, 23. §. ult. l. proinde, 25. §. 1. D. ad leg. Aquil. l. 4. D. D. de confess.* De hac re aliter Accurs. respondit in *l. 6. §. ult. D. de confess.* IDEM. Sententiam hanc ad hunc titulum non pertinere notat Janus a Costa ad *tit. X. de lit. contestation.* quod in his excerptis non est infrequens.

10. *Quocunque modo*] Sic *lib. V. tit. 5. §. 3.* dicitur id posse fieri, voce, litteris, & quocunque modo. Vt tamen pro judicato quis habeatur, debet esse confessus in jure, *l. 56. D. de re judicat. l. un. C. de confess.* tunc enim nec litis contestationi quidem, adeoque nec judicio in re liquida locus est. SCHVLTING.

11. *Confessus docetur*] Confessiones, quae in jure fiunt, quaeque demum rei judicatae vim plenam habent, vix desiderabunt doceri, sive probari: sed quando quis sic est confessus, pignora capi & distrahi possunt, *lib. V. tit. 5. §. 4.* Paulus forte hoc distinctius proposuerat. IDEM.

12. *Ex ea re creditori actio non datur, &c.*] Nullae enim in confitentes sunt partes judicis, *l. 23. §. ult. D. ad leg. Aquil.* nec hic est locus judicio, quando res liquet; de quo aliquid dictum *ad lib. 1. tit. 19.* Aliud videtur, si de ipsa confessione controversia postea moveatur. Certe sic post rem judicatam actio obtinet

* Praeſidis provinciae officiales, [13] quia perpetui ſunt, [14] mutuam pecuniam dare, & foenebrem exercere poſſunt.

* Praeſes provinciae mutuam pecuniam foenebrem ſumere non prohibetur. LEX EST XXXIV. D. DE REB. CREDIT.

net judicati, de qua diſputavimus *dict. loc.* ac poſt jusjurandum, ſi deinceps quæratur, an juratum ſit, §. 11. *Inſt. de actionib.* (ſi enim res ſit liquida, nihil ultra quæritur, *l. 56. D. de re judicat.*) cur non ergo de confeſſione dabitur actio, quæ & confeſſoria vocatur? *l. 25. §. 1. D. ad leg. Aquil.* quo pertinet *l. 4. D. de confeſſ.* Vt vero actio jurisjurandi non tollit veterem, *l. 30. pr. D. de jurejurand.* ſed proprie novæ eſt qualitas veteri actioni accedens, *l. 13. §. 3. & 4. D. de jurejurand.* & olim interrogatoriæ actiones, de quibus *in tit. D. de interrogationib. in jur. faciend. & interrogator. actionib.* ejuſdem erant naturæ, *arg. l. 9. D. d. t.* ita de hac idem dicendum videtur: quamvis aliud viſum ſit Cujacio, qui vellem plenius ſententiam ſuam expoſuiſſet. Vt autem hæc tantum intelligamus de eo, qui jusjurandum ſibi delatum præſtare, vel deferenti referre non vult, qualem Prætor ſolvere cogit, *l. 34. §. 6. D. de jurejurand.* quod putat Janus a Costa *ad tit. X. de lit. conteſtation.* ubi etiam de Cujacii de hoc loco ſententia late diſquirit, id verba hæc non patiuntur. Illud addo, ſi poſt litem conteſtatam fiat confeſſio, his opus fore ſententia, ut etiam ſit præſtito tunc jurejurando, *l. 34. §. ult. D. de jurejurand.* judex enim jam ſemel cœpit cognoſcere, adeoque rem ſententia ſua debet terminare, *l. 74. pr. D. de judic.* unde & confeſſos damnari videmus, *l. 5. l. ult. D. de confeſſ.* IDEM.

13. *Quia perpetui ſunt*] Pro *quia* Hug. a Porta edidit *qui*. Ceterum durum erat hos in perpetuum hoc genere commercii excludere. Opponuntur his magiſtratus, quibus ad tempus parent, *l. 59. Cod. Theod. de appellationib.* IDEM.

14. *Mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere*] Eadem junguntur *l. 33. D. h. t.* Et videtur vetari mutui datio ſub uſuris, ſive pecunia mutua fœnebris, ut mox vocatur: & verba poſteriora diſtinctius explicare, quale mutuum prohibeatur, ſcilicet, fœnebre, *l. 5. C. ſi cert. petat.* ut ſit figura ἐν διὰ δυοῖν: uti hæc accipit V. C. Cl. Salmaſius *de uſur. cap. 5.* IDEM.

TITVLVS II.

De Pecunia conſtituta.

1. [1] Si id, quod mihi Lucius [2] Titius debet, ſoluturum te conſtituas, teneris actione pecuniae conſtitutae.

INTERPRETATIO. [3] *Si quis pro alterius debito ſe pecuniam promiſerit redditurum, ad ſolutionem ſtatutae promiſſionis eſt* [4] *retinendus.*

* Idem eſt & ſi ei, qui bona fide [5] mihi ſervit, conſtitutum fuerit. LEX EST VI. D. HOC TITVL.

* Si quis duobus pecuniam conſtituerit, tibi aut Titio, etſi ſtricto jure [6] propri Actioni pecuniae conſtitutae manet obligatus, etiamſi Titio ſolve-

1. *Si id, quod mihi Lucius debet, &c.*] Ex conſtituto ſive antiphona, datur actio conſtitutoria (ſic enim appellatur in *l. nec enim, 20. D de conſtit. pecu.*) ſi quis alieno nomine ſe ſoluturum conſtituerit. Sed & ſi ſuo nomine conſtituerit, conſtitutoriæ actioni interdum locus eſſe poteſt. CVJAC.

2. *Titius*] Cujacius non habet. RITTERSHVS. Abeſt ab edd. cum Cujacii interpp. exſtat vero in edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Pariſ. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI.

3. *Si quis pro alterius debito &c.*] Additur in Capitularibus *lib. VII. cap. 207.*

4. *Retinendus*] Hoc eſt, *conveniendus.* Sic alibi loquitur. Dixi ad Cajum *Inſt. lib. II. t. 9. §. 2.*

5. *Idem eſt*] Quod in *l. prae. 5. §. ult. D. h. t.* unde hæc clara ſunt, ſcilicet, hunc nobis ex conſtituto adquirere. Rittershuſius hanc ſententiam omiſit.

6. *Propri Actioni pecuniæ conſtitutæ*] Sic Florentina habet editio: unde vel cum vulgatis legendum *propriæ actioni*, & intelligenda actio vetus de pecunia, quæ poſtea conſtituta eſt: quæ tamen actio non magis hic propria eſt, quam ipſa pecuniæ conſtitutæ: vel legendum *priori actioni*; uti non improbabiliter correxit Cujacius *Obſerv. lib. XIII. cap. 20.* & illa vetus *prior* appellatur *l. 36. D. de jurejurand.* Ipſa actio conſtitutoria per ſolutionem neceſſario eſt ſublata: quoniam ſecundum conſtituti formam facta eſt ſolutio.

ſolverit, tamen per exceptionem adjuvatur. LEX EST XXX. D. HOC TITVL.

lutio. Quod autem vult Ant. Faber. *Conjecturar. lib. V. cap. 3.* in ſtipulatione tantum liberari debitorem, dum adjecto ſolvit, quoniam id fit quaſi ex mandato creditoris ita ſtipulantis, quod ita non fiat in conſtituto, id firmo non nititur talo. Nuſquam JCti veteres rationem hanc reddunt; ſed adjectum a procuratore ſeparant *l. 12. §. 1. D. de ſolutionib.* idque magis conſiderant, quod electionem ſibi promiſſor ſervaverit *jure ipſius ſtipulationis, l. 106. D. d. tit.* obligationique talis adfuerit conditio, *l. 12. §. 3. D. eod. tit.* hæc vero electio nunc compleatur, *l. 98. §. 6. D. eod. tit.* quam ſane ab initio & creditor conſtitutum admittendo probavit. Vetus autem obligatio, in qua nihil de adjecto dictum eſt, per conſtitutum non eſt ſublata mero jure: adeoque hac agenti exceptio opponenda. SCHVLTING.

TITVLVS III.

[1] *De Contractibus.*

1. [2]Stipulatio eſt verborum conceptio, ad quam quis [3]congrue interrogatus reſpondit: velut, SPONDES? SPONDEO: DABIS? DABO: PROMITTIS? PROMITTO: [4]FIDEI TVAE ERIT? [[5]FIDEI MEAE ERIT.] Et tam pure, quam ſub conditione concipi poteſt.

INTERPRETATIO. *Stipulatio* [6]*eſt inter praeſentes haec verba, quibus ſe invicem partes obligare poſſunt: ubi neceſſe eſt, ut interrogatione petentis pulſatus ad interrogata reſpondeat. Veluti ſi quis pro alio fidejuſſorem ſe dicat accedere: qui cum ſe hac reſponſione obligaverit, ad ſolutionem etiam ſine ſcriptura poterit retineri.*

INTERPRETATIO [7]alia. *Stipulatio eſt inter praeſentes verborum conceptio, ut quicunque verborum conceptione ſe obligaverit, vel fidejuſſor extiterit, ad ſolutionem etiam ſine ſcriptura teneatur.*

1. *De contractibus*] De contractibus in genere quædam hic occaſione tituli *de Rebus creditis* videtur tradidiſſe Paulus, ex quibus non niſi unam de ſtipulatione ſententiam hic habemus. De illa tamen plura habebimus *lib. V. tit. 7. de obligationib.*

2. *Stipulatio eſt verborum conceptio, &c.*] Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe quod interrogatus eſt reſponderit, *l. 5. §. ſtipulatio, D. de verb. oblig.* & ex hac verborum conceptione, quæ dicitur verborum obligatio, quæritur, *l. cum patrem, 19. C. de jur. dot.* Fit autem vel pure, vel ſub conditione, vel in diem, & inter præſentes, nec ſcripturam exigit, *l. 2. C. de uſur.* Vnde vetus interpres hoc in loco ſic ait, *Stipulatio eſt inter praſentes verborum conceptio: ut quicumque verborum conceptione ſe obligaverit, vel fidejuſſor extiterit, ad ſolutionem, etiam ſine ſcriptura, teneatur.* Alia autem interpretatio, uti Baſileæ, & Lutetiæ edita, eſt valde depravata, ſic a me reſtituitur: *Stipulatio eſt inter praſentes verborum conceptio, quibus ſe invicem partes obligare poſſunt, ubi neceſſe eſt, ut interrogationi petentis pulſatus ad interrogata reſpondeat.* CVJAC.

3. *Congrue interrogatus reſpondet*] Tò *congrue* magis ad *reſpondet* pertinet, quam ad *interrogatus*.

4. FIDEI TVAE ERIT? [FIDEI MEAE ERIT] Malim: FIDE TVA, &, FIDE MEA. RITTERSHVS.

5. FIDEI MEAE ERIT] A quibuſdam libris abeſt. RITTERSHVS. Exſtat in edd. cum interpp. Cujacii, & recentioribus: ab aliis antiquis abeſt. Reliqui illa, ut neceſſaria, & de quibus nemo poſſit dubitare, ſed uncis incluſa, exemplo Rittershuſii.

6. *Eſt inter praſentes haec verba*] Sic edd. antiquæ, quas inſpexi. Rittershuſ. *inter praſentes verborum conceptio, quibus, &c.* ex emendatione Cujacii. Sed ſine librorum veterum auctoritate ego tantum non audeo. Et quid ſi ſcribamus *ſit*, vel, *eſt inter praſentes per verba*, an non ſic erit ſenſus non malus? SCHVLTING.

7. *Alia*] Quam & exhibuit ex Cujacio Rittershuſius.

TITV.

TITVLVS IV.

[1]*De Commodato, &* [2]*Depoſito pignore, Fiduciave.*

1. [3]Quidquid in rem commodatam [4]ob morbum, vel aliam rationem impenſum eſt, a domino recipi poteſt.

2. [5]Si facto incendio, ruina, naufragio, aut quo alio ſimili caſu res commodata amiſſa ſit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata eſt: niſi forte cum [6]poſſet rem commodatam ſalvam facere, ſuam praetulit.

3. [7]Servus vel equus ſi a latronibus, vel in [8]bello, in aliam cauſam commodati occiſi ſunt, actio commodati datur: cuſtodia enim & diligentia rei commodatae praeſtanda eſt.

INTERPRETATIO. *Si ſervum vel equum, vel quaecunque alia aliquis ab altero ad uſum tantummodo ſerviendi commodata ſuſceperit, & eos ad pugnam, vel ubi vitae periculum incurrant, duxerit, ad redhibitionem commodatae rei merito a domino retinetur.*

4. [9]Si rem aeſtimatam tibi dedero, ut, ea diſtracta, [10]pretium ad me deferres,

1. *De commodato, & depoſito, pignore fiduciave*] Melo legere ſine interpunctione, *& depoſito pignore*, ut in proximi tit. prima ſententia, *pignus depoſitum*, & in *lib. V. tit. 26. & l. 30. de cond. ind.* Nam de depoſito eſt *tit 12.* At de fiducia quoque eſt *tit. 23.* ſed pignori proxima eſt fiducia. Depoſitum cum pignore, fiduciave, aut commodato nihil habet ſimile, vel propinquum. CVJAC. Recte & hic Cujac. *de commodato, & depoſito pignore &c.* nam & ita a Papiano adducitur *lib. Reſponſ. tit. 14.* & pignus poſitum ac depoſitum a vet. dicitur, quod traditur creditori, & hypothecae conventae tantum opponitur. GIPHAN. Sic quoque edidit Rittershuſius, & recte. Ceterum ex duobus vel tribus forte titulis Alaricianus compilator unum tantum fecit: & ſub illo tamen quae habemus, tantum ad titulum *de commodato* pertinent praeter ultimam ſententiam. De fiducia & nos aliquid dicemus ad *tit. 23.*

2. *Depoſito pignore*] Sic & *deponere alicui pignora* in legibus Viſegothorum *lib. V. tit. 3. l. 2. & 3.* & *depoſitio pignoris* apud Iſidorum *Origin. lib. V. cap. 25.* qui id opponit hypothecae, *cum res aliqua commodatur ſine depoſitione pignoris.* ubi pro *commodatur* niſi legamus *obligatur*, cum Celeberrimo Noodt *Obſervat. lib. 11. cap. 8.* ſenſus ſibi non conſtabit, aut valde inepte rem expreſſit Iſidorus. Non debere hic depoſitum pro ſeparato ſumi contractu bene notatum eſt a Cujacio: & miror aliud videri Jac. Gothofredo *ad l. un. Cod. Theod. de commiſſor. reſcindend.* SCHULTING.

3. *Quidquid in rem commodatam ob morbum &c.*] Impenſae factae in valetudinem ſervi commodati, vel ob aliam rationem, aut jure penſationis ſervantur, aut contrario judicio repetuntur, *l. in rebus, 18. §. poſſunt. D. commod.* CVJAC.

4. *Ob morbum vel aliam rationem*] De quo Modeſtinus quoque aliquid habet, relatus in Collatione Moſaicarum & Romanar. legum *tit. 10.*

5. *Si facto incendio, ruina, naufragio, &c.*] In commodato dolus, & culpa, & diligentia praeſtatur, damnum fatale non praeſtatur: & ideo ſi incendio, ruina, naufragio, vi latronum, morbo res commodata perierit, non tenetur is, qui commodatum accepit, *niſi forte*, inquit, *cum poſſet, &c.* nam tunc ejus culpa intervenit, *l. ſi ut certo, 5. §. quod vero, D. commod.* CVJAC. Horum ſenſum exhibet Papianus *Reſponſor. tit. 14.*

6. *Poſſet*] Sich. *poſſit.* vid. *l. 5. D. Commod.* RITTERSHUS.

7. *Servus vel equus ſi a latronibus, &c.*] Mortis damnum ad commodatarium pertinet, etiam ſi fortuito acciderit, videlicet, ſi re commodata in aliam cauſam, vel alio modo, atque accepit, utatur, *l. 1. §. is vero, D. de oblig. & act. l. ſi ut certo, 5. §. ſed interdum, D. commod.* Nam & hic culpa ejus intervenit. Culpam autem, ſive cuſtodiam & exactiſſimam diligentiam praeſtare debet. Hic vulgo cum ſcriptum eſſet, *vel in aliam cauſam*, tollendam eſſe cenſui particulam, *vel.* CVJAC.

8. *Bello in aliam*] Sich. interp. *vel*, non recte. RITTERSHUS. Sic & edd. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. Sed interpres non videtur *in vel* adgnoviſſe: & ſenſus id reſpuit.

9. *Si rem aſtimatam tibi dedero, &c.*] Si ego tibi rem aſtimatam vendendam dedero, ut tu vel eandem mihi referres, vel pretium ejus, quo ex negocio dari ſolet praeſcriptis verbis actio, ea vero res perierit ante venditionem, ſiquidem te rogavi, ut venderes, meum eſt periculum: ſi tu de vendenda re promiſiſti, id eſt,

6 ultro

ferres, eaque perierit, si quidem ego te rogavi, meo periculo perit: si tu de vendenda [11] promisisti, tuo periculo perit.

INTERPRETATIO. [12] *Si facto pretio rem vendendam aliquis cuicunque tradiderit, & dum ab eo vendenda profertur, quacunque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. Ceterum si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo, qui accepit, dum vellet venundare perdiderit, sibi rei perditae ingerit detrimentum.*

* [13] Latae culpae [14] finis est, non intelligere, quod omnes intelligunt EX LEGE CCXXIII. D. DE VERBOR. SIGNIFICATION.

si ultro recepisti te venditurum, & æstimationem redditurum, meque rogasti, ut rem tibi vendendam darem, tuum est periculum, *l. si gratuitam, 17. §. 1. D. de præscr. verb.* Igitur quod ait Vlpianus in *l. 1. D. de æstim.* æstimationem periculum ejus facere, qui suscepit, & aut rem, aut æstimationem, de qua convenit, esse reddendam, hanc rationem habet, quia is, qui suscepit de vendenda re promisit, atque ita de ipsa æstimatione convenit. Quod si ego inviro contractum, non tu, proprie de omnino reddenda æstimatione convenisse non videtur. CVJAC.

10. *Pretium ad me deferres*] Vel rem ipsam restituteres, *l. 17. §. 1. D. de præscript. verb.* Aliud est, & diversa quoque species, etsi secus visum Cujacio, quando res simpliciter datur æstimata; quo casu venditio intelligitur contracta, *l. 5. D. locat. conduct.* & periculum est accipientis, *l. 1. §. 1. D. de æstimator. l. 10. pr. D. de jur. dot. l. 51. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat.* nisi æstimatio fit facta tantum taxationis gratia, sive, ut sciatur, quantum præstandum sit, si forte res dolo vel culpa alicujus perierit, vel pejor facta sit; quo pertinet *l. 68. §. 7. D. de jur. dot.* tunc enim nihil circa culpam & periculum novi constituitur. SCHVLTING.

11. *Promisisti*] Quod Interpres & Cujacius *promittere* hic accipiunt pro *ultro promittere*, id inde quoque juvatur, quod hoc verbum de pollicitatione, quæ sane ultronea est, passim occurrat *in tit. D. de pollicitationib.* IDEM.

12. *Facto pretio*] Sichard. & Rittershus. *pacto*. Sed *facto* habent edd. meliores, ac Sich. quoque & Rittershus. in marg. & sic legitur in Capitularibus *lib. VII. cap. 298.* ubi hæc adducuntur; quod Interpreti non adjudicem. IDEM.

13. *Latæ culpæ finis est, &c.*] Hanc sententiam ad tit. præced. retulit Rittershus. ubi tamen de stipulatione sola agitur, in qua hæc quæstio de culpa non ita habet locum: ad tit. 12. vero, *de deposito*, Aurelian. Verum cum verba Pauli, quæ illic habemus, quæque de culpa agunt, exstent in Collatione Mosaicar. & Rom. *l. tit. 10.* ubi hæc non habentur, non ausus fui ea illis interponere. Occasione vero commodati hæc definitio potuit a Paulo poni non incommode: ut Vlpianus de culpis tractat occasione commodati *l. 5. §. 2. & seqq. D. commodat.* IDEM.

14. *Finis*] Hoc est, *definitio*. Quinctilianus *Institution. Oratoriar. lib. V. cap. 10. Ducuntur igitur argumenta ex finitione, seu fine. & lib. VII. cap. 3. Maximus autem usus in approbando refellendoque fine propriorum ac differentiis.* Sulpitius Victor *Institution. Orator. p. 200. Finis est, cum quæritur, quid sit illud, quod in controversiam venit, aut quo nomine appellandum sit, &c.* IDEM.

TITVLVS V.

[1] *De Pignoribus.*

1. [2] Creditor si [3] simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, [4] ter-

1. *De Pignoribus*] Jam in capitis præcedentis inscriptione de deposito pignore facta est mentio: hic vero demum de eo agitur: ut adeo mentio depositi pignoris vel illic omittenda, vel hæc cum præcedentibus fuerint continuanda.

2. *Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, &c.*] Si simpliciter pignus obligatum fuerit, nulla distrahendi, vel non distrahendi conventione interposita, non poterit distrahi, nisi ter denuntiatum testato debitori fuerit, ut solvat, & cessaverit: alioquin creditor furti tenetur, *l. si is qui pignori, 73. D. de fur.* Sed & cum nominatim convenit de non distrahen-

[4]ter ante denuntiare debitori ſuo debet, ut pignus [5]luat, ne a ſe diſtrahatur.

INTERPRETATIO. *Creditor ſi ſine conditione pignus ſibi depoſitum tenens ter debitorem convenerit, ut ſoluto debito pignora ſua* [6]*recipiat: & debitor noluerit poſt tres admonitiones ſoluto debito pignora ſua recipere, creditor diſtrahendi pignoris habebit liberam* [7]*poteſtatem.*

2. [8]Fetus, vel partus ejus rei, quae pignori data eſt, pignoris jure non tenetur, niſi hoc inter contrahentes convenerit.

INTERPRETATIO. *Si quis gregem equarum, vaccarum, vel ovium accepta mutua pecunia pignori creditori dederit, fetus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita eſt & ſi ancillam dederit, & partum ediderit, ad debitorem pertinet, non ad creditorem.*

3. [9]Compenſatio debiti ex [10]pari ſpecie, [11] & cauſa diſpari admittitur: velut

diſtrahendo pignore, triplex illa denunciatio exigitur, ut diſtrahi nihilominus poſſit, *l. 4. D. de pign. act.* quod & *tit. 13.* demonſtrabitur. CVJAC.

3. *Simpliciter ſibi pignus depoſitum*] Cujus pignoris mentio in inſcriptione praecedentis capitis, ubi dictum de eo. In fiducia, cujus dominium ad creditorem tranſierat, nulla denunciatione opus fuiſſe putat Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de commiſſor. reſcindend.* quod tamen durum: erat enim creditor dominus quidem, ſed revocabili jure: ac juſta & hic ratio debitorem rei illius admonendi: ut pignus & fiducia hic paris fuiſſe videantur conditionis. nec id negat Paulus *tit. 13. §. 5.* SCHULTING.

4. *Ter ante denuntiare creditori ſuo debet*] In jure etiam denunciationes numero plurium occurrunt *l. 10. C. de pignorib. & hypothec.* ubi illae quoque exiguntur, quando creditor hypothecam a debitore vult avocare, viamque parat ad jus ſuum hac in parte exſecutioni mandandum. Neque video, quo pacto hoc pugnet cum eo, quod hodie in actionibus in perſonam nulla ſit denunciatio, *§. 15. Inſt. de actionib.* ut putabat Cujacius *Obſerv. lib. V. cap. 31.* Si ſit pignus traditum creditori ea lege, ut diſtrahatur, non ſoluta ad diem pecunia; quod pactum vocatur *vulgare l. 4. C. de pigneratit. action.* non opus erit denunciatione, *l. 4 pr. D. pigneratit. action. l. ult. §. 1. C. de jur. domin. impetrand.* ut nec ſi pecunia certa die ſit ſolvenda, & pignus ſimpliciter ſit datum, ut indicat *l. 73. D. de furt.* quia & tunc dies pro homine interpellat, *l. 12. C. de contrahend. & committend. ſtipulation.* ac de tali ſpecie accipienda videtur *l. 4. verſ. ſed & ſi, D. de pigneratit. action.* ſi enim nihil tale adjectum ſit, denunciatio neceſſaria eſt, ut Paulus hic apertiſſime docet, & quidem trina, ut ita idem ſit, ſive nullum ſit pactum factum, ſive etiam convenerit, ne liceret diſtrahere: & tunc enim non plus requiritur, *l. 4. D. de pigneratit. action.* & infr. *tit. 13. §. 5.* quod notavit & Cujacius. Sed Juſtinianus *l. ult. §. 1. C. de jur. domin. impetrand.* unam videtur tantum requirere, & ſimul lapſum biennii: quamvis quando convenit, ne venditio fiat, trina etiam hodie videatur exigi ex *l. 4. D. de pigneratit. action.* Cum autem denunciatio requiritur, trinam requiri vult quidem G. Ranchinus *Variar. lection. lib. III. cap. 14.* quem in aliis hic ſequimur: ſed non video unde hoc probetur. Et una etiam forte olim ſuffecit, quando convenerat quidem de vendendo, ſed nihil de die erat dictum: & hic videtur fuiſſe ſatis debitori hoc eſſe indicatum, ut videmus fieri *l. 4. C. de diſtraction. pignor.* IDEM.

5. *Luat*] Sich. *abſolvat*, non recte. RITTERSH.

6. *Recipiat: & debitor &c.*] Ita legi poſtulat non tantum ratio, ſed & ſic ſcriptum eſt in Capitularibus *lib. VII. cap. 299.* ubi hic locus profertur. Vulgo: *recipiat. Quod ſi debitor.*

7. *Poteſtatem*] His Rittershuſius ſubjecit verba *l. 7. D. de pignorat. action.* & §. ſequenti verba *l. 8. D. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrahit.* quae nos retulimus *ad tit. 13.* quod & ipſe fieri poſſe fatetur.

8. *Fetus, vel partus ejus rei, &c.*] Fructus, vel fetus non ſunt pignori, niſi ita nominatim convenerit: quo caſu extantes per hypothecariam reſtituuntur, *l. 1. §. cum praedium, D. de pignor.* Quod verum eſt in fructibus ab alio domino, quam debitore perceptis. Nam fructus, & fetus, quorum dominium ad ipſum debitorem pervenit, procul dubio pignori tenentur, *l. grege, 13. Dig. de pign. l. 3. C. in quib. cauſ. pig. vel hypo.* Idemque eſt in partu, *l. Paulus, 29. §. 1. D. de pign.* CVJAC. Hoc verum de fructibus ante obligationem rei, vel poſt illam apud alium, quam debitorem ejusve heredem, vel etiam creditorem, perceptis: de quibus haec accipit Cujacius *paratitl. tit. C. de part. pignor. & omn. cauſ.* ubi de hac re plura docet. Fuſe vero de pignoris fructibus diſputat Ant. Faber *de errorib. pragmaticor. decad. 93.* eique contrarius in multis Bachovius *in Chiliad. error. Fabri, & de pignorib. & hypothec. lib. 11. cap. 11.* Sed illa a Paulo abeunt longiuſcule.

9. *Compenſatio debiti ex pari ſpecie, &c.*] Compenſatio crediti & debiti ex cauſis diſparibus admittitur:

velut ſi pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum, aut cetera hujuſmodi, licet ex diverſo contractu, compenſare, vel deducere debes. [12] Si totum petas, plus petendo cauſa cadis.

INTERPRETATIO. *Si quis alicui debeat* [13] *ſolidos decem: &* [14] *ille, qui debet, de quacunque ratione debeantur illi a creditore ſuo ſolidi quinque: &* [15] *veniat creditor, & totos decem ſolidos a debitore* [16] *petat; ſi probaverit ille debitor, ſibi ab eo quinque ſolidos* [17] *deberi, quare illum in ſolidum pro totis decem ſolidis convenit, cauſam perdit, qui noluit debitum compenſare. Similis ratio eſt & de frumento,* [18] *& de aliis ſpeciebus.*

ut ſi tibi debeam ex vendito, tu mihi ex mutuo: & ex pari ſpecie, ut puta, pecunia cum pecunia, oleum cum oleo: & generaliter æſtimatio cum æſtimatione, quantitas cum quantitate compenſatur. Corporis cum corpore non ſit compenſatio. Tollit autem compenſatio, minuitve actionem ipſo jure: & ideo, qui totum petit a reo, cui & ipſe viciſſim aliquid debet, plus petit, & hoc jure formula cadit, *l. 4. D. de compenſ* CVJAC. Forte hæc ſententia eſt ex titulo *de compenſationibus.*

10. *Pari ſpecie*] Non aliter ac in mutuo debet dari & reddi par ſpecies, ſive res ejuſdem generis & qualitatis: ſed illic etiam tantumdem: hic quatenus utrimque eſt debitum, compenſatio fit.

11. *Et cauſa diſpari*] Idque hodie extra controverſiam eſt, & in bonæ fidei, & in ſtricti juris judiciis, §. 30. *Inſt. de actionib. l. ult. C. de compenſationib.* Et in ſtricti juris judiciis compenſatio debet ex alia cauſa venire, quoniam negotia illa ab una parte tantum obligationem pariunt. In bonæ fidei negotiis & ex eadem, & ex alia cauſa poteſt fieri compenſatio, quoniam hic eſt mutua obligatio. Ab initio tamen ex eadem tantum cauſa ea admiſſa hic videtur, quoniam de illa re ſola judicium inſtitutum erat, adeoque poteſtas judicis ulterius non extendebatur, ſecundum *l. 18. D. commun. dividund.* atque huc forte pertinent illa verba *ex eadem cauſa* §. 30. *Inſt. de actionib.* quæ Theophilus omiſit, gnarus, hodie non differre, ex qua cauſa opponatur compenſatio. Sed antiquus Auctor, unde hauſtus eſt ille locus, eo potuit reſpexiſſe: quod & vidit Janus a Coſta *ad d.* §. SCHVLTING.

12. *Si totum petas, plus petendo cauſa cadis*] Si actio ſtricti juris eſſet vel arbitraria, id obtinuit, poſtquam compenſatio ipſo jure fieri cœpit: quod quidem pleno cavit Juſtinianus *l. ult. C. de compenſationib.* ſed jam ante etiam notum fuit, *l. 4. l. 21. D. l. 4. C. eod. tit.* unde quis totum petens quoque dicitur male agere *d. l. 4. D. dict. tit.* in bonæ fidei judiciis aliud obtinuiſſe apparet ex dictis ad *lib. 1. tit. 19.* IDEM.

13. *Solidos decem*] Ita edd. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. atque ita ſcriptum eſt in Capitularibus *lib. VII. cap. 303.* quod probo: & miror Rittershuſium cum Sichardo maluiſſe edere, *rem ſolidorum X.* quod pugnat cum ipſa ſententia, quæ non res requirit certi pretii, ſed quantitates. IDEM.

14. *Ille, qui debet*] Sic quoque in Capitularibus. unde, etſi mallem, *illi* hic legi, & mox deleri *illi*, ut Cujacius edidit Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & habent Pariſ. & Genev. quia tamen ita olim fuit ſcriptum, & ex ingenio forte tantum mutatum, nec Interpreti ſtyli ratio conſtat, hæc intacta reliqui.

15. *Veniat creditor, & totos*] in Capitularib. *veniens creditor totos.*

16. *Petat*] Ita Cujacianæ edd. & Capitularia *l. l.* & recte. ut & mox *ille debitor.* Rittershuſius poſt Sich. *repetat*, & dein, *ille, qui debitor eſt.*

17. *Deberi, quare*] Qu. l. interpon. *Et is ſibi eos imputari noluerit.* RITTERSHVS. Exſtant in Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & ad marg. *cur pro integritate commoveris debitorem.* ſed nihil tale in Capitularibus, & aliis, quas inſpexi, editionibus. Sumitur vero hic *quare* pro *quia*: quo pacto *quare* & alibi ſumi apud Scriptores corruptæ Latinitatis notat quoque Dn Cange *in Gloſſar.*

18. *Et de aliis ſpeciebus*] Sic edd. Cujacianæ. ſed Sich. & Rittershuſ. *de aliis rebus.* & in marg. *ſpeciebus multis.* In Capitularibus eſt, *vel de aliis ſpeciebus.* Verbum *ſpecies* uſurpatur pro frugibus, etiam in *l. 26.* §. 1. *C. de uſur. l. 1. l. 2. l. ult. C. de condit. in public. horr. lib. X.* quod alii docuere, Fabrotus *Enarration. Paratitlor. Cujac. ad d. t. Cod. de uſur.* Jac. Gothofredus *ad l. 2. Cod. Theod. d. t.*

TITV-

TITVLVS VI.

[1] *De Exercitoribus.*

1. [2]Filiusfamilias, ſi voluntate patris navem exerceat, patrem in ſolidum ob ea, quae ſalva receperit, obligat.

1. *De Exercitoribus*] Sich. non recte addit, *& Inſtitoribus*, cum de his proprius ſit tit. 8. inf. RITTERSHVS.

2. *Filiusfamilias, ſi voluntate patris navem exerceat, &c.*] Si filiusfam. voluntate patris navem exerceat, ſive cum ipſo, ſive cum magiſtro ejus contractum ſit, pater in ſolidum tenetur. At ſi voluntate patris filius merces exerceat, & inſtitorem præponat, non in ſolidum pater, ſed tributoria actione tenetur, *l. 1. §. ſi ii, qui navem. & §. quamquam, D. de exer. act.* ubi male Accur. inſtitoris nomen retulit ad ſervum, qui patiente domino negotiatur, *l. 3. §. Si filius, Nav. caup.* CVJAC.

TITVLVS VII.

[1] *Ad legem [2] Rhodiam.*

1. Si levandae navis gratia jactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, [3]quod pro omnibus datum eſt.

[4]INTERPRETATIO. *Si quorumcunque res pro ſublevatione navis manibus in*

1. *Ad legem Rodiam*] Quidam codices habent, *ad legem Rodiam de nauticis.* Sumpſere Romani leges nauticas complures a Rodiis, quorum diſciplina navalis, & gloria tunc maxime excellebat: & in *Inſtitutis, 9. D. de leg. Rod.* eleganter Antonius ait, terram ſuis legibus, mare legibus Rhodiis regi, quatenus nulla eis legum ſuarum adverſatur. Quod & nos Galli de Romanorum jure prorſus ita cenſemus, eo ſcilicet uti nos, quatenus ei lex Gallica non adverſatur. Ceterum non omnes hic leges nauticæ Rodiorum explicantur, ſed lex tantum ea, quæ eſt de jactu, cujus ſententia ſequitur. CVJAC.

2. *Rhodiam*] Quidam addunt, *de nauticis.* RITTERSHVS. In Digeſtis additur *de jactu*: quam ſolam partem Paulus noſter hic, & Auctores in Digeſtis exponunt. Antiquitus vero jus illud, ut damnum pro omnibus factum communi contributione debeat ſarciri, viguiſſe vel inde liquet, quod etiam Labeo, Oſilius, & Servius de eo reſponderint, *l. 2. §. 3. D. h. t.* Vnde dubium valde redditur, quod eſt in Auctoritate legum Rhodiarum, navicularios & mercatores petiiſſe hoc jus de contributione induci a Tiberio Cæſare, hoc eſt, Claudio, apud quem hac occaſione dicitur verba feciſſe Nero: multique alii Impp. idem ſtatuiſſe narrantur; niſi forte id illis temporibus aliquando fuerit neglectum, vel non ubivis introductum. Sane & Antoninum eas leges probaſſe docet *l. 9. D. h. t.* quæ lex hodie celeberrima eſt, & multos Viros Egregios ſuperiore ſæculo exercuit, Joh. Seldenum, Jac. Gothofredum, Joh. Strauchium, aliosque: & principio quoque hujus Vir Eximius, Cornelius van Bynkershoek, librum illi ſingularem impendit. Exſtat vero hodieque liber titulo legum Rhodiarum in jure Græco Romano a Leunclavio edito, & in Baſilicis: ſed ineptiis non carens, quemque poſterioris ſæculi fetum eſſe jam dudum eruditis ſuboluit, & notavit is, quem modo laudavi Vir Ampliſſimus *dict. lib. cap. 2.* Nos a Paulo hic non diſcedemus, nec tam amplum differendi campum ingrediemur. SCHVLTING.

3. *Si levandæ navis gratia jactus mercium factus eſt, &c.*] Navem fluctibus vexatam levis jactura defendit, *l. 4. C. Th. de nauf.* Igitur levandæ navis gratia ſi jactura fiat, omnium vectorum ſive ſarcinas, ſive alias merces, ut puta gemmas ſalvas habentium, itemque ipſius nautæ contributione jacturam reſarciri æquum eſt. Ex hac ſententia in *l. 1. D. de leg. Rod.* CVJAC.

3. * *Si levandæ navis gratia jactus*] Sichard. *Leu. nau. grā. cum jactus.* In *l. 1. D. de l. Rho. de jactu*, ubi hæc ſent. extat, præponuntur iſta: *Lege Rhodia cavetur, ut.* RITTERSHVS.

4. *Quod pro omnibus datum eſt*] Sichard. in marg. *damnum, quod pro omnibus datum eſt.* verum in *l. 1. D. h. t.* ſic quoque ſcriptum eſt, ut hoc in loco. Baſilica *lib. XLIII. tit. 3.* pro verbo *datum* habent τὸ ξηθὲν, quaſi legiſſent *jactum*, In ed. Hug. a Porta in *d. l.* ſcribitur, *factum eſt*, & ad marg. *alias, damnum datum eſt.* Res eodem redit: & *datum* hic exponi poteſt *expenſum*, vel, *abjectum.* SCHVLTING.

5. *Interpretatio*] Eſt in ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. aliæ ea carent. Sich. *Interpretatione non indiget.* Facile credo eſſe Interpretis Alariciani, qui paſſim ineptire ſolet.

ed by Google

in mari jactatae fuerint, eis, quorum res fuisse noscuntur, ab his omnibus, [6] *qui in navi fuerint, restaurandae sunt.*

2. [7] Jactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, [8] ejus quoque rationem haberi placuit, [9] qui merces salva nave jactavit.

3. [10] Nave vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit.

4. [11] Levandae navis gratia merces in scapham transjectas, atque ideo amissas intributione earum, quae in navi salvae erunt, refici convenit. Nave autem perdita, conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur.

5. [12] Collatio intributionis ob jactum salva nave fieri debet.

6. *Qui in nave fuerunt*] Imo, quorum res in nave fuerunt, non homines liberi pro corporibus suis, *l. 2. §. 2. D. h. t.*

7. *Jactu navis levata si perierit, &c.*] Jactura facta, contributio fit, naufragio facto, contributio non fit. Quod si jactura fiat, deinde naufragium, & naufragi merces per urinatores extraxerint, conferre debent ei, a quo jactura facta semel navis conservata est. Is autem, qui jacturam fecit, mercibus per urinatores receptis his, qui naufragium fecerunt, non confert, *l. 4. §. sed si navis, D. de leg. Rod.* CVJAC.

8. *Ejus quoque rationem haberi placuit*] Ita dictante aequitate, *l. 4. §. 1. D. h. t.* & jus petendae contributionis semel ob res per jactum servatas quaesitum, quamdiu illae exstant, etiam durat, *arg. l. 16. §. 2. D. de evictionib.* SCHVLTING.

9. *Qui merces salva nave jactavit*] Qui tunc jactavit, cum navis servata est. *add. §. ult.*

10. *Nave, vel arbore vi tempestatis amissa, &c.*] Nave amissa, id est, naufragio facto, non fit contributio. Aeque si vi tempestatis exarmata sit navis, vectores nautae non contribuunt. At si voluntate vectorum in ipsa trepidatione naufragii dejecta, aut caesa sint armamenta, contributioni locus est, *l. 2. §. si conservatis, l. 3. l. 5. D. de leg. Rod.* CVJAC.

11. *Levandae navis gratia merces in scapham transjectas &c.*] Si, navis levandae causa, quaedam merces trajectae sint in scapham, scapha submersa, contributioni locus est. Nave autem amissa, & scapha salva, contributioni locus non est: quia naufragium factum est, non jactura, *l. 4. D. de leg. Rod.* His de rebus Constantinus tractans *lib. 11. Epit. tit. περὶ ναυτικῶν*, Schapham vulgo appellari *βάλαν καὶ κοντολέβα* scribit: quae nomina ignota Venetis, & Gallis non sunt. Barcae etiam meminit Isidorus *libro XIX.* eamque Graeca voce corrupta ab oneribus gerendis dictam quidam putant. IDEM.

12. *Collatio intributionis ob factum salva nave fieri debet*] Salva nave fit collatio ob jactum: amissa nave, cessat collatio. Legebatur vulgo, *objectum*, emendavi, *ob jactum*. Intributionem vero dixit, ut & in *l. ager, 27. D. de verb. sig. l. rescripto, 6. §. ult. D. de manu. & honor. l. filii, 22. §. ult. D. ad munic.* IDEM.

TITVLVS VIII.

De Institoribus.

1. [1] Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita & incommoda sentire debemus. Et [2] ideo qui servum sive filium filiamve familias, sive ancillam praeposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine [3] in solidum convenitur.

2. [4] Si

1. *Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris &c.*] Institoria actione in solidum tenetur pater, vel dominus, qui merci, vel negociationi suae filium, vel servum praeposuit. Aequum enim est, sicut ex institorum actu commoda sentiunt, ut ex contractibus ipsorum etiam obligentur & conveniantur, *l. 1. D. de instit. act.* CVJAC.

2. *Ideo qui servum*] Quidam libri interp. *in eum.* RITTERSHVS. Ita Sich. Lugd. & Paris. Genev. Sed Cujacius in edd. cum ipsius interpp. omisit: ac sensus respuit.

3. *In solidum convenitur*] Etsi contra voluntatem ejus aliquid gestum sit, modo etiam nunc praepositus sit rei, *l. 11. §. 2. & seqq. D. de institor. action.* De naturali

by Google

2. [a]Si quis pecuniae fœnerandae, agroque colendo, [b]condendis vendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum [c]fundi dominus obligatur: nec interest, servus an liber sit.

INTERPRETATIO. *Quicunque quamlibet personam aut ad exercendum negotium, aut pro ratione culturae, aut condendis vendendisque frugibus praeposuisse cognoscitur, [d]si quid damni per ejus actum accesserit, ad eum, qui ipsum instituit, pertinebit, sive servus, sive liber sit.*

3. [e]Quod cum discipulis eorum, qui officinis vel tabernis praesunt, contractum est, in magistros vel institores tabernae in solidum actio dabitur.

INTERPRETATIO. *Si quid cum discipulis vel mercenariis tabernariorum, vel cujuslibet officinae actum fuerit, ad magistrum officinae, vel institorem tabernae damnum, quod accesserit, pertinebit.*

turali æquitate, quæ hanc actionem dictat, agit Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 12. §. 12.* SCHULTING.

4. *Si quis pecuniæ fœnerandæ, &c.*] Institoria tenetur, non tantum si filium, servumve meum, sed etiam liberum hominem præposuero vel kalendario, vel agriculturæ, & condendis, distrahendisque fructibus, & eo nomine cum eo contractum sit. Pro, *Condendis*, malim legere, *Coemendis*, ut in *l. 2. §. 2. D. de instit. act. Si quis*, inquit, *pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redemptionibusque faciendis præposuerit.* CUJAC.

5. *Condendis*] Cujac. *coëmendis* legi putat, cui non assentior. Condendi verbo utuntur Latini non tantum de mortuo, sed & de frugibus. Et hinc condita passim apud historicos dicuntur. RITTERSHUS.

6. *Fundi*] Rectius abesset hoc verbum; quod nec ad omnes species præcedentes pertinet, nec id habet Interpres. SCHULTING.

7. *Si quid damni per ejus actum accesserit*] Sic mox iterum Interpres, male: non hic de damno ab institoribus dato, sed de illorum contractibus agitur. IDEM.

8. *Quod cum discipulis eorum, qui officinis, &c.*] Si cum institore contractum sit, & is tenetur, qui præposuit, de institor: sicut si cum magistro navis contractum sit, vel exercitor, vel magister convenitur, *l. 1. §. ult. autem, D. de exercit. act.* Quod si cum discipulis, vel operariis tabernæ, vel officinæ contractum sit, pari ratione vel institor convenitur, vel is, qui institorem præposuit, id est, magister, ut hic Paulus ait. CUJAC.

TITULUS IX.

De in rem verso.

1. [a]Servus vel filiusfamilias si acceptam pecuniam in rem patris vel domini verterit, hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum vel patrem vel dominum obligat: si tamen ob hanc causam pecunia [b]data sit.

IN-

1. *Servus, vel filiusfamilias si acceptam pecuniam &c.*] Dominus, vel pater in solidum tenetur de in rem verso, si, inquit, ob hanc causam pecunia data sit, id est, si filius, aut servus principaliter gerens negotium patris, vel domini, eo animo, ut sibi eos ex hac causa obligarent, lucupletiores eos fecerint, quæ sententia fusa est per totum *tit. D. de in rem. ver.* CUJAC.

2. *Data*] Recte Cujacius hoc accipit de ea, quæ a filio vel servo hoc animo est expensa, *l. 3. §. 1. l. 7. §. 4. 5. D. h. t.* Ab initio ut is fuerit animus, non requiritur: ut nec refert, an prius aliquo tempore pecunia fuerit in peculio, an non, *l. 3. §. 2. l. 5. §. ult. D. eod. tit.* SCHULTING.

INTERPRETATIO. *Si ſervus vel filiusfamilias mutuam pecuniam a quocunque ſuſceperit, & in utilitatibus patris vel domini neceſſariiſque rebus eam expendiſſe probatur, pro hoc debito patrem vel dominum ad ſolutionem neceſſe eſt retineri.*

TITVLVS X.

[1]*De Senatuſconſulto Macedoniano.*

1. [2] Qui filiofamilias contra interdictum Ampliſſimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, [3] poſt mortem patris, ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non poteſt.

INTERPRETATIO. *Qui filiofamilias contra interdicta legum inſcio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente, nec mortuo patre ab eodem poterit poſtulare.*

* [4] Filiusfamilias ſi in id acceperit mutuam pecuniam, ut eam pro ſorore ſua in dotem daret, pater ejus de in rem verſo actione tenebitur: ipſi enim mortua in matrimonio puella repetitio dotis datur. LEX EST XVII. D. HOC TITVLO.

1. *Senatuſconſulto Macedoniano*] Latam eſſe a Claudio de mutuo, ne id a filiisfamilias unquam repetere poſſent creditores, legem docet Tacitus *Annal. lib. XI. cap. 13.* ubi res geſtas anni V. C. IↃCCC. refert: quæ forte lex tempore Neronis, quo corruptiſſimi fuere Romæ mores, vigorem non exercuit: adeoque idem iterum cautum ſub Veſpaſiano, quem hujus rei decernendæ auctorem Senatui fuiſſe docet Suetonius *Veſpaſian. cap. 10.* Quod credere malim, quam memoriæ errorem in re non antiqua obrepſiſſe Suetonio, accuratiſſimo ſcriptori. Nec rarum, ut jura illi adſcribantur, qui ea in deſuetudinem redacta reſtituit, ut exemplis docet V. C. Frid. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 3.* nec alia mens Torrentio *ad Sueton. d. loc.* SCHVLTING.

2. *Qui filiofam. contra interdictum Ampliſſimi ordinis &c.*] S. C. Macedoniano cautum eſt, ut ne eis, qui pecuniam filiisfam. crediderint, etiam poſt mortem patrum actio, petitioque detur cum re. Nam ipſo quidem jure eſt actio, ſed opponenda eſt exceptio S. C ne ſequatur condemnatio, *l. tamen, 11. D. ad S. C. Macedonianum.* CVJAC.

3. *Poſt mortem patris*] Plenius Interpres, *nec vivente, nec mortuo patre*, cujus verba ita quoque ſcribuntur in Capitularibus *lib. VII. cap. 304.* ubi interpretatio hæc refertur. & forte vel utriuſque caſus meminerat Paulus, vel ſcripſerat, *nec poſt mortem patris*: id enim præcipue agebat S. C. ne talia nomina poſt mortem patris fierent bona, ſive, ne pecunia tunc poſſet exigi, *l. 1. pr. D. h. t.* SCHVLTING.

4. *Filiusfamilias ſi in id &c.*] Addidi ex *l. 17. D. de S. C. Maced.* quamquam etiam ad tit. *de in rem verſo* referri poſſit. RITTERSHVS. Ita quoque ed. Aurel. quod retinui, eo magis, quoniam in Pandectis Triboniamus ita præivit. alioquin in *l. 7. §. ult. D. de in rem verſ.* eſt ſpecies huic affinis.

TITVLVS XI.

Ad [1]*Senatuſconſultum Velleianum.*

1. [2] In omni genere negotiorum & obligationum, tam pro viris, quam pro feminis intercedere mulieres [3] prohibentur.

IN-

1. *Senatuſconſultum Velleianum*] Factum videtur, imperante Claudio, anno V. C. IↃCCXCIX. Ch. XLVI. Dicam (volente Deo) ad Vlpianum *tit. 22. §. 14.*

2. *In omni genere negotiorum, & obligationum, &c.*] *Intercedere*, eſt, *aliena obligationi intervenire*: S. C. Vellejano interceſſiones mulierum prohibentur, ita tamen, ut ſi interceſſerint, facto opus ſit, id eſt, exceptione, duobus caſibus exceptis, quibus mulierum interceſſiones ipſo jure nullæ ſunt ex conſtitutionibus Juſtiniani. Vnus eſt in *Nov. 134.* alter in *l. antiqua, §. ult. C. ad S. C. Vellejan.* CVJAC.

3. *Prohibentur*] Non ergo Senatus iis tantum obligatis

INTERPRETATIO. *In omni genere causarum pro quibuscunque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur.*

2. [4]Mulier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet.

INTERPRETATIO. *In hac tantum mulier fidejussione tenetur,* [5]*ut si tutores filiis suis petat, & pro eis* [6]*fidejussor existat, filiis teneatur obnoxia.*

* Si [7]decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei Senatusconsulti non datur: actionem enim, quae in dolum mulieris competit, Amplissimus ordo non excludit.

* Procurator si mandatu mulieris pro alio intercesserit, exceptione Senatusconsulti Vellejani adjuvatur: * ne alias actio intercidat. LEX EST XXX. D. HOC TITVLO.

gatis succurrit: sed vetat quoque illas intercedere; quasi hoc esset officium aliquod civile ac virile, a quibus arcentur feminæ, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. h. t. add. l. 2. D. de regul. jur.* adeoque tota obligatio improbatur, *l. 16. §. 1. D. h. t.* evidenti indicio, non esse in mulieris arbitrio juris hujus renunciationem extra certos casus. de quo plura habet Arn. Vinnius *Selectar. Quæstion. lib. 1. cap. 48.* SCHULTING.

4. *Mulier, quæ pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, &c.*] Mulier, quæ filio impuberi tutorem petiit, si pro pupillo tutori indemnitatem promiserit, juvatur S. C. Vellejano, *l. si mater, 6. §. sin autem tutore, C. ad S. C. Velleja.* Idemque est, si pro tutore filio indemnitatem promiserit, præterquam si decreto fit nominatim comprehensum, tutorem matris periculo dari, *l. si mater, 6. ad fin. C. ad S. C. Velleja. l. 1. & ult. C. si mat. ind. prom.* quod pugnat cum hac Pauli sententia, nisi sic legamus, *Mulier, quæ tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit.* Nam quæ tutori indemnitatem promisit, forte cum administrationem suo periculo suscepisset, ad S. C. beneficium non pertinet, quoniam pro se videtur intervenire, *l. 2. C. si mas. indem. prom. d. l. si mater.* Item quæ ideo tutoribus indemnitatem promisit, ne prædia pupillaria distraherent, vel generaliter si ita promiserit, Si quid directo tutelæ judicio conventus tutor præstiterit, a se indemnem eum eo nomine præstitum iri, ad S. C. beneficium non pertinet: quia non videmur apud eundem pro eodem intercedere, *l. quamvis, 8. §. 1. l. tutor, 19. D. ad S. C. Vell.* quod & cum ita pupillo indemnitatem repromisit, locum habet, Si quid contrario tutelæ judicio conventus pupillus præstiterit, a se præstitum iri. Ergo pro tutore, aut pro pupillo mater, si indemnitatem promiserit, S. C. locus est: si tutori, aut pupillo indemnitatem promiserit, S. C. locus non est. CVJAC. Ab emendatione hac recedit Vir Maximus *Paratitl. tit. C. si mater indemnitat. promiser.* verum hæc ita accipit, ut mulier tutori pro ipso tutore promiserit indemnitatem, dum cupit administrationem sibi committi. Hic sane non est intercessio, cum apud eundem pro eodem promittat.

5. *Ut si tutores filiis suis petat &c.*] Hæc falsa esse apparet ex Cujacio.

6. *Fidejussor*] De feminis talia verba masculina terminatione quoque alibi usurpant veteres; ut notatum *ad lib. 1. tit. 2. §. 2.*

7. *Decipiendi causa*] Quando negotium tale fuit, in quo alter juste potuit opinari, illam rem suam gerere, ut si acceperit mutuum, quod alteri dare decrevit, *l. 11. D. h. t.*

8. *Ne alias prior actio intercidat*] Antiquæ editiones habent: *nec alias actio intercidat.* verum Florentinam lectionem probat Cujacius *ad l. 7. D. h. t. ad Papinian. Quæstion. lib. IX.* atque ita explicat: quod, nisi procuratori, qui mandatu mulieris intercessit, creditore sciente (id enim hic requiritur) exceptio detur Senatusconsulti, fraus facile fieri possit eidem Senatusconsulto, quod noluit gesta a muliere ullo modo valere: & actio vetus contra priorem debitorem, novatione facta exstinguatur, dum vel expromittit, vel judicium suscipit hic procurator: & sic mulier quasi per alium cum effectu possit intercedere, quod Senatus fieri omnino noluit. SCHULTING.

TITV-

TITVLVS XII.

De Depoſito.

* 1. 'Deponere poſſumus apud alium id, quod noſtri juris eſt, * vel alieni.

* 2. Depoſitum eſt 'quaſi diu poſitum. Servandum eſt, quod ad breve tempus cuſtodiendum datur.

* 3. Deponere videtur, qui in metu ruinae, incendii, naufragii apud alium cuſtodiae cauſa deponit.

* 4. Deponere videtur & is, qui ſuſpectam habens, vel minus idoneam cuſtodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem cuſtodiendam commendat.

5. * Si 'ſacculum, vel argentum [6] ſignatum depoſuero, & is, penes quem

1. *Deponere poſſumus &c.*] Sententias haſce diſpoſui ſecundum ordinem, quo hæ leguntur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 10.* qui ſervatus eſt in edd. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & Aurelian. Sed quem plane deſeruit Rittershuſius, cui prima eſt, quæ hic quinta, tum ſequuntur verba *l. 29. § 1. D. h. t.* quæ tamen non habet laudata Collatio: & videntur olim inde diſjuncta fuiſſe, ut multa in Pandectis cohærent, quæ olim aliquo intervallo apud Auctores diſtabant, quod plus ſemel monuimus. Dein apud illum ſequuntur, quæ hic ſunt 7. 12. 1. 2. 3. 4. 6. 8. 9 10. 11. SCHVLTING.

2. *Vel alieni*] Nihil enim ad depoſitarium attinet, cujus res ſit; quamvis vel fur ſit qui depoſuit, *l. 1. §. 39. D. depoſit. l. 64. D. de judic.* qui hic non conſequetur actionem ex improbitate ſua, contra *l. 12. § 1. D. de furt.* ſed ex contractu a ſe inito. Quamvis ſi cum illo concurrat in repetendo dominus, hic præferendus ſit, inſpectis totius rei, omniumque perſonarum, quas res contingit, circumſtantiis, ſecundum Tryphoninum *l. 31. §. 1. D. h. t.* jure ſcilicet dominii, de quo Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 10. §. 1.* IDEM.

3. *Quaſi diu poſitum &c.*] Alluſio hæc potius eſt qualis qualis, quam derivatio Grammatica. Confuſe hoc proponit Iſidorus *Origin. lib. V. cap. 25.* hoc modo, *Depoſitum eſt pignus, commendatum ad tempus, quaſi diu poſitum.* ubi tamen, ſi verbum *pignus* abeſſet, ſenſus eſſet commodus: *commendatum* enim eſt depoſitum, *l. 24. D. h. t. l. 196. D. de verbor. ſignification.* Vlpianus *l. 1. pr. D. h. t.* putat *rò de* in depoſito vim verbi augere, ut in *deamo* & ſimilibus. quod ad rem, & fidem, quam hic maxime deponens ſequitur, non importune: mallem tamen cum Menagio *Amœnitat. Jur. Civil cap. 39.* depoſitum derivare inde, quia deorſum poni ſolet. Hotmanus *Obſervat. lib. IV. cap. 14.* verba Pauli ſic corrigit, *Depoſitum eſt, quaſi poſitum diu ſervandum: commendatum eſt, quod ad breve tempus datur.* Verum nimis hæc abeunt a vulgata ſcriptura: & quamvis *commendari* dicatur res, quæ ad breve tempus cuſtodienda datur, *l. 14. §. 4. D. de religioſ.* id tamen non eſt ordinarium: & mox §. 4. *deponere* ſimpliciter, & *commendare* pro iiſdem ponuntur. Ac *ſervare* dici, qui ad breve tempus cuſtodit, patet ex his verbis Virgilii, qui poëta proprietates verborum valde obſervat, *Eclog. V. verſ. 12.*

- - - - *Paſcentes ſervabit Tityrus hœdos.*

Et *Eclog. III. verſ. 75.*

Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo.

quæ optime firmant ea, quæ de verbo *ſervandum* hic a Paulo traduntur. IDEM.

4. *Si ſacculum, vel argentum ſignatum depoſuero &c.*] Qui rem depoſitam invito domino contrectat, & depoſiti, & furti tenetur. Refertur hæc ſententia in *l. ſi ſacculum, 29. D. depoſ.* & additur alia ſequenti ſimilis. CVJAC. Extat in *l. 29. D. h. t.* & in lib. Lex Dei *tit. 10.* ubi legitur *ſacellum*, & omittitur *τὸ ſignatum.* RITTERSHYS.

5. *Sacculum*] Sic in *l. 29. pr. D. h. t.* & in Capitularibus *lib. VII. cap. 307.* ubi hic locus laudatur. *Sacellum* vero & Sich. habet in marg.

6. *Signatum*] Extat hoc verbum, quod & Interpres adgnovit, in *d. l. 29. D. h. t.* & in Capitularibus: adeoque retinendum; quamvis in dicta Collatione non exſtet: & jam bis fieri videatur mentio ejusdem rei, ſacculi, nempe, non vacui, ſed cum pecunia, & argenti ſignati: nulla vero argenti facti, vel infecti, quod paſſim argenti nomine venit, *l. 13. pr. l. 27. §. 1. D. de aur. & argent. legat.* Sed nec quidquam vetat prius *ſaccum* per poſterius *argentum ſignatum* explicari. SCHVLTING.

7. *Depoſiti*

quem depoſitum fuit, me invito contrectaverit,[7] & depoſiti, & furti actio mihi in eum competit.

INTERPRETATIO. *Si quis ſaccellum vel argentum commendatum & ſignatum* [8]*aperuerit, furti etiam actione tenebitur.*

* 6. Ob res depoſitas dolus tantum praeſtari ſolet.

7. [9]In judicio depoſiti [10]ex mora fructus veniunt, & uſurae rei depoſitae poſtulantur.

INTERPRETATIO. *Cum in judicio de rebus agitur commendatis, ſi mora in reddendo ab eo, cui commendatae ſunt, adferatur, prout res fuerit commendata, aut uſurae, ſi pecunia;* [11] *aut fructus, ſi praedia fuerint, debebuntur.*

* 8. Si quis rem penes ſe poſitam apud alium depoſuerit, tam ipſe directam, quam is, qui apud eum depoſuit, [12]utilem actionem depoſiti habere poſſunt.

* 9. Si pecuniam depoſuero,[13] eamque in * tibi commiſero, mutuum magis videtur, quam depoſitum: [14]ac per hoc periculo tuo erit.

* 10. Si rem apud te depoſitam vendideris, eamque redimeris, [15]poſtquam perdideris, ſemel admiſſo dolo [16]perpetua depoſiti actione teneberis.

* 11. Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum[17] in duplum actio datur; edicto Praetoris in ſimplum.

*Si

7. *Et depoſiti, & furti*] Idem reſcribitur *l. 3. C. h. t.*

8. *Aperuerit*] Paulus exigit contrectationem.

9. *In judicio depoſiti ex mora fructus veniunt, &c.*] Si non invito domino depoſitarius re depoſita utatur, ex mora fructus & uſurae veniunt: quia depoſiti actio bonae fidei eſt, *l. 1. §. hanc autem. l. ſi ſacculum, 29. l. die, 25. in fi. D. depoſ. l. 2. C. eo.* CVJAC.

10. *Ex mora fructus*] Liber Lex Dei interp. *et.* Deinde pro *poſtulantur*, leg *praeſtantur*. RITTERSHVS.

11. *Aut fructus, ſi praedia fuerint*] In jure noſtro ignotum eſt rei immobilis depoſitum, cui vis verbi plane repugnat: & quod *commendare* eſt *deponere*, *l. 24. D. h. t. l. 186. D. de verbor. ſignification.* id verum eſt, quando res, quae deponi poſſunt, commendantur; non indiſtincte. Res immobiles non merum factum ſemel tantum alicubi reponentis requirunt, ſed ut adeantur, inſpiciantur, curentur: nec ſolent tradi, ut fit in depoſito. Adeoque commendatio rei immobilis in mandatum incidet. Plura hanc in rem notavit Egregius Vir, Vlr. Huber *Praelectionib. ad tit. Inſt. quib. mod. re contrahit. obligat. n. 12.* Fructus vero ſunt etiam animalium, *§. 37. Inſt. de rer. diviſion. l. 28. D. de uſur.* SCHVLTING.

12. *Utilem actionem*] Contra ſecundum depoſitarium: cujus tamen juris nulla in Pandectis ſunt veſtigia: ſed depoſitarium primum deponenti tantum teneri ad actiones cedendas ſcribit Africanus *l. 16. D. h. t.* ſecundum regulam *l. 52. D. de pecul.* A Paulo tamen utilem dari, ad Africanum notavit Cujacius: ac hoc jus tempore Pauli, qui Africano longe fuit poſterior, receptum videtur, ut & plura, quae antiqua ſubtilitas non admittebat. IDEM.

13. *Eamque in * tibi commiſero*] Pithoeus legit, *eamque in uſum tibi commiſero*, quod ita abſque ulla admonitione recepit in contextum Rittershuſius. Alius ſcribit *utendam*: & ſane tale quid ſenſus exigit. Contextum tamen mutare non putavi conſultum fore. IDEM.

14. *Ac per hoc periculo tuo erit*] Statim poſt hanc conventionem, *l. 9. §. ult. D. de reb. credit.* IDEM.

15. *Poſtquam*] Recte Pithoeus emendat *poſtquo eam*: idque repraeſentavit Rittershuſius. ſed non ita certum hoc eſt, ut contextus ſit mutandus. IDEM.

16. *Perpetua depoſiti actione teneberis*] Quae deponenti ſemel recte quaeſita eſt, nec per factum depoſitarii poſterius illi debuit intercidere *per l. 16. §. 2. D. de evictionib.* IDEM.

17. *In duplum actio datur*] Ratio apud Quinctilianum avum *declamation. CCXLV.* ubi haec. *Neque enim fides aliter conſtare poterit apud omnes, niſi merces continentur. Depoſitum hoc eo magis vindicandum, quod ſere ſecreta ſunt citra probationem.* Praetor hoc reſtrinxit ad depoſitum miſerabile: de quo actio proinde eſt ut civilis conſideranda: ideoque in duplum in perpetuum datur, *l. 18. D. h. t.* cum, ſi poena illa ex ſolo edicto Praetoris veniret, intra annum tantum in duplum danda eſſet, *arg. l. 35. D. de obligationib. & actionib.* Quin & haec poena obtinet demum contra inficiantem, *§. 26. Inſt. de actionib.* IDEM.

[18]Si ex permissu meo deposita pecunia is, penes quem deposita est, [19]utatur, [19]ut in ceteris bonae fidei judiciis, usuras ejus nomine praestare mihi cogitur. EX LEGE XXIX. §. 1. D. DEPOSIT. VEL CONTR.

12. [20]In causa [21]depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

[22]INTERPRETATIO. *Non alia res pro alia, sed ipsa reddenda est, quae dignoscitur fuisse commendata.*

18. *Vtatur*] Id tamen actum esse debet, ut maneret depositum: quod hoc casu communes regulas excedet: admissum tamen id posse fieri: & usuras etiam ex pacto in hoc bonae fidei judicio deberi, *l. 24. l. 26. §. 1. D. h. t.*

19. *Vt in ceteris bonae fidei judiciis*] Ex mora, vel pacto *l. 24. l. 25. §. 1. l. 26. §. 1.*

20. *In causa depositi compensationi locus non est, &c.*] Actioni depositi opponi compensatio non potest, §. *in bon. fid. de act.* Excepta est sola depositi actio: idque ante Justinianum obtinuisse hic locus indicat. Et sane videntur compositores in *l. ult. Cod. commod.* pro, *Commendati*, perperam legisse *Commodati*. Commendatum est depositum, *l. Lucius, 24. D. depos.* Ambrosius *in lib. de Tobia cap. 20. Pignus dicunt, quod pro mutuo aro susceptum est. Commendatum autem, & depositum, quod custodiatur causa alicujus commissi.* CVJAC.

21. *Depositi*] In actione commodati aliud est, *l. 18. §. ult. D. commodat.* Nihil vero peccatum in *l. ult. C. eod. tit.* ubi non prohibetur in commodato compensatio, sed rei commodatae retentio praetextu debiti, ut dudum alii viderunt. SCHVLTING.

22. INTERPRETATIO] Exstat in ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & Rittersh. in aliis, quibus utor, non invenio: nec rei bene quadrat.

TITVLVS XIII.

De Lege Commissoria.

1. *De lege Commissoria*] Sub hoc titulo tractatur de fiducia. Est autem Fiducia pignus, quod creditori mancipatur, aut in jure ceditur, ea lege, ut soluta ad diem pecunia remancipetur, non soluta, creditori pleno jure committatur, id est, lege commissoria: alias vero pignoris dominium in creditorem non transfertur, *l. cum & sortis, 33. §. ult. D. de pig. act.* Et hanc esse differentiam pignoris & fiduciae recte Isidorus notat *lib. V. Etymol.* eamque confirmat hujus tituli tertia sententia, & quod *lib. III. titul. de legatis*, dicturi sumus, servis a debitore legatis non deberi fiduciae datos: quia in creditoris dominio sint. Est ergo fiducia pignoris lex commissoria. Inde Cicer. *pro Flacco. Hanc fiduciam commissam tibi tenes.* Vt autem pignus bonae fidei est, ita & fiducia, auctore Cicerone: sed fiduciae actio famosa est, pigneraticia actio non est famosa, eodem auctore. De ea nihil in Pandectis relatum est a Justiniano, quoniam sublatae erant fiduciae constitutione Constantini, *l. ultim. C. de pact. pign.* Sed in Longobardorum legibus fit hujus contractus mentio, *l. 3. de donat. quae cum thim. l. 2. de prob. alien. minor. & in Cod. Theod. l. 9. de infir. his quae sub tyran.* Sidonius Apollinaris *lib. IV. Pecuniam mutuam posthabuit, impetravitque, nihil quidem loco fiduciae, pignorisque, vel argenti sequestrans, vel obligans praediorum.* Ambros. *in li. de Tobia cap 12. hypothecas flagitat. pignus usurpat, fiducias vocat.* CVJAC. In edit. Sich. hic titulus positus demum est ante §. 6. uti vero, dubio procul, in his Sententiis exstitit, ita quo pacto quae hic legimus, ad illum pertineant non animadverto. Legis saltem commissoriae pignoris vel fiduciae, sive pacti, quo convenit, ut, non soluta ad diem pecunia, res creditori pleno & perpetuo jure adquiratur, nullum in illis conspicitur vestigium. Vereor, ne sub hoc titulo ex aliis quaedam inconsiderate reposita sint, quae ad venditionem pignorum & fiduciarum aliaque iis affinia pertinebant. Quod ad fiduciam vero attinet, de qua hic passim agitur, certum est, olim in usu fuisse contractum fiduciae, quo res alicui mancipabatur sub lege remancipandi, de quo aliquid dictum est ad Cajum *Inst. lib. 2. tit. 6. §. 3.* Vt vero mutuum, commodatum, depositum, pignus, & fiduciae sumuntur pro ipsis contractibus, & pro rebus etiam, quibus intervenientibus illi contractus ineuntur, ita & fiducia sumitur pro contractu, unde nascitur actio fiduciae, de qua mentio hic §. 6. & aliquid dictum ad Cajum *d. l.* vel pro ipsa re fiduciae data: atque ita passim hic accipitur. Differt vero a pignore, quod quidem creditori traditur in securitatem crediti: sed ita, ut dominium penes debitorem maneat, *l. 12. pr. D. de distract. pignor. & hypothecar.* & de quo ante proditam actionem Servianam & quasi Servianam nulla fuit in rem actio creditori adversus tertium possessorem: fiducia vero mancipabatur vel in jure cedebatur creditori, adeoque in ipsius dominium transibat, ut colligitur ex ipso Paulo *hoc tit. §. 2. §. 3. & 6.*

2. [1]De-

Idque

1. [2]Debitor distractis fiduciis a creditore de [3]superfluo adversus eum [4]habet actionem.

INTERPRETATIO. *Si quis creditor, debitore in solutione tardante, [5]rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit, quam debebatur, quod plus acceptum est [6]restitui jussum est debitori.*

* [7]Si autem tardius superfluum restituat creditor id, quod apud eum depositum est, ex mora etiam usuras debitori hoc nomine praestare cogendus est. LEX EST VII. D. DE PIGNERATIT. ACTION.

* [8]Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei

Idque clare docet Isidorus *Origin. lib. V. cap. 25.* his verbis. *Fiducia est, cum res aliqua, sumenda pecunia mutua gratia, vel mancipatur, vel in jure ceditur:* quem locum ita recte accepit Fr. Hotmanus *epist. tit. D. de pignorib. & hypothec.* non recte Salmasius, qui illum carpit *de mod. usurar. cap. 13.* & legit, *vel pignori cedatur:* vel intelligit cessionem bonorum, quam in jure facere possunt debitores obærati. Sed cessio bonorum nihil habet commune cum hac cessione pignoris, quæ solenniter fit, vindicante uno, altero non resistente, & Prætore addicente: de qua Caji nobile fragmentum habemus *lib. Inst. II. tit. 1.* Atque hic si per mancipationem res gereretur, locum habuit nexi datio, & nexi liberatio, quorum meminit Festus *v. nexum.* mancipatio enim fiebat interveniente nexu. Ceterum nihil quoque video, cur non simili etiam modo res possit simpliciter trádi, ut fiat creditoris, sub lege reddendi debito soluto. Illud vero certum est, multum differre fiduciam ab hypotheca, quæ obligatur tantum creditori, & quidem ita, ut possessio ejus penes debitorem maneat, §. 7. *Inst. de actionib.* Quod autem Cujacius putavit cum aliis Egregiis viris, fiduciam in se legem commissoriam continuisse, quod inscriptio quoque hujus capitis suadere videtur, id non potest probari: nec ex §. 3. *h. t.* plus efficies, quam rem factam esse creditoris. Exemplum quidem talis fiduciæ lege commissoria datæ est apud Ciceronem *pro Flacc. cap. 21.* nihil tamen hic tale. Imo *in* §. 1. creditor distrahit fiducias, & de superfluo debitori tenetur, quod plane abhorret a lege commissoria. Postquam vero de pignore quoque actio in rem prodita est, minor fuit necessitas fiduciæ, quæ nec commode semper poterat fieri, utpote quinque requirens idoneos testes cum libripende: difficilior vero in jure cessio, quæ jus & Prætorem desiderabat. Duravit tamen diu fiducia, etiam post constitutionem Constantini *l. ult. C. de pact. pignor.* quæ non de fiducia agit, sed de lege commissoria pignorum: & loca a Cujacio ipso, qui in aliud ibat, laudata ex Ambrosio, Codice Theodosiano, Sidonio, legibusque Longobardicis, diu postea viguisse fiducias evincunt. In Justinianeo jure fiducia non occurrit: is enim Imperator sustulit discrimina rerum mancipi & nec mancipi *t. t. C. de usucapion. transformand. & sublat. different. rer. mancip. & nec mancip.* & jus Quiritarium *t. t. C. de nud. jur. Quirit. tollend.* mancipatio autem proprie est alienatio rerum mancipi, teste Ulpiano *tit. 19. §. 3.* Pluribus de fiducia disputarunt Viri Praeclari, Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de commissor. rescindend.* qui multa de illa loca adducit: & nuper Ger. Noodt *Observ. lib. II. cap. 7. & 8.* atque hic etiam late refutat Salmasium in *lib. de modo usurar.* qui de his aliter opinatur. SCHULTING.

2. *Debitor distractis fiduciis a creditore, &c.*] Ut si minoris creditor fiduciam, sive pignus vendiderit, residui petitio creditori supereſt, *l. creditor, 28. D. de reb. cred.* ita si pluris vendiderit, superfluï petitio debitori datur, *l. eleganter, 24. §. si vendiderit, D. de pign. act.* CUJAC.

3. *Superfluo*] Hyperocham vocat Tryphoninus *l. 20. D. qui potior. in pignor. vel hypothec. habeant.* de quo verbo aliquid notavit Cujacius *Observ. lib. IV. cap. 25.*

4. *Habet actionem*] Cum his verbis proxime cohærere videntur quæ sunt in *l. 7. D. de pign. act.* posita a nobis supr. sub *tit. 5. de pignorib.* RITTERSHUS.

5. *Rem sibi pro debito positam.*] In marg. ed. Genev. clo Io LXXXVI. est, *fiduciam sibi depositam*, forte ex conjectura. Ceterum ipse Paulus loquitur de fiducia, quæ a depósito pignore distinguitur *tit. 4.* & fiducia non solet dici poni, vel deponi apud creditorem, cum ejus sit in dominio, nec res sua apud dominum deponatur, *l. 45. pr. D. de reg. jur.* ut Interpres hic, uti sæpe, erraverit. SCHULTING.

6. *Restitui jussum est*] In Capitularibus *lib. VII. cap. 312.* ubi hæc quoque leguntur, scriptum est *restituatur.* sed illic sensus refertur, non verba singula. Non male quoque legeretur, *restitui justum est.* IDEM.

7. *Si tardius*] Optime huic loco convenit hæc sententia, & sequens. Rittershusius illas posuit sub *tit. 5.* qui tamen modo notavit, hæc verba videri olim coïsse primæ hic sententiæ, recte, ut videtur: & ad *tit. 5. de pignoribus*, ubi hoc fragmentum collocavit, adjecit, id referri posse ad titulum *de usuris*, vel *de l. commissoria*: & ad finem tituli de *usuris* adnotat, duas has sententias illic non incommode posse collocari: quod & de sequenti tradit ad *d. tit. 5.* quoniam scilicet de usuris ambæ agunt: ut ita Vir Eruditus hæsitaverit. nos de hoc fragmento hic collocando ne quidem dubitavimus. IDEM.

8. *Cum debitor gratuita pecunia utatur &c.*] Hoc casu tacite intelligitur constituta ἐντοκιμαία. Non alio vero commentario hæc egebunt præter ea, quæ

rei sibi pigneratae ad modum legitimum usuras retinere. LEX EST VIII. D. IN QVIB. CAVS. PIGN. VEL HYPOTHEC. TACIT. CONTRAHIT.

2. [9]Quidquid creditor per [10]fiduciarium servum quaesivit, [11]sortem debiti minuit.

INTERPRETATIO. *Quidquid creditor per* [12]*oppignoratum sibi pro debito servum adquisierit, de summa debiti retrahitur.*

3. [13]Debitor creditori fiduciam [14]vendere non potest; sed aliis, si velit, [15]vendere potest: ita, ut ex praetio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita [16]remanciparam sibi emptori praestet.

INTERPRETATIO. *Creditor* [17]*rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emptore pecunia,*

hac de re tradit V. C. Gerardus Noodt *de fœnor. & usur. lib. II. cap. 9.* qui docet usurarum modum etiam in expressa ἐκπιχράσει servandum, quatenus certus est fructuum proventus. Incertitudo facit, ut plus possit percipi, *l. 17. C. d. usur.* SCHVLTING.

9. *Quidquid creditor per fiduciarium servum quaesivit, &c.*] Fiduciarius servus creditori adquirit: mancipatus enim ei vel in jure cessus est. Verum id, quod adquiritur, sortem minuit: & ita quod ex servi pignorati operis percipitur, sortem minuere traditum est in *l. 1. C. de pign. act.* CVJAC.

10. *Fiduciarium servum*] Sic dixit rem *fiduciariam §. 7.* & quare potius sit legendum, *fiduciatum*, & *fiduciatam*, quod vult Salmasius *de usur. cap. 4. p. 64.* non video: quamvis & sic posteriores Scriptores locuti sint. Adquirit vero creditor per fiduciarium servum, quia est ejus dominus: adeoque quantum fiducia ab hypotheca, cum qua illam eandem esse putavit Salmasius, & a pignore differat, vel hinc intelligitur. SCHVLTING.

11. *Sortem debiti minuit*] Adeoque ab ἐκπιχράσει distat quoque fiducia, secus ac volebat Mornacius *ad l. 11. pr. D. de pignorib. & hypothec.* IDEM.

12. *Oppigneratum*] Imo, fiduciæ datum.

13. *Debitor creditori fiduciam vendere non potest, &c.*] Debitor pignus creditori vendere potest, *l. rescriptum, 12. D. de distr. pig.* fiduciam non potest: quia jam creditori satis per mancipationem, aut cessionem in jure adquisita est. Aliis tamen fiduciam debitor vendere potest, ita scilicet, ut ex pretio pecunia creditori soluta, ubi fiducia remancipata fuerit, eam ipse emptori tradat. Et hæc aperte confirmant definitionem fiduciæ a nobis initio propositam. In Basilicensi editione scriptum est, *rem mancipatam*: in Parisiensi, *re mancipata*, emendavi perspicue, *remancipatam sibi emptori præstet.* CVJAC.

14. *Vendere non potest*] Et hoc discrimen inter fiduciam, quæ in dominio est creditoris, & pignus, quod in dominio debitoris manet, respicere videtur Tryphoninus, *l. 12. pr. D. de distraction. pignor.* pignus enim creditori venditur, *l. 20. §. ult. D. de pigneratit. action. l. 7. §. 6. D. de donation. int. vir. & uxor.* & insolutum datur *l. 13. C. de pignorib. & hypothec.* Non audiendus vero Vir Præclarus, Cl. Salmasius *de modo usurar. cap. 13. p. 366.* qui Pauli verba non recte accipit de pignore: & *d. l. 13.* intelligit de dominio a Principe impetrato: quæ res tamen a datione in solutum, de qua d. l. agit, & quam sua sponte peragit debitor, immane quantum differat. Adde quod dicant Impp. dominæ contractum & voluntatem ad firmitatem sufficere: adeoque mere privatim sit gestum negotium. Nec magis probandum, quod addit, *dominam* esse proprium mulieris nomen, quando nulla id ratione nixum est: & constat, debitricem dominam pignoris manere. Ceterum id obstare dicto Pauli videtur quod possit dici, nihil impedire fiduciæ venditionem creditori faciendam, ut habeat rem perpetuo jure & irrevocabili, quam nunc tam plene non videtur habere. Sed videtur tantum, re enim vera perfecte dominus est: nec, quamvis debitor solverit, ipso jure creditor dominium amittit; sed res tunc est remancipanda, ut hic quoque Paulus innuit: ut adeo nihil inter sit inter hanc fiduciam, & rem aliam, quæ pleno jure alicujus est. Quod monendum fuit, quia in eo hæsit Gul. Masius *Singular. Opinion. lib. III. c. 2.* qui alias quærit hujus rei rationes. SCHVLTING.

15. *Vendere potest*] Quomodo & res aliena potest vendi, *l. 28 D. de contrahend. emption.* & multo magis illa, quæ certo casu, soluta pecunia, debitori a creditore est remancipanda. IDEM.

16. *Remancipatam sibi*] Recepi & ego hanc Cujacii emendationem certissimam. Subintelligitur vero *fiduciam*: ut adeo quod additur in edd. cum Interpp. Cujacii, *rem*, abesse possit, ut abest ab edd. aliis, etiam Cujacianis. Rittershusius uncis illud inclusit. IDEM.

17. *Rem sibi oppigneratam*] Imo, rem fiduciæ datam.

18. *Ven-*

pecunia. debitum restituat creditori: & sic postea rem suam a debitore liberatam cui voluerit [18] *vendat.*

4. [19] Si per suppositam personam creditor pignus suum [20] invito debitore comparaverit, [21] emptio non videtur: & ideo [22] quandoque lui potest: ex hoc enim causa pignoris vel fiduciae finiri non potest.

INTERPRETATIO. *Creditor pignus, quod a debitore accepit,* [23] *eo invito nec per suppositam personam emere potest.* [24] *Quod si factum fuerit, agente debitore soluto debito, emptio non valebit.*

5. [25] Si inter creditorem & debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor [26] denuntiare ei [27] solenniter potest, & distrahere: nec enim ex tali conventione [28] fiduciae actio nasci potest.

INTERPRETATIO. *Si conveniat inter creditorem & debitorem, ut* [29] *pignus a creditore non vendatur, non solvente debitore debitum, creditor pignus post trinam conventionem vendere potest.*

6. [30] Si

18. *Vendat*] Jam vendidit: sed praestare illam nunc potest, sive tradere.

19. *Si per suppositam personam creditor, &c.*] Creditor distraxisse pignus non videtur permissu debitoris, si per suppositam imaginarii emptoris personam adhuc possessionem pignoris obtineat: & ideo causa pignoris, vel fiduciae manet, & oblata pecunia pignus repeti potest, *l. & qui sub imagine, 10. C. de distr. pig.* Ex diverso, non videtur debitor pignus distraxisse permissu creditoris, si id possideat, & ideo jus pignoris salvum est creditori, *l. sicut, 2. §. supervacuum, D. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* CVJAC.

20. *Invito debitore*] Si enim debitor volet, ipsi creditori vendere pignus potest, ut modo dictum. At creditor, qui ipse id vendit jure creditoris, non potest hoc sibi emere.

21. *Emptio non videtur*] Quia idem vendit, qui emit. Quod non tantum in pignoribus & fiduciis vetatur: sed & in aliis speciebus improbatur callidum tale commentum, *l. 9 D. de reb. eor. &c.* & commentitiae venditiones tales dicuntur, *l. ult. C si adverf. vendition.* quae est *l. 2. C. d. Theod. de integr. restitution.* ad quam talia notavit aliqua Jac. Gothofredus. Non potest haec vocari venditio. Seneca *de benefic. lib. V. cap. 10. Numquid non demens videbitur, qui aliquid vendidisse sibi se dicet: quia venditio alienatio est, & rei suae jurisque sui in alium translatio.* SCHVLTING.

22. *Quandoque*] Hoc est, *quandocumque*, ut & alibi.

23. *Eo invito*] Haec a q. l. absunt. RITTERSHVS. In sola Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. invenio. retinui tamen, quando & sic ipse loquitur Paulus.

24. *Quod si factum fuerit &c.*] Distinctius Paulus.

25. *Si inter creditorem & debitorem convenerit, &c.*] Distrahi fiducia potest, etiam si convenerit, ne distrahatur, nec eo nomine creditor debitori fiduciae actione tenetur: verum solemnem denunciationem exigimus, id est, trinam, *l. 4. D. de pig. act. & supr. tit. 5.* CVJAC. Sentent. quae huc pertinere videtur, vide infra. *tit. 27. num. 12.* RITTERSHVS.

26. *Denunciare*] Denunciationem hanc esse actum quasi legitimum, adeoque nec per alium fieri posse putat Petr. Faber *Semestr. lib. 11. cap. 24.* quod nullo auctore nititur: & quod addit, idem esse in illa, quae fiebat ex S. C. Claudiano, non esse verum apparet ex Paulo. *hoc. lib. tit. 21. A. de mulierib. quae se serv. alien. junxer. §. 4.* Nec illud verum, quod addit, denunciationes tales non recipere tempus vel conditionem. SCHVLTING.

27. *Solenniter*] Ter denunciari debere constat ex *l. 4. D. de pigneratit. action.* ex Paulo ipso *hoc lib. tit 5. §. 1.* & ipsius Interprete *h. loc.* verum solennem denunciationem denotare trinam non facile probabitur. Forte scriptum fuit olim solenniTER, id est, *solenniter ter.* Saepe cum syllabae iterabantur, altera a librariis est omissa. IDEM.

28. *Fiducia actio*] Quae & hic eadem cum illa, qua in aliis speciebus fiduciarum agebatur, de qua aliquid dictum ad Cajum *Instit. lib. 2. tit. 6. §. 3.* Prout autem diversis ex causis fiducia contrahebatur, ita diversas quoque recepit praestationes. Erat vero per excellentiam bonae fidei, quoniam addebatur formulae, *ut inter bonos bene agier oportet*, teste Cicerone *de offic. lib. III. cap. 15.* IDEM.

29. *Pignus*] De fiducia loquitur Paulus: quamvis in utroque hic idem sit jurit.

6. [30]Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus vel extraneo [31]legaverit, adversus [32]omnes heredes actio fiduciae competit.

INTERPRETATIO. *Si creditor rem* [33]*fiduciae, quam a debitore pignori acceperit, uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire.*

7. [34]Si creditor rem [35]fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quae impendit, judicio fiduciae [36]debitorem habebit obnoxium.

INTERPRETATIO. *Si quis creditor praedium sibi* [37]*fiducia obligatum studio & opere suo melioraverit, quidquid se pro melioranda re impendisse probaverit, ei a debitore reddendum est.*

8. [38]Novissimus creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum trans-

30. *Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus, &c.*] Licet uni ex heredibus creditor fiduciam prælegaverit, oblata pecunia, non is tantum, cui prælegata est fiducia, sed omnes heredes actione fiduciæ tenentur. Idemque est, si extraneo fiduciam legaverit: nec enim legatarius, sed heredes creditoris conveniuntur. Hæc enim actio cum sit ex contractu, ut pignoraticia, in heredes datur, *l. nec creditores, 10. C. de pign. act.* CVJAC.

31. *Legaverit*] Quod etiam in legato vindicationis procedebat, quoniam erat res in dominio creditoris, & quidem jure Quiritium, quod hic requirebatur, teste Ulpiano *tit. 24. §. 7.* Debitor vero non poterat non tantum rem hanc ita legare: sed ne quidem appellatione rerum, vel servorum, quos legabat, continebantur quos fiduciæ dederat, ut docet Paulus *lib. III. tit. 6. §. 69.* Ad speciem vero hanc, quam ponit Paulus, pertinet quod habet Papinianus *l. 9. §. 2. D. de supellectil. legat.* ubi, postquam docuisset, sub supellectili sua omni legata non contineri argentum pignori acceptum, addit: *utique si non in usu creditoris id argentum voluntate debitoris fuit, sed propositum propter contractus fidem, ac restituenda rei vinculum.* ubi si intelligamus tantum pignus, quo creditor utitur suo periculo, voluntate debitoris: velimusque hujus dominium quasi translatum esse in creditorem, quod volebat V. C. Janus a Costa *ad §. 2. Inst. quib. mod. re contrahit. obligat.* non video, quo pacto ulla juris auctoritate nitamur: Inauditum enim est, usum & periculum rei alicui per se conciliare aliquod dominium. Audivisset potius Vir Eximius Cujacium *ad d. l. 9. ad Papinian. Responsor. lib. VII.* accipientem illa verba de fiducia quamvis rem non plene exsequatur: nec nodum solvat, quem nectunt verba: in quibus pro illis, *Si non in usu creditoris id argentum voluntate debitoris fuit.* Celeberrimus Noodt *Obs. lib. 11. cap. 10.* sic legit. *Si non juris creditoris vel deb. fuit.* Nihil aliud est *jus* hic, quam dominium, ut apud Paulum nostrum *lib. 1. tit. 13 §. 7. l. 2. C. de reb. alien. non alienand.* & mox in *d. l. 9.* pro *propositum* legit *depositum.* de pignore vero depositio dictum ad *tit. 4. hujus lib.* ubi plura adduxit Cujacius; qui tamen *ad d. l. 9.* apud Papinianum legit *appositum*, quod etiam non damnem. SCHVLTING.

32. *Omnes heredes*] Illum etiam, cui est prælegatum, qui per hoc legatum non definit esse heres, nec eo minus debitori actione fiduciæ obstrictus est. IDEM.

33. *Fiduciæ*] Hoc verbum habet Sichard. & est apud ipsum Paulum: unde, quamvis Interpres mox pignus memoret, non ausim tamen hoc illi abjudicare; licet Cujacius id omiserit in ed. Lugd. ct3 IↃLXVI. & in de ab aliis sequentibus absit. Sane de pignore proprie dicto non est verum, quod hic dicitur. IDEM.

34. *Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, &c.*] Duplex est actio fiduciæ, directa, & contraria. Directa debitori datur, contraria creditori, si quid necessario, & interdum si quid utiliter in rem fiduciariam impenderit. Idemque est in pigneratitia, *l. si necessarias, 2. l. si servus, 25. D. de pign. act. l. creditor, qui fundo, 7. C. eodem.* CVJAC.

35. *Fiduciariam*] Sic §. 2. dixit, *fiduciarium servum.* Salmasius *de usur. cap. 4.* legit hic *fiduciariam*, sine necessitate: de quo *ad d. §. 2.*

36. *Debitorem habebit obnoxium*] Dubitandi ratio est, quia res ipsius creditoris fuit, ut notat Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de commissor. rescindend.* at occasione bonæ fidei contractus impensæ factæ sunt in debitoris commodum: adeoque illum inde obligari ratio bonæ fidei exigit. SCHVLTING.

37. *Fiducia obligatum*] Non hic res est obligata, sed mancipata.

38. *Novissimus creditor priorem oblata pecunia, &c.*] Si duobus pignus sit obligatum, & posterior priori debitam pecuniam offerat, possessio pignoris in eum transfertur. Prior quoque posteriori non prohibetur pecuniam offerre, licet in pignore potior sit, ut possessionem retineat, *l. 1. l. prior, 5. C. qui pot. in pign. hab. l. secundus, 22. C. de pign. l. potior, 12. §. ultim. D. qui pot. in pign. hab.* Erat autem hæc sententia in impressis libris valde depravata: alii habebant, *Nov. cred. priorem obligatam pecuniam, a quo possess.* Alii, *Nov. cred. priorem obligat a pecunia.* Alii, *Nov. cred. obligatam pecuniam, quam possessio.* Sed perspicue legen-

transferatur, dimittere poteſt. Sed & prior creditor ſecundum creditorem, ſi voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipſe in pignore potior ſit.

INTERPRETATIO. *Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, & poſterior creditor priori creditori pecuniam offerat, poteſt pignus obligatum ad ſe transferre. Item prior creditor licet potior ſit in pignore retinendo, ſi offerat pecuniam, poteſt apud ſe pignus retinere.*

9. [39] Servus ſi mutuam [40] pecuniam ſervitutis tempore acceperit, ex ea obligatione poſt manumiſſionem conveniri non poteſt.

gendum eſt, *Noviſſimus creditor priorem oblata pecunia, quo poſſeſſio, &c.* CVJAC.

39. *Servus ſi mutuam pecuniam ſervitutis tempore acceperit, &c.*] Servi ex contractibus in ſervitute habitis, poſt manumiſſionem jure civili non tenentur, *l. ſervi, 14. D. de obl. & act. l. 2. C. an ſer. ex ſuo fact. poſt. man. ten.* IDEM.

40. *Pecuniam ſervitutis*] Qu. l. interp. *ſecrete.* RITTERSHVS. Hoc in Genev. eſt in LXXXVI. invenio, non in aliis, nec ad rem pertinet.

TITVLVS XIV.
De Vſuris.

1. [1] Si [2] pactum nudum de praeſtandis uſuris [3] interpoſitum ſit, [4] nullius eſt momenti: ex nudo enim pacto [5] inter cives Romanos actio non naſcitur.

INTERPRETATIO. *Pactum nudum dicitur, ſi cautio creditori a debitore, in qua [6] centeſimam ſe ſoluturum promiſit, ſine ſtipulatione fiat. Et ideo uſurae ex nuda cautione creditori penitus non debentur.*

2. [7] Vſurae ſupra centeſimam ſolutae ſortem minuunt: conſumpta ſorte [8] repeti poſſunt.

IN-

1. *Si pactum nudum de praſtandis uſuris interpoſitum ſit &c.*] Vſurae fœnebris pecuniæ ex pacto nudo non debentur, *l. 3. C. de uſuris. l. Titius, 24. D. de præſcr. verb.* nam ex pacto jure civili actio non naſcitur, *l. ſi tibi, 27. C. de locat.* CVJAC.

2. *Pactum nudum*] Quod opponitur hic non negotio, quod numerationem exigit, ſed ſtipulationi: nec aliter Interpres.

3. *Interpoſitum*] In negotio ſtricti juris, vel etiam ex intervallo in negotio bonæ fidei: in his vero pactum in continenti additum actionem formabit, *l. 7. §. 5. D. de pact.* atque adeo uſuræ inde peti poterunt, *l. 5. C. de pact. inter emptor. & venditor. compoſit.* SCHVLTING.

4. *Nullius eſt momenti*] Quatenus non parit obligationem, *l. 7. §. 4. D. de pact.* validam, videlicet, ac civilem: retentionem vero parit, quoniam naturaliter obligat: & pignus pro eo valide datur, *l. 3. C. h. t.* & fidejuſſor obligatur, *l. 7. D. de fidejuſſorib.* & effectus alii naturalis obligationis in eo locum habent. IDEM.

5. *Inter cives Romanos*] Inter quos non aliæ obligationis cauſæ admiſſæ, quam quæ jure civili definitæ erant: nec inter has pactum admiſſum eſt, tamquam naturæ vagæ. Subindicat vero Paulus, jure naturali & gentium aliud eſſe: eo enim ſatis eſt obſtrictam eſſe fidem *add. l. 84. §. 2. D. de reg. jur.* de quo latius diſputat H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. XI.* IDEM.

6. *Centeſimam*] Per hanc videtur intelligere Interpres uſuras quaſvis, ut in *can. ſi quis obſtitus, cauſ. 24. quæſt. 4.* Quod notavit Ampliſſ. Bynckershoeck *lib. ſingular. ad l. lecta cap. 7.* De centeſima, quæ ſingulis menſibus eſt pars centeſima ſortis, & ratione hujus appellationis conſuli poterunt Viri Inſignes, Joh. Fred. Gronovius *de pecun. veter. lib. III. cap. 13.* & *de centeſim. uſur.* & Ger. Noodt *de fœnor. & uſur. lib. II. cap. 3. & 4.* IDEM.

7. *Vſura ſupra centeſimam ſolutæ ſortem minuunt, &c.*] Centeſima uſura eſt legitima uſura, & ideo cuilibet permiſſum eſt centeſimam uſuram ſtipulari: & hoc oſtendit *l. ſi pro mutua, 2. C. ſi cer. pet.* ſi, ut auctores ſunt libri ſcripti, deleatur verbum, *ſummas*, & intelligatur, legitima uſura. Item *l. lecta, 40. D. de reb. cred.* Et ita conſtitutum eſt in C. Th. ſub *tit. de uſuris.* Igitur ſi ſupra centeſimam ſolutæ ſunt uſuræ, non repetentur quidem, ſed in ſortem imputabuntur: & ſi ſortem expleverint, repetentur quaſi indebitæ, *l. ſi non ſortem, 26. §. 2. D. de cond. indeb.* Hanc ſententiam

INTERPRETATIO. *In pecuniis creditis* [9] *cum solutio usurarum sortem aequaverit, si quid amplius creditori datum fuerit, de* [10] *capite debiti subtrahitur. Si vero & centesima, & caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori.*

3. [11] Trajectitia pecunia, propter periculum creditoris, [12] quamdiu navigat navis, [13] infinitas usuras recipere potest.

INTERPRETATIO. *Trajectitia pecunia dicitur, quae in navi, ut ad transmarina deferatur,* [14] *deponitur. quia maris periculo committitur, in quantas convenerit usuras hanc pecuniam dare creditor potest.*

4. [15] Vsurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt.

Interpretatione non indiget.

5. [16] Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiae crimen admittit.

[17] *Interpretatione non indiget.*

6. [18] Tu-

tentiam sic male Anianus interpretatur, ut si usurae sortem æquaverint, quod deinde solvitur, in sortem cedat: supra duplum, id est, altero tanto sorte amplius solutæ usurae ut repetantur: quod proponitur §. *supra duplum, d. l. si non sortem.* Id tamen hoc loco Paulum proposuisse nego. CVJAC.

8. *Repeti possunt*] Non ut usurae, sed tamquam sors indebite soluta, utiSeverus Imp. constituit, & usus obtinuit, teste Vlpiano *l. 26. pr. D. de condition. indebit.* ubi res hæc exactius definitur. Et hodie certum est, usuras indebitas etiam post sortem solutas repeti posse, *l. 18. C. h. t.* qui locus indicat, id olim dubium fuisse: quod inde forte ortum est, quia usurae præstantur quasi pœna moræ; quod etiam de iis, quæ ex stipulatu debentur, dicitur *l. 40. D. de reb. credit.* quæ autem quis pœnæ nomine dedit, non repetuntur, *l. 42. D. de condition. indeb. l. 46. D. d. reg. jur.* ut existimat V. C. Ger. Noodt *de fœnor. & usur. lib. 11. cap. 13.* Sane facilius aliquid imputari & compensari, quam repeti, cuivis perspicuum est. SCHVLTING.

9. *Cum solutio usurarum sortem aequaverit, &c.*] Vereor, ne hæc interpretatio pertineat ad sententiam, quæ egerit de usuris ultra duplum non computandis, & quæ interciderit: vel ea saltem de re hic aliquid scripserit Paulus, qui de usuris ultra centesimam solutis idem monet §. 4. Huic certe non respondet hæc interpretatio: quod & vidit Cujacius. IDEM.

10. *Capite*] Caput hic est sors, ut *l. un. Cod. Theod. de usur. rei judicat.* quo pacto & alios locutos esse notavit Brissonius *de verbor. signification. h. v.*

11. *Trajectitia pecunia, propter periculum creditoris, &c.*] Vsura nautica est infinita: est enim pensatio suscepti periculi. Hodie ex Constitutione Justiniani est centesima. Vulgaris autem usura est semis. Significat tamen Papinianus usuram nauticam esse centesimam in *l. nihil, 4. D. de naut. fœn.* sed id Tribonianum ex Justiniani constitutione addidisse puto. CVJAC.

12. *Quamdiu navigat*] Idem enim quod ad reliquum tempus servatur, quod in aliis pecuniis, quæ periculo sunt debitoris, *l. 4. D. de nautic. fœnor.* ubi nihil adjecit Tribonianus: idque Vir Summus postea adgnovit *Observ. lib. V. c. 38.* SCHVLTING.

13. *Infinitas*] Vt sint liberæ a communi usurarum observatione, *l. 1. C de nautic. fœnor.* quomodo & alia licere videmus *in infinitum, lib. V. tit. 11. §. 7. §. 4. Inst. de heredib. instituend.* Variavit hic valde Justinianus, qui *l. 26. §. 1. C. h. t.* non ultra centesimas esse voluit: sed *Novell. CVI.* longe ampliores indulsit: at hanc Novellam revocavit *Novell. CX.* IDEM.

14. *Deponitur*] Pro, fœnori datur.

15. *Vsurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt*] Vsurae majores centesima, per errorem solutæ, repetuntur: quod ita verum est, si vel ante, vel simul soluta sit sors, *l. si non sortem, 26 D. de cond. ind.* CVJAC. Mirum est hic iterum dici, quod §. 2. jam habuimus.

16. *Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, &c.*] Si creditor chirographarius sine auctoritate judicis pignora debitoris capiat, tenetur lege Julia de vi privata, *l. ultim. D. ad leg. Jul. de vi priv. l. in possessionem, 3. C. eod. & infr. lib. V. tit. 26.* CVJAC. Hanc sententiam ad titulum hunc non pertinere, nemo non videt. A titulo præced. huc traductam existimat Marc. Aurel. Galvanus *de usufruct. Dissertation. Variar. cap. 40. n. 7.* quod factum esse potest. multa in his libris sunt transposita. De re ipsa aliquid habebimus *ad lib. V. tit. 26. §. 4.* SCHVLTING.

17. *Interpretatione &c.*] Ex Sichard.

18. *Tutor*

Digitized by Google

6. [18] Tutor in uſuras non convenitur, ſi pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habeat, quibus pecunia collocaretur: cujus rei [19] conteſtatio apud Praeſidem provinciae deponenda eſt.

* Si tutor conſtitutus, quos invenerit debitores, non convenerit, ac [20] per hoc minus idonei efficiantur; vel intra ſex primos menſes pupillares pecunias [21] non collocaverit, ipſe in debitam pecuniam, & in uſuras ejus pecuniae, quam non foeneravit, convenitur. LEX EST XV. D. DE ADMINISTRATION. ET PERICVL. TVTOR.

* Ob foenus pupillaris pecuniae per contumaciam non exercitum, aut fundorum omiſſam comparationem, tutor ſi non ad damnum reſarciendum idoneus eſt, extra ordinem coërcebitur. LEX EST XLIX. D. EOD. TITVL.

18. *Tutor in uſuras non convenitur, &c.*] Pecuniae pupilli otioſae tutor uſuras pupillo praeſtat, niſi ideo eam collocare ceſſavit, quod idonea nomina non inveniret: qua de re teſtari apud Praeſidem oportet, *l. tutor, 7. §. ult. & l. proxi. §. 1. l ſi tutor conſtitutus, 15. D. de adm. tut. l. 3. C. de uſur. pup.* CVJAC.

19. *Conteſtatio*] Salmaſius *ad Jus Attic. & Roman. cap. 30.* legit, *teſtatio.* Ego nihil muto. Ipſe Paulus ſic dicit *conteſtatus* de eo, qui apud acta vel ordinem aliquid eſt teſtatus *l. 7. §. ult. D. de decurionib.* qui locus eſt e libro 1. harum ſententiarum. & ſic *l. 3. C. de fid. inſtrumentor. & conteſtatio* publice propoſita dicitur *l. ult. C. d. his, qui per met. judic. non appellar.* pro libello, ut vocatur *l. 7. D. de apellationib.* SCHVLT.

20. *Per hoc*] Dolo vel lata culpa tutoris, *l. 2. C. arbitr. tutel.* haec enim nomina non ipſe fecit, ſed facta invenit.

21. *Non collocaverit*] Ex parte mutatum hoc *Novell. LXXII. cap. 6. & ſeqq.* unde nec ita locum habebit, quod in ſententia ſequente traditur.

TITVLVS XV.

De Mandatis.

1. [1] Ob ſubitam valetudinem, ob neceſſariam peregrinationem, ob inimicitiam, & [2] inanes rei actiones, [3] integra adhuc cauſa [4] mandati negotio renuntiari poteſt.

IN-

1. *Ob ſubitam valetudinem, ob neceſſariam peregrinationem &c.*] Renunciari mandato poteſt re integra, ob valetudinem adverſam, ob neceſſariam peregrinationem, ob inimicitias capitales. Additur ob inanes rei actiones, quae pars relata eſt in *l. 24. D. Mand.* Rei mandatae actiones inanes ſunt, quae vel inopia, vel exceptione debitoris excluduntur. Et ob has quidem cauſas, etiam qui intempeſtive renunciarint, vel qui non expreſſim renunciarint excuſantur, *§. mandatum, 11. de mand.* CVJAC.

2. *Inanes*] Sich. *inanis.* haec clauſula relata eſt in *l. 24. D. Mand.* RITTERSHVS.

2. * *Inanes rei actiones*] Ob debitoris inopiam, ut in *l. 6. D. de dol. mal.* Idem vero erit, ſi quavis alia ratione actio pericrit.

3. *Integra adhuc cauſa*] In his caſibus etiam non integra cauſa renunciari poteſt, *l. 22. §. ult. & ll. ſeqq. D. h. t.* & quod hic habemus de inani actione, id eo quoque retulit Tribonianus *l. 24. D. h. t.* Re integra nihil tale deſideratur, *§. 11. Inſt. l. 22. §. ult. D h. t.* ut verear, ne haec ſint ab Aniano, qui & illa in interpretatione habet. Non ſequimur vero in mandato, quippe, quod ex amicitia & officio proficiſcitur, & gratuitum eſt, *l. 1. §. 4. D. h. t.* regulam illam, quod ab initio haec ſuſcipere ſit liberum, ſed neceſſitatis ſuſcepta conſummare, de qua in *l. 17. §. 3. D. commodat. vel contr. l. 5. C. de obligationib. & actionib.* quaſi aliud volente rei ipſius natura: qua de re nonnulla habet H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. 11. cap. 16. §. 27.* IDEM.

4. *Mandati negotio*] Sichard. *negotium*, malim *mandato negotio.* RITTERSHVS. Poſſet quoque ſic interpungi, *integra adhuc cauſa mandati, negotio renuntiari poteſt.* SCHVLTING.

d by Google

INTERPRETATIO. *Propter ſubitam infirmitatem, & neceſſitatem peregrinationis, [5]vel propter inimicitias majoris perſonae cujuſcunque videatur actio vacillare, integra adhuc cauſa, is qui ſuſceperit, ſuſceptum negotium renuere poteſt.*

2. [6]Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, & ſi rem poſtea accipere nolis, mandati actio mihi adverſus te competit. Non [7]enim tantum quod impenſum eſt, ſed & uſuras ejus conſequi poſſum.

[8]*Interpretatione non admodum indiget.*

3. [9]Certo pretio rem juſſus diſtrahere, ſi minoris vendiderit, mandati judicio [10]pretii ſumma poterit integrari. Venditionem diſſolvi non placuit.

INTERPRETATIO. [11]*Si quis cuilibet mandet, ut rem ſuam decem ſolidis vendat, & ille eam octo vendiderit, pretium, quod ei mandatum eſt quicquid minus ab emptore percepit, mandatori complere compellitur. Venditio tamen reſcindi non poteſt.*

5. *Vel propter inimicitias majoris perſonae &c.*] Ex duabus cauſis unam fecit, & male explicuit.

6. *Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, &c.*] Si rem, quam mihi mandaſti ut emerem, meo pretio emero, tu eam nolis recipere, habeo mandati actionem de pretio recuperando, & de uſuris, *l. ſi vero non remunerandi, 12. §. ſi mihi mandaveris, D. mand.* CVJAC.

7. *Non enim*] Non eſt hoc connexum ſuperioribus verbis: ac forte τὸ *enim* eſt ab Interprete, qui *enim* ſumpſit pro *autem*, ut in Caji Inſtitutionibus *lib. 11. tit. 8. §. 9.* & ſæpe conjunctiones ejuſmodi alio ſignificatu ponit, quam oportebat.

8. *Interpretatione &c.*] Sic Sichard.

9. *Certo pretio rem juſſus diſtrahere, &c.*] Si mandavi tibi, ut rem meam centum venderes, tu nonaginta vendideris, mandati habeo actionem, ut mihi decem præſtes: & ea decem ſi conſecutus fuero, venditio non reſcinditur, *l. diligenter, 5. §. 1. & 5. ſervo, D. mand.* At ſi ea non fuero conſecutus, venditio reſcinditur. CVJAC.

10. *Pretii ſummam poterit integrare*] Sichard. *ſumma pot. integrari. vendit. enim.* quod mihi melius videtur. RITTERSHVS. Et ſic aliæ vett. edd. præter eas, quæ habent Cujacii Interpp. & hoc retinui.

11. *Si quis cuilibet &c.*] Proferuntur hæc in Capitularibus *lib. VII. c. 318.*

TITVLVS XVI.

Pro Socio.

1. [1]Sicut lucrum, ita & damnum inter ſocios communicatur: niſi quid culpa ſocii vel fraude everſum ſit.

[2]INTERPRETATIO. *Inter ſocios abſque ullius negligentia aequale erit damnum & lucrum.*

1. *Sicut lucrum, ita &c.*] Vetus interpres ſic expoſuit, *Inter ſocios abſque ullius negligentia aequale erit damnum & lucrum.* Et hoc etiam traditur in *l. cum duobus, 12. §. quidam, D. pro ſoc.* CVJAC.

2. INTERPRETATIO] Eſt eadem, quam hic laudat Cujacius, quæ etiam eſt in edd. Genev. ela Io LXXXVI. & Ritterſh.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XVII.

[1]*Ex Empto & Vendito.*

1. [2]Venditor, si ejus rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, [3]auctoritatis manebit obnoxius. aliter enim non potest obligari.

INTERPRETATIO. *Si quis rem alienam vendiderit, & pretium acceperit, ad redhibitionem duplae pecuniae manebit obnoxius.*

2. [4]Si res simpliciter traditae evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto, si stipulatione pro evictione cavisset.

INTERPRETATIO. *Si quicunque rem simpliciter, id est, sine poenae interpositione, emptori tradiderit, & de eadem re emptor fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si evictionis poenam, id est, duplum se redditurum pretium in venditione promiserit.*

3. [5]Res empta, mancipatione [6]& traditione perfecta, si evincatur [7]auctoritatis venditor, [8]duplo tenus obligatur.

4. [9]Di-

1. *Ex Empto & vendito*] Sichard. praepon. DE; quod non improbo, si subaudias, *actione*. RITTERSHVS.

1. [*] *Ex Empto & vendito*] Ita hic titulus laudatur in veteri Consultatione, *ex empto & vendito*.

2. *Venditor, si ejus rei, quam vendidit, &c.*] Evicta re vendita, auctor, id est, venditor non aliter tenetur auctoritatis nomine, quam si pretium acceperit. & si partem acceperit, eatenus duntaxat auctoritatis nomine tenetur, *l. Julianus, 13. §. offerri, D. de act. empt.* CVJAC.

3. *Auctoritatis*] In edd. quibusdam cum Interpp. Cujacii est *auctoritate*. In Fabroti *auctoritatis*, quod & aliae constanter retinent: ac sic subintelligendum est *actioni*, quod verbum saepe subauditur, *l. 20. §. 7. D. famil. erciscund. l. 1. §. 7. D. de his qui effuder. vel dejecer. l. 1. §. 4. D. poenl.* & sic *auctoritatis §. 4. h. t.* Vir Inclytus, Cl. Salmasius *de usur. cap. 8.* utroque loco legit *auctoritati*, quod non improbem. Auctoritas pro actione de evictione etiam sumitur, & sic explicatur a Venulejo *l. ult. D. de evictionib.* ubi dicit *amitti auctoritatem*: nec illic aliud notare potest, quam illud ipsum. Salmasius id quidem improbat, avult auctoritatem denotare ἐξουσίαν, qua se is, qui vendit, dominum fore spondet: quo pacto uti verbum id accipi quoque non negem, ita malim hoc exponere per βεβαίωσιν, ut est in Glossis, sive confirmationem contractus, quam praestare debet venditor. Verum quid impediet, quo minus auctoritas quoque accipiatur pro ipsa actione, qua quis hac de re experitur? In *d. l. ult.* scribit J. C. *amitti auctoritatem*, re ab emptore pro derelicta habita: quo pacto illic amitti potest ἐξουσία venditoris? sed amittitur jus & actio emptoris. SCHVLTING.

4. *Si res simpliciter traditae evincantur, &c.*] Si res vendita, & simpliciter tradita, nulla interposita stipulatione, evincatur, ex empto agitur ad duplam, *l. ex empto, 11. §. Cassius, Digest. de act. empt. l. quod si nolit, 31. §. quia assidua, D. de ædil. edict.* puta, si fundus, vel domus, vel homo, vel alia res pretiosa vendita sit, de qua promitti soleat dupla. De ceteris rebus agitur ad simplam. CVJAC. Docet idem Paulus *l. 2. D. de evictionib.* quia bonae fidei judiciis, quale est emptionis & venditionis, insunt per se, quae moris sunt & consuetudinis, *l. 31. §. 20. D. de Ædilit. edict.* nisi aliud actum sit: de quo plura habet Cujacius *Paratitl. tit. C de evictionib.* SCHVLTING.

5. *Res empta mancipatione & traditione perfecta &c.*] Res vendita, mancipata & tradita si evincatur, auctor duplae actione tenetur ob auctoritatem: re non tradita tenetur quidem venditor in id, quod interest, sed non duplae actione ob auctoritatem. Sequentem titulum, *De modo*, quia perperam insertus videbatur, auferendum esse putavimus. CVJAC.

6. *Et traditione*] Hotom. *vel trad.* RITTERSHVS. Hotmanus ita legit *in epitom. tit. D. de contrahend. emption. n. 25.* bono sensu: verum tunc pro *et* mallem *aut*. Sed & notum, conjuncta saepe pro disjunctis accipi, *l. 53. D. de verbor. signification.* SCHVLTING.

7. *Auctoritatis venditor duplo tenus obligatur*] *Auctoritatis*, nempe, *actione*, sive de evictione: vel legendum *auctoritati*: de quo dictum *ad §. 1.* At gravior difficultas in verbis *duplo tenus*, pro quibus optimus codex Vesontinus habet *nullatenus*, testante & approbante Cujacio *Observ. lib. XXI. cap. 15.* idque expressum in edd. Paris. & Genev. ciɔ Iɔ LXXXVI. valdeque placet Salmasio *de usur. dict. cap. 8.* Verum nullius apud me codicis ea est auctoritas, ut a certissimis juris regulis recedam: idque contra codices omnes, quos novimus, alios; quos qui contulerunt, nullam notarunt variationem: Et si legamus *nullatenus*, etiam venditor, qui rem tradidit, de evictione

planeſſon tenebitur: quod præcedentibus non tantum, ſed & omni juri adverſatur. ac id nolunt quoque Viri illi ipſi Præclari, & de ſola mancipatione hoc intelligunt. At tamen non patiuntur id verba, quæ mancipationis & traditionis eodem modo mentionem faciunt. Et quare, quæſo, hoc fuerit in mancipatione? quia res aliena non mancipatur, ut ſcribit Cujacius *ad African. tract. VIII. ad l. 30. §. 1. D. de actionib. empt.* eoque videtur inclinare *dict. lib. XXI. cap. 15.* ſed obſcurius: At quamvis id non recte fieret, factum id tamen eſt: & apud Plautum *in Curculion. act. IV. Sc. 2. verſ. 10.* dicit aliquis lenoni, *alienos mancipatis*, ſervos, nempe. ac ſi ex facto id contigiſſet, quare non actum fuiſſet de evictione? quare non in duplum, ut ordinarium eſt? Alioquin nec permutatio eſt alienæ rei, nec illam dans obligat alium, *l. 1. §. 3. D. de rer. permutation.* ſi tamen id factum ſit, an non de evictione agi poteſt? *l. 1. C. d. t. l. 29. C. de evictionib.* Nihilo plura eſt, quod Inſignis ille Vir in *Paratitl. tit. C. d. evictionib.* putat, rerum mancipatarum non fuiſſe auctorem, ſed mancipio non datarum; quia ſoli domini poterant mancipare. An tamen ideo non fuit rei alienæ venditor etiam auctor, ſi mancipaſſet: & an ideo non obligatus fuit de evictione? Paſſor me id non videre. Varronis maxime loco *de Re Ruſtic. lib. II. cap. 10.* nititur Cujacii ſententia. Verba Varronis. *In horum* (ſervorum) *emptione ſolet accedere peculium: aut, ſi excipiet,* (forte, *excipietur*) *ſtipulatio intercedere, ſanum eum eſſe, furtis noxiſque ſolutum. Aut ſi mancipio non datur, dupla promitti: aut, ſi ita pacti, ſimpla.* Vulgo diſtinctio ponitur poſt *ſtipulatio*, minus recte: non enim ſtipulatio comparata eſt ad excipiendum peculium: ſed ad cautionem, *eſſe ſanum &c.* An vero hinc bene colligemus, mancipatorem prorſus non, *nullatenus*, teneri ei, cui mancipavit? Quid vetat inde quoque colligi, in mancipatione aliquid ordinarium fuiſſe promitti, de quo mentionem facere opus non videbatur: ſed tantum de illo caſu, quo res non mancipare-tur? Imo qui mancipio non dabant olim, nolebant aliquid promittere, ut ex Plauto poſtea docebimus. Inde de tali ſpecie hoc bene potuit Varro monere. Sed & cur de evictione Varronem accipere debeb-mus, & non de morbis ac vitiis? Hoc verba magis exigunt: & de his quoque dupla promittitur, *l. 31. §. 20. D de Ædilit. edict, l. 11. §. 1. l. 32. pr. D. de evictionib.* Ac ſic nihil huc pertinens ex illo loco effeceris. Sed & mancipantes, qui cavere debuerunt, *ſe eſſe dominos*, & ſatisfdare *ſecundum mancipium*, ut ipſe ſcribit Cujacius, cui, quæſo, bono id fecerunt, ſi de evictione *nullatenus* obligati fuerint? Ac ipſe Vir Summus *dict. lib. XXI. cap. 15.* id eatenus vult fieri, quatenus mentio ejus eſt facta. Quod verum eſſe uti concedo, ita ex hoc ipſo obligato illos omnino fuiſſe ſequitur, quatenus erat dictum, non *nullatenus*. Et quid aliter ſibi vult, quod Cicero *pro Muren. cap. 2.* affirmat, in iis rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, illum periculum judicii præſtare, qui ſe nexu obligavit? cum quo optime convenit quod Varro ſcribit *de ling. Lat n. lib. VI. p. 22.* de mancipante: *nam idem quod obligatur per libram*, NI QVID SVVM SIT, *inde nexum dictum*, ita enim debere ſcribi apertiſſimum eſt. ac ſic habebimus formulæ ipſius, qua mancipans ſe obligavit, verba. Hodie ſine ſenſu legitur, *neque ſuum ſit.* Idem indicat Cicero *in Topic. cap. 10.* dum ſcribit, ſi id, quod dari non poteſt, mancipio datum ſit, ob eam rem eum, qui mancipio dedit, nulla re obligaſſe, innuens, aliud eſſe in rebus, quæ mancipationem recipiunt: ut ſane res illa, quæ alterius eſt mancipio, mancipationem ſui natura recipere poteſt. Et hoc ipſe notat Salmaſius *de modo uſurar. cap. 18.* ubi exponit *nexum facere*, & addit, eſſe, *obligationem contrahere per æs & libram.* & dein ait, mancipantem ſe obligaſſe, & nexum contraxiſſe ob evictionem. nexu itaque obligatur, ſi res non ſit ipſius mancipantis. Quo jam igitur pacto cum his ſtare poterit, quod mancipans *nullatenus* de evictione teneatur? Quam illud quoque a vero remotum, quod putat Fr. Hotmanus *epitom. tit. D. de contrahend. emption. n. 24. & 25.* per mancipationem rei etiam alienæ tranſiiſſe dominium, modo bona fide daretur & acciperetur; perinde ac ſit re uſucapta. Subjicit tamen, debuiſſe mancipantem de evictione cavere dato fidejuſſore, qui judicii atque evictionis periculum reciperet, dando domino id quod ipſius intererat: quaſi, nempe, domino poſſeſſor tali rem vindicanti reſtituere non fuerit coactus: quod & ſcribit Jac. Rævardus *ad ll. XII. tabb. cap. 16.* Nec aliud voluit etiam Salmaſius *de uſur. dict. cap. 8.* Putant, ſcilicet hi Viri Egregii, ſolennitatem mancipationis omnino accipienti dominium conciliaſſe. Sed quo pacto, qui dominus non fuit, mancipando rem alterius facere potuit? repugnat certiſſima juris naturalis & civilis regula *l. 54. D. d. regul. jur.* quæ vetat juris alterum transferre, quod ipſe transferens non habuit: nec domino ſine ipſius facto dominium interverti potuit, *l. 21. D. de regul. jur.* Neque hic intelligi potuit dominus alienare ipſe, ut in uſucapione, *l. 28. D. de verbor. ſignification.* Adde quod mancipatio quidem fuerit actus legitimus, *l. 77. D. de regul. jur.* at non publice, ſed privatim ſit peracta coram teſtibus quinque & libripende, ut Cajus nos docuit *Inſt. lib. 1. tit. 6. §. 2.* Quo pacto ergo illa plus hic potuit, quam traditio, quam legatum, imo quam manumiſſio? hæc tamen favorabilis eſt, & magiſtratu interveniente fit; & nihilominus domino non præjudicat; de quo eſt *tit. C. de his, qui a non domin. manumittunt.* Recte quoque contrarium colligas ex Varrone *de Re Ruſtic. lib. II. cap. 10.* ubi ita demum mancipationem dominium perficere ſcribit, *ſi quis, ut debuit, mancipio ab eo accepit, a quo jure civili potuit.* Talis an fuit qui non erat dominus? Sed & quo pacto ſic ſtabit, quod res nexu alienatæ, quod nihil aliud eſt, quam mancipatæ, olim uſucaptæ fuerint? *l. un. verſ. tum autem, C. de uſucapion. transformand.* ubi Cujacius *in Paratitl. & Obſerv. lib. X. cap. 38.* verbum *nexu* alio trajicit, & legit, *alienatæ nexu, vel quocumque modo.* An non inde evincitur, mancipationem a traditione hac in parte non diſerepaſſe. Quam etiam jus hoc periculoſum fuiſſet dominis, qui rei amittere dominium, & perſonas tantum convenire debuiſſent. Et quale hic eſſe potuiſſet judicium, de cujus eventu venditor tenebatur, niſi

Digitized by Google

4. [9]Diſtracto fundo, ſi quis de [10]modo mentiatur, in duplo ejus, quod mentitus eſt, officio judicis aeſtimatione facta convenitur.

INTERPRETATIO. *Qui fundos diſtraxerit, & ibidem minus inventum fuerit, quantum mentitus eſt, in duplum reddatur.*

5. [12]Redhibitio vitioſi mancipii intra ſex menſes fieri poteſt [13]propter latens vitium.

[14]*Interpretatione non eget.*

6. [15]Si ut ſervum quis pluris venderet, de artificio ejus, vel peculio [16]mentitus

niſi in rem actio, quam dominus vetus intentat? Et quo pacto huic fuit locus, ſi mancipatio dominum dominio privaverit? Aut me prorſus ratio fugit, aut hæc ſunt ἀσύστατα. Præcipue tamen Salmaſius hic late exſpatiatur: quem quo pacto ſecum ipſo in eodem libro & capite poſſim in concordiam reducere, non animadverto: nam *de uſur. cap. 8. p. 206.* ſcribit, illos, qui mancipio dant, rem ipſam dare, nec auctoritati obligari, nec evictionis nomine teneri. Satis eſſe, ſi dominos ſe fuiſſe probent. In judicio tamen emptorem defendere, & judicati periculum præſtare. Iterum *p. 208.* emptorem re evicta confugiſſe ad auctorem, ut auctorem ſe bonum, ac dominum rei venditæ probaret: aut evictionem præſtaret, duplæ, aut ſimplæ pœnam, ſicut convenerat, & præterea id, quod intererat. Tandem *p. 209.* mancipantem ſuſcipere defenſionem in judicio pro emptore, & judicii periculum præſtare, ſi res, quæ mancipio data eſt, repetita & evicta fuerit, non etiam duplum, neque id quod intereſt. Ego ſane quomodo hæc cohæreant fateor me non videre: nec nota mihi alia eſt actio in ſpecie rei alienæ mancipatæ, quæ domino competat, præterquam in rem, in qua is agens cum emptore vel poſſeſſore ſuum jus vindicat ac probat: & in qua venditor non probat dominium, ſed defendere debet emptorem: qui, re ſibi ablata, agit contra auctorem, ſive venditorem, de evictione: & quidem actione ex ſtipulatione vel empti, in qua non quæritur de dominio, ſed de obligatione venditoris ob evictionem; uti ex *tit. D. & C. de evictionib.* certiſſimum eſt. Ceterum tantum abeſt, ut venditor mancipans melioris conditionis fuerit, quam tradens, ut contra qui nollent ſe de evictione obligare, nollent quoque mancipare. Nota ſunt hæc Plauti *Perſ. Act. IV. ſc. 3. verſ. 55.*

Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur.
Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.

Ac poſtea *verſ. 61.*

nihil mihi opus eſt
Libibus, neque tricis. quamobrem ego argentum numerem foras?

Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio? Eodem pertinet ejuſdem alius locus *Curculion. act. IV. ſc. 2. verſ. 8 & ſeqq.* Unde nec emptores illi, qui de re tradenda ſolummodo conveniebant, tantum videntur promiſiſſe pretium, quam qui volebant illam ſibi mancipari. Atque hæc paulo prolixius ut exponerem rei difficultas flagitavit. Simul etiam nolui ſtudioſos auctoritate Virorum Magnorum, quod facile fit, transverſos rapi. Longe etiam deberem eſſe prolixior, ſi ſingula, quæ non probo, vellem perſequi: & ex dictis hactenus illis facile occurretur. De emendatione *l. 4. D. de evictionib.* ſententiam diximus ad Cajum *Inſtit. lib. 1. tit. 6. §. 3.* SCHULTING.

8. *Duplo tenus*] *Nullatenus.* leg. Cujac. XXI. *Obſ. 15.* RITTERSHUS.

9. *Diſtracto fundo, ſi quis de modo mentiatur, &c.*] Actio ex empto de modo, ob mendacium creſcit in duplum: quod *lib. 1.* vidimus, *tit. 12.* In libris autem Juſtiniani non invenitur ſcriptum, niſi ſimpliciter ex empto actionem eſſe, *l. 2. Dig. de act. empt.* CUJAC. Hic antiquæ edd. novum habent titulum, *de modo, id eſt, ſpatio*, quem improbavit, atque hæc cum præcedentibus continuavit Cujacius, uti ipſe indicat *ad §. prac. & ad lib. V. t. 20.* idque eo magis mihi placuit, quia ſententia in §. *heredibus, 12.* in veteri Conſultatione adjicitur ex titulo *ex empto & vendito.* SCHULTING.

10. *Modo*] Sich. addit, *id eſt, ſpatio*, quæ unciis inſeruit Rittershuſius. Cujacianæ edd. non habent.

11. INTERPRETATIO] Eſt hauſta ex ed. Genev. cIↃIↃ LXXXVI. aliæ, quarum mihi eſt copia, non habent. Sich. ita. *Interpretatione non indiget.*

12. *Redhibitio vitioſi mancipii &c.*] Redhibitoriæ actioni præſtituti ſunt ſex menſes utiles, *l. ſciendum, 19. §. ultim. l. cum ſex, 55. D. de adil. ed.* videlicet ſi ob vitium latens redhibitoria agatur: ex aliis cauſis, duo menſes. CUJAC.

14. *Interpretatione non eget*] Ita Sich.

15. *Si ut ſervum quis pluris venderet, &c.*] Si venditor ſervi, ut pluris venderet, de artificio, vel peculio mentitus ſit, actione æſtimatoria tenetur ex empto, *l. Julianus, 13. §. ſi venditor, D. de act. empt.* quæ actio in id datur, quanto minoris emptor ſervum emiſſet, vel quanto minoris ſervus valuiſſet. Nec enim hæc ſunt diverſa. Sed plerumque illa actio exitum habet redhibitoriæ actionis, puta, quotiens emptor nullo pretio, ſi id ſciſſet, empturus fuerat. *l. bovem, 43. §. aliquando, D. de adil. edict.* Itaque vel redhibet emptor hoc caſu, vel conſequitur id, quanto minoris emiſſet. CUJAC.

16. *Mentitus eſt &c.*] Pertinet huc locus Ciceronis *pro Planc. cap. 25. Vt nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem ſi pro fabro aut textore emimus, ferre moleſte ſolemus, ſi eas artes, quas in emendo ſecuti ſumus,*

titus est, actione ex empto conventus, quanto minoris valuisset, emptori praestare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere.

INTERPRETATIO. *Si venditor, cum mancipium distraberet, de artificio eius vel de peculio pro caritate pretii mentitus est, emptori, quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur: aut certe mancipium venditum recipere, reddito pretio, acquiescat.*

7. [17] Ex die emptionis, [18] si pretium numeratum sit, & fructus, & operae servorum, & fetus pecorum, [19] & ancillarum partus ad emptorem pertinent.

8. [20] Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te ad pretium recuperandum [21] actio ex empto.

INTERPRETATIO. *Si quis agrum alienum cuicumque vendiderit, & postea hic ipse ager ab alio domino, cujus erat, emptori donatus sit, venditor emptori in redhibitione pretii, quod accepit, manebit obnoxius.*

9. [22] Post

mus, forte nescierit. &c. Merito vero dolus iste ita vindicatur, ut detur emptori electio vel agenti quanti minoris, ut fit in *l. 13. §. 4. D. de actionib. empt. & vendit.* vel servi redhibendi: atque ita emptor agit in specie *l. 11. §. 5. D. de actionib. empt.* utrumvis permittit satis formula bonae fidei: de quo consuli poterit Vir Praeclarus, qui in materia doli multa ex antiquitate nova luce illustravit, Ger. Noodt *lib. singular. de forma emendand. dol. mal. cap. 9.* SCHULTING.

17. *Ex die emptionis, si pars pretii numerata sit, &c.*] Post perfectam venditionem, fructus, operae, fetus, partus ad emptorem pertinent, *l. fructus, 13. l. pen. C. de act. empt. l. Julianus, 13. §. si fructibus. & §. si quid servo. D. eod.* Sed Paul. hic exigit, ut saltem pretii pars numerata sit: & tunc puto non nisi pro ea parte fructus ad emptorem pertinere, argum. *l. ult. §. ult. Digest. de fund. dot.* CVJAC.

18. *Si pretium numeratum sit*] Edd. vett. etiam Rittershus. & vulgo aliae habent, *pars pretii numerata sit:* Absurdum tamen est, ut ad emptorem, qui partem pretii tantummodo solverit, omnes fructus rei nondum traditae pertineant: adeoque emptor & ex re empta, & ex reliqua pecunia eodem tempore lucrum sentiat. Ac sic circa evictionem ut in solidum emptor agat, totum debet solvisse pretium, *hoc tit. §. 1. l. 13. §. 9. D. de actionib. empt.* quod recte monet Cujacius *Observ. lib. XXI. cap. 13.* testatus quoque, optimum codicem Vesontinum habere, *si pretium numeratum sit.* idque exhibet ed. Paris. ɔIↃ IↃ LXXXVI. ac nos recipere non dubitavimus. SCHULTING.

19. *Et ancillarum partus*] Discerte hoc docet Scaevola *l. 41. §. 5. D. de fideicommissar. libertatib.* ubi partus ancillae emptae nondum soluto pretio editus ad venditorem pertinet: atque eodem modo intelligendum est, quod habemus in *l. 4. §. ult. D. de usur.* de partu edito & adquisitis venditori per servum venditum. Re tradita haec omnia ad emptorem, tamquam dominum, pertinent. eoque referenda forte *l. 13. C. de actionib. empt. & vendit.* quam etiam sic videtur accepisse Cujacius *ad §. 9. h. t.* sed venditor agere potest ad pretium, *§. 9. hoc tit. l. 12. C. de rei vindication.* nec non ad usuras a tempore rei traditae, *l. 13. §. 20. D. l. 5. C. de actionib. empt. l. 2. C. de usur.* quas ante traditionem praestari iniquum foret, *l. 16. §. 1. D. de usur.* Ceterum ad quaestionem de partu mulieris venditae pertinet quoque Venulejus *in l. ult. D. de adquirend. rer. domin.* ubi pro verbis, *ejus sient partus, cujus ea est, Qui emeretur,* (ut habet codex Florentinus: sed a manu secunda, *qua emeretur,*) Cujacius ad Pauli nostri Sententiarum *lib. IV. tit. 9. §. 6.* emendat, *ejus f. p. e. ea est cum exiteretur:* quale quid sensus flagitat. Posset & legi, *qua exiteretur,* quod a lectione altera Florentini codicis minimum abit. IDEM.

20. *Fundum alienum mihi vendidisti, &c.*] Si fundus alienus mihi venditus, ex causa lucrativa meus factus sit, competit mihi duntaxat actio ex empto ad pretium recipiendum, non in id, quod interest. Sed neque committitur stipulatio duplae, *l. Julianus, 13. §. si fundum, Dig. de act. empt. l. si ei qui, 41. §. 1. D. de evict.* CVJAC. Huc pertinet species *l. 9. D. de evictionib.*

21. *Actio ex empto*] Quae est bonae fidei, facilisque ideo datur, quam actio ex stipulatu de evictione, quae non aliter habet locum, quam quatenus conditio ejus, evictio, nempe, vere est impleta, utpote stricti juris, in quam non plus venit, quam quod verbis est expressum, *l. 99. D. de verbor. obligat.* Saepe itaque decurrendum est ad actionem ex empto, quando emptor ex causa emptionis rem non habet, haec enim actio actioni ex stipulatu succenturiatur *l. 24. l. 41. §. 1. D. de evictionib.* quae de re aliqua tradit Cujacius *ad l. 42. D. de evictionib. ad Paul. ad Edict. lib. LVI.* SCHULT.

22. *Post*

9. [22] Poſt rem traditam niſi emptor pretium ſtatim [23] exſolvat, uſuras ejus praeſtare cogendus eſt.

10. [24] Mutus emere & vendere poteſt: furioſus autem neque emere, neque vendere poteſt.

[25] *Non indiget interpretatione.*

11. [26] Servus [27] bona fide comparatus ſi [28] ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium [29] dominus, [30] ſed & ea, quæ per fugam abſtulit, reddere cogetur.

12. [31] Heredibus debitoris adverſus creditorem, qui pignora vel fiducias

22. *Poſt rem traditam, niſi &c.*] Ex die traditionis in actione ex vendito veniunt uſuræ pretii: quia re emptor fruitur, *l. Julian. 13. §. ex vendito, D. de act. empt. l. curabit, 5. l. fructus, 13. C. eod.* Ante traditionem cur uſuræ non veniant, ex his, quæ ſuperius ad ſeptimam ſententiam hujus tituli adnotata ſunt, elici poteſt. CVJAC.

23. *Exſolvat*] Vel pro depoſito habeat, *l. 18. §. 1 D. de uſur.* Pro tempore quod traditionem præceſſit, id iniquum eſſet, *l. 16. §. 1. D. eod. tit.* SCHULTING.

24. *Mutus emere & vendere poteſt, &c.*] Emptio non verbis contrahitur, ſed conſenſu: eſt enim juris gentium, non juris civilis, *l. 1. D. locat. l. 1. §. ult. D. de contrah. empt.* & ideo mutus emere, & vendere poteſt, furioſus non item. CVJAC. Refertur in Capitularibus *lib. VII. cap. 319.*

25. *Non indiget int.*] Ex Sich.

26. *Servus bona fide comparatus, &c.*] Si ſervus venditus apud emptorem fugiat, venditor ſervo redhibito, non tantum pretium ſervi, ſed etiam rerum ablatarum æſtimationem reſtituere cogitur. Quinetiam agi poteſt de pretio ſervi ex ſtipulatione duplæ. Quod ſi nolit venditor æſtimationem rerum ablatarum reſtituere, idem Paulus reſpondit ſervum, veluti pro noxa, retineri, *l. quare, 58. in princ. & §. 1. D. de ædil. edict.* ubi tamen abundant hæc verba, *de peculio vel*, ut alio loco commodius demonſtrabo. Recte autem hic Paulus ait, *ex veteri vitio*: nam ex recenti vitio ſervi venditor non tenetur, *l. actioni, 54. D. eod. l. 3. C. eod.* CVJAC.

27. *Bona fide comparatus*] Emptor enim, qui prudens vitioſum emit, nihil tale meretur.

28. *Ex veteri vitio*] Cum jam ante apud venditorem fugiſſet, *l. 58. §. ult. D. de Ædilit. edict. l. 3. C. de Ædilit. actionib.* SCHULTING.

29. *Dominus*] Credo, Paulum ſcripſiſſe, *venditor*: venditor enim, qui hic tenetur, jam non eſt dominus, ſed emptor. IDEM.

30. *Sed & ea, quæ per fugam abſtulit, reddere cogetur*] Servi ſoliti aliquid convaſare, prius quam ſe in pedes conjicerent, ut eſt apud Terentium *Phormion. act. 1. ſc. 4. verſ. 13.* de quo plura ſcripſit Cujacius *Parat. tit. C. de furt. & ſerv. corrupt.* Merito vero qui ſciens vendiderit, in omne damnum emptori tenetur, *d. l. 13. §. 1. D. de actionib. empt. l. 1. C. de Ædilit. actionib.* Si ignorans, (pone ſervum apud ipſum non fugiſſe, ſed apud priorem dominum,) defungi poterit reſtitutione pretii, vel duplæ, nec opus erit rerum ablatarum pretium reſtituere, modo ſervum noxæ relinquere velit, *l. 23. §. 2. l. 58. pr. & §. 1. D. de Ædil. edict.* ne nequitia ſervi in infinitum damnoſa eſſe poſſit venditori: quæ ne ita obeſſe poſſet dominis, inductæ ſunt noxales actiones, *§. 2. Inſt. l. 2. D. de noxalib. actionib.* Plura ejus ſunt naturæ, quæ emptor circa ſervum emptum impenſa, a venditore repetere non poteſt, ſed retinere tantum ſervum alter redhibendum, *l. 29. §. ult. l. 31. pr. D. de Ædilit. edict.* ut & alia dantur, in quibus retentionem habemus, non petitionem; qualia enumerat Cujacius *Obſervation. lib. XVIII. cap. 10.* Obiter notemus, in *d. l. 58. §. 1. D. de Ædilit. edict.* verba, *de peculio vel*, quæ deleri vult Cujacius *hoc loc. & add. l. 58. ad Paul. Reſponſor. lib. V.* inepte quidem illic eſſe poſita, cum ex maleficiis ſervorum non agatur de peculio: fieri tamen poſſe, ut ſint genuina: nec enim ſunt Pauli, ſed alterius, hominis forte idiotæ, ipſum conſulentis, & ad quæ ne quidem reſpondere dignatur. IDEM.

31. *Heredibus debitoris adverſus creditorem &c.*] Hæc ſententia de creditore accipienda eſt, qui pignus fiduciamve non jure vendidit. quo nomine debitori ita demum tenetur, ſi debitor ratam venditionem fecerit. quod utique videtur facere, ſi pretii nomine cum creditore experiatur. antequam ratum habeat, actio non eſt. ergo nec transmiſſio in heredem. itaque prudenter in ſecunda parte *l. 2. C. ſi vend. pig. ag. non repetit, vel tu*, quod poſuerat in prima parte. Ex CVJACIO *Obſervation. lib. VII. cap. 26.* Addidi ex Cujac. VII. *Obſerv. cap. 26.* Poteſt tamen fortaſſe commodius referri ad tit. 13. ſupra. RITTERSHUS. Sed hæc ſententia ex ipſo hoc titulo citatur in veteri Conſultatione, unde illam hauſit Cujacius. itaque hic relinquenda. Et quamvis §. ſequentem præcedenti ſtatim ſubjici maluiſſem, quia tamen hæc ſententia illis interponitur in edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Pariſ. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & Aurelian. nolui inde recedere: nec illam ad finem tituli reſicere cum Rittershuſio. Novi, ſæpe in hac compilatione talia occurrere, quæ male cohæreant. Imo & potuit Paulus

cias distraxit, [31] nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit.

13. [32] Cum probatio prioris fugae [34] defecerit, servi [35] responsioni credendum est: [36] in se enim interrogari, [37] non pro domino, aut in dominum videtur.

14. [38] In

lus inter præcedentem & sequentem sententiam plura interjecisse, quibus hodie careamus. SCHVLTING.

32. *Nulla actio datur*] Nomine emptionis, de qua teneretur creditor, si esset juste facta; uti expositum Cujacius. Quo vero minus heres, ut dominus, vindicet res a possessoribus, nihil impedit, *l. 2. C. si vendit. pig. agat.* atque hic creditor ab emptore suo conventus evictionem præstare debebit, quoniam de hac demum non obligatur quando jure vendidit, *l. 11. §. 16. D. de actionib. empt. l. 1. l. 2. C. creditor. eviction. pignor. non debet.* Quin nec debitoris heredi actio pigneratitia directa, vel fiduciæ deneganda erit adversus creditorem ad rem restituendam: &, si dolus intercesserit, in litem videtur posse jurari. At actio, qua agi debebat tamquam ex pignore vendito, v. gr. ad hyperocham, requirit, ut is, a quo ea transmittetur, illam adquisierit, adprobando, scilicet, venditionem: quod post mortem ejus fieri non potest, *l. 4. D. locat. conduct. l. 32. D. de donationib. l. ult. D. qui sin. manumission. ad libertat. perven.* IDEM.

33. *Cum probatio prioris fugæ deficit, &c.*] Emptor, qui redhibitoria agit, probare debet servum ex veteri vitio fugisse, *l. 4. D. de probat.* Deficiente probatione, indiciis non deficientibus, etiam servi responso credendum est: quia in se potius interrogari videtur, quam in dominum, vel pro domino, *l. quæro, 58. §. ultim. D. de ædil. edict.* Extat vero hæc eadem sententia Pauli in *l. 7. D. de probat.* Ait, *non pro domino, aut in dominum:* quia pro domino, aut in dominum servus interrogari non potest, *l. 6. C. de quæstio.* CVJ. Vide infra *lib. V. tit. 1.* RITTERSHVS.

34. *Defecerit*] Non plane: sed non est plena: & indicia non desunt, ut bene Cujacius *ad h. l.* de qualibus modis loquendi consuli poterit sæpe mihi cum laude memoratus Ger. Noodt *Probabil. lib. 1. cap. ult. §. ult.* SCHVLTING.

35. *Responsioni*] Quod in *l. 7. D. de probationib.* ubi hæc exstat sententia, legatur *quæstioni*, id a manu Triboniani esse recte videtur existimare Cujacius *Observationib. lib. V. cap. 28.* non vero locum illum emendat, uti quidam scribunt. Id vero ideo factum videtur a Triboniano, quia ne quidem arenariis similibusve vilissimis hominibus, si forte res ipsa illorum testimonia exigat, sine tormentis credendum est, *l. 21. §. 2. D. de testib.* nedum servis. Quinctilianus avus *declamation. CCCXII. Frequenter hujusmodi judicia exercentur, ut, si res in notitia dicitur esse servulorum, torqueri mancipia videamus.* Idque & Athenis usitatum fuisse ex Demosthene aliisque docet Sam. Petitus *ad leges Attic. lib. V. tit. 7. §. 351. & 352.* Ac passim in jure torquentur servi in causis civilibus, *lib. V. tit. 16. §. 2. & 3. l. 9. l. 18. §. 4. D. l. 12. l. 15. l. ult. C. de quæstionib. l. 4. C. de serv. fugitiv. l. ult. §. 10. C. de jur. deliberand.* Paulus hic responsionis meminit in genere. Et sane licet contra dominum nulla interrogatio, nec per tormenta, nec alia recte fiat, *l. 9. §. 2. D. de quæstionib.* hic tamen illa procedere potest: & huic Pauli sententiæ optime congruit ejusdem responsum *l. 58. §. ult. D. de Ædilit. edict.* quod recte ita habet. *Si & alia indicia prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam servi responso credendum est.* Inter quod & *l. 7. D. de probationib.* qua ratione Tribonianus pro *responsione* reponendo *quæstione*, *hæreticum* effecerit implacabile, quod putat Cujacius *dict. lib. V. cap. 28.* non video. An enim qui dicit esse credendum ejus quæstioni, negat plane habendam esse fidem ejus simplici responsioni? quid si indicia admodum sint evidentia? quid si servus non possit torqueri jam? pone iterum fuga elapsum, vel mortuum esse. Ac dubito, an in *d. l. 58. §. ult.* etiam nunc post responsionem torquendi adfuerit facultas. Saltem de eo nihil quæritur, sed de responso priori. Illud vero ferri nequit, quod Petitus *d. loc. p. 353.* ita verba *d. l. 58. l. ult.* interpungat. *Si & alia indicia prioris fugæ, non: Deficiunt, tunc etiam servi responso credendum est.* Vt tunc non credatur servo de fuga antea facta, quando alia adsunt indicia: quando vero nulla adsunt, ei credatur: quod menti Pauli, & rationi juris plane adversatur. Merillius vero *Observationib. lib. III. cap. 30.* existimat, simplici interrogationi servi non esse habendam fidem, nisi adsint indicia, quo refert *d. l. 58.* at quæstionem habendam etiam absque ullis fugæ indiciis; quia servorum quæstiones efficacissimæ sunt ad eruendam veritatem, *l. 2. D. de quæstionib.* Verum quo bonum erit torquere servum, cum nulla adsunt indicia prioris fugæ? an is tunc fidem merebitur? & an non ut instituatur quæstio, debent adesse argumenta vel indicia, quamvis non plene rem evincentia? a tormentis enim non est incipiendum, *l. 1. pr. & l. 20. D. de quæstionib.* Teneamus ergo, ut credatur responso servi, opus esse, ut adsint indicia, illumque ordinario & torqueri, non tamen semper. IDEM.

36. *In se enim interrogari*] Quod recte fit, *lib. V. tit. 16. §. 2.*

37. *Non pro domino, aut in dominum*] Quod non licere docet *lib. V. tit. 16. §. 2.* ubi plura habebimus.

31. *In*

14. [38] In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum oblatio sine causa desideratur, [39] si quo modo veritas [40] de fide contractus possit ostendi.

INTERPRETATIO. *In contractibus empti & venditi, qui bona fide ineuntur, venditionis instrumenta superflue requiruntur, si quocunque modo res vendita,* [41] *dato & accepto pretio, qualibet probatione possit agnosci.*

* [42] Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest: & ideo tam testimonia, quam personae instrumentorum loco habentur. LEX EST I. D. DE FID. INSTRVMENTOR.

15. [43] Fundus ejus esse videtur, cujus nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: [44] si tamen fundus comparatori sit traditus.

INTERPRETATIO. *Si ager alterius nomine, & alterius pecunia fuerit comparatus, ejus esse dignoscitur, cujus nomine,* [45] *non cujus pecunia comparatus est: si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit:* [46] *illi vero pecuniam, quam dederant, a possessore recipiant: sicut multis aliis speciebus habetur expositum.*

16. [47] Electo reo principali, fidejussor, vel heres ejus liberatur. [48] non idem in mandatoribus observatur.

IN-

38. *In eo contractu, qui ex bona fide descendit, &c.*] In emptione & venditione, quæ bonæ fidei est, si aliis probationibus veritas ostendi possit, instrumenta frustra desiderantur, *l. cum instrumentis, 20. C. de fid. inst.* nisi ita convenerit, ut scriptis emptio fieret ex constitutione Justiniani, ex qua videtur Tribonianus non nihil appinxisse in *l. 2. in fin. D. de contraben. empt.* Erat autem hæc Pauli sententia valde depravata, maxime in his verbis, *oblatio veritas:* pro quibus excusi codices habebant *obligatio voluntas.* CVJAC.

39. *Si quo modo*] Malim, *si quoquo modo.* RITTERSHVS.

40. *De fide*] Hoc quoque in codice Murbacensi invenit, & probavit Sichardus; quamvis ediderit, *de fine.*

41. *Dato & accepto pretio*] Sic quoque accepti pretii meminit in *interp. ad lib. 2. tit. 13. A. §. 4.* perperam: solo enim consensu hic contractus constat. SCHVLTING.

42. *Instrumentorum nomine &c.*] Rittershusius etiam hanc sententiam hoc loco posuit, forte non suo; non novi tamen commodiorem.

43. *Fundus ejus esse videtur, &c.*] Ejus est res empta, cujus nomine empta, & cui tradita est, non ejus, qui pecuniam numeravit, *l. 2. Cod. si quis alteri, vel sibi sub alt. nom.* CVJAC.

44. *Si tamen*] Sich. *tamen*, quod melius videtur. RITTERSHVS. Et sic recte habent omnes, quas inspexi, editiones.

45. *Non cujus pecunia*] Hæc a q. l. absunt. RITTERSHVS. Hausit illa ex edit. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & quadrant Pauli verbis, adeoque illa non respuenda esse judicavi. SCHVLTING.

46. *Illi vero pecuniam &c.*] Hæc de suo addidit Interpres: quid enim hic ad transferendum dominium in eum, cui res est tradita, unde alius recipiat pecuniam? IDEM.

47. *Electo reo principali, fidejussor, vel heres ejus liberatur, &c.*] Creditori est potestas eligendi, cum quo agere malit, cum reo, an cum fidejussore. Sed si reum elegerit, fidejussor liberatur. Aliud est dicendum in mandatore: nam reo electo, mandator non liberatur. Sed hodie neuter liberatur. Nam hæc inter fidejussorem & mandatorem differentia a Justinjano sublata est, *l. ult. C. de fidejuss.* Jus quoque eligendi ab eodem sublatum in *Nov. IV.* CVJAC. Sponsores liberatos fuisse convento reo principali, ejusve procuratoribus, ac lite contestata, docet Cicero *ad Attic. lib. XVI. epist. 15.* ut sic per obligationis principalis novationem, quam necessariam vocant, sive litis contestationem, fidejussor liberaretur: atque ita ipse fidejussor mandans creditori reum principalem convenire, hoc facto liberatur ab obligatione fidejussoria, *l. 45. §. ult. D. mandat.* quod vidit quoque Cujacius *Observ. lib. XXIII. cap. 25.* nisi tamen obligatio fidejussoris latius pateat, quam illa, cujus nomine actum fuit. Sic fidejussor pro servo non liberatur, si creditor dominum actione de peculio convenerit, *l. 84. D. de solutionib.* Non autem e diverso admissum est, ut agendo contra fidejussorem aliquis actionem contra reum principalem amitteret: quod notat Merillius *Obs. lib. VIII. cap. 9.* SCHVLT.

48. *Non idem in mandatoribus observatur*] Inepte Interpres hic procuratoris litis, & mandatoris ejus mentionem injecit. Mandator hic is est, cujus mandato pecunia alicui creditur, cujus mentio *in tit. D.*

INTERPRETATIO. [49] *Si quis contempto fidejussore debitorem suum tenere maluerit, fidejussor, vel heres ejus a fidejussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator ejus ad solutionem tenetur.*

• [50] *Arra pro qualibet re a venditore susceptа ab eo, qui emit,* [51] *venditionem perfectam esse:* [52] *pretium tamen postmodum ab emptore venditori impletur, de quo inter ipsos convenerit, aut virorum bonorum aestimatione constiterit.*

& C. *de fidejussorib. & mandatorib.* is vero differt a fidejussore, qui alieno nomine obligatur, *l. 1. §. 2. D. de obligationib. & actionib.* cum mandator suo nomine obligetur, *l. 28. D. mandat.* adeoque & mandator conventus non liberat reum, nec reus conventus mandatorem, *l. 13. D. l. 23. C. de fidejussorib. & mandatorib.* Vnde nec mandator solvens ipso jure reum liberat, quia non pro ipso, sed ob suum mandatum solvit, *d. l. 28. D. mandat.* ac proinde & post solutionem creditor actionem illi contra debitorem potest cedere: nec exceptio, quam debitor opponere poterat creditori, si iterum ab ipso peteret, mandatori cum reo actione cessa agenti nocere potest. Quod vero hic non fiat mentio heredis mandatoris, uti antea facta est heredis fidejussoris, inde fieri putant Cujacius *dict. lib. XXIII. Observ. cap. 25.* & Janus a Costa *ad §. 2. Inst. de mandat.* quia heres mandatoris ex defuncti mandato non tenetur. Sed clariorem hujus rei probationem desiderarem. Certissimum est actiones ex contractibus venientes in heredes dari, *l. 49. D. de obligationib. & actionib.* & mandati actionem ipsam, *l. 12. D. eod. tit.* quæ morte non solvitur, *l. 58. pr. D. mandat.* ubi quidem non de hac specie, quando quis in gratiam alterius mandat, est sermo: eadem tamen actio est, & ex eodem contractu. Adde, quod ex persona heredum obligationis conditio immutari non soleat, *l. 2. §. 2. D. de verbor. obligationib.* Nec ex eo, quod Paulus heredis fidejussoris, non etiam mandatoris meminerit, sequitur, mandatoris heredem ex mandato non teneri: quod sane apertis juris regulis repugnat: & de herede mandatoris aliquid monere Paulo supervacuum videri potuit. Nihil quoque pro illa sententia facit Vlpianus *l. 6. §. 4. D. mandat.* ubi, quod dicitur, *eris mihi tecum mandati actio:* ac deinde, *& ego tibi ero obligatus,* non dicitur eo sensu, quasi mandans solus obligaretur, ut putat Janus a Costa, non magis, quam cum alibi quis dicitur alicui obligari: ex quo certum est, heredes ordinarie agere & convenire posse. IDEM.

49. *Si quis contempto fidejussore &c.*] Citatur in Capitularibus *lib. VII. cap. 334.*

50. *Arra pro qualibet re &c.*] Hæc auctoritate sententiæ Pauli scribit Papianus *Responsor. tit. 34.* ex hoc, dubio procul, titulo; quamvis suis, ut solet, verbis expressa: ideoque & hic illa ab aliis omissa, repræsentanda duxi, sed tamquam interpretamentum.

51. *Venditionem perfectam esse*] Et hoc ordinarie verum esse docet Imperator *pr. Inst. de emption. & vendition.* ubi tamen in seqq. etiam indicatur, posse arram dari ante venditionem perfectam.

52. *Pretium tamen postmodum ab emptore venditori impletur*] Simile quid & in Capitularibus *lib. V. cap. 363.* & in legibus Bajuvariorum *tit. 15. cap. 19.*

TITVLVS XVIII.

De Locato & Conducto.

1. [1] Homo liber, qui statum suum in potestate habet, & [2] pejorare eum, & meliorem facere potest: atque ideo [3] operas suas diurnas nocturnasque locat.

2. [4] Fun-

1. *Homo liber, qui statum suum in potestate habet, &c.*] Homo liber, qui suæ potestatis est, suum statum & meliorare potest, & pejorare: adeo ut & seipsum vendere possit, & multo magis operas diu noctuque dandi necessitatem locare potest, *l. 3. D. de usufr. leg.* Potest & filii operas pater locare, ut *infra lib. V. titul. 1.* CVJAC. Vide infra *lib. V. tit. 1.* RITTERSHVS. Adducuntur hæc in Capitularibus *lib. VII. cap. 335.* & totidem fere verbis *Addition. III. cap. 14.*

2. *Pejorare*] Verbum hoc suspectum mihi quidem, non tamen illud omnino ausim Paulo abjudicare. Saltem *meliorare* dixit Vlpianus *l. 13. §. 3. D. de usufruct.* & Impp. *l. 16. C. de prad. & al. reb. minor. sin. decret. non. alienand. l. 16. C. de evictionib.* SCHVLTING.

3. *Operas*] Imo & se ipse vendere, ut notat Cujacius, qua de re plura habet Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. 2. cap. 5. §. 22.* Et quosdam pietate ductos fese in servitutem dedisse, aliosque ex pretio aluisse scribit Clemens *epistol. 1. ad Corinth. n. 55.* IDEM.

4. *Fundi*

Digitized by Google

2. 'Fundi 'deterioris facti, & cultura non exercitati, & aedificiorum non refectorum culpa arbitrio judicis domino a conductore ſarciri poteſt.

• Dominus 'horreorum effractis & compilatis horreis 'non tenetur, 'niſi cuſtodiam eorum recepit. Servi tamen ejus, cum quo contractum eſt, propter aedificiorum notitiam 'in quaeſtionem peti poſſunt.

• In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſario vel utiliter auxerit, vel aedificaverit, vel inſtituerit, cum id non conveniſſet, ad recipienda ea, quae impendit, ex conducto cum domino fundi experiri poteſt.

• Qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine juſta ac probabili cauſa deſeruerit, ad ſolvendas totius temporis penſiones ex conducto conveniri poteſt, quatenus locatori in id, quod ejus intereſt, indemnitas ſervetur. LEX EST LV. D. LOCAT. CONDVCT.

4. *Fundi deterioris facti, & cultura non exercitati, &c.*] Conductor ex locato tenetur, ſi fundus ejus culpa deſertus, aut deterior factus ſit, vel ſi villae ejus culpa refectae non ſint, *l. ſi mercet, 25. §. conductor, D. loca.* Ergo conductor aedificia, ſive villas reficere, quantum in ſe eſt, & incorruptas habere debet. CVJAC.

5. *Deterioris*] Vel quod ad corpus, vel quod ad jus, *l. 11. §. 2. D. h. t.*

6. *Horreorum*] In quibus homines pretioſiſſimam partem rerum ſolebant reponere, *l. 3. §. 2. D. de offic. Praefect. vigil.* De quibus plura collegit Briſſonius *Selectar. ex jur. civil. antiquitat. lib. IV. cap. 18.* Talia quoque publica horrea in omnibus Vrbis regionibus fecit Alexander Severus, teſte in ipſius vita Lampridio, *cap. 39.* qui non negat etiam illa antea Romae fuiſſe, at indicat non fuiſſe in omnibus regionibus; uti recte hoc accipit Caſaubonus: nec opus adeo cum Salmaſio fidem Lampridio non habere. SCHVLTING.

7. *Non tenetur*] Vt docet *l. 1. C. h. t.* quam conſtitutionem & Paulus noſter refert *Reſponſor. lib. V.* cujus verba exſtant in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 10.* unde *d. l. 1.* poteſt emendari: de quo ſuo loco. IDEM.

8. *Niſi cuſtodiam eorum receperit*] Sic *l. 4. C. h. t.* ubi pro *idem* Ant. Faber *Rationalib. ad l. 55. D. h. t.* legit *fidem.* Subintelligendum vero eſt, ut vel diligentia, vel multitudine cuſtodum id potuerit praecaveri. IDEM.

9. *In quaeſtionem peti poſſunt*] Quippe torquendi non tam in dominum, vel pro domino, quam de ſuo facto, quod licitum *tit. praced. §. 13.* IDEM.

TITVLVS XIX.

De Nuptiis.

1. 'Sponſalia 'tam inter puberes, quam inter impuberes contrahi poſſunt.

'*Non indiget interpretatione.*

2. 'Eo-

1. *Sponſalia tam inter puberes, &c.*] In ſponſalibus pubertatem non expectamus, ut in nuptiis, *l. 14. D. de ſponſal.* CVJAC.

2. *Tam inter puberes, quam inter impuberes*] Pro, *tam inter impuberes, quam inter puberes.* Similis ἐναντιολογία *pr. Inſt. de heredib. inſtituend. §. 3. Inſt. de leg. Aquil. l. 2. D. de verbor. ſignification.* Plura exempla dabunt Petr. Faber *Semeſtr. lib. 2. cap. 25.* Lud. Charondas *ad l. 7. §. 4. D. de pact.* Sponſalia autem cum impuberibus plus quam biennio a pubertate remotis a poenis legis Juliae & Papiae non poterant aliquem liberare: quo pertinet Cajus *l. 17. D. de ſponſalib.* quod plenius exponit Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 3.* SCHVLTING.

3. *Non ind. interp.*] Ex Sichard.

Digitized by Google

2. [a]Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia [b]jure non contrahuntur: [c]sed contracta non solvuntur: contemplatio enim publicae utilitatis privatorum commodis praefertur.

INTERPRETATIO. *Viventibus patribus inter* [7] *filiosfamilias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur: sed si conjuncta fuerint, non solvuntur: quia ad publicam utilitatem antiquitas pertinere decrevit, ut procreandorum liberorum causa conjunctio facta non debeat separari.*

3. [d]Inter parentes & liberos [e]jure civili matrimonia contrahi non possunt:

4. *Eorum, qui in potestate patris sunt &c.*] Duplex ratio vetat nuptias contrahi sine consensu patris, naturalis, & civilis, §. 1. *de nupt.* Naturalis locum etiam habet in emancipatis, civilis in filiisfam. tantummodo: & hanc nostri auctores sequuntur, non naturalem. Nam ab emancipatis sine consensu patris nuptiæ jure contrahuntur. Naturalem rationem aliæ gentes spectant. Hinc tot omnis generis auctorum loci jam ab aliis indicati, nuptias injussu parentum contractas inhonestas esse comprobantes: & hic Musæi

Ἀμφαδὸν ἢ δυνάμεσθα γάμους ὁσίους τελέεσθαι·
Οὐ γὰρ ἡμῖν τοῦτο γε μητίσατο πατήρ.

Paulus addit, contractas quoque a filiisfamil. non solvi: quod nos *libro III. Observ. cap. 5.* ut accipiendum sit, ostendimus: Ait, *contemplatio enim publica utilitatis*, id est, nuptiarum, ut in *l. in bello, 12. §. medio, D. de capt. & postlim.* CVJAC. Vide infra *tit. De interd. lib. V. & l. 2. D. de lib. exhib.* RITTERSHVS.

5. *Jure*] Civili, nempe, non naturali: quod quidem obsequium hac in parte parentibus vult exhiberi: certum tamen est, hic in liberis adesse facultatem agendi, nec in ipsa rei natura aliquod esse impedimentum. Idque & jus civile sequitur in liberis emancipatis. Plura hanc in rem legi possunt apud Ant. Contium *Lection. subsecivar. lib. 1. cap. 4.* Hug. Grotium *de jur. bell. ac pac. lib. 11. cap. 5. §. 10.* Henr. Brouwer *de jur. connubior. lib. 1. cap. 5. n. 11.* De jure civili hæc agunt Interpretes *ad pr. Inst. h. t.* SCHVLTING.

6. *Sed contracta non solvuntur*] Cujacius *Observ. lib. III. cap. 5.* existimat injustum esse hoc conjugium, non vero nullum: legemque adeo civilem hanc ex numero esse imperfectarum, quæ vetant quidem, sed gesta non rescindunt. At huic diserte adversatur regula §. *pen. Inst. de nupt.* Nec verba hæc restringi possunt ad singularem casum, quo nuptiæ valent sine consensu parentis, absentis, furiosi, vel ab hoste capti, quo pertinet, *l. 12. §. 4. D. de captiv. & postlimin.* quod vult Merillius *ad pr. Inst. h. t.* Nec auctoritate aut ratione nititur, quod Jac. Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. de rapt. virgin. vel viduar.* hæc accipiat de nuptiis inter raptorem & raptam, quæ olim fuerint nullæ, non tamen dissolutæ. Verisimilius id, quod suspicatur Hug. Grotius *in not. ad lib. 11. de jur. bell. ac pac. cap. 5. n. 14.* nec non idem Jac. Gothofredus *ad l. 210. D. d. regul. jur.* hæc esse a manu Gothorum. Atque hic existimat, id ideo esse factum, quia Gothi aliter has nuptias punierint: quod sane de Longobardis certum est ex legibus Longobardorum *lib. 11. tit. 1. l. 11.* Hæc certe scripsisse non potuit Paulus, utpote non tantum certissimis juris nostri principiis adversantia, sed & ipsius verbis in *l. 11. D. de stat. homin. l. 2. D. de rit. nuptiar.* Videndum tamen, an non hic aliquid aliud delitescat, ac Paulus ipse non ita scripserit: *sed contracta, voluntate eorum non solvuntur*: vel etiam possint hæc subintelligi, *voluntate eorum*, hoc sensu. Si ab initio rite & ex parentum voluntate nuptiæ contractæ sunt, non posse illas voluntate contraria parentum solvi, secundum *l. 2. §. ult. D. de liber. exhibend. l. 5. C. de repud.* quo pacto recte hæc accepere Viri Egregii, Fr. Duarenus *ad tit. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat. de nupt. cap. 2.* quique ipsum laudat, Arn. Vinnius *ad §. 12. Inst. de nupt.* Et hoc aliquando voluisse & tentasse parentes indicant loca ex antiquis a Cujacio *ad Novell. 22.* prolata, quæ & Vinnius habet. Ac sane si filia non convenisset in manum viri, manebat in patris potestate, potuitque adeo mero jure ab illo vindicari, *l. 1. §. 2. D. de rei vindication.* vel peti interdicto de liberis exhibendis: sed constitutiones huic incommodo obviam ivere: ac Divius Pius matrimonium bene concordans a patre separari vetuit, teste Paulo nostro *lib. V. tit. 6. §. 15.* idque jus suo tempore certum fuisse docet Vlpianus *l. 1. §. ult. D. de liber. exhibend.* Atque huic juri optime quadrat ratio a Paulo hic adducta a contemplatione publicæ utilitatis, quæ privatorum commodis præfertur: verum huic utilitati contrarium esset, quod liberi in parentum potestate, sine eorum in re tanta consensu, matrimonia inire, illisque etiam invitis suos heredes procreare possent: quod ne filius quidem familias a suo filio pati cogitur, *l. 16. §. 1. D. de rit. nuptiar.* IDEM.

7. *Filiosfamilias*] Ita edd. meliores: nec aliter in Formulis Sirmondicis *n. 16.* ubi hæc laudantur, quod ad sensum. Sich. & Rittersh. *filios filiasque.* IDEM.

8. *Inter parentes & liberos &c.*] Hanc & 2. seqq. sententt. addidi ex lib. Lex Dei *tit. 6.* Sed quid est, quod Paul. ait, *Jure civili?* cum prohibitio hæc sit juris naturalis. RITTERSHVS. Eumdem ordinem harum sententiarum observavi, quem & Rittershusius. Aurelianensis longe alium tenuit, & minus concinnum.

9. *Jure civili*] Imo & gentium, ipso Paulo auctore *l. ult. pr. D. de rit. nuptiar.* At, si usquam alibi, hic quoque verum, illa, quæ juris sunt gentium, juris esse civilis;

sunt: [10] nec filiam fororis, aut neptem ducere possumus. proneptem aetatis ratio prohibet.

* 4. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non intervenit.

* 5. [11] Nec socrum, nec nurum, privignam, nec novercam aliquando, [12] citra poenam incesti uxorem ducere licet: sicut nec amitam, aut materteram. [13]* sed vel cognatam contra [14] interdictum duxerit, remisso mulieri juris errore, ipse [15] poenam adulterii legis Juliae patitur, non etiam ducta.

6. [16] Inter servos & liberos matrimonium contrahi non potest; contubernium potest.

7. [17] Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed contractum matrimonium furore [18] non tollitur.

INTERPRETATIO. *Si qui matrimonium sani contraxerint, & uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvi non possunt.*

8. [19] Vir absens uxorem ducere potest: [20] femina absens nubere non potest.

IN-

vilis; quod generaliter scribit Cicero *de offic. lib. III. cap. 17.* De hisce vero egit quoque Cajus *lib. Instit. 1. tit. 4. §. 1.* ubi multa congessere Interpretes. SCHULTING.

10. *Nec filiam fororis*] Fratris filia tempore Pauli duci potuit: de quo multa notata invenies ad Cajum *Instit. lib. 1. tit. 4. §. 3.* Idque & ex Ulpiano liquet *tit. 5. §. 6.* Ex Justinianeis Institutionibus sequentia notissima sunt.

11. *Nec socrum, nec nurum, &c.*] Vide cap. 117. in Const. crim. Caroli V. RITTERSHUS.

12. *Citra pœnam incesti uxorem ducere licet*] Hoc est, prohibitum id est sub pœna incestus. simili modo loquitur Paulus *l. 11. pr. D. de publican. & vectigalib.* *Non sine periculo capitis licet:* & Impp. *l. 12. C. de transactionib.* SCHULTING.

13. * *Sed vel cognatam*] Pithœus emendat, *Si vero cognatam*, quo modo edidit Rittershusius. IDEM.

14. *Interdictum*] Juris, nempe, civilis; uti hoc interpretatur P. Pithœus *ad Collation. Mosaicar. & Rom. II. tit. 6.* id enim ignorare mulieri impunitum est. Ita quoque hoc verbum occurrit *l. 63. D. de rit. nupt.* Ob incestum contra jus gentium etiam in pœnam incidit mulier, *l. 38. §. 2. D. ad L. Jul. de adulter.* IDEM.

15. *Pœnam adulterii*] Quam intelligimus ex ipso Paulo *hoc libr. tit. 26. § adulterii, 14.* Ab illa postmodo recessum, *l. 1. l. 3. Cod. Theod. de incest. nupt. l. 6. C. eod. Nov. XII. cap. 1.* IDEM.

16. *Inter servos & liberos matrimonium contrahi non potest, &c.*] Aliud est matrimonium, longe aliud contubernium. Matrimonium est inter liberos homines, contubernium inter servos, aut cum servis, *l. 3. C. de incest. nupt.* CUJAC.

17. *Neque furiosus, neque furiosa &c.*] Furor matrimonium contrahi non finit, sed recte contractum non impedit, *l. oratione, 16. §. ult. D. de rit. nupt.* IDEM.

18. *Non tollitur*] Eadem ratione, qua & multa alia manent valida, quamvis illum in casum deducta sint, a quo incipere non potuerant; *l. 85. §. 1. D. de regul. jur.* ubi plura talia habent Interpretes, cum alii, tum Jac. Gothofredus. SCHULTING.

19. *Vir absens uxorem ducere potest, &c.*] Mulier absenti nubere potest, mulier absens nubere non potest: absente enim viro deduci per alium potest in domum mariti, quo facto, nuptiæ statim constituuntur, absens vero deduci non potest. Domus igitur viri est domicilium matrimonii, *l. mulierem, 5. D. de ritu nupt. l. cum in te, 6. C. de donat. ant. nupt. l. ceterum, 4. §. mulieri, D. de usu & hab.* CUJAC.

20. *Femina absens nubere non potest*] Deductio, nempe, in domum requiritur, non quidem ad matrimonium perficiendum, cui rei sufficit consensus, *l. 32. §. 19. D. de donationib. inter vir. & uxor. l. 31. D. de donationib. l. 30. D. de regul. jur. l. 22. C. de nupt. l. 11. C. de repud. Novell. XXII. cap. 3.* verum ille consensus deductione præcipue declaratur. Quin & quando lex nuptias exigit, vel sub illarum conditione aliquid est relictum, aut de præjudicio tertii agitur, ad amoliendam omnem fraudis suspicionem deductio in domum requiritur: quo pertinent *l. 15. D. de conditionib. & demonstrationib. l. 6. C. de donation. ant. nupt. l. 24. C. h. t. l. 6. Cod. Theod. de cursib.* De quo latius disputat V. C. Jac. Gothofredus ad *d. l. 6. Cod. Theod.* cui hæc accepta ferimus. SCHULTING.

INTERPRETATIO. *Si vir in peregrinis aliqua fuerit occasione detentus, absente eo constituto die, possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel parentibus ejus puella susceptа ad domum mariti ducatur.* [21] *Nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita femina absente* [22] *non possunt.*

9. [23] Libertum, qui nuptias [24] patronae, vel uxoris, filiaeque patroni affectaverit, pro dignitate [25] personae, metalli poena, vel operis [26] publici coërceri placuit.

INTERPRETATIO. *Libertus si ad conjunctionem patronae, vel patroni filiae aspirare tentaverit, in metallum* [27] *deputatur*

Si quis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem [28] ducere non potest: [29] quamvis sponsare non prohibeatur: ita, scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier

21. *Nam*] Hoc Interpres ponit pro *sed*. quomodo notavimus ad Caji *Inst. lib. 1. tit. 2. §. 4.* & alibi ipsum loqui. IDEM.

22. *Non possunt*] Rittershusius addit: *absens enim femina domum deduci non potest*, quæ vera quidem sunt: sed quia in nulla alia editione inveni, omittenda putavi.

23. *Libertum, qui nuptias patronæ, &c.*] Libertus, qui patronam, vel uxorem, filiamve patroni uxorem duxit, in metallum, aut in opus publicum datur, *l. 3. C. de nupt.* Ait *pro dignitate personæ*: ut in *l. non est, 66. D. de ritu nupt. pro dignitate pupillæ.* CVJAC.

24. *Patronæ, vel uxoris filiaque patroni*] Sich. *patronæ vel filiæ patronæ*: sed in marg. *patroni vel uxoris.* ut & verbum *uxoris* in libris veteribus ab ipso inventum videatur. Hæc lectio, quam habent editiones Cujacianæ, & Rittershusii, sensum exhibet bonum & plenum: adeoque illam retinui: quamvis in interpretatione mentio uxoris patroni non fiat; quæ etiam illic, si non interpretis, librariorum culpa omissa esse potuit. Videbantur hæ nuptiæ his feminis, quarum dignitas a maritis pendet, esse dedecori: usque adeo, ut & eam, quæ patrono suo nupta fuerat, ejusdem liberto mala ratione conjungi scribat Papinianus *l. 62. §. 1. D. de ris. nuptiar.* Contra vero patronus libertam suam ducere non prohibetur, *l. 45. pr. D. de ris. nuptiar. l. pen. & l. ult. D. de divort. & repud. l. un. §. 1. D. und. vir & uxor. l. 15. C. h. t.* quamvis honestius sit ipsi libertam habere concubinam, quam uxorem, *l. 1 pr. D. de concubin.* Non recte D. Gothofredus notat *ad l. 3. C. h. t.* illam l. abrogari per *d. l. 15.* cum prior agat de liberto & patroni filia vel uxore ac similibus; posterior de patrono & liberta. Sic vero & alibi leges, quæ in feminis vetant, in maribus admittunt, *l. 64. pr. & §. 1. junct. §. 2. & l 38. pr. junct. §. 2. D. de ris. nuptiar.* Sed & patronæ vilitas, accedente judicis cognitione & auctoritate, has nuptias reddere potest licitas, *l. 13. D. d. t.* SCHVLTING.

25. *Personæ*] Cujus nuptias adfectavit.

26. *Publici*] Al. *publicis*, non recte. RITTERSHVS. Nostra lectio est & editionum cum Interpp. Cujacii, & recta.

27. *Deputatur*] Sic edidit Sichardus, & in marg. *destrudatur*, quod habent Cujacianæ edd. Deputandi verbum interpreti non infrequens. *ita* in Caji Institutionibus *lib. 11. tit. 3. §. 5. in exsilium deputatur.* ubi plura congessit Aleander. SCHVLTING.

28. *Ducere non potest*] Prohibetur enim mandatis, *l. 65. pr. D. de rit. nuptiar.* ne nuptiæ hæ aliquando invitis extorquerentur: adeoque prohiberi ea ratione potentatus scribit Papinianus *l. 63. pr. D. d. t.* Pertinet huc titulus *C. si præt. provinc. vel ad eum pertinent. sponsal. deder.* IDEM.

29. *Quamvis sponsare non prohibeatur &c.*] Triboniano hæc adscribit V. C. Franc. Hotmanus *Observation. lib. XIII. cap. XI.* inde motus, quod verbum *sponsare* in scriptis Jurisconsultorum nostrorum non occurrat, ut nec *arra*. Pœna quoque reddendarum tantummodo arrarum olim non obtinebat: verum reddendæ erant cum triplo, adeoque in quadruplum, nuptiis culpa ejus, qui has acceperat, non secutis, *l. pen. C. de sponsalib. & arr. sponsal. l. 6. Cod. Theod. eod. tit. l. un. Cod. Theod. si provinc. præt. vel ad eum pertinent. sponsal. deder.* quam pœnam, ut hoc addam, ex ipsa lege Julia & Papia esse existimat Jac. Gothofredus *ad d. l. 6.* eamque nec in hac specie cessasse innuit *d. l un. Cod. Theod.* quamvis benignius agatur jure novo *d. l. pen. vers. quæ ita, C. de sponsalib. & arr. sponsalit.* Imo illa ipsissima verba, *arris tantummodo redditis*, hausta videntur ex *d. l. pen.* ubi ita de talibus speciebus scribunt Imperatores Leo & Anthemius, duobus sæculis & dimidio Paulo posteriores. *Tunc enim, quasi nullo facto, utpote sine causa, easdem arras præstitas tantummodo reddi consequens esse præcipimus.* Quæ Tribonianus contraxit, more suo, & enunciavit per ablativa absoluta. Notemus quoque ordinariam in his sententiis brevitatem hic non comparere: ac illud de arris extra rem nonnihil esse: qualia sæpe a manu Triboniani in Pandectis habemus. IDEM.

30. *Arris*

mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, [30] arris tantummodo redditis, quas acceperat.

* Veterem ſponſam in provincia, quam quis adminiſtrat, uxorem ducere poteſt: [31] & dos data non fit caduca.

* Qui in provincia aliquid adminiſtrat, in ea provincia [32] filias ſuas in matrimonium collocare, & dotem conſtituere non prohibetur. LEX EST XXXVIII. D. DE RIT. NVPTIAR.

* [33] Non eſt matrimonium, ſi tutor, [34] vel curator pupillam ſuam [35] intra vice-

30. *Arris tantummodo redditis*] Hanc neceſſitatem remiſerant Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius *l. un. C. ſi rect. provinc. vel ad eum pertinent. ſponſal. dederit.* ſed viſum forte minus honeſtum illas retinere, & magis etiam hic uſitatum: ut & hoc generaliter circa nuptias interdictas cavetur *l. pen. C. de ſponſal. & arr. ſponſalit.* quæ lex eſt recentior: & inde Tribonianum ſua hauſiſſe, veriſimile eſt. Non vero probo, quod vult Vir Celeberrimus, Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. ſi provinc. rect. vel ad eum pertinent. ſponſal. dederit.* huic loco derogari per *d. l. un.* IDEM.

31. *Et dos data non fit caduca*] Non aufertur viro, nec in fiſcum cadit, uti fit aliter ob matrimonia illicita, *l. 61. D. de rit. nuptiar.* Idque in hac quoque ſpecie obtinet ex ſententia Severi Imp. quam laudat & ſequitur Gordianus in conſtitutione a Cujacio edita *Obſervation. lib. I. cap. XI.* quæ & in fragmentis Codicis Gregoriani legitur: & ſecundum quam, licet poſt adminiſtrationem finitam nuptiæ valere incipiant, dos tamen manet caduca. IDEM.

32. *Filias ſuas in matrimonium collocare, & dotem dare non prohibetur*] Non idem in filio, *l. 57. pr. D. de rit. nuptiar. l. un. C. ſi rect. provinc. &c.* quo pacto & alibi in feminis aliud obtinere, quam in maribus, paulo ante notavimus. De ratione diſquirunt Viri Eruditi. Vera hæc eſſe videtur, quod circumventio & vis facilius feminas inducturæ ſint, quam viros: quod etiam notat Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. ſi provinc. rect. vel ad eum pertinent. ſponſal. dederit.* Leo tamen Imperator poſtea id quoque in filiabus vetuit *Novell. 23.* quod ſane tutius, & conſequens contractibus inter Præſides & officia in provinciis gerentes cum provincialibus prohibitis. IDEM.

33. *Non eſt matrimonium &c.*] Vetitum Oratione Marci & Commodi, quam ſingulari libro noſter illuſtravit Paulus, unde eſt *l. 60. D. de rit. nuptiar.* & unde emendandam eſſe inſcriptionem *l. 20. D. eod. tit.* jam dudum viderunt Viri Docti. Orationem vero hanc ſecutum eſt decretum Ampliſſimi ordinis, cui hoc jus tribuitur. *l. 2. §. 1. D. de his, quæ ut indign. auferunt.* ſive Senatuſconſultum, *l. ult. D. de legat. 1.* Ratio prohibitionis in ipſa oratione expreſſa fuit, ne ratio tutelæ reddendæ cohibeatur, *l. 67. §. 3. D. de rit. nuptiar.* ac pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his, qui rationes tutelæ vel curæ reddere debent, *l. 64. §. 1. D. eod. tit.* unde qui has nuptias adfectat, de tutela veluti confitetur, *l. 7. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tutor.* Nec hoc negat Papinianus *l. 63. pr. D. de rit. nuptiar.* ſed rationem aliam dat, ſimilem cauſæ prohibitionis nuptiarum inter Præſidem alioſque, & provincialem puellam, nempe, potentatus; quia & hæ nuptiæ non videbantur omni coactione carituræ. Et quid vetat hanc quoque rationem interveniſſe? plures rei unius eſſe poſſunt cauſæ: hæc vero ad Papiniani propoſitum faciebat. Nec aliud ſentit Cujacius *Paratit. l. tit. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tutor.* Sic donationis inter conjuges prohibitæ rationem unam allegat Antoninus Caracalla, Ulpiano teſte *l. 3. pr. D. de donationib. int. vir. & uxor.* alias quoque Juriſconſulti *l. 1. & l. 2. D. eod. tit.* Sic feminis intercedentibus ob infirmitatem ſuccurritur Senatuſconſulto Vellejano *l. 2. §. 2. D. ad S. C. Vellejan.* & eadem tamen prohibentur quoque pro aliis intercedere, quia hoc officium eſt civile & virile, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. eod. tit.* Non ſunt talia ſibi inviicem contraria, ſed diverſa, & facile poſſunt conjungi. IDEM.

34. *Vel Curator*] Mentio etiam curatoris fit in ſententia ſequente, *& l. 36. l. 37. l. 66. §. 1. l. 67. §. 2. & §. 3. 4. 5. D. de rit. nuptiar. l. 5. §. 12. D. de jur. dot. l. 3. l. 7. l. ult. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tut. l. 7. D. ad leg. Jul. de adulter.* in quibus aliiſque locis Vir Clariſſimus, Jac. Rævardus *Variar. lib. II. cap. 10.* exiſtimat, Juriſconſultos tutoris tantum mentionem feciſſe, non etiam curatoris; quia illorum tempore feminæ in perpetua erant tutela, de qua agit Ulpianus *tit. XI.* Triboniano vero mentionem curatoris deberi. Sed probandum hic eſſet, feminas XXV. annis minores non habuiſſe etiam curatores, poſtquam omnes minores ex Divi Marci conſtitutione eos juſſi ſunt accipere: quod mihi non fit veriſimile. Sane puellis minoribus ita minus conſultum fuiſſet, quam maſculis, quibus res ſuas adminiſtrare ſine curatoribus non permittitur, *l. 1. §. 3. l. 2. l. 3. pr. D. de minorib. XXV. ann.* de quo dicemus *ad Ulpian. tit. 12. fin.* Puellis vero hoc licuiſſet: tutores enim mulierum, qui ſexui, non ætati pupillari dabantur, non gerebant negotia, ſed tantum auctoritatem interponebant, teſte Ulpiano *tit. XI. §. 25.* ipſæ res adminiſtrabant ſuas, eaſque, quæ non erant mancipi, alienare poterant, *d. loc. §. 27.* ubi de eo dicemus: videbimuſque, recte iis ſolvi potuiſſe. Quamvis itaque tutore adhuc illis opus fuerit illo tempore, quod non negaverim, tamen curato-

res

viceſimum & ſextum annum non deſponſam a patre, nec teſtamento deſtinatam ducat uxorem, vel eam filio ſuo jungat: quo facto [36] uterque infamatur, & [37] pro dignitate pupillae extra ordinem coërcetur. [38] Nec intereſt, filius ſui juris, an in patris poteſtate ſit.

* [39] Curatoris libertum eam pupillam, cujus patronus res adminiſtrat, uxorem ducere [40] ſatis incivile eſt. LEX EST LXVI. D. DE RIT. NVPTIAR.

res quoque nihilo minus illis dati esse videntur, qui res ipsarum administrarent, uti patet ex *l. 20. D. de rit. nuptiar. l. 8. C. h. t.* Certe in *l. 37. D. d. tit.* nulla fuisset ratio aliquid mutandi, si illic invenisset Tribonianus *tutoris*. Et in *l. 20. D. eod.* non debuit poni *curatoris*, si scriptum fuisset *tutoris*, ob mentionem pupillae, quae sequitur: & ipsum illud, quod ejus officium in negotiorum administratione consistat, de curatore illic actum esse apertissime evincit. Pupilla vero illic est, quae antea fuerat pupilla: si enim adhuc vere erat, nuptiae ob aetatem esse justae non poterant. & sic pupilla dicitur in *l. 63. l. 64. pr. & 1. D. eod. tit. l. 1. l. 4. l. 6. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tutor.* Non tamen nunquam id factum esse a Triboniano dixero: & sic id facile largiar de *l. 60. & l. 61. D. de jur. dot. l. 7. D. de tutorib. & curatorib. dat.* considerato eo, quod tradit Ulpianus *tit. XI. §. 20.* ad dotem dandam, dicendam, promittendam opus fuisse tutore: illic vero tali de re est sermo. IDEM.

35. *Intra viceſimum & ſextum annum*] Hoc tempus elapsum esse debuisse, uti certum est, & sic *l. 7. D. ad leg. Jul. de adulter.* ita id non sufficit, ut hoc liceret, nisi & annus utilis esset elapsus, *l. 28. §. 3. D. de libar. & postum. l. 7. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tutor.* restitutioni in integrum petendae: quod tempus hodie est quadriennium continuum, *l. ult. C. de temporib. in integr. restitution.* IDEM.

36. *Vterque infamatur*] Tutor & curator, nisi rescripto Principis hoc permittatur, *l. 1. C. de interdict. matrimon. int. pupill. & tutor.* IDEM.

37. *Pro dignitate pupillae*] Sic & dignitas feminae spectatur *hoc tit. §. 6.* Sed & tutoris persona spectari potest, ut in *l. 64. pr. D. de rit. nuptiar.* IDEM.

38. *Nec interest, filius &c.*] Non enim distinxit Senatusconsultum; quod & ad filium in adoptionem datum pertinet, *l. 60. §. 7. D. d. t.* imo & in extraneo herede idem juris ex mente S. Cti. est, *l. 64. §. 1. D. eod. tit.* & in aliis quibusdam hoc obtinet, quamvis nihil administraverint, *l. 60. pr. §. 2. & ult. D. eod. tit.* IDEM.

39. *Curatoris*] Ita & Basilica *lib. XXVIII. tit. 1. n. 52.* rectissime. Edd. vett. variant, & Rittersh. edidit *curatoris* (*tutorisve*) IDEM.

40. *Satis incivile est*] Non addit, matrimonium non valere: sed & illud prohiberi oportere docet Papinianus *l. 57. D. d. t.* ut sic, quod legibus omissum est, non omittatur religione magistratuum, ut ferme idem loquitur Papinianus *l. 11. D. de testib.* IDEM.

TITVLVS XX.

De Concubinis.

1. [1] Eo tempore, quo quis uxorem habet, [2] concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo [3] dilectu [4] separatur.

IN-

1. *Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest, &c.*] Non potest, qui uxorem habet, & concubinam habere, *l. 1. C. de concubin. l. ultim. in fin. D. de divers.* Quod sequitur, *concubina igitur ab uxore solo delicto separatur*, corruptum esse, varietas lectionum argumento est. Paris. editio habet, *sola delectione*. Basil. *solo delicto*, Antverp. *solo derelicto*: alii codices, *delicto*: Puto legendum, *solo delectu*, ut sit idem, quod sola destinatione animi, in *l. penult. D. de concub.* Nam juris effectu, maritus concubinam habere non intelligitur, *argum. l. eum qui, 12. C. ad leg. Jul. de adult.* Cum igitur dicimus, concubinam marito habere non licere, concubinam ab uxore non juris effectu, sed sola animi destinatione separamus. CVJAC.

2. *Concubinam habere non potest*] Consequens id est prohibitioni, ne quis duas eodem tempore uxores haberet: adeoque hic in affectione sola & dilectu inter uxorem & concubinam est differentia, non in jure. Videri id tamen posset interdum factum fuisse: & memorantur, qui sepulchra fecerint uxori, & concubinae; uti M. Servilius M. L. Rufus, & Decius D. L. Heros in Inscriptionibus Gruteri *p.* Ↄ CXXXI. *5.* & *p.* Ↄ CCCCXXXVIII. *2.* & P. Cervonius P. F. Marinus in Inscriptionibus Reinesii *classf. XIV. inscr. 183.* ubi aliquid de eo notat ipse Reinesius. Verum potuerunt hae habuisse diversis temporibus. Aliter facti hoc fuerit, non juris. SCHVLTING.

3. *Dilectu*] *Dilectus* ubique in auctoribus bonis scribendum est, non (ut vulgo) *delectus*. Ita constanter manu-

INTERPRETATIO. [5]*Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur,* [6] *ne ab uxore eum dilectio separet concubinae.*

* 2. Concubinam ex ea provincia, in qua quis aliquid administrat, habere potest. LEX EST VLTIM. D. HOC TITVLO.

manuscripti duo Plauti, quos beneficio patris tui, optimi viri, Ludovice, cum impressis libris contuli. RITTERSHVS. Vt autem hic pro *dilectu* perperam scriptum erat, *delicto:* ita ad eundem modum erravit librarius in Epistola III. Sulpicii Severi, *sine delicto nullo familiariter scripta.* Lege *dilectu.* IDEM. *in indic.* Leg. *solo delectu.* hinc varietas in libris. GIPHAN. Varietas etiam scripturae in hoc verbo, quamvis in alia notatione, est in Pandectis Florentinis: nam in *l. 22. D. commun. dividund.* scribitur *delictum:* sed in *l. 3. D. ad leg. Jul. majest. & l. 4. §. 10. D. de re militar.* legitur *dilectum:* & sic in antiquissimis libris alibi scriptum esse notavit Politissimus Muretus *ad Ciceron. Philippic. VI. cap. 2.* & dilectionis quoque meminit hic Interpres. ideoque id verbum post Rittershusium tamquam genuinum recepi. SCHVLTING.

4. *Separatur*] In quibusnam cum uxore concubina conveniat, vel ab ea differat, exsequitur Merillius *Observ. lib. III. cap. 16.*

5. *Qui uxorem &c.*] Refertur in Capitularibus *lib. VII. cap. 336.*

6. *Ne ab uxore eum dilectio separet concubina.*] Ratio haec non quidem prorsus inepta est: non ea tamen mens est Pauli.

*[1]TITVLVS XXI. A.

De Mulieribus, quae se servis alienis junxerint, vel [2] ad Senatusconsultum [3] Claudianum.

1. [4]Si mulier ingenua, civisque Romana, vel Latina alieno se servo conjunxerit,

1. TITVLVS XXI.] Totum h. tit. addidi ex Cujac. XXI. *Observ. 16.* RITTERSHVS.

2. *Ad S. C. Claudianum*] Non est dubium, quin multa scripserint juris auctores de S. C. Claudiano, quod sustulit Justinianus, dum vult favere libertatibus, nec animadvertit se ingenuis mulieribus, quae pleraeque omnes etiam hodie servulis se, aut his, quos servulorum loco habemus, substernunt, dantve in contubernium libentius, quam ejusdem condicionis hominibus, eo S. C. sublato laxare viam ad impares maxime & impudicas conjunctiones. Et multa eos scripsisse, multa circa ejus S. C. interpretationem vocasse in disquisitionem, ut solae sententiae Pauli idoneae sunt ad comprobandum, quas in optimo illo libro, quem Vesontio dedit civitas nobilissima mihique amicissima, inveni sequenti ordine digestas. Ex CVJACIO *Observ. lib. XXI. cap. 16.*

3. *Claudianum*] Vel nomen hoc indicat, illud ad Claudii Imp. tempora pertinere: ac inventum hoc esse Pallantis liberti docet Tacitus *Annal. lib. XII. cap. 53.* Quod igitur hujus juris decernendi auctorem fuisse Senatui Vespasianum scribit Suetonius *Vespasian. cap. 11.* videtur intelligendum ita cum Eruditis Viris quibusdam, ut non primus hujus rei fuerit repertor, sed auctor iterum inducendi, quod tempore forte exoleverat, quale itidem habuimus exemplum *tit. 10.* SCHVLTING.

4. *Si mulier ingenua civisque Romana &c.*] Non de ea, quae se junxisset servo proprio, fuit S. C. Claudianum, sed de ea, quae se junxisset alieno, cujus facti poena mitior est. illius nempe capitalis ex utraque parte, hujus amissio libertatis & civitatis ex parte mulieris. Fit enim ancilla ejus, in cujus potestate est servus, cui se conjunxit eo invito & denunciante, & cum capite in eum transfert omnia sua bona. & hoc quoque Vlpianus *lib. Regul.* adfert pro exemplo maximae capitis minutionis. Et serva hoc S. C. teneri Cives Romanas & Latinas, non etiam eas, quae sunt Dedititiorum numero, non multum ancillis absimiles. & non stuprum eo vel adulterium vindicari, quae sunt crimina legis Juliae, sed contubernium illicitum. Item serva quod ait, quodque iterat infra, *Invito domino.* nam si volente domino ejus, efficiebatur liberta, non ancilla, ut locus Corn. Taciti XII. *Ann.* perspicue demonstrat, quem feliciter restituit & interpretatus est Justus Lipsius, rei literariae perfectissimum columen: quem ego ut admiror & diligo quoque plurimum. *Et liberta*, ut opinor, Latina *arg. l. 9. C. Th. de S. C. Claud.* eaque distinctione adhibita explicandum esse dico, quod Paulus scripsit *IV. tit. de S. C. Orf.* mulierem ex S. C. Claudiano ancillam vel libertam effici. filii autem ex eo contubernio suscepti, matri nondum ablata libertate decreto judicis, quod inferius exigitur, etiam cum matre servi fiunt domini, quo invito ipsa se ejus servo conjunxit, *l. 6. & 11. C. Theod. ad S. C. Claud.* uno casu liberti Latini ex *l. 8. eod.* si mater libera

Digitized by Google

xerit, si quidem [1]invito & denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, [2]efficitur ancilla.

2. [3]Si servo pupilli ingenua mulier se conjungat, denuntiatione tutoris efficitur ancilla.

3. [4]Mulier etsi [5]tamen ei, quæ se servo junxerit, denuntiando adquirit ancillam.

4. [6]Procurator, & filiusfamilias, & servus jussu patris aut domini denuntiando faciunt ancillam.

5. [7]Si

ibera permanserit, ut puta, si non servo privati hominis, sed servo fisci se conjunxerit. Ait, *invito domino*. Tacitus *ignaro*, κρὸς διάνοιαν gnari nec denuntiantis qui consentire videtur. Ignarus dissentire. Proinde invitus est, qui nescit, non qui denuntiat, & trina denuntiatio a sciente tantum exigitur. Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 16.*

1. *Invito & denuntiante domino*] Tacitus tamen *d. loc.* ait, *ignaro domino*: quo pacto vero ignarus poterit denunciare? Nec quod Cujacius putat, tunc tantum desideratam fuisse denunciationem, quando res domino erat nota, cum illis convenit locis, quæ in genere requirunt denunciationem, ut Tertullianus *ad uxor. lib. II. cap. 8.* imo ipsi Senatusconsulto hoc adscribitur *in interpretation. l. 2. & in l. 4. Cod. Theod. ad S. C. Claudian.* (cujus tituli leges cito secundum editiones recentiores: in editione enim Cujacii Lugd. cIↃ IↃ LXVI tituli illius initio, quasi aliæ deessent, primæ legi præpositus est numerus VI. & sic deinceps, quod hic quoque Vir Summus observat.) ubi negatur mulier aliter libertatem amittere. Idem docet Ulpianus *tit. 11. §. 12.* & Paulus noster *l. 27. D. depositi.* Tacitus quidem & Suetonius non meminerunt denunciationis: sed sæpe Historici obiter tantum præcipua legum capita attingunt. Ego putem Tacitum in verbis, *ignaro domino*, de initio rei intelligendum esse, quando mulier eo prolabitur, ut id factum esse debeat sine voluntate domini: sed re comperta dominus debeat denunciare: ac si tunc mulier perseveraverit, fit ancilla, ut ait hic Paulus. SCHVLT.

2. *Efficitur ancilla*] Si domino volente, liberta. Tacitus *dict. loc. Inter quæ referitur ad Patres de pœna feminarum quæ servis conjungerentur: statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapsa, in servitute: sin consensisset, pro liberta haberetur.* Ita edidit Vir Egregius, Theodorus Ryckius, cujus docentis ab ore juvenis aliquot annos pependi: nec aliter codex Farnesianus, idque plures Insignes Viri probarunt, Lipsius, Cujacius, J. Fred. Gronovius, auctoritate aliorum quoque librorum antiquorum nixi. Mirum Jac. Gothofredo *ad l. 1. C. Theod. d. tit.* placuisse veterem & dudum damnatam scripturam. *In servitutem sui consensisset: & qui nati essent, pro libertis haberentur*: cum tamen illa, *& qui nati essent*, ab optimis libris non tantum absint, sed nec commodum exhibeant sensum. Nec verba Pauli *lib. IV. tit. 10. §. 2. Ad filiam ancillam, vel libertam ex S. C. Claudiano effectam &c.* accipi possunt de mulieris ejus liberis, qui debuerint esse servi, si postea nati fuissent, non liberti, *l. 5. Cod. Theod. dict. tit.* sed intelligi debent de ipsa muliere, quæ volente domino id fecit. Quod autem constituitur *l. 3. Cod. Theod. dict. tit.* de mulieribus, quæ se fiscalibus jungunt servis, singulare est, & posteriorit temporis. Quod addit Vir Doctissimus, mulierem, si dominus consensisset, integri status manssisse, non habet, quo probetur. Potuit quoque & illa ratio fuisse quidem Senatusconsulti, ne a ministeriis servi abducerentur: qua de causa (ut hoc addam) dominos quosque severissimos & disciplinæ tenacissimos servis suis foris nubere interdixisse, ne in lasciviam excederent, officia desererent, dominica extraneis promerent, scribit Tertullianus *ad uxor. lib. II. cap. 8. An hæc tamen sola & adæquata fuit ratio? nihilne ipsum rei dedecus & publicæ disciplinæ utilitas amplius exigere potuit?* Paulus id hic quidem non attingit: sed satis est aliunde id ostendi. IDEM.

3. *Si servo pupilli ingenua mulier se conjungat, &c.*] Tutoris denunciatio sufficit, quia vicem pupilli obtinet, ut pupilli ancilla fiat libera mulier, quæ se servo ejus conjunxit. nam & ita in distrahendis pignoribus tutoris denunciatio sufficit, *l. debitoribus, 12. C. de adm. tut.* & in litibus inferendis, *l. 2. C. Si ex plur. tut. vel cur.* & in inhibendo, ut opinor, vicini opere novo. Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 16.*

4. *Mulier etsi [5]tamen ei, quæ se servo conjunxerit*] Videtur quod deest ita debere repleri. *Mulier etsi deferre non possit, tamen &c.* Ex EODEM *dict. loc.* Recepit hoc in contextum Rittershusius, ac uncis inclusit. Ego supplementum Cujacii, utut valde probem, non tamen ita hoc evidentis esse puto veritatis, ut in contextum admitti debeat. SCHVLTING.

5. *Procurator, & filiusfamilias, & servus, &c.*] Faciunt ancillam patris vel domini, quod in filiofam. & servo certissimum est, in procuratore dubitari poterat, propterea, quod per liberam personam nobis adquiri non solet: sed ut domino competit interdictum. Quod vi aut clam, si procurator opus novum facientem prohibuerit, *l. si procurator, 17. de no. op. nunt. l. 3. in pr. quod vi aut clam. l. 72. de procur.* ita in servitutem recte petit ingenuam mulierem, quæ non paruit procuratoris sui denuntiationibus. Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 16.* Adeoque hæc denunciatio non est actus legitimus, qui alieno ministerio perfici nequit. Aliud vult Pet. Faber *Semest. lib. II. c. ult.* SCHVLT.

10. Si

5. [10]Si peculiari servo filiifamilias libera se mulier conjunxerit, nulla discretione paternae voluntatis, [11]jure solemni decurso, adquiret ancillam.

6. [12]Liberta sciente patrono alieni servi secuta contubernium, ejus, qui denuntiavit, efficitur ancilla.

7. [13]Liberta si ignorante patrono servo se alieno conjunxerit, ancilla patroni efficitur, ea condicione, ne aliquando ab eo ad civitatem Romanam perducatur.

8. [14]Filiifamilias servo, quem ex castrensi peculio habet, si se ingenua mulier conjunxerit, ejus denunciatione efficitur ancilla.

9. [15]Filiafamilias, si invito, vel ignorante patre, servo alieno se junxerit, etiam post denunciationem [16]statum suum retinet: quia facto filiorum pejor condicio parentum fieri non potest.

10. [17]Filiafamilias, si jubente patre, invito domino, servi alieni contubernium secuta sit, ancilla efficitur: quia parentes deteriorem filiorum condicionem facere possunt.

11. [18]Liberta servi patroni contubernium secuta etiam post denuntiationem in eo statu manebit: quia domum patroni videtur deserere noluisse.

12. [19]Errore

10. *Si peculiari servo filiifam. &c.*] In pervetusto illo libro erat scriptum, *nulla discione*, pro quo reposui, *nulla discretione*, quia & hoc modo locutus est *lib. IV. tit. 2. nulla discretione sexus.* Sensus autem hic est, peractis a filio denuntiationibus, sive eas fecerit sciente, sive ignorante patre, eum sibi adquirere ancillam peculiarem. nam & ignorantis patris meliorem facere conditionem potest. Ex CVJACIO *loc. cit.*

11. *Jure solemni decurso*] Hoc est, solennitate juris absoluta. Sic *decursis hastis, l. 6. C. de fid. ac jur. hast. fiscal. lib. X. l. 1. Cod. Theod. de fisc. debitorib.* SCHULTING.

12. *Liberta sciente patrono alieni servi secuta contubernium, &c.* Sciente scilicet & permittente. quia in re patronae necessaria est tutoris auctoritas, ut Vlp. scribit *lib. Reg. tit. de tutel.* Ex CVJACIO *dict. loc.*

13. *Liberta, si ignorante patrono servo, &c.*] Non fit ancilla ejus, qui denuntiavit ut se abstineret, ne fiat injuria patrono, erepto jure patronatus. Et nota casum, quo servus] a domino ad justam libertatem perduci non potest, quem addas his, de quibus *l. 9. de man. & l. 17. §. penult. de adil. edict.* Ex EODEM *dict. loc.*

14. *Filiifamilias servo, quem ex castrensi &c.*] Quia scilicet filius familias in castrensi peculio vicem obtinet patrisfam. *l. 2. ad Maced.* nec igitur hoc casu denunciatio patris exigitur, quae exigeretur tamen si servus esset in profectitio vel adventitio peculio filiifamilias. Ex EODEM. *ibid.* In profectitio quoque hoc obtinere indicavit §. 5. ubi id ipse etiam notavit Cujacius: quamvis persecutio juris, quae requiritur §. *pen.* in patris sit potestate. SCHULTING.

15. *Filiafamilias, si invito vel ignorante patre, &c.*] Cum dabatur olim in patrem actio noxalis filiifamilias nomine, ut subindicat *l. 5. §. penult. de obligat. & act.* & idem Paulus hoc ipso libro, *titul. de fur.* indicant & alii plerique loci, fateor, in eo per filium deteriorem condicionem patris fieri potuisse, ut domini per servum, *l. 1. §. quod igitur, D. de vi & vi arm.* videlicet ex maleficio filiifam. quod rem sive patrimonium alterius imminuisset: non ex hac causa, & ideo suum statum retinet, quamdiu pater vivit. mortuo patre, si in eodem contubernio perseveraverit, ancilla efficitur, ut ultima sententia hujus tituli docet. Non potest etiam in aliis plerisque causis per filios deterior fieri condicio ignorantium, *l. 3. §. si filius, Quod quisque jur. l. 5. §. si filius, D. de his quibus ut ind. l. 7. §. ult. D. de pac. dot. l. filiusfam. 22. D. de solut.* Per patres filiorum potest, ut subjicit, & per dominos aeque servorum. Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. c. 16.*

16. *Statum suum retinet*] Unde firmatur, quod Cujacius aliique notarunt *ad §. 4. Inst. de jur. personar.* ut homo liber XX. annis major, qui ad pretium participandum se venumdari passus est, fiat servus, requiri, ut sit sui juris. SCHULTING.

17. *Filiafamilias si jubente patre, invito domino &c.*] Haec est species *l. Lucius, 27. D. depos.* Suam quisque & filiorum suorum deteriorem condicionem facere potest, *l. 46. de pac.* & utique filiorum dum facit deteriorem, & suam quoque. Idem *supr. tit 18 Qui statum*, inquit, *suum in potestate habet, & pejorare eum, & meliorem facere potest.* Ex CVJACIO *ibid.*

18. *Liberta servi patroni contubernium secuta, &c.*] Hic est tertius casus, quo cessat S. C. Claudianum. & ratio ejus, quia non videtur alieni servi contubernium secuta. Ex EODEM *ibid.*

Digitized by Google

12. [19] Errore quae se putavit ancillam, atque ideo alieni servi contubernium secuta est, [20] postea liberam se sciens in contubernio eodem perseveraverit, efficitur ancilla.

13. [21] Si patrona servo liberti sui se conjunxerit, etiam denuntiatione conventam ancillam fieri non placuit.

14. [22] Mulier ingenua, quae se sciens servo municipum junxerit, etiam [23] citra denuntiationem ancilla efficitur. [24] Non idem, si nesciat: nescisse autem videtur, quae comperta condicione contubernio se abstinuit, aut libertum putavit.

15. [25] Libera mulier contubernium ejus secuta, qui plures dominos habuit, ejus fit ancilla, qui prior denuntiavit: nisi forte ab omnibus factum sit.

16. [26] Si mater servo filii se junxerit, non tollit Senatusconsultum Claudianum erubescendam matris etiam in re turpi reverentiam, exemplo ejus, quae se servo liberti sui conjunxerit.

17. [27] Tribus denuntiationibus conventa etsi ex Senatusconsulto facta videatur ancilla; domino tamen adjudicata citra auctoritatem interpositi per

19. *Errore quae se putavit ancillam, &c.*] Quæ errore comperto statim abstinet a tali contubernio, ancilla non efficitur, ut *l. 38. §. iidem Pollioni, & §. seq. Ad leg. Jul. de adult. l. 4. Cod. de inc. nupt.* Quæ non abstinet, errasse non videtur, ut paulo post ait, *Nescisse autem &c.* hic vero est quartus casus. Sequitur quintus. Ex EODEM *dict. loc.*

20. *Postea*] Videtur vel hic, vel mox excidisse, *si.* SCHVLTING.

21. *Si patrona servo liberti sui se conjunxerit, &c.*] In causa est reverentia debita verecundiæ patronali, exemplo matris, quæ se junxit servo filii, de qua similis sententia paulo inferius proponitur. Reverentiam debitam parentibus & patronis S.C. Claudianum non tollit. Ex CVJACIO. *ibid.*

22. *Mulier ingenua, quae se sciens, &c.*] Hoc casu denuntiatio remittitur, quia ejus servi certus dominus non est. Imo ex Juliani constitutione, & hoc casu cessat S.C. Claudianum *l. 9. C. Th. ad S. C. Claudianum*, quod tamen ante cessabat tantum, si servo fisci se junxisset, vel Cæsaris, non si servo civitatis, *l. 8. C. Th. eod.* Ex EODEM. *loc. citat.*

23. *Citra denuntiationem*] Quod & circa actores privatorum obtinuisse videtur aliquando: abrogatur saltem *l. 4. Cod. Theod. d. t.* SCHVLTING.

24. *Non idem si nesciat*] In fiscalium servorum contubernio id non fuisse observatum tradit, & jus illud mutat Imp. Constantinus *l. 3. Cod. Theod. h. t. ad S. C. Claudian.* IDEM.

25. *Libera mulier contubernium ejus secuta, &c.*] Si simul denuntiaverint, communis ancilla est, sin minus, propria ejus, qui prior denuntiavit. Ex CVJAC. *dict. loc.*

26. *Si mater servo filii se junxerit, &c.*] Mater, quæ se conjunxit servo filii, denuntiante filio, ejus non efficitur ancilla, quia etiam in re turpi matri præstanda reverentia est. Idemque de patrona dictum est supra. Ex EODEM. *ibid.*

27. *Tribus denuntiationibus conventa, &c.*] Libera mulier adjudicatione ancilla fit ejus, cujus est servus, cui se invito & denuntiante eo conjunxit. Adjudicatur autem non ipso jure, sed decreto prætoris vel præsidis, quod & Theoph. ostendit in Institutionibus, qui tres denuntiationes etiam solitas fieri docet præsentibus septem testibus civibus Romanis, idque confirmat, *l. 7. Cod. Theod. ad S. C. Claud.* Ex EOD. *ibid.*

27. * *Tribus denuntiationibus*] Et quidem septem testibus civibus Romanis præsentibus, ut docet Vir. Summus, & interpretatio *l. 2. Cod. Theod. dict. tit.* ac Theophilus *ad tit. Inst. de succession. sublat. &c.* Quamvis vero non ubivis hoc observatum fuisse indicet *l. ult. Cod. Theod. dict. tit.* quæ id a provincialibus observari jubet, non tamen in *l. 1. dict. tit.* putem aliquid derogari juri veteri, quod volebat Eruditissimus Jac. Gothofredus: quamvis illic ejus rei non fiat mentio: quod nec erat opus, cum distinctio tantum poneretur inter mulieres vim passas, & quæ libera voluntate honestatis immemores erant. Tarde vero hic procedi gravitas rei volebat: & alibi quoque in usu trinæ sunt denuntiationes, *tit. 5. §. 1. tit. 23. §. 3. l. 33. §. 1. D. de re judicat. Novell. 117. cap. 15. §. 2.* Sed Justinianus hoc S.C. plane sustulit, *2. C. de S. C. Claudian. toll.* SCHVLTING.

28. *Præsi-*

per [28] Praesidem decreti non videtur: ipse enim debet auferre, qui dare potest libertatem.

18. [29] Filiafamilias, mortuo patre, si in servi contubernio perseveraverit, [30] pro tenore Senatusconsulti Claudiani [31] conventa efficitur ancilla.

28. *Praesidem*] Al. *Praetorem.* RITTERSHVS. Ita est in ed. Genev. eIↃ IↃ LXXXVI. sed in Observationibus Cujacii, unde haec hausta sunt, scriptum est *Praesidem.* Sane in Vrbe Praetorem, in provinciis Praesidem id egisse est verisimile: & forte scripserat Paulus, *Praetorem aut Praesidem.* Conjunguntur hi passim. SCHVLTING.

29. *Filiafamilias, mortuo patre, &c.*] Vivo patre statum suum retinet, ut dixit supra. Et nihil praeterea sub eo titulo erat scriptum. Ex CVJACIO, *dict. lib. XXI. cap. 16.*

30. *Pro tenore Senatusconsulti*] Sic idem Paulus in *l. pen. D. ad l. Aquil.* dicit, *pro tenore legis Aquiliae.* RITTERSHVS.

31. *Conventa*] Ipso enim jure statum non mutat, *§. prae.*

TITVLVS XXI. B.

[1] *De Dotibus.*

1. [2] Dos aut antecedit, aut sequitur matrimonium: & ideo vel ante nuptias, vel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data [3] earum exspectat adventum.

INTERPRETATIO. *Dos dicitur, quae a* [4] *parte sponsarum viris datur: quae tamen potest aut ante nuptias, aut post nuptias dari.*

• [5] Mutus, surdus, caecus dotis nomine obligantur: quia & nuptias contrahere possunt.

• Manente matrimonio non perditurae uxori ob has causas dos reddi potest; ut sese suosque alat; ut fundum idoneum emat; ut in exilium, ut in insulam relegato parenti praestet [6] alimonia; aut ut egentem virum, fratrem, sororemve sustineat. LEX EST LXXIII. D. DE JVR. DOT.

2. [7] Lege Julia de adulteriis cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

Non indiget interpretatione.

1. *De dotibus*] Forte & de re uxoria in sequentibus egerat Paulus: de qua quoque titulum fuisse in libris ipsius Responsorum patet ex interpretatione *l. 2. Cod. Theod. de repud.* SCHVLTING.

2. *Dos aut antecedit, aut sequitur matrimonium, &c.*] Dos datur post nuptias: datur & ante nuptias. Sed nuptiis non secutis, cendicitur: quod in Pandectis multis in locis expositum est. Sub hoc titulo Paulum etiam tractasse de retentionibus, quae ex dote fiunt Anianus scribit in *l. 2. C. Th. de dotibus.* CVJAC.

3. *Earum exspectat adventum*] Adeoque & fructus antea percepti non cedent lucro viri, sed dotem augebunt, *l. 38. §. 12. & ult. D. de usur. l. 7. §. ult. l. 47. D. de jur. dos. l. 6. D. solut. matrimon. dos quemadmod. pet.* SCHVLTING.

4. *Parte*] Al. *patre.* RITTERSHVS. Sic Sich. sed rectius in marg. *parte*: a parte enim mulieris dos semper est danda, sed non etiam a patre. SCHVLTING.

5. *Mutus &c.*] Ordinem eumdem sententiarum servat ed. Aurelian. Ritt. haec habet post §. 2.

6. *Alimonia*] Sic & Paulus loquitur *l. 4. D. de adgnoscend. & alend. liber.* edd. vett. *alimentiam.*

7. *Lege Julia de adulteriis cavetur, &c.*] Haec lex, quae vetat alienari fundum dotalem invita uxore, vulgo lex Julia de fundo dotali appellatur. Cucumtem hic de adulteriis inscribatur, expostuimus in Notis *ad lib. II. Institut. tit. quibus alien. lic. vel non.* CVJAC. Auctoritas haec expressa non sinit, ut prohibitionem hanc alio referamus: & Jac. Gothofredus, qui legi Juliae & Papiae jus hoc adscripserat, ad illam legem *cap. 20.* inde recedit in notis, motus etiam inscriptionibus legum, *l. 2. l. 6. l. 12. l. 13. l. 14. D. de fund. dotal.* SCHVLTING.

TITVLVS XXII.

De Pactis inter Virum & Vxorem.

1. [1]Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni ejus, quo factum est divortium.

INTERPRETATIO. *Fructus agri dotalis manente conjugio ad maritum pertinent. Sed & [2] illius anni, quo matrimonium divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est.*

2. [3]Omnibus pactis stipulatio subjici debet, [4]ut ex stipulatu actio nasci possit.

[5]*Interpretatione non indiget.*

1. *Fructus fundi dotalis constante matrimonio, &c.*] Dotis fructus ad maritum pertinent ex die nuptiarum, si ante nuptias data sit dos, vel ex die traditæ dotis in diem soluti matrimonii. Igitur novissimi anni fructus dividuntur pro rata ejus temporis, quo stetit matrimonium, *l. cum in fundo, 72. §. divortio, D. de ju. dot. l. fructus, 7. §. Papinianus. l. si alienam, 11. l. si marito, 31. §. ult. D. sol. matr. l. 1. §. sed & novissimi, C. de rei uxor. ac.* Hinc quæritur apud Papinianum in hac specie, quemadmodum divisio facienda sit: Kalend. Octobr. contractum matrimonium, & vinea tradita dotis nomine, eodemque tempore vindemia facta est, mox locata ex Kalend. Novemb. & solutum matrimonium in fine mensis Januarii. Et Papinianus eorum tantum opinionem rejicit, qui viro dabant integros vindemiæ fructus, & mercedis quartam partem: & cum tertia parte anni steterit matrimonium, pro rata ejus temporis censet ex vindemia dari oportere viro tertiam partem, æque ex quarta parte mercedis marito debitæ, tertiam partem. Denique confusa vindemia, & mercedis quarta, eadem ratione tertiam ex ea pecunia portionem marito Papinianus dat. Igitur si vindemia sit XII. merces XII. marito dat quinque: si vindemia XXIV. merces XII. novem: si vindemia XII. merces XXIV. sex. Quod si anno stetisset matrimonium, eadem ratione in primo casu marito dabit XXIII. secundo XXXV. tertio, XXXIV. si sex mensibus; primo casu VIII. sup. secundo XIV. sup. tertio XI. Hoc vero etsi apertissimis verbis Papinianus proposuerit, ingeniosi quidam non admittunt. Et cum quatuor mensibus stetit matrimonium, primo quidem casu alii IV. alii III. marito dant: atque adeo sic marito nihil omnino prodest locatio. Nam si vindemiam ipse duntaxat collegerit, omnimodo IV. habiturus est. Secundo casu alii dant V. alii IV. Sic igitur marito locatio obfuerit. Nam si vineam non locasset, ex fructibus habuisset prorsus VIII. Tertio casu alii dant VII. alii VI. Sic igitur solis fructibus perceptis, qui quatuor abstulisset, ei locatio fructibus altero tanto major I. aut II. tantum adjiciet. Quod totum ineptum & vitiosum est. Id etiam imperite quidam, exempli gratia, in secundo casu inter VIII. & IV. ne vel ex fructibus solis, vel ex mercede sola tertiam partem maritus habeat, medium exquirentes, Geometricum modum se statuere profitentur, inter VIII. & IV. collocant V. quo nihil alienius est a proportione Geometrica, quæ id omnino exigit, ut inter numeros eadem sit ratio proportionis. Non est vero eadem ratio V. ad VIII. atque ad IV. Igitur non est Geometricum temperamentum. Nec sane inter VIII & IV. ex arte dari ullum medium potest. Hi enim numeri sunt plane dissimiles; inter quos nullus est medius numerus proportionalis. Quod si adhuc consulantur hac in re ea, quæ *περὶ ἀρίθμων λογικῶν* tradita sunt, & medius aliquis numerus conquiratur is sane amplior erit quinario. CVJ. Eadem de re aliquid habet Cujacius ad *Exodor. lib. IV. tit. 30. & ad l. 7. §. 1. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat. ad Papinian.*

2. *Illius anni*] Non totius, sed pro rata temporis.

3. *Omnibus pactis stipulatio subjici debet, &c.*] Pactis etiam ex continenti factis stipulatio subjicitur, ut ex stipulatu actio competat: cujus rei exempla in Pandectis sunt infinita. Animo autem, & conclusione tractatus pactum discerpitur a stipulatione. CVJ.

4. *Ut ex stipulatu actio nasci possit*] Quam ex pacto non nasci tradidit *tit. 14. §. 1.*

5. *Interpr. non indiget*] Ita Sich.

TITV-

TITVLVS XXIII.

De Donationibus inter Virum & Vxorem.

1. [1]Mortis causa donatio est, [2]quae impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli.

2. [3]Manumissionis gratia inter virum & uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe [4]quod nemo ex [5]hac fiat locupletior. Ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur.

INTERPRETATIO. *In conjugio* [6]*haec sola donatio ex hac lege permittitur, ut mancipia sibi invicem, quae manumittant, non quae habeant, donare possint.*

3. [7]Inter virum & uxorem nec per interpositam personam [8]donatio [9]fieri potest.

4. [10]Inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest.

5. [11]Si

1. *Mortis causa donatio est, &c.*] Quia mortis causa donatio inter virum & uxorem non est prohibita, ideo hic definitur donatio causa mortis, ut sit ea, quae fit propter mortis suspicionem, nec nisi mors donatori contingat, confirmatur, §. 1. *de donat.* CVJAC.

2. *Quae impendente metu mortis fit &c.*] Et expressa tali conditione, *lib. III. tit. 7. §. 1. l. 42. §. 1. D. de mort. caus. donationib.* Haec vero donatio inter conjuges est licita; quia fit in casum, quo solutum erit matrimonium, *l. 9 §. ult. l. 10. D. h. t.* etiam cum socer donat nurui in casum mortis filii, *l. 11. D. de mort. caus. donationib.* quae lex est ex Vlpiani *ad Edictum* libro XXXIII. ubi de donationibus inter conjuges tractavit, *confer. l. 33. D. h. t.* Non idem, si socer donet nurui, ut illa habeat, si ipse moriatur, quoniam id potest vivo utroque conjuge fieri, *l. 39. D. h. t.* SCHVLTING.

3. *Manumissionis gratia inter virum, &c.*] Inter virum & uxorem donatio manumissionis causa non est prohibita, *l. quod autem, 7. §. ultim. D. de donat. inter virum & uxorem.* Idque Paulus ait receptum esse favore libertatis; & mox se corrigens, vel certe, inquit, quod nemo ex hoc fiat locupletior, & recte: Nam ea tantum donatio jure civili prohibita est, ex qua is, cui donatur, fit locupletior. Donato autem servo manumissionis causa, non fit locupletior. Nam eo demum tempore servus donatarii efficitur, quo incipit manumitti: nec quod libertum adquirat, ideo videtur locupletior fieri, ut & circa S. C. de petitione hereditatis auctores nostri interpretati sunt, *l. nemo prudo, 126. §. 1. D. de div. reg. jur.* Pertinet enim ea lex tota ad S. C. de petitione hereditatis, ut ex inscriptionibus P. Faber acute collegit, & nobis indicavit, CVJAC.

4. *Quod nemo ex hac fiat locupletior*] Eadem ratione & ad sepulturam donatio valet, *l. 1. §. 2. D. h. t.* SCHVLTING.

5. *Hac*] Sich. *haec.* ut referatur ad manumissionis verbum. Potest tamen etiam ad donationem referri. RITTERSHVS. Edd. aliae habent *haec.* sed edd. cum Interpp. Cujacii *hoc.*

6. *Haec sola*] Imo & plures aliae, ubi talis est ratio.

7. *Inter virum & uxorem nec per interpositam personam, &c.*] Nec per se conjunx conjugi, nec per interpositam personam donare potest, *l. 3. §. non tantum autem, D. de donat. int. virum & uxor.* quo in loco Pandectae Florentinae mutilae sunt orationis membro uno. CVJAC. Et videntur quoque Graeci in *l. 3. §. 9. D. h. t.* ita legisse, *non possunt: sed nec per interpositam personam*, dum ita reddunt sensum illius §. Τὰ κεκωλυμένα πρόσωπα οὔτε διὰ παρενθέτου δύναται δωρεῖσθαι. Similis locutio *l. quicunque, Cod. Theod. de his quae administratoribus. l. 28. Cod. Theod. de haretic.* SCHVLTING.

8. *Donatio fieri*] Qui l. non recte interpo. *nec venditio.* RITTERSHVS.

9. *Fieri potest*] Sich. *hac lege permittitur fieri posse:* quae redolent Interpretem. SCHVLTING.

10. *Inter virum & uxorem contemplatione, &c.*] Si nummo uno conjunx conjugi fundum vendiderit, sed etsi fundum dignum centum, quinquaginta vendiderit donationis causa, venditio nulla est: quippe cum sit facta in fraudem juris, quo inhibentur donationes inter virum & uxorem, *l. si sponsus, 1. §. circa, D. de donation. inter vir. & uxorem.* CVJAC.

11. Si

5. [11] Si inter virum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum est, ad eum res redit, qui donaverat.

INTERPRETATIO. [12] *Superstite eo, qui matrimonii tempore donaverat, ante decedente, cui fuerat donatum, id quod donatum est, penes donatorem remanet.*

INTERPRETATIO alia. [13] *Si manente conjugio vir uxori, vel uxor marito aliquid donaverit, si is, cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem ea, quae donata fuerant, remanebunt.*

* Quod si simul, tam is, cui donatum est, quam is, qui donaverit, quaestionis decidendae gratia, [14] magis placuit, valere donationem: eo maxime, quod donator non supervivat, qui rem condicere possit. Ex LEGE VIII. D. DE REB. DVB.

6. [15] Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum & uxorem donatio facta est, morte secuta [16] convalescit.

INTERPRETATIO. *Si inter maritum & uxorem* [17] *matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solemnitas custoditur:* ILLVM AGRVM, AVT ILLAM DOMVM [18] TE MALO HABERE, QVAM ME: TE QVAM HEREDES MEOS.

* Si

11. *Si inter virum & uxorem donatio facta fuerit, &c.*] Hoc est ex oratione Divi Severi, ut si conjugum prior decesserit is, qui donatum accepit, donatio non valeat. Non enim mors donatarii, sed mors donatoris hanc donationem confirmat, *l. cum hic status, 32. §. si ambo, D. de donat. inter. vir. & uxorem.* Excipienda tamen est species *leg. si sponsus, 5. §. sed si ipsa fuerit, D. eod.* Extat haec Pauli sententia in *l. si inter, 8. de reb. dub.* Vulgo tamen ejus quaedam interpretatio vetus hoc loco circumfertur, pro ipsius Pauli verbis. IDEM. In his repraesentandis Cujacium in edd. cum ipsius Interpp. sequor. Sed vellem Vir Summus verbulo indicasset, an in libris antiquis hanc sententiam reperisset. Pauli ipsius esse constat ex *l. 8. D. de reb. dub.* Et tamen haec verba non habet Sichardus: & ipse Cujacius in ed. Lugd. ch Io LXVI. ea omisit: & interpretationem priorem, tamquam Pauli ipsius verba continentem, exprimi curavit, quod servatum in edd. Par. & Genev. & Aurelian. Verum cum in Pandectis genuina habeamus Pauli verba, si & illa, quae mox, ut interpretatio, his subjecta sunt, Pauli essent, Paulus idem bis dixisset: & secundo loco esset locutus non appositе: non enim decedente prius donatario res penes donatorem remanet, ut illic dicitur: sed ad donatorem redit, ut recte hic loquitur Paulus: est enim jam penes donatarium. Rittershusius haec eadem verba ex *l. 8. D. de reb. dub.* iterum in sequentibus repraesentaverat, ut & reliqua, quae nos sola statim exhibebimus. SCHVLTING.

12. *Superstite eo, &c.*] Sich. ponit pro verbis Pauli. Cujac. pro verbis Interpretis. RITTERSHVS.

13. *Si manente, &c.*] Addeuntur in Formulis Sirmondicis secundum legem Romanam *cap. 17.*

14. *Magis placuit*] Ipsa alioquin oratio, qua donationes hae morte donantis confirmantur, de commorientibus non sensit, *l. 32. §. 14. D. h. t.* itaque aliunde id colligendum est. SCHVLTING.

15. *Quocunque tempore contemplatione mortis, &c.*] Inter virum & uxorem quocumque tempore facta donatio causa mortis non statim dominium transfert, sed donatoris morte insecuta convalescit & plerumque resurrit ad id tempus, quo interposita est, *l. sed interim, 21. D. de donat. inter vir. & uxor. l. 40. D. de mort. caus. donat.* CVJAC.

16. *Convalescit*] Jure novo hic distinxit Justinianus *l. 25. C. h. t.*

17. *Matrimonii tempore*] Non sunt in nonnullis codicibus, teste Sichardo.

18. TE MALO HABERE, *&c.*] Lego, ME MALO HABERE, QVAM TE: TE QVAM H. M. *arg. l. 1. & l. 31. §. 2. sed mortis. D. de mort. caus. donat.* RITTERSHVS. Rittershusii emendationem sensus exigit: an non enim donans malet ipse vivere, & habere sibi quod donat? Sed error est vetus, & quem etiam secutus est auctor Formularum Sirmondicarum *dict. loc.* & similis inepta locutio apud eumdem occurrit alia occasione *cap. 4. & cap. 20.* Ex bono autem fonte haec hausit Interpres: & ipso forte Paulo, cujus verba hoc loco intercederint. SCHVLTING.

Digitized by Google

* Si quis uxori ea condicione donavit, ut, quod donavit, in dotem accipiat, defuncto eo, donatio convalescit. LEX EST LIX. D. HOC TITVLO.

*TITVLVS

De Actione rerum amotarum.

1. Mulier, si in rem viri damnum dederit, [2] pro tenore legis Aquiliae convenitur. LEX EST LVI. D. AD LEG. AQVIL.

1. *De actione rerum amotarum*] Rittershusius hanc sententiam collocarat ad finem tituli praecedentis: ubi tamen illa locum habere non potest. Nec de lege Aquilia in hoc libro egit Paulus, sed in primo. Puto Paulum his verbis indicasse discrimen inter furtum, de quo viro in uxorem non datur actio, sed tantum post solutum matrimonium rerum amotarum: & damnum injuria datum, de quo legis Aquiliae actio, ut quae nihil habeat turpitudinis, semper datur. SCHVLTING.

2. *Pro tenore legis Aquiliae*] Sic *sit. 22. A. §. ult.* dixit, *pro tenore S. C. Claudiani.*

TITVLVS XXIV.

De Liberis agnoscendis.

1. [1] Si serva conceperit, & postea manumissa pepererit, liberum [2] parit.

2. [3] Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis expoſcit.

3. [4] Si ancilla conceperit, & medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt.

4. [5] Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicommissi manumitti debuit, [6] si [7] post moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur.

IN-

1. *Si serva conceperit, & postea manumissa pepererit, &c.*] Vt partus liber sit, sufficit matrem fuisse liberam eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit, *l. & servorum, 5. §. ingenui. D. de stat. hom.* CVJAC.

2. *Parit*] Miror Rittershusium hic etiam habere post Sich. illa, *id enim favor libertatis extorsit*, quamvis uncis inclusa: aperte enim id falsum est, cum id sit ex regula, quam habet Cajus *Inst. lib. 1. tit. 4. §. ult.* & Cujacius ad §. 2. innuere videtur, illa a MSS. abesse, & recte omisit. SCHVLTING.

3. *Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, &c.*] Liber est partus, si mater libera conceperit, licet ancilla pepererit, idque favorem libertatis expoſcere ait: quoniam ex regula juris tradita ab Vlpiano in *fragment. tit. 5.* certe partus liber non est. Haec eadem favoris libertatis ratio subdita perperam est superiori sententiae in libris excusis. Illa enim sententia ex regula juris, haec favore libertatis contra regulam juris inducitur. CVJAC.

4. *Si ancilla conceperit, & medio tempore, &c.*] Hanc quoque sententiam favor, qui libertatibus exhibetur, extorsit. Sufficit ergo partui liberam matrem vel medio tempore habuisse, licet ancilla conceperit, pepererit que, *l. & servorum. 5. ad fin. D. d. stat. hom.* IDEM.

5. *Ex ea muliere natus, &c.*] Qui nascitur post moram fideicommissariae libertatis matri factam, liber & ingenuus nascitur, *l. 1. §. quari, D. de suis & legit. her. l. si quis rogatus, 53. D. de fideic. lib. l. 3. C. eod.* Emendavi *post moram*, cum hic antea legeretur, *per moram.* IDEM.

6. *Si post moram*] Sic omnes edd. a Cujacio profectae, hoc est, ex quo mora libertati facta est, ut dicitur *l. 26. §. 1. vers. quod igitur, D. de fideicommissar. libertatib.* & sic *post moram factam* dixit Africanus *l. 8. D. de eo quod cert. loc. dar. oport.* & ipse Paulus noster *l. ult. D. eod. tit.* & Vlpianus *l. 1. §. 3. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* ut Rittershusio causa non fuerit id

INTERPRETATIO. *Si ea mulier, quae per fideicommiſſum manumitti juſſa eſt, fideicommiſſario in praeſtanda libertate, quae ei mandata eſt, moram faciente peperit, qui natus eſt, ingenuus naſcitur: quia fideicommiſſarii tarditas ingenuitati ejus obeſſe non poterit.*

5. [8]Si mulier divortio facto gravidam ſe ſciat, intra triceſimum diem viro denuntiare debet, vel patri ejus, ut ad ventrem inſpiciendum obſervandumque cuſtodes mittant: [9]quibus miſſis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoſcere.

INTERPRETATIO. *Si quaecunque mulier matrimonio per divortium diſſoluto praegnantem ſe eſſe ſenſerit, & hoc in notitiam mariti vel patris ejus detulerit, ut ad inſpiciendum vel obſervandum ventrem ſuum cuſtodes mittant: quos dum miſerint, partum mulieris, id eſt, nativitatem ſui heredis compelluntur agnoſcere.*

6. [10]Si praegnantem ſe eſſe mulier non denuntiaverit, vel cuſtodes ventris miſſos non admiſerit, liberum eſt patri vel avo natum non alere. Ceterum negligentia matris, quo minus ſuus patri heres ſit, obeſſe non debet.

INTERPRETATIO. *Si poſt divortium praegnantem ſe mulier marito non indicaverit, vel cuſtodes ad obſervationem ventris miſſos cuſtodire non permiſerit, poteſt pater vel avus eum, qui natus fuerit, non nutrire. Sed negligentiam matris ſtatutum eſt ei, qui natus eſt, in ſucceſſione patris nocere penitus non debere, quin poſt mortem patris ſine dubio [11]in hereditatem ſuccedat.*

7. [12]Si mulier ſe ex viro praegnantem [13]negat, permittitur marito ventrem inſpicere, & ventri cuſtodes dare.

8.[14] Ven-

improbandi, & poſt Sichardum edendi, *per moram.* SCHVLTING.

7. *Per moram*] Cujacius *poſt*, quod non probo. RITTERSHVS.

8. *Si mulier divortio facto gravidam ſe ſciat, &c.*] Ex S. C. Planciano de liberis agnoſcendis, ſi divortio facto mulier ſe putet praegnantem eſſe, denunciare id debet intra dies XXX. a divortio connumerandos, vel ipſi marito, vel patri, in cujus poteſtate eſt, ut cuſtodes mittant: quibus, inquit, miſſis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoſcere. Sed hoc pugnat cum *l. 1. §. quemadmodum, D. de agn. & al. lib.* niſi dicas interim eos cogi omnimodo partum alere, ceterum eis adhuc in integro eſſe, partum editum ex ſe negare. CVJAC.

9. *Quibus miſſis*] Imo, non miſſis, *l. 1. §. 12. & 15. D. h. t.* Miſſis cuſtodibus, vir non cogitur partum adgnoſcere, *d. l. 1. §. 6. & 11.* unde exiſtimo Paulum ſcripſiſſe *non miſſis*: quamvis affirmative haec legerit & Anianus, ut erratum ſit antiquum. Diſtinctionem nullam patitur verbum *omnimodo.* SCHVLTING.

10. *Si praegnantem ſe eſſe mulier non denuntiaverit, &c.*] Si mulier omiſerit denuntiationem, vel ſi cuſtodes non admiſerit, non cogitur maritus, vel pater, in cujus poteſtate eſt, partum agnoſcere & alere, niſi vere filius fuerit. Ceterum filius natus ſuum ſe dicere poteſt, *l. 1. § ſed ſi maritus, & §. idem per contrarium, D. de agn. & al. lib.* nec enim debet negligentia matris filio praejudicare. CVJAC.

11. *In hereditatem*] Haec ed. Genev. ſola habet, & Rittershuſiana.

12. *Si mulier ſe ex viro praegnantem negat, &c.*] Ex reſcripto Divorum fratrum, ſi divortio facto mulier negat ſe eſſe praegnantem, mittuntur tres obſtetrices ventris inſpiciendi cauſa: quae ſi plenum videri renuntiaverint, ventri cuſtodes apponuntur, *l. 1. D. de inſp. vent. cuſtodiendoque par.* CVJAC.

13. *Negat*] Poſt divortium: idque odio mariti fieri poteſt, dum mulier vult illum liberis fraudare: quo animo & partus abacti mentio eſt in *l. 4. D. de extraordinar. criminib.* ac ſimili modo huc forte pertinet quod memoratur mulier viſceribus ſuis vim intuliſſe, ut partum abigeret *l. 8. D. ad D. Cornel. de ſicar.* ſaltem eſt fragmentum illud ex Vlpiani libro XXXIII. *ad edictum.*, ubi de divortiis eorumque conſectaneis egit, *conf. l. 39. D. de jur. dot. l. 22. l. 52. D. ſolut. matrimon. des quemadmod. petat. l. 11. D. de action. rer. amotar. l. 3. l. 5. D. de bon. damnator.* SCHVLTING.

14. *Pinter*

Digitized by Go

8. [14] Venter inſpicitur per quinque obſtetrices: & quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habetur.

INTERPRETATIO. *Quoties de muleris praegnatione dubitatur, quinque obſtetrices, id eſt,* [15] *Medicae ventrem jubentur inſpicere: & quod plures ex ipſis ſe agnoviſſe dixerint, hoc certiſſimum judicatur.*

9. [16] Obſtetricem, quae partum alienum attulit, ut ſupponi poſſit, [17] ſummo ſupplicio affici placuit.

[18] *Hæc interpretatione non indiget.*

[19] Necare videtur non tantum is, qui partum [20] perfocat: ſed & is, qui [21] abjicit, & qui [22] alimonia negat, & is, qui publicis locis [23] miſericordiae cauſa exponit, quam ipſe non habet. LEX EST IV. D. DE AGNOSCEND. ET ALEND. LIBER. &c.

14. *Venter inſpicitur per quinque obſtetrices &c.*] Si mortuo marito mulier dixerit ſe eſſe prægnantem, his, ad quos ea res pertinet, ex edicto prætoris denunciari oportet, ut mittant, quæ ventrem inſpiciant. Mittuntur autem non tres, ut in ſuperiore ſpecie, ſed quinque obſtetrices: & quod tres renuntiaverint, pro vero habetur, *l. 1. §. de inſpiciendo, D. de inſpicien. vent.* Hic non male Anianus obſtetrices, medicas interpretatur: nam & eæ medicinam exhibere videntur, *l. 1. §. ſed & obſtetrices, D. de extr. cogn.* CVJAC.

15. *Medicae*] Sic feminæ Medicæ mentio *l. 1. §. 5. C. de commun. ſerv. manumiſſ.* & in Inſcriptionibus Gruteri *p.* CCCXII. 4. Is CXXXV. 9. & *p.* Is CXXXVI. 1. plura habet Merillius *Obſervation. lib. V. cap. 21.* SCHULTING.

16. *Obſtetricem, quae partum alienum attulit, &c.*] Non tantum mulier, quæ partum ſuppoſuit, ſed etiam obſtetrix, quæ ei partum alienum attulit, capitali judicio tenetur, *l. 2. D. de Carb. edict.* CVJAC.

17. *Summo ſupplicio*] Cauſa hæc ſuppoſiti partus dicitur capitalis *l. 1. C. ad leg. Cornel. de falſ.* Ipſa quidem hæc pœna non exprimitur *in l. 2. D. de Carbonian. edict.* quem locum Cujacius adducit: at crimen illud morte plecti ſcribit Philoſtratus de *vit. Apollon. Tyaneuſ. lib. II. cap. 29.* ubi de illo, qui nummos adulteravit, ſcribit, ἀποθνήσκειν λυτὸν, νόμισμα εἴ τις παρεγγράψειεν. *illum mortè plecti, & ſi quis infantem ſuppoſuerit.* Sæpius hoc eſſe factum a liberis mulieribus ſterilibus, ut partu tali maritos retinerent, ſcribit Dion Chryſoſtomus *Oration. XV. p. 237.* SCHULTING.

18. *Hac interpretatione non indiget*] Ex Sichardo.

19. *Necare videtur non tantum. &c.*] Veriſſimum hoc Pauli, ut viri gravis, boni, & ſapientis effatum: idque verum tam de nondum ſuſceptis, quam jam ſuſceptis, pro more veteri. Non tamen tempore Pauli etiam vim juris hoc præceptum habuit, cum liberos recens natos exponere vulgatum eſſet: ut ſate docuerunt Eruditi Viri ad Tertulliani Apologeticum & Minucium Felicem: nec non Jac. Gothofredus ad *l. 2. Cod. Theod. de infantib. expoſit.* quique noviſſime ex profeſſo hunc locum illuſtravit, Ger. Noodt *Jul. Paul. cap. 2.* quorum diligentiæ ineptum foret aliquid ſuperaddere. Simili vero modo Imperator Hadrianus tutorem, qui per triennium pupillo alimenta non præſtiterat abſque juſta cauſa, alloquitur, *propter hoc ergo datus es, ut fame pupillum enices?* referente Doſitheo. SCHULTING.

20. *Perfocat*] Edd. vett. *prafocat*, ut Ovidius *in Ibim verſ. 558.*

Prafocent animæ Gnoſia mella viam. IDEM.

21. *Abjicit*] M. Seneca *lib. IV. Controverſ. 33.* ita loquitur. *Atque etiam vernulas, aut omine infauſto editos, aut corpore invalidos abjiciunt.* Antea dixerat, *projiciunt:* quomodo *l. 1. Cod. Theod. de expoſit.* dicitur, *projectam de domo.* IDEM.

22. *Alimonia*] Sic *l. 73. D. de jur. dot.* quæ lex eſt ex hoc ipſo libro. Atque hæc lectio Florentina melior, quam antiqua, *alimoniam.* IDEM.

23. *Miſericordia cauſa exponit, quam ipſe non habet*] Tertullianus gentiles ita alloquitur, *Apologetic. cap. 9. Filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua praetereunte miſericordia extranea. & ad Nationes lib. 1. cap. 16.* ita. *In primis cum infantes veſtros aliena miſericordiæ exponitis.* Et Minutius Felix *Octav. Etiam domi natos aliena miſericordia frequenter exponitis.* Poſtea vetitum non tantum infantem occidere, atque adeo quoque recens natum, ſub pœna capitis *l. 8. C. ad leg. Cornel. de ſicar.* ſed & exponere prohibitum, *l. 2. C. de infantib. expoſit.* ubi per animadverſionem conſtitutam intelligi videtur pœna capitis, cujus mentio fuerat *d. l. 8.* Utraque lex eorundem eſt Imperatorum, & d. lex 2. exiguo tantum tempore poſterior. Quod odoratus eſt V. C. Juſtus Lipſius, pleniusque adſtruxit is, qui in hoc argumento egregie deſudavit, Ger. Noodt *Jul. Paul. cap. 9.*

*TITVLVS

[1]*De [2]Adoptionibus.*

*1. Adoptare quis nepotis loco potest, etiamsi filium non habet.

2. Eum, quem quis adoptavit, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest adoptare. LEX EST XXXVII. D. HOC TITVLO.

1. *De adoptionibus*] Hunc titulum hic posuimus, eumque & apud Paulum olim hic exstitisse vel inde colligitur, quod de nuptiis, sive primario adquirendæ potestatis patriæ modo, jam sit actum: & modi potestatis patriæ tollendæ mox sequantur; nec hunc modum ejus adquirendæ ab eo omissum fuisse hæ sententiæ evincant. In Edicti quoque perpetui interpretatione hoc ipso in loco Paulus de adoptionibus quædam tradiderat, *confer l. 6. & l. 23. D. h. t.* quæ fragmenta sunt ex libro XXXV. *ad Edictum*, secundum cujus seriem hos quoque libros concinnavit: & in illo ipso libro XXXV. latius exposuit materiam, quam hic brevius enarravit, *confer l. 7. D. de sponsalib. l. 2. l. 10. l. 14. l. 16. D. de rit. nuptiar. l. 41. D. de jur. dot. l. 12. l. 14. l. 20. D. de pact. dot. alib. l. 1. l. 3. D. de divort. & repud. l. 191. D. de verbor. signification. l. 48. D. de regul. jur.* SCHVLTING.

2. *Adoptionibus*] Puto hunc deperiisse titulum *De Adoptionibus*, cui subjicio 2. seqq. sentent. ex *l. 37. D. de adopt.* RITTERSHVS.

TITVLVS XXV.

Quemadmodum [1]Filii sui juris efficiuntur.

1. [2]Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio vero reversus tam filios, quam omnia sui juris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

[3]INTERPRETATIO. *Pater de captivitate reversus, & filios in sua potestate recipit, & facultates, & familiam.*

2. [4]Singulae [5]mancipationes vel iisdem, vel aliis testibus fieri possunt: vel eodem die, vel [6]intermisso tempore.

[7]*Interpretatione non eget.*

3. [8]Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

4. [9]Apud

1. *Filii*] Forte hic Paulus & in seqq. mentionem fecerat liberorum, vel eorum, qui in potestate patria sunt, quod mutaverit Anianus, ut feciſſe videtur apud Cajum *Inst. lib. 1. tit. 6.* Sane sub filiis contineri tantum liberos primi gradus notissimum est. De his vero modis egit quoque Cajus *dict. tit.* & ad illum Interpretes satis copiose. SCHVLTING.

2. *Pater ab hostibus captus desinit habere, &c.*] Captivitate suspenditur potius patria potestas, quam solvitur, propter spem postliminii, quo jure omnia pristina jura recipiuntur, §. *si ab hostib. quib. mod. jus pot. sol.* CVJAC.

3. INTERPRETATIO] Est ex ed. Genev.

4. *Singulæ emancipationes vel iisdem, &c.*] Filius tribus emancipationibus, & tribus manumissionibus sui juris fit ex XII. tab. Possunt autem singulæ fieri vel eodem die, vel diversis: & vel iisdem, vel aliis testibus. Hanc igitur sententiam ad solum filium referimus: nam in ceteris liberis una emancipatio sufficit, ut in fragm. Vlpiani ostendit *tit. 23.* CVJAC.

5. *Mancipationes*] Sic edidit Cujac. Lugd. cIↃIↃLXVI. & sic Paris. & Genev. cIↃIↃLXXXVI. idque malui, quam *emancipationes*, quod in aliis legitur. Dixi ad Cajum *Inst. lib. 1. tit. 6. § 3.* SCHVLTING.

6. *Intermisso tempore*] Et sic etiam esse potuit aliquo tempore in potestate ejus, cui mancipatus erat: intra quod si parens fecisset testamentum, & dein manumissus esset filius prima secundave vice, rupit illud testamentum, ut docet Vlpianus *tit. 23. §. 3.* IDEM.

7. *Interpretatione non eget*] Sic Sichard.

8. *Emancipatio etiam die feriato fieri potest*] Vt quocunque loco emancipatio fieri potest, *l. emancipari, 36. D. de adopt.* ita & quocunque die, *l. actus, 2. C. de fer. l. 1. C. Th. eod. tit.* Sed id jure antiquo ipso jure permissum fuisse non videtur, nisi publicæ utilitatis causa, ne semel data libertas evanesceret. Varro *libro V.*

Digitized by Google

4. [9]Apud magiſtratus municipales, ſi habeant legis actionem, emancipari & manumitti poteſt.

5. [10]Filiusfamilias emancipari [11]invitus non cogitur.

bro V. de ling. Latina. Nefaſti, per quos dies nefas fari præterea DO, DICO, ADDICO: *itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur. Quod ſi imprudens id verbum emiſit, aut quem manumiſit, ille nihilominus eſt liber, ſed vitio: ut magiſtratus vitio creatus nihilo ſecius magiſtratus.* CVJAG.

9. *Apud magiſtratus municipales, &c.*] Non omnis magiſtratus municipalis legis actionem habet: & ideo nec apud omnem magiſtratum municipalem emancipationes, vel manumiſſiones fieri poſſunt. Nam ei, apud quem fiunt, ut data ſit legis actio, omnimodo exigimus, *l. 4. D. de adopt. l. ult. C. de emancip. lib.* IDEM.

10. *Filiusfamilias emancipari invitus non cogitur*] Filiumfamilias invitum non emancipari Juſtinianus tradit in *Novel. LXXXIX.* IDEM.

11. *Invitus non cogitur*] Hoc uti certum eſt, ita mirum, quod circa impuberem adrogatum tamen videatur indicari, illum invitum poſſe emancipari: quo enim aliter cognitionem cauſæ, an ſit dignus emancipatione? §. 3. *Inſt. de adoptionib.* Et quo pacto quis incidere poteſt in pœnam promiſſam ab adoptivo patre naturali patri, ſi adoptivus illum, quem adoptabat, emancipaverit, cujus exemplum *l. 132. D. de verbor. obligationib.* quid enim mali, ſi id fiat filio volente? Hæc & ſimilia notavit Bachovius *ad Treutl. Pandectar. p. 262.* Nec male reſpondet, emancipati ſilentium ſufficere: quod tamen ex pudore vel metu reverentiali, adde & iracundiæ timore, originem poteſt habere: imo & blanditiis & dolo induci poſſe, ut conſentiat. Ceteroquin plerumque emancipatio eſt honor, §. 2. *Inſt. per quas perſon. cuiq. adquiris.* & liberalitas, *l. 1. C. de emancipation. liberor.* & inde *mancipatione donare* dicitur parens *l. 6. §. 3. C. de bon. quæ liber.* ſaltem in liberis naturalibus, qui jam ſibi adquirunt, & circa hereditates parentum jus ſalvum retinent ex Edicto Prætoris. Adoptivi vero emancipatione omne jus amittunt, §. 4. *Inſt. de exheredation. liberor. l. 1. §. 6. l. 3. §. 2. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* adeoque per illam lædi poſſunt maxime. SCHULTING.

TITULUS XXVI.

[1]*De Adulteriis.*

* 1. [2]Capite [3]ſecundo legis Juliæ de adulteriis permittitur patri, [4]tam adopti-

1. *De Adulteriis*] Editiones antiquæ & vulgares tres tantum ſub hoc titulo habent ſententias: quas etiam ſolas hic interpretatus eſt Cujacius, qui poſtea multas protulit ex codice Veſontino, & illuſtravit *Obſervation. lib. XXI. cap. 17. & 18.* nonnullas quoque habet Collatio Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 4.* quas omnes hic exhibemus, ordinem optimi illius codicis ſecuti, quem edd. Pariſ. & Genev. & Aurelian. quoque ſervarunt. Rittershuſius tres, quæ hic olim exſtabant, præmiſit, quod non probavimus. Si vero Briſſonius, quando librum ſinum ſingularem *ad legem Juliam de adulteriis* edidit, hæc habuiſſet, capitum legis Juliæ ordinem longe exactiorem conſtituere potuiſſet, quam ipſi tunc licuit. SCHULTING.

2. *Capite ſecundo legis Julia de adulteriis, &c.*] Extat hæc ſententia apud Licininm Ruſinum, ſed mutila prioribus verbis, *Capite ſecundo legis Jul[illegible]e de adulteriis*, quæ tamen apud eundem ex ejuſdem Pauli libro ſingulari de adulteriis integra manſerunt. Quod item eſt, *adulterum cujuſcunque dignitatis*, id eodem libro Paulus confirmat ex Marcell. XXXI. *Digeſt.* his verbis, ut emendavi. *Auctoritate quoque legis patrem poſſe interficere conſularem virum vel patronum ſuum, ſi in filia adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat.* Recte, conſularem: nam conſulem non poteſt *arg. l. 3. §. ultim. D. de recep. qui arbit. rec. l. 11. D. de dolo.* quia nec eum interim, dum magiſtratu fungitur, accuſare poteſt, *l. 24. §. 1. Ad leg. Juliam de adult.* Ex CVJACIO *Obſervation. lib. XXI. cap. 18.*

2. * *Capite ſecundo, &c.*] Hanc cum 5. ſeqq. ſentent. addidi ex lib. Lex Dei *tit. 4.* Prima 6. verba Cujac. ex lib. Veſont. addit XXI. *Obſerv. 18.* & pro *cujuſque* legit *cujuſcunque*: & omittit, *ſua manu.* RITTERSHUS.

3. *Secundo*] Primum caput variis legibus abrogavit, teſte Paulo *libro ſingulari de adulteriis*, relato in dicta Collatione *tit. 4.* SCHULTING.

4. *Tam adoptivo, quam naturali*] Inter hos lex non diſtinguit, *l. 22. pr. D. ad leg. Jul. de adulter.* & tempore Pauli utrique eadem competebat poteſtas: quod in adoptante extraneo mutavit Juſtinianus §. 2. *Inſt. l. 10. C. de adoptionib.* IDEM.

adoptivo, quam naturali, [5]adulterum cum filia, [6]cujuscunque dignitatis [7]domi suae, vel generi sui [8]deprehensum [9]sua manu occidere.

* 2. [10]Filiusfamiliae pater si filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis prope est, ut non possit occidere: [11]permitti tamen ei debet, ut occidat.

* 3. [12]Rursusque capite quinto legis Juliae cavetur, ut adulterum deprehensum viginti horis [13]adtestando vicinos retinere liceat.

* 4. [14]Maritus in adulterio deprehensos non alios, quam infames, & eos, qui corpore quaestum faciunt, servos etiam [15]& liberos, excepta uxore, quam prohibetur, [16]occidere potest.

* 5. [17]Maritum, qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, [18]quia hoc [19]impatientia justi doloris admisit, [20]lenius puniri placuit.

* 6. [21]Oc-

5. *Adulterum cum filia*] Ipsam filiam occidere olim poterat pater jure patriae potestatis, *l. 11. D. de liber. & posthum. hered. instituend.* adeoque ut lex patrem contra filiam gladio accingeret, opus non erat: at lex potestatem volebat dare patri occidendi adulterum: idque non aliter, nisi idem quoque in filiam constitueret: ut docet eleganter Papinianus in eadem Collatione adductus *tit. 4.* IDEM.

6. *Cujuscunque dignitatis*] Itaque nec magistratus, utcunque primae dignitatis, excipitur; ut colligitur ex Pauli libro singulari de adulteriis, cujus verba in eadem Collatione exstant: & de quorum emendatione ibidem agemus, Deo volente. Satis est, patrem talem esse, qui jure patris accusare possit, *l. 24. §. ult. D. h. t.* quod quamvis adversus personas tales durante magistratu exsequi nequeat, *l. 12. D. de accusationib. & inscriptionib.* re ipsa tamen habet: nec haec res judiciarium ordinem exigit. Ita quoque, quamvis praegnans foemina morte plecti non possit, ut docuit Paulus in superioribus *lib 1. tit. 12. §. 5.* non dicerem tamen patri ademptam esse talis filiae occidendae potestatem. qua de re & Quinctilianus avus agit *declamation. CCLXXVII.* in specie viri, qui lege permittente occiderat uxorem adulteram, quae praegnans fuerat: ubi discrimen inter tales, & judicio damnatas exponitur. IDEM.

7. *Domi suae, vel generi*] Non alibi. injuria augetur ex domo, cui mulier reverentiam debuit, *per l. 23. §. 2. D. h. t.* IDEM.

8. *Deprehensum*] De hoc verbo dicemus *ad tit. 31. de furtis, §. 2.*

9. *Sua manu*] Ergo ipse per se indignationem suam debet exsequi; non alteri id demandare.

10. *Filiusfamiliae pater &c.*] Etiam extat apud Licinium Rufinum. & in eo quod ait, *permitti tamen ei debet ut occidat* (sic habet Cod. Vesontinus) temperat quod est scriptum *l. 20. D. eod.* Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. Observation. cap. 12.*

11. *Permitti tamen ei debet, ut occidat*] Ita in codice Vesontino invenit Cujacius *Observation. lib. XXI. cap. 12.* In Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 4.* legitur, *permittitur tamen ei, ut occidat:* quod nimis pugnat aperte cum *l. 20. D. h. t.* ubi Papinianus id non plane negasset filiofamilias patri, si id ipsi permitteretur. Paulus noster quid juris sit, in his verbis non definit; sed quid sit aequum admitti: adeoque temperat quod est scriptum *d. l. 20. ut* Cujacius notavit bene: quomodo alia occasione Ulpianus *l. 15 D. de reb. credit.* aliquid dicit *esse recipiendum.* Pro Paulo vero stat quoque V. C. Petr. Pithoeus ad Collationem ante allegatam *d tit. 4.* SCHVLTING.

12. *Rursusque capite quinto Legis Juliae cavetur &c.*] Hoc latius explicatur *l. 25. D. eod.* Ex CVJACIO *dict. loc.* Et haec sententia codici Vesontino debetur. Verba ipsa legis Juliae habemus in *l. 25. pr. D. h. t.*

13. *Adtestando vicinos*] Lex ipsa dixit, *testandae rei causa:* quo modo an scripserit Paulus, an potius rem ipsam tantum hic exposuerit, in medium relinquo: mallem vero *ad testandos vicinos*, id est, in testimonium vocandos. SCHVLTING.

14. *Maritus in adulterio deprehensos, &c.*] Extat apud Licinium Rufinum, & ex ea patet in *l. 24. eod.* excipiendam esse uxorem, quam marito occidere lex Julia non concedit, ut & Papinianus scripsit lib. sing. de adulteriis. Ex CVJACIO *dict. loc. lib. XXI. cap. 12.*

15. *Et liberos*] Non est in C. Ves. RITTERSHVS. Nec habent edd. Paris. & Aurelian. sed exstant in Genev. Pithoeus tentabat legere *libertos*: etsi inde recedat. Illorum certe meminit *l. 24. pr. D. h. t.* Itaque haec ejicere ausus non fui. SCHVLTING.

16. *Occidere*] Etiam per liberos suos, *l. 4. C. h. t.* non praecise sua manu: & agitur hic de adulteris contemptae conditionis. IDEM.

17. *Maritum qui uxorem deprehensam, &c.*] Etiam extat apud eundem. Lenius punitur, ut *l. 38. §. Imp. D. eod.* Lenius ait, ut *l. capit. 28. §. incendiarii, De poen. l. penult. Rer. amot.* & ut in *l. ultim. D. de abigeis*, memini me alias emendare, & Norici quoque in *l. I. §. ult. ad leg. Corn. de sic.* habent *leniorem poenam*, forte &

* 6. [21] Occiſo adultero [22] dimittere ſtatim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero, & in quo loco uxorem deprehenderit.

7. [23] Inventa in adulterio uxore, maritus ita demum adulterum maritus occidere poteſt, ſi eum [24] domi ſuae deprehendat.

8. [25] Eum, qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum [26] lenocinii poſtulari placuit.

* 9. [27] Ser-

te & libro ſingulari ejuſdem ſcribendum, *Leniore pœna.* Ceterum quod in ſuperiori ſententia apud Ruſinum additur, *Et liberos*, non eſt in Veſontino, nec niſi ad liberos homines infamia notatos pertinere poteſt. EX CVJACIO *loc. cit.*

18. *Quia hoc impatientia juſti doloris admiſit*] Nota, doloris juſti impatientiam facere, ut quis lenius puniatur. Hæc ratio movit & Do[illegible] ellam & Areopagitas in judicio de feminæ Smyrnæae veneficæ parricidio: quod memorant Valer. Maxim. *lib. VIII. cap. 1. in fin.* Gell. *lib. XII. cap. 7.* & Ammian. Marcellinus *lib. XXIX.* RITTERSHVS.

19. *Impatientia juſti doloris*] Quam regere per eſt difficile, ſi non τῶν λόγων. Tertullianus *de patient. cap. 10. Nihil impatientia ſuſceptum ſine dolore tranſigi novit, &c.* Et mox. *Quid mihi cum ultione, cujus modum regere non poſſum impatientia doloris?* Juvenalis in ſpecie de hoc ipſo dolore *ſatyr. X. v. 314.*

\- - - *Exigit autem*
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Conceſſit.

Et magni affectus jura non ſpectant, uti eſt apud Quinctilianum avum *declamation. CCXCVI.* Verbum dolor de hoc ipſo & alibi occurrit, *l. 2. §. 8. l. 37. l. 38. §. 8. l. 4. l. 15. C. ad leg. Jul. de adulter.* quod notatum quoque Jac. Gothofredo *ad l. 4. Cod. Theod. de accuſationib. & inſcriptionib.* SCHVLTING.

20. *Lenius puniri placuit*] Ignoſcitur ei, *l. 3. §. 3. D. de S. C. Silanian. & Claudian.* ne ordinariam ſubeat pœnam. Ipſam pœnam definit ex parte Papinianus in Collatione Moſaicar. & Romanar. legum laudatus, & diſtinctius Ulpianus *l. 38. §. 8. D. ad leg. Jul. de adulter.* ſcilicet, in humilioribus opus perpetuum, in honeſtioribus relegationem. Inductum vero hoc temperamentum per reſcripta Principum *d. l. 38. §. 8.* Eodem modo mitigatur pœna marito, ſi adulterum occidit alium, quam lex permittebat, ex Impp. reſcriptis & decretis, ut conſtat ex Paulo *libro ſingulari de adulteriis* relato in dicta Collatione *tit. 4.* quod & reſcribit Alexander *l. 4. C. h. t.* IDEM.

21. *Occiſo adultero &c.*] Singulare illud eſt, ut occiſo adultero, & ſtatim uti oportet uxore dimiſſa, ſi id maritus impune ſibi eſſe velit, in triduo proximo edat & profiteatur apud eum, cujus notio eſt, quem occiderit, & quo loco. Idem libro ſingulari, *Debet autem*, inquit, *profiteri apud eum, cujus juriſdictio eſt, eum locum ubi occidit, & uxorem dimittere, quod ſi non fecerit, impune non interfecit.* EX CVJACIO *eod. loc.*

22. *Dimittere ſtatim*] Sine mora *l. 24. §. 1. D. h. t.*

23. *Inventam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere poteſt, ſi adulterum domi ſuae deprehendat*] Ex M. Catone Gellius refert *lib. X.* in adulterio deprehenſam uxorem ſine judicio impune necari. Et Caſſiodorus *lib. 1. Var. Pro amore*, inquit, *pudicitia porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed condere:* Idem Rothar. Rex Longobardorum probat in *l. 2. de adulterio*, & Rogerius Siciliæ rex, *tit. de pœn. ux. in adul. dep.* At certe licet jure Romanorum impune occidatur uxor in adulterio deprehenſa, quantum ad legem Corneliam de ſicariis, punitur tamen maritus alio modo, *l. 1 §. ult. D. ad l. Corn. de ſic. l. ſi adulterium, 38. §. Imperator, D. de adul. coer.* Non poteſt igitur uxorem in adulterio deprehenſam occidere. At adulterum domi ſuae deprehenſum occidere poteſt, nec tamen quemlibet, *l. marito, 24. D. de adult. coerc.* Itaque fic hoc in loco crediderim Paulum ſcripſiſſe, *inventum in adulterio uxoris.* Vel, *Inventa in adulterio uxore: maritus ita demum adulterum occidere poteſt, ſi eum domi ſuae deprehenderit.* CVJAC. Vulgo erat depravata hæc ſententia, integra eſt apud Licinium Ruſinum, ſi repetita in eo mariti adpellatio circumſcribatur. Patri utrumque occidere permittitur deprenſum domi ſuæ vel generi. Marito adulterum tantum, & deprenſum domi ſuæ tantum, non ſoceri *l. 24. D. eod.* EX EODEM *Obſervation. lib. XXI. cap. 18.* Hanc emendationem & nos hic exhibuimus poſt edd. Paris. CIↃIↃLXXXVI. & Rittershus. Antiqua lectio forte ab ipſo eſt Aniano, qui verbis illis ſubjecerat, *Interpretatione non egent*, ut habet ed. Sichard. In margine etiam ed. Genev. CIↃIↃLXXXVI. ad verba *ſi adulterum &c.* hæc lectio eſt notata, *ſi eam cum adultero deprehendat.* Anianum vero ad jus Gothicum hic reſpexiſſe non ſine ratione exiſtimat Briſſonius *ad leg. Jul. de adulter.* Lex certe antiqua Viſigothorum *lib. III. tit. 4. l. 3.* marito & ſponſo adulterum cum adultera occidere permittebat. Nos cum genuina Pauli verba habeamus, de ceteris non multum laboramus. Male vero hic eſſe repetitum illud *maritus* nemo non videt: reliqui tamen utrumque, quia quonam in loco id fit delendum non poſſum dijudicare liquido Rittershuſius aliique poſterius induxerunt. SCHVLTING.

24. *Domi ſuae*] Quæ eſt domicilium matrimonii, *l. 5. D. de rit. nuptiar.*

25. *Eum, qui in adulterio deprehenſam uxorem &c.*] Si in adulterio deprehenſam uxorem mari ut retinuerit,

Digitized by Google

* 9. [27] Servi vero tam mariti, quam uxoris in causa adulterii torqueri possunt: nec his libertas sub [28] specie impunitatis data valebit.

* 10. [29] Duos uno tempore uxoris adulteros accusari posse sciendum est: plures vero non posse.

* 11. [30] Cum his, quae publice [31] mercibus vel tabernis exercendis procurant, adulterium fieri non placuit.

* 12. [32] Qui masculum [33] liberum invitum stupraverit, [34] capite [35] punitur.

* 13. [36] Qui

nuerit, nec statim dimiserit, lenocinii reus postulari potest, *l. 2. C. ad l. Jul. de adult.* CVJAC. Adde Vlpianum *l. 29. pr. D. h. t.* Si tantum suspectam retinuerit vir, non peccat, *l. 2. C. h. t.* Mutavit haec Justinianus *Novell. CXVII. cap. 8. §. 2. & Novell. CXXXIV. cap. 10.* Jus novum divortia valde coërcuit: & Justinianus in mulieres plus satis fuit benevolus. SCHVLTING.

26. *Lenocinii*] De poena lenocinii vide Constitut. Crim. Caroli V. *cap. 122. & seqq.* RITTERSHVS. Hujus eadem erat poena, quae adulterii, *l. 37. in fin. D. de minorib.* Plura habet Brissonius libro singulari ante allegato. SCHVLTING.

27. *Servi vero tam mariti, &c.*] Cum haec sententia superiori ita connectatur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum, non putavi eam inde divellendam, & ad finem rejiciendam esse, quod volebat Cujacius *dict. cap. 18.* & servatum est in edd. Paris. & Genev. Cujacius tamen hanc in codice Vesontino non reperit, ut inde indicium fieri nequeat, quo in loco olim exstiterit. Res certa ex *l. 6. l. 17. pr. D. de quaestionib. l. 8. §. 6. C. de repud. l. 1. C. d. quaestionib.* & Papiniani verbis in dicta Collatione prolatis: ubi & ratio redditur, quod non facile sine ministerio servorum tale facinus admittatur. *add. d. l. 8. §. 6.* Translatum hoc quoque in leges Visigothorum *lib. III. tit. 4. l. 10. l. 11. l. 13. fin. & lib. VI. tit. 1. l. 4.* Nonnulla quoque hac de re habet Brissonius ad *leg. Jul. de adulter. p. 146. & 147.* Cujacius *Observation. lib. XX. cap. 14.* IDEM.

28. *Specie*] Forte rectius, *spe*, Pithoeus. RITTERSHVS. Id requirit omnino sensus. SCHVLTING.

29. *Duos uno tempore uxoris adulteros accusari posse &c.*] Valde singularis haec sententia est, ut & si qui uno tempore duos reos delatos habet ex aliis criminibus tertium jure mariti suae injuriae persequendae causa deferre, & accusare possit, *l. 6. §. ultim. D. eod.* non possit tamen plures quam duos nec suae injuriae persequendae causa accusare jure mariti, juxta id, quod dicitur, accusare non posse eos, qui eodem tempore duo judicia adversus duos reos subscripta habent, *l. 8. D. de accus. l. 16. Cod. qui accus. non poss.* Vide *Observ. VI. cap. 12.* EX CVJACIO *Observation. lib. XXI. cap. 18.*

30. *Cum his, quae publice mercibus, &c.*] Tabernis cauponis scilicet. Hoc est jus vetus, cui adhibita distinctione derogatur *l. quae adulterium, 29. Cod. eod.* & cum illo jure congruit lex Atheniensium, qua Demosthenes κατὰ Νεαίρας refert adulterium non fieri ἐπὶ ταύταις ἐπόσεσιν ἂν ἐν ἐργαστηρίῳ καθημένου ἢ ἐν ἰδίᾳ λαμβάνῃ μισθώσεις ἀκινήτους. EX EODEM *dict. loc.* Leges has, tanquam viles & contemptas personas, pudicitiae vinculis non astringunt: morisque fuisse, ut mulieres essent in cauponis ac tabernis, quae pudori suo non parcerent, docet Vlpianus *l. 43. pr. D. de rit. nuptiar.* De quibus multa legere est apud Jac. Gothofredum *ad l. 1. Cod. Theod. h. tit.* quae est lex 29. C. h. t. SCHVLTING.

31. *Mercibus, vel tabernis exercendis procurant*] Sic *l. 2. §. 17. D. ne, quid in loc. public. vel itiner. fiat* dixit Vlpianus, *qui operibus publicis procurat.* IDEM.

32. *Qui masculum liberum invitum stupraverit, capite punitur*] Haec sententia plenior extat apud Licinium Rufinum *titul. de stupr.* EX CVJACIO *dict. loc.*

* 32. *Qui masculum &c.*] Videnda ad haec quae notavit V. C. Petr. Pithoeus *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. leg. tit. 4.* ubi integra exstat haec & sequens sententia, cum prior tantum compareat in libro Vesontino: separavi enim has duas sententias, cum ed. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. & Aurelian. quas Genev. ejusdem anni & Rittersh. conjunxere. SCHVLTING.

33. *Liberum*] Liberorum puerorum pudicitiae Romae jam antiquitus maxime prospectum fuisse, iisque abstinendum fuisse indicat Plautus *Curculion. act. 2. sc. 1. vers. 38.* IDEM.

34. *Capite punitur*] An ex hac lege? Dubitat Pithoeus *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. 3.* sed non videtur: & poena ejus longe fuit levior, illa, nempe, quam proponit Paulus §. 14. quamvis & de hac specie legem egisse non iverim inficias, ut innuitur quoque *l. 29. §. ult. D. h. t.* ut & legem Juliam de vi publica, *l. 3. §. 4. D. ad leg. Jul. de vi public.* verum & hujus poena fuit interdictio aquae & ignis, sive deportatio, *l. 10. §. ult. D. d. t. ad leg. Jul. de vi public.* cui consonat Paulus noster *lib. V. tit. 26. §. 1.* Forte hoc jus de poena capitis inductum ex constitutionibus; & sensim quoque poenam ejus legis auctam fuisse, saltem in humilioribus, Paulus docet *loc. cit.* IDEM.

35. *Punitur*] In lib. Lex Dei titul. 5. (ubi plenior haec sententia extat) est, *punietur.* Vide Caroli V. *Constit. Crimin. c. 116.* RITTERSHVS.

16. Qui

* 13. [36] Qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque [37] impurum patitur, [38] dimidia parte bonorum ſuorum multatur, [39] nec teſtamentum ei ex majore parte facere licet.

* 14. [40] Adulterii convictas mulieres dimidia parte dotis, & tertia parte bonorum, ac relegatione in inſulam placuit [41] coërceri. Adulteris vero viris [42] pari in inſulam relegatione [43] dimidiam bonorum partem auferri, dummodo in diverſas inſulas [44] relegentur.

* 15. [45] In-

36. *Qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque impurum patitur, &c.*] Paſſi muliebria hæc etiam pœna eſt, quod cum Prætor removet a poſtulando, *l. 1. §. removet, D. de poſtul.* Graviſſima deteſtatio hujus ſceleris eſt in *l. 31. cum vir, C. ad l. Jul. de adult.* & in fragm. vet. Juriſconſultorum *tit. 5.* & his ſacrarum literarum locis, *Levit. 18. & 20. 3. Reg. 14. & 15. Rom. 1. 1 Cor. 6. 1 Tim. 1.* Item apud Phocylidem. Et in epigrammatum Græcorum Anthologia *l. 11. tit. εἰς Λεσβίαν* hoc terraſtico exagitantur Pathici.

Ἀνέρες ἀρσενόπαται, καὶ οὐκ ἔτι θήλεα γυμνεῖς.
Οὐκ ἄνδρες γεγάασιν, ἔτι κάθυπερθεν γυναικῶν.
Θῆλυ γυναῖκας ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἄλλαχον ἔνθεν
Ἀνέρες εἰσὶ γυναῖκες, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.

Latine hæc ſi reddas, ita ſonant.

Abnuit ille marem: tamen eſt neque fœmina factus:
Nec mas ille manet, quum ſit muliebria paſſus:
Nec tamen eſt mulier, cui ſit natura virilis.
Fœminea in cœtu mas eſt, mulierque virili.

RIETESHVS. in *Indic. V. pathici pœna.*

37. *Impurum*] Vnde & tales dicti ἀκάθαρτοι, ut docet Salmaſius *de Fœnor. trapezitic. p. 147.*

38. *Dimidia parte bonorum ſuorum multatur*] Pœna etiam eadem eſt ſtupri in honeſtioribus cum virgine vel vidua honeſte vivente, *§. 4. Inſt. de public. judic.* Adeoque non ſola infamia ſunt olim hi puniti, uti putavit Mornacius *ad l. 1. §. 6. D. de poſtuland.* Chriſtiani Imperatores vehementius contra præpoſteram libidinem inſurrexere, *l. 31. C. ad leg. Jul. de adulter.* quæ eſt *l. 3. Cod. Theod. eod. tit.* ut & *l. 6. Cod. Theod. d. t.* ubi plura habet Jac. Gothofredus. Noviſſime quoque id crimen coërcuit Juſtinianus *Nov. LXXVII. & CXLI.* SCHVLTING.

39. *Nec teſtamentum ei ex majori parte facere licet*] Id hic eſt pro pœna. Apud Vlpianum *tit. 20. §. ult.* exſtat caſus, ubi ex jure ſingulari hoc datur, ut quis de parte dimidia teſtetur: quod & Pithœus notavit ad ſæpe laudatam Collationem *tit. 5.* IDEM.

40. *Adulterii convictas mulieres, &c.*] Jamdiu ſcripſi *& lib. VI. & lib. XX.* ex lege Julia adulterii pœnam eſſe relegationem, ſed nondum perſcripſi totam. nam fuit quidem & in adultera, & in adultero relegatio in inſulam, ſed quod ante hac non fuit mihi compertum, in adultera hoc amplius fuit, publicatio tertiæ partis bonorum, & dotis non totius, ſed dimidiæ tantum partis. Tota dos non publicatur damnatæ mulieris, niſi damnata ſit quinque legibus propoſitis *l. 3. D. de bon. dam.* inter quas non eſt lex Julia de adulteriis. Indemnata autem muliere, ſed deprenſa & repudiata, non ut hodie tota dos cedit lucro mariti, *l. conſenſu, 8. Cod. de repud. l. ultim. Cod. ad legem Juliam de adult. & Leonis Novell. XXXII.* cedebat & forte jam olim, non, inquam, ita media ætate, ſed pro parte tantum retentio marito competebat, puta ſexta rum, ut Vlpianus *in Regulis* ſcribit, eoque pertinet *l. cum mulier, 47. ſolut. matrimo. l. Miles, 11. §. ſocer, Ad legem Juliam de adult.* & quod ait *l. Lucius, 38. Solut. matrim.* propter culpam mulieris dotem retineri, cum aperte loquatur de retentione, quæ fit ex dote propter mores, vel propter liberos, culpa mulieris divortio facto & cum inferat culpam mulieris eſſe multandam, non retentionem totius dotis intelligit, ſed partium lege finitarum. Eodemque modo accipi velim *l. 24. Cod. de jur. dot.* nempe dotem penes maritum remanere, prout æquius melius eſt. Adulter autem præter relegationem in inſulam etiam dimidia parte bonorum ſuorum multabatur. Poſtrema verba *dummodo in diverſas, &c.* tollunt dubitationem, quæ circa relegationis pœnam præſumi poſſet ex verbis legis Juliæ, quæ ſunt in *L. mariti, 29. §. quod ait, Ad leg. Jul. de adult.* Ea lege teneri, id eſt, relegari in aliam inſulam tanquam adulterum integro tamen manente matrimonio, quod nec deportatio diſſolvit, quæ initio tamen ei impedimento eſt, aliter quam relegatio, quæ ei impedimento nunquam eſt. Ex CVJAC. *Obſerv. lib. XXI. cap. 17.* Magni momenti hic eſt locus, quippe, qui unus in tota, quæ ſuper eſt, antiquitate exacte pœnam adulterii nobis repræſentet, ita, ut fruſtra de illa ulterior inſtituatur inquiſitio. Si quandoque gravius in adulteros ſtatutum fuerit, id extraordinarium fuit. De pœna hac legis Juliæ noviſſime egit Celeberrimus Noodt *Diocletian. & Maximian. cap. 15.* SCHVLTING.

41. *Coërceri*] Non poteſt etiam talis mulier teſtimonium dicere, *l. 19. D. de teſtib.* & damnata ex hac lege vetatur duci uxor, *l. 29. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 17. C. d. tit. l. 1. §. 2. D. de concubin.* Vel inde vero, ne plura adducam, liquet non fuiſſe olim crimini huic mortem propoſitam. IDEM.

42. *Pari in inſulam relegatione*] Quod ergo adultero Manlio Italia atque Africa tantum interdictum eſt, auctore Tacito *Annal. lib. 11. cap. 30.* præter legem fuit. Plinius quoque *lib. VI. epiſt. 31.* refert centurionem adulterum exauctoratum & relegatum fuiſſe a Trajano Cæſare. Et deportatio tamquam pœna gravior quam ordinario memoratur *l. 11. pr. D. ad leg. Jul. de adulter. l. 5. D. de quæſtionib.* Pœnam vero fuiſſe, quæ diu duraret, indicat Imp. Alexander

* 15. [45] Incesti [46] poenam, [47] quae in viro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti; hactenus tamen, quatenus lege Julia de adulteriis non [48] apprehenditur.

* 16. [49] Ancillarum sane [50] stuprum, nisi [51] deteriores fiant, aut per eas [52] ad dominam affectet, [53] citra noxam habetur.

* 17. [54] In

l. 9. C. ad leg. Jul. de adulter. ubi, quæ sequuntur, *si quocunque modo capitalem pœnam evaserit*, non possunt esse nisi interpolatio vel Triboniani, vel glossatoris. Damnatæ ducendæ illic est mentio: damnari vero capitis non potuit, nisi præsens, teste Paulo nostro *lib. V. tit. 5. §. in summa, 14. l. 5. pr. D. de pœn.* de quam parum verisimile illam esse elapsam! adde quod sic fuisset serva pœnæ, *l. 12. D. de pœn.* de qua an duci possit uxor, quis quæsiverit? IDEM.

43. *Dimidiam bonorum partem auferri*] Hujus pœnæ quoque mentio in Scholiis Basilicôn *ad l. 18. C. de transactionib.* ubi additur, secundum constitutiones in Gregoriano & Hermogeniano Codice pœnam adulterii capitalem non fuisse: ex his tamen Codicibus ipsa sumpta est *d. l. 18. C. de transactionib. & l. 9. C. ad leg. Jul. de adulter.* in quibus proinde, quod sanguinis & capitalis pœna memoratur, ab ipsis Imperatoribus antiquis esse non potuit. IDEM.

44. *Relegentur*] Vide Caroli V. *Constit. criminal. cap. 120.* RITTERSHVS.

45. *Incesti pœnam, quæ in viro &c.*] De incesto loquitur, quod jure civili committitur. nam quod jure gentium, cujus juris ignara femina esse non potest, id æque punitur in mare & in femina, *l. 38. in princ. & §. 2* illo loco, *Quare mulier*, D. eod. nempe deportatione in insulam. Quod vero jure civili, in mare tantum punitur, non in femina, nisi adulterio junctum sit: quia adulterium damnatur jure gentium, cujus juris ignorantia, ut dixi, in muliere nullam excusationem habet, & propter adulterium etiam simul punitur incestum, *d. §. 2.* Ex CVJACIO *Observat. lib. XXI. cap. 18.*

46. *Pœnam*] Vide supra *tit. 19. num. 3.* RITTERSHVS.

47. *Quæ in viro in insulam deportatio est*] Atqui ipse Paulus *tit. 19. de nuptiis, §. 3.* tradidit, pœnam legis Juliæ de adulteriis viro ob incestum infligi. Et Papinianus *l. 38. §. 2. D. ad leg. Jul. de adulter.* quæsivit, an ob stuprum cum sororis filia, adulterii sufficiat pœna, quæ tunc sane fuit ea ipsa, quam habuimus *§. prac.* & hæc pœna infligitur militi ob incestum contubernium *l. 22. §. 2. D. dict. tit.* Marcianus etiam *l. 3. D. de quæstionib.* scribit eum, qui incestum adulterio vel stupro cumulavit, deportari. Hic vero sermo est de incesto juris civilis, quod crimen mulieri remittitur, & cujus olim tam gravis non fuit pœna: ut dubitem proinde, an non Paulus scripserit *relegatis*. Jure novo pœna incestum alia constituta *l. 6. C. de incest. & inutilib. nupt.* quæ lex generaliter loquitur, quamvis de conjunctione cum fratris sororisque filia et uxore, & consobrina tantum agat *l. 3. Cod. Theod. de incest. nupt.* unde hausta est: sed aggravata est pœna *Novell. XII. cap. 1.* SCHVLTING.

48. *Apprehenditur*] Hoc est, continetur, sic *l. 10. D. de liber. & posthum. l. 14. §. 2. D. de exceptionib. rei judicat.* Adeoque si cum incestu conjunctum fuerit stuprum vel adulterium, horum pœna obtinebit. IDEM.

50. *Stuprum*] Sic *l. 25. D. de injur.* Sed Impp. *l. 25. C. ad leg. Jul. de adulter.* distinguunt inter *ancillas compressisse, & liberas stuprasse*: ut ita stuprum vel stricte, vel late accipiatur. SCHVLTING.

51. *Deteriores fiant*] De stupro virginis nondum viripotentis *vid. l. 38. §. 3. qui nondum, D. de pœnis*, quæ sumpta est ex *lib. V. Sent. Paul.* RITTERSHVS. Sententia illa & reliqua in *d. l.* pertinent ad librum V. adeoque ea illic erit collocanda.

52. *Ad dominam affectet*] Sic quidem scribitur quoque *lib. III. tit. 6. de legat. §. qui sic filio, 15. ad quam* (tutelam) *ultro videtur affectasse.* Verum in *l. 18. §. 1. D. de leg. Cornel. de falsis* illud *ad* non comparet, ac forte est a Compilatore. Constructio alioquin plena foret, si legeretur, *aut per eas ad dominam viam affectet*, nempe stuprator. quo pacto Terentius *Heautontimorum. act. 11. sc. 3. v. 39.* scribit,

Nam disciplina ut iisdem, mundiorior
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.

& notissima locutio *affectare viam.* Ac forte ita reliquerat Paulus, vel sub verbo *affectet* subaudiendum erit, *iter.* Apud Paulum quoque, Festi abbreviatorem, occurrit *adfectata femina*, in malam partem, *quasi ad extremum periculum adducta.* SCHVLTING.

53. *Citra noxam habetur*] Nec ipso jure infamat, *l. 25. C. ad leg. Jul. de adulter.* Hæc vero uti vera sunt quod ad legem Juliam; ita privatim eo nomine agi posse constat ex *lib. 1. tit. 12. §. 3. & tit. 13. A. §. 6.* & notatis ibidem: imo & legem talibus infamiam infligere indicat Agathias *in Anthelog. p. 606.* ita de coitu cum aliena ancilla canens,

Εἰ δὲ καὶ ὀθνείῃ, τότε σοι νόμος αἴσχεα λάψει,
Τῶν ἐπιμιχθέντων, σώματος ἀλλοτρίου.

Si vero cum aliena, (ancilla rem habueris) *tunc tibi lex ignominiam infliget, contumeliam exquirens corporis alieni.* Et certe actio injuriarum, cui hic locus esse potest, *l. 25. D. de injur.* ignominiam importat damnato. Sed in *d. l. 25. C. d. t.* nec actionis certæ, nec condemnationis mentio: adeoque infamia illic cessa-

17. [a] In causa adulterii dilatio postulata [a] impartiri non potest.

cessavit. Adde, quod ne quidem exprimatur, quales ancillæ fuerint, pudicæ, an aliæ. IDEM.

54. *In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest*] In crimine adulterii nulla dilatio datur, nisi, ut hoc in loco Paulus adjecerat (quemadmodum constat ex *l. in crimine, 41. D. de adult. coërc.* in cujus inscriptione pro *lib. primo*, legendum reor, *lib. secundo*) ut personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus hoc causa cognita permiserit. Puto hoc quoque loco non *impartiri*, vel, ut alii codices habent, *impediri*, sed *impetrari*, esse legendum, ut in *l. miles, 11. §. defuncto, D. de adult. coërc.* CVJAC. Nos verba *l. 41. D. ad leg. Jul. de adulter.* habuimus *lib. 1. tit. 22. in fin.* non sunt sane eadem, quæ hic leguntur: ac potuit Paulus illic de iis agens, quæ ad judicia pertinent, illa scripsisse, aliquanto iterum, & brevius; qualia plura plus semel in his Sententiis posita occurrunt. Inscriptionem legis integris verbis in libro Florentino expressam ut emendemus, gravior esse debet ratio. SCHULTING.

55. *Impartiri*] Cujac. leg. conjicit *impetrari*. Paulo aliter & plenius habetur hæc sententia in *l. 41. D. Ad l. Jul. de adult. In crimine adulterii nulla danda dilatio est: nisi ut personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc causa cognita permiserit.* RITTERSHUS. Non damnem *impartiri*, vel *impertiri*: & sic Ulpianus *l. 7. D. de fer.* dicit *dilatio impertiri solet.* SCHULTING.

TITULUS XXVII.

De Excusationibus Tutorum.

1. [2] Inimicitiae [3] capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, [4] a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur.

INTERPRETATIO. *Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse cognoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur; ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.*

2. [5] Ad curam ejus, cujus quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

3. [6] Quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet: peragendo enim negotio ex die nominationis conti-

1. *De Excusationibus Tutorum*] De tutelis in præcedentibus etiam multa tradidisse videtur Paulus, quæ Compilator Alaricianus omisit, ac hic quoque nimis in excerpendo parcus fuit. SCHULTING.

2. *Inimicitiæ capitales, quas quis, &c.*] Si quis ad extremam perniciem spectantes inimicitias cum patre pupillorum habuerit, nec reconciliatio intervenerit, a tutela excusatur, §. *inimicitiæ, 11. de excus. tutor.* ubi nos, hæc sententia uti accipienda sit, satis, ut arbitror, fideliter exposuimus. CVJAC.

3. *Capitales*] Tales illæ quidem procul dubio sunt, quæ ob capitalem accusationem ortæ sunt, ut in *l. pen. §. 2. D. de adimend. vel transferend. legat. Novell. XC. cap. 7.* non tamen hic videntur esse tales solæ, ut Ant. Augustino placebat & Cujacio *ad l. 6. §. 17. D. h. t.* quid si enim alter alterum absque judicio voluerit perdere? an non hoc sufficiet? imo latius videntur hic accipiendæ inimicitiæ capitales, ut & accipiuntur in *l. 2. §. ult. l. 14. D. de procuratorib. l. 23. D. mandat.* pro admodum atrocibus & gravibus, sive gravissimis, uti dicitur *l. 3. §. ult. D. de adimend. vel transferend. legat.* ubi opponuntur hæ levi offensæ: nec aliter *l. 9. pr. D. de his quæ ut indign. auferunt.* Reconciliatio vero hic excusationem excludit, §. *11. Institut. h. t.* SCHULTING.

4. *A tutelis excusant*] Id in testamentaria non procedere putat Cujacius *ad §. 11. Inst. h. t.* si quis post exortas inimicitias tutor datus sit, quasi hoc ipso facta esset reconciliatio. Quod tamen alibi *ad l. 6. §. 17. D. h. t.* tum demum admittit, quando ipse tutor inimicitiis causam dederit: non, si illæ post dationem exortæ sint, vel ipse pupillorum parens causam inimicitiis dederit: quæ satis conveniunt verbis *d. l. 6. §. 17. D. h. t.* IDEM.

5. *Ad curam ejus, cujus quis tutelam administravit, &c.*] Is, qui tutelam gesserit, invitus non cogitur & curam administrare, nisi libertus sit, *l. libertos, 5. l. curator, 20. C. de excus. tut.* CVJAC.

6. *Quinquaginta dierum, &c.*] Omisit hanc sententiam Rittershusius.

continui quatuor menſes conſtituti ſunt. LEX EST XXXVIII. D. HOC TITVL.

* Poſt ſuſceptam tutelam caecus, aut ſurdus, aut mutus, aut furioſus, aut valetudinarius deponere tutelam poteſt.

* Paupertas, quae operi & oneri tutelae impar eſt, ſolet tribuere vacationem. LEX EST XL. D. HOC TITVL.

TITVLVS XXVIII.

De Potioribus nominandis.

1. [1] Non recte potiorem videtur nominare, qui cauſam nominati potioris non expreſſerit.

2. [2] Potior quis eſſe debet non ſolum gradu generis, ſed & ſubſtantia rei familiaris.

INTERPRETATIO. *Qui potior ad tutelam eligendus eſt, non ſolum pupillo generis adfinitate propinquior, ſed & facultatibus debet magis idoneus approbari.*

* [3] Amicos appellare debemus non levi notitia conjunctos: ſed quibus fuerint [4] jura cum patrefamilias honeſtis familiaritatis quaeſita rationibus. EX LEGE CCXXIII. §. 1. D. DE VERBOR. SIGNIFICATION.

1. *Non recte potiorem videtur nominare, &c.*] Tutela eſt munus publicum. Ad munera publica vocati ſolent nominare potiores, *l. 1. Cod. de pot. ad mun. Rom. leg. ad ſubeunda, 46. C. de decur. l. honores, 9. D. eod. tit.* iique nominatores perinde tenentur, ac ſi ſi. dejuſſiſſent. Sic igitur & ad tutelam nominantur potiores, *l. 2. D. de fidejuſſ. & nomin. eor.* Is autem videtur potiorem nominare, qui cauſam, qua ſit potior, exprimit. CVJAC.

2. *Potior quis eſſe debet, non ſolum gradu generis, &c.*] Cum quis ſit potior, quaeritur, facultates potius ſpectamus, quam propinquitatem generis. Nominandi igitur ſunt non tam propinquiores, quam locupletiores. IDEM.

3. *Amicos appellare debemus, &c.*] Haec verba ex *l. 223. §. 1. D. de verbor. ſignification.* huc commode poſſe referri exiſtimavimus. Cujacius *Obſervation. lib. VII. cap. 8.* quoque ad tutelarum materiam haec refert: ac ſpeciem ponit in *l. ult. D. ub. pupill. educar. vel morar. deb.* Verum ea de re nihil in hoc libro habemus, uti nec de illis, quae traduntur *l. 2. pr. D. qui per. tutor.* ubi etiam amicorum mentio; ſed & hic locus hanc amicorum definitionem ſatis admiſit. Rittershuſius hanc ſententiam ad finem libri rejecit, non videns, ad quem titulum poſſet referri. Dejecta tamen conſiderare lectorem jubet, an non Paulus eam poſuerit ſub tit. *de excuſat. tut.* vel ſequenti. Praecedentem in *d. l. 223.* ſententiam poſuimus ad finem tituli quarti. SCHVLTING.

4. *Jura cum patrefamilias, &c.*] Puto ſic legend. *jura familiaritatis c. §. h. q. rationibus.* RITTERSHVS.

TITVLVS XXIX.

Qui Potiores nominare non poſſint.

1. [1] Libertus, quem pater tutorem dedit, ſi minus idoneus dicatur, excuſari quidem non poteſt, ſed adjungi illi curator poteſt.

IN.

1. *Qui potior nominari non poſſe*] Legendum eſt ex libris ſcriptis, *Qui potiores nominare non poſſint*, quod & ſubjecta ſententia indicat. CVJAC. Idque exſtat in edd. Lugd. cIↃIↃLXVI. Pariſ. Genev. cIↃIↃLXXVI. & Rittershus. ac a nobis quoque repraeſentatum eſt. SCHVLTING.

2. *Libertus, quem pater tutorem dedit, &c.*] Libertus patroni, patronusve liberis tutor eſſe cogitur ex §. C.

INTERPRETATIO. *Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit derelictus, ſi parum idoneus videtur, excuſari quidem ab actione tutelae non poteſt; ſed poteſt illi curator adjungi.*

S. C. nec ſe excuſare poteſt potioribus nominatis, *l. libertos. 5. C. de excuſ. tut.* Sed ſi minus ſit idoneus, ei non quidem tutor, quia tutorem habenti tutor non datur, ſed curator adjungitur. CVJAC. Huc pertinet *l. 14. D. de excuſationib.* ad quem locum videri poterit Cujacius.

3. *Actione*] Hoc eſt, *adminiſtratione*. Dicitur quoque quis tutelam egiſſe *l. 28. §. 4. l. 30. §. 2. D. de liberat. legat.*

TITVLVS XXX.

Ad Orationem Divi Severi.

1. Dolo tutoris curatoriſve detecto, in duplum ejus pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

INTERPRETATIO. *Quidquid tutor minoribus fraudaverit, in duplum reſtituet.*

Poſtumo tutor datus, non nato poſtumo, neque tutelae, quia nullus pupillus eſt; neque pro tutore, quia nulla ſignificatio eſt; neque negotio-

1. *De Oratione Divi Severi*] Exiſtimo hanc inſcriptionem eſſe valde corruptam. Quidam codices habent, *De ratione Divi Severi*: ſed ſubjecta ſententia indicat legendum eſſe *De rationibus diſtrahendis*: quae actio in duplum lege XII. tab. prodita eſt. Nec ulla eſt oratio Divi Severi, quae ad eam juris ſpeciem pertineat. Inde & in libris ſcriptis ſic hunc titulum interpretem expoſuiſſe reperi, *id eſt, ſi tutor aliquid diſtraxerit*. Diſtrahere autem rationes, eſt conturbare rationes, ut diſtrahere funus in *l. 3. D. ad l. Jul. de vi publica*. eſt turbare, ut ex *lib. V. tit. eod. infra*. colligitur. Illud autem participium, *diſtrahendis*, praeſentis temporis ſignificationem habet, ut cum dicimus, teſtamenti faciendi, litis conteſtandae, rei judicandae tempore. *Rationibus* ergo *diſtrahendis*, id eſt, jam diſtractis & conturbatis. CVJAC.

1. * *Ad orationem Divi Severi*] Sic edidit ipſe Cujacius Lugd. cIↃ IↃ LXVI. nec aliter Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. Sichardus expreſſerat ita, *De Oratione D. Sev.* & ſic quoque vulgavit alias Cujacius in edd. cum ipſius Interpp. Rittershuſius edidit *De rationibus diſtrahendis*, emendatione Cujacii recepta. Ego uti ſententiam utramque, quae hic legitur, tali ſub titulo a Paulo poſitam fuiſſe nullus abnuerim, & inde ejus veſtigia forte in antiquis libris invenerit Cujacius; ita & ad Orationem Severi, qua is Princeps tutoribus & curatoribus interdixit praediorum ruſticorum & ſuburbanorum alienatione ſine decreto, quaeque exſtat in *l. 1. §. 1. D. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt, ſin. decret. non alienand.* Paulum aliqua hic praecepiſſe facile mihi perſuaſerim; ac ſententiam primam, quae ſola hic ſupererat, perperam ſub hunc titulum relatam fuiſſe, quod in his Pauli excerptis & alibi factum eſſe vidimus. Ego itaque titulum illum quoque reliqui: & alteram ſententiam ex Pandectis priori adjunxi, ad exemplum editoris Aurelianenſis. Rittershuſius ordinem harum ſententiarum inverterat. SCHVLTING.

2. *Dolo tutoris curatoriſve detecto, &c.*] Actione de rationibus diſtrahendis in duplum ex XII. tabulis tenetur tutor, qui pecuniam pupillarem intercepit, abſtulit, furatus eſt, *l. tres tutores, 35. D. de admin. tut. l. 1. §. rationibus, D. de tut. & rat. diſt.* quae actio etiam ad curatorem porrigitur. At de aliis furtis lite commode generalis titulus ſubjicitur. CVJAC.

3. INTERPRETATIO] Eſt ex ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI.

4. *Pro tutore*] Al. *protutela*. RITTERSHVS.

5. *Neque negotio[illegible]geſtorum*] Hanc tamen dat VIpianus *l. 19. §. 2. [illegible] teſtamentar. tutel. l. 1. §. 6. D. de eo, qui pro tutor. [illegible] curator. negot. geſſ.* & Callistratus *l. 29. D. de negot. geſt.* a quibus diverſum ſentiſſe videtur Paulus. Diſtinctio inter directam & utilem non tollit difficultatem: & ratio Pauli, quod non poſſit dici negotia quis gerere ejus, qui nunquam natus eſt, aliis non videtur ſatisfeciſſe: quoniam ſi quis negotia geſſerit alterius, quam cujus eſſe exiſtimabat, actio tamen haec locum habet, *l. 5. §. 2. l. 6. pr. l. 45. §. ult. D. de negot. geſt.* etiam ipſo Paulo noſtro teſte, *l. 14. §. 1. D. commun. dividund.* & haec res ipſae credi debent retro fuiſſe heredis, *arg. l. 138. pr. l. 193. D. de reg. jur.* adeoque hic negotiorum geſtorum actionem admiſerunt: idque inde etiam firmatur, quod de geſtione quoque in bonis, quae cujuſque, quando moritur, fuerunt, haec actio detur, *l. 3. §. 6. D. de negot. geſt.* Atque hunc Pauli ab aliis diſſenſum agnoſci.

tiorum geſtorum judicio tenetur; quia adminiſtraſſe negotia ejus; [6]quia natus non eſſet, non videtur: & ideo utilis in eum actio dabitur. LEX EST XXIV. D. DE TVTEL. ET RATIONIB. DISTRAHEND.

Ant. Faber *Rationalib. ad d. l. 29. D. de negot geſt.* & Bachovius *ad Treuer. Pand. p. 889.* SCHVLTING.

6. *Quia*] F. *qui.* RITTERSHVS. Ita edd. quædam vett. habent: & notata eſt hæc varietas a Charonda.

TITVLVS XXXI.

[1]*De Furtis.*

1. [2]Fur eſt, qui [3]dolo malo rem alienam contrectat.

INTERPRETATIO. *Fur eſt, qui rem alienam fraude interveniente*[4] *contigerit.*

2. [5]Furtorum genera ſunt quatuor: manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtus fur eſt, qui in faciendo [6]deprehenſus eſt, & [7]qui intra

1. *De furtis*] Inter hunc & præcedentem titulum nonnullus alios quoque habuiſſe Paulum ad tutelas & curas pertinentes facile mihi perſuaſerim: ſed quos neglexerit Alaricianus compilator. SCHVLTING.

2. *Fur eſt, qui dolo rem alienam contrectat*] Contrectatio rei alienæ fraudulosa furem facit, *l. 1. D. de furtis.* CVJAC. Definitionem furti pleniorem dat Paulus noſter *l. 1. §. 3. D. h. t.* quam retinuit Tribonianus §. *1. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* de qua late illic agunt Interpretes vulgati. SCHVLTING.

3. *Dolo malo*] Hæc deſunt in lib. Lex Dei *tit. 7.* ubi hic tit. ita adducitur: *De furibus.* RITTERSHVS. Verbum *malo* quoque non eſt in edd cum Interpp. Cujacii, quæ penes me ſunt. Ad rem tamen hæc pertinent, & aliæ editiones habent.

4. *Contigerit*] Hoc non eſt ſatis, ſed ablatio vel uſus ad furtum exigitur. Sic quoque in Inſt. Caji *lib. 11. tit. 10. §. 3.*

5. *Furtorum genera ſunt quatuor: &c.*] Furtorum genera quatuor eſſe ait: ſed concepti, & oblati, actionum ſpecies potius ſunt furto coh[illegible]rentes, quam furtorum genera, §. *furtorum, 3. de obl. quæ ex del. naſc.* Et ideo inferius concepti actionem, & oblati actionem dicit, non conceptum, aut oblatum furtum. Manifeſti autem fures ſunt, qui deprehenduntur in faciendo: & finem faciendi interpretamur, cum pertulere quo deſtinaverant. Ex quo ſatis intelligitur qui nec manifeſti fures ſint, *l. nec manifeſtum, 8. D. de furt.* Porro evenire poſt, ut quis ejuſdem rei & manifeſtus, & nec manifeſtus fur ſit, *l. vulgaris, 21. D. eo.* CVJAC. Ita & in Caji Inſtitutionibus hæc quatuor genera enumerantur *lib. 11. tit. 10. §. 2.* Ipſe tamen Cajus duo tantum adgnovit, manifeſtum, & nec manifeſtum, *l. 2. D. h. t.* niſi Tribonianus illic quædam detraxerit, ut ad Cajum quoque notavit Aleander. Re vera cum dicimus furtum manifeſtum, vel nec manifeſtum, ipſum delictum intelligimus: cum vero furtum conceptum, oblatum, ut & prohibitum, non exhibitum dicimus, tunc furtum notat ipſam rem furto furreptam, quæ concipitur, offertur, quæri prohibetur, aut non exhibetur: atque ita furtum alibi quoque ſumitur. Seneca *de benefic. lib. 11. cap. 2.* in his verbis, *Furtum non recipis*, loquens de pecunia: & Ovidius *Faſter. lib. 1 verſ. 360.* de bubus furtivis,

Mugitum vacco furta dolere ſuo.

Furtum itaque illic non notat delictum: & Imperator §. *3. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* docet, eſſe has potius actiones furto cohærentes, quæ inde naſcuntur, quam genera furtorum. Quatuor vero his ſpeciebus alias duas addit Tribonianus, furti prohibiti, & non exhibiti, quam dicit eſſe ex Edicto Prætoris, §. *4. d. tit.* De quibus nec in Epitome Caji, nec hoc in loco quidquam occurrit, ac forte non ſimilis earum fuit pœna. SCHVLTING.

6. *Deprehenſus*] Plus hoc eſſe, quam viſus, indicat Seneca *epiſt. XLIII.* his verbis, *Sic vivimus, ut deprehendi ſit, ſubito adſpici.* Opus vero, ut is, qui videt, ut dicatur deprehendiſſe, id ipſum præ ſe ferat, & indicet: non vero ſe ipſe abſcondat, *l. 7. §. 1. D. h. t.* illud autem fieri poteſt clamore, uti in notiſſimo Virgilii loco *Eclog. III.*

Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?
Et cum clamarem, quo nunc ſe proripit ille?

Hic etiam eſt viſio, quæ requiritur maxime, verum non ſola, nec otioſa. Idem præſtabit accurſus, *d. l. 7. §. 2.* & cur non geſtus corporis minax? Ac ſi talem viſionem intelligamus in §. *3. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* omnia erunt expedita. An ab ipſo, cui furtum fit, deprehendatur fur, an ab alio, nihil refert, *l. 3. §. 1. l. 7. §. ult. D. h. t.* Nec opus videtur, ut deprehendens alterius negotium velit gerere, uti Cujacius volebat *in not. poſteriorib. ad d. §. Inſt.* atque id fu

intra terminos ejus loci, unde quid [8]ſuſtulerat, deprehenſus eſt, [9]vel antequam ad eum locum, quo deſtinaverat, [10]perveniret. Nec manifeſtus [11]fur eſt, qui in faciendo quidem deprehenſus non eſt; ſed eum [12]furtum feciſſe negari non poteſt.

3. [13]Concepti actione [14]is tenetur, [15]apud quem furtum [16]quaeſitum & inventum eſt. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur.

4. [17]Furti actione is agere poteſt, [18]cujus intereſt [19]rem non perdidiſſe.

5. [20]Concepti is agere poteſt, qui rem concepit, & invenit. [21]Oblati is agere poteſt, penes quem res [22]concepta & inventa eſt.

6. [21] Ma-

ſit *in l. 24. §. 2. D. de uſur.* verum ipſa deprehenſione id ſatis facit, uti recte notat Janus a Coſta *ad d. §.* Et in *d. l. 24. §. 2.* id non dicitur exigi: ſed docetur, quo pacto interdum per hominem liberum actio alicui quæratur. Nuſquam vero in jure diſtinguitur circa deprehenſionem, a quo illa fiat. Et ſimili argumentatur modo circa mulierem in adulterio deprehenſam Vlpianus *l. 43 §. ult. D. de rit. nuptiar.* IDEM.

7. *Qui*] Abeſt ab eodem lib. RITTERSHVS.

8. *Suſtulerat, deprehenſus*] *Furatus eſt, comprehenſus.* Ita d. lib. IDEM. Hæc lectio melior, quam quæ reperitur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 7.* non enim hic opus comprehendi furem, ſed deprehendi. SCHVLTING.

9. *Vel antequam ad eum locum, quo deſtinaverat, perveniret*] Sabinus apud A. Gellium *Noct. Atticar. lib. XI. cap. 18* ita ſcribit. *Faciendi finis eſt, cum perfectum eſt, quo ferri cœperat.* IDEM.

10. *Perveniret*] Dict. lib. *pervenerit.* RITTERSHVS.

11. *Fur eſt, qui in faciendo*] In d. lib. eſt. *fur, qui in rapiendo.* for. legend. *in rapiendo.* IDEM. Lectio vulgata mihi ſatis placet. non uſurpant Auctores noſtri verbum *rapere* de iis, qui tantum furantur. SCHVLTING.

12. *Furtum*] Non eſt in dict. lib. RITTERSHVS.

13. *Concepti actione is tenetur, &c.*] Concepti actione tenetur is, apud quem res furtiva concepta, id eſt, quærendo apprehenſa eſt, licet fur non ſit. Oblati, qui obtulit, ne apud ſe conciperetur, §. *conceptum, 4. de obl. qua ex del. naſc.* Oblati ſimile judicium proponitur in lege Salica *titul. de Sepibus.* CVJAC.

14. *Is*] Abeſt a d. lib. RITTERSHVS.

15. *Apud quem furtum quaſitum, & inventum eſt*] Si, videlicet, ſciverit furtivam eſſe rem, non ſi ignoraverit: uti recte exiſtimat Janus a Coſta *ad §. 4. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* quamvis aliter exiſtimet Cujacius *not. poſteriorib. ad d. §. 4.* adducta *l. 2. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* ubi ita quidem damneta occurrit femina, at ſententia æquo duriori: nec damnata illic infamatur. Furti ſane crimen dolum malum requirit: & omnis actio furti infamat, *hoc tit. §. 15.* adeoque & concepti: quod contra ignorantem, ac neque ab initio, neque poſtea doli affinem obtinere nulla patitur ratio. Quod etiam Cujacius *ad §. 1. Inſt. de pœn. temer. litigant.* vult, hanc actionem inficiando demum in triplum creviſſe, id prorſus non probatur: & actiones, quæ ſic demum creſcunt, ob id ſolum nuſquam habebimus inter famoſas. Conceptio furti quo pacto peracta fuerit, nondum ſatis conſtat. Aliquid dictum ad Cajum *lib. 11. tit. 10. §. 2.* SCHVLTING.

16. *Quæſitum, &*] Et hoc quoque ibid. abeſt. RITTERSHVS. Forte non recte abeſt. conjunguntur hæc, res quæſita, & inventa §. *4. Inſt. d. tit.* IDEM.

17. *Furti actione is agere poteſt, cujus intereſt rem non perdidiſſe*] Is furti manifeſti, aut nec manifeſti actionem habet, cujus intereſt rem non ſubripi, ſi ex honeſta cauſa intereſt, & ſi faciundi furti tempore rem tenuit *l. 10. l. 85. D. de furtis.* CVJAC.

18. *Cujus intereſt*] De quo plura notant Interpretes ad §. *13. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* Tales ſunt qui rem tenuerunt domini voluntate, *l. 85. pr. D. h. t.* quem locum explicat Merillius *Differentiar. lib. ſingular. cap. 23.* Datur vero & emptori bonæ fidei, §. *15. Inſt. d. tit.* ne aliter damnum pateretur, *l. 91. §. 1. D. d. t.* lucri amiſſio non ſufficit, *d. l. & l. 76, §. 1. D. h. t.* SCHVLTING.

19. *Rem non perdidiſſe*] Sich. *rem periſſe.* Lex Dei, *rem non periſſe.* RITTERSHVS. Sichardus edidit, *non perdidiſſe*, ſed in marg. *rem periſſe.* Valde placet, *rem non periſſe*, idque exhibet editio Pariſ. clɔlɔ. XXXVI: ſic *hoc tit. §. 16. & 18. §. 13. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt. l. 35. §. 4. D. de contrahend. emption.* Plura dabit Briſſonius *de verbor. ſignification.* Ferri tamen etiam poteſt illud *non perdidiſſe.* quod in edd. Lugd. & Genev. & Rittershuſ. exſtat. SCHVLT.

20. *Concepti is agere poteſt, &c.*] Is concepti agit, qui rem concepit. Oblati vero is, apud quem concepta res eſt, §. *conceptum, 14. de obl. quæ ex delict. naſc.* CVJAC.

* 20. *Concepti is agere*] Lex Dei legit. *Conceptivæ autem agere.* RITTERSHVS. Lectio vulgata eſt bona, vel legi poſſet, *concepti autem.* SCHVLT.

21. *Obla-*

6. [21] Manifesti furti actio, & nec manifesti, & concepti, & oblati, [24] heredi quidem competit, [25] sed in heredem non datur.

INTERPRETATIO. *Furtorum genera heres ejus,* [26] *qui furtum pertulit, prosequi potest: ejus vero heredes, qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt.*

7. [27] Servus, qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id [28] pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.

INTERPRETATIO. *Si servus alicui furtum fecerit, vel damnum dederit, si dominus ejus pro eo reddere noluerit, tradere eum* [29] *vindictae pro qualitate facti debebit.*

8. [30] Si servus [31] furtum fecerit, deinde manumissus fuerit, aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest: noxa enim caput sequitur.

INTERPRETATIO. *Si servus furtum fecerit, & postea aut manumissus, aut*

21. *Oblati is agere potest, penes quem &c.*] Sic ergo idem, qui de concepto tenetur, de oblato agit: quod non magis mirum, quam eumdem de furto & ipsum teneri, & contra alium experiri posse, quod fieri docet *l. 48. §. 4. & l. 67. §. 4. D. h. t.* Nec hic de oblato agens, ex improbitate & ad lucrum actionem consequitur, quod prohibetur *l. 12. §. 1. d. l. 76. §. 1. D. h. t.* sed ob damnum, quod est passus. IDEM.

22. *Concepta &*] Dict. lib. *concepti inventa est.* RITTERSHVS. Lectio vulgata hic melior est; nisi quis mallet cum Pithoeo *concepta, i. inventa est.* IDEM.

23. *Manifesti furti actio, & nec manifesti, &c.*] Furti actiones heredibus competunt, non etiam in heredes, quia poenales sunt, §. *non autem, 1. de perp. & temp. act.* CVJAC.

24. *Heredi quidem competit*] Id hodie constat, *l. 1. §. 1. D. de privat. delict. l. 47. D. h. t.* Olim controversum fuisse indicat Cicero *Epistolar. familiar. lib. VII. epist. 22.* SCHVLTING.

25. *Sed in heredem non datur*] Mera enim poena per hanc actionem petitur, §. *ult. Inst. de obligationib. quae ex delict. nascunt.* quales in heredes non vult transire civilis constitutio, *l. 1. pr. D. de privat. delict. add. l. 20. D. de poen. l. 111. §. 1. D. d. reg. jur.* nec hic exceptio datur, quatenus ad heredem pervenit, quam induxerunt quidem constitutiones in actionibus ex delictis, *l. 5. pr. D. de calumniatorib. add. l. un. C. ex delict. defunctor. in quant. hered. teneant.* sed tantum quatenus rem quis persequitur, non quatenus meram poenam. Quod non monerem, nisi viderem esse, qui haec non satis distinguant. IDEM.

26. *Qui furtum fecerat, prosequi*] Al. *qui furtum pertulit.* leg. *cui furtum factum erat, persequi potest.* RITTERSHVS.

26. * *qui furtum pertulit*] Ita Lugd. Paris. Genev. quod repraesentavimus. Rittersh. ufianum illud ex Sich. *qui furtum fecerat*, ferri non potest, & ipse Rittersh. id uncis incluserat. SCHVLTING.

27. *Servus, qui furtum fecerit, damnumve dederit, &c.*] Actione furti, vel damni injuria ex facto servorum, domini noxali actione tenentur: quod in *titul. de nox. act.* fusius pertractatur. CVJAC.

28. *Pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus*] Dicunt alibi, *litis aestimationem sufferre. pr. Inst. de noxalib. actionib.* & haec proprie est in obligatione, a qua liberari quis potest noxae dedendo, *l. 6. §. 1. D. de re judicat.* Non autem hic de sarcienda re, sed de poena ex maleficio agitur in actione noxali: & vereor, ne hoc sit ab Alariciano compilatore. Similis vero locutio exstat in Edicto Theoderici *cap. 117. Nisi ejus dominus hoc pro sui qualitate reddere, vel sarcire paratus sit, noxa eum dare cogitur.* SCHVLT.

29. *Vindictae*] Sic & Papianus *Responsor. tit. 4.* cujus haec verba. *Servus vero pro furti crimine, aut a domino ad vindictam tradatur, aut res tradita ei, qui damnum pertulit, cum vindicta a servi domino reformentur, secundum sententiam Pauli sub tit. de furtis.* Ita hi reddunt *noxa dedere* per *ad vindictam* vel *vindictae dare*, vel *tradere*, quo modo Auctores nostri non loquuntur. IDEM.

30. *Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit &c.*] Fure manumisso, noxalis actio incipit esse directa: fure vendito, noxalis actio transfertur in emptorem: quia noxa semper caput sequitur, §. *omnis, 5. de nox. act. l. 14. De obl. & act.* CVJAC. Ex hac sententia octava, ut & decima constat *cap. 120.* Edicti Theoderici.

31. *Furtum fecerit*] Non scilicet domino suo, sed extraneo, §. *omnis autem. 5. & §. si servus domino, 6. Inst. De noxal. act.* RITTERSHVS.

32. *Pro*

Digitized by Google

aut venditus fuerit, aut is, qui manumiſſus eſt, [32] *pro furti redhibitione tenebitur, aut emptor ejus: quia noxa ſemper caput ſequitur.*

9. [33] Filiusfamilias ſi furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur: quia [34] in omnibus noxa caput ſequitur.

10. [35] Non tantum, qui furtum fecerit, ſed etiam is, cujus [36] ope aut conſilio furtum factum fuerit, [37] furti actione [38] tenebitur.

11. [39] Rei hereditariae, antequam ab herede poſſideatur, furtum fieri non poteſt.

12. [40] Qui meretricem libidinis cauſa rapuit & celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.

13. [41] Fur-

32. *Pro furti redhibitione*] Paulus agit de actione pœnali in duplum aut quadruplum, non de re reddenda. SCHULTING.

33. *Filiusfamilias ſi furtum fecerit, &c.*] Pure emancipato, noxalis actio incipit eſſe directa. Ergo ſi filiusfamilias furtum fecerit, pater noxali actione tenetur. Sed receptius eſt, ut patre filium non defendente, in eum directa actio furti detur, *l. noxali, 37. & l. prox. D. de nox. act. §. ult. Inſt. eod. tit.* CUJAC.

34. *In omnibus*] Tam filiisfamilias, quam ſervis; imo & liberis, ſi ſervi ſint facti, *§. 1. Inſt. de noxalib. actionib. l. 41. §. 2. D. h. t.* De filiorumfamilias noxæ deditione antiqua mentio *l. 1. §. pen. D. de obligationib. & actionib. l. 3. §. 4. D. de liber. homin. exhibend.* quæ plane improbatur *§. ult. Inſt. de noxalib. actionib. l. pen. C. de furt. & ſerv. corrupt.* SCHULT.

35. *Non tantum qui furtum fecerit*] Is etiam furti tenetur, cujus ope, aut conſilio furtum factum eſt. Hoc genus actionis ſatis, ut arbitror, dilucide expoſuimus *lib. IV. Inſtit. titulo.* CUJAC.

36. *Ope aut conſilio*] Sic edd. cum Interpp. Cujacii, & Rittersh. aliæ vett. pro *ope* habent *opera*. In Capitularibus *lib. VII. cap. 340.* ubi hæc adducuntur, ſcriptum eſt *opere*. Noſtri dicunt *ope conſilio*, *l. 53. §. 1. D. de verbor. ſignification.* etſi alterum tantum intelligant; de quo Cujacius aliique, & inter eos Vinnius, plura notarunt *ad §. 22. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcuntur*. Dicunt quoque *ope conſiliove*, *l. 6. D. de condition. furtiv.* & ſic *opem conſiliumve*, *l. 52. pr. D. h. t.* & hic Paulus, *ope aut conſilio*. Clare vero hæc duo diſtinguuntur *l. 50. §. pen. D. h. t. l. 53. §. 1. D. de verbor. ſignificat.* SCHULTING.

37. *Furti actione*] Eſt hæc ergo & furti actio, quæ datur contra eos, quorum opera conſiliove furtum factum eſt. Itaque & furti eos teneri dicit Imperator *§. 22. Inſt. de obligationib. quæ ex delict. naſcunt.* Hinc vero ſpecialis formula, ut docet Cicero *de natur. Deor. lib. III. cap. 30.* his verbis. *Inde illa actio*, OPE CONSILIOQVE TVO FVRTVM AIO FACTVM ESSE, quod indicat quoque Vipianus *l. 27. §. 21. D. ad leg. Aquil.* Effectum vero eundem hæc actio videtur habere, quem furti manifeſti vel nec manifeſti: atque hoc ſenſu ab illa non diverſa, nec propria; quæ etiam eſt ſententia Merillii *Obſervat. lib. 12. cap. 39.* Sane in duplum illam ſemper eſſe non evinces ex *l. ult. C. de noxalib. actionib.* quæ ideo tantum in duplum illam actionem dat, quia furtum erat nec manifeſtum. IDEM.

38. *Tenebitur*] In edd. cum Interpp. Cujacii eſt *tenetur*. ſed veteres aliæ habent *tenebitur*: & ſic quoque legitur in Capitularibus *lib. VII. cap. 340.* IDEM.

39. *Rei hereditariae, antequam ab herede poſſideatur, &c.*] Ratio eſt, quia poſſeſſionis tantum furtum fit, & res hereditaria a nemine poſſidetur, *l. 1 §. Scævola, Si is, qui teſt. lib. eſſe jus.* Ex CUJACIO *Obſervation. lib. XXI. cap. 19.* Primus hanc ſententiam, ut & reliquas ſtellulis notatas publici juris fecit illo ipſo loco Cujacius.

40. *Qui meretricem libidinis cauſa rapuit, &c.*] Puto hoc in loco legendum eſſe, *Qui non meretricem*, ut in *l. fullo, 32. §. qui ancillam, D. de furt.* quæ eſt ex hoc libro. Nam qui meretricem rapuit, & celavit, nec furti tenetur, nec lege Fabia. Ex eodem loco, & ex eis libris, quibus ſolæ interpretationes ſententiarum Pauli continentur, & in eis tamen hæc verba integra leguntur, eſſe ea interpretis, non Pauli conjicio. CUJAC.

40. * *Qui non meretricem &c.*] Vide Inſ. *h. t. num. 31.* Cujac. putat eſſe Interpretis verba *ad §. 2. qui ancillam, l. 32. D. de furt.* RITTERSHUS. Non credidit Cujacius eſſe hæc verba Interpretis ad *l. 32. §. 2. D. h. t.* ſed Interpretis harum Sententiarum Alariciani, cujus interpretationes barbaris ſæculis inſtar legum valuerunt, & in quibuſdam libris MSS. ſolæ exſtant. Infra certe § 31. ipſa habebimus verba Pauli, quem ſub eodem titulo bis idem dixiſſe non eſt credibile. Rittershuſius edidit *non meretricem*. verum edd. aliæ non habent *non*: quod recte quidem adeſſet: ſed a juris imperito homine ſcripta fruſtra ad veri normam exigas. Et talium interpolationes ex falſitate eorum, quæ adſcripſerunt, ſæpe deteguntur. SCHULTING.

13. [41] Furti manifesti actio praeter poenam quadrupli ipsius rei persecutionem genere vindicationis & condictionis [42] continet.

INTERPRETATIO. *Furti manifesti poena quadrupli est, & ipsius rei, quae est sublata, redhibitio.*

14. [43] Furti [44] oblati actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena, [45] & ipsius rei restitutio.

INTERPRETATIO. *Si quis rem furtivam alteri obtulit, ne apud ipsum inveniretur, tripli poena est, & ipsius rei redhibitio, quae sublata cognoscitur.*

15. [46] Furti quocunque genere [47] condemnatus, famosus efficitur.

16. [48] Quaecunque in caupona, vel in [49] meritorio stabulo, diversoriove [50] perierint, in exercitores eorum furti actio competit.

* 17. [51] Si res vendita ante traditionem subrepta sit, emptor & venditor furti agere possunt: utriusque enim interest, rem tradi vel tradere.

* 18.

41. *Furti manifesti actio praeter poenam quadrupli, &c.*] Furti manifesti actio est in quadruplum ex jure praetorio, & meram poenam continet: extra poenam est rei persecutio, quam aut vindicando, aut condicendo dominus potest auferre, §. *ult. de obl. qua ex del. nasc.* CVJAC.

42. *Continet*] Non continet actio furti rei persecutionem, sed meram poenam: atque extrinsecus rei vindicationem aut condictionem habet dominus, §. *ult. Inst. de oblig. quae ex delict. nascunt. l. 14. §. 3. D. h. t.* Vereor, ne & hic mala manus grassata sit. SCHULT.

43. *Furti oblati actio adversus eum, qui obtulit, &c.*] Gellius *lib. XI. cap. 18.* sic scribit, *furtis conceptis, item oblati tripli poena est.* Et de his puto sensisse Gajum in *l. 3. D. qui sect. adv. eos* & hunc ipsum auctorem *lib. V. tit. de abact.* Haec autem male virgo legitur, *Furti concepti*, idcirco emendavimus, *Furti oblati*: nam actione concepti qui obtulit, non tenetur. CVJAC.

44. *Oblati*] Sich. *concepti*, non recte. RITTERSHVS.

45. *Et ipsius rei restitutio*] Verum quo pacto oblati actione, quae illi datur, apud quem res furtiva inventa, adeoque domino vel actori restituenda fuit, res hic restituetur ab illo, qui obtulit, ei, cui olim obtulerat? Vereor, ne & hic non legamus verba Pauli. SCHULTING.

46. *Furti quotunque genere condemnatus, famosus efficitur*] Furtorum quatuor sunt genera. Quocunque genere suo nomine damnatus, famosus est, *l. furti, 6. D. de his qui not. infam.* quo in loco veri simile est haec Ulpianum addidisse, *sive concepti, sive oblati.* CVJAC.

47. *Condemnatus*] In lib. Lex Dei *tit. 7.* est, *damnatus.* RITTERSHVS. Sed *condemnatus* quoque scriptum est in Capitularibus *Addition. III. cap. 101.* ubi tamen non notavit, ut solet, V. Cl. Steph. Baluzius, id caput hinc sumptum esse. Ibidem pro *famosus* legitur *infamis.* In Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 7.* haec sententia primo loco est posita, orte dum Auctor, qui eo usque Paulum non excerpsit, statim ostendere voluit, furti crimen Romanis pro admodum turpi fuisse habitum. SCHULTING.

48. *Quaecunque in caupona, vel meritorio stabulo, &c.*] In cuni, qui navem, cauponam, vel stabulum exercet, in duplum est actio jure praetorio, quasi ex maleficio, si habitatorum, vel eorum quis furtum fecerit, quorum opera navem, cauponam, stabulum exercet. Vectorum tamen, viatorumve factum non praestat, *l. 1. D. furt. adv. nau. caup. stab.* CVJAC.

49. *Meritorio stabulo*] Cujus usus mercede locatur. Conjunguntur quoque stabula & alia meritoria *l. 102. D. de verbor. signif.* Plura dabit Brissonius *de verbor. signif.* SCHULTING.

50. *Perierint*] Furto ablata sint. Dixi *ad* §. 4. Quod Cujacius dicit de facto viatorum & vectorum ab exercitoribus non praestando, ne tirones decipiat, intelligendum est de actione poenali in duplum ex quasi maleficio: ex recepto enim actio semper in ipsos datur, nisi res fortuito casu interierint, *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. stabular. ut recept. restit.* IDEM.

51. *Si res vendita ante traditionem subrepta sit, &c.*] Optima ratio, quia utriusque interest, *l. 92. §. 1. D. eod.* At obloquitur *l. cum qui, 14. & l. Si vendidero, 20. in prin. D. eod.* nisi dicas soli venditori furti actionem duplici jure competere, quia dominus est, & quia ejus interest rem tradere emptori, in hoc enim obligatus est, ut rem tradat emptori, vel si sine culpa ejus res subrepta sit, ei cedat directam furti actionem, verum & sine cessione tentari potest emptori suo nomine competere utilem furti actionem, quia ejus interest rem tradi, ut in aliis casibus plerumque ubi ex cessione est directa, sine cessione competit utilis. Ex CVJACIO *Observ. lib. XXI. cap. 19.* Haec sententia hoc in loco cum exstet in codice Vesontino, teste Cujacio *Obs. lib. XXI. cap. 19.* ubi illam primus publicavit, non recte in ed. Aurelian. cum sequenti ad finem est rejecta, hicque posita vicesima secunda, *qui furtum.* quod posterius factum quoque in Paris. cl. Ia LXXXVI. sed haec & sequens omisit.

52.

18. [50]Si quid in naye rateve perierit, furti actio in excitorem navis datur.

19. [51]Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit: quam si & ipse similiter amiserit, suo nomine persequi potest.

20. [52]Pater, vel dominus de ea re, quae filiofamilias, vel servo subrepta est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur.

INTERPRETATIO. *Si filiofamilias, vel servo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem, vel dominum furti actio pertinebit: quia merito eis haec actio datur, ex quorum personis solent* [53] *aliquoties conveniri.*

21. [54]Si rem, quam tibi [55]commendavi, postea subripui, furti actio competere tibi non poterit: rei enim nostrae furtum facere non possumus.

22. [56]Qui furtum quaesiturus est, antequam quaerat, debet dicere, quid quaerat, & rem suo nomine & sua specie designare.

23. [57]Si, cum furtum quis quaerit, [58]damnum injuriae dederit, actione legis Aquiliae tenebitur.

INTERPRETATIO. *Si, cum furtum quis quaerit, damnum alicui dederit,* [59] *vel*

50. *Si quid in nave rateve perierit, &c.*] Dixit supra de eo, quod periit in caupona vel stabulo: nunc de eo, quod in navi, de quibus omnibus actio furti, quae datur in exercitorem, proponitur in *tit. D. furti adv. nau. caup.* Navi adjungit ratem. Licet & lintrem adjungere, ut *l. 1. §. de exercitoribus, Nau. caup. stab.* Ex CVJACIO *dict. loc.*

51. *Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit, &c.*] Furti tenetur debitor, qui rem pignoratam creditori subtrahit: quam si postea & ipse furto amiserit, nihilominus furti actionem habet: atque ita hoc casu fur furti agit, *l. itaque, 12. §. pen. D. de fur.* in quo negationem superesse notavimus *lib. IV. Inst. tit. 1.* CVJAC.

52. *Pater, vel dominus de ea re, quae filiofamilias, &c.*] Si res peculiaris subripiatur filiofamilias, vel servo, actio furti patri, vel domino adquiritur, qui & de peculio actiones pati solet: & ideo ejus maxime interest rem peculiarem non subripi, *l. si quis uxori, 52. §. si servus, D. de furtis.* IDEM.

53. *Aliquatenus*] Al. *aliquoties.* puto legend. *peculio tenus.* RITTERSHVS. Peculio tenus re ipsa tenetur: sed Interpres passim pro suo arbitratu Paulum exponit, & parum recte. In edd. Sich. Lugd. Parisi. Genev. legitur *aliquoties*, quod cur repudiabimus? Sich. habet in marg. *aliquatenus*, quod Rittershusius recepit. SCHVLTING.

54. *Si rem, quam tibi commodavi, postea subripui, &c.*] Si is, qui rem tibi commodaverit, eam subripiat, furti non tenetur: quia rei suae furtum non fit, quae tamen ratio interdum falsa est, ut in debitore pignus subtrahente superius dictum est: & hoc quoque casu nonnunquam commodator furti tenebitur, *l. creditoris, 15. §. dominus. leg. si is qui rem commodasset, 39. D. de furtis.* CVJAC.

55. *Commendavi*] Ita Sich. Lugd. Parisi. Genev. Rittersh. absque mentione variationis in libris antiquis. Ac certissimum est, nulli ex omnibus, quibus res auferuntur, minus actionem furti competere, quam ei, cui res commendata est, sive depositario, *§. 17. Inst. de obligationib. quae ex delict. nascunt. l. 14. §. 3. D. h. t.* ut adeo cur in edd. cum suis Interpp. Cujacius reposuerit *commodati*, causam non videam. SCHVLTING.

56. *Qui furtum quaesturus est, antequam quaerat, &c.*] Solemnis quaestio rei furtivae quam suspicio erat in alienis aedibus concipi posse, permittitur, si modo is qui quaerit prius declaret quid quaerat, & rem designet suo nomine & sua specie, ut in actione in rem *l. 6. D. de rei vind.* nam & eam quaerit, qui vindicaturus est. idemque fit in actione furti *l. 19. D. eod.* Ex CVJAC. *Observ. lib. XXI. cap. 19.*

57. *Si cum furtum quis quaerit, &c.*] Quamvis in alienis aedibus furtum conquirere, & concipere liceat, si tamen quaerendo damnum injuria detur, legis Aquiliae actionem dari placet. Nam & si magistratus damnum injuria dederit, cum pignora ex lege capit, Aquilia locum habet, *l. quemadmodum, 29. §. magistratus, D. ad l. Aquil.* CVJAC.

58. *Damnum Injuriae*] Sic quoque in Pandectis aliquoties legitur, *l. 14. §. ult. D. de praescript. verb. l. 31. D. de furt. l. 15. §. 40. D. de injur.* & alibi saepe, uti notavit Brissonius *de verbor. signification.* & cum ita habeant edd. vett. praeter eas cum Interpp. Cujacii, & Rittershus. quae exhibeat *injuria*, illud retinui. SCHVLTING.

[61] *vel injuriam fecerit, ſecundum legem Aquiliam* [62] *in duplum damni illati redhibitione multatur.*

24. [63] Ob indicium comprehendendi furis praemium promiſſum jure debetur.

25. [64] Sive ſegetes per furtum, ſive quaelibet arbores caeſae ſint, in duplum ejus rei nomine reus convenitur.

* 26. [65] Si ſervum communem quis furatus ſit, [66] ſocio quoque actio furti dabitur.

* 27. [67] Qui pro derelicto rem jacentem occupavit, furtum non [68] committit: [69] tametſi a domino derelinquendi animo relictam.

* 28. [70] Si ſervus furtum fecerit cum domino, praeter rei condictionem [71] furti actio in dominum datur.

* 29. [72] Fullo & ſarcinator, qui polienda vel ſarcienda veſtimenta accepit, ſi forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum feciſſe videtur: quia non in eam cauſam videntur accepta.

* 39.

61. *Vel injuriam fecerit*] Nihil de injuria eſt apud Paulum: ſed tantum loquitur de damno injuria dato. IDEM.

62. *In duplum*] Non niſi contra inficiantem, *l. 2. §. 1. D. ad leg. Aquil. §. 19. & 26. Inſt. de actionib.* Idem cavet Edictum Theoderici *cap. 130.* IDEM.

63. *Ob indicium comprehendendi furis praemium, &c.*] Indicia, & *ὑπερτὸν* accipere turpe non eſt, ideoque repeti non poteſt, quod ob eam cauſam datum eſt, *l. 4. §. ult. D. de cond. ob. turp. cauſ. l. falſus, 43. §. ſolent, D. de furt.* Quinimo & ſi promiſſa ſint indicia, recte petuntur vel actione doli, vel actione in factum praetoria: puta, ſi inter nos ita convenerit, ut ego furem indicarem, tu dares indicia, *l. ſolent. 15. D. de praſcript. verb.* vel actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſerit. CVJAC.

64. *Sive ſegetes per furtum, &c.*] De ſegetibus, arboribuſque caeſis lege XII. tab. prodita eſt actio *l. 1. l. pen. D. arb. fur. caſ.* ut Plin. *lib. XVII. cap. 1. & lib. XVIII. cap. 3.* explicat. Sed in duplum redacta eſt edicto praetoris, ut oſtendit *l. furtim, 7. §. ult. D. eod.* quae ex libris ad edictum ſumpta eſt. Tunc vero maxime huic actioni locus eſt, cum furtim arbores caeſae ſunt, etiam ſi contrectatio, atque adeo furtum earum non interceſſerit, *l. furtim. 7. l. facienda, 8. D. eod.* Itaque in hac Pauli ſententia, aut *per furtum*, furtim interpretabimur, aut eos potius codices ſequemur, a quibus in Baſilienſi editione adnotatum eſt haec verba, *per furtum* abeſſe. Dupli actio impubere ſegetem furtim caedente ex lege XII. tab. eſt, ut Plin. ſcribit. Sed eam, ut diximus, edictum ad omnes caſus porrexit IDEM.

65. *Si ſervum communem quis furatus ſit, &c.*] Rei noſtrae propriae furtum non facimus, maxime ſi ex eo alter non lædatur. Rei communis furtum facimus, quia fieri hoc non poteſt ſine damno ſocii, *l. 45. D. eod.* EX EODEM *Obſ. lib. XXI. cap. 19.*

66. *Quoque furti dabitur*] Nam & furti tenebitur, *l. 51. D. pro ſoc. & pro ſocio. l. 45. D. eod. tit.* SCHVLTING.

67. *Qui pro derelicto rem jacentem occupavit, &c.*] Quia ejus rei nullus eſt dominus vel poſſeſſor, *l. 43. §. qui alienum, D. eod.* EX CVJAC. *dict. lib. XXI. cap. 19.*

68. *Committit: tamen*] Videtur interponend. *ita.* RITTERSHVS.

69. *Tametſi a domino derelinquendi animo relictam*] Lectio haec commodum non habet ſenſum. Rittershuſius edidit *tamen ſi*: unde reſtituit, *ita tamen ſi*, ſenſu bono: ſed illud *tametſi* exſtat in codice Veſontino, & hoc habet quoque ed. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. & Aurelian ac ita hic potius aliquid ſequeretur, quod regulam extenderet. Forte excidit negatio, & legendum; *tametſi non a domino derelinquendi animo relictam.* Opinio, nempe, apprehendentis & occupantis, ac bona fides ipſum a crimine furti liberat: atque hoc patet ex *l. 43. §. 6. D. h. tit.* SCHVLTING.

70. *Si ſervus furtum fecerit cum domino, &c.*] Et in ſolidum ex ſua perſona, noxalis autem ex perſona ſervi. Plane una poena actor contentus eſſe debet, *l. 4. §. cum dominus, De nox. act.* EX CVJACIO *laudat. lib. XXI. cap. 19.*

71. *Furti actio in dominum datur*] Ac dubito, an quidem hic liberetur dominus una poena: non enim hic tantum furtum fecit ſervus ſciente domino, ut *in l. 4. §. 2. D. de noxalib. actionib.* ſed & ipſe dominus furtum fecit. SCHVLTING

72. *Fullo & ſarcinator &c.*] Haec ſententia, ut & duae ſequentes exſtant non tantum in *l. 82. D. h. t.* ſed & hoc ipſo loco in libro Veſontino, teſte Cujacio *dict. lib. XXI. cap. 19* unde miror, quod in editione Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. plane omiſſae ſint; & illa, *qui tabulas, 32* poſt §. *qui rem 36* poſita; cum tamen Cujacii nomen illa oſtentet editio: a quo ipſo id profectum eſſe non crediderim. IDEM.

73. *Fru-*

30. [77] Frugibus ex fundo ſubreptis, tam colonus, quam dominus furti agere poſſit: quia utriuſque intereſt, rem perſequi.

31. Qui ancillam [74] non meretricem libidinis cauſa ſubripuit, furti actione tenebitur: & ſi ſuppreſſit, poena legis Faviae coërcetur.

32. [75] Qui [76] tabulas, cautioneſve ſubripuit, in adſcriptam ſummam furti actione tenebitur: nec intereſt, cancellatae, nec ne ſint: [77] quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt.

INTERPRETATIO. *Qui tabulas, aut cautiones furto abſtulerit,* [78] *ad eam ſummam redhibitionis, quam tabulae vel chartae ſublatae continent, furti actione tenebitur. Nec intereſt, utrum cautiones ipſae ſine aliqua* [79] *litura ſint, an fuerint* [80] *caraxatae, aut forſitan jam ſolutae.*

33.

77. *Frugibus ex fundo ſubreptis*] Antequam eſſent percepti, *l. 26. §. 1. D. h. t.* quo pertinet & *l. 14. §. 2. D. eod. tit.* quamvis condicere illos tunc furi colonus, utpote nondum dominus, non poſſit, *l. 60. §. 5. D. locat. conduct.* Poſt perceptionem fructus pleno jure ſunt coloni, *§. 36. Inſt. de rer. diviſion. l. 61. §. 2. D. h. t.* & tunc non major eſt ratio dandæ actionis furti domino, quam creditori ob rem quamvis debitori ipſius furreptam: cui & illa plene negatur, *l. 49. l. 85. fin. D. hoc.* IDEM.

74. *Non meretricem*] Vulgo hinc abeſt negatio. Vide *ſupra h. t. num. 12.* RITTERSHVS. Non abeſt ab hoc loco negatio, ut Rittershuſius notat, ſed a §. 11. ubi non ſententiam Pauli, ſed interpretationem legi credidit Cujacius, qui poſtea hanc ſententiam, ut & duas præcedentes, reperit etiam in Veſontino codice. De ancilla meretrice libidinis cauſa ſurrepta non placuit furti actionem, nec de ſuppreſſa legis Fabiæ accuſationem dari, *l. 39. D. h. t.* SCHVLTING.

75. *Qui tabulas, cautioneſve ſubripuit, &c.*] Integra hæc ſententia extat in *l. fullo, 82. §. ultim. D. de furtis.* Ergo is, qui tabulas, aut cautiones ſubripuit, non tantum pretii tabularum, ſed etiam ſummæ tabulis adſcriptæ nomine furti tenetur. Eademque actio eſt, ſi tabulæ ſint cancellatæ, in pretium tabularum, & in id, quanti intereſt creditoris tabulas cancellatas non ſubripi: quod ex eis aliquando calumniante debitore, & indebitum ſolutum eſſe contendente, debitum ſolutum eſſe comprobare poſſit, *l. qui tabulas, 27. D. de furtis.* Quidam codices habent, *quia ex his debitum diſſolutum intereſt comprobari:* quidam, *quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt.* CVJAC.

76. *Tabulas vel cautiones*] Sic & Vipianus, *l. 27. pr. D. h. t.* ubi etiam hoc nomine chirographa intelligit in ſequentibus. ab his olim differebant ſyngraphæ, in quibus contra veri fidem pactio perſcribebatur, teſte Aſconio Pediano ad *Ciceron. in Verr. lib. 1. cap. 36.* Hic intelligerem inſtrumenta quævis ad obligationem probandam idonea. Pluribus de illis agit Salmaſius *de modo uſurar. cap. 10.* & Fabrotus *enarrat Paratitl. Cujac. ad tit. C. de fid. inſtrument.* SCHVLTING.

77. *Quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt*] Cum ita legatur in quibuſdam veteribus libris, teſte Cujacio, nec non in *l. 82. §. ult. D. h. t.* poſt Rittershuſium ita edidi. Sich Lugd. cIↃIↃI. XVI. Pariſ. Genev. *quia ex his debitum diſſolutum* (Sich. *ſolutum*) *intereſt comprobari.* In edd. cum Interpp. Cujacii. *q. e. h. d. diſſolutum eſſe comp. poſ.* Parvum ipſa in re eſt diſcrimen. IDEM.

78. *Ad eam ſummam redhibitionis*] Id non vult Paulus: ſed litem æſtimandam eſſe non modo ex pretio tabularum, ſed & eo, quod intereſt creditoris, eas non eſſe ſubreptas, in duplum aut quadruplum, ut fit in furti actione, *l. 27. pr. D. h. t.* IDEM.

79. *Litura*] Ita edd. Sich. Pariſ. & Rittersh. ac ut hic lituræ, & mox caraxatarum fit mentio, ſic in teſtamento Remigii, cujus mox plura verba laudabuntur, *ſi qua litura aut caraxatura.* In edd. Lugd. cIↃIↃI. XVI. & Genev. cIↃIↃI. LXXXVI. eſt *deletura*, optimo quoque ſenſu. Sichardus etiam habet in margine *leſione.* IDEM.

80. *Cancellatæ*] Al. *caraxatæ.* De hujus verbi etymo hic addam, excepta ex literis Cl. V. Marquardi Freheri, amici noſtri. is enim de eo per epiſtolam a me conſultus ita reſcripſit, ut ſequitur. *Verbum* (caraxare) *dignum ſane eſt tam bono interprete, homine Gotho: qui &* præſtare *gaudeat dicere pro* mutuo dare *vel* commodare, *ut adhuc Galli* preſter, *&* demandatus *pro* requiſito, *Gallis* demandé *&* miner, *pro* ducere, *Gall.* mener (*quod fortaſſe excuſari poſſit, per H. Step. in libr. de Latinitate ſuſpecta*) *& alia non multo meliora. Veluti cum dixit,* Dimittere legatum *vel* fideicommiſſum: ad ſolutionem retinere; deputare exilio; dimittere liberum, *pro* manumittere: reformare, *pro* reſtituere (*hoc tamen & Sidonius utitur*) redhibere *pro* reddere: homo & femina, *pro* mas & femina: violenter præſumere, *pro* rapere, occupare: evacuare, *pro* annullare: *ut adhuc Galli* vuider: in caſa patris, *pro* in poteſtate: *Et alia ejuſdemmodi ſexcenta. Sed ut ad illud* caraxare *redeam, reperi ſane aliquando idem, verbi an non monſtri dicam? in Teſtamento Remigii, Epiſcopi Remenſis* (*qui & ipſe Sidonii* εὐγχρονος *fuit*) *ubi ita cavet:* Huic autem teſtamento meo dolus malus abeſt aberitque. In quo ſi qua litura vel caraxatura fuerit inventa, facta eſt, me præſente, dum a me relegitur & emendatur. *Extat apud Briſſon.*

* 33. [81]Qui ſervo fugae conſilium dedit, furti quidem actione [82]non tenetur, [83]ſed ſervi corrupti.

* 34. [84]Res ſubrepta ſi in domini poteſtatem reverſa ſit, ceſſat [85]furti actio.

* 35. [86]Qui furandi animo conclave effregit, vel aperuit, ſed nihil abſtulit, furti actione conveniri non poteſt; injuriarum poteſt.

* 36. [87]Qui rem ſuam furatur, ita demum furti actione non tenetur, ſi alteri ex hoc non noceatur.

37. [88]Servus, qui in fuga eſt, [89]a domino quidem poſſidetur, ſed dominus furti actione ejus nomine non tenetur: quia in poteſtate eum non habet.

* [90]*Si*

Briſſon. lib. VII. De formulis, mihi pagi. 769. *Sed ecce, monente Grutero repeto & locum, lectum ante antea pariter & negletum, apud Prudentium* Peri Stephanon Hymno X.

Charaſſat ambas ungulis ſcribentibus
Genas, cruentis & ſecat faciem notis.

Vbi Georgius Fabricius in Indice annotat: χαράσσειν lacerando imprimo, aut exaro: *eodemque verbo & Gregorium Turonenſem uſum ait. Non jam eſt ergo, quod me pœniteat, pulcerrimam hanc vocem didiciſſe ex tam bono magiſtro, Aniano, Tribuniani collega & ſymmyſta.* Hæc ad me Frehervs, joca ſeria miſcens: cui pro hoc indicio gratiam habeo, & *μήνυτρον*, ſive mavult *σύμβολον*, debeo. Adii ego ſtatim Victorem Giſelinum, doctiſſimum Prudentii Commentatorem. Apud eum hæc annotata repperi: *χαράττειν Gracis etiam valet*, ſculpere, arare, ſcarificare. *Poëta ſua ætati ſupparet credo imitatus ab iſtius verbi futuro χαράξω Latinam dictionem derivavit: quemadmodum alibi a Præterito paſſivo, ſive ejus deductitio nomine (πλάττειν πέπλασμαι, πλάσσω) plaſmare. Qua huc ab aliis afferuntur, & ſcriptis libris adverſantur, & poëta noſtri genio.* Hactenus Giſelin. Ego non puto neceſſe, ut ad futurum recurramus in formando Latinum *charaxo*, qui ſciam promiſcue ſcribi *Vlyſſes* & *Vlyxes*, aliaque ſimilia. Itaque ſimpliciter a præſenti *χαράσσω* videtur deductum & *charaſſo* (ut legit Fabricius) & *charaxo* (ut Giſel.) & denique *caraxo*, extrita aſpiratione, ut eſt apud Arianum & Remigium: quo magis ſcilicet Græca origo tegeretur, & verbum hoc purum putum videretur Latinum. Hæc cum ita ſint, quod antea ex mea conjectura protuli, totum nunc muto & delendum eſſe ajo, ut in quo criticum delirarit acumen. RITTERSHVS. *in Indic.* In edd. Sich. & Rittershuſii eſt *cancellate*: ſed hic notaverat, alios legere *caraxate*, (ac ſic eſt in edd. Lugd. Pariſ. Genev.) quod dein probavit. Ego autem parui Doctiſſimi Viri voluntati, ac quæ ad hunc locum prius notaverat, omiſi. Ceterum per caraxatas Interpres intelligit hic cancellatas, de quibus loquitur Paulus: ac ſic etiam hoc verbum ſumi pro *induco, cancello*, docet Vir Eruditiſſimus, Car. du Freſne du Cange *in Gloſſar. med. & infim. Latinitat. v. charaxare, caraxare*, dotens ita eſſe in Gloſſis veteribus, *charaxo, induco, cancello*: & in Excerptis Pithœanis, *charaxatis, ſcriptis, inductis, cancellatis.* Plura habet ibidem. ut proin non ſit verum quod V. C. Ger. Joh. Voſſius *de vit. ſermon. lib. IV. cap. 3.* ubi varias hujus verbi exhibet notationes, ſcribit, illud non notare *delere*. SCHVLTING.

81. *Qui ſervo fugæ conſilium dedit, &c.*] Qui ſervo alieno fugam ſuaſit, tenetur ſervi corrupti, ut *lib. 1. tit. 13.* non furti, quia ſervum non adtrectavit, *l. 36. eod.* Ex CVJACIO *Obſerv. lib. XXI. cap. 19.*

82. *Non tenetur*] Vt nec qui illi iter monſtravit, *l. 62. D. h. t.*

83. *Sed ſervi corrupti*] Vide ſupra *lib. 1. tit. 13.* A. RITTERSHVS.

84. *Res ſubrepta, ſi in domini poteſtatem reverſa ſit, &c.*] Falſa hæc ſententia eſt, niſi furti actionem, ut ſit ſæpe, accipias pro condictione furtiva, *l. 20. De cond. fur.* Ex CVJACIO *dict. lib. XXI. cap. 19.*

85. *Furti actio*] Id eſt, condictio furtiva. Cujac. nam furti nihilominus agi poteſt. RITTERSHVS.

86. *Qui furandi animo conclave effregit vel aperuit, &c.*] Idem Vlpianus *l. 21. §. qui furti, D. eod.* Ex CVJACIO *dict. loc.*

87. *Qui rem ſuam furatur, ita demum &c.*] Si alterius non interſit retinere poſſeſſionem, ut puta, creditoris pigneratitii, ut ante dixit, vel etiam donatarii in ſpecie *l. 13. §. ult. D. eod.* Ex EODEM *ibid.*

88. *Servus, qui in fuga eſt, a domino quidem poſſidetur, &c.*] Servus fugitivus, ſi nondum ab alio poſſideatur, a domino quidem poſſidetur: ſed ſi interim alteri furtum faciat, non tenetur dominus actione noxali, quia eum in ſua poteſtate non habet, *l. ſervi, 17. §. ult. D. de furt. l. quotiens, 21. §. in poteſtate, D. de nox. act.* quod valde pugnat cum *l. ſi ſervus ſervum, 27. §. ſervi autem, D. ad l. Aquil.* niſi hanc diſtinctionem admittimus. Aut ſervus fugitivus ab alio poſſidetur, aut non. Si ab alio non poſſidetur, dominus noxali actione non tenetur, quia exhibendi ejus poteſtatem non habet, & hoc translatitium eſt, ut noxalem actionem recuſare poſſit is, qui ſervi exhibendi poteſtatem non habet. Quod ſi ab alio poſſidetur bona fide, dominus noxali actione tenetur, quia jam a poſſeſſore repetendi ſervi poteſtatem habet: ipſe autem

* 90 *Si ſervus etiam in fuga poſitus furtum fecerit, damnumve dederit, & reverſus ad dominum fuerit, niſi pro ſui qualitate dominus ſolvere paratus ſit pro culpa, eum aut dare praeſentem, aut abſentem cedere cogendus eſt.*

autem bonæ fidei poſſeſſor non tenetur. Et hoc dicimus, cum debitum ſervum actoris fieri volumus, alioquin bonæ fidei poſſeſſor terte noxali actione tenetur: ſed ſi in rem agat, exceptione repellitur, *l. bona fide, 11. l. & generaliter, 28. D. de nox. act.* Et ita hæc quæſtio, male ab interpretibus diſcuſſa, meo quidem judicio, explicanda eſt. CVJAC. Quæ hic habet Cujacius, nec non *ad l. 28. D. de noxalib. actionib. ad African. tract. VI.* non videntur poſſe ſufficere ad ſolvendum *hæreſin* inter hunc locum, ut & *l. 19. §. ult. D. h. t l. 21. §. 3. l. 11. D. de noxalib. actionib.* ac ex adverſo *l. 27. § 3. D. ad leg. Aquil.* ubi noxali actione ob damnum injuria datum dominus teneri dicitur, non bonæ fidei poſſeſſor: imo & teneri dominus, ſi ſervus in fuga ſit, idque veriſſimum eſſe. Nec abſolvit rem diſtinctio Bachovii *ad Treutler. p. 1. Diſp. 8. th. 12. C.* nempe, in idea & abſtracto, quatenus bonæ fidei poſſeſſor domino opponitur, dominum, non hunc poſſeſſorem teneri: dum vero de domino non conſtat, contra poſſeſſorem talem, qui loco domini eſt, agi poſſe. Nec ego hic certi aliquid habeo. Conſiderari tamen velim, an non ſit probabilis ſolutio ſecunda Gloſſæ, *ad d. l. 27. §. 3.* ut ſpeciale quid obtineat in noxali actione ex lege Aquiliæ quæ forte actionem hanc dederit contra dominum ſervi occidentis: quomodo & interrogatus aliquis in tali ſpecie dicit eum ſuum eſſe *l. 8. D. de interrogationib. in jur. faciend.* cum in aliis caſibus ſufficiat ſervum in poteſtate alicujus eſſe, *l. 21. §. 2. D. de noxalib actionib.* Dedere hic quidem nequit dominus, ſed poteſt cavere ſe dediturum, *fac. l. 3. §. ult. D. ad exhibend.* vel actionem ſuam actori cedere, *arg. l. 31. D. de pecul.* SCHULTING.

89. *A domino quidem poſſidetur*] Quod ad effectum uſucapiendi, *l. 17. §. ult. D. h. t. add. l. 21. D. de rei vindication.* IDEM.

90. *Si ſervus etiam in fuga poſitus &c.*] Hæc juris eſſe docet Papianus *Reſponſor. tit. 16.* ſecundum regulam Pauli Sententiarum: quæ hic optime collocari potuiſſe credidi, non tanquam genuina Pauli verba, ſed eorum interpretamentum, qualia & alibi ex eodem Papiano adduximus. Optime vero illa huic loco quadrant, ſimulque indicant plus olim hic ſcriptum fuiſſe, quam hodie ſupereſt. IDEM.

TITVLVS XXXII.

De Operis Libertorum.

1. [2]Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris, & operarum ſolutus alere cogendus eſt, pro modo facultatum ſuarum.

INTERPRETATIO. *Si quis ita fuerit manumiſſus, ut nec donum, nec operas patrono praeſtare deberet, & patronus ejus egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum ſuarum paſcere & ſuſtentare compellatur.*

1. *De operis libertorum*] Libri ſcripti habent, *De operibus libertorum.* quod loquendi genus probavimus in frag. Vlpia. *tit. 29.* CVJAC. Sichardus edidit *operis*: nec in ſuis diverſitatem fuiſſe notat: & in edit. Fabroti ſubjicitur huic notæ Cujacii alia brevis. *Alii ut heic.*

2. *Egentem patronum libertus obligatione doni, &c.*] Si libertus doni, muneris, operarum obligatione liber dimiſſus ſit, ex lege Julia de maritandis ordinibus, cujus verba referuntur in *l. qui libertinus, 37. D. de oper. libert.* patrono quidem perinde denegabitur bonorum poſſeſſio contra tabulas, ac ſi operas exegiſſet, aut vendidiſſet. Sed tamen egenti alimenta non denegabuntur, *leg. libertus qui operarum, 41. D. de oper. libert.* eaque pro modo facultatum præſtabuntur, *l. ſi quis a liberis, 5. §. ſolent, D. de agn. & al. lib.* CVJAC.

JVLII

Digitized by Google

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM

LIBER TERTIVS.

Cum Interpretationibus Aniani, V. S.

TITVLVS.

De Bonorum Poſſeſſionibus.

1. Quotiens is, cui bonorum poſſeſſio ab altero poſtulata eſt, furere coeperit, magis probatum, ratum eum videri habuiſſe: rati enim habitio ad confirmationem prioris poſtulati pertinet. LEX EST VLTIM. D. HOC TITVLO.

2. Si is, cui ignoranti petita eſt bonorum poſſeſſio, deceſſerit, heres ejus intra tempora petitionis ratam eam habere non poteſt. LEX EST VII. D. RATAM REM HABER.

1. *De bonorum poſſeſſionibus*] Hunc titulum exemplo edit. Aurelian. hic collocavi: ac poſt materiam de operis libertorum hæc congrue ſequitur, ut & in Edicto perpetuo apud Jacobum Gothofredum *in Ordin. Edict. perpet.* SCHVLTING.

2. *Poſtulati*] Edd. vett. *poſtulationis.*

TITVLVS I.

De Carboniano Edicto.

1. Si fratri impuberi controverſia fiat, an pro parte puberis differri cauſa debeat, variatum eſt: ſed magis eſt, ut differri non debeat.

INTER-

1. *Si fratri puberi controverſia fiat, an pro parte impuberis differri cauſa debeat, &c.*] Omnino legendum eſt, *Si fratri impuberi controverſia fiat, an pro parte puberis, &c.* Puberi non datur bonorum poſſeſſio Carboniana, *l. 3. §. puberi, D. de Carb. edict.* At ſi duobus impuberibus fiat controverſia, & unus puberit, alter non puberit, propter impuberem puberis controverſia differtur, *d. l. 3. §. ibidem Julianus.* Quod hæc ſententia non ita obſervari oſtendit, cum ab initio puberi ſimul & impuberi ſit controverſia: nec enim propter impuberem, puberis controverſia differtur. Igitur duobus impuberibus datur Carboniana, & quamdiu vel unus impubes eſt, in alterius perſona Carboniana pubertate non finitur. At ſi puberi

Digitized by Goo

INTERPRETATIO. *Si quis contra duos fratres, id eſt, unum puberem, cujus aetas curatorem habere poteſt, & alterum impuberem cauſam habeat: ſi frater, qui ſenior eſt, propter perſonam fratris minoris, ne cauſam dicat, ſe voluerit excuſare, ille, qui ſenior eſt, pro ſua cauſa vel perſona reſpondere compellitur. Quod etiamſi curatorem non habeat, adhibere ſibi cogetur: nam adultus ſe per perſonam pupilli penitus non excuſat.*

beri controverſia fiat, impuberi Carboniana datur, non etiam puberi, propter impuberis fratris perſonam. CVJAC.

2. *Impuberi*] Ita Cujac. mutat quod vulgo legitur, *puberi*. Et mox legebatur, *pro parte impuberis*. RITTERSHVS. Emendationem Cujacii certiſſimam poſt Rittershuſium recipere non dubitavi. Altera lectio ſtare nulla ratione poteſt: & ipſe Interpres docet, cauſam adulti non differri SCHVLTING.

3. *Controverſia*] An inter liberos ſit, *l. 1. pr. D. h. t.* talibus enim impuberibus bonorum poſſeſſio uſque dum pubuerint, ex edicto Carboniano datur. Interpres non recte rem expoſuit. IDEM.

TITVLVS II.

De Bonis Liberti.

1. 'In bonis liberti 'prior eſt patronus, quam filius alterius patroni. Itemque prior eſt filius patroni, quam nepos alterius patroni.

2. 'Libertus 'duos patronos heredes inſtituit, alter eorum vivo liberto moritur, is, qui ſupereſt, contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem recte poſtulat.

INTERPRETATIO. *Si libertus duos patronos heredes ſcripſerit, & unus ex ipſis patronis vivente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum, qui ſuperaſt, quod ambobus dimiſerat, pertinebit.*

3. 'Liber-

1. *In bonis liberti prior eſt patronus, quam filius alterius patroni, &c.*] Patronus patroni filio, patroni filius patroni nepoti obſtat: quia proximus quiſque ad hereditatem liberti vocatur, *l. ſi libertus praeteritus, 23. §. pen. D. de bo. lib. l. pen. D. de adſig. liber. l. 4. D. de op. lib.* neque locus eſt edicto novo, *l. 2. §. ult. l. libertinus, 5. §. ult. D. eod.* Item ad liberti paterni, vel aviti bonorum poſſeſſionem vocantur liberi, qui ſunt in adoptiva familia, *l. patroni filia, 39. D. eod.* Itemque concepti poſt mortem avi, *l. Paulus, 47. §. Paulus, D. de bon. lib.* quae tamen omnia in ſucceſſione ingenuorum non obſervantur. CVJAC.

2. *Prior eſt Patronus*] Idem habemus apud Vlpianum *tit. 27. §. 2.* ubi aliquid dicetur. Edictum novum Cujacio memoratum, eſt edictum Juliani, quo liberi ex filio emancipato in poteſtate retenti, data patri bonorum poſſeſſione contra tabulas, cum eo concurrunt, *l. 1. D. de conjungend. cum emancipat. liber. ej.* quod hic locum non habet. SCHVLTING.

3. *Libertus duos patronos heredes inſtituit, &c.*] Hanc ſententiam depravatam eſſe manifeſtiſſimum eſt. Nec enim inſtitutis heredibus ſolet dari bonorum poſſeſſio contra tabulas. In quibuſdam codicibus legitur, *duos patronos habere inſtituit*, malim *duos patronos habuit, alter eorum vivo liberto moritur, &c.* Hic erit ſenſus. Si ex duobus patronis alter vivo liberto deceſſerit, ei ſoli, qui ſupervixerit, partis utrique debitae bonorum poſſeſſionem contra tabulas dari, *l. communi, 24. D. de bon. libert.* quae uti diſpungenda ſit, *lib. 2. Obſerv.* oſtendi *cap. 14.* CVJAC.

4. *Duos patronos heredes inſtituerit*] Locus procul omni dubio eſt corruptus: & forte jam fuit in Aniani codice, niſi is ipſe corruperit. Ita ſaltem male interpretatur, uti & hic ſcriptum eſt. Optimus ſenſus foret, ſi legeremus, *duos patronos habens, alios heredes inſtituit.* Eodem quoque redit emendatio Cujacii. SCHVLTING.

3. [1]Libertorum hereditas [6]in capita, non in ſtirpes dividitur: & ideo ſi unius patroni duo ſint [7]liberi, alterius quatuor, ſinguli viriles, id eſt, aequales portiones habebunt.

4. [8]Patronus, vel patroni liberi ex parte [9]dimidia heredes inſtituti, [10]aes alienum liberti pro portionibus exſolvere [11]cogantur.

INTERPRETATIO. *Si liberto mortuo patronus, vel patroni filii, cum ſecundum paginam teſtamenti in dimidia ejus hereditate ſucceſſerint, debitum liberti pro portionum ſuarum quantitate reſtituant.*

* [12]Sicut teſtamento facto decedente liberto, poteſtas datur patrono, vel libertatis cauſa impoſita petere, vel partis bonorum poſſeſſionem; ita & cum inteſtato deceſſerit, earum rerum electio ei manet. LEX EST XX. D. DE JVR. PATRONAT.

* Liberto per obreptionem adrogato, jus ſuum patronus non amittit. LEX EST XLIX. D. DE BON. LIBERTOR.

5. *Libertorum hereditas in capita, non in ſtirpes dividitur, &c.*] Liberi patronorum hereditatem liberti inter ſe dividunt in capita, non in ſtirpes, *l. ſi libertus praterito, 23. §. ult. D. de bon. lib.* quod in ingenuorum ſucceſſione non ſemper obſervatur. CVJAC.

6. *In capita*] Sic & Vlpianus *tit. 27. §. 4.*

7. *Liberi*] Al. *liberti*, non recte. RITTERSHVS.

8. *Patronus, vel patroni liberi ex parte dimidia heredes inſtituti, &c.*] Patrono, liberiſve patroni debetur ſemis bonorum ex lege Papia. Igitur ſi ex ſemiſſe patronus inſtituatur, ſatisfactum ei eſt. At neceſſe eſt, ut pro ſemiſſe æs alienum exolvat. Nam bona deducto ære alieno intelliguntur. Credo ſub hoc titulo etiam poſitam fuiſſe ſententiam *l. ſicut, 20. D. de jur. patr. & l. liberto per obreptionem, 49. D. de bon. libert.* CVJAC.

9. *Dimidia*] Jure novo eſt tertia, *§. 3. Inſt. de ſucceſſion. libertor.* Ad Vlpianum *tit. 29. §. 1.* aliquid de ea habebimus.

10. *Æs alienum &c.*] Vt & alibi bonorum poſſeſſores, cum ſint vice heredum, *l. 1. l. 2. D. de bonor. poſſeſſionib.* Non idem in legatis vel fideicommiſſis, ſi nihil illis amplius relictum ſit, *l. 42. l. 43. D. hoc tit.* uti nec conditione aut dilatione portio patronis debita onerari poteſt, *l. 21. §. 1. & 2. D. de jur. patronat.* Si tamen non agnoverit portionem ſuam patronus, is, cui ea accreſcit, non ejuſdem eſt conditionis; verum illa implere debet, *l. 28. D. de legat. 2.* Ceterum ſi plus debita portione ſibi relictum patronus acceptaverit, fideicommiſſa quoque præſtabit; maxime libertatem, *l. 42. D. hoc tit.* ubi fuſius hac de re tractat Cujacius *ad Papinian. Quæſtion. lib. XII.* SCHVLTING.

11. *Cogantur*] Jurisconſulti non ſolent ſcribere in imperativo modo, ſed jus exponunt. In ed. Paris. clɔ Iɔ LXXXVI. eſt *coguntur*, melius; ſed ſæpius talia minus bene poſita in his excerptis occurrunt: & ſimili modo ſe habet Interpretatio. IDEM.

12. *Sicut teſtamento &c.*] Hoc ordine has quoque ſententias collocavit editor Aurelianenſis; Rittershuſius inverſo.

TITV-

TITVLVS III.

[1] *De Lege Fabiana.*

1. [2]Ea, quae [3] in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono, quam a liberis ejus revocantur.

INTERPRETATIO. *Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum, vel filios ejus inter hereditaria corpora perveniant, id, quod [4] hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest a patrono, vel filiis ipsius revocari.*

1. *De lege Fabiana*] Lex pro edicto sumitur, ut in *l. 1. §. 1. D. und. cogn.* & apud Ciceronem, Lex annua, apud Varronem, Lex praetoria. CVJAC. Etsi aliquando pro edicto legis vocabulum sumatur; id tamen rarum, & ubivis Auctores nostri edicta a legibus separant: ac tunc mallem, *Fabia*, ut habet editio Sichardi: ita enim passim vocantur leges, veluti Julia, Papia, Cornelia, Aelia Sentia, Fusia Caninia: sed formulae actionum ita, Publiciana, Serviana, Pauliana, Calvisiana, similesque. Forte fuit a Paulo scriptum *de actione Fabiana*, vel *formula Fabiana*, ut mox sequitur: ac verbum *lege* est a Compilatore. Fortasis & Calvisianae meminerat Paulus, quae solet Fabianae jungi: ac haec habet locum quando libertus testamentum fecit, illa quando decessit intestatus, *l. 3. §. 2. & 3. & 5. 2. D. si quid in fraud. patron. fact. sit.* SCHULTING.

2. *Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, &c.*] Libertates datae in fraudem patroni, ipso jure nullae sunt, id est, ex lege Aelia Sentia, auctore Ulpia. *in fragm.* Ceterarum rerum alienatio non prohibetur, sed rescinditur per actionem Fabianam sive Calvisianam, quae etiam liberis patroni dantur, *leg. 1. §. pen. D. si quid in fraud. patr. fac. sit.* CVJAC.

3. *In fraudem patroni*] Si in fraudem legis, & ut libertus minor centenario fiat, contra qualium testamenta nihil juris habet patronus, ipso jure nulla est alienatio, nec rescissione indiget. Ac de differentia hac inter alienationem in fraudem hominis, & eam, quae fit in fraudem legis, notabilis est locus Ulpiani in *l. 16. D. de jur. patronat.* SCHULTING.

4. *Hoc ordine*] Pro, *hoc modo*. Ita loquitur idem Interpres in Instit. Caji *lib. 1, tit. 2. §. 2.*

TITVLVS IV. [A]

De Testamentis.

1. [1]Testamentum facere possunt masculi post completum quartum decimum annum, feminae post duodecimum.

2. [2]Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo [3]plerique [4]pubescunt, [5]id est, anno decimo octavo.

3. [6]Fi-

1. *Testamentum facere possunt masculi, &c.*] Masculi a quartodecimo anno, foeminae a duodecimo completo testamentum facere possunt, *l. a qua aetate, 3. D. qui test. fa. poss.* Pupilli igitur testamentum facere non possunt: quod remissum olim fuit pupillis tribunis militum, *l. ult. C. de test. mil.* & a Constantino, pupillis professionibus coelibatum, auctore Sozomeno & Nicephoro. CVJAC.

2. *Spadones eo tempore testamentum facere possunt, &c.*] Plenae pubertati datus est annus decimus octavus, *§. minorem, 4. de adopt.* Ea aetate spadones testamentum facere possunt, id est, castrati. Omnino enim nunquam fuere prohibiti, *l. 6. D. de lib. & post.* Sed hodie constitutum est, ut eunuchi exemplo ceterorum testamentum facere possint, *l. eunuchis, 5. C. qui test. fac. poss.* id est anno XIV. IDEM.

3. *Plerique*] Abest a nonnullis codicibus, teste Sichardo: sed male abest. SCHULTING.

4. *Pubescunt*] Tunc, videlicet, certe pubescunt, quamvis frigidiores; uti hoc exponit Cujacius *ad l. 1. D. de minorib.* IDEM.

5. *Id est, anno decimo octavo*] Haec verba ab aliquo interprete esse putat S. Petitus *Observat. lib. 11. cap. 7.* quia Justinianus primus plenam pubertatem definivit.

3. [6]Filiusfamilias, [7]qui militavit, de castrensi peculio tam communi, quam proprio jure testamentum facere potest. Castrense autem peculium est, quod in castris adquiritur, vel quod proficiscenti ad militiam datur.

[8]INTERPRETATIO. *Quidquid filiusfamilias aut armis adquirit in castris, vel quod ei proficiscenti ad militiam datur, de eo testari potest.*

4. [9]Caecus testamentum potest facere: quia accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes.

[10]Qui manus amisit, testamentum facere potest, [11]quamvis scribere non possit. LEX EST X. D. QVI TESTAMENT. FACER. POSS.

5. [12]Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest.

6. [13]Mulieri, [14]quae luxuriose vivit, bonis interdici potest.

7. [15]Mo-

vit. Sed Justinianus quidem in §. 4. *Inst. de adoptionib.* docet, hanc esse pubertatem plenam; ipse tamen, quamvis pubertatis initium definiverit *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit. l. ult. C. quand. tutor. vel curator. eff. desin.* nihil circa pubertatem plenam novi constituit. Et quo pacto ex jure Justiniani, quo haec excerpta antiquiora sunt, hic aliquid dicemus interpolatum esse? Notavit Petitum quoque Jac. Gothofredus *ad l. 17. Cod. Theod. de haretic.* ubi occasione *l. 5. C. qui testament. fac. poss.* quae est Constantii Imp. (male editiones vulgo habent, *Constantinus*) notat appolite inter alia, hunc Principem eunuchis valde obnoxium fuisse: de quorum etiam in Principum olim aulis potentia multa habet Rittershusius *Sacrar. lection. lib. V. cap. 2.* Paganinus Gaudentius *de Justinian. Saecul. morib. part. 2. cap. 22* IDEM.

6. *Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi peculio, &c.*] Filiusfamilias de castrensi peculio post missionem jure communi testatur, jure singulari in militia. Castrense autem peculium est, quod occasione militiae adquiritur, *l. 4. l. castrense, 11. D. de castr. pecul. l. 5 filius, 4. C. famil. ercisc.* id Graeci ἰδιόκτητον vocant; quasi castrense, *scil.* ἰδιόκτητον, de quo etiam filiusfamilias ex constitutionibus libere testari potest. CVJAC.

7. *Qui militavit*] Malim, *qui militat.* nam qui militavit, id est, Veteranus, non potest proprio, sive militari jure testamentum facere, sed debet observare jus commune, tanquam paganus. RITTERSHVS.

8. INTERPRETATIO] Ex ed. Genev. habet quoque Rittershusius.

9. *Caecus testamentum facere potest, &c.*] Caecus, qui intelligit, quid agatur, testamentum facere potest, quia testes accire potest. Sunt namque acciendi, & rogandi testes ab ipso testatore, *l. heredes, 21. §. pen. D. qui test. fa. pos.* Potest item audire sibi testimonium perhibentes, quos utique ut exaudiat, necesse est: ut in surdo apparet, qui etiam sublato testamento per aes & libram, ob eandem rationem testari non potuit, *l. pen. D. unde cog.* Necesse, inquam, est exaudiri testes, cum & ita eos testator appellet, *Vos Quirites testimonium perhibetote*, auctore Ulpiano in fragm. tit. 20. lego, *perhibetote*, non *prabitote*, ex Isidoro. Apulejus *lib. 11. de Asin. aureo: Introductis quibusdam septem testibus, obtestata fidem praesentium singula demonstrat anxie, verba concepta de industria quodam tabulis praelotante: Ecce, inquit, massa integer, incolumes oculi, salva aures, illibata labia, mentum solidum.* VOS IN HANC REM BONI QVIRITES TESTIMONIVM PERHIBETOTE. At, ut ad caecum redeatur, his verbis Paulus ostendere voluit, nihil esse, quo caecus testamentum facere prohibeatur. Et hodie caeco etiam licet testamentum facere ea forma, quae praescripta est in *l. hac consultissima, 2. C. qui testamentum fac. possunt.* CVJAC.

10. *Qui manus amisit*] Post vitium corporis praecedens hujus quoque mentio hic fit non incongrue, ut & in ed. Aurel. Rittershusius posuit post §. *in bonis.*

11. *Quamvis scribere non possit*] Id in testamento nuncupativo non tantum non requiritur: sed & aliud a quovis in litteras referri potest, *l. 28. D. qui testamenta facer. poss.* ac subscriptio testatoris posterioribus demum temporibus per constitutiones exacta est, nec praecise, *l. 21. C. h. t.* SCHVLTING.

12. *Furiosus tempore intermissi furoris testamentum facere potest*] Furiosus jure testatus videtur, si eo tempore fecerit testamentum, quo furor ejus intermissus est, §. *furiosi, quib. non est perm. fac. testam. l. furiosum, 4. C. qui testam. fac. poss.* CVJAC.

13. *Mulieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici potest*] Meretrici bonis interdicitur. Extat haec sententia in *l. & mulieri, 15. D. de cur. fur* quam ego in uno tantum, sed eo tamen pervetusto codice scripto hoc loco positam invent. IDEM.

14. *Quae luxuriose vivit*] Non intelligitur meretrix, ut Glossa & Cujacius volunt, sed profuse vivens, quaeque nec finem, nec modum impensis adhibet: ut recte hunc locum intellexit Guil. Fornerius *Selection. lib. 11. cap. 5* ac differt plurimum libidinose vivere, quo solo nihil de bonis deminuitur; & luxuriose vivere, quo patrimonium evertitur. SCHVLTING.

15. *Mori-*

7. [15] Moribus [16] per Praetorem bonis interdicitur hoc modo: QVANDO [17] TIBI BONA [18] PATERNA AVITAQVE [19] NEQVITIA TVA [20] DISPERDIS, [21] LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM [22] PER-

15. *Moribus per praetorem bonis interdicitur hoc modo, &c.*] Quoniam is, cui bonis interdictum est, testamentum facere non potest, ideo sub hoc titulo explicatur, quemadmodum fiat bonorum interdictio per praetorem. Ait autem eam moribus fieri; alibi lege fieri dicitur. Sed coepit a moribus primum, deinde translata est in XII. tabul. *l. 1. D. de cur. fur.* M. Tul. *in Cato. majore. Vt quemadmodum*, inquit, *nostro more male rem gerentibus patriis bonis interdici solet.* Fit autem his verbis. *Quando tua bona paterna, avitaque &c.* Antea legebatur, *habitaque*, pro *avitaque.* Sic in *l. privilegio, 27. C. de decur.* ubi pro, *assiduus*, vet. lib. habent, *habitus*, id est, *avitus*, rectissime: Hic enim est legis sensus, Avo decurione, patre milite, vel patre decurione, avo milite natum, curiam utrobique sequi potius, quam militiam. Sic Cic. *de Senect. Arbitror te audire, Scipio, hospes tuus habitus Massiliae.* scriptum enim est antiquo more *habitus*, pro *avitus*: quod nec Planudes qui παππῶος vertit, nec caeteri interpretes intellexerunt. Sic Valerius *lib. VI. cap. Libere dicta aut facta*, de eodem Scipione loquens, *Recens*, inquit, *ipsius victoria Numantina, & patris Macedonica, devicta Carthaginis spolia habita, ac duorum regum Siphacis, & Persei ante triumphales currus catena, cervices totius tunc fori clauserunt.* Sic Tullii inscripta est oratio *pro Cluentio Habito*, id est, *Avito*, ut Flor. est scriptum in *l. Cicero, 39. D. de poen. Habitus* enim, si penultimam corripias, nomen Romanum non est. Sic *Obser. 1.* ostendimus, *Habe*, scribi pro *Ave.* Sic in libro Ciceronis de Vniversitate, *Sin minus*, inquit, *id quod habemus animo consequimur*: quem locum nemo adhuc intellexit, aut repurgavit. Scribit autem, *habemus* pro, *avemus.* Item scripserat, *omnino*, quod his Graecis respondet, πάντως, non *animo.* Error natus est ex his notis, *animo*, *omnino.* Sed ad rem: neque enim illud omittendum est, in quibusdam Codicibus hac in formula interdictionis pro *esse*, legi *are*: non omnino male. Alii habent, *ab ea re tibi, commerciisque interdico.* CVJAC. Sichardus hic novum habet titulum, *De eo, cui moribus interdicitur*, qui sane interrumpit res connexas: & forte est ex nota marginali. Omisisse se illum, ut & alterum post hanc sententiam, *Item de Testamentis*, scribit Cujacius ad has Sententias *lib. V. tit. 20.* idque recte factum est. Vti vero hic Paulus occasione faciendi testamenti de prodigis agit, ita & Ulpianus *l. 1. D. de curatorib. furios. & al. extr. minor. dand.* quae lex est ex *lib. 2. ad Sabinum*, ubi de testamentis faciendis tractavit, *confer. l. 18. l. 20. D. qui testamenta. fac. poss.* Quod vero putat V. C. Janus a Costa *ad §. 2. Inst. de jur. natural. gent. & civil.* & *ad §. 3. Inst. de curatorib.* interdictionem dici moribus introductam *d. l. 1. D. de curatorib. furios. & al. extr. minor. dand.* hoc sensu, quod sit inducta statim post leges XII. tabb. Prudentum interpretatione, de qua agitur *l. 2. §. 2. D. de origin. jur.* id non satis quadrat verbis *d. l. 1.* ubi Ulpianus, postquam docuisset lege duodecim tabb. interdici prodigo bonis, deinde ejus juris initium a moribus arcessit. quod ergo initium ipsa illa lege antiquius fuisse debet. Idem Ulpianus *tit. 12. §. 2.* diserte ait legem jubere prodigum esse in curatione adgnatorum, nec aliter Imperator *§. 3. Inst. de curatorib.* Vt proinde a moribus, quatenus accipiuntur pro jure post duodecim tabulas inducto, haec res deduci non possit. Atque haec etiam sententia est Jac. Gothofredi *ad l. XII. tabb. tab. V. in probationib.* Formulam interdictionis a Prudentibus compositam esse non dubito, ut & de aliis res est certa, *l. 2. §. 6. D. de origin. jur.* clarum etiam, demum post illam interdictionem ipsos interdictos in potestate agnatorum ipso jure fuisse. Atque huc optime faciunt notissimi versus Horatii *lib. II. Sat. 3.*

Interdicto huic omne adimat jus
Praetor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Nec aliter Vinnius *ad §. 3. Inst. de curatorib.* De quibusdam tamen, non de omnibus prodigis egisse legem discimus ex Ulpiano *tit. 12.* SCHVLTING.

16. *Per Praetorem*] Urbani meminit M. Seneca *Praef. lib. III. Controversiar. in Excerpt.* his verbis, *Jam apud Praetorem urbanum curatorem mihi petebam.* Valerius Maximus *lib. III. cap. 3. Q. Pompejus Praetor urbanus bonis interdixit Q. Fabio &c.* Ipse quoque Tiberius Senatori dissolute viventi curatorem dedit, referente Dione Cassio *lib. LVII.* non longe a fine. IDEM.

17. *Tibi*] Ita edd. Sich. Lugd. Pariſ. Genev. nulla variationis mentione, nec ausus fui hoc mutare: ut sit sensus, sibi illum disperdere, & liberos ad egestatem perducere, uti sequitur. Cujacii edd. cum ipsius Interpp. & Rittersh. habent *tua*, non addita mutationis ratione. IDEM.

18. *Paterna avitaque*] Cicero *Action. in Verr. cap. 3.* conjungit rem patriam avitamque, ubi Jac. Menardus notat, *patria* dici *ἰμφατικῶτερον*, quam *paterna*; quoniam haec propriae sunt, quae a patre dicuntur: illa, quae a majoribus & gentilitia. Apte hic quoque *paterna & avita* conjunguntur. IDEM.

19. *Nequitia.*] Nequitia significat prodigalitatem. Cicero pro *Cluentio. Brutum hominem sapientem, quod filii nequitiam viderat.* CVJAC. *not. posthum.* Cicero quoque *Philippic. 11. cap. 20.* ita loquitur. *Id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae, perditis rationibus perfugium esse ducebas.* Plura de hoc verbo scripta reliquit A. Gellius *Noct. Atticar. lib. VII. cap. XI.* SCHVLTING.

20. *Disperdis*] Dissipare & disperdere jungit Cicero *de leg. Agrar. 2. cap. 2.* IDEM.

21. *Liberosque tuos ad egestatem perducis*] Huc pertinet Cicero *Caton. major. cap. 7.* dum inquit. *Nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet.* Exemplum apud Valerium Maximum *lib. VIII. cap. 6. ext. 1.*

PERDVCIS: NOB EAM REM TIBI MEA RE COMMERCIOQVE INTERDICO.

* [25]In bonis curatoris privilegium furiosi furiosaeve servatur. Prodigus, & omnes omnino, etiamsi [26]in Edicto non sit eorum mentio, in bonis curatoris decreto privilegium consequuntur. EX LEGE XV. D. DE CVRATORIB. FVRIOS. ET AL. EXTR. MINOR. DAND.

8. [27]Qui ab hostibus captus est, testamentum, quasi servus, facere non potest. Sane valet testamentum id, quod ante captivitatem factum est, si revertatur, jure postliminii: aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliae, qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur.

INTERPRETATIO. *Qui ab hostibus captus fuerit in captivitate positus, quia servus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, jure postliminii valet: sed si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae,* [illegible] *lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur, valet.*

9. In insulam relegatus, & in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest, & ex testamento capere.

IN.

ex 1. Idem esse & in illis, qui liberos non habent, vult generalitas verborum, quibus passim utuntur Jurisconsulti: sed Paulus exemplo voluit uti interdictionis, quae patribus fit. Filiifamilias olim sui nihil habebant, adeoque nec interdictionem curatori in iis locus erat. IDEM.

22. *Perducis: ob eamrem tibi &c.*] Pato lex. *perducis, ea re commercio tibi interdico.* Eare, id est, *ob eam rem.* Commercio interdicitur, non re aliqua. Et ita fere vet. lib. *ab eare tibi commercio.* CIPRIAN. Haec emendatio nimis multa tollit, quae in libris antiquis exstant. SCHULTING.

23. *Ob eam rem*] Vetus formula: *ab eo ea re abesse jubes.* CVJAC. *vet. posthac.*

24. *Eare*] Aliqui codices habent *ere*, ut notat Cujacius, & sic edd. Lugd. CIↃIↃLXVI. Paris. & Genev. CIↃIↃLXXXVI, quod & placet Jac. Menardo *ad Ciceron. Philipp. 10. Vet. inscr.* qui id accipit de testamenti factione, quae per aes & libram olim fiebat. Verum, praeterquam, quod insolita sit haec locutio, *ere prohibeo*, etiam nimis restricta esset haec interdictio; cur enim non & quoad actus omnes inter vivos, & ultimas voluntates, rebus & commercio aeque interdicitur? Malim itaque illa *ea re* in singulari, accipere pro numero plurali, *iis rebus*, vel *iis bonis*, cum Amplissimo Bynkershoek *Observ. lib. III. cap. 21.* qui notat ita loqui Varronem *de Re Rustic. lib. II. cap. 10.* his verbis. *illa fere voces, quae de re agitur, suas vetus esse.* Nec offendit, *ob eam rem*, & mox, *ea re!* Alibi in formulis verbum *res* occurrit saepius: & priori loco *res* notat causam, posteriori bona. SCHULTING.

25. *In bonis curatoris &c.*] Hanc sententiam Aurelianensis editor post §. 6. exhibet: ego hic illam post Rittershusium sivi comparere. Forte de privilegiis in bonis curatoris aliquid hic dixit Paulus occasione furiosi & prodigi, jusque quod ad illos pertinet. De privilegiis vero creditorum in hoc libro ex professo egisse non videtur, nec alium huic sententiae sedem commodiorem invenire licet. IDEM.

26. *In Edicto*] Hic locus arguit, privilegiorum creditores in Edicto enumeratos fuisse. IDEM.

27. *Decreto privilegium consequuntur*] Idque aequissimum est, *l. 19. §. sed. ne dam. l. 22. pr. D. decret. ab heredit. jubet. possidend.* Et sic, quod deest judicio, justo decreto suppletur, *fac. l. 81. §. 2. D. de regul. jur.* IDEM.

28. *Qui ab hostibus captus est, testamentum, &c.*] Ejus, qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, sed quod, dum in civitate fuerat, fecit, si redierit, jure postliminii, si ibi decesserit, ex lege Corneliae valet, §. *ult. quib. non est perm. fac. test.* Quidam putant postliminium per errorem dixisse Paulum, legem Corneliam in *l. captum, 5. C. de postlim. & redemp. ab hoste.* sed falluntur: quoniam ibi lex Cornelia non ad reversum filium, sed ad patrem referenda est, qui decesserit apud hostes, ut in *l. ult. C. quib. ex caus. majores intest. restit.* At non tantum testamentaras ipsa Cornelia, sed etiam legitimas hereditates, tutelasque confirmat, *l. bona, 22. in princip. D. de cap. & postlim.* §. 2. *D. de suis & legit. hered.* CVJAC.

29. *Qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur*] Haec verba a q. l. absunt. RITTERSHVS. Absunt a Lugd. Paris. Genev. sed in suis invenit Sichardus, & ipse Paulus haec habet. SCHULTING.

30. *In insulam relegatus, &c.*] In insulam relegatus aeque non minuitur, & ideo testamentum facere potest, *l. ejus, 8. §. sed relegato, D. qui testam. fac. poss. l. relegatorum, 5. §. sive, D. de interd. & relegat.* Eademque ratio est in opus publicum ad tempus dati, *l. capitalium, 28. §. ceterae poenae. D. de poen.* quod male Ana-

nus

INTERPRETATIO. *Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur,* [31] *aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, & testamentum facere potest, & si quid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit.*

10. [32] Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent: superflua enim [33] facta [34] prodesse juri tantum, nocere non possunt.

11. [35] In [36] adversa corporis valetudine mente captus, eo tempore testamentum facere non potest.

INTERPRETATIO. *Mente alienatus qualibet valetudine, testamentum facere non potest. Reversus ad mentem sanitatis potest.*

12. [37] Prodigus [38] recepta vitae sanitate, ad bonos mores reversus, & testamentum facere, & ad testamenti solennia adhiberi potest.

13. [39] Ex his, qui ad [40] testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant,

non de damnato in metallum ad tempus interpretatur. Hic enim mediam capitis deminutionem patitur. CVJAC.

31. *Aut in metallum deputatur*] Hoc quidem perperam fit ad tempus, *l. 28. §. 6. D. de pœn.* talem tamen civitatem perdere adversus Anianum annotat Cujacius: (qui tamen aliud existimavit *Observat. lib. VI. cap. 25.*) idemque latius adstruit *Observ. lib. XV. cap. 22.* & sub nomine Antonii Mercatoris *in Notatis ad Animadversion. Robert. lib. 1. cap. 25.* Res difficilis ob varietatem lectionis in *l. 2. §. 6. D. de pœn.* Vulgata habet, *amittunt civitatem*: aliæ, ut Paris. cIↃ IↃ LII. & contextus Basilicorum, *retinent libertatem*: Florentina, *retinent civitatem*, quod & agnoscit Scholiastes Basilicon. De libertate tamen in præcedentibus tantum erat sermo, adeoque & congruum erat ejus hic mentionem fieri: unde Cujacius mavult, *retinent libertatem*: vel ex tribus lectionibus unam facit, *retinent libertatem, amittunt civitatem*, non improbabili conjectura. Et in *l. 28. §. 6. D. de pœn.* dicitur hujus libertas manere, *quemadmodum* (hoc malo cum Cujacio, quam vulgatum *quamdiu*) *etiam his, qui in perpetuum* (vulgo *non in perpetuum*: sed *ri non* abest a MS. Florentino, & Basilicis) *opus damnantur.* Hos vero civitatem perdere liquet ex *l. 17. §. 1. D. l. 1. C. d. tit.* Et sane in metallum damnatos exsules quoque fuisse indicat *l. 6. C. de spectacul. & scenic. & Imonib. lib. XI.* ubi dicitur. *Proscripti pœna mancipentur exsilii, metallis addicendis publicis.* Et Isidorus *Origin. lib. V. cap. ult.* ubi dicit. *Metallum est, ubi exsules deputantur ad effodiendam venam.* & hæc ergo peregrinitas iis etiam manet, quamvis ad tempus tantum opus faciant: nulla enim deminutio capitis ad tempus est, ut late docet Cujacius *Observ. lib. VI. cap. 21.* SCHULTING.

32. *Plures, quam septem ad testamentum adhibiti non nocent, &c.*] Plures, quam septem testes in testamentis adhiberi possunt, *l. heredes, 21. §. 1. D. qui test. fac. poss.* Idque, licet superfluum sit, prodesse potius, quam nocere debet. Juri enim nostro superflua non nocent. CVJAC.

33. *Facta*] Leg. fortasse *facto*: tum quia hæc contentio & antithesis facti & juris est translatitia: tum quia *facta* de testibus non tam recte dicatur. GIPHAN. Ipsa tamen adhibitio, factum est: nec video proinde cur aliquid sit mutandum. SCHULTING.

34. *Prodesse juri tantum, nocere non possunt*] Ita Sich. at Cujac. *prodesse, juri tamen nocere non poss.* RITTERHUS. In edd. cum Interpp. Cujacii aliter legitur: sed in Lugd. cIↃ IↃ LXVI. quam ipse Cujacius curavit, Paris. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. ut & in Sich. & Rittersh. ita excusum est, ut nos edidimus; nisi quod in Lugd. Par. & Gen. sit omissa distinctio; & in margine ad verbum *tantum* addita lectio alia, *tamen*. Regula hæc exstat quoque *l. 92. D. de regul. jur. l. 17. C. h. t.* SCHULTING.

35. *In adversa corporis valetudine mente captus, &c.*] Ægrotus, qui non est in potestate mentis suæ, ut fere fit in gravi periculosoque morbo, testamentum facere non potest. Extat hæc sententia in *l. in adversa, 17. D. qui test. fac. poss.* CVJAC. Hanc sententiam supra sexto loco posuit Rittershusius, non male quidem, quod ad rem; cum illic Paulus agat de testatore, hic de testibus: sed & mox iterum de testatoribus aliquid dicit. SCHULTING.

36. *Adversa corporis valetudine*] Quæ sola non nocet, *l. 2. D. qui testament. facer. poss.*

37. *Prodigus recepta vitæ sanitate, &c.*] Prodigus cui moribus bonis interdictum est, nec testamentum facere, nec testis ad testamentum adhiberi potest, *l. is cui, 18. D. qui test. fac. poss.* At sanis moribus receptis, sicut ipso jure desinit esse in potestate curatoris, *l. 1. D. de cur. fur.* ita statim & testamentum facere, & testis ad testamentum adhiberi potest. CVJAC.

38. *Recepta vitæ sanitate &c.*] Quando id constat decreto magistratus, ut ita unumquodque eo solvatur modo, quo colligatum est: alioquin res hæc valde esset incerta, quæ tamen debet esse certissima. SCHULTING.

39. *Ex his, qui ad testamentum adhibentur, &c.*] Testamenta Latine fiebant, ut ostendi in fragm. Ulpiani *titul. 25.* Ex testibus autem si qui sint, qui Latini sermonis

noſciant, vel non intelligant, ſed tamen ſentiant, [41] cui rei interſint, adhibiti non vitiant teſtamentum.

[42] INTERPRETATIO. *Inter reliquos ſubſcriptores, qui ad teſtamentum adhibentur, poteſt & ipſe, qui Latine neſcit, teſtis adhiberi.*

• [43] Repetundarum damnatus [44] nec ad teſtamentum, nec ad teſtimonium adhiberi poteſt.

• [45] Hermaphroditus an ad teſtamentum adhiberi poſſit, qualitas ſexus [46] incaleſcentis oſtendit. LEX EST XV. D. DE TESTIB.

• Singulos teſtes, qui in teſtamento adhibentur, [47] proprio chirographo adnotare convenit, quis, & cujus teſtamentum [48] ſignaverit. LEX EST XXX. D. QVI TESTAMENT. FACER. POSS.

gionis cognitionem non habeant, non vitiatur teſtamentum, dummodo, cui rei adhibeantur, intelligant, *Leg. teſtamento, 20. §. ultim. qui teſtam. fac. poſſunt. C. h. t.*

40. *Teſtamentum*] Scriptum, cujus tenorem a teſtibus ſciri non eſt opus, *l. 21. C. h. t.*

41. *Cui rei interſint, adhibiti, &c.*] Edd. vett. pro *cui* habent *cujus*: quod ſtare non poteſt: non enim eſt ſatis, teſtes ſcire, cujus rei adhibeantur, ſed debent intelligere, cui rei adhibeantur. Eatenus itaque ſecutus ſum editiones cum Cujacii Interpp. & Rittershuſ. ſed quod in iiſdem omiſſum eſt verbum *interſint*, id cum omnes aliæ, etiam Cujacianæ agnoſcant, ac ferri poſſit, inducere auſus non fui. SCHVLTING.

42. INTERPRETATIO] Eſt ex ed. Genev. & Rittershuſiana.

43. *Repetundarum &c.*] Hoc ordine has tres ſententias ediderat Rittershuſius, & recte. Aurelianenſis primo loco tertiam habet: ac dein illic ſequitur *l. 18. D. de leg. Cornel. de fals.* quam melius Rittershuſius ſub *tit. 6. de legatis* collocavit.

44. *Nec ad teſtamentum*] A judicialibus teſtimoniis repetundarum damnatus arcetur, *l. 6. §. 1. D. de leg. Jul. repetundar.* unde nec in teſtamentis illum adhiberi poſſe voluit Paulus. Contrarium placuit Vlpiano *l. 20. §. 5. D. qui teſtament. facer. poſſ.* ubi negationem addi, & legi, *non poſſe*, vult Cujacius *ad d. l.* ac voluerat olim Azo. Abeſt tamen negatio a libro Florentino: & Vlpianum *d. l.* tamquam Paulo contrarium laudat Scholiaſtes Baſilicō *ad lib. XXI. tit. 1. p. 554. lit. o. & p. 555. lit. p.* Vlpianus, videlicet, conſequentiam a teſtimoniis judicialibus ad teſtamentaria probaſſe non videtur, nec admiſiſſe, ut lex pœnalis extenderetur; quod vetatur etiam *l. 42. D. de pœn. l. 9. §. 1. D. de decurionib.* de quo nonnulla habet V. C. Jac. Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. ad leg. Jul. repetundar.* Fruſtra diſtinctiones hic adhibebis, cum ratio diſſentiendi ſit evidens, & generalis. SCHVLT.

45. *Hermaphroditus &c.*] Eadem de re egit Vlpianus in *l. 10. D. de ſtat. homin.* quod fragmentum eſt ex libro 1. *ad Sabinum*, ubi de teſtamentis tractavit, *conf. l. 18. & l. 29. D qui teſtament. fac. poſſ.* IDEM.

46. *Incaleſcentis*] F. *invaleſcentis*, ut *l. 10. D. de ſtat. hom. Sexus, qui in eo prævalet.* RITTERSHVS. Nihil muto, quamvis & Vlpianus *l. 6. §. 2. D. de liber. & poſtum.* dixerit, *Si in eo virilia prævalebunt.* Baſilica quoque hæc vertunt, *εἰ τὰ ἀῤῥένων ἰσχύσειε τὰ αὐτῷ, ἢ τὰ ἀῤῥενικὰ ἰσχύσει.* Verum redditus illic eſt tantum ſenſus hujus ſententiæ, non verba ſingula: & Scholia diſerte habent verba *κατὰ φύσιν, naturæ incaleſcentis*, & *ἐνισχύσαντα, incaluit.* an non ſexus quoque rectiſſime dicitur *incaleſcere?* SCHVLT.

47. *Proprio chirographo*] Quod tamen jure noviſſimo non ſemper opus in teſtamento ruſticorum *l. ult. C. h. t.* Poſtquam vero Conſtitutiones exegerunt a teſtatoribus ſubſcriptionem, permiſſum eſt, ut hæc, ſi a teſtatore fieri nequeat, per octavum ſubſcriptorem poſſit peragi, *l. 21. C. h. t.* IDEM.

48. *Signaverit*] Quod etiam ſi non fecerit, erit pro non adhibito, *l. 22. § 4. D. qui teſtament. facer. poſſ.* Non vero hic *ſignaverit* accipiendum pro *ſubſcripſerit*: nec legendum *ſic ſignaverit*, uti viſum fuit Viro Inclyto, Cl. Salmaſio *de ſubſcribend. & ſignand. teſtament. cap. 22.* Sequitur quidem ſignatio ſubſcriptionem, ac ultimus eſt actus ordinationis teſtamenti, *l. 21. C. h. t.* Sed quam ſæpe ſcribimus nos feciſſe, quæ jam jam facturi ſumus? ac *ſignaverit* hic erit tertia perſona futuri ſubjunctivi, uti noravit Vir Præclarus, Cl. Sarravius in epiſtola ad Salmaſium, inter editas a V. C. Pet. Burmanno CXCIII. Baſilica verbum *ſignare* melius vertiſſent per *σφραγίζειν*, quam per *ὑπογράφειν*. IDEM.

TIT. V.

TITVLVS IV. B

De Inſtitutione Heredum.

1. [2]Condicionum duo ſunt genera: aut enim poſſibilis eſt, aut impoſſibilis. Poſſibilis eſt, quae per rerum naturam admitti poteſt: impoſſibilis, quae non poteſt: [3]quarum ex eventu altera exſpectatur; altera impoſſibilis ſubmovetur.

INTERPRETATIO. *Si aliquis in teſtamento ſuo condicionem heredi conſtituat, quam prius impleat, quam hereditatem praeſumat, merito ad eam implendam, quia poſſibilis videtur, exſpectandum tempus iſtud eſt, ut non praeſumatur hereditas, quamdiu condicio [4]ad integrum impleatur. Nam ſi impoſſibile aliquid heredi fuerit injunctum, quod impleri penitus non poteſt, talis condicio ſtatim ſubmovenda eſt: quia nullum ſcripto heredi impedimentum facit.*

2. [5]Condiciones contra leges, & decreta Principum, vel bonos mores adſcriptae nullius ſunt momenti: veluti, [6]SI VXOREM NON DVXERIS, SI FILIOS NON SVSCEPERIS, SI HOMICIDIVM FECERIS, SI [7]BARBARO HABITV PROCESSERIS, & his ſimilia.

3. [8]Quo-

1. *De Inſtitutione Heredum*] Ita ipſe Cujacius hæc ſeparavit a ſuperioribus ed. Lugd. cIↃIↃ LXVI. & ſic Pariſ. & Genev. cIↃIↃ LXXXVI. & Aurelian. a Fabroto repræſentata. Ac res ipſa non tantum hoc dictat, ſed & Auctor veteris Conſultationis ex hoc ipſo titulo profert ea, quæ hic §. 2. leguntur. Hic vero præceſſiſſe videntur non pauca, ex quibus nihil deſumpſit Compilator.

2. *Condicionum duo ſunt genera: &c.*] Loquitur Paulus de condicionibus inſtitutionum, & poſſibilem expectari ait, impoſſibilem pro non ſcripta haberi, *§ impoſſibilis, 10. de hered. inſtit.* definitque poſſibilem ita, cui rerum natura impedimento non eſt, quominus exiſtat: contra impoſſibilem, cui rerum naturâ impedimento eſt, *§. ſi impoſſibilis, 10, de inut. ſtipul.* CVJAC.

3. *Quarum ex eventu altera exſpectatur, altera impoſſibilis ſubmovetur*] In edd. cum Interpp. Cujacii, & Rittershuſiana eſt, *quarum altera ex eventu expectatur, altera ſubmovetur.* Antiquæ tamen, etiam Cujacianæ, ita habent, uti nos edidimus, abſque mentione variationis in libris veteribus: ac ab ipſo Aniano non aliter hæc expreſſa fuiſſe videntur; at ex conjectura, uti & alia, mutata a Cujacio in editionibus cum ipſius Interpretationibus. SCHVLTING.

4. *Ad integrum*] Hoc habet edit. Genev. cIↃIↃ LXXVI nec Aniani ſtylo hoc male congruit. IDEM.

5. *Condiciones contra leges, & decreta principum, &c.*] Vt impoſſibiles condiciones, ita quæ contra leges, vel decreta principum, vel contra bonos mores ſunt, pro non ſcriptis habentur, nec inſtitutionem extranei vitiant, *l. conditiones, 24. D. de cond. inſtit.* At ſi filiusfamilias fuerit inſtitutus ſub condicione impoſſibili, vel probroſa, vel legibus interdicta, in eo hæc primum occurrit ratio, quæ efficit, ut inſtitutio non valeat, quia poteſtativa condicio non eſt: qua ratione abrepta filius ab inteſtato rem vindicabit, *l. filius, 15. D. de cond. inſtit.* & hæc eſt proximior ratio. Sequenti ratione, quod ſcilicet impoſſibilis ſit condicio, ſolus extraneus utitur: qua fit, ut perinde admittatur ac ſi pure inſtitutus eſſet. Hæ autem conditiones, SI VXOREM NON DVXERIS, SI FILIOS NON SVSCEPERIS, quarum hic Paulus meminit, ſunt contra leges Juliam & Papiam. CVJAC.

5. * *Condiciones contra leges*] In veteri Conſultatione ſcriptum eſt, *pacta vel condiciones*: pactorum tamen Paulum hic meminiſſe non crediderim. De illis egit *lib. 1. tit. 1. §. 4.* SCHVLTING.

6. SI VXOREM NON DVXERIS, *&c.*] Sunt contra leges, Juliam & Papiam, quæ ſuboles procreandæ cauſa latæ ſunt, *l. 64. § 1 l. 63. pr. l. 74 l. 79. §. ult. D. de conditionibus & demonſtrationib.* IDEM.

7. BARBARO HABITV] Sich. interpo. *vel latronali*, & ait in q. l. legi *larvali*. quod probat Cujac. XXI. *Obſerv. 22.* ex Veſont. Suſpicabar aliquando, pro *latronali* legi poſſe *matronali*: nam muliebribus veſtimentis vir non facile uti poteſt ſine vituperatione: ut ait Vlpian. *l. 23. veſtis. §. 2. veſtimenta, D. de auro & arg. leg.* Imo abominabilis eſt apud Deum, *Deuter. cap. 22.* RITTERSHVS. Hanc lectionem, *barbaro habitu*, agnoſcunt fere edd. quæ nomen oſtendunt Cujacii, qui tamen ipſe in codice Veſontino invenit *larvali habitu*: idque probavit *Obſerv. lib. XXI.*

3. [a]Quoties non apparet, quis sit heres institutus, [b]institutio non valet: [c]quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat.

INTERPRETATIO. *Quoties in testamento heres evidenter qui sit scriptus non exprimitur, nulla firmitas est heredis: nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quem de illis heredem appellat, rebus evidentibus declarare.*

4. [11]Heredes aut instituti, aut substituti dicuntur. [12]Instituuntur primo gradu: substituuntur [13]secundo, vel tertio [14]scripti.

INTERPRETATIO. *Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita & substituere [15]tam suis, quam extraneis, possunt. Nam qui primo gradu heredes scripti sunt, instituti appellantur: qui secundo, substituti: qui tertio, [16]scripti vocantur: [17]quia usque ad tertium gradum heredes substituere pro testatoris voluntate*

cap. 22. ac habet ed. Parif. clɔ Iɔ LXXXVI. Sichardus edidit *barbare vel latronali habitu*: sed in uno codice non invenit *latronali*, in alio pro *barbaro* reperit *larvali*. Illud *vel* tamen ab aliquo codice abfuiſſe non addit. Ego illud *barbare* non auſim prorſus damnare. Notum ab illo Romanos abhorruiſſe. Imo & Vrbe is fuit poſtea lege prohibitus *l. 2. l. 3. l. 4. Cod. Theod. de habit. quo ut vport. intr. urb.* Nec diſplicet quoque *larvali*. Forte duplicis habitus improbati fuit hic olim mentio: & ſcriptum, *barbaro, vel larvali habitu*. quod ab editione Sichardi non multum abit: & ex *larvali* factum facile fuit *latronali*. SCHVLTING.

8. *Quoties non apparet, quis ſit heres inſtitutus, &c.*] Si Titius heres inſtitutus ſit, & duo ejuſdem nominis amici teſtatoris ſint, nec appareat, de quo ſenſerit, neuter eſt heres, *l. in tempus, 62. §. 1. D. de her. inſtit.* CVJAC.

9. *Inſtitutio non valet, &c.*] Qui enim heredem ſe eſſe contendit, hoc ipſum debet oſtendere; alioquin non jus deficiet, ſed probatio, ut dicitur in *l. 30. D. de teſtamentar. tutel.* atque inde fere lites, ut Quinctilianus *Inſtitution. Oratoriar. lib. VII. cap. 9.* loquitur, *præcipue ex teſtamentis, cum de hereditate, aut etiam de hereditate contendunt ii, quibus idem nomen eſt*. Heres itaque certo eſt demonſtrandus *l. 9. §. 9. D. de heredib. inſtituend.* qui paragraphus a Triboniano recte relictus eſt, nec ei derogatum per Juſtiniani conſtitutionem de incertis perſonis, uti adverſus Cujacium *Paratitl. tit. C. de incertis perſon.* recte docet Scipio Gentilis *de errorib. teſtamentar. cap. 2.* Jus, videlicet, vetus volebat teſtatorem ipſum ſcire, in quem aliquid conferret: nec ſatis eſſe, ut de eo poſtea conſtaret. Hodie poſterius quidem ſufficit, & huc pertinet §. 27. *Inſt. de legat.* id tamen manet, ut perſona bene debeat deſignari: nec aliud vult *d. l. 9. §. 9.* SCHVLTING.

10. *Quod evenit, ſi teſtator, &c.*] Vide *l. 62. D. de her. inſtit. & facit l. 30. D. de teſta. tut.* RITTERSHVS.

11. *Heredes aut inſtituti, aut ſubſtituti dicuntur, &c.*] Idem Modeſtinus ſcribit in *l. 1. D. de vulg. & pup. ſubſt.* ex qua maxime vellem hinc tolli verbum. *ſcripti*. At, ut Paulus ait, primo gradu eſt inſtitutus, ſecundo ſubſtitutus, tertio ſubſtituti ſubſtitutus, ſequentibus gradibus ſcripti, ſubſtituti etiam appellantur. Igitur inſtitutio eſt primi gradus, ſubſtitutio eſt ſecundi gradus, vel ſequentium inſtitutio: Gajus ita definit *in Inſtitutionib.* Secundi heredis inſtitutio. Et hoc etiam quaſi ambitu verborum Paulus ſubſtitutionem ſignificavit in *l. ex facto, 43. §. Lucius, D. de vulg. ſubſt.* Sed alia eſt ſubſtitutio ſecundi gradus, alia ſequentium: alia inſtitutionem, alia ſubſtitutionem ſequitur: illa definitur a Gajo, hæc non item. CVJAC.

12. *Inſtituuntur primo*] Sich. *Inſtituitur, Subſtituitur, Scriptus*, qui factus a numero pluralive in ſingularem, vel contra non eſt bonis auctoribus inſolens, ut pluribus aliquando probavi ad Oppianum. RITTERSHVS.

13. *Secundo vel tertio*] Exempli cauſa hos nominat gradus, idem intelligens de ſequentibus. SCHVLT.

14. *Scripti*] Nihil video, cur non id verbum hic poſſit ferri: omnes enim ſcribuntur: quamvis id non deſiderari concedam: uti nec id exſtat in *l. 1. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution.* Inveniſſe id hic videtur etiam Interpres, qui in eo explicando erravit. IDEM.

15. *Tam ſuis, quam extraneis*] Hæc ex ſola Genev. ed. ſumpſit Rittershuſius.

16. *Scripti vocantur*] Anian. hic non intellexit Paulum: & ſcripti hæredis notionem ſibi fingit plane inauditam. RITTERSHVS. Sumis Interpres ſcriptos pro ſubſtitutis tertio gradu: quod notavit quoque Alexander *ad Caji Inſtitution. lib. II. tit. 4. de ſubſtitutionib.* Idem lapſus, & multi alii, in ſequentis ſententiæ interpretatione. SCHVLTING.

17. *Quia uſque ad tertium gradum, &c.*] Imo in quantum quis velit, *pr. Inſt. de vulgar. ſubſtitution.*

18. *Ea*

Digitized by Google

luntate permissum est, hoc est, ut secundum voluntatem testatoris ita substitutio ordinata servetur: [18] *ea tamen ratione, ut sicut committitur fidei heredis, sic quibuscunque verbis testator injunxerit, hereditas defuncti ab instituto ad substitutum valeat pervenire.*

5. [19] Substituere quis & pure, & sub condicione potest: & tam suis, quam extraneis; tam puberibus, quam impuberibus.

INTERPRETATIO. *Substitutio & pure, id est, sine condicione fieri potest: hoc est, ut cum ad substitutum hereditas pervenerit, ad tertium heredem non debeat pervenire. Sub condicione autem ita quis substituitur, ut cum ille mortuus fuerit, ad tertium heredem, id est,* [20] *scriptum, hereditas, quae est ab eodem tenta, perveniat. Quae tamen substitutio tam in suos heredes, quam in alienos, & tam puberes, quam impuberes, fieri potest: hoc est, & in pupillos, & in adultos.*

6. [21] In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse, sine parte heredes instituti ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt.

INTERPRETATIO. *In quot vult uncias, testator assem suum in diversos heredes dividere potest, ut faciat, si voluerit, & XV. & XX. uncias, & in majori numero: aut certe si voluerit, & in minori potest, hoc est, aut VII. aut IX. aut quot voluerit in minori modo uncias facere potest. Si vero XII. uncias impleverit, id est, totum assem, in testamento suo, & postmodum alteri dicat,* ILLE HERES MIHI ESTO, *& non dicat, in quot uncias; quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in XII. uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt, & medietatem ille, qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quod si heredes instituti in XII. uncias inveniantur, & postmodum*

18. *Ea tamen ratione, ut, sicut, &c.*] Haec a re praesenti alienissima sunt. Nihil hic de fideicommisso erat dicendum, cum non de restituenda hereditate, sed de directa & proprie dicta substitutione agatur. Simili modo nugatur in Interpretatione sequentis sententiae. SCHVDTING.

19. *Substituere quis pure, & sub condicione potest: &c.*] Substitutio aut pure fit, aut sub condicione. Pure sic, SI PRIMVS HERES NON ERIT, SECVNDVS HERES ESTO: SI FILIVS MEVS HERES ERIT, ET INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO. Sub condicione hoc modo, SI PRIMVS HERES NON ERIT, SECVNDVS, SI NAVIS EX ASIA VENERIT, HERES ESTO: SI TITIVS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO MEO IMPVBERI HERES ESTO, *l. qui liberis, 8. l. ult. §. 1. D. de vulgar. & pupil. substit.* At Anianus hic substitutum pure cum esse interpretatur, cui datus non est substitutus. Contra eum, cui datus est substitutus, sub condicione substitutum esse, & tertio gradu scriptum proprie scriptum appellari: quod totum aperte falsum est. Porro Paulus ait, substitutionem tam suis fieri, quam extraneis, & tam puberibus, quam impuberibus. Suis vel extraneis heredibus puberibus fit vulgaris: Suis impuberibus, vulgaris, aut pupillaris: Extraneis impuberibus vulgaris tantum. CVJAC.

20. *Scriptum*] Iterum nugatur de scripto herede. RITTERSHVS.

21. *In quot vult uncias, testator hereditatem suam dividere potest, &c.*] Assis distributio solet fieri in XII. uncias: potest tamen testator, vel in plures, vel in pauciores uncias hereditatem dividere, *l. interdum, 12. §. pater fam. D. de her. inst.* At si asse expleto heredes sine parte instituat, hi alium assem occupant, vel ad solemnem assis distributionem ratione reducta, ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt. Recte notat Anianus secus esse, si expleto asse ita scripserit, EX RELIQVA PARTE ILLI HEREDES SVNTO, *l. item quod, 17. §. pen. D. de her. inst.* CVJAC.

modum heredem his verbis teſtator inſtituat, ut dicat, EX RELIQVA PARTE ILLE HERES MIHI ESTO, *ei, qui ſic inſtitutus eſt, nihil debetur: quia impleto aſſe, nihil, quod ei teſtator reliquerit, dinoſcitur remanſiſſe.*

7. [22] Servus alienus cum libertate heres inſtitutus, [23] inſtitutionem non infirmat: ſed libertas, ut alieno, ſupervacue data videtur.

INTERPRETATIO. *Si ſervum alienum aliquis data libertate heredem inſtituerit, inſtitutio quidem facta valebit: ſed libertas alieno ſervo data valere non poterit.*

8. [24] Filio & extraneo aequis partibus heredibus inſtitutis, ſi praeterita adreſcat, [25] tantum ſuo avocabit, quantum extraneo. Si vero duo ſint filii inſtituti, ſuis tertiam, extraneis dimidiam tollit.

INTERPRETATIO. *Si quis filium ſuum & extraneum aequis partibus teſtamento ſcribat heredes, filia praetermiſſa tantum de portione germani ſui, quantum de extraneis revocabit. Si vero duo filii fuerint heredes ſcripti, filia praetermiſſa duobus fratribus tertiam tollit, & extraneis dimidiam.*

9. [26] Talis eſt poſtumorum inſtitutio: SI QVI POST MORTEM MEAM POSTVMI NATI FVERINT, HEREDES [27] SVNTO. Si vivo eo naſcantur, rumpunt teſtamentum.

INTERPRETATIO. *Si pater moriens in teſtamento ſuo,* [28] *ſciens, uxorem ſe praegnantem habere, ita ſcribat, ut* SI QVI FILII POST MORTEM MEAM NATI FVERINT, HEREDES SINT; *ſi poſt mortem patris nati fuerint, valeat teſtamentum. Nam ſi poſt teſtamentum vivo patre nati fuerint,* [29] *& teſtamentum pater non mutaverit, rumpent teſtamentum.*

10. [30] Ne-

22. *Servus alienus cum libertate heres inſtitutus, &c.*] Si ſervum alienum liberum & heredem eſſe juſſi, hereditatis datio valet, libertatis datio non valet, quoniam ſervo alieno libertas inutiliter datur, ideoque ſi is poſtea meus effectus ſit, neutrum valet, *l. ſi alienum, 49. D. de her. inſtit.* IDEM.

23. *Inſtitutionem non infirmat*] Vtpote per ſe utilem, modo in aliena poteſtate manſerit. Si in teſtatoris poteſtatem pervenerit, libertas antea data non convaleſcit, ob regulam Catonianam. SCHVLTING.

24. *Filio & extraneo aequis partibus heredibus inſtitutis, &c.*] Filia praeterita non infirmat teſtamentum, ſed ſcriptis heredibus adreſcit, ſuis in virilem, extraneis in dimidiam, auctore Vlpiano *in fragm. tit. 22.* Theophilo *in §. 2. de exhered. lib.* Sed ſi una extranea & ſuus heredes ſcripti ſint, eadem ratione ſingulis adreſcit ad virilem: & ſi plures extranei, pluresque ſui, extraneis ad dimidiam, ſuis ad virilem. Item ſi duos filios, unum extraneum, huic ad ſemiſſem, illis ad trientem. Sed hoc jus eſt a Juſtiniano ſublatum. CVJAC.

25. *Tantum ſuo avocabit, quantum extraneo*] Sic ex accidenti eveniet, ut melioris conditionis ſit filia, quam filius. Sed jus hoc adreſcendi ſublatum, & feminae hac in parte maribus, & omnes ſui heredes exaequati a Juſtiniano §. *5. Inſt. de exheredation. liberor. l. 4. C. de liber. praterit. vel exheredat.* SCHVLTING.

26. *Talis eſt poſtumorum inſtitutio,* SI QVI POST, *&c.*] Poſtumus, qui inſtitutus eſt ex jure antiquo, non videtur inſtitutus ex lege Vellea: & contra, qui eſt inſtitutus ex lege Vellea, non videtur inſtitutus ex jure antiquo, *l. commodiſſime, 10. l. Gallus, 29. §. ſeriptum, D. de liber. & poſtum. l. ſi pater filium, 26. D. de vulg. ſubſtit.* Sed hoc puto Juſtinianum emendare in *l. ultim. C. de poſt. her. inſt.* CVJAC.

27. SVNTO] Sic veteres editiones meliores, praeterea, quae habent Interpp. Cujacii, & Rittersh. in quibus eſt, *mihi eſtote.* Sich. *ſuntote.*

28. *Sciens uxorem ſe praegnantem habere*] Id de ſuo addidit Interpres; & non hoc opus eſt.

29. *Et teſtamentum pater non mutaverit*] Nec hoc ad rem pertinet.

30. *Ne-*

10. [30] Nepos poſtumus, qui in locum patris ſuccedere poteſt, ab avo aut heres inſtituendus eſt, aut nominatim exheredandus, ne adgnaſcendo rumpat teſtamentum.

* [31] Filiusfamilias [32] ſi militet, ut paganus, nominatim a patre aut heres ſcribi, aut exheredari debet: jam ſublato [33] edicto Divi Auguſti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredet. LEX EST XXVI. D. DE LIBER. ET POSTVM. &c.

11. [34] Qui ſemel conſtituit ad ſe hereditatem pertinere, [35] ac ſe rebus ejus immiſcuit, repudiare eam non poteſt, etiamſi damnoſa ſit.

* Pater, quotiens filio [36] mandat adire, [37] certus eſſe debet, [38] an pro parte, an ex aſſe: & [39] an ex inſtitutione, an ex ſubſtitutione: & [40] an ex teſtamento, an ab inteſtato filius ſuus heres exiſtat.

* Mutus

30. *Nepos poſtumus, qui in locum patris ſuccedere poteſt, &c.*] Suaſit Gallus, ne rumperentur, vel irrita fierent teſtamenta, ut nepotes, qui ſunt in utero nurus, ſuperſtite filio, avus inſtitueret, vel exheredaret: quoniam fieri poteſt, ut vivo avo filius moriatur, ac deinde poſt mortem avi nato nepote præterito, vel rumpatur teſtamentum, vel irritum fiat, *l. Gallus, 29. D. de lib. & poſt.* CVJAC.

31. *Filiusfamilias, &c.*] Ita hanc & ſequentes ſententias collocavit Rittershuſius, non male. In Aurel. hæc, & tres ultimæ poſitæ ſunt poſt §. *filio 8.* quod minus probo.

32. *Si militet, ut*] Vulgata, *miles, ſimiliter ut.* Notata eſt lectionis diverſitas in Gloſſa.

33. *Edicto Divi Auguſti*] Quod aperte nimis militantibus frena laxabat ad negligenda, quæ parentibus debebant, officia: a quibus tamen eos non abſolvit militia, *l. 1, D. de obſeq. parentib. & patron. præſtand.* SCHVLTING.

34. *Qui ſemel conſtituit ad ſe hereditatem pertinere, &c.*] Qui ſemel adivit, pro herede geſſit, aut miſcuit ſe, poſtea abſtinere non poteſt, niſi beneficio ætatis per reſtitutionem in integrum, §. *extraneis, 3. de hered. qual. & dif. l. ſicut, 4 C. de repud. her.* quod in eo locum habet, qui ſine cretione ſcriptus eſt. CVJAC. Videtur hic novus fuiſſe titulus *de adquirenda vel amittenda hereditate.*

35. *Ac ſe*] Sic omnes edd. præter eas, quæ habent Interpretationes Cujacii, & Rittershuſianam, quæ exhibent, *aut ſe*, quo pacto ſi legas, is debet intelligi conſtituere, qui voluntatem quoque verbis declarat. At nihil cauſæ video, cur lectio vetus fuerit mutanda, cum non dicatur variatio in libris antiquis occurrere, & ſola mentis intentio non ſufficiat, nec etiam ſola immixtio ſine animo declarandæ voluntatis, *l. 20. pr. l. 22. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* ut copulativa conjunctio bene huic loco conveniat. De cretione quod habet Cujacius, id intelligi poteſt ex Vlpiano *tit. 22. §. 25. & ſeqq.* SCHVLTING.

36. *Mandat*] Hoc eſt, *jubet*, ut in *l. 1. §. 3. D. quod juſſ. l. 25. §. 2. 6. 7. 9. 11. 12. 13. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* & utriuſque verbi mandandi & juſſus mentio *d. l. 25. §. 9. 11. 12. 13.* IDEM.

37. *Certus eſſe debet*] Hereditatis adquiſitio uti jus tribuit certo manſurum, & animi deſtinatione peragitur, ita non conjecturam vel opinionem, ſed veram & certam ſcientiam exigit, *per. l. 76. D. de regul. jur.* & quidem illorum, quæ hic habet Paulus: quorum pars quoque refertur §. *ult. inſt. de hered. qualitat. & differen.* & quæ latius exponit Scip. Gentilis *de ſcient. hered.* Qui etiam per alium adquiret, ejusdem juris prorſus eſt, cujus is, qui per ſe, §. *3. inſt. per quas perſon. cuiq. adquirit.* ac proinde eadem in illo exigitur ſcientia. IDEM.

38. *An pro parte, an ex aſſe*] Non vero opus ſcirl, quanta ſit pars, *l. 21. §. ult. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* Idque utilius eſſe viſum eſt, *l. 5. §. 1. D. ſi pars hereditas. petat.* modo ſola adſit ignorantia. Aliud ſi quis ex alia parte ſe crediderit heredem eſſe, quam ad quam vocatus eſt. hic adeundo nihil aget, *l. 75 D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* ut docet Scip. Gentilis *dict. tractat. de ſcient. hered. cap. 3. part. 3.* IDEM.

39. *An ex inſtitutione, an ex ſubſtitutione*] Aliter non ſcit exacte cauſam hereditatis ſibi delatæ, nec ordinem, quo vocatus eſt: quod tamen neceſſarium eſt, *l. 22. pr. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* IDEM.

40. *An ex teſtamento, an ab inteſtato*] Hoc maxime ad cauſam adquirendi pertinet, adeoque vel maxime ſciri debet, *d. l. 22.* imo ne ab inteſtato quidem adiri poteſt, quamdiu vel ſpes teſtamentariæ ſucceſſionis ſupereſt, *l. 39. l. 70. D. d. tit.* In caſu vero inteſtati ſatis eſt ſciri ab inteſtato locum eſſe: ſed cum ex teſtamento ſuccedetur, plura requiruntur, de quibus diſputat Scip. Gentilis *dict. tractat. cap. 3. part. 1.* IDEM.

* Mutus pater vel dominus, filio vel ſervo heredibus inſtitutis, magis eſt, ut ſi intellectu non careat, [41] nutu jubere poſſit adire hereditatem, ut ei jure ejus commodum quaeri poſſit: quod [42] facile explicari poſſit ſcientia literarum.

* Mutus ſervus juſſu domini [43] pro herede gerendo obligat dominum hereditati. LEX EST XCIII. D. DE ADQVIREND. VEL OMITTEND. HEREDITAT.

41. *Nutu*] Quo uti alia conſiſtunt, *l. 52. §. ult. D. de obligationib. & actionib.* ita & juſſus.

42. *Facile explicari poſſit*] Vulgatae Pandectarum edd. vett. *facilius explicari poterit.*

43. *Pro herede gerendo*] Recte, *pro herede gerendo*: hoc enim poteſt mutus, quia in facto conſiſtit. At cretionum verba ſolemnia, quae Pauli tempore etiam in uſu erant, proferre non poteſt. RITTERSHVS.

TITVLVS V.

De Senatuſconſulto Silaniano.

1. [1] Hereditas ejus, qui [2] a familia occiſus eſſe dicitur, [3] ante habitam quaeſtionem adiri non poteſt, neque bonorum poſſeſſio poſtulari.

INTERPRETATIO. *Quicunque a familia ſua occiſus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non poteſt, niſi prius de familia quaeſtio [5] fuerit ventilata, & mors occiſi fuerit vindicata.*

2. [6] Occiſus videtur non tantum qui per vim aut per [7] caedem interfectus eſt, velut jugulatus, aut praecipitatus: [8] ſed & is, qui veneno necatus dicitur.

1. *De Senatuſconſulto Silaniano*] Sic habent edd. cum Interpp. Cujacii. aliae veteres *Ad S. C. Syllanianum*: ſed Silanianum vocatur in Pandectis Florentinis, & recte: auctorem enim habuit C. Junium Silanum, qui Conſul fuit cum P. Cornelio Dolabella, ſub Auguſto, anno V. C. IↃCC LXIII. ut Cujacio notatum *Obſervat. lib. 1. cap. 18.* Tacitus, *Annal. lib. XIV. cap. 43.* ejus meminit, dicens, id ſupplicium toti familiae minitatum fuiſſe. An, *ad Senatuſconſultum*, an, *de Senatuſconſulto* legatur, parum intereſt. SCHVLT.

2. *Hereditas ejus, qui a familia occiſus eſſe dicitur, &c.*] Ex S. C. Silaniano domino occiſo, de ſervis, qui ſub eodem tecto fuerunt, nec domino auxilium tulerunt, quaeſtio habetur, ſuppliciumque ſumitur: nec ante, ut edicto praetoris comprehenſum eſt, adiri hereditas, aperiri, recitarive tabulae, aut bonorum poſſeſſio peti poteſt, quam de eis quaeſtio ex S. C. habita, ſuppliciumque ſumptum ſit, *l. 3. §. non tantum, l. 1. in prin. D. de S. C. Silania.* Et haec non tantum ſi a familia, ſed etſi ab alio dominus occiſus dicatur. CVJAC.

3. *Qui a familia occiſus eſſe dicitur*] Si ab alio, hereditas adiri poteſt: verum deinde heres mortem defuncti debet exſequi, *l. 29. §. ult. D. de jur. fiſc. l. 18. §. 1. D. de his quae ut indig. auferunt.* nec haec ſpecies pertinet ad S. C. Silanianum: ut Cujacius docet *Obſerv. lib. XVIII. cap. 6.* ubi *l. 6. C. de his quib. ut indign. hereditat. auferunt.* accipit de domino a familia occiſo, circa quem locus etiam eſt diſtinctioni inter occiſus vi apertа, & veneno aut clandeſtinis inſidiis, *l. 9. C. eod. dilt. tit.* SCHVLTING.

4. *Ante habitam quaeſtionem adiri non poteſt*] Ita quod ad quaeſtionem inſtituendam, & ſupplicium ſumendum de ſervis omnia ſunt integra. Nec heredi licere debet, propter ſuum compendium familiae facinus occultare, *l. 3. §. 29. D. hoc tit.* IDEM.

5. *Quaeſtio fuerit ventilata*] Non de ventilanda tantum quaeſtione, ſed de ſervis quaeſtioni, ſive tormentis ſubjiciendis hic agitur. IDEM.

6. *Occiſus videtur non tantum qui per vim, &c.*] Occiſi appellatione continetur, qui per vim, aut caedem interfectus eſt. Is autem, qui veneno interemptus eſt, non pertinet ad S. C. Silanianum, etiam ſi quidam ex ſervis venenum praebuerit, *l. 1. §. occiſum, D. de S. C. Silan.* ſed mors vindicatur ab herede, *l. cum fratrem, 9. C. de his quib. ut indig.* CVJAC.

7. *Caedem*] Quae infertur ictu, *add. l. 51. pr. D. ad leg. Aquil.* Feſtus *v. occiſum*, dicit occiſum a necato diſtinguj: quia prius ſit ictu, alterum ſine eo. SCHVLTING.

8. *Sed & is qui veneno necatus dicitur*] Sic & §. 20. non diſtinguit inter modos necis, nec inter eos, qui occiderunt. Verum, cum certiſſimum ſit, de talibus non idem eſſe juris, nec ad illos S. C. Silanianum pertinere, *l. 1. §. 18. l. 20. l. 21. pr. D. h. t. l. 9. C. de his quib. ut*

dicitur: honestati enim heredis convenit qualemcunque mortem testatoris inultam non prætermittere.

3. [9]Domino occiso, de ea familia quaestio habenda est, quae intra [10]tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino, eo tempore, quo occidebatur.

4. [11]Qui occisus dicitur, si constet, eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia ejus quaestio non est habenda; nisi forte prohibere potuit, nec prohibuit.

5. [12]Neroniano Senatusconsulto cavetur, ut occisa uxore etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque ut [13]juxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.

6. [14]Servi, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus perhibetur occisus, & torquentur, & puniuntur; [15]etsi testamento occisi manumissi sint. Sed & hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt.

7. [16]Servi de proximo si, cum possent ferre, auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur.

8. [17]Servos, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt, apprehensos & torqueri, & [18]summo supplicio affici placuit.

9. [19]Ha-

ut indign. hereditat. auferunt. ut nec ad illos, qui incuria vel Medici insidiis periere, *l. 5. §. ult. D. h. t.* quamvis illorum mors postea persequenda sit, suspicor Anianum imprudenter hæc reliquis miscuisse, de quibus aliquid diversi ipse tradiderat Paulus. IDEM.

9. *Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, &c.*] Ad S. C. Silanianum hi etiam pertinent, qui extra tectum, ut puta in itinere, cum domino fuerint cum occideretur, *l. 1. §. cum dominus, D. de S. C. Silan. & inf. 6. sententia.* CVJAC.

10. *Intra tectum*] Quid hoc si exponit Ulpianus *l. 1. §. 27. D. h. t.* docetque tales intelligi, qui vocem domini audire potuerunt, ut & Imperator Justinianus *l. ult. C. de his quib. ut indign. hereditat. auferunt.* qui specialem huic rei constitutionem se impendisse indicat, quia de eo non satis inter omnes constabat. SCHULTING.

11. *Qui occisus dicitur, si constet eum, &c.*] Si quis sibi manus intulerit, cessat S. C. Silanianum, puniendi tamen sunt servi, qui cum prohibere possent, non prohibuerunt: idque heres defuncti exequetur, *l. 1. §. si sibi manus, D. de S. C. Silan.* CVJAC.

12. *Neroniano Senatusconsulto cavetur, &c.*] De quæstione familiæ facta sunt plurima Senatusconsulta, ut ostendi *lib. 1. Obser. cap. 18.* Id, de quo agitur hoc in loco, Nerone A. 11. & Pisone Coss. factum est, in quo hoc inter cætera continetur, ut viro, aut uxore occisa, perinde habeatur quæstio de uxoris, aut de viri servis, ac si ejus, qui occisus a familia dicitur, proprii essent servi, *l. 1. §. si vir, D. de Senatusconsulto Silan.* Neronianum S. C aliam in rem citatur ab Ulpiano *in fragm. titul. de legat.* IDEM.

12. * *Neroniano*] Neronianum S. C. vocatur, quod *D. h. t.* vocatur Claudianum. Vide P. Fabr. *in Semest.* RITTERSHUS. Idem & Pisonianum vocatur a Paulo *l. 8. D. h. t.* factum quippe Nerone II. & Pisone Coss anno IↃCCCX. SCHULTING.

13. *Juxta uxoris familiam*] Pro, *circa uxoris familiam.* an Paulus scripsit, *juxta in uxoris familiam*, ut *juxta* notet *æque*, uti fæpe sumitur? IDEM.

14. *Servi, qui sub eodem tecto fuerunt, &c.*] De his quoque servis quæstio habetur, suppliciumque sumitur, qui testamento manumissi sunt, si vel sub eodem tecto fuerint, vel extra tectum cum domino cum occideretur, *l. 3. §. de his, D. de S. C. Silan.* Idque etiam S. C. Neroniano cautum fuisse Corn. Tacitus scribit, *lib. XIII* CVJAC.

15. *Etsi in testamento occisi manumissi*] Imo sub Trajano Imp. hoc extensum ad libertos a vivo manumissos *l. 10. §. 2. D. h. t.* SCHULTING.

16. *Servi de proximo si cum possent ferre, &c.*] In S. C. Silaniano sub eodem tecto hi etiam videntur fuisse, qui in proximo fuerunt, & clamores exaudierunt, nec ad auxilium ferendum accurrerunt, *l. 2. §. eod. D. de S. C. Silan.* CVJAC.

17. *Servos, qui in itinere circumdatum a latronibus dominum &c.*] Cum dominus in itinere est occisus, de his, qui cum domino erant, & profugerunt, ultimum supplicium sumitur, *l. 2. §. cum dominus, D. de S. C. Silan.* IDEM.

18. *Summo supplicio*] Quod tempore Pauli erat crux, *lib. V. tit. 17. §. 2.* maxime in servis. SCHULTING.

19. *Ha-*

9. [19] Habetur de familia quaestio, & si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest, an extraneus, an ex liberis sit.

* 10. [20] Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum, qui, cum interfectus esset testator, apertis tabulis testamenti, [21] vel ab intestato adierunt hereditatem, [22] bonorumve possessionem acceperunt: amplius his & in [23] centum millia sestertiorum poena irrogatur. [24] nec refert, a quibus paterfamilias, nec quemadmodum occidatur.

* 11. In disponenda eorum quaestione, quorum dominus dicitur interemptus, hic ordo servatur: primum [25] ut constet occisum dominum: deinde ut liqueat, de quibus ea quaestio habenda sit: atque ita de reis inquirendum.

* 12. [26] Etsi percussor certus sit, tamen [27] de familia habenda quaestio est, ut caedis mandator inveniri possit.

13. [28] Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis auferatur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.

IN-

19. *Habetur de familia quæstio, & si heres, &c.*] Si heres testatorem occidisse dicatur, de servis quæstio habetur in caput heredis. Idque verissimum est, si extraneus heres sit, quia nondum dominus est. Sed & in necessario herede, licet statim ipso jure heres existat, idem Paulus admittit: & hoc plane casu servus in caput domini torqueri videtur, *l. & si percussor certus, 6. §. 1. de S. C. Silan.* CVJAC.

20. *Hereditas a fisco ut indignis, &c.*] Hanc sententiam cum duabus sequentibus primus in lucem extulit Cujacius Lugd. cIↃIↃ LXVI.

21. *Vel ab intestato*] Idem docetur *l. 3. §. 29. D. h. t.*

22. *Bonorumve possessionem acceperunt*] Id probatur quoque *d. l. 3. §. 29. l. 5. §. 1. D. h. t.*

23. *Centum millia sestertiorum*] Tribonianus hanc summam mutavit in centum aureos *l. 23. §. 2. D. h. t.* uti & alibi in Pandectis ipsum fecisse notavit Cujacius *ad l. 10. D. de dol. mal. & Observ. lib. XIX. cap. 31.* quamvis magnum inter hæc sit discrimen, cum dena sestertia, sive sestertiorum millia tempore Pauli fecerint centum aureos: unde & modus honorarii Advocatorum, qui Tacito *Annal. lib. XI. cap. 7.* dicitur positus ad dena usque sestertia, ab Ulpiano definitur centum aureis *l. 1. §. 12. D. de extraordinar. cognitionib.* Imo pro *centies sestertium*, sive ducentis quinquaginta Philippicorum millibus, legimus *centies aureorum l. 97. D. de legat. III. l. 88. de verbor. significat.* quod etiam solœcum esse recte notavit V. C. Joh. Fred. Gronovius *de pecun. veter. lib. 1. cap. 5.* Hæc vero pœna non heredi tantum, sed omnibus infligitur, qui adversus edictum Prætoris tabulas aperuerint, *l. 3. §. 18. l. 25. §. 2. D. h. t.* Actio ad illam est popularis: ac dimidia pars in publicum redigitur, dimidia actori cedit, *d. l. 25. §. 2.* SCHULTING.

24. *Nec refert, a quibus paterfamilias, &c.*] Imo vero id multum refert, uti dictum *ad §. 2.* Hic opus, ut non extra culpam sit familia: aliter hereditas impune adiri potest. Vereor, ne hæc sincera non sint. Illud quoque *occidatur* pro *occisus sit*, minus accurate dictum est. IDEM.

25. *Ut constet occisum*] Et quidem scelere, *l. 1. §. 24. D. h. t.*

26. *Etsi percussor certus sit, &c.*] Idem tradit Paulus *l. 6. pr. add. l. 17. D. h. t.*

27. *De familia*] Et maxime de ipso percussore, *d. l. 6.* Idem est, quamvis cædem fateatur familia, *l. 17. D. h. t.*

28. *Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, &c.*] Si heres non pareat legitimæ voluntati testatoris, ei hereditas aufertur, quasi indigno, & ad fiscum pertinet. Et hoc olim obtinuisse verum est, *l. ult. §. ult. C. de fideic.* Excipitur causa sepulturæ ab Alexandro in *l. 5. C. de his quib. ut indig.* quam legem eundem Alexandrum intelligere arbitror in *l. 5. C. de relig. & sumpt. fun.* dum ait, Ne ob neglectam defuncti voluntatem circa faciendum monumentum bona fisco deferantur, præteritis Constitutionibus cautum esse. Idemque porrectum fuisse videtur ad omnes alias causas Justiniani temporibus, ut argumento est *l. si quis in suo, 33. C. de inof. testam.* At ex *No. 1.* ejusdem Justiniani, expellitur quidem heres ab hereditate, non tamen quasi indignus. Ait, *Si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.* Exemplo sit P. Sextilius Rufus, qui voluntati defuncti prætulit legem Voconiam, ut Cicero narrat *in 11. de finib.* CVJAC. Occasione ejus, qui ob non vindicatam defuncti necem se hereditate reddiderat indignum, de aliis similiter egisse videtur Paulus.

29. *Sive*

INTERPRETATIO. *Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas: si tamen nihil contra leges in ejus testamento fuerit comprehensum.*

14. [29]Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dicatur esse testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres jure in possessionem [30]mitti desiderat.

15. [31]Si inter heredem institutum & substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est.

INTERPRETATIO. *Si inter institutum & substitutum heredem* [32]*intentio de hereditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hereditariarum mittendus est, qui institutus magis probatur, quam is, qui legitur substitutus.*

16. [33]Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur, [34]jure desiderat. Hoc post annum impetrare non poterit.

17. [35]In eo testamento, quod nec ut oportuit [36]oblatum, [37]nec publice recitatum est, [38]heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat.

18. [39]In

29. *Sive falsum, sive ruptum, sive irritum, &c.*] Heres scriptus in possessionem mittitur ex edicto Divi Adriani, etiam si falsum, ruptum, aut irritum testamentum esse dicatur, salvo eorum jure, *l. ult. C. de cod. l. 2. C. de edict. Divi Adr. tol. l. quisquis, 6. C. quorum appel. non rec. & Nov. Valentiniani De testament.* Hodie non ex edicto Adriani, sed ex Constitutione Justiniani in possessionem missio fit, *l. 3. C. de edict. Divi Adr. toll.* Et ideo cum *in d. l. ult. & l. quisquis*, in *C. Th.* additum esset, *ex edicto D. Adriani*, ea verba in suo Codice Justinianus subtraxit. Idem factum opinor in *l. filiam, 56. D. ad Trebell.* Ex edicto D. Adriani missio anno finiebatur: ex Constitutione Justiniani est perpetua. Ex edicto Divi Adriani ab herede scripto vicesima pars hereditatis fisco præstabatur: ex Constitutione Justiniani non præstatur. CVJAC.

30. *Mitti desiderat*] Hæc non suspendunt missionem, uti fit, si dominus a familia est occisus.

31. *Si inter heredem institutum, & substitutum controversia sit, &c.*] Si inter institutum, & substitutum sit controversia de hereditate, ex edicto D. Adriani interim institutus mittetur in possessionem potius, quam substitutus, *l. 2. C. de edict. D. Adr. tol.* CVJAC.

32. *Intentio*] F. *contentio.* ut & infra v. 14. 2. RITTERSHVS. Ad illum tamen locum Rittershusius emendationem non urget. Et scriptores posteriores intentionem usurparunt pro controversia vel lite. Anonymus de gestis Constantini Magni. *Intentio orta est in urbe Roma inter Symmachum & Laurentium.* Plura congessit V.C. Car. Du Fresne du Cange *in Gloss. lat. med. & infim. Latinitat.* SCHVLTING.

33. *Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur, &c.*] Ex edicto Divi Adriani post annum scripti heredes in possessionem rerum hereditariarum non mittuntur. Quod & in sua Constitutione Justinianus indicat, illis verbis, *Sive enim post annale tempus.* CVJAC.

34. *Jure desiderat*] Non tantum ut ita expedite rerum hereditariarum possessionem consequatur: sed & olim, cum in usu esset vicesimæ vectigal, nec huic mora debebat injici, ut docet Paulus noster *lib. IV. tit. 6. §. ult.* De missione hac plura habet Cujacius *Paratitl. t. C. de edict. Divi Hadrian. tollend. & quemadmod. her. script. in possession. mittat.* SCHVLTING.

35. *In eo testamento heres scriptus, &c.*] Non fit missio ex edicto Divi Adriani, nisi, ut etiam Justiniani constitutione cavetur, testamentum ostendatur non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacumque suæ formæ parte vitiatum: Sed quod prima figura, id est, prima specie, sive prima inspectione sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit, *l. 3. C. de edict. D. Adriani tol.* Præterea publice recitatum testamentum ut sit, omnimodo exigimus. CVJAC.

36. *Oblatum*] Judici competenti, *L. ult. C. de edict. Divi Hadr. tollend. &c.*

37. *Nec publice recitatum est*] Quæ recitatio egregie describitur *lib. IV. tit. 6.*

38. *Heres scriptus*] Sic edidit Sichardus. Sed in edd. cum Interpp. Cujacii, ut & Rittersh. hæc posita sunt post *testamento.* Non refert utrubi habeantur; verum in edd. Lugd. ɔIↃ IↃ LXVI, Pariſ. & Genev. ɔIↃ IↃ LXXXVI. & illic, & hic legumtur, perperam. cur ab editione Sichardi recessum est? SCHVLT.

18. [39] In poſſeſſionem earum rerum, quas mortis tempore teſtator non poſſedit, heres ſcriptus, priusquam jure ordinario experiatur, improbe mitti deſiderat.

39. *In poſſeſſionem earum rerum, &c.*] Ex edicto Divi Adriani in earum tantummodo rerum poſſeſſionem heres ſcriptus mittitur, quas teſtator poſſedit mortis tempore: quod & ex Conſtitutione Juſtiniani locum obtinet. Ceteras vero non ante nanciſcitur, quam petitione hereditatis egerit, & vicerit. CVJAC.

TITVLVS

De Jure Codicillorum.

Litterae, quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. LEX EST XVII. D. HOC TITVL.

1. *De Jure Codicillorum*] Titulus talis hoc loco eſt & in Pandectis, & ſimilis argumenti in Codice: nec dubito, quin & illum hic habuerit olim Paulus, qui & *de jure codicillorum* librum condidit ſingularem, ex quo varia in Pandectis fragmenta ſuperſunt. Hic itaque hanc ſententiam commode collocari poſſe exiſtimavi.

TITVLVS VI.

De Legatis.

1. [1] Per præceptionem uni ex heredibus nummi legati, [2] qui domi non erant, officio judicis familiae herciſcundae a coheredibus praeſtabuntur.

INTERPRETATIO. *Si teſtator uni ex heredibus pecuniam, quam in ſubſtantia non reliquit, dari praeceperit, nummi, qui in legato relicti ſunt, legatario tempore diviſionis a coheredibus implebuntur.*

2. [3] Ante heredis inſtitutionem [4] legari non poteſt: inter medias heredum inſtitutiones, ſive alter, ſive uterque adeat, poteſt.

3. A [5] Interdum dimidium, interdum totum debetur [6] legatariis: dimidium, ſi per vindicationem legatum ſit, totum, ſi per damnationem.

*3. B [7] Poſt

1. *Per praeceptionem uni ex heredibus nummi legati, &c.*] Si uni ex heredibus pecunia, quae domi relicta non eſt, praelegata ſit, a coheredibus perinde praeſtabitur officio judicis familiae erciſcundae, atque ſi in hereditate inventa eſſet, *l. heredes, 25. §. ult. & l. prox. D. fam. erciſc.* CVJAC. Praemiſit hiſce, dubio procul, Paulus aliqua ad legatorum definitionem, naturam & diviſionem pertinentia, quae ſuppleri poſſunt ex *pr. & §. 2. Inſt. h. t.* Caji Inſtit. *lib. 2. tit. 5.* & Vlpiano *tit. 24. de legatis.* SCHVLTING.

2. *Qui domi non erant*] Legatum hoc ſummo jure non valuiſſet, cum per praeceptionem olim ea tantum legari potuerint, quae & per vindicationem, auctore Vlpiano *tit. 24. §. 11.* adeoque & pecunia tempore mortis debuiſſet fuiſſe teſtatoris; id enim in quantitatibus requirebatur, res in ſpecie etiam tempore teſtamenti facti ejus fuiſſe debebant ex jure Quiritium, ſecundum Vlpianum *d. l. §. 7.* Verum S. C. Neronianum legata minus legitima forma relicta valere voluit, perinde ac ſi relicta eſſent optimo jure, ſive per damnationem, eodem teſte *d. tit. 24. §. 11.* IDEM.

3. *Ante heredis inſtitutionem legari non poteſt: &c.*] Olim inter medias inſtitutiones legari poterat, ante inſtitutiones non item. Hodie aeque ante inſtitutiones, atque inter medias inſtitutiones recte legatur, ex Conſtitutione Juſtiniani, *§. ante heredis, 34. de legat.* CVJAC.

4. *Legari non poteſt*] Docet hoc & Vlpianus *tit. 24. §. 15.*

5. *Interdum dimidium, interdum totum debetur legatariis, &c.*] Vulgo haec ſententia ſuperiori perperam conjuncta eſt: ego disjunxi, ut ſenſum conſervarem.

3. [b] Poſt diem legati cedentem, actio, quae inchoata non eſt, ad heredem non transmittitur.

4. [8] Communi ſervo cum libertate, & ſine libertate legari poteſt: [9] totumque legatum ſocio teſtatoris adquiritur.

5. [10] Poſt mortem heredis legari non poteſt: [11] quia nihil ab herede heredis relinqui poteſt.

INTER-

rem. Et cum in uno Codice, *totum legari*, in altero *totum debetur*, ſcriptum legeretur, utrumque conjungens, ita hunc locum reſtitui, *interdum totum debetur legatariis.* Et hoc eſt, quod Vlpianus in fragm. tradit, *tit. 24.* His, quibus per vindicationem legatum eſt disjunctim, ſingulis partes (ut eo loco emendavimus) deberi: his autem, quibus per damnationem legatum eſt disjunctim, ſingulis ſolidum deberi. CVJAC.

6. *Legatariis*] Cum hoc verbum huic loco optime quadret, ac veſtigia ejus in libro vetere invenerit Cujacius, id facile admiſi cum Rittershuſio. Ab edd. antiquis alioquin abeſt, etiam a Cujacio curatis, ſed ſine ipſius Interpp. in quibus & haec ſuperiori ſententiae cohaerent, minus recte. De re ipſa aliquid habebimus ad Vlpianum *tit. 24 §. 12.* SCHVLTING.

7. *Poſt diem legati cedentem, &c.*] De legato vindicationis contra ſcripſit eodem titulo. An igitur huic ſententiae locus eſt in legato damnationis, ſi id nondum legatarius agnoverit? Obtinuit certe in legato optionis, quamvis per vindicationem relinquatur, ſi nondum elegiſſet. Ex CVJACIO *Obſerv. lib. VII. cap. 26.* Cujacius hanc ſententiam ex veteri Conſultatione in lucem protulit *Obſervat. lib. VII. cap. 26.* atque hoc ordine collocavit in edit. Lugd. cIↃIↃLXVI quod in Pariſ. Genev. & Aurelian. eſt deinceps obſervatum. Ne vero omnes ſententiarum in tanto titulo numeri eſſent mutandi, bis numerum eumdem poſuimus, litteris, A. & B. additis, Rittershuſii exemplo. Quae vero Cujacius ad hanc ſententiam notavit, non diſcrepant ab illis, quae antea ſcripſerat *ad §. 7. h. tit.* Verum idem Vir Maximus alibi exiſtimavit omnium legatorum diem olim indiſtincte ab apertis tabulis ceſſiſſe, nec legatarii ſcientia opus fuiſſe: uti monitum eſt ad Cajum *Inſtit. lib. II. tit. 5. §. 1.* Ipſa etiam verba generalia Pauli non patiuntur reſtrictionem ad ſola legata damnationis: & cur hic id obtinuiſſet? Is certe, cui per damnationem legatum erat, ſimilis erat victori per ſententiam; in ſpecie ſaltem inficiationis, de qua habuimus aliquid in his Sententiis *lib. I. tit. 19. §. 1.* judicati vero actio heredi extra dubium datur, *l. 6. §. ult. D. de re judicat.* Quod ſi cui hoc minus videatur inde ſequi: conſtat certe aliunde, de legatis legatariis ignorantibus quoque & invitis obvenire actiones perſonales, nempe, ex *l. 16. §. 1. D. qui teſtament. facer. poſſ.* Quando etiam dies ceſſit, an non tunc incepit deberi? *l. 213. D. de verbor. ſignification.* adeoque actio eo ipſo nata eſt? Forte id tantum docere Paulus voluit, ſi legatarius ante defecerit, etiamſi dies legatorum poſtea cedat apertis tabulis, tamen heredi talis legatarii nihil deberi. SCHVLTING.

8. *Communi ſervo cum libertate, &c.*] Servum communem, vel quaſi proprium cum libertate, vel quaſi alienum ſine libertate heredem inſtituere, itemque ei legare poſſumus. Si tamen cum libertate id fiat, totus jure adcreſcendi ad ſocium pertinebit, jure Juſtiniani liber, & heres erit, §. *ultim. de donat.* Quod ſi praetermiſſa libertate id fiat, communis erit ſervus inter heredem & ſocium teſtatoris: hereditas autem, vel legatum ſoli ſocio adquiretur, *l. verum, 63. §. ſi ſervo, D. pro ſoc. l. Plautius, 49. D. ad leg. Falcid. l. 11. de opt. leg.* Nam propter partem ſocii hereditas, vel legatum valet, ut Vlpianus ait *in fragm. tit. 22.* Idemque in fideicommiſſo ſervatur: non tamen in ſtipulatione, & donatione. CVJAC.

9. *Totumque legatum ſocio teſtatoris adquiritur*] Secundum veterem regulam de rebus, quae uni ex dominis ſervi communis adquiri nequeunt, *l. 12. D. de auctoritat. & conſenſ. tutor. & curator.* Servus vero is eſt plurium vice, & quando uni res non poteſt adquiri, eſt quaſi alterius ſolius ſervus, *l. 1. §. 4. D. ſtipulation. ſervor.* qui etiam ſolus, die legati cedente, per illum adquirere poteſt, *l. 11. D. de option. vel election. legat.* Heres quoque ex hereditate per hereditarium ſervum nihil adquirit, *l. 43. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 18. D. de adquirend. rer. domin.* idque ex opinione veterum, *l. 1. §. 16. D. de adquirend. vel amittend. poſſeſſion.* Et ſane in hac ſpecie heres adquireret legatum, ut & ſervum ipſum, jure hereditario: quod fieri nequit; uti nec heredi poteſt legari, *l. 18. l. 116. §. 2. D. de legat. lib. 1.* ac quod heredibus legatur, non pro ipſorum, ſed coheredum parte ipſis praeſtandum eſt, *l. 34. §. 11. & 12. D. eod. tit.* Aliud erit, ac ceſſat tale jus, ſi unus ex dominis communi ſervo aliquid promiſerit: hic enim & pars ipſi promittendi cedit, *l. 7. §. 1. D. de ſtipulation. ſervor.* ut & ſi illi rem ſuam dederit, *l. 37. §. 1. D. de adquirend. rer. domin.* ac proinde inutilis eatenus actus redditur; pro ſocii parte vero illi adquiritur. Plura de hiſce legere eſt apud Bathol. Cheſium *Differentiar. lib. 1. cap. 7. & 8.* SCHVLTING.

10. *Poſt mortem heredis legari non poteſt, &c.*] Ideo poſt mortem heredis non recte legatur, ne ab herede heredis legari videatur, quod regula juris non patitur. Cujus illa videtur fuiſſe ratio, quam hic Anianus exponit, quia ille, qui heres relinquitur, quem ſit heredem habiturus, incertum eſt, *l. ſciendum, 70. D. de verb. ſignif.* At haec Juſtinianus emendavit, §. *poſt mortem, 35. de legat.* CVJAC.

11. *Quia nihil ab herede heredis relinqui poteſt*] Sic videlicet, obligatio initium non accipit ex perſona heredis primi, ex cujus facto oritur; quod exigit re-

INTERPRETATIO. *Constitutum est, ut si quis heredi suo injunxerit, ut ejus heres, cui dixerit, solvat, haec condicio valere non debeat: quia ille, qui heres relinquitur, quem sit heredem habiturus, incertum est.*

6. [12] In mortis tempus, tam suae, quam heredis ejus legata [13] confirmari possunt, hoc modo: LVCIO TITIO, CVM MORIETVR, DO LEGO, aut, HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO.

INTERPRETATIO. *Si quis faciens testamentum, injungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, valet legatum.*

7. [14] Per vindicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas [15] ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum [16] transmittit.

INTER-

gula *l. 11. D. de obligationib. & actionib.* & heredis heres hoc onus in hereditate non invenit, quoniam prior heres eo non fuerat gravatus: atque hanc regulam aequissimam vocat Cujacius *ad l. 217. D. de verbor. signification.* qui rationem aliam hic allegat, & eamdem, quam Interpres: Vereor tamen, ne haec sint meræ subtilitatis juris civilis. quid enim impedit, quo minus res ita consideretur, quasi hic aliquo modo adfuerit jam obligatio, & onus, vel causa oneris, cujus effectus post mortem heredis differatur. Justinianus igitur non sine causa primo illam regulam enervavit *l. 12. C. de contrahend. & committend. stipulation.* & tandem sustulit prorsus *l. 1. C. ut action. ab hered. & contr. hered. incip.* SCHVLTING.

12. *In mortis tempus tam suae, quam heredis ejus, &c.*] Legendum reor, *in tempus mortis tam suae, quam heredis ejus legata conferri possunt. Suae*, id est, legatarii, ut ex appositio exemplo colligitur, *l. heres meus, 79. D. de cond. & dem. Ejus*, id est, testatoris. Ergo licet post mortem heredis legari non possit, in mortis heredis tempus legari potest. Sed & in tempus mortis legatarii recte legatur. Hic quoque perperam legebatur, *damnes*, pro *damnas*: quem errorem Alciatus secutus est *lib. III. επιξεγων.* Ceterum Latini semper dixere *damnas*, non *damnes*, etiam in multitudinis numero, *l. nemen, 34. §. 1. D. de legat. lib. 11. l. civitatibus. 121. §. 1. D. de legat. lib. 1.* CVJAC. Emendatio Cujacii est elegans: & Rittershusius quoque edidit *conferri*: vereor tamen, ne hic verba Pauli ipsa non legamus, sed barbari hominis: quis enim dixerit *mortis sua*, pro *mortis legatarii*? nisi in principio sententiæ exciderit verbum *legatarii*. Res ipsa est certa, ac tempus moriendi vitæ adscribi constat: adeoque hoc legatum non adversari regulæ §. *prac.* & de hoc multa habent Interpretes *ad §. 14. Inst. de inutilib. stipulationib.* & Cujacius *Observation. lib. III. cap. 34.* ubi rem exemplis illustrat. Obiter notemus, ejus, quod collatum est in tempus mortis legatarii, diem cedere statim, quoniam is certo certius moriturus est: quod vero in tempus morientis heredis, non nisi mortuo herede: ante quem si decesserit legatarius, quasi conditione deficiente, legatum corruit, *l. 1. §. 2. l. 79. pr. D. de conditionib. & demonstrationib. l. 4. pr. & §. 1. l. 13. D. quand. dies legator. vel fideicommissor. ced.* SCHVLTING.

13. *Conferri*] Al. *confirmari*. non recte. RITTERSHVS.

14. *Per vindicationem legatum, &c.*] Legati puriex lege Papia dies cedit ex apertis tabulis, licet nondum sit adita hereditas: & ideo si legatarius post apertas tabulas, etiam nondum agnito legato decesserit, ad heredem ejus transit legatum. Agnitione adquiritur, id est, si constituerit legatarius ad se pertinere. Defertur ex apertis tabulis, & transmittitur. Hodie defertur ex die mortis, restituto jure antiquo, ut in constitutione *de cadue. tollen.* Justinianus tradidit. Quia vero hic ait, *per vindicationem*, forsitan non idem obtinuit in legato damnationis. Certe nec in legato optionis, quod tamen per vindicationem relinquitur. CVJAC.

14. * *Per vindicationem*] De damnationis legato dictum ad *§. post diem 3.* B. Forte vero de legato vindicationis id monere visum fuit, quia in eo testator sæpe videbatur desiderasse factum legatarii, dicendo *vindicato, capito, habeto*. Quoniam tamen vel maxime volebat, hoc legatario statim adquiri, creditum & hic sufficere ad transmissionem, ut dies cessisset. In optionis legato aliud erat, etsi per vindicationem relicto: quia habebat olim conditionem, *§. 23. Inst. h. t.* SCHVLTING.

15. *Ante aditam hereditatem*] Aditio tamen demum omnia confirmat, *l. 181. D. de reg. jur.* IDEM.

16. *Transmittit*] Tamquam ipsi quæsitum jam a tempore mortis defuncti. *l. 80. D. de legat. lib. 11. l. 64. D. de furt.* & quod dicitur alibi, res adquisita esse a tempore aditæ hereditatis, *l. 8. D. de reb. cred. l. 44. §. 1. l. 86. §. 2. D. de legat. lib. 1.* id eodem redit fictione juris, qua hoc ipsum tempus pro eodem habetur cum tempore mortis, *l. 34. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 138. pr. l. 193. D. de reg. jur.* IDEM.

17. *Illud*

INTERPRETATIO. *Conſtitutum eſt, ut legatum vindicationis, id eſt, quod non exſpectato herede legatarius praeſumit, etiam non praeſumptum a legatarii herede praeſumatur.*

[17] Illud aut illud, utrum elegerit legatarius, nullo a legatario electo, decedente eo poſt diem legati cedentem, ad heredem transmitti placuit. LEX EST XIX. D. DE OPTION. VEL ELECTION. LEGAT.

8. [18] Si res obligata creditori, cujus cauſam teſtator non [19] ignoravit, [20] per damnationem legata ſit, luitio ad heredis ſollicitudinem ſpectat.

INTERPRETATIO. [21] *Si pro debito pignus depoſitum fuerit creditori, & teſtamento ſuo debitor id, quod pignus poſuerat, per damnationem ipſi creditori legati titulo derelinquat, creditor ſecundum teſtamentum legatum poſſidet, & debitum ab heredibus recipiet teſtatoris.*

9. [22] Servo fataliter interempto, legatarii damnum eſt: quia legatum nulla culpa heredis intercidit.

INTERPRETATIO. *Servus nominatim legati titulo dimiſſus, ſi mortuus fuerit, legatario non debetur.*

10. [23] Damnari heres poteſt, ut alicui domum exſtruat, [24] aut aere alieno eum liberet.

11. [25] Sinendi modo tam corporales res, quam quae in jure conſiſtunt, legari poſſunt: & ideo debitori id, quod debet, recte legatur.

12. [26] Ejus

17. *Illud aut illud, utrum elegerit legatarius, &c.*] Non importune hanc ſententiam hic collocavit Rittershuſius, quam Aurelianenſis editor omiſit. Legatum vero optionis olim quidem non ita transmiſſum eſt, quippe, quod eſſet conditionale, §. 23. *Inſt. h. t.* & optio ipſa actus legitimus, *l. 77. D. de regul. jur.* non vero cum eo confundenda eſt ſpecies haec ſolius electionis, quae ſaepe & tacite datur, veluti in legato rei in genere: quod vidit quoque Cujacius *in not. poſteriorib.* & Janus a Coſta *ad d. §. 23.* ut adeo nihil in hoc loco a Pandectarum compoſitoribus ſit additum; quod etiam Accurſius conjecit, probante Charonda; ſed Accurſio recte reſpondet Bachovius *ad Treutler, p. 1. Diſp. 14. th. 5. lit. A.* IDEM.

18. *Si res obligata creditori, cujus cauſam teſtator &c.*] Si ſciens teſtator rem pignori obligatam per damnationem legaverit, ejus rei luitio ad heredem ſpectat, §. *ſed etſi rem. 5. de legat.* Hanc ſententiam ſic Anianus interpretatur, ut ſi creditori debitor pignus legaverit, non prohibeatur creditor debitam pecuniam ab heredibus debitoris exigere. Quod etſi verum ſit, *l. creditorem, 85. D. de legat. lib. 11.* non tamen verbis Pauli ullo modo convenit. Scripſi *luitio*, ex editione Pariſienſi, quamquam Baſil. habeat *ſolutio*. CVJAC.

19. *Ignoravit*] Sic edidit Cujacius Lugd. clɔlɔlxvi. & ſic Pariſ. & Genev. quod malui, quam *ignorat*, quod poſt Sich. reliquae edd. habent. SCHVLTING.

20. *Per damnationem*] Dubito, an ſi per vindicationem; quia nullum tunc heredis factum deſideratur. Sed potuit jam olim de omni legato agi ex teſtamento, quaſi id eſſet relictum per damnationem, poſt S. C. Neronianum, ut patet ex Vlpiano *tit. 24. §. 11.* IDEM.

21. *Si pro debito &c.*] Haec ſententia, quamvis vera ſit, non tamen convenit verbis Pauli. RITTERSHVS. Interpres verbum *creditori* apud Paulum conſtruxit cum *legata ſit*, perperam.

22. *Servo fataliter interempto, legatarii damnum eſt: &c.*] Si ſervus legatus fato intereat, legatario decedit. Si heredis facto, heredi, §. *ſi res legata. 16. de legat.* CVJAC.

23. *Damnari heres poteſt, ut alicui, &c.*] Recte ita legatur: DAMNAS ESTO HERES EIVS DOMVM REFICERE, VEL ILLVM ÆRE ALIENO LIBERARE, §. *ſed & tale legatum, de leg.* quod vindicationis modo fieri non poteſt. IDEM.

24. *Aut aere alieno eum liberet*] Exemplum quoque talis legati memorat Diogenes Laërtius in teſtamento Stratonis *lib. V. 59. 64.* Idem juris circa alia facta licita, circa prohibita aliud, *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 112. §. 3. D. de legat. lib. 2.* SCHVLTING.

25. *Sinendi modo tam corporales res, &c.*] Prima haec verba, *Sinendi modo*, mihi valde ſuſpecta ſunt, mallemque ita generaliter proponi ſententiam, *Tam corporales res, quam quae in jure conſiſtunt, legari poſſunt: & ideo debitori id, quod debet, recte legatur*: ut in §. *tam autem, 21. de legat.* Eadem ratione quod debetur teſtatori

12. [26] Ejus rei, quae legata eſt, exemplo heredis, partem agnoſcere, partem repudiare legatarius non poteſt.

13. [27] Legatum [28] niſi certae rei ſit, & ad [29] certam perſonam deferatur, nullius eſt momenti.

14. [30] Si quis [31] ſibi & Titio legatum adſcripſerit, magis eſt, ut totum legatum ad conjunctum pertineat.

INTERPRETATIO. *Si quis ſibi & alii in alterius teſtamento legatum conſcripſerit, ad illum, quem ſibi adjunxerit, magis, quam ad eum, qui pro ſe ſcripſerit, totum legatum poterit pertinere.*

• [32] Vxori legatum in alieno teſtamento [33] ſcribere non prohibemur. Ex LEG. XVIII. D. DE LEG. CORNEL. DE FALS.

15. [34] Qui

ſtatori, alteri legari poteſt: qua in re omne legandi genus receptum eſt. CVJAC. Verba illa, *ſinendi modo*, Merillius retinet *ad §. 21. Inſt. h. t.* quia, videlicet, in legato per ſinendi modum maxima erat dubitandi ratio, an obligatio legari poſſet, vel ipſi debitori, vel alii: quia res talis tolli & ſumi nequit: ac debitor obligatione ſibi legata per ſinendi modum, non poterat magis id ſumere, & habere, cujus jam erat dominus: nec legato alii nomine, is agere potuit, niſi mandatis ab herede actionibus. Ego uti facile admiſerim ab Aniano hoc eſſe, qui in eodem legato ſinendi modo exponendo lapſus eſt in Inſtitutionibus Caji *lib. II. tit. 5. §. 6.* ita non credo, id eſſe ab ipſo Paulo, qui de legato hoc ſinendi modo tale quid dicere non potuit. Res hic requirebantur teſtatoris vel heredis, quæ poterant permiſſu heredis ſumi & haberi: hæc vero de eo, quod legatarius debet defuncto, prædicari nequeunt. Nec adeo talia ipſo jure, de quo hic Paulus loquitur, valuerint: verum ex S. C. Neroniano demum confirmabantur, & valebant ut legata damnationis, teſte Vlpiano *tit. 24. §. 11.* ac ſic quoque non de hoc ſolo, ſed & vindicationis legato idem proceſſerit. ut hic ergo non fuerit ratio de legato ſinendi modo ſolo hæc referendi. Ceteroquin in genere recte dicitur, talia poſſe legari. quod docet & Vlpianus *L. 42. pr. D. de legat. lib. I.* SCHVLTING.

26. *Ejus rei, quae legata eſt, exemplo heredis, &c.*] Vt heres partem hereditatis adire, partem repudiare non poteſt, *l. 1. D. de adquirend. hered.* ita legatarius pro parte agnoſcere, pro parte repudiare legatum non poteſt, *l. legatarius, 32. D. de legat. lib. I.* CVJAC.

26. * *Ejus rei*] Paulus in *l. 4. D. de legat. lib. II.* dicit, *ejuſdem rei.* Idem in grege. Aliud ſi plura ſint legata, *l. 6. D. eod. tit.* SCHVLTING.

27. *Legatum niſi rei certae ſit, &c.*] Vt incertæ perſonæ fruſtra legatur, *§. incertis, 25. de legat.* ita res incerta, *l. cum poſt, 69. §. gener, D. de jur. dot. l. Sejo, 10. §. medico, De ann. leg.* CVJAC.

28. *Niſi certa rei*] Vnde non valet legatum domus in genere, ſi nullas domos teſtator reliquerit, *l. 71. D. pr. de legat. lib. I.* SCHVLTING.

29. *Certam perſonam*] Qualis non eſt, ſi duo ejuſdem ſint nominis, nec appareat, de quo teſtator ſenſerit, *l. 3. §. 7. D. de admend. vel transferend. legat.* Quod & circa heredum inſtitutiones juris eſſe vidimus *tit. IV. h. §. 3.* IDEM.

30. *Si quis ſibi & Titio legatum adſcripſerit, &c.*] Si quis ſervo communi legatum adſcripſerit, Marcellus ad Julianum notat, ſocio nihil deberi, quia ſervi nomen pro non ſcripto habetur. At ſi quis ſibi & Titio adſcripſerit, cum facillime quæri poſſe Julianus ſcripſiſſet, quantum Titio adquiratur, nihil de eo Marcellus adjecit: credo, quia Titii nomen non circumſcribi, & ideo Titio totum deberi certum erat, ut hic Paulus ait. Videnda eſt *l. filius, 24. §. ſequenti, D. ad legem Corneliam de falſ.* CVJAC.

31. *Sibi & Titio*] Hi plane ſunt conjuncti, quibus ſingulis ab initio datum eſt ſolidum, *l. 80. D. de legat. lib. III.* adeoque cum quod alter ſibi adſcripſit, ſit pro non ſcripto, ratio vult, totum Titio cedere. Ob non relatam in Pandectas notabilem hanc ſententiam Tribonianum carpit Balduinus *Juſtinian. lib. IV.* SCHVLTING.

32. *Vxori*] Quæ in manum non convenerat: aliter enim viro erat loco filiæfamilias, ut docet Cajus in fragmentis Inſtitutionum *ex lib. III.* quæ repræſentavimus juxta Epitomes *lib. II. tit. 2. pr.* ubi aliqua ea de re notata invenientur, & plura a Pithœo *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. ult.* Filio vero familias patrem adſcribere non poſſe conſtat ex *l. 11. pr. D. de leg. Cornel. de falſ.* cum ſic quaſi ſibi adſcribat maxime jure veteri, quo omnia talia patri filiusfamilias adquirebat. IDEM.

33. *Scribere*] Al. *adſcribere.* RITTERSHVS. Pandectæ edd. *adſcribere*: at tam Florentina, quam vulgatæ habent *ſcribere.* Vtrumque in hac materia occurrit; *adſcribere* tamen frequentius: & ſic *tit. C. de his qui ſibi adſcrib. in teſtamento.* SCHVLTING.

34. Qui

15. [34] Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, ut ſuſpectus a tutela removendus eſt, ad quam ultro videtur affectaſſe.

Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, etſi ſuſpectus eſſe praeſumitur, quod ultro tutelam videbitur affectaſſe: tamen ſi idoneus eſſe adprobetur, non ex teſtamento, ſed ex decreto tutor dandus eſt, nec excuſatio ejus admittetur: quia conſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris. Ex LEGE XVIII. §. 1. D. DE LEGE CORNEL. DE FALS.

16. [35] Rem legatam teſtator ſi poſtea pignori, [36] vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutaſſe non videtur.

17. [37] Vſusfructus [38] uniuscujusque rei legari poteſt: & aut ipſo jure conſtituetur, aut per heredem praeſtabitur. [39] Ex cauſa quidem damnationis per heredem praeſtabitur; [40] ipſo autem jure per vindicationem.

18. [41] Furioſi, & aegrotantis, & [42] infantis uſusfructus utiliter relinquitur,

34. *Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, &c.*] Suſpectus eſt is, qui ſe filio teſtatoris tutorem adſcribit, & ideo removendus eſt. Expoſita plenius eſt haec ſententia in *l. uxori, 18. §. 1. D. ad leg. Corn. de falſ.* CVJAC. Haec non ſunt Pauli omnia, ſed ab Aniano immutata, ut ſaepe fecit. Quae ego exemplo allorum hic reliqui, ſed & ſimul integra Pauli verba ex *l. 18. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ.* ſubjeci, poſt Rittershuſium. Aurelianenſis vero editio, quam & Pabrotus exhibuit, non alia hic habet, quam quae interpretatus eſt Cujacius. SCHVLTING.

35. *Rem legatam teſtator ſi poſtea pignori, vel fiduciae dederit, &c.*] Qui poſt teſtamentum rem legatam pignori, vel fiduciae dedit, ademiſſe legatum non videtur, *l. 3. C. de legat. §. ſirem ſuam, 12. Inſtit. eod. tit.* CVJAC.

36. *Vel fiduciae*] Hic quidem creditor rei fiebat dominus, ut late probatum eſt ad *lib. 11. tit. 13. princ.* ſed res remancipanda erat a creditore debitori debito ſoluto. Alienatio vero talis, cum nullo modo fiat adimendi legati animo, non obſtat legato, *arg. §. 12. Inſt. h. t.* Per vindicationem tamen debitor rem talem legare recte non potuit, cum ejus non eſſet dominus: uti nec continebatur ſub rebus ipſius *hoc tit. §. 69.* ſed creditor res tales ita recte legabat, ut docuit Paulus *lib. 11. tit. 13. §. 6.* SCHVLTING.

37. *Vſusfructus uniuſcujuſque rei legari poteſt. &c.*] Omnium rerum uſusfructus legari poteſt ex S. C. *l. uſusfructu, 69. D. ad legem Falc.* Et ipſo jure conſtituitur, ſi per vindicationem relictus ſit: heredis facto, ſi per damnationem. Igitur ipſo jure, id eſt, ſine heredis facto. Aſibi traditur ipſum uſumfructum aut ipſo jure conſtitui, id eſt, civili jure: aut traditione Praetoris, *l. in D. quib. mod. uſusfr. amitt. l. ſi uſusfructus, 9. §. illud ſciendum, D. uſufr. quem cav.* CVJAC. Hic Sichardus novum habet titulum *de Vſufructu*, quem fuſtuliſſe ſe refert Cujacius *ad lib. V. tit. 20.* nec debuit is iterum poni in ed. Genev. cIↃ IↃ CXXXVI. pertinent enim eo quidem ſententiae ſeptemdecim ab Aniano excerptae, quibus ex Pandectis accedunt tres: verum reſiquae inde alienae ſunt, & ſub aliis titulis deberent collocari, quod factum eſt in Pandectis. At nuſquam talium in veteribus libris harum Sententiarum mentionem videntur inveniſſe Viri Docti, qui eos viderunt. Omnia vero ſequentia ſub titulo *de Legatis* recte conſpiciuntur. SCHVLTING.

38. *Vniuſcujusque rei*] Non etiam olim earum rerum, quarum uſus in abuſu conſiſteret. Cicero *in Topic. cap. 3.* ſcribit. *Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum uſumfructum legavit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare ad ſe pertinere: uſus enim, non abuſus relictus eſt. Ea ſunt inter ſe contraria.* Vt illo tempore nondum videatur factum fuiſſe Senatusconſultum, ut omnium rerum, quae in alicujus eſſent patrimonio, legari poſſet uſusfructus, *l. 1. D. de uſufruct. earum rer. quae uſ. conſumunt. l. 1. D. de uſ. & uſufr. leg.* de quo tamen cum Sabinus, qui ſub Tiberio floruit, ſcripſerit, ut conſtat vel ex *l. 5. §. 1. D. de uſufruct. ear. rer. quae uſ. conſumunt.* antiquum illud fuiſſe certum eſt: & factum forte tempore Auguſti. IDEM.

39. *Ex cauſa quidem damnationis per heredem*] Quod & in aliis ſervitutibus eſſe debuit juris: atque ita recte Cujacius accipit Paulum *l. 26. D. de ſervitutib. praedior. ruſticor. ad Paul. ad Edict. lib. XLVII.* IDEM.

40. *Ipſo jure per vindicationem*] Quemadmodum rei corporalis dominium tali legato tranſit in legatarium, ita & uſusfructus, teſte Paulo *h. l.* ſed & alia ſervitus directo adquiritur: eoque referenda *l. 9. D. de ſervitutib.* cum Cujacio *ad d. l. 26. D. de ſervitutib. praedior. ruſticor.* qui alibi, *Recitationib. ad d. l. 9.* non ita exacte rem exponit. Verum & contra ipſius voluntatem poſtuma illo opera ſunt edita, nec integra ad nos illa pervenit recitatio: ideoque parum ex bono & aequo egit cum Viro Summo Merillius *Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 13.* tamquam ſibi parum conſtante: ſed & Merillio reſpondit Oſius Aurelius *Diſpunctor. ad Merill. diſpunction. 13.* IDEM.

41. *Furioſi, & aegrotantis, & infantis uſusfructus &c.*] Nemo dubitat, quin furioſo, aegrotanti, infanti uſusfructus legatum relictum ſtatim valeat, non expectato reſipiſcen-

tur: horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest.

19. [41] Ancillae usufructu legato, partus ejus ad fructuarium [43] non pertinent.

20. [45] Gregis usufructu legato, grege integro manente, fetus ad usufructuarium pertinent: [46] salvo eo, ut quidquid gregi deperierit, ex fetibus impleatur.

21. [47] Areae usufructu legato, aedificia in ea constitui non possunt.

22. [48] Accessio alluvionum [49] ad fructuarium fundum, quia fructus fundi non est, non pertinet: venationis vero & aucupii reditus ad fructuarium pertinet.

23. [50] Ser-

resipiscentia, aut sanitate, aut majori aetate legatarii. Sed furiosi, aegri, infantis an possit ususfructus legari, dubitari potest, quia interim nullus est, *l. si infantis, 25. l. arboribus, 12. § de illo, D. de usufruct.* Verum incipiet si furiosus resipuerit, aeger convaluerit, infans creverit. Itaque legendum hoc in loco sic esse censeo, *Furiosi, & aegrotantis, & infantis*, non, ut antea, *Furioso, aegrotanti, & infanti*. Et hoc indicat vetus interpretatio, cujus haec sunt verba: *ususfructus quidem in furioso, aegrotante, & infante utiliter relinquetur.* CVJAC. Emendationem Cujacii, quam exhibent edd. cum ipsius Interpp. & Rittersh. admittere quoque non dubitavi. Aliae vetustae edd vitiosam lectionem retinent: sed in Lugd. Paris. Genev. haec exstat ad marginem. Interpretationem, cujus meminit Cujacius, invenit, puto, in vetere libro; nec integram adscripsisse videtur. In editis non exstat. In ed. Fabroti est *ignorantis*, pro *aegrotantis*, perperam. SCHVLTING.

42. *Infantis*] Hujus etiam ususfructus est, *l. 12. § 3. D. de usufruct.* non etiam usus nudus, *l. 55. D. eod. tit.* quod caput ad titulum *de usu & habitatione* magis pertinet. Vt id intelligamus de usufructu non sinunt verba, *usus tantummodo*: quae non satis expendit M. Aurel. Galvanus *de usufruct. Dissertation. variar. cap. 31. n. 6.* qui legem de usufructu accipit: ac distinguit, an testator voluerit ab initio usumfructum constitui, an non: quae a verbis plane aliena sunt. IDEM.

43. *Ancillae usufructu legato, partus ejus, &c.*] Partus non est in fructu. Scripsimus de hac Pauli sententia in *l. 4. D. de usurp. & usuc.* CVJAC.

44. *Non pertinent*] Quia rerum natura omnes fructus in gratiam hominis comparavit, *§. 37. Inst. de rer. division.* vel quia non ideo ancillae comparantur, ut pariant, *l. 27. pr. D. de hereditat. petition.* SCHVLT.

45. *Gregis usufructu legato, grege integro manente, &c.*] Vulgo ad finem hujus sententiae haec adduntur verba, *Salvo eo, ut quidquid gregi deperierit, ex foetibus impleatur*, quae illorum, *grege integro manente*, quia interpretatio sunt, ideo subtraximus, *l. vetus, 68. § ult. D. de usufr.* CVJAC.

46. *Salvo eo, ut &c.*] Cujacius in edd. cum Interpp. suis haec expunxit: quae nec ego crediderim esse Pauli: reliquit tamen ea Vir Summus in ed. Lugd. & recenta sunt in Paris. Genev. nec non Rittershus. nec libri veteres dicuntur hic variare. Sint Interpretis, ut & multa alia: non tamen ideo attrim ea delere. Et ipse Paulus forte aliqua hic adjecerat, quae ille ita invertit. SCHVLTING.

47. *Areae usufructu legato, aedificia, &c.*] Non potest dominus in area aedificium ponere, si areae ususfructus legatus & concessus sit, *l. 7. § hac ratione, D. de usufru.* ne ususfructus extinguatur. CVJAC.

48. *Accessio alluvionum ad fructuarium fundum, &c.*] Fundi usufructu relicto, vel concesso, venationis quidem, & aucupii reditus ad fructuarium pertinet, *l. item si fundi, 9. §. aucupiorum, D. de usufr.* At accessionem alluvionis non pertinere Paulus ait, quoniam haec accessio ex ipso fundo non est. Sed ab eo dissentit Vlpian. in *d. l. item si fundi, 9. §. huic vicinus.* IDEM.

49. *Ad fructuarium fundum &c.*] Ad ipsum fundum tale incrementum necessario pertinet, dominoque fundi cedit, *per l. 33. §. 1. D. de usufruct. §. 20. Inst. de rer. division. l. 7. §. 1. D. de adquirend. rer. domin.* utpote simile ei, cui accedit, *l. 11. §. 7. D. de Publician. in rem action.* adeo, ut verbum *fundum* stare hic nullo modo possit: quod & exturbandum esse jam dudum existimavit ille mihi innumeris nominibus colendus Ger. Noodt, mihique in familiari colloquio indicavit. Verum cum mihi videretur loco succurri posse leviori paulo remedio, pro *fundum* legendo *fundi*, & ipsi id placuit: quod ex libro Insignis hujus Viri *de Vsufructu*, quem jam propediem exspectamus, & ex quo non pauca, quae exquisitissimae erunt doctrinae, discere poterunt Studiosi, apparebit. Ceterum ad fructuarium fundi alluvio pertinere non potest, quia non est fructus rei, sed pars rei; quamvis & ejus, quod accessit, ususfructus fructuario competat, *l. 9. §. 4. D. de usufruct.* Non dissimili ratione in fundo dotali inaestimato talium incrementorum proprietas ad mulierem pertinet, *l. 16. §. 1. D. de jur. dot.* Minus recte Cujacius *ad h. l. & ad Fond. lib. 2. tit. 4. §. si quis de manso, 5.* & D. Gothofredus *ad d. l. 9. §. 4. D. de usufruct.* notarunt, Pauli hanc sententiam rejectam esse, cum illa sit certissima: quod vidit quoque Ant. Faber. *Rationalib. ad d. l. 9. §. 4.* ut & Merillius *ad §. 20. Inst. de rer. division.* SCHVLTING.

50. Ser-

Digitized by Google

23. [49] Servos nec torquere, neque flagellis caedere, neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo [51] deteriores fiant.

24. [52] Fructu legato, si usus non adscribatur, magis placuit, usumfructum videri adscriptum: fructus enim sine usu esse [53] non potest.

25. [54] Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit: quod in fructu usuarius facere non potest.

INTERPRETATIO. *Si duobus ita legetur, ut alteri usus, alteri fructus legatur relictus, fructuarius cum fructu usum praesumit; quod ei, qui usum acceperit,* [55] *de fructibus non licebit.*

26. [56] Cum conjunctim duobus usumfructum do, lego, legatum, altero mortuo, ad alterum in solidum pertinebit.

INTERPRETATIO. *Si duobus in communi ususfructus legati titulo dimittatur, & unus ex ipsis mortuus fuerit, legatus ususfructus ex integro ad eum, qui superfuerit, pertinebit.*

27. [57] Usufructu legato de modo utendi cautio a fructuario [58] solet interponi: & ideo perinde [59] omnia se usurum, [60] ac si optimus paterfamilias uteretur, fidejussoribus oblatis cavere cogetur.

[61] Ar-

50. *Servos nec torquere, neque flagellis caedere, &c.*] Fructuarius modicam castigationem habet: torquere autem servum, vel flagellis caedere, vel alias deteriorem facere non potest, *d. locum, 17. §. 1. l. sed ficuti, eo. in fin. D. de usufr.* CUJAC.

51. *Deteriores fiant*] Sich. *deterior fiat.* & initio, *Servum.* Leg. fort. *servum.* RITTERSHUS. In edd. Lugd. Parif. & Genev. haec postrema leguntur in numero plurium. unde scribendum fuit in principio *servos*, ut habent edd. cum Cujacii interpp. non *servus*, cum aliis antiquis. SCHULTING.

52. *Fructu legato, si usus non adscribatur, &c.*] Legato fructu videtur legatus ususfructus: Nam sine usu esse fructus non potest, *l. per servum, 14. §. ususfructus, D. de usu & hab.* CUJAC.

53. *Non potest*] Edd. vett. *possunt*: sed Cujacianae cum ipsius interpp. & Rittersh. *potest*, rectius: non enim de fructibus, qui percipiuntur, sed de servitute hic agitur. SCHULTING.

54. *Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, &c.*] Si tibi usus, mihi fructus legatus sit, concurrimus in usum, atque ita re conjuncti sumus: ego solus fructum habeo, *l. per servum, 14. §. pen. D. de usu & habit.* At ibidem ostenditur, interdum fructum sine usu inveniri, ut in hac specie, Titius a me fundi usum Primo legavit, ego fructum Secundo, fieri non potest, ut Secundus in usum concurrat. nec enim potui usum transferre in Secundum, quem Primo Titius in solidum legavit. Igitur Secundus in eo fundo habitare non poterit, & ab usuario illo venire prohibebitur, nisi ad fructus percipiendos veniat, quia fructum sine usu habet, quod summe notandum est. CUJAC.

55. *De fructibus*] Non de fructibus, sed de usufructu hic loquitur Paulus. SCHULTING.

56. *Cum conjunctim duobus usumfructum do, lego, &c.*] Duobus legato usufructu, uno mortuo, alteri totus debetur. Nam post adquisitionem jus adcrescendi in usufructu durat, *l. 1. §. interdum, D. de usufr. adcr.* CUJAC.

57. *Usufructu legato, de modo utendi cautio &c.*] In *lib. 1. tit. 11.* dixit usufructuarium cavere, se perinde usurum, atque ipse paterfam. id est, proprietatis dominus uteretur. In hoc loco ait, se perinde usurum, atque optimus paterfamil. uteretur. Alibi, eum cavere boni viri arbitratu se usurum fruiturum, *l. ult. D. usufr. quemad. cav.* IDEM. Vid. supra *lib. 1. tit. 11.* RITTERSHUS.

58. *Solet*] Et potest eam proprietarius exigere, *l. 13. pr. D. de usufr.* quocunque tandem modo ususfructus constitutus sit, *l. 4. C. eod. tit.* SCHULTING.

59. *Omnia se usurum*] Sic habent edd. vett. etiam Cujacianae, praeter eas, quae ipsius habent Interpp. in quibus, ut & Rittersh. est, *omnia se facturum.* Nusquam tamen memoratur variatio esse in libris veteribus scriptis: & cur non aeque pro *omnia* reponemus *omnibus*, quam *facturum* pro *usurum?* Quamvis etiam cum auferendi casu construi soleat a nostris Auctoribus verbum *uti*, tamen cum accusandi casu etiam jungi solet, non tantum apud recentiores, ut docet Vir Egregius, Car. du Fresne du Cange, in *Gloss. med. & infim. Latinitat.* sed & apud antiquos, ut late ostendit Franc. Sanctius *Minerv. lib. III. cap. 3.* Ego tamen hoc crediderim esse a Compilatore. IDEM.

60. *Ac si optimus paterfamilias uteretur*] Vlpianus, *Viri boni arbitratu*, in *l. 1. pr. & §. 3. D. usufructuar. quemadmod. cav.* & sic in *l. pen. C. ut in possession. legator. &c.* Alibi in his Sententiis *lib. 1. tit. 11. §. 2.* dicitur, *perinde, ac si ipse paterfamilias uteretur.* Sane de

[61] Arbores vi tempeſtatis, non culpa fructuarii, everſas, ab eo ſubſtitui non placet.

Quidquid in fundo naſcitur, vel quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. penſiones quoque jam antea locatorum agrorum, ſi ipſae quoque ſpecialiter comprehenſae ſint. [62] Sed ad exemplum venditionis, [63] niſi fuerint ſpecialiter exceptae, poteſt uſufructuarius conductorem repellere.

Caeſae harundinis, vel pali compendium, ſi in eo quoque [64] fundi vectigal eſſe conſuevit, ad fructuarium pertinet. LEX EST LIX. D. DE VSVFRVCT. ET QVEMADMOD. QVIS VTAT. FRVAT.

28. [65] Vſusfructus amiſſus ad proprietatem recurrit. [66] Amittitur autem quinque modis: capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure ceſſione, dominii comparatione.

29. [67] Capitis minutione amittitur, ſi in inſulam fructuarius deportetur, vel ſi ex cauſa metalli ſervus poenae efficiatur, [68] aut ſi ſtatum ex adrogatione, vel adoptione mutaverit.

30. [69] Non utendo amittitur uſusfructus, ſi poſſeſſione fundi biennio fructuarius non utatur, vel rei mobilis anno.

31. [70] Rei

culpa leviſſima fructuarius tenetur, *l. 1. §. ult. l. 2. D. uſufructuar. quemadmod. cav.* Alterum caput de reſtituendo, quod ex re exſtabit, refertur quoque *d. l. 1. pr.* quod omiſit ſorte Anianus, qui ſuo more Pauli verba videtur inflexiſſe. IDEM.

61. *Arbores vi tempeſtatis etc.*] Has tres ſententias editor Aurelianenſis poſuit poſt §. *furioſi*, 12. Rittershuſius hoc loco. Certe ad officium fructuarii, de quo modo dictum eſt, pertinet quoque ſæpe arborum ſubſtitutio, §. 32. *Inſt. de rer. diviſion. l. 18. D. de uſufruct.* Dicit vero hic improprie, *arbores everſas ſubſtitui*, pro *arboribus everſis alias ſubſtitui*. IDEM.

62. *Sed ad*] Edd. Pandectarum vett. Hug. a Porta cIↃ IↃ XLVIII. & Pariſ. anni ſequentis, *Sed & ad*. IDEM.

63. *Niſi fuerint ſpecialiter exceptæ*] Editio Hug. a Porta modo laudata habet, *niſi fuerit ſpecialiter exceptum*, quod non improbem: non eſt enim opus ad id, ne liceat uſufructuario ad exemplum emptoris conductorem expellere, ut ſint exceptæ penſiones: ſed ut exceptum ſit jus illud expellendi. IDEM.

64. *Fundi vectigal*] Hoc eſt, fundi reditus. Ita apud Ciceronem *de offic. lib. 11. cap. ult.* occurrunt vectigalia urbana, & ruſtica: & in illo ejuſdem dicto, *Paradox. VI. cap. 3. magnum vectigal eſt parſimonia.* ita bis delinceps hoc verbum ſumitur a Cicerone in eodem capite. *ex meo tenui vectigali*: &, *non eſſe ejusmodi vectigal eſt*, Accurſius pro *fundi* legit *fundo*, unde non recte locum expoſuit. IDEM.

65. *Vſusfructus amiſſus ad proprietatem recurrit &c.*] Amiſſus uſusfructus revertitur ad proprietatem, §. *ult. de uſufru.* Amittitur autem quinque modis, ut Paulus ſcribit. Servitutes capitis minutione, rei mutatione non amittuntur: at confuſione prædiorum, vel comparatione dominii, & non utendo, & ceſſione amittuntur. CVJAC.

66. *Amittitur*] Diſtinguit Paulus inter *amitti* & *finiri*: ac de modis amittendi prius loquitur: poſterius de modis finiendi. Verbis finiendi & exſtinguendi utitur Tribonianus §. 3. *Inſt. de uſufruct.* Et amittendi verbo utuntur Auctores in Pandectis ita late, ut & modos finiendi eo complectantur, *l. 1. §. 1. 2 3. l. 3. §. 1. 2. l. 10. D. de uſufruct. adcreſcend. l. 3. §. ult. l. 5. pr. D. quib. mod. uſusfruct. vel uſ. amittit.* SCHULT.

67. *Capitis minutione amittitur, &c.*] Vſusfructus non tantum maxima, & media capitis minutione amittitur, ſed etiam minima, veluti emancipatione, adrogatione, adoptione. Ex Conſtitutione Juſtiniani uſusfructus minima capitis minutione non amittitur, *l. penult. C. de uſufruct.* Adoptione certe tantum abeſt, ut amittatur, ut neque morte, neque maxima capitis minutione filii uſusfructus patri adquiſitus intereat, *l. ult. C. eod.* CVJAC.

68. *Aut ſi ſtatum ex adrogatione, vel adoptione mutaverit*] Ratio hujus juris non potuit illa ſola fuiſſe, quia in hac deminutione capitis minima aliquis in imaginariam tranſibat ſervitutem: id enim in adrogatione factum nunquam eſt, cum illa olim populi, poſtea Principis juſſu peracta ſit: ſed ipſa conditionis mutatio: & quaſi quis poſt illam mutationem jam non idem eſſet homo. SCHULTING.

69. *Non utendo amittitur uſusfructus, &c.*] Ex jure antiquo uſusfructus rei mobilis anno, rei immobilis biennio, ex conſtitutione Juſtiniani rei mobilis triennio

31. [70] Rei mutatione amittitur ususfructus, [71] si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet postea restituatur.

32. [72] In jure cessione amittitur ususfructus, [73] quoties domino proprietatis eum fructuarius in jure cesserit.

33. [74] Finitur ususfructus aut morte, aut tempore. morte, cum usufructuarius moritur: tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, velut biennio, aut triennio.

34. [75] Fundo, vel servo legato, tam fundi instrumentum, quam servi peculium ad legatarium pertinet.

35. [76] Quaerendorum fructuum causa esse videntur, qui opus rusticum faciunt,

nio, rei immobilis decennio inter præsentes, vicennio inter absentes non utendo amittitur, *l. pen. C. de servit. & aq.* CVJAC. Rittershusius sequentem sententiam huic præposuit, sed solus: congruenter quidem secundum ordinem propositum a Paulo in §. 28. sed non lubenter recedo ab omnibus libris. Et ita multa in his libris essent immutanda. SCHULT.

70. *Rei mutatione amittitur ususfructus, &c.*] Rei mutatione amittitur ususfructus, ut si domus legata, id est, cujus ususfructus legatus est, corruerit, vel exusta sit, *l. repeti, 5. §. rei, D. quib. mod. ususfr. amit.* nec restituta domo restituitur ususfructus, *l. quid tamen, 16. §. pen. D. eod.* quoniam alia domus est: qua in re distat ususfructus a servitute, *l. servitutes, 20. §. si sublatum, D. de serv. urb.* CVJAC.

71. *Si domus legata incendio conflagraverit*] Non hic legata est domus, quod legatum proprietatem, non usumfructum, significat: ut adeo si ita Paulus scripserit, verborum non servaverit proprietatem; ut verissime animadvertit Vir Eximius, Gerardus Noodt *Observation lib. 11. cap. 22.* qui verbum *legata* expungit. Ita optime se verba habebunt, *si domus incendio conflagraverit:* uti & Imperator loquitur *l. 3. Inst. de usufruct.* dum inquit. *Si ædes incendio consumptæ fuerint.* Eidem Viro Præclaro veniebat in mentem tali modo rem tentare, quasi olim scriptum fuisset, *si domus usf. lg. incendio conflagraverit*, id est, *si domus usufructu legato incendio conflagraverit:* quo modo fere Vlpianus *l. 5. §. 2. D. quib. mod. usufruct. vel us. amittit.* ait. *Rei mutatione interire usumfructum placet; veluti, ususfructus mihi ædium legatus est, ædes corruerunt, etc.* SCHULTING.

72. *In jure cessione amittitur ususfructus, &c.*] Ususfructus proprietario in jure cedi potest: sed & cessus extraneo ad proprietarium revertitur, *l. si ususfructus, 66. D. de jur. dot.* De quinto modo amittendi ususfructus nihil adjicit, sed hic notus est ex §. *finitur*, 3. *de usufruct.* quo in loco Consolidatio appellatur. CVJ.

73. *Quoties domino proprietatis eum fructuarius in jure cesserit*] Ita ex voluntate cedentis exstinguitur: sed nec extraneo cessus in jure, amplius pence cedentem manere potuit: jus enim erat dimissum ab eo, qui illud habuerat: quod cum alteri adquiri non posset, necessario interibat, *arg. l. 15. D. famil. erciscund.* ac ita recte Viri Eruditi intelligunt Pomponium *l. 66. D. de jur. dot.* ubi quod putat M. Aur. Galvanus *de usufruct. Dissertation. variar. cap. 38. n. 7.* olim fuisse etiam scriptum, *in jure cedi*, id certum non habet fundamentum: quamvis de cessione tali illic actum sit. Aliud dicemus de simplici cessione: quæ, uti traditio non operatur ultra tradentis intentionem, *l. 37. fin. D. de adquirend. rer. domin. l 13. D. de donationib.* ita & ipsa extraneo facta inutilis erit, §. 3. *Inst. de usufruct.* quem locum sic quoque intellexit. Fr. Brocus. SCHULTING.

74. *Finitur ususfructus aut morte, aut tempore, &c.*] Differentiam facit Paulus inter amittere, & finiri. Quinque modis amitti usumfructum ostendit: nunc duobus modis finiri, morte fructuarii, & tempore, in quod ususfructus constitutus est: quod in servitutibus locum non obtinet. Nam neque morte ejus, cujus prædio servitus debetur, neque tempore, in quod constituta est, servitus ipso jure finitur. CVJAC.

75. *Fundo, vel servo legato, tam fundi instrumentum, &c.*] Mirum est quod ait, servo legato, & peculium deberi: hoc enim pugnat cum *l. si legatus, 24. D. de pecul. lega.* Nec nisi cum ordinario vicarius legatur, ullo alio casu reperias peculium ad legatarium pertinere. Sed ordinario in testamento manumisso, & peculiari servo, id est, vicario suo ei legato, plenius legatum accipimus, ut & vicarii peculium contineatur, reliquum ordinarii peculium ei non debeatur, *l. 6. §. vicario, D. eod.* Mirum est etiam, quod ait, Fundo legato, & instrumentum deberi: Hoc enim manifesto pugnat cum *l. ult. D. de sup. leg.* IDEM. Hæc non mira, sed plane falsa sunt, nec verbis aut menti testatoris congrua. adeoque vel legendum, *non pertinet:* vel Compilator hic male contraxit forte, ut & alibi, quæ plenius & distinctius ipse Paulus exposuerat. SCHULTING.

76. *Quærendorum fructuum causa esse videntur, &c.*] In fundi instrumento ea sunt, quæ ſ. uctuum quærendorum, cogendorum, conservandorum causa parata sunt. Quærendorum, veluti agricolæ, villici, monitores, saltuarii, & cetera, quæ continentur in *l. in instrumento, 8. D. de instr. vel inst. leg.* Notandum est, quod ait, frumentum serendi causa repositum, in fundi instrumento esse, quærendorum fructuum causa,

faciunt, & [77] monitores, & villici, & [78] saltuarii: item boves aratorii, aratra, bidentes, & falces putatoriae: frumentum quoque ad sementem repositum.

36. [79] Cogendorum fructuum causa comparata instrumento cedunt: velut corbes, alvei, falces messoriae, & foenariae, item molae olivariae.

37. [80] Conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt: velut dolia, cupae, [81] vehicula rustica, cibaria, pistores, asini, focariae: item ancillae, quae vestimenta rusticis faciunt: [82] scotra quoque & sutor continebuntur.

38. [83] Vxores eorum, qui operantur, magis est ut instrumento cedant. [84] Pecora quoque, & pastores eorum, stercorandi causa parata, instrumento continentur.

39. [85] Ea

l. quaesitum, 12. §. 1. D. eo. tit. Et quod de saltuario, qui tamen conservando fructui deservire videtur, *d. l. in instrumento, 8. in fin.* Sed hic custodem finium significat, cujus interventu interdum opera rustica fiunt, *l. quaesitum, 12. §. saltuarium, D. eod.* CVJAC. In instrumento rustico enumerando exacte sequitur Paulus divisionem Varronis *de re rustic. lib. 1. cap. 17.* quod sit vocale, quo pertinent servi: semivocale, quo pertinent boves & reliqua animalia: vel mutum, quo res inanimatas refert. Alphenus existimaverat, nihil animale instrumento contineri: quod ab aliis rejectum est, *l. 12. §. 2. D. de instruct. vel instrument. legat.* SCHVLTING.

77. *Monitores, & villici*] De quibus aliqua notat D. Gothofredus *ad l. 8. D. de instruct. vel instrument. legat.* IDEM.

78. *Saltuarii*] Qui custodiunt non tantum fines, *l. 12. §. 1. D. de instruct. vel instrument. legat.* sed & eadem opera fructus, *l. 15. §. ult. D. eod. tit.* IDEM.

79. *Cogendorum fructuum causa comparata &c.*] Eadem habentur in *d. l. in instrumento. 8.* nisi quod hic additur etiam alveos, & molas olivarias cogendorum fructuum causa haberi, de quibus in *l. si reditus, 10. & l. cum fundus, 21. eo. tit.* CVJAC.

79. * *Cogendorum*] Al. *Condendorum*, non male: nam *condere* non tantum mortuale verbum est, sed & de fructibus dicitur. Vnde *vetera condita* in *l. 1. C. de cond. in publ. horr.* & *condita militaria* apud Spartianum; ubi vulgo non recte, *condicta.* RITTERSHVS. Sichardus edidit *condendorum:* sed in marg. habet *cogendorum*, quae recta est lectio. Conduntur fructus ad conservationem, de qua deinceps agetur: verum quid falces & molae faciunt ad condendum? Nec aliter Vlpianus *l. 8. v. cogendi, D. de instruct. vel instrument. legat.* quam Paulus hoc loco. SCHVLTING.

80. *Conservandorum fructuum causa comparata, &c.*] In instrumento conservandi fructus causa comparato, haec sunt, dolia, cupae, *d. l. in instrumento, 8.* item vehicula *l. quaesitum, 12. §. conservandi, D. eod.* item cibaria rustica, & pistores familiae rusticae causa parati, & asini machinarii, & lanificae, & focariae. Quidam habent *foccaria:* sed *focaria* rectissimum est, ut in *d. l. quaesitum, 12. §. Trebatius, & §. prox. & l. si ita testamento, 15. eo. tit. l. 2. C. de do. inst. vir. & uxor. l. 3. C. de con. inf.* item *scotra*, inquit, *& sutor continebuntur.* Scotra, sive scrota, sunt τὰ σαθρὰ τῶν ἐνδυμάτων. CVJAC.

81. *Vehicula rustica, cibaria*] Ita haec distincta in edd. Sich. & Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. etiam vulgatis cum interpp. Cujacii, qui tamen ipse haec interpretans illud *rustica* refert ad *cibaria*: & sic ed. Rittersh. Mihi placet satis interpunctio Sichardi. Sane vehicula non alia huc pertinent, quam rustica, quamvis & alia vehicula saepe ruri sint. SCHVLTING.

82. *Scotra*] Sich. putat legendum *scrapta.* Meretrices quidem dici scraptas ex Nonio constat: & Festus mulierum scraptarum meminit: sed quid hoc ad rem? In edit. Fabroti Interpretationi Cujacii subjiciuntur haec. Al. *scutra.* Ceterum videntur *scotra*, si tamen lectio sit genuina, esse pelles; ut adeo apposite iis jungantur sutores: ac re vera idem esse *scotra*, litteris transpositis, quod *scorta*, quae *pelles* sunt: unde scortea, paenula inde facta apud Martialem loco notissimo *Epigramm. lib. XIV. ep. 128. paenula scortea.*

Ingrediare viam cælo licet usque sereno,
Ad subitas nunquam scortea desit aquas. IDEM.

83. *Vxores eorum, qui operantur, magis est &c.*] Instrumenti legato cedunt contubernales eorum, qui opus rusticum faciunt, ex conjectura voluntatis, ne dura separatio inducatur, *l. quaesitum, 12. §. uxores, D. de instr. vel inst. leg.* Item pecora fundi stercorandi causa parata, & pastores, qui ejus generis pecora curant, *l. cum quereretur, 60. §. ult. D. de leg. lib. III.* Pecora autem pascendi causa parata, ut ex eis fructus capiantur, instructo quidem cedunt, *l. 2. C. de verb. sign.* sed non instrumento, *l. de grege, 9. D. de instr. vel instr. leg.* Proinde latius est instructi, quam instrumenti legatum. CVJAC.

84. *Pecora quoque, & pastores eorum, stercorandi causa parata*] Mallem. *Pecora quoque stercorandi causa parata, & pastores eorum.* Eadem pecora inter instru-

39. [85] Ea autem, [86] quae cuſtodiae magis cauſa, quam ad uſus patrisfamiliae eo delata ſunt, inſtrumenti nomine non continentur.

40. [87] Vxores vero eorum, qui mercedes praeſtare conſueverunt, [88] neque inſtructionis, neque inſtrumenti appellatione continentur.

41. [89] Piſcationis, & venationis inſtrumentum ita demum inſtrumento fundi continetur, ſi ex his maxime fundi reditus cogatur.

42. [90] Fructus percepti inſtrumento fundi ita demum cedunt, [91] ſi ibidem abſumi a teſtatore conſueverant.

43. [92] Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano, & mancipiis, quae ibi ſunt, legato, ſemina quoque, & cibaria debebuntur.

44. [93] Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano, & mancipiis, quae ibi ſunt, legato, tam [94] ſuppellex, quam [95] aeramentum, itemque argentum,

menta fructuum quærendorum cauſa comparata numerat Vlpianus *l. 8. verſ. quarendi, D. de inſtruct. vel inſtrument. legat.* SCHVLTING.

85. *Ea autem, quæ cuſtodiæ magis cauſa, &c.*] Ea, quæ paterfam. in fundum cuſtodiæ cauſa tranſtulit, non uſus ſui gratia, proculdubio inſtrumenti non ſunt: ſed neque inſtructi ſunt, *l. quæſitum, 12. §. ſed ſi fundus, D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 1. C. de verb. ſign.* CVJAC.

86. *Quæ cuſtodiæ magis cauſa*] Idem habebimus §. 44.

87. *Vxores eorum, qui mercedes præſtare conſueverunt, &c.*] Contubernales eorum, qui in mercedem mittuntur, neque inſtrumenti, neque inſtructi ſunt. Putem & eos, qui mercedes præſtant, inſtrumento non contineri, *argum. l. quæſitum, 12. §. ſi aliqua parte, l. ſi mancipia, 19. §. ultim. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* At inſtructo certe non minus continentur, quam pecora ideo comparata, ut ex eis fructus capiatur. Et hac quoque in re plenius eſt inſtructi, quam inſtrumenti legatum. CVJAC.

88. *Neque inſtructionis &c.*] *Inſtructio* hic ſumitur pro eo, quo fundus eſt inſtructus. Inſtructi vero appellatione ſervos, qui mercedes præſtare ſolent, contineri, non ſine ratione cenſet Cujacius. A viris vero uxores ſeparari durum foret: adeoque, ſi ibidem morentur, æquitas videtur velle, ut viros ſequantur, *arg. l. 12 §. 7. D. de inſtruct. vel inſtrument. legat.* SCHVLTING.

89. *Piſcationis, & venationis inſtrumentum, &c.*] Inſtrumenti legato cedunt piſcationis, & venationis inſtrumenta, ſi ex his maxime fundi reditus conſtet, *d. l. quæſitum, 12. §. ſi in agro.* CVJAC.

90. *Fructus percepti inſtrumento fundi ita demum cedunt, &c.*] Fructus ex fundo percepti inſtrumenti legato non cedunt, niſi a teſtatore conſumi ſoleant in uſum fundi, utputa, in ſemina, vel alimenta cultorum. Sed & inſtructo hi tantum fructus continentur, quos in ſuum, vel fundi uſum ibidem conſumere teſtator ſolet, *d. l. quæſitum, 12. §. Celſus. l. 1. C. de verb. ſign.* IDEM.

91. *Si ibidem abſumi a teſtatore conſueverant.*] In cibaria cultorum vel ſemina, uti Vlpianus docet, *l. 12. pr. D. de inſtruct. vel inſtrument. legat.* ex quo apparet id quoque plurimis non placuiſſe, qui res tantum diutius manſuras ſub inſtrumentis comprehendi volebant. Forte paulo generalius hæc concepit compilator, quam ipſe Paulus ea in literas retulerat. SCHVLTING.

92. *Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, &c.*] Fundo cum omni inſtrumento legato, ſemina debentur, & cibaria cultorum, *d. l. quæſitum, 12. in prin. l. cum de lanionis, 18. §. item cum fundus, D. eod.* Sed & cibaria, quæ ipſius patrisf. cauſa parata ſunt, contineri puto: quoniam pleniſſimum eſt legatum, *Cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano.* CVJAC.

93. *Fundo cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano, &c.*] Inſtrumento fundi legato, ſuppellex non continetur, *d. l. quæſitum, 12. §. ſupellex.* Sed & ſi villæ inſtrumentum legatum ſit, ſuppellex non debetur: idque verius eſſe Alphenus ait in *l. villa, 16. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* Ab eo enim Paulus diſſentit in *l. ſi mancipia, 19. §. ult. D. eod.* At inſtructo etiam ſuppellex, & æramentum, & aurum, & argentum, & veſtis, & homines patrisfam. & aves, & pecora, inſtruendarum epularum patrisfam. gratia comparata, continentur, ut latius explicatur in *d. l. quæſitum.* non etiam ea, quæ in apothecis, aut promercii cauſa habentur. Hæc autem verba, *Cum omni inſtrumento ruſtico, & urbano*, inſtructi plenam ſignificationem continere hæc Pauli ſententia demonſtrat. IDEM.

94. *Suppellex*] Quod Cujacius hic exiſtimat, in quæſtione, an ſub inſtrumento villæ ſuppellex contineatur, ab Alpheno *l. 16. pr. D. de inſtruct. vel inſtrument. legat.* diſſenſiſſe Paulum *l. 19. § 1. D. eod. tit.* inde recedit *Obſervation. lib. XXVI. cap. 14.* ac in villa ruſtica obtinere vult ſententiam Alpheni, quæ id negat: in urbana, vel mixta, opinionem Pauli affirmantem. SCHVLTING.

95. *Æramentum*] In plurali numero *æramenta*, §. 56. In Gloſſis antiquis, *æramentum χάλκωμα*: *æramenta χαλκώματα.* Vtitur eo verbo & Plinius *Natural. Hiſtor.*

gentum, & veſtes, quae ibi paterfamilias inſtruendi gratia habere ſolet, debebuntur. item ea mancipia, quae uſui patrifamilias eſſe ſolent: itemque aves, & pecora, quae inſtruendarum epularum gratia in fundo comparata ſunt: exceptis his, quae ibi cuſtodiae cauſa depoſita ſunt.

45. [96] Fundo legato, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, retia apraria, & cetera venationis inſtrumenta continebuntur. [97] quae etiam ad inſtrumenta pertinent, ſi quaeſtus fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat.

46. [98] Fructus, qui ſolo cohaerebant mortis teſtatoris tempore, [99] ad legatarium pertinent: ante percepti ad heredem.

47. [100] Fundo legato cum mancipiis, & pecoribus, & omni inſtrumento ruſtico, & urbano, peculium actoris ante teſtatorem defuncti, ſi ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.

48. [1] Actor, vel colonus ex alio fundo [2] in eodem conſtitutus, qui cum omni inſtrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet: niſi eum ad jus ejus fundi teſtator voluerit pertinere.

49. [1] Ad-

Hiſtor. lib. XV. cap. 1. Occurrit quoque *stramen l. 37. Cod. Theod. de operib. public.* ubi aliqua notavit Jacobus Gothofredus. IDEM.

96. *Fundo legato,* VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, *&c.*] Si fundum ita legaverit, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, etiam venationis inſtrumenta omnia debentur. Quod ſi hoc modo, FVNDVM CVM INSTRVMENTO, non aliter venationis inſtrumenta debentur, quam ſi maxime fundi reditus ex venatione conſiſtat. Hinc adnotanda eſt vis horum verborum, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST. Extat haec eadem Pauli ſententia in *l. fundo legato, 22. D. de inſtruct. vel inſtru. legat.* CVJAC.

97. *Quae etiam ad inſtrumenta pertinent*] Ita Sich. & vett. edd. praeter eas, quae habent Interpp. Cujacii, & Rittersh. in quibus eſt, *quod etiam ad inſtrumentum pertinet.* Mutatae lectionis veteris cauſam non video, cum illud *quae* optime praemiſſis conveniat. In Pandectis quidem in exemplari Florentino in *l. 22. de inſtruct. vel inſtrument. legat.* ſcriptum eſt, *Quod etiam ad inſtrumenta pertines.* ſed in Pariſ. Rob. Steph. cIↃ IↃ XXVII. & Pariſ. cIↃ IↃ XLIX. & Hugonis a Porta cIↃ IↃ XLVIII. ita legitur, uti hic edidimus. SCHVLTING.

98. *Fructus, qui ſolo cohaerebant mortis teſtatoris tempore, &c.*] Legato fundo, non debentur legatario fructus ex eo percepti vivo teſtatore, niſi, ut ſuperius dictum eſt, fundi quoque inſtrumentum legatum ſit, ibique fructus abſumi a teſtatore conſueverint. Fructus autem, qui ſolo cohaerebant mortis teſtatoris tempore, omnimodo ad legatarium pertinent, quia pars fundi eſſe videntur. Hoc tamen interpretes quidam non admittunt, & moventur *l. 9. D. ad legem Falcid.* omnino male. Nam lex non de fundo legato, ſed de fundo hereditario tractat, cujus fructibus ſtantibus mortis tempore augeri hereditatem ait. Alii autem fructus poſt mortem teſtatoris obvenientes, quos vel heres percepit, vel legatarius percipere potuit, legatario non debentur, niſi mora intereſſerit, *l. ult. C. de uſur. & fruct. leg. l. cum ſervus, 39. §. fructus, D. de legat. lib. 1.* CVJAC.

99. *Ad legatarium pertinent*] Tamquam rei ipſius pars, *l. 44. D. de rei vindicatione.*

100. *Fundo legato cum mancipiis, & pecoribus, &c.* Hic ſermo, *Cum mancipiis, pecoribus, omni inſtrumento ruſtico, & urbano,* ad inſtructum refertur. Ex eo igitur non tantum villici, & mancipia debentur, ſed etiam res omnes, & pecora, fundi vel ipſius patriſ. gratia comparata, & peculia, *l. Seja, 20. § pradia, D. de inſtruct. vel inſtru. leg.* non ſuperſtitum modo, verum etiam ante teſtatorem defunctorum: quia hoc ſermone ſic omnia, quibus inſtructus eſt fundus, legantur, ut alia aliis vice acceſſionis non cedant. Extat haec eadem Pauli ſententia in *l. fundo legato, 22. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* CVJAC.

1. *Actor, vel colonus ex alio fundo in eodem conſtitutus, &c.*] Fundo legato inſtructo, vel cum omni inſtrumento, non debentur omnes ſervi, qui in eo fundo ſunt. Nec enim debentur hi, qui alii fundo parati ſunt, ſi in eo mortis tempore inveniantur, *l. Seja, 20. §. idem quaſit. l. quaſitum, 12. §. Pap. quoque pradiis, D. de inſtru. vel inſtr. leg.* IDEM.

2. *In eodem conſtitutus*] In his & ſimilibus ſpeciebus, nec quod caſu abeſt, minuit, nec quod caſu illic reperitur, auget legatum, *l. 44. l. 70. pr. & §. ult. l. 86. D. de legat. lib. III. l. 35. §. 3. D. de heredib. inſtituend. l. 27. §. 1. D. de inſtruct. vel inſtrument. legat. add. §. 12. hoc tit.* SCHVLTING.

3. *Ad-*

49. [3]Adjunctiones, quas fundo legato teſtator ex diverſis emptionibus applicaverat, [4]legatario cedere placuit.

50. [5]Inſtructo praedio legato, fabri ferrarii, item [6]tignarii, putatores, & qui inſtruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt.

51. [7]Inſtructo fundo legato, libri quoque, & [8]bibliothecae, quae in eodem fundo ſunt, legato continebuntur.

52. [9]Servum [10]ſtudendi gratia ex eodem fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum, ad legatarium placuit pertinere.

INTERPRETATIO. *Si aliquis agrum cum mancipiis per legatum reliquerit, quicunque exinde* [11] *diſcendi artificii cauſa alibi translatus fuerit, inter alia ejus fundi mancipia ad legatarium pertinebit.*

53. [12]Fundo ita, ut poſſederat, legato, mancipia, [13]tam urbana, quam ruſtica, itemque aurum, & veſtes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent.

54. [14]Paſcua, quae poſtea comparata ad fundum legatum teſtator adjunxerat, ſi ejus appellatione contineantur, [15]ad legatarium pertinent.

55. [16]Quidquid in eadem domo, quam [17]inſtructam legavit paterfamilias, perpetuo inſtruendi ſe gratia habuit, legatario cedit.

56. [18]In-

3. *Adjunctiones, quas fundo legato teſtator &c.*] Appellatione fundi, comparati, adjectique agelli fundi cauſa, legati videntur, *d. l. Seja, 20. §. tyranna.* CVJAC.

4. *Legatario cedere placuit*] Simile §. 54. Quin & hortus domus legato cedit, *l. 91. §. 5. D. de legat. lib. III.* SCHULTING.

5. *Inſtructo praedio legato, fabri ferrarii, &c.*] Fundo inſtructo legato, fabri ferrarii, vel liguarii, & putatores, & generaliter qui fundi cauſa ruri morantur, legato continentur. Haec eadem legato fundo cum inſtrumento, contineri ſatis conſtat ex *l. quaſitum, 12. & l. cum de lanionis, 28. §. de putatorib. eod.* In Baſil. editione pro *lignarii* legitur *tignarii:* ego Pariſienſem ſecutus ſum. Gajus in *l. ferri, 235. D. de verb. ſign. Fabros*, inquit, *lignarios dicimus non eos dumtaxat, qui ligna dolant, ſed omnes, qui aedificant.* CVJAC.

6. *Tignarii*] Ita ipſe Cujacius edidit Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & ſic edd. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. Sed in marg. *Lignarii.* Facilius credo librarios mutaſſe tignarios in lignarios, tamquam verbum ipſis notius; quam ut ex lignariis fecerint tignarios: ſed & in veteribus libris exſtare *lignarii* non dicit Cujacius. SCHULTING.

7. *Inſtructo fundo legato, libri quoque &c.*] Inſtructo fundo, & bibliotheca, & libri, qui illic ſunt, ut eis paterfam. quotiens in villam ibit, utatur, continentur, *l. quaſitum, 12. §. inſtructo item fundo, D. de inſtr. vel inſt. leg.* Inſtrumento certe non continentur. CVJAC.

8. *Bibliotheca*] Hoc nomine non ipſi tantum libri, ſed & armarium ſignificatur, *l. 52. §. 7. D. de legat. lib. III.* & ſic bibliothecae parietibus inhaerentes *l. 41. §. 9. D. de legat. lib. I.* SCHULTING.

9. *Servum ſtudendi gratia ex eodem fundo, &c.*] Fundo legato cum ſervis, qui ibi erant, hi etiam debentur, qui ex eo fundo ſtudendi cauſa abducti ſunt, *l. Seja, 20. §. Pamphila, D. de inſtr. vel inſtr. leg. l. quaſitum, 78. in prin. D. de legat. lib. III.* CVJAC.

10. *Studendi gratia*] Huc pertinent dicta ad §. 48.

11. *Diſcendi artificii*] Idem & hic quidem juris: ſed Paulus de ſtudendo loquitur, ac liberaliori doctrina. SCHULTING.

12. *Fundo ita ut poſſederat legato, &c.*] Hoc verbo, *uti poſſedi*, inſtructus fundus ſignificatur, *l. praediis, 91. §. 1. de legat. lib. III.* CVJAC.

13. *Tam urbana, quam ruſtica*] Quae quo pacto differant, docet Paulus *l. 99. D. de legat. lib. III.* & Pomponius *l. 166. D. de verb. ſignif.* De utriſque late & ex profeſſo agit Laur. Pignorius *comment. de ſervis, & eor. ap. veter. miniſter.* SCHULTING.

14. *Paſcua, quae poſtea comparata ad fundum, &c.*] Fundo legato, paſcua quoque poſtea comparata, ſi ita fundo adjuncta ſint, ut ſub una fundi appellatione habeantur, legato cedunt, *l. Seja, 20. §. tyranna, D. de inſtr. vel inſtr. legat.* Idemque generaliter de omnibus adjunctionibus ſuperius traditum eſt. CVJAC.

15. *Ad legatarium pertinent*] Adde §. 49.

16. *Quidquid in eadem domo, quam inſtructam, &c.*] Inſtructa domo legata, non tantum domus, ſed etiam ipſius patrisfamilias inſtrumenta debentur, quae ibi non temporis cauſa habuit, *l. 12. & 2. C. de verb. ſign.* Inſtrumenta generis utriuſque ſequens ſententia declarat. CVJAC.

17. *Inſtructam*] De hoc legato late agitur *l. 12. §. 27. & ſeqq. D. de inſtruct. vel inſtrument. legat.*

18. *In-*

56. [18] Instructa domo legata, ea legato continentur, [19] quibus domus munitior, vel tuta ab incendio praestatur: [20] tegulae, [21] specularia, & vela legato continebuntur: item [22] aeramenta, lecti, [23] culcitae, [24] pulvini, subsellia, cathedrae, mensae, armaria, [25] delphicae, pelves, [26] conchae, [27] aquiminalia, candelabra, lucernae, & similia, quaecunque materia expressa.

INTERPRETATIO. *Hic de domus* [28] *conversatione, non de villa dicit.*

57. [29] Domo legata, balneum ejus, quod publice praebetur, nisi alias sepa-

18. *Instructa domo legata, ea legato continentur, etc.*] Tegulae, & specularia interdum, ac vela instrumenta sunt domus, *l. quaesitum, 12. §. vela. §. specularia, D. de instr. vel instr. leg.* Cetera, quae hic enumerantur, instrumenta sunt patrisfamilias. Conchae, quae vox deerat in libris excusis, inter potoria vasa numerantur, ut inf. ostenditur circa finem tituli. Et haec quidem omnia instructi appellatione continentur. CVJAC.

19. *Quibus domus munitior*] Haec dicuntur instrumenta domus, *l. 12. §. 16. D. de instruct. vel instrument. legat.* quae a supellectili distinguuntur, *l. 7. §. 1. D. de supellectil. legat.* ubi quod Vir Egregius, Cl. Salmasius, *ad jus Attic. & Roman. cap. 23.* expungit illa verba, *aut domus*, putans ipsam supellectilem esse instrumentum domus, juris caret fundamento: & in ea ipsa *l. 7. §. 1.* illa dicitur esse instrumentum patrisfamiliae. SCHVLTING.

20. *Tegulae*] Quae & sub instrumento domus continentur, *dict. l. 12. §. 19. D.* IDEM.

21 *Specularia*] De quibus nonnulla habet Cujacius *Observation. lib. XIII. cap. 13.* ubi distinguit circa specularia, an haec ad usum sint comparata, quo casu etiam sub instrumento comprehenduntur, *dict. l. 12. §. 25.* an ad voluptatem: & tunc aliud erit juris, *d. l. §. 16.* Legato domus instructae, de quo hic loquitur Paulus, & haec contineri nemo negaverit. IDEM.

22. *Aeramenta*] Meminit aramenti §. 44.

23. *Culcitae*] Sic ed. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. quo modo scribendum esse, non *culcitrae*, uti vulgo editum est, ex Varrone & Festo, qui hoc verbum deducunt a calcando, vel inculcando, notarunt Viri Eruditi. Ita etiam habet liber Florentinus in *l. 3. pr. D. de supellectil. legat. l. 25. §. 7. D de aur. arg. legat.* Scriptum quidem est *culcitras*, *l. un. C de falsam hospitib. non praestand. lib. XII.* Sed in *l. 2 Cod. Theod. eod. tit.* quae est illa ipsissima lex, invenitur *culcitas*. IDEM.

24. *Pulvini*] Ita habent edd. Sich. Lugd. Paris. Genev. absque nota variationis in libris antiquis, cujus loco cur repositum sit *pulvinaria* in edd. cum Interpp. Cujacii, & Rittershusiana, nihil apparet causae. Pulvinaria apud veteres Deorum simulacris adscribuntur: & an verbum hoc de illis, quibus insident homines, praedicetur, quaestionis est. Affirmat quidem illud Vir Insignis, Ger. Joh. Vossius, *de vit. sermon. lib. VIII.* allegans locum Ovidii *de art. amand. lib. 1. vers. 159.*

- - - fuit utile multis
Pulvinar facili supposuisse manu.

Verum Vir Illustris, Nicolaus Heinsius, reposuit, *pulvinum*, testatus tantum, multos ex scriptis habere *pulvinar*. Sed illud uti hic non excutimus, ita nihil debuisse mutari dicimus. IDEM.

25. *Delphica, pelves*] Sich. tollit distinct. & mox omittit *concha*, quae vox recurret infra *h. t. num. 22.* RITTERSHVS.

25. * *Delphica*] Delphica est abacus, vel mensa, in qua argentum factum ad ostentationem exponebatur: de quo nonnulla legi possunt apud Cujacium *Observation. lib. X. cap. 13.* & Salmasium *ad jus Attic. & Roman. cap. 23. p. 406. et seq.* qui tamen in praecedentibus non eodem modo rem exposuit. SCHVLTING.

26. *Concha*] Primus hoc verbum hic restituit Cujacius: exstatque in ed. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI, sed, quod miror, a Genev. ejusdem anni, & Lugd. cIↃ IↃ LXVI. quae tamen Cujacii nomen ostentant, abest. Ceterum in §. 90. conchae inter argentum potorium referuntur: hic & §. 83 videntur esse vasa ad lavandum comparata. Scholiastes Juvenalis *ad Satyr. III. vers. 277.* verbum *pelves* interpretatur, *conchas, in quibus pedes lavant*. sed & in Veteribus Colloquiis est vas manibus abluendis inserviens, in verbis. Ἐγὼ ὕδωρ πρὸς χεῖρα κόγχην. *Adfer aquam manibus concha.* ubi forte legendum πρὸς χεῖρας. In sacris quoque Christianorum adhibitae sunt conchae, de quibus videndus Car. du Fresne du Cange in *Glossar. med. & infim. Latinitat.* IDEM.

27. *Aquiminalia*] Sic habet prima lectio codicis Florentini *l. 3. pr. D. de supellectil. legat.* sed a secunda manu *acquiminaria*: & sic *aquiminario l. 19. §. 12 & l. 21. §. ult. D. de aur. argent. legat.* In Glossis Philoxeni dicitur, χέρνιβον, *Trulleum, aquimanile.* & χέρνιβον, *Trulleum, & guttam, & aquimanile.* & *aquimanile*, χέρνιβον, quam scripturam Cujacius praefert. *Observation. lib. X. cap. 3.* nec non Scaliger *ad Fest. v. manalem Lapidem.* & du Cange *Glossar. med. et infim. Latinitat.* ubi multa habet loca Auctorum recentiorum. Editio etiam Parisiensis cIↃ IↃ LXXXVI. hic habet *aquimanilia*: quod uti non displicet, ita nec alterum plane ausim damnare. IDEM.

28 *Conversatione*] Ineptissime expressit mentem Paulus, qui de instructa domo legata loquitur. IDEM.

29. *Domo legata, balneum ejus, etc.*] Domus appellatio

paretur, legato cedit.

58. [30] Domo cum omni jure ſuo, ſicut inſtructa eſt, legata, [31] urbana familia, item artifices, & veſtiarii, & [32] zetarii, & aquarii, eidem domui ſervientes, legato cedunt.

59. [33] Omnibus, quae in domo ſunt, legatis, cautiones debitorum, [34] rationeſque ſervorum legato [35] cedunt.

60. [36] Mobilibus legatis, aurum, vel argentum non debetur; niſi de his quoque manifeſte ſenſiſſe teſtatorem poſſit oſtendi.

61. [37] Inſtrumento cauponio legato, ea debentur, quae in cauponis uſum parata ſunt: velut vaſa, in quibus vinum [38] defunditur: eſcaria quoque,

latione, balneum quoque legatum videtur, quod publice praebetur, niſi habeatur ſeorſim ratio balnei a rationibus domus, *l. praediis, 91. §. balneas, D. de legat. lib.* III. CVJAC.

30. *Domo cum omni jure ſuo, ſicut inſtructa eſt, legata, &c.*] Domo inſtructa legata, mancipia urbana, & artifices domus cauſa parati legato continentur, *l. quaeſitum, 12. §. idem reſpondit, domo itaut, D. de inſtruct. vel inſtr. legat.* Sequitur, *& veſtiarii*, malim ex eadem lege *& hoſtiarii*: veſtiarii enim patriſamilias, hoſtiarii domui deſerviunt. Hi vero tantum hic enumerantur, qui domui deſerviunt. Qui porro hic zetarii, illic diætarii appellantur: ex quo apparet Zetam & Diætam idem valere, ſicut Zabolum (qua voce utuntur ſaepe Cyprianus, Hilarius, Ambroſius, Paulinus) & diabolum, item Zacynthum, & diacynthum, Zaconum & diaconum. IDEM.

31. *Urbana familia*] Mancipia urbana, dixit §. 53. ubi aliquid notatum.

32. *Zetarii*] Hoc eſt, *diætarii*. Ita *zetis*, pro *diætis*, eſt apud Lampridium *Heliogabal. cap.* 30. ubi de hac ſcriptura aliquid obſervarunt Viri Eruditiſſimi, Is. Caſaubonus, & Cl. Salmaſius. SCHULTING.

33. *Omnibus, quae in domo ſunt, legatis, &c.*] Dubium mihi quidem non eſt, ut in *l. quaeſitum, 12. §. penul. D. de inſtruct. vel inſtru. lega. & l. ſi mihi Mevia, 92. D. de lega. lib.* III. quin etiam hoc loco legendum ſit, *Legato non cedunt*, & pro *rationes, emptiones*. Igitur debitorum & emptionum inſtrumenta ad legatarium non pertinent. Quod equidem ſic accipio, ut traditorum ſervorum, quique jam in domo ſunt, emptiones, ſive auctoritatum inſtrumenta, hoc genere legati continentur, non etiam nondum traditorum, niſi de eis quoque teſtatorem ſenſiſſe appareat. CVJAC.

34. *Rationesque*] Cur hic legendum ſit *emptionesque*, quod mallet Cujacius, rationem idoneam non video. SCHULTING.

35. *Legato cedunt*] Lego cum Cujacio, *non cedunt*. idque confirmatur ex *l. 86. pr. D. de legat. lib.* II. *l. 41. §. 6. l. 78. §. 1. l. 92. pr. D. de legat. lib.* III. Res hae etiam minus ad locum pertinent, quam pecunia illic repoſita, ut mutua detur, quae ex tali legato non debetur: ſed illa ſola, quae praeſidii cauſa illic repoſita eſt, *l. 79. §. 1 D. de legat lib.* III. IDEM.

36. *Mobilibus legatis, aurum, vel argentum non debetur, &c.*] Qui mobilia generaliter legat, nummos quidem praeſidii cauſa repoſitos legare videtur, *l. ſi chorus 79. §. 1. de lega. lib.* III. non tamen aurum, vel argentum factum, vel infectum. Cujus ſententiae rationem ſic Conſtantinus expoſuit *lib.* V. *Epiſt.* τῶν κινητῶν λεγατευθέντων ἢ χρυσὸς, ἢ ὁ ἄργυρος ἢ περιέχεται· ἀλλ' ἰδικῶς ταῦτα μνημονεύεται, ὡς μὴ ὄλλιχα, ἀλλὰ μεγάλα. πρόληψις γὰρ ἐστιν ἐκ νόμων ὡς ὁ διαθέμενος μετὰ τῶν ἐπιδήμοτε κινητῶν, τὰ τιμιώτερα ἢ γενικῶς, ἀλλ' ἰδικῶς ἐκτῶν μέμνηται. Additur exceptio, *niſi de his quoque, &c.* Et ſic legata ſupellectile, ea, quae in auro, vel argento ſunt, non debentur, niſi hoc quoque teſtatorem ſenſiſſe legatarius doceat, *l. cum quidam, 8. D. de ſup. leg.* CVJAC. Cujacius *ad l. 7. D. de pignorib. & hypothec. ad Paul. ad Edict. lib.* LXVIII. exiſtimat, hanc ſententiam in Jure noſtro deſiderari; quia Harmenopulus, qui hoc ipſum etiam tradit, *Promptuar. lib.* V. *tit. 10. §. 22.* ſua habet e Baſilicis: haec autem ex jure Juſtinianeo deſumpta ſunt. Mihi non ſatis apparet ratio, cur mobilibus legatis, aurum & argentum ſub iis non contineatur, cum etiam haec vel maxime inter mobilia ſint: inter quae & pecunia refertur in *Novell. 11. cap. 4. Novell.* XXII. *cap. 41. §. 2.* Imo & ſub mobilibus, quae certo loco ſunt, continentur nummi, qui praeſidii cauſa illic repoſiti ſunt, *l. 79. §. 1. D. de legat. lib.* III. Non debetur quidem pecunia in *l. 41. §. 6. & l. 44. D. eod. tit.* verum nec illic mobilia ſimpliciter ſunt legata: ſed tantum ea, quae in certo loco erant. Vt adeo dubitem, an haec ſententia Triboniano placuerit; quam ex ipſo Paulo, vel aliunde Graeci accepiſſe potuerunt. SCHULTING.

37. *Inſtrumento cauponio legato, ea debentur, &c.*] Inſtrumento tabernae cauponiae legato, vaſa debentur, inſtitores non debentur: quod pugnat cum *l. item pictoris, 17. §. ult. D. de inſtr. vel. inſtr. leg.* itaque adhibenda eſt hic diſtinctio *l. taberna, 13. D. eod.* CVJAC.

38. *Defunditur*] Aliae edd. vulgo habent *diffunditur*. verum in codice Veſontino eſt *defunditur*, teſte Cujacio *Obſervation. lib.* XXI. *cap.* 22. quod in Genev. [illegible] 22.

que, & [39] pocularia vasa debentur. Sane ministri earum rerum legato non cedunt.

62. [40] Instrumento Medici legato, collyria, & emplastra, & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque [41] ferramenta legato cedunt.

63. [42] Instrumento pictoris legato, colores, [43] penicilli, [44] cauteria, & temperandorum colorum vasa debebuntur.

64. [45] Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae, & servi, qui pistrinum exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato cedunt.

65. [46] Instrumento balneatorio legato, [47] balneator ipse, & scamna, & [48] hypodia, fistulae, [49] miliaria, [50] epistomia, [51] rotae aquariae: jumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt.

66.

nev. & Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. exhibetur. Vinum diffunditur in vasa, in quibus erit adservandum: in cauponis vero præcipue opus vasis, in quibus defundatur: ut intelligantur congiaria, sextaria, urnæ, & his similia, quæ enumerantur *l. 13. D. de instruct. vel instrument. legat.* Quod discrimen inter *diffundere* & *defundere* notat Cujacius *dict. loc.* & pluribus docet Turnebus *Adversarior. lib. 1. cap. 1.* Hanc quoque hujus loci lectionem sequitur Brissonius *de verbor. signification. verb. diffundere.* SCHULTING.

39. *Pocularia*] Sic & §. 67. alibi *poteria*, §. 86. & *l. 3. §. 3. D. de supellectil. legat.* IDEM.

40. *Instrumento medici legato, collyria, & emplastra, &c.*] In instrumento medici sunt collyria, emplastra, & cetera ejus generis, *l. cum de lanionis, 18. §. in instrumento, D. de instruct. vel instr. leg.* Medici enim sunt hi, qui medicamenta conficiunt, vulnera curant, cucurbitas admovent, item qui circumcidunt, aut castrant, ut *infr. lib. V. titul. 22. l. lege, 4. §. ultim. D. ad legem. Cornel. de sicar.* CVJAC.

41. *Ferramenta*] Quibus olim opus erat Medicis; quoniam & chirurgorum partes sustinebant. Quod pluribus ostendit Brissonius *Selectar. ex Jur. Civil. Antiquitat. lib. II. cap. 4.* SCHULTING.

42. *Instrumento pictoris legato, colores, penicilli, &c.*] In instrumento pictoris sunt colores, peniculi, cauteria, conchæ, & cetera ejus generis, *l. item pictoris, 17. D. de instruct. vel instrum. legat.* CVJAC.

43. *Penicilli*] Al. *pensuli* fort. *peniculi.* RITTERSHUS. Sich. edidit *pensuli*, sed in marg. *penicilli.* Inter instrumenta pictoris memorantur *peniculi, l. 17. D. de instruct. & instrument. legat.* Sed utrumque rectum est, *penicilli* & *peniculi.* SCHULTING.

44. *Cauteria*] Sic & *d. l. 17.* Instrumenta hæc sunt, quæ picturæ encausticæ inserviunt, de qua legi poterit Plinius *Natural. Histor. lib.* XXXV. cap. 11. & ad illum Joh. Harduinus. Cl. Salmasius *ad Vopisc. Aurelian. cap. 45.* Henric. Valesius *ad Euseb. de vit. Constantin. lib. 1. cap. 3.* IDEM.

45. *Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molæ, &c.*] In pistoris instrumento sunt cribra, asini, molæ, pistores, machinæ frumentariæ, *l. cum de lanienis, 18. §. prima, D. eodem titulo.* CVJAC.

46. *Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, &c.*] Instrumento balneatorio etiam balneator continetur, *l. taberna, 13. in fin. l. item. pictoris, 17. §. ultim. D. eod.* Item scamna, & hypodia. Scamna dixit, ni fallor, pro subselliis, *l. 2. Cod. Theod. de contrahen. empt.* Hypodia sunt, quæ sub pedem sedentibus ponuntur, quæ interdum etiam scamna vocantur, *l. 3. D. de supell. legat.* Sequitur, *miliaria, epitonia*, Ita emendavi, auctoribus libris scriptis Dn. Ranconeti, cum antea legeretur, *epistomia*, quem errorem & in aliis auctoribus Pet. Victorius annotavit ad M. Varronem. Seneca XIII. *Epi. Nisi aquam argentea epistomia fuderint.* IDEM.

47. *Balneator*] Qui balnea calefacit. mentio ejus in *l. 15. §. 1. D. de usufruct.* & alibi. etiam apud Lampridium *Commod. cap. 1.* ubi ita scribit. *Nam cum tepidius forte lotus esset, balneatorem in fornacem conjici jussit.* ubi id notavit & Salmasius. SCHULTING.

48. *Hypodia*] Matth. Martinius *Lexic. Philologic.* rectius legit *hypopodia*, hoc est, scabella, quæ pedibus subjiciuntur. IDEM.

49. *Miliaria*] Miliarium est vas, quod V. C. Is. Vossius *ad Catull. p. 318.* derivat a mille, vel a pondere, vel quod mille caperet mensuras, ac vult fuisse cylindri forma, latentemque intus continuisse fornacem. plura ibidem de illo tradidit. IDEM.

50. *Epistomia*] Ita editiones veteres Cujacianis anteriores: ac in Pandectis ita habent libri vulgati *l. 17. §. 8. D. de actionib. empt. & vendit.* idque placuit Viris Summis, Guil. Budæo *ad d. l.* & Justo Lipsio *ad Senec. epist.* LXXXVI. (Cujacio est XIII.) ubi etiam non aliter edidit Joh. Fr. Gronovius. Sic quoque scriptum est apud Vitruvium *de Architectur. lib. X. cap. 13.* ac Bern. Baldus in Lexico Vitruviano, post Budæum, *epistomium* ait *esse æramentum, quo ora salien-*

66. [52] Instrumento piscatoris legato, & retia, & nassae, & fuscinae, & naviculae; hami quoque, & cetera ejusmodi usibus destinata debentur.

67. [53] Supellectile legata, [54] capsae, armaria, [55] non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint, debebuntur: sed & [56] byssina, &

salientium obturantur, & laxantur, cum opus est, dum manu ducitur verticillum illud pertusum, quod admittit, vel arcet aquam, prout hoc, vel illo modo versatur. In eodice quidem Florentino *d. l. 17. §. 8.* scriptum est *epitonia*, atque ita apud Varronem *de Re Rustic. lib.* III. *cap. 5.* reposuit etiam Inclytus ille Jos. Scaliger, qui existimat, *epitonia* esse machinas, puta, rotas ad aquam exprimendam. verum, praeterquam quod id non probet, & ipse in sequentibus concedit, hoc verbum non semper hanc habere significationem. Ego, quare antiquissima lectio hic mutata sit, causam non video idoneam: uti nec quid moverit Fr. Hotmanum *Commentar. verbor. Jurisverb. epitonia*, ut pro hisce, *miliaria, epitonia* mallet, *aquiminalia*, aut, *familiaria epistomia*. id est, fistulis adplumbata, ut *l. 17. §. 8. D. de actionib. empt. & vendit.* IDEM.

51. *Rotae aquariae*] Per quas aqua trahitur, *l. 40. §. ult. D. de contrahend. emption.* plura Brissonius habet *de verbor. signification.*

52. *Instrumento piscatoris legato, retia, & nassa, &c.*] Si paterfamilias piscatorium instrumentum legaverit, retia, nassae, fuscinae, naviculae, hami, sed & piscatores ipsi debentur, *l. item pictoris, 17. §. 1. D. de instr. vel instr. leg.* CUJAC.

53. *Supellectile legata, capsa, armaria, &c.*] Supellex patrisfam. instrumentum est, quod in aliam speciem non cadit. In supellectile haec sunt, mensae, subsellia, hypodia, lecti, pelves, aquiminalia scaphia, candelabra, capsae, armaria. An & capsae, & armaria librorum, aut vestium causa comparata, quaeritur est. Sed Paulus ea etiam in supellectile posuit: dissentientium tamen opinionem, quam retulerat in *l. 3. de supel. legat.* Tribonianus, mea quidem sententia, ut probaret effecit, addendo particulam, *vestis*. Sequitur, *Sed & byssina*. puto legendum, *sed & myrrina*, ex d. l. §. *de murrinis.* Nam ex bysso qui fieri possunt vasa? illud vero constat myrrina, crystallina, vitrea vasa, tam escaria, quam potoria in supellectile esse, *l. vasa, 11. D. de supel. legat.* At quia argentum, aurumve factum a supellectile separatur, nec supellectilis legato continetur, *l. 1. l. Labeo, 7. D. de supel. legat.* dubitari potest, escaria, vel potoria vasa, quae aurea sunt, vel argentea, item candelabra, pelves, lecti, mensae, & cetera his similia argentea, vel aurea, supellectilis sint, an argenti, vel auri. Et receptum est in supellectile esse candelabra, lectos, & his similia cujuscumque materiae sint, nisi cum argentea essent, vel aurea, ea testator vel auri, vel argenti numero habuit, *l. cum aurum, 19. §. lectum plane l. Quintus, 27. §. penult. D. de aur. & argent. lega. l. 3. §. ultim. D. de supel. lega.* Rursus argentea, vel aurea vasa, tam escaria, quam potoria argenti, vel auri numero haberi, nisi probetur ea testatorem supellectili annumerasse, *d. l. 3. §. pen. & l. cum quidam, 8. eod.* Et hoc est, quod dicitur errorem jus facere. Servii igitur sententia, quam Celsus probat in *l. Labeo, 7 D. eod. tit.* in escario argento, quod testator supellectili annumerabat, non obtinebit: & ideo supellectile legata, id quoque debebitur. Hic enim error ratione non caret, cum in supellectile materiam non intueamur, & escaria quoque ac potoria vasa ex myrro, aut crystallo, aut vitro omnium sententia, supellectili adscribantur. In veste, Servii sententia verissima est, quandoquidem stultum est existimare supellectilis appellatione vestem contineri, & rerum vocabula, quae sunt διδασκαλικὰ λόγων vel διαιρετικὰ τῆς οὐσίας, arbitrio nostro mutari non possunt. Hominum vocabula, quae arbitrio cujusque imponuntur, ea certe arbitrio etiam cujusque mutari possunt: ut quem dixi fundum Cornelianum, nunc, si volo, Sempronianum dicam, *l. 4. D. de leg. 1.* Vestes tamen stratoriae, quae his, quae in supellectile sunt, insterni solent, & ipsa supellectile continentur, *l. de tapetis, 5. D. de sup. leg.* IDEM.

54. *Capsa, armaria*] An *capsa & armaria?* SCHULTING.

55. *Non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint*] Imo haec a supellectile separat ipse Paulus, *l. 3. §. 2. D. de supellectil. legat.* addita ratione satis generali, & solida; *quia ne ea quidem ipsa res, quibus adtributa essent, supellectilis instrumento cederent*: ut adeo, quamvis illic τὸ recte non exstaret, vel sic tamen ille locus cum hoc pugnaret: quin & haec sententia cum veritate. Certum est, ad supellectilem non pertinere pugillares, vel codices, *l. 6. §. 1. eod. tit.* nec vestem, *l. 1. d. t.* aliudve, quod in aliam speciem cadit, *d. l. 1. l. 6. pr. l. 7. §. 1. D. d. t.* Et hic tamen quod traditur, id tanquam maxime evidens, affirmatur. Nihil est, quod magis arrideat, quam conjectura Viri Ampliss. Corn. van Bynkershoek *Observation. lib.* IV. *cap. 6.* rescribentis, (*non quae solum librorum, aut vestis ponendae gratia parata sint*) trajecto tantum verbulo *quae*: ut debeantur quidem alia, haec vero excipiantur. Def. Heraldus *Animadversionib. in Salmas. Observation. ad jus Attic. & Roman. lib.* I. *cap. 14. §. 18.* notat, vitii aliquid esse in his verbis: at nescire se ait, quomodo esset tollendum. SCHULTING.

56. *Byssina, & crystallina*] Ex bysso non fiunt vasa; adeoque Viri Maximi, Cujacius *ad h. l.* & Salmasius *ad jus Attic. & Roman. cap. 23.* reponunt, *myrrina, & crystallina*: quae etiam conjunguntur a Paulo nostro *l. 3. §. 4. D. de supellectil. legat.* Juvenale *Satyr.* VI. *vers. 154.* Statio *Sylvar. lib.* III. *carmin. 4. vers. 58.* Martiale *lib.* III. *epigrammat. 82.* Capitolino *Marc. Antonin. cap. 17.* Plinius quoque *Natural. Histor. lib.*

& cryſtallina, & argentea, & vitrea vaſa, " tam eſcaria, quam " pocularia, & veſtes ſtratoriae legato cedunt.

68. [59] Villis, vel agris ſeparatim legatis, alterum alteri cedit.

INTERPRETATIO. *Si quis per teſtamentum cuicunque legati titulo agrum reliquerit, & villam reliquiſſe videtur. Si vero villam reliquerit, & agrum reliquiſſe cognoſcitur.*

69. [60] Servis legatis, [61] ancillae quoque debebuntur: non item ſervi legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam virgines, quam ſervorum pueri continentur; iis, ſcilicet, exceptis, [62] quae fiduciae datae ſunt.

INTERPRETATIO. *Servis legati titulo dimiſſis, tam pueri, quam ancillae debebuntur: quia maſculorum appellatione etiam feminae continentur. Ancillis vero legatis, ſervi non continentur. Ancillarum autem appellatione tam virgines, [63] quam puberes, vel impuberes accipiendae ſunt, exceptis, quas teſtator loco [64] pignoris poſuerit.*

70. [65] Servis amanuenſibus legatis, omnes, qui ex converſatione urbana, & in miniſterio fuerunt, debebuntur: niſi ex his aliqui [66] perpetuo ad opus ruſticum transferantur.

INTERPRETATIO. [67] *Servis amanuenſibus legatis, omnes, qui ad manum ſerviunt, debebuntur.*

71.

XXXIII. *cap.* 1. ita ſcribit: *Murrhina & cryſtallina ex eodem loco effodimus.* qui plura de myrrhinis habet *lib.* XXXVII. *cap.* 2. Ob rerum itaque affinitatem placeret & mihi haec emendatio: quamvis negari nequeat, ad verbi figuram propius accedere emendationem Amplifſimi illius Viri, quem paulo ante laudavi, *diſſ. Obſervation. lib.* IV. *cap.* 6. legentis, *buſſina*, vel *buxina*, quae accipit pro ligneis. SCHULTING.

57. *Tam eſcaria, quam pocularia*] Quatenus haec teſtator in numero ſupellectilis habuit, ut recte haec interpretatus eſt Cujacius. Et aliter pugnaret plane haec Pauli ſententia non tantum cum Servii & Celſi opinione, *l.* 7. §. 2. *D. de ſupellectil. legat.* ſed & Modeſtini reſponſo *l.* 8. *D. d.* 1. imo & cum ipſo Paulo in *l.* 3. §. *ult. D. eod. tit.* ubi craterem argenteum ſupellectilis eſſe negat, proprietate, ſcilicet, verborum, & antiqui temporis ſeveritate inſpecta: innuens tamen poſtea inde receſſum eſſe: & interdum in talibus errorem jus facere. Salmaſius etiam *ad jus Attic. & Roman. cap.* 23. *p.* 493. accipit haec de eſcariis & potoriis quotidiani uſus: verum *p.* 491. minus bene expoſuerat haec generaliter, ac Paulum aliis plane fecerat contrarium, tractis quoque huc ipſius verbis ex *l.* 32. §. 2. *D. de aur. argent. legat.* quae tamen longe alio pertinent, ac definiunt tantum, quodnam argentum ſub eſcali vel potorio contineatur. SCHULTING.

58. *Pocularia*] Sic & §. 61.

59. *Villis, vel agris ſeparatim legatis, &c.*] Agro, vel fundo legato etiam villa continetur, quoniam pars fundi eſt, *l. ſi ita*, 15. *in fin. D. de inſtru. vel inſtr. legat.* Aeque villa legata, a parte totum appellatum videbitur, *l. uxori uſumfructum*, 35. *D. de uſufruct. legat.* quia ſine fundo villae uſus eſſe non poteſt. CUJAC.

60. *Servis legatis, ancillae quoque debentur, &c.*] Servis legatis etiam ancillae debentur: ancillis vero legatis ſervi non debentur. Et ancillis legatis, etiam virgines debentur, ſicut ſervis legatis, pueri, *l. ſervis legatis*, 81. *D. de legat. lib.* III. Non debentur vero ſervi, qui fiduciae dati ſunt, quia debitoris non ſunt. ceterum ſervi pignori, vel hypothecae dati debentur, *l. ſuos autem*, 73. *D. de legat. lib.* III. IDEM.

61. *Ancillae quoque debentur*] Adde *l.* 62. *D. de legat. lib.* III.

62. *Fiduciae*] Quippe, quae creditoris ſint, de quo dictum *ad lib.* II. *tit.* 13. ubi §. 6. docetur, poſſe ipſum creditorem res tales legare: de quo ibidem egimus.

63. *Quam puberes, vel impuberes*] Imo Paulus docuit, ſub appellatione ancillarum aeque contineri virgines, quam ſub nomine ſervorum comprehenduntur pueri. SCHULTING.

64. *Pignoris*] Imo *fiduciae*. pignoris obligatio nihil tale operatur. IDEM.

65. *Servis amanuenſibus legatis, &c.*] Servi amanuenſes ſunt, qui notis, vel literis domini, vel alterius orationem jubente domino excipiunt, atque conſcribunt. His legatis Paulus omnes eos deberi ait, qui ſunt in urbano miniſterio, niſi ex his aliqui ad opus ruſticum translati ſint. CUJAC.

66. *Perpetuo*] Temporalis mutatio nihil officit, ut dictum *ad* §. 58.

67. *Servis amanuenſibus*] Sich. haec verba ponit pro ſententi. Pauli, & quae praeceſſerunt, pro interpretatione:

71. [68] Venatores ſervi, vel aucupes an inter urbana miniſteria contineantur, dubium remanſit: & ideo voluntatis eſt quaeſtio. Tamen ſi inſtruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur.

72. [69] Muliones, & [70] inſtitores inter urbana miniſteria continentur: item obſonatores, & veſtiarii, & [71] cellararii, & cubicularii, & arcarii, & coqui, placentarii, tonſores, piſtores, lecticarii, [72] ſtabularii.

73. [73] Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur, quae gregatim paſcuntur.

74. [74] Jumentis legatis, [75] boves non continentur. Equis vero legatis, [76] equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis agni non continentur, niſi annuales ſint.

75. [77] Grege ovium legato, arietes etiam continentur.

76. [78] Avibus legatis, anſeres, phaſiani, gallinae, & aviaria debebuntur.

ne: quod non probo. RITTERSHVS. Abeſt haec interpretatio ab edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Pariſ. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & parvi ſane eſt pretii: ſed id cum multis habet commune. SCHVLTING.

68. *Venatores ſervi, vel aucupes, an inter urbana, &c.*] Servis urbanis legatis, non debentur venatores, & aucupes, niſi inſtruendarum quotidianarum epularum gratia in urbe habeantur, & alantur, vel niſi eos paterfamilias inter urbanos annumerare ſolitus ſit, *l. ſervis urbanis, 99. §. 1. D. de legat. lib.* III. CVJAC.

69. *Muliones, & inſtitores inter urbana miniſteria, &c.*] In urbanis ſervis continentur inſtitores, item muliones, niſi rei ruſticae parati ſint, *l. cum quaereretur, 60. §. 1. l ſervis urbanis, 99. §. muliones, D. de legat. lib.* III. Item obſonatores, veſtiarii, cellararii, arcarii, & his ſimiles. Cellararii (ſic emendavi ex lib. vet.) ſunt, qui ideo praepoſiti ſunt, ut rationes ſalvae ſint, *l. quaſitum, 12. §. cellararium, D. de inſtr. vel inſtr. leg.* IDEM.

70. *Inſtitores*] In ed. Pariſ. clɔ Iɔ LXXXVI. eſt *inſtitutores*. unde V.C. Th. Reineſius faciebat *inſtructores*, quod teſtatur nota addita inſcriptioni apud Gruterum *p.* IɔLXXV. 8. mihi inſtitores non diſplicent. SCHVLTING.

71. *Cellararii*] Ita emendavit Cujacius, ac edidit quoque Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Sic etiam legitur in codice Florentino *l. 12. §. 9 D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* in aliis pleriſque. ut & Rittersh. eſt *cellarii*, quod non damnem etiam: dictus enim cellararius a *cellarium*, uti a *cella* cellarius: quod cenſet quoque cum aliis Laur. Pignorius *de ſerv. & eor. ap. veter. miniſter. p. 313.* ex quo, & Tit. Popma Studioſi plura de ſervorum operis & miniſteriis diſcere poterunt. In Scriptoribus poſterioris aevi frequens hoc eſſe verbum notarunt, & loca adduxerunt Viri Eruditiſſimi, Ger. Joh. Voſſius *de vit. ſermon. lib.* VIII. *cap. 4.* & Car. du Freſne du Cange *Gloſſar. med. & infim. Latinitat.* IDEM.

72. *Stabularii*] Agnoſcit hoc verbum ed. Sich. ſine nota variationis: omiſit Cujacius, ſed cauſa non addita: non male certe lecticariorum occaſione & hi memorantur. Cum Rittershuſio ergo & hic id verbum admiſi. Non alii vero hic intelliguntur ſtabularii, quam quibus in urbe quis utitur. IDEM.

73. *Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur, &c.*] Pecorum appellatione continentur quadrupedes, quae gregatim paſcuntur: ut equi, muli, aſini, oves, boves, capra, ſues, *l. legatis, 65. §. pecoribus, D. de leg. lib.* III. CVJ. Pecoris nomen generale eſt, *l. 38. §. 5. & 6. D. de Ædilit. edict.* unde & apud Paulum, Feſti abbreviatorem, *Armenta genus pecoris.* SCHVLT.

74. *Jumentis legatis boves non continentur, &c.*] Jumenta ſunt animalia, quae dorſo domantur, ut equi, muli, aſini. Oves, boves, ſues, jumentorum appellatione non continentur. Equis legatis, equae etiam debentur. Ovibus autem legatis, agni non debentur. Agni ſic definiuntur, minores anniculis, niſi alia ſit loci conſuetudo, quae & rerum omnium, & verborum domina eſt, *l. cum quaereretur, 60. l. legatis, 65. §. 2 jumentis, D. de legat. libro.* III. CVJAC.

75. *Boves non continentur*] Vti nec jumentorum verbo continentur in Ædilitio edicto, *l. 38. §. 6. D. de Ædilit. edict.* ſed armentis accenſentur, *l. 81. §. 3. D. de legat. lib.* III. *l. 89. pr. D. de verbor. ſignification.* SCHVLTING.

76. *Equas quoque*] Veluti mulis mulas, *l. 62. D. de legat. lib.* III.

77. *Grege ovium legato, arietes etiam continentur*] Licet ovibus legatis, neque arietes, neque agni contineantur, grege tamen ovium legato, & arietes, & agni continentur, *l. ſervis legatis, 83. §. ult. D. de leg. lib.* III. CVJAC.

78. *Avibus legatis, anſeres, phaſiani, gallinae, &c.*] Avibus legatis, debentur anſeres, phaſiani, gallinae, aviaria: Phaſianarii, & paſtores anſerum non debentur, niſi hoc ſenſiſſe teſtatorem judici comprobetur. Extat haec ſententia in *l. avibus, 66. D. de leg. lib.* III. IDEM. Extat in *l. 66. D. de leg.* III. ubi legitur, & gallinae,

tur. [77] An autem phaſianarii, & paſtores anſerum, voluntatis quaeſtio eſt.

77. [80] Dulcibus legatis, ſapa, defrutum, mulſum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae paſſae [81] debebuntur. Sed in hoc quoque voluntatis eſt quaeſtio: quia & in ſpecie pomorum comprehendi poſſunt.

78. [82] Frugibus legatis, [83] tam legumina, quam ordeum, & triticum, continentur.

79. [84] Veſte legata, ea cedunt, quae ex lana, & lino texta ſunt; item [85] ſerica & bombycina; quae tamen induendi, operiendi, cingendi, [86] ſternendi, injiciendique cauſa parata ſunt. [87] Pelles quoque indutoriae continebuntur.

80. [88] Ve-

gallinae, & aviaria deb. Phaſianarii autem & paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſit. RITTERSHVS.

79. *An autem phaſianarii, & paſtores &c.*] In ſequente ſententia indicat Paulus, ita ſeſe hic ſcripſiſſe, uti hic legitur: ut adeo non oporteat ex Pandectis hic inſeri verba *l. 66. D. de legat. lib.* III. in quibus aliquid mutavit Tribonianus: quod fecit tamen editor Aurelianenſis, illaque ſubjecit ſequenti ſententiae. SCHVLTING.

80. *Dulcibus legatis, ſapa, defrutum, mulſum, &c.*] Inter dulcia numerantur paſſum, defrutum, murina, quod hic verſus Plauti indicat *in Pſeudolo*,

Quid ſi opus ſiet, ut dulce promat indidem, aequid habet? Rogas?
Murinam, paſſum, defrutum, melinam.

Item mulſum, ſapa, defrutum, œnomeli, palmae, caricae, ficus, uvae paſſae inter dulcia numerantur, *l. nit. §. nit. D. de tritico, vino & el. legg.* Quanquam palmae, caricae, uvae paſſae, ficus, inter poma etiam numerari poſſint, *l. qui fundum, 205. D. de verb. ſign.* Itaque ſi quaeratur, dulcium potius, an pomorum ſint, facti ſive voluntatis, atque adeo in aeſtimatione judicis quaeſtio eſt, *l. voluntatis, 7. C. de fideicom.* quae conjecturis explicabitur. Aliae duae ſunt juris quaeſtiones, ut eleganter Fabius tradit *libr.* XII. *cap.* 2. quarum una verborum proprietate continetur, finitione explicatur: altera aequi diſputatione continetur, qualitate explicatur. Et omnis quaeſtio juris in haec tria genera deduci poteſt. CVJAC.

81. *Debebuntur*] Al. *videbuntur*, ut & *inf.* 91. RITTERSHVS. Ita Sich. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. minus recte.

82. *Frugibus legatis, tam legumina, quam ordeum, &c.*] Frugum appellatione tam legumina, quam frumenta continentur, *l. frugem, 77. D. de verb. ſignif.* Plin. *lib.* XVIII. *Frugum*, inquit, *duo ſunt prima genera, frumenta, ut triticum, ordeum: & legumina, ut faba, cicer.* CVJAC.

83. *Tam legumina, quam ordeum, & triticum*] Non vero poma, *l. 77. D. de verber. ſignification.* quae inter fructus referuntur. unde in *l. 1. §. 7. D. de aq. & aq. pluv. arcend.* dicitur, *frugum, fructuumque.* Jurisconſulti in hac materia legatorum ſpecies ſingulas accurate ſolent ſeparare. De hoc verbo quoque videri poſſunt, quae ſcripſit Auctor Defenſionis Veterum Jurisconſultorum adverſus Laur. Vallae reprehenſiones, quaeque ad ea adnotavit, qui librum illum luci redonavit, Vir Doctiſſimus, Car. And. Dukerus *p. 211. & ſqq.* SCHVLTING.

84. *Veſte legata ea cedunt, quae ex lana, &c.*] Veſtis appellatione continentur lanea, linea, ſerica, bombycina, pellicea, quae induendi, amiciendi, praecingendi, ſternendi, injiciendi cauſa habentur, *l. veſtis, 23. §. 1. & §. ult. & l. prox. D. de aur. & arg. leg.* CVJAC.

85. *Serica & bombycina*] Ulpianus *l. 23. §. 1. D. de aur. vel argent. legat.* ait, *vel ſerica, vel bombycina.* Non differunt, niſi ut genus, & ſpecies: fiunt enim ex lanugine illa, quam producunt bombyces, cujus ſpecies ſerica, quae advehebatur a Seribus. Qua de re pluribus diſputat Magnus ille Salmaſius *ad Tertullian. de pallio, & ad Vopiſc. Aurelian. cap. 45.* SCHVLTING.

86. *Sternendi*] Etiam in veſtimentis degere dixit Seneca *epiſt.* LXVII. nempe, quae ſunt in lectis. plura ibidem habet Lipſius. Poſſunt tamen & veſtes ſtratoriae eſſe in ſupellectili, ſi his, quae in ſupellectili ſunt, inſternendis ſerviant, *§. 67. hoc tit.* ubi id notat etiam Cujacius. Magis inter veſtimenta quoque numerantur tapeta, *l. 25. §. 1. D. de aur. argent. legat.* IDEM.

87. *Pelles quoque indutoriae*] Etiam caprinae & agninae, *l. 25. D. dict. tit.* Antiquis Romanis veſtes e pellibus non improbatae fuerunt: quemadmodum Propertius *lib. IV. eleg. 1. verſ. 12.* canit,

Curia, praetexto quae nunc niteat alta Senatu,
Pellitos habuit, ruſtica corda, patres.

Plura peti poſſunt ex Franc. Patricii notis *ad Ciceron. fragment. oration. pro Scaur.* Prohibitus poſtea fuit hic habitus intra Urbem, *l. 4. Cod. Theod. de habit. quos non. oport. intr. Urb.* ubi legi poterunt, quae commentatus eſt Eruditiſſimus Interpres, Jac. Gothofredus. IDEM.

88. *Veſte*

80. [88] Veſte virili legata, ea tantummodo debebuntur, quae ad uſum virilem, [89] ſalvo pudore virilitatis, attinent. [90] Stragula quoque huic legato cedunt.

81. [91] Muliebri veſte legata, omnia, quae ad uſum muliebrem ſpectant, debebuntur.

82. [92] Lana legata, ſive [93] ſuccida, ſive lota ſit, ſive pectinata, ſive [94] verſicoloria, legato cedit. Purpura vero, [95] aut ſtamen, [96] ſubtemenve hoc nomine non continentur. 83.

88. *Veſte virili legata, ea tantummodo debebuntur, &c.*] Virilia veſtimenta ſunt, quibus vir ſine reprehenſione utitur. Nec enim ſtola numeratur inter virilia veſtimenta, etiamſi ea Caligula, vel Heliogabalus utatur: ut merito τολὴν ἀνάνδρωτον Tatianus dixerit *in oratione πρὸς Ἕλληνας*. Veſtimenta quoque ſtragula virilia ſunt, *l. veſtis, 23. §. virilia, D. de aur. & arg. leg.* CVJAC.

89. *Salvo pudore virilitatis*] Sic legitur in vett. edd. præter eas, quæ habent Cujacii Interpp. in quibus non eſt *virilitatis*; quod quidem nec mihi placet; non tamen abſque ratione vel auctoritate idonea exturbandum fuit. Poteſt ſub illo verbo aliud latere verè. Quid ſi etiam legas *virili*, an non optimus erit ſenſus? SCHVLTING.

90. *Stragula quoque huic legato cedunt*] Sic & Vlpianus *l. 23. §. 2. D. de aur. argent. legat.* ſaltem, ſi patrisfamilias cauſa hæc parata ſunt; ut idem ſcribit *d. l.* alioquin non poſſet dari ratio, cur inter virilia hæc recenſeantur. IDEM.

91. *Muliebri veſte legata, omnia, &c.*] Muliebria veſtimenta ſunt, quæ matrisfamilias cauſa parata ſunt, veluti ſtolæ, pallia, ebiridotæ, *d. l. veſtis, 23. §. muliebria.* CVJAC.

92. *Lana legata, ſive ſuccida, ſive lota ſit, &c.*] Paulus lanæ appellatione & ſuccidam, & lotam, & pectinatam, & verſicoloriam contineri putat, *l. pediculis, 32. §. Labeo, D. de aur. & arg. leg.* Ab eo diſſentiunt Sabinus, & Vlpianus *l. ſi cui, 70. in prin. & §. 2. D. de legat. lib.* III. tinctam enim lanam negant eſſe lanam. Sic Paulus lanæ appellatione ſtamen, & ſubtegmen contineri negat: illi contra in *d. l. ſi cui, 70. §. 1.* Sic verſicolorum appellatione Paulus purpuram non contineri putat: quandoquidem lanæ vocabulo, quo verſicoloria contineri putat, purpuram negat contineri. Vlpianus contra in *d. l. ſi cui. §. penult.* Et vero ex hoc loco id neceſſario efficitur, omnimodo operam ludere eos, qui *l. pediculis, 32. §. Labeo.* cum *l. ſi cui, 70.* id eſt, Paulum cum Vlpiano in concordiam adducere conantur. Verum quod diximus lanæ appellatione verſicoloria, ſive tincta ex Vlpiani ſententia non contineri, pugnat cum §. *de verſicoloribus. l. ſi cui, 70.* At is ſine dubio corruptus eſt, ut Pet. Faber, vir omni eruditione atque omni virtute præditus, primus animadvertit, mihique indicavit. Cum enim de lanæ, & lini ſignificatione ſatis Vlpianus diciſſet, de verſicolorum appellatione quæſtione propoſita, ſic inchoat male, *Et conſtat apud veteres lanæ appellatione verſicoloria non contineri: ſed ea omnia videri legata, quæ tincta ſunt, & nota.* Jam enim non de lanæ, ſed de verſicolorum appellatione eſt quæſtio: & veteres, ex quibus Sabinus fuit, ea quæ tincta ſunt, ut ex initio legis conſtat, lanam non eſſe exiſtimavere. Proinde Fabro aſſentior, qui hunc locum ita reſtituit, *Et conſtat apud veteres lanam appellatione verſicolorum non contineri.* Ac inde ſimiliter quærit poſtea Vlpianus, an purpura appellatione verſicolorum contineatur: & contineri ait: Coloria autem ſive ἀνθοβαφῆ non contineri. IDEM.

93. *Succida*] Ita quoque ſcriptum in *l. 70. §. 4. D. de legat. lib.* III. in antiquis editionibus; ac ſic legit Accurſius. Dicta eſt *succida* a ſucco, quo etiamnum imbuta eſt. Sic Feſtus *v. lanerum* dicit, *veſtimentum ex lana ſuccida confectum.* ac Celſus *de Re Medic. lib.* III. *cap. 20. Cruda lana ſuccida.* Juvenalis *Satyr.* V. *verſ. 24.*

. . . Vinum, quod ſuccida nolit
Lana pati.

Sic & alii. Atque hoc merito præfertur etymologiæ Varronis *de Re Ruſtic. lib.* II. *cap. 11.* cui dicitur *ſuccida* a ſudando. In Pandectis Florentinis *d. l. 70.* legitur *ſocida.* Rectum foret & *ſuccida:* ac teſtantur Viri Docti, in multis optimis libris veteribus pro *ſuccus* ſcriptum eſſe *ſucus*, Ger. Joh. Voſſius *Etymologic.* & Cl. Dauſquius *in Orthograph.* SCHVLTING.

94. *Verſicoloria*] Quæ vertit colorem; non diverſi coloris: lana enim eadem non erit varii coloris, poſtquam eſt tincta, ſed ejuſdem. Sane ſi teſtator lanam habuerit, aliam naturali colore, & aliam tinctam, is ſi uni legaverit lanam, alteri verſicoloriam, hic nemo dubitabit, quin ſub lanæ legato verſicoloria non contineatur. Videre autem de hoc verbo Studioſi poterunt, quæ ſcripſit Defenſor veterum Jurisconſultorum adverſus Laurentii Vallæ reprehenſiones *ad cap. 53.* & notata ante laudati Dukeri. IDEM.

95. *Aut ſtamen ſubtemenve*] Aliud viſum Sabino & Vlpiano *l. 70. §. 2. D. de legat. lib.* III. nec diſtinctio Cujacii *Obſervat. lib.* XI. *cap. 5.* inter filum ſtaminis, vel ſubteminis cauſa paratum; & id, quod jam in tela contectum eſt, ſufficere videtur: cum hoc poſterius jam ſpeciem & nomen plane mutaverit. Poſſet quis tentare, ut differentia ſtatuatur inter lanam tantum netam; & eam, quæ jam data eſt ad texendum. ſed generalitas verborum Pauli & huic obſtat. IDEM.

96. *Subtemenve*] Sich. *ſubtegmenve*, non recte. quomodo plurimis auctorum locis erratum eſt. RITTERS-

83. [97] Mundo muliebri legato, [98] ea cedunt, per quae mundior mulier lautiorque efficitur: velut speculum, [99] conchae, [100] situli: item [1] buxides, unguenta, & vasa, in quibus ea sunt: item sella balnearis, & cetera ejusmodi.

84. [2] Ornamentis legatis, ea cedunt, per quae ornatior efficitur mulier: veluti amuli, catenae, reticuli, & cetera, quibus collo, vel capiti, vel manibus mulieres ornantur.

85. [3] Argento legato, [4] massae tantummodo debebuntur: vasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non cedunt: quia nec lana legata, vestimenta debebuntur.

86. [5] Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur, [6] quae capacitati alicui parata

TERSHVS. Probavit Cujacius *subtemenve*, *Observation. dict. loc.* & in editionibus harum Sententiarum cum ipsius Interpp. nec aliter habet codex Florentinus *l. 70. pr. & §. ult. D. de legat. lib.* III. *l. 22. D. de aur. argent. legat.* quam scripturam probant & Viri Eruditissimi, Is. Casaubonus, ac Cl. Salmasius *ad Capitolin. Pertinac. cap. 10.* Cl. Dausquius *in Orthograph.* ac alii. Mirum in edd. Cujacianis Lugd. CIↃ IↃ LXVI. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. retentum esse *subtegmenve*. SCHVLTING.

97. *Mundo muliebri legato ea cedunt, &c.*] Mundo muliebri contineri ait specula, conchas, situlos: hi sunt, qui matulae dicuntur in *l. argumento, 25. §. mundus, D. de aur. & ar. leg.* Item *Buxides*: sic habent libri veteres, pro quo Graeci dixere pyxides. Item unguenta, & vasa unguentaria: item sella balnearis, & argentum omne balneare, *l. pediculis 32. §. pen. D. eo.* & lavatio. Riscus etiam est in mundo muliebri, *d. §. mundus*. CVJAC.

98. *Ea cedunt, &c.*] Latius hoc verbum ab antiquis sumptum est. Livius lib. XXXIV. *cap. 7.* in oratione L. Valerii. *Mundities, & ornatus, & cultus, haec feminarum insignia sunt: his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt majores nostri.* sic & Festus *v. mundus*. Sed Auctores nostri, proprietatis verborum observantissimi, hoc verbum strictiori significatu usurpant. SCHVLTING.

99. *Conchae*] Diximus ad §. 58.

100. *Situli*] Ed. Sich *fitula*: sed in Glossis quoque veteribus occurrit *situlus*, & *situla*, & exponitur κάδος. Quare vero hic intelligenda sit matula, & non vas aliud ad mundandum, causam non video. IDEM.

1. *Buxides*] Cum ita habeant libri veteres, teste Cujacio, cur in edd. Cujacianis modo laudatis, & in Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. expressum est *pixides*? Re ipsa idem est *buxis* & *pyxis*, & ejusdem originis, prius Latinae, posterius Graecae: ac proprie dicitur a *buxus*, vel πύξος. & tamen etiam dicitur pyxis argentea, & aurea: uti notatum Senecae *de benefic. lib. V. cap. 13.* quod tangit quoque Vir Amplis. C. van Bynckershoeck *Observation. lib.* III. *cap. 13.* IDEM.

2. *Ornamentis legatis ea cedunt, &c.*] Jurisconsulti mundum ab ornamentis separant: eaque etiam Tertullianus *in lib. de hab. mulieb.* ita recte distinguit: *Habitus*, inquit, *femina duplicem speciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant. Ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur: ille in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quae oculos erabunt.* Quod ait Tertullianus de vestibus, Paulus non probat in *l. quamvis, 20. l. ornamentorum, 37. D. de aur. & arg. leg.* Vestes enim propriam speciem habent, nec ornamentorum numero habentur. Verum in ornamentis haec sunt, anuli, catenae, reticuli, inaureis, viriolae, armillae, aurum, argentum, gemmae, lapilli, *l. argumento, 25. §. ornamenta, D. eod.* CVJAC.

3. *Argento legato, massa tantummodo debebuntur, &c.*] Ut auro, ita & argento legato vasa continentur, *l. cum aurum, 29. §. ultim. D. de aur. & argen. legat.* Sed profecto magis est voluntatis quaestio. Infectum enim argentum debetur, factum propriis nominibus separatur. Lana legata, proculdubio ne vestimenta quidem ex ea lana facta debentur, *l. lana, 70. D. de leg.* III. IDEM.

4. *Massa tantummodo debebuntur*] Si pondus argenti sit legatum, id in massis praestari sufficiet, *l. 19. §. 1. D. de aur. argent. legat.* ceteroquin & ipse Paulus noster docet, argento legato etiam factum comprehendi, *l. 78. §. 4. D. de legat. lib.* III. ut adeo non ausim credere, Paulum hoc loco dissensisse ab Ulpiano *d. l. 19. §. ult.* & illum respexisse ad rationem, hunc ad usum: ut vult Salmasius *ad jus Attic. & Roman. cap. 22.* Sententia haec Pauli admittenda erit, si soli argentum sit legatum, alteri vasa argentea, non generaliter. Et massae semper debentur, non vero semper vasa: quo pacto auro legato infectum semper debetur, non & factum, *§. 88. hoc tit.* SCHVLTING.

5. *Vasis argenteis legatis ea omnia continentur &c.*] Vasa dicimus ea, quae aliquid in se recipiunt: ideoque vasis legatis, non potoria tantum & escaria, sed etiam ministratoria debentur, ut puta urceoli, lances, patinae, & his similia, *l. cum aurum, 29. §. sed ea vasa, D. de aur. & arg. leg.* CVJAC.

6. *Quae capacitati alicui parata sunt*] Quae aliquid in se recipiunt, *l. 29. §. 10. D. de aur. & argent. legat.*

quod

parata ſunt: & ideo tam potoria, quam eſcaria, [7] item miniſteria omnia debebuntur: veluti urceoli, paterae, lances, piperatoria; cochlearia quoque, itemque trullae, calices, ſcyphi, & his ſimilia.

87. [8] Libris legatis, [9] chartae volumina, vel membranae, & [10] philurae continentur. [11] Codices quoque debentur: librorum enim appellatione non volumina chartarum, ſed ſcripturae modus, qui certo fine concluditur, aeſtimatur.

88. [12] Au-

quod uti certum eſt, ita an non alia etiam eodem nomine contineantur, non definit hic Paulus: ceteroquin & illa deberi, quae vaſa ſuſtinent, tradit Vlpianus *d. l.* modo inter vaſa ſint a teſtatore habita, *l. 200. §. 3. D. de legat. lib.* III. ubi vel legendum. *Labeo autem id probat*, uti habet editio Rob. Stephani cIↃIↃ XXVII. vel pro *ſi* reſcribendum *niſi*: quod placuit Erudito Viro, Gul. Beſt. *Ration. emendand. legg. cap. 1. §. 8. n. 1.* SCHULTING.

7. *Item miniſteria omnia*] Miniſteria eſſe videntur vaſa, quibus in conviviis miniſtratur. Ac ſic hoc verbum uſurpat Capitolinus in *Marc. Antonin. cap. 27.* ita ſcribens. *Tunc viris claris permiſit, ut eodem cultu, quo ipſe, vel miniſteriis ſimilibus convivia exhiberent.* ubi videri poteſt Salmaſius. Dicitur & *miniſterium* apud Lampridium *Alexandr. Sever. cap. 34. Decem librarum argenti pondus miniſterium ejus numquam tranſiit.* Sic διακονίαν dixit Auctor libri 1. Machabæorum *cap. 11. verſ. 58. καὶ ἐκπέμψαι αὐτῷ χρυσᾶ σκεύη, καὶ διακονίαν. Et miſit ipſi aurea vaſa, & miniſterium.* Argentum quoque dicitur haberi *in miniſterio* apud Vlpianum *l. 19. §. 12. D. de aur. & argent. legat.* quemadmodum & apud Lampridium *in Alexandr. Sever. cap. 41. Et cum argentum in miniſterio plus ducentis libris non haberet.* Hic Paulus quoque indicat, non tantum eſcaria & potoria, ſed & alia plura ad miniſteria pertinere. Vir Egregius, quem modo nominavi, *ad jus Attic. & Roman. cap. 23.* legit, *miniſtrii omnia*, ut intelligantur omnia, quae pertinent ad miniſterium: quod uti non improbem, ita non video, cur non retineri poſſit vulgatum, quod & ipſe alibi admiſit. Ceterum ad argentum plura pertinent, quam ad miniſterium, ut indicat *l. 19. §. 2. D. de aur. & argent. legat.* IDEM.

8. *Libris legatis, charta, volumina, membrana, &c.*] Librorum appellatione volumina continentur, quae veteres in cylindri modum complicare ſolebant. Continentur quoque ſcriptae chartae, & membranae, & philurae, item codices cujuſcunque materiae. Librum enim cum dico, non volumen tantum dico, ſed & quemlibet ſcripturae modum certo fine concluſum, *l. librorum 52. D. de legat. lib.* III. CUJAC.

9. *Charta volumina, vel membrana*] Ita diſtinxi, ut intelligerentur volumina, ſive ex charta, aut chartarum, uti paulo poſt vocantur; ſive ex membrana: vel in charta, ſive in membrana, ut Vlpianus loquitur *l. 52. pr. D. de legat. lib.* III. nec aliter haec citavit Salmaſius *de modo uſurar. cap. 10. p. 409.* Aliae edd. diſtinctionem habent poſt *charta*: ac *vel* non eſt in edd. cum Cujacii Interpp. Volumina ex charta facta fuiſſe, minoriſque haec pretii fuiſſe liquidiſſimum eſt. ſed & de membranis facta hic videmus: ac Liturgiam Chryſoſtomi in volumine membranaceo ſcriptam Corinthi ſibi viſam eſſe narrat rei antiquariae curioſus indagator, Jac. Sponius *Itinerar. tom.* II. *p. 230.* De voluminum formis in columellae modum aut cylindri, quaeque involvebantur & evolvebantur, videri poſſunt V. C. Iſ. Voſſii Obſervationes in Catullum *p. 51. & ſeqq.* SCHULTING.

10. *Philurae*] Non hic intelligendae ſunt philurae, ſive philyrae, in quas papyrus acu diſtinguebatur, ac ex quibus ipſa contexebatur charta: de quibus, nec non tota re chartaria luculente diſputat Salmaſius *ad Vopiſc. Firm. cap. 3. & de modo uſurar. cap. 10. p. 401. & ſeqq.* ſed illae, ex quibus, ut & ex corio, volumina fieri docet Vlpianus *d. l. 52. D. de legat. lib.* III. membranae, nempe, quas habent tiliae inter lignum & corticem, papyro ſimiles, quae ad inſtar chartae, membranae, vel corii, ſcripturam, nec non involutionem & evolutionem recipiunt. Tabellae quoque ex tilia & buxo olim uſitatae fuerunt. Conſuli de his poſſunt Viri Inſignis, & amici noſtri, Jacobi Perizonii notae in Aelianum *Var. Hiſtor. lib.* XIV. *cap. 22.* IDEM.

11. *Codices quoque debentur*] Dubitandi ratio eſt, quia libri ſtricte ſumpti erant volumina, de quibus modo eſt dictum: codices vero quadrata, vel quadrangula forma ordinarie. (triangulae quoque formae mentio apud Euſtachium in *Dionyſ. Periegas. p. 36.*) Vulgari tamen uſu & librorum voce codices accipiuntur, teſte etiam Vlpiano *d. l. 52. pr. verſ. quod ſi, D. de legat. lib.* III. ac ſic Graecos βιβλία vocare omnia, quae recipere poſſunt ſcripturam docet Salmaſius *de modo uſurar. cap. 10. p. 413.* Scriptura vero hic deſideratur magis, quam certa vel materia, vel forma: ac charta ſcriptura carens, aut libri ſcribi coepti hoc nomine non continebuntur, *d. l. 52. §. 4. & 5.* nec contra chartis legatis libri comprehendentur, *l. 76. D. de legat. lib.* III. niſi alia apparet teſtatoris mens, *d. l. 52. §. 4.* Ceterum quo pacto, ſi libri certo numero legentur, res debeat definiri; qua de re diſputat Vlpianus *d. l. §. 1.* nihil hic tradere videmus Paulum: qui proinde quo pacto cum Vlpiano videatur pugnare, quod putat Vir ille, quem modo nominavi, Praeclarus, non animadverto. IDEM.

88. [12] Auro legato, [13] gemmae quoque inclusae, itemque margaritae, & smaragdi legato cedunt. Sed magis est, voluntatis esse quaestionem: [14] infectum enim aurum [15] debetur: [16] factum enim ornamentorum genere continetur.

INTERPRETATIO. *Ista species in inferiore parte utilius per se evidenter expositа est.*

89. [17] Vasis argenteis legatis, [18] emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt.

90. [19] Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur: veluti paterae, calices, scyphi, [20] urceoli, [21] oenophoria, & [22] conchae.

91. [23] Carruca cum [24] junctura legata, mulae quoque legatae, [25] non mulio [26] videtur, propter quotidianam loquendi consuetudinem.

INTER-

12. *Auro legato, gemma quoque inclusa, &c.*] Auro legato factum, infectumque debetur, *l. cum aurum, 19. in princ. D. de aur. & arg. leg.* itemque gemmae auro inclusae, *d. l. cum aurum, 19. §. perveniamus.* Sed disputari hic de voluntate defuncti potest, quia forsitan is aurum factum, cui inclusae sunt gemmae, ornamentorum nomine habuit: quo casu, auro legato, infectum duntaxat debebitur. A gemmis margaritas separat, & smaragdos, propterea, quod inter gemmas summum pretium obtinent. Ceterum generalis est gemmarum appellatio, licet quidam ex auctoribus nostris subtilem quandam interea differentiam constituerint. CVJAC.

13. *Gemma quoque inclusa*] Poculis, nempe, vel aliis vasis, ad ea ornanda, *l. 29. §. ult. D. de aur. & argent. legat.* De more poculis illas addendi Juvenalis *Satyr. V. vers. 49.* ita canit,

Num vitro, ut multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis.

Adeoque, si pretium spectaretur, procederet illud, quod Plinius *Natural. Histor. lib.* XXXIII. *in prafat.* scribit. *Nec hoc fuit satis. turba gemmarum potamus, & smaragdis taximus calices*, ac postea, *& aurum jam accessio est.* Verum in jure non consideramus pretium: at quaecumque rei ornandae adhibentur, ei cedunt, *d. l. 29. §. 13. & ult.* (ubi D. Gothofredus pro *ornanda*, quod habent editiones veteres, & Florentinus liber, perperam reposuit *ordinando*, notans tantum, alios legere *ornanda*) *l. 20. l. 29. D. de aur. & argent. legat.* SCHVLTING.

14. *Debetur*] Semper: ut & de argento docuit §. 85. IDEM.

15. *Factum enim ornamentorum genere continetur*] Edd. cum Interpp. Cujacii non habent *enim*: quod quidem minus huic loco quadrat; ejici tamen non statim debuit: & si pro eo referibas *etiam*, optimus erit sensus, infectum semper deberi: factum non semper, sed etiam ornamentorum verbo, vel genere contineri, quando ornat gemmas aut margaritas, *l. 19. §. 25. D. de aur. & argent. legat.* Idemque fit, quando aurum adhibetur, ut gestari possint gemmae, *l. 20. D. dict. tit.* id enim, quod principale est, accessorium ad se trahit. IDEM.

16. *Vasis argenteis legatis, emblemata quoque, &c.*] Emblemata aurea vasis argenteis legatis injuncta, ad legatarium pertinent, *d. l. cum aurum, 19. §. simili modo.* CVJAC.

17. *Emblemata*] Sunt imaguncula, vel alia ornamenta, quae vasis illigantur, vel includuntur, ut Cicero loquitur *in Verr. lib.* IV. *cap. 24.* adeoque illorum sunt accessiones. SCHVLTING.

18. *Argento potorio legato, &c.*] In argento potorio sunt vasa omnia potui parata, *l. in argento, 21. l. Seja, 36. D. de aur. & arg. leg.* CVJAC.

19. *Urceoli*] Qui magis ad praeparationem bibendi sunt comparati, quam ut inde bibatur, auctore Pomponio *l. 21. D. de aur. & argent. legat.* SCHVLTING.

20. *Oenophoria*] Oenophorium quoque vas majus, quasi quo vinum adportatur. Alii *œnophorum* vocant, ut Juvenalis *Satyr.* VI. *vers. 425.* Martialis *lib.* IV. *epigr. 89.* IDEM.

21. *Conchae*] Conchae junguntur pelvibus §. 56. hic inter potorium argentum referuntur: & bibi etiam concha docet Juvenalis *Satyr.* VI. *v. 303.* his verbis, *Cum bibitur concha*, ubi Scholiastes, *non calicibus*, sed, nempe, vase aliquo soluto majori. IDEM.

22. *Carruca cum junctura legata, &c.*] Ad carrucas jungi mulae solebant; *l. ædiles, 38. §. quaritur, D. de ædil. edi. l. uxori, 13. D. de aur. & arg. leg.* Ideoque carruca cum junctura legata, mulae ipsae legatae videntur. Nam ita vulgo loquuntur, ut junctura nomine, id quod jungitur, intelligant. At mulio certe junctura appellatione non continetur. In excusis corrupte legitur, *nec non mulio.* CVJAC.

23. *Junctura*] Junctura proprie est, qua junguntur mulae. Capitolinus *Vero cap. 5. Data & vehicula cum mulabus, ac mulionibus, cum juncturis argenteis.* Memi-

nit

INTERPRETATIO. *Si carruca cum junctura per legatum dimissa fuerit, carpentum cum junctura, & mulae debentur: mulio autem non debetur.*

* [26] Heres servum proprium, quem testator [27] legaverat, manumittendo nihil agit: quia scientiae, vel ignorantiae ejus nullam placuit admitti rationem. LEX EST XXVIII. D. QVI, ET A QVIB. MANVMISS. LIBER. NON FIANT.

* [28] Libertus, qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura a testatore appellatus est, commutata voluntate, actionem ex testamento habere non potest. LEX EST XXIX. D. DE ADIMEND. VEL TRANSFEREND. LEGAT. VEL FIDEICOMMISS.

92. [29] Prolatis codicillis, vel alio testamento, quibus ademptum est legatum, vel certe [30] rescissum, perperam soluta [31] repetuntur.

INTERPRETATIO. *Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat; aliud postmodum fecerit testamentum, & illa legata, quae priori testamento dederat, abstulerit, vel codicillis fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, & legata heres scriptus absolverit, quae in posteriore testamento, vel codicillo remota sunt, is, qui ex priori testamento legatum consecutus est, reddere jubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.*

nit & Vlpianus junctura argentea *l. 19. §. 2. D. de aur. & argent. legat.* Paulus ex quotidiano loquendi usu plus eo verbo contineri docet. Imo & *junctura* de equis circensibus dicitur *l. 6. Cod. Theod. de scenic.* si illic cum Jacobo Gothofredo pro *jacturam*, legas *junctūram*, quod sensus exigit: illic enim derivanda junctura, hoc est, alio mittenda vel abducenda, incidit quis in poenam librae auri: quod de jactura dici non potest. SCHVLTING.

24. *Non mulio*] Sich, *nec non & mulio.* quod rejicit Cujac. & Aniani interpretatio. RITTERSHVS. In edd. tamen aliis Cujacii sine interpp. Lugd. Gen. ut & Paris. retentum est *nec non & m*, quod non probo. SCHVLTING.

25. *Videtur*] L. *debetur*. Si retineas, *videtur*, supple, *legatus*. RITTERSHVS. Sich etiam in margine habet *debetur*. Nihil opus mutatione. SCHVLTING.

26. *Heres servum proprium, &c.*] In ed. Aurelianensi, quam Fabrotus exhibet, haec sententia est posita sub *tit. 4. de lege Fabiana.*

27. *Legaverat*] Sinendi, scilicet, modo: quod recte poterat fieri, auctore Vlpiano *tit. 24. §. 10.* Legatum damnationis non obstat libertati: sed ad aestimationem heres tenetur, *l. 112. §. 1. D. de legat. 1.* uti distinguit Merillius *ad §. 16. Inst. h. t.* IDEM.

28. *Libertus, qui in &c.*] Addidi ex *l. 20. D. de adim. and. legat.* nam Paulum hic ad fin. tit. egisse de ademptione legatorum, argumento est sequens sententia. RITTERSHVS.

29. *Prolatis codicillis, &c.*] Scripto heredi directa indebiti condictio datur, si diu celatum aliud testamentum, vel si codicilli prolati fuerint, quibus ademptum est legatum, vel certe rescissum, id est, deminutum, *l. 2. §. 1. D. de cond. indeb.* Scribe, *rescissum.* CVJAC.

30. *Rescissum*] Scribe, *reciſum* (inquit Cujac.) Ego mutationis causam nullam video: nisi *reciſum* accipias pro imminutum, decurtatum, circumcisum. RITTERSHVS. Verbum *reciſum* pro *rescissum* recte Cujacius hic restituit, uti lex Falcidia legata dicitur recidere *l. 1. §. 13. D. de dot. praelegat. l. 5. §. 5. D. de legat. praestand. contr. tabb. bonor. possession. petit.* Alioquin testamenta rescindi dicuntur quidem: sed de legatis solis id praedicari non solet. SCHVLTING.

31. *Repetuntur*] Aliud dicit Vlpianus *tit. 24. §. ult.* sed ille commodissime accipi potest de iis, quae naturaliter debebantur, verbi gratia, relictis incertis personis, vel ob aliam juris scrupulositatem indebitis. IDEM.

TITVLVS VII.

De Mortis causa Donationibus.

1. [2]Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, & qui navigat, [3]ea, scilicet, condicione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur: si perierit, penes eum remaneat, cui donavit.

2. [4]Donatio mortis causa, [5]cessante valetudine, & secuta sanitate, & poenitentia etiam revocatur: morte enim tantummodo convalescit.

1. *De mortis causa donationibus*] De his Paulus hic agit post legata, ad quæ jam olim aliqui donationes hasce retulerunt: quamvis non eadem omnium hic tunc fuerit sententia, teste Imperatore §. 1. *Inst. de donationib.* De utrisque sane detrahitur Falcidia, de qua titulo sequenti. SCHVLTING.

2. *Mortis causa donat, &c.*] Mortis causa donatio fit periculo mortis, ut dictum est *lib.* II. *tit.* 23. & ita ut si liberatus fuerit, donata recipiat, si perierit, ut habeat is, qui accepit, §. 1. *de donat.* CVJAC.

3. *Ea, scilicet, conditione*] Nihil vetat hunc quoque pure donare, & inter vivos; quemadmodum & moribundus potest, *l.* 42. *in fin. D. de mort. caus. donationib.* adeoque addenda est donationi, ut fit mortis causa, talis conditio. E diverso quoque, absque ullo mortalitatis periculo, sola mortalitatis contemplatione quis mortis causa donare potest, *l.* 2. *l.* 35. §. 4. *D. eod. tit.* SCHVLTING.

4. *Donatio mortis causa, cessante valetudine, &c.*] Donatio causa mortis donatoris morte confirmatur: At revocatur, si eum donationis pœniteat, vel si e vitæ periculo eripiatur, §. 1. *de donat.* CVJAC.

5. *Cessante valetudine, & secuta sanitate*] Quando, videlicet, contemplatione valetudinis facta est, ea cessante corruit. uti & quæ intuitu alterius periculi est facta, illo cessante. Aliud est, procul dubio, si quis cogitatione mortalitatis donaverit: hæc enim nunquam cessat. SCHVLTING.

TITVLVS VIII.

Ad Legem Falcidiam.

1. [1]Exhausta legatis, [2]aut fideicommissis, [3]vel mortis causa donationibus hereditate, auxilio Falcidiae institutus heres quadrantem retinere potest.

INTER-

1. *Exhausta legatis, aut fideicommissis, &c.*] Legata aut onerant, aut delibant, aut exhauriunt hereditatem. Delibant, quæ non excedunt: onerant, quæ excedunt dodrantem: exhauriunt, quæ assem absumunt. Per legem Falcidiam delibari potest hereditas, onerari, vel exhauriri non potest. Quadrans enim heredi illibatus reservandus est. Erat lex Falcidia de legatis, sed Pegasiano S. C. ad fideicommissa, Constitutione Severi ad donationes causa mortis etiam producta est. CVJAC.

2. *Aut fideicommissis*] Hæc tempore, quo lex Falcidia lata est, anno videlicet V. C. IↃCCXIV. nondum recepta, ac juris auctoritate approbata fuerunt, sed deinceps demum, cum Augustus solus imperaret, §. 1. *Inst. de fideicommissar. hereditatib.* ac deductio quartæ de fideicommissis universalibus primum inducta est Senatusconsulto Pegasiano, imperante Vespasiano, & de singularibus quoque idem placuit, §. 5. *Inst. d. tit.* adeoque ad has species postea porrecta est lex Falcidia, cui hoc modo jus deducendæ ab herede de fideicommissis quartæ a Paulo adscribitur. SCHVLTING.

3. *Vel mortis causa donationibus*] Quod constitutione Severi effectum esse scribit Cujacius *ad h. loc.* & constat ex *l.* 5. *C. h. t. l.* 2. *C. de mort. caus. donationib.* absque distinctione, an aliquis testatus, an intestatus decessisset. Et jam ante Severum a Divo Pio ad successiones ab intestato producta erat lex Falcidia, *l.* 18. *D. h. t.* quod licet occasione fideicommissorum factum sit, generaliter tamen id constitutum esse docet Paulus *d. l.* 18. ut proinde, postquam Severus ad has donationes simpliciter Falcidiam produxit, non amplius videatur distinguendum fuisse, an testato, an intestato factæ fuissent. Cujacius quidem *Observation. lib.* III. *cap.* 17. *fin.* id in casu testati tantum admisit: sed *lib.* XX. *cap.* 6. rectius etiam in specie intestati: at quod id opinetur inductum demum esse constitutione Gordiani *d. l.* 2. *C. de mort. caus. donationib.*

Digitized by Google

INTERPRETATIO. *Si quis faciat teſtamentum, & heredem inſtituat, & omnem hereditatem ſuam legatariis, aut fideicommiſſariis, vel mortis cauſa donationibus [4] conferat, valet quidem teſtamentum: ſed heres ſcriptus quartam ſibi ex omnibus bonis retinet teſtatoris.*

2. [5]Quoties de modo quartae retinendae quaeritur, propter [6] periculum plus petendi, officio judicis omnibus aeſtimatis, [7] quarta facienda eſt, quae apud heredem remaneat: aut certe exigenda cautio a legatario, ut, quod plus dodrante percepit, reſtituat.

3. [8]Ea, quae mater viva filio donavit, in [9]quartam non imputantur.

INTER-

nianis. ex illa conſtitutione colligi nequit. nihil illic novi inducitur: verum de jure recepto reſcribitur. Quod autem ab inteſtato haec donatio cum legatis comparanda eſſe negatur *l. 20. §. 1. D. de legat. praſtand. contr. tabb. honor. poſſeſſion. petit.* id non ad legem Falcidiam, ſed ad edictum illud pertinet, quo & legata, & donationes mortis cauſa conjunctis perſonis quibuſdam relictae, nec non inſtitutiones eo usque reſcinduntur, ut emancipato ſit ſalva virilis portio, quae ipſi debetur, ſi ſit in teſtamento praeterita: cujus mentio *d. l. 20. pr. l. 6. & l. 7. D. eod. tit.* Huic rei ab inteſtato locus prorſus non eſt: attamen inofficioſae donationis querela non negabitur. Ita Bachovius *ad Treutler. part.* II. *Diſp. 19. th. 9. litt.* B. IDEM.

4. *Convaleſcat*] Locus manifeſte corruptus. Quidam leg. *conferat*. RITTERSHUS. Edd. a Cujacio profectae, Lugd. Genev. ut & Pariſ. habent *conferat*, quod retinui. *Convaleſcat*, quod poſt Sich. exhibuit Rittershuſius, locum hic habere non poteſt. SCHULTING.

5. *Quoties de modo quartae retinendae quaeritur, &c.*] Si heres legatarium plus petere dicat, quaſi ipſo jure per legem Falcidiam imminuto, & reciſo legato, a judice omnibus diligenter aeſtimatis, dividenda eſt pro quadrante, & dodrante hereditas inter heredem & legatarios: aut petitori cavenți, quod amplius quam per legem Falcidiam lucraret, cepiſſet redditum iri, ſolidum, & integrum legatum exſolvendum eſt, *l. 1. §. cum dicitur, D. ſi cui plus, quam per legem Falcidiam. l. 2. C. de uſur. leg.* CUJAC.

6. *Periculum plus petendi*] Per pluris petitionem legatarius actione ex teſtamento, quae ſtricti juris eſt, experiendo facile cauſa cadebat, *§ 33. Inſt. de actionib.* ut & ſi legatam ſibi rem vellet vindicare: quo caſu permiſſum eſt, ad evitandum hoc periculum incertam partem petere, *l. 76. §. 1. D. de rei vindication.* Hic vero nondum plus petitur, nec etiam heres contendit legatarium plus petere: ſed ad hoc declinandum id agitur, ut judicis officio res aliter terminetur. SCHULTING.

7. *Quarta facienda eſt*] Pro *quarta definienda eſt*. An genuina haec ſit Pauli locutio, dubito. Non certe multum hinc abludit, quod ſcribit Anianus in *interpret. lib. IV. tit. 3. §. 3. facta hereditarii debiti ratione.* IDEM.

8. *Ea, quae mater viva filio donavit, in quartam non imputantur*] In quartam Falcidianam non imputantur ea, quae heredi inter vivos donata ſunt, niſi ideo donata ſint, ut integra heres legata praeſtaret, *l. cum quo, 56. §. ult. D. ad leg. Falci.* Prope enim eſt, ut ex cauſa hereditaria obvenisſe videantur ea, quae providentia, & contemplatione heredis futuri donata ſunt. Illud etiam conſtat donationes inter vivos non imputari in eam quartam, quae inofficioſi teſtamenti querelam excludit: niſi & ea mente donetur, ut in eam imputetur, *l. ſi quando, 35. §. & generaliter, C. de inofficioſ. teſtam.* Haec vero quarta an etiam ſit ex lege Falcidia, ut quidam opinantur, mihi nondum ſatis liquet, an vero ex lege Glicia: nec magis, an ex conſtitutione D. Marci, cujus meminimus *lib. III. Obſerv.* Nam ſicut D. Pius prolato S. C. Tertylliano, quo mater ab inteſtato liberis ſuccedit, & matri ex teſtamento τὸ νόμιμον μέρος dedit, auctore Zonara: ita facto Orfitiano S. C. auctore D. Marco, quo matri liberi ab inteſtato ſuccedunt, ex teſtamento matris tantundem liberis D. Marcum dediſſe, atque ita quadrantem antiquiori quodam jure, liberis ex teſtamento parentum virilis ſexus, & viciſſim his ex illorum teſtamento datum, eos quoque matribus ex teſtamento liberorum, & his viciſſim ex illarum teſtamento dediſſe verius eſt. Sed & ante D. Marcum receptum id fuiſſe indicat Plin. in *lib. V. epiſt. 1.* CUJAC.

9. *Quartam*] Legitimam: quae unde originem habeat, non ſatis certo compertum habuit Cujacius *ad h. l. & Obſervation. lib. II. cap. 21. lib. III. cap. 8. libr. XIV. cap. 14.* laudandus in eo potius, quod rem ſibi non ſatis perſpectam affirmare noluerit, quam carpendus, quod aliquando non ſatis conſtanter loquatur; ut inique ſatis illi imputat Merillius *Variant. Cujac. Interpretation. cap. 4.* melius meriturus de Jurisprudentia, ſi ipſe aliquid certi adtuliſſet. Mihi ex lege Falcidia ortum haec res videtur ducere. Inſtitutis ſane heredibus ex aſſe illis, quibus inofficioſi querela competere poſſet, Falcidiam dari docet Paulus noſter *lib. IV. tit. 5. §. 3.* & Ulpianus *l. 8. §. 9. & 14. in fin. D. de inofficioſ. teſtament.* quartam vocat Plinius

INTERPRETATIO. *Ea, quae mater superstes filio* [10] *per legitimam scripturam donavit, in Falcidiam ei post mortem matris a germanis ejus non possint imputari: sed in partem sibi debitam salva donatione succedit.*

* "Aeris alieni loco deducuntur non solum pretia eorum, quibus libertas data est, & eorum, qui supplicio sunt affecti: sed & ejus, quem Praetor [12] propter indicium proditae mortis, vel detectae [13] eorum conjurationis, libertate donavit. LEX EST XXXIX. D. HOC TITVL.

4. [14] Ex mora praestandorum fideicommissorum, vel legatorum fructus, & usurae peti possunt. Mora autem fieri videtur, cum [15] postulanti non datur.

lib. V. epistol. 1. Atque etiam eamdem quartam, quae querelam excludit, non tantum Interpres *h. l. & ad lib. IV. tit. 4. §. 6.* sed & Imperator vocat simpliciter Falcidiam *l. 31. C. inofficios. testament.* Videtur autem Jurisconsultorum auctoritate inductum esse, ut quarta portionis ab intestato liberis relicta, etiam per mortis causa donationem, parentes secure testarentur, ut indicat Vlpianus *l. 2. §. 6. D. dict. tit.* non id confirmans aliqua lege, sed sese scribens putare. Ita, nempe, iis, quibus querela competere poterat, videbatur esse satisfactum pro eo, quod naturaliter iis debebatur: ac ideo facile admissum hoc esse verisimile est, ut excluderetur querela, quae in fraudem legis duodecim tabularum, qua libera patribusfamilias testandi erat facultas, inducta erat: quaque adeo non, nisi sub colore & praetextu dementiae, antiquitus potera: moveri. Nec aliud sentit V.C. Janus a Costa *ad pr. Inst. de inofficios. testament. & ad c. Raynutius, X. de testament.* Quo pacto vero quoque matres, & liberi ad querelam invicem admissi sint, ac legitima iis fuerit debita, etiam ante quam ab intestato ad hereditatem vocati fuerunt, quod tangit Cujacius, declarare conabimur ad Vlpianum *tit. 26.* SCHVLT.

10. *Per legitimam scripturam*] Nihil tale in verbis Pauli reperitur: sed ex jure recentiori, *l. 1. l. 2. Cod. Theodos. de donationib.* hoc addidit Interpres. Quin & insinuationem jus novum requirebat, etsi inter parentes & liberos donatio fieret, *l. 5. Cod. Theod. dict. tit.* IDEM.

11. *Aeris alieni loco &c.*] Addidi ex *l. 39. D. h. t.* potest tamen etiam ad *tit. 5. De S. C. Silani.* referri. RITTERSHVS. Nihil causae est, cur non sub hoc ipso titulo, sub quo in Pandectis collocata sunt, hic quoque haec legantur. SCHVLTING.

12. *Propter indicium proditae mortis &c.*] Basilica haec ita exhibent, διὰ τὸ κατεμηνύεσθαι τὴν τοῦ δεσπότου ἀνάιρεσιν, ἢ κατ' αὐτοῦ συνωμοσίαν. *Propter indicium necis domini, vel adversus ipsum conjurationis,* optimo sensu: sed verbum verbo non reddiderunt. Si abesset verbum *eorum*, vel *reorum*, (quod exstat in editionibus antiquis Pandectarum) sensus non pejus sibi constaret: sed & referri potest ad eos, qui supplicio affecti sunt. IDEM.

13. *Eorum*] Al. *reorum*. RITTERSHVS.

14. *Ex mora praestandorum fideicommissorum, &c.*] Legatorum, & fideicommissorum usurae, & fructus ex mora debentur. Mora autem fieri intelligitur in personam per litis contestationem, *l. 1. C. de usur. leg.* Itemque per interpellationem, ut hoc loco Paulus docet, & relicti legati petitionem. CVJAC. Occasione Falcidiae, ejusve praetextu saepe legatis ac fideicommissis mora fit, *l. 3. C. de usur. & fruct. legator. seu fideicommissor.* ut & hac occasione commode haec docuerit Paulus. Moram vero non excludunt Impp. quae interpellatione contrahitur, dum litis contestatae meminerunt *l. 1. l. 3. ult. C. dict. tit.* sed tempus mortis, *d. l. ult.* Ac post moram interpellatione contractam idem observari clare docet Paulus *h. l. & l. 87. §. 1. D. de legat. lib.* II. & Vlpianus *l. 17. §. 3. D. de usur. l. 92. fin. D. de conditionib. & demonstrationib. l. 5. D. de operib. public. l. 1. §. 13. D. ut legator. vel fideicommissor. servandor. caus. caveat.* idque & in fructibus obtinet, *d. l. 1. §. 13. l. 3. pr. D. de usur.* Vt ita actio ex testamento, quae alioquin stricti juris est, *l. 6. D. de in dict. jurand.* hac in parte actiones bonae fidei, in quibus ex mora debentur usurae, *l. 32. §. 2. D. de usur.* ac fructus, imitetur, *l. 34. D. eod. tit.* idque ita placuit, *l. 24. D. de us. & usufruct. legat.* ut ultimis voluntatibus tanto celerius satisfieret. Quod vero Cajus *Inst. lib.* II. *tit. 7. fin.* vel ex illo Anianus scribit in legato damnationis poenam dupli ab herede deberi, id quemadmodum accipiendum sit, ad illum locum expositum est. SCHVLTING.

15. *Postulanti*] Opportuno loco, *l. 32. pr. D. de usur.* adde, & tempore, quando non est justa dilationis causa, *l. 21. l. 24. D. eod. tit.* IDEM.

TIT. V.

TITVLVS.

Vt in possessionem legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa esse liceat.

1. Si nullae sint res hereditariae, in quas legatarii, vel fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non possunt: 4 sed per Praetorem denegatas heredi actiones ipsi persequantur. LEX EST X. D. HOC TITVLO.

1. *Vt possessionem &c.*] Exemplo editionis Aurelianensis hunc titulum hic posui. Rittershusius hanc sententiam posuerat ad finem tituli *de Legatis.* SCHVLTING.

2. *Si nullae sint res*] Corporales, videlicet, in quas solas olim missio fiebat, hodie & in incorporales & actiones, *l. 1. C. de Prator. pignor. & ut in actionib. debitor. miss. prator. pignor. proced.* IDEM.

3. *Mittantur*] Ob non praestitam legatorum, aut fideicommissorum servandorum causa cautionem. Quo vero pacto coërceatur heres non praestans fideicommissum, exponit Paulus *lib.* IV. *tit. 1. §. 17.* Hac autem missione constituitur pignus Praetorium, *l. 12. D. pro emptor. l. 2. pr. D. pro hered. l. 26. D. de pignerat. actio. l. 3. §. 1. D. de reb. eor. &c.* IDEM.

4. *Sed per Praetorem denegatas heredi actiones ipsi persequantur*] Hic docemur, quo pacto & olim legatariis & fideicommissariis, si res nullae essent corporales, consuluerit Praetor: quod & in aliis speciebus, cum ab ipso in bonorum possessionem aliqui essent missi, fieri potuit. Hodie in actiones etiam missionem fieri, jam monitum est. IDEM.

JVLII

Digitized by Google

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM

LIBER QVARTVS.

Cum Interpretationibus Aniani, V. S.

TITVLVS I.

De Fideicommiſſis.

1.[1] Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, fideicommiſſum relinqui non poteſt: quia non ex lucrativa cauſa teſtamento aliquid capit, ſed proprium recipere videtur.

INTERPRETATIO. [2]*Vxori, cui maritus teſtamento ſuo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommiſſum, ſi hoc teſtator jubeat, dare non cogetur: quia non de mariti bonis aliquid conſequitur, ſed quod dederat, recepiſſe videtur.*

2. [3]A poſtumo [4]herede inſtituto fideicommiſſum dari poteſt.

3. [5]Ab Imperatore herede inſtituto legatum, & fideicommiſſum [6]peti poteſt.

4.[7]A

1. *Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, &c.*] Ab uxore, cui dos relegatur, fideicommiſſum relinqui non poteſt: quia reddi dos potius, quam legato adquiri videtur, *l. cum pater, 77. §. fideic. D. de legat. lib.* II. Eademque ratione lex Falcidia hoc legatum non minuit, *l. ſed uſusfructus, 81. §. dos, D. ad leg. Falc.* At ex commodo repræſentationis Falcidiam detrahi, & fideicommiſſum ab ea relinqui poſſe, nemo eſt, qui ambigat. CVJAC.

2. *Vxori*] Leg. *Vxor.* RITTERSHVS.

3. *A poſtumo herede inſtituto fideicommiſſum dari poteſt*] A poſtumo herede legitimo, licet alienus ſit poſtumus, fideicommiſſum relinqui poteſt, *l. pen. D. de legat. lib.* I. *l.* I. *§. pen. de legat. libr.* III. A poſtumo quoque herede inſtituto fideicommiſſum relinqui poſſe Paulus ait: quod ego etiam in poſtumo alieno locum obtinuiſſe arbitror: quia etſi non heres, bonorum tamen poſſeſſor exiſtere poteſt. CVJAC.

4. *Herede inſtituto*] Cui, etiamſi alienus eſſet, jam olim Prætorem dediſſe bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas docet *l. 6. pr. D. de inofficioſ. teſtament. l.* I. *§. 12. D. de ventr. in poſſeſſion. mittend. l. 3. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* SCHVLTING.

5. *Ab Imperatore herede inſtituto legatum, &c.*] A poſtumo alieno herede inſtituto legatum dari non poteſt, quia heres fieri non poteſt, ut ſupra diximus: Ab Imperatore herede inſtituto, & legatum, & fideicommiſſum relinqui poteſt: quia additione heres fieri poteſt, & jus habet commune cum ceteris, *l. cum heredes, 7. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Quæ lex aliqua ex parte tollitur in *l. 2. C. Theo. de teſta.* ſed Juſtinianus *l. cum heredes* magis probavit. CVJAC.

6. *Peti*] Sic habent edd. vett. abſque mentione variationis in libris antiquis: pro quo Cujacius in edd. cum ſuis interpp. repoſuit *dari*: ac ſic ed. Ritterſh. nulla tamen addita mutationis ratione. Placet & mihi

Digitized by Google

4. [7] A ſurdo, vel muto, ſive legatum acceperit, ſive heres inſtitutus ſit, vel ab inteſtato ſucceſſerit, fideicommiſſum relinquitur.

INTERPRETATIO. *Si a quocunque per teſtamentum ſurdus, aut mutus heres fuerit inſtitutus, aut ab inteſtato fortaſſe ſucceſſerit; ſi quid aut per teſtamentum,* [8] *aut per legitimum numerum fideicommiſſi nomine ut dare debeat, fuerit* [9] *delegatus, id dare* [10] *omnimodis compellitur.*

* [11] A patre, vel domino relictum fideicommiſſum, ſi hereditas ei non quaeratur, ab emancipato filio, vel ſervo manumiſſo [12] utilibus actionibus poſtulatur: penes eos enim quaeſitae hereditatis emolumentum remanet. LEX EST IV. D. DE LEGAT. ET FIDEICOMMISS. LIB. III.

5. [13] Qui fideicommiſſum relinquit, [14] etiam cum eo, cui relinquit, loqui poteſt: velut, PETO, CAI SEI, CONTENTVS SIS ILLA RE: aut, VOLO TIBI ILLVD PRAESTARI.

INTERPRETATIO. *Qui fideicommiſſum cuicunque dimittit, poteſt his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui:* VOLO TIBI DE REBVS MEIS ILLVD ESSE DONATVM: aut, SPERO A TE, VT ILLA RE DIGNERIS ESSE CONTENTVS. *Quod tamen debet aut teſtamenti ſerie, aut teſtium profeſſione conſtare.*

6. [15] Fideicommittere his verbis poſſumus, ROGO, PETO, VOLO, MANDO,

rè dari, ut in §. *prec.* ſed & teſtator a Principe id poteſt dare, & fideicommiſſarius ab illo petere. SCHVLTING.

7. *A ſurdo, vel muto, ſive legatum acceperit, &c.*] Ignorantes adſtringi poſſunt fideicommiſſo, & ideo a ſurdo etiam, vel muto herede, aut legatario fideicommiſſum relinqui poteſt, *l. cum pater, 77. §. ſurdo, D. de legat. lib.* II. CVJAC.

8. *Aut per legitimum numerum*] Teſtium, ſcilicet, & eorum profeſſionem, ut ſcribit *in interpretatione. §. ſeq.* Hoc vero de ſuo addidit Interpres. Numerus autem hic jure novo eſt quinque, *§. ult. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib. l. ult. fin. C. de codicill.* SCHVLTING.

9. *Delegatus*] Pro *rogatus.*

10. *Omnimodis*] De hoc verbo *ad hujus lib. tit.* 13. §. 1. aliqua notavit Rittershuſius. Sic *l. 7. Cod. Theod. de honorar. codicill.* dicitur, *omnimodis non uſurpandum.* & in veteri Conſultatione *princ. quia legum beneficiis omnimodis impugnatur.* Vincentius Lirinenſis *Commonitor. 11. ſed omnimodis præcaverent, ne &c.* Idem occurrit in legibus Wiſigothorum *lib.* III. *tit.* III. *l. 2. lib.* V. *tit. 7. l.* 12. & ſæpe apud alios poſterioris ævi Scriptores. SCHVLTING.

11. *A patre, vel domino &c.*] Hanc ſententiam Aurelianenſis editio exhibet poſt §. ſeq. Rittershuſius poſt §. 18. De hoc vero fideicommiſſo, quo pater, vel dominus oneratur, habet quædam Vlpianus *tit. 25. §. 10.* ubi aliquid (Deo favente) notabimus. IDEM.

12. *Vtilibus*] Non directis; quia filius, aut ſervus ipſi non ſunt onerati, ſed pater, vel dominus: qui tamen ipſi teneri nequeunt, quoniam nihil a defuncto accipiunt. Adeoque ex bono & æquo fideicommiſſariis hac ratione ſuccurritur adverſus illos, ad quos re ipſa bona pervenerunt. Idem docet Licinius Rufinus, *l. 62. D. de legat. lib.* II. ubi pro, *rogatus eſt*, legendum eſt, *rogatus non eſt*: uti & Accurſius legit, & habent editiones aliquæ vetuſtæ. IDEM.

13. *Qui fideicommiſſum relinquit, etiam cum eo, &c.*] Etiam ſi cum fideicommiſſario, non cum herede, aut legatario defunctus loquatur, fideicommiſſum debetur, *l. peto, 69. D. de legat. lib.* II. *l. fideicommiſſa, 11. §. ſi quis ita, D. de legat. lib.* III. Qua de re ſcripſimus *Obſer. lib.* II. *cap. 3.* CVJAC.

14. *Etiam cum eo, cui relinquit, loqui poteſt*] In fideicommiſſis enim magis voluntatem ſpectamus, quam verba, *l. 16. §. 1. C. h. t.* ut proinde non tam quærendum ſit, cum quo quis loquatur, quam in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. 77. §. 26. D. de legat. lib.* II. SCHVLTING.

15. *Fideicommittere his verbis poſſumus &c.*] Verba precaria hæc ſunt, PETO, ROGO, VOLO, MANDO, *§. ultim. de ſing. reb. per fid. rel. l. 2. C. com. de legat.* Item DEPRECOR, CVPIO, INJVNGO, DESIDERO, *l. etiam hoc modo, 115. l. & eo modo, 118. D. de legat. libr.* I. Addidit Paulus, IMPETRO, lego, IMPERO, cum Alciato. Ei tamen non aſſentior, dum minus eſſe precarium, *jubeo*, putat, quam *impero.*

DO, DEPRECOR, CVPIO, INJVNGO. DESIDERO quoque, & [16] IMPERO verba utile faciunt fideicommiſſum. [17] RELINQVO vero & COMMENDO, nullam fideicommiſſi pariunt actionem.

INTERPRETATIO. *Si quando fideicommiſſum relinquitur, precativis verbis relinqui poteſt, ut roget quis, injungat, petat,* [18] *ſperet, ut id, quod fidei ſuae commiſſum eſt, ad eum, quem teſtator voluit, ſicut injunxit, ita faciat pervenire. Nam ſi dicat quis,* DIMITTO HOC ILLI, *vel* [19] COMMENDO, *quia verba directa ſunt, fideicommiſſi locum habere non poſſunt.*

7. [20] Tam noſtras res, quam alienas per fideicommiſſum relinquere poſſumus: ſed noſtrae ſtatim; alienae autem aeſtimatae, aut redemptae praeſtantur.

INTERPRETATIO. *Per fideicommiſſum unuſquiſque poteſt tam proprias res, quam alienas dimittere. Sed ſi ſuas dimiſerit, ipſae, quae relictae ſunt, dantur: ſi vero alienas, aut aeſtimationem dimiſſae rei dare, aut ipſas redimere, & dare heres,* [21] *cui fideicommiſſum eſt, jure compellitur.*

8. [22] Si alienam rem tanquam ſuam teſtator per fideicommiſſum reliquerit,

impero. Nam & *jubeo*, precarium eſt, *l. Aurelius, 22. §. ultim. D. de lib. leg.* & utrumque ſignificat *volo*, ſive *cupio*. Haec verba & inflexa dicuntur, παρακλητικὰ, & fideicommiſſaria, nuſquam obliqua. *Commendo*, non eſt verbum precarium, ut ſi dixerit, *Illum tibi commendo, l. ex verbo, 12. C. de fideicommiſſ. libert. l. fideicommiſſa, 11. §. ſi ita quis, D. de legat. lib.* III. niſi, ut Thalelaeus notat, forſitan probetur fideicommittere eo verbo teſtatorem voluiſſe. Nam ex novißimis conſtitutionibus, omne verbum ad fideicommittendum utile atque validum eſt. At *relinquo* videtur eſſe precarium, *l. Lucius, 78. §. filiam, D. ad S. C. Trebell.* ſed Paulus negat. CVJAC.

16. IMPERO] Sith. *Impetro.* non recte. Et mox ante, *verba*, addit, *haec*. RITTERSHVS.

17. RELINQVO] Aliud docet Scævola, *l. 78. §. 8. D. ad S. C. Trebellian.* quod notavit Cujacius. Ceterum in loco illo erat additum, *quo legato ſcio illum contentum fore:* adeoque haec non pugnare exiſtimat Sc. Gentilis *de aliment. cap. 6.* Sane *relinquo* videtur potius directum eſſe verbum, ut notat Interpres, qui utitur verbo *dimitto*, quod paſſim uſurpat pro *relinquo*. de quo multa congeſſit Alexander *ad Cajum lib.* II. *tit. 7. §. 8.* & tamen nuſquam inter verba olim in legatis uſitata refertur: ac Paulus hic id quoque inter precaria non admittit. Sed hodie poſt *l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* erit idoneum. SCHVLTING.

18. *Speret*] Non eſt hoc apud Paulum. Dixi ad Cajum *Inſtit. lib.* II. *tit. 7. §. 7.* IDEM.

19. COMMENDO] Hoc potius nec directum, nec precarium erit. IDEM.

20. *Tam noſtras res, quam alienas &c.*] Quae per damnationem legari poſſunt, & per fideicommiſſum relinqui poſſint, auctore Viviano in *rubr. de fideicomm.* Res igitur alienae per fideicommiſſum relinqui poſſunt, nam & legari per damnationem: quod Agroetius Grammaticus ſignificat, dum ex quopiam auctore bono, hoc verbo, *damnas*, relicta omnimodo ſolvi oportere ait, etiam ſi res aliena legata ſit. Per vindicationem res aliena ſi legata ſit, legatum jure civili non valet, ut probat *l. Stichus ſervus, 39. D. de manum. teſt.* Ut enim libertas ſervo alieno non recte legatur, ſic lex ait rem alienam non recte legari, vindicationis ſcilicet modo. Atque adeo nec illo modo rem ſuam teſtatorem recte legare, aut ſervum ſuum recte teſtamento manumittere, in eum caſum, quo res, aut ſervus heredis eſſe deſierit. At ex S. C. Neroniano, & ex conſtitutione Juſtiniani, & per vindicationem legata res aliena perinde debetur, ac ſi damnationis modo relicta eſſet. Praeſtatur autem res vel ipſa, vel aeſtimatio ejus. CVJAC.

20. * *Tam noſtras res, quam alienas*] Pro, *tam alienas, quam noſtras.* Sic *pr. Inſt. de heredib. inſtituend. l. 1. D. de verbor. ſignification.* & Paulus noſter *lib.* II. *tit. 19. pr.* ubi aliquid notavimus. SCHVLTING.

21. *Cui fideicommiſſum*] Dicere debuerat, *cujus fidei commiſſum.* Sed ſic iterum *in interpretation. §. ſeq. & tit. 13. §. 2.* Interpretis Latinitas paſſim laborat: adeoque hoc non auſim corrigere, quod Rittershuſius facit *ad interpr. §. ſeq.* IDEM.

22. *Si alienam rem tanquam ſuam teſtator &c.*] Si quis rem alienam ignorans per fideicommiſſum reliquerit, vel per damnationem legaverit, inutile fideicommiſſum, vel legatum eſt, niſi & ſi ſciſſet rem alienam eſſe, legaturum eum fuiſſe appareat, *l. cum alienam,*

rit, non relicturus, ſi alienam ſciſſet, ut ſolet legatum, ita inutile erit fideicommiſſum.

INTERPRETATIO. *Si quis per fideicommiſſum rem alienam ideo reliquerit, quia ſuam eſſe credebat, non utique dimiſſurus, ſi ſciſſet alienam, ſicut & in legatis* [21] *damnationis conſtitutum eſt, non poteſt propter hoc heres,* [24] *cui fideicommiſſum eſt,* [25] *retineri.*

9. [26] Teſtator ſupervivens, ſi eam rem, quam reliquerat, [27] vendiderit, extinguitur fideicommiſſum.

10. [28] Codicillis, qui teſtamento confirmati non ſunt, adſcriptum fideicommiſſum [29] jure debetur.

INTERPRETATIO. *Per codicillos fideicommiſſum relictum, jure debetur, etiamſi codicilli teſtamento non fuerint confirmati.*

11. [30] Filio quibuſcunque verbis a patre fideicommiſſum relictum, jure debetur: ſufficit enim inter conjunctas perſonas quibuſcunque verbis, [31] ut in

alienam, 10. C. de legat. l. prædia, 6. Cod. de fideicommiſſ. CVJAC.

23. *Damnationis*] De ſuo addidit Interpres, ſed recte: hoc enim modo jure civili tantum poterant res alienæ legari, teſte Vlpiano *tit. 24. §. 8.* Si tamen per vindicationem hoc eſſet factum, ex S. C. Neroniano erat pro relicto per damnationem, eodem auctore *d. tit. §. 11.* SCHVLTING.

24. *Cui*] Fort. *cujus.* RITTERSHVS.

25. *Retineri*] Hoc eſt, *convenire.* Sic *lib. 11. tit. 2. §. 1.* & ſæpe alibi.

26. *Teſtator ſupervivens, ſi eam rem, &c.*] Licet rei alienæ fideicommiſſum valeat, ſi tamen quis rem ſuam, quam per fideicommiſſum reliquit, alienaverit, placet fideicommiſſum extingui: quia fideicommiſſum videtur ademiſſe, niſi alia mente teſtatorem alienaſſe probetur, *§. ſi rem ſuam, 12. de legat. l. cum ſervus, 15. D. de adim. leg.* CVJAC.

27. *Vendiderit*] Si donaverit alii, certo certius fideicommiſſum adimitur, *l. 18. l. 24. §. 1. D. de adimend. vel transferend. legat.* Circa venditiones vero non idem ſemper eſt: ſed ſi alia mente factæ ſunt, veluti ob neceſſitatem rei familiaris, non præſumetur ademptio, *d. l 18. l. 34. §. 1. D. de aur. & argent. legat. l. 11. §. 12. D. de legat. lib. III.* de quo plura habent Interpretes *ad §. 12. Inſt. de legat.* SCHVLTING.

28. *Codicillis, qui teſtamento confirmati non ſunt, &c.*] In codicillis teſtamento confirmatis licet nemo heres inſtitui poſſit, legata tamen relinqui poſſunt, & tutelæ, & libertates directæ: quoniam hi codicilli pro parte teſtamenti ſunt. In codicillis teſtamento non confirmatis nihil recto jure relinqui poteſt, fideicommiſſum tamen dari poteſt. CVJAC.

29. *Jure debetur*] Adde Vlpianum *tit. 25. §. 4. & §. 20. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.*

30. *Filio quibuſcunque verbis a patre fideicommiſſum, &c.*] Non ſic eſt accipienda hæc ſententia, ut a patre herede inſtituto filiofamilias relictum fideicommiſſum debeatur, etiam ſi ita teſtator dixerit, *Pridie quam moritur heres, filio ejus dari volo.* Hoc enim fit non ratione conjunctionis perſonarum, ſed quia paria hæc ſunt, *Poſt mortem heredis, & Pridie quam moritur heres:* propterea quod non niſi poſt mortem ſciri poteſt, quando fuerit pridie, *§. poſt mortem, 34. de legat.* Sed & hanc orationem, *Cum moritur heres,* in fideicommiſſis hac in ſpecie non eſſe ab illis diverſam conſtat, *l. 1. §. ſi emancipato, D. de collat. bonorum. l fideicommiſſa, 11. §. ſi filio, D. de legat. lib. III.* Igitur ſic potius hanc ſententiam accipiamus, ut, licet, fideicommiſſum relictum poſt mortem fideicommiſſarii, aut pridie, quam moriatur fideicommiſſarius, non valeat, (qua in re a fideicommiſſo legatum nihil diſtat, multoque diſſimilis eſt cauſa relicti poſt mortem heredis, cum poſſit hoc genere fideicommitti, non etiam legari) tamen ratione conjunctionis perſonarum, utpote filio patre dante fideicommiſſum, etiam poſt mortem filii, aut pridie, quam morietur filius, filio recte fideicommiſſum relictum videatur. Sufficit, inquit, inter conjunctas perſonas quibuſcunque verbis, ut in donatione, expreſſa voluntas. Nec enim in donationibus inter conjunctas perſonas verborum ſubtilitas obſervatur: nec exigitur mancipatio, aut traditio ex Conſtitut. D. Pii, *l. 4. Cod. Theod. de donat.* licet actorum inſinuatio omnimodo exigatur, *l. data, 27. C. de donat.* Ad quam legem ſi quæratur dubitationis ratio, nec a Latinis, ut reor, nec a Græcis interpretibus intellecta, ex hoc loco ſumenda erit. CVJAC.

31. *Vt in donatione*] De qua *lib. V. tit. ii. §. 4.*

in donatione, voluntas expressa. Et ideo etiam [32]pridie, quam moriatur, recte relictum videtur.

12. [33]In tempus emancipationis, vel cum sui juris erit, fideicommissum relictum, [34]quocunque modo patria potestate liberato debetur.

INTERPRETATIO. *Si ita fideicommissum filiofamilias relinquatur, ut cum emancipatus a patre fuerit, vel cum sui juris factus fuerit, fideicommissum relictum, quocunque modo patria potestate fuerit liberatus,* [35] *id, quod ei relictum est, jure debetur.*

13. [36]Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis, hereditas ad eum pervenit, qui supervixit: nec [37]ex eo [38]pacisci contra voluntatem testatoris possunt.

INTERPRETATIO. *Si aliquis ita hereditatem duobus reliquerit, & eos rogaverit, ut* [39] *unus ex his sine filiis mortuo, ei, qui superfuerit, omnis hereditas adquiratur, uno ex ipsis sine filiis mortuo, ad superstitem integra hereditas pertinebit. Et si aliquid hi ipsi, dum vivunt, pacisci de ea hereditate voluerint, id, quod depacti fuerint, non valebit.*

14. [40]Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare [41]non possunt. INTER-

32. *Pridie quam moriatur*] Filius, scilicet, fideicommissarius, ut recte exposuit Cujacius: quod contra ordinarias regulas erat: poterat enim quidem relinqui olim fideicommissum post mortem onerati heredis, auctore Ulpiano *tit. 24. §. 2.* vel legatarii, *l. 5. §. 1. D. de legat. lib.* III. quoniam in illo non rigorem spectabant juris, qui obtinebat in legatis, *§ 35 Inst. de legat.* sed voluntatem defunctorum, *§. 3. Inst. dict. tit.* ac persona fideicommissarii hic est certa, quod & olim requirebatur, *§. 25. Inst. dict. tit.* Vt vero etiam inciperet ab herede fideicommissarii, qui testatori plane ignotus erat & incertus, non fuit admissum. Hodie indistincte talia valebunt post *§. 27. Inst. de legat. & l. un. C. ut action. ab heredib. & contr. hered. incip.* SCHVLTING.

33. *In tempus emancipationis, vel cum sui juris erit, &c.*] Fideicommissum ita relictum, *Cum sui juris eris,* morte, vel emancipatione, vel alio quocunque modo patria potestate liberato debetur. Idemque juris erit uno tantum casu expresso, *l. fideic. 11. §. si cui, D. de legat. lib.* III. *l. si ita esset, 15. D. quan. dies leg. ced. l. 3. C. de instit. & substit.* CVJAC.

34. *Quocunque modo patria potestate liberato debetur*] Is, qui relinquit fideicommissum tali modo, non curat, qua ratione sui juris fiat fideicommissarius, sed id tantum, ut ipsi fideicommissario, non patri, adquiratur fideicommissum. nec mutat, quod unum alterumve modum, quo sui quis juris fiat, expresserit. SCHVLTING.

35. *Id, quod relictum est*] Haec abundant: sed Interpretis stylus passim inaccuratus est. IDEM.

36. *Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, &c.*] Si duo sibi invicem precario substituti sint, sub hac conditione, Si sine liberis decesserint, pacto effici non potest, uno decedente sine liberis, quominus ad superstitem hereditas pertineat. Sed hoc constitutiones non admittunt, *l. cum proponas, 16. C. de pact. l. de fideicommisso, 12. C. de transact.* Nam & alienatione prohibita extra familiam, omnibus vendentibus, itemque pacto fideicommissum remittitur, *Novel.* CLIX. ex qua est explicanda *l. quotiens ab omnibus, 11. C. de fideicomm. & l. cum pater, 77. §. libertis, D. de legat. lib.* II. CVJAC.

37. *Ex eo*] Pro *de eo*, quo modo forte scripsit Paulus. Interpres, *de ea hereditate.* SCHVLTING.

38. *Pacisci*] Aliud constitutionibus cautum esse, notavit Cujacius: qua de re aliquid a nobis dictum est in Dissertatione *de transaction. sup. controvers. qua ex ultim. voluntatib. proficiscunt. etiam non inspect. vel cognit. illar. verb. rect. incund. §. 5.* SCHVLTING.

39. *Unus*] Leg. *uno.* RITTERSHVS.

40. *Heres ante aditam hereditatem, &c.*] Adiri prius hereditatem ab herede, vel a legatario legatum agnosci oportet, deinde fideicommissum praestari ab eo herede, vel legatario relictum. CVJAC.

41. *Non possunt*] Quia heres adeundo, & legatarius legatum accipiendo, id demum adquirunt, quod restituendum erit: nec etiam ante sese ad fideicommissum praestandum obstringunt. Si tamen heres hereditatem suscipere nolit, cogi ad hoc, ut & ad restitutionem poterit ab universali fideicommissario, uti Paulus docebit *tit. 4. §. 2.* ac si legatarius adquirere legatum nolet, actionibus fideicommissario id petenti poterit cedere, *l. 70. pr. D. de legat. lib.* II. *l. 2. D. de legat. lib.* III. SCHVLTING.

42. *Rem*

Digitized by Goog

INTERPRETATIO. *Neque heres, antequam relictam ſibi hereditatem adeat, neque legatarius, antequam legatum, quod ei dimiſſum eſt, accipiat, aliquid per fideicommiſſum de eo, quod eis relictum eſt, ad alias poſſunt transferre perſonas.*

15. [42] Rem fideicommiſſam ſi heres vendiderit, eamque ſciens comparaverit, [43] nihilominus in poſſeſſionem ejus fideicommiſſarius mitti jure deſiderat.

INTERPRETATIO. *Si rem, quae fideicommiſſo alicui relicta eſt, cuicunque heres vendiderit, & eam ſciens relictam alii aliquis comparaverit, fideicommiſſarius in poſſeſſionem ſibi deputatam mitti jure depoſcit.*

16. [44] Quoties libertis fideicommiſſum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumiſſi ſunt, vel qui in eodem teſtamento libertatem intra numerum legitimum conſecuti ſunt.

INTERPRETATIO. *Si quando libertis fideicommiſſum relictum fuerit, his debetur, qui manumiſſi ſunt, vel eis, qui [45] intra legitimum numerum libertatem fuerint conſecuti. Legitimus autem numerus eſt, qui ſecundum legem [46] Fuſiam Caniniam cuſtoditur.*

17. [47] Cui ab herede fideicommiſſum non praeſtatur, non ſolum in res hereditarias, ſed & in proprias heredis [48] inducitur.

18. [49] Jus omne fideicommiſſi [50] non in vindicatione, ſed in [51] petitione conſiſtit.

INTER-

42. *Rem fideicommiſſam ſi heres vendiderit, &c.*] Si rem fideicommiſſam ſcienti heres vendiderit, fideicommiſſario dabitur in rem miſſio. Sed Juſtinianus in rem miſſionem ſuſtulit. Igitur ſupereſt fideicommiſſario dumtaxat vindicatio: emptori autem malae fidei adverſus heredem ſolius pretii repetitio dabitur, *l. ult. C. Com. de legat.* CVJAC.

43. *Nihilominus*] Quamvis rem emiſſet, & oneroſo titulo adquiſiviſſet: ut adeo miſſio non tantum facta ſit in res hereditarias, & heredis ipſius, §. 17. *hoc tit.* ſed & in res ipſas relictas, quae ad tertium poſſeſſorem perveniſſent, nempe, ob inopiam onerati; quod innuit Novella XXXIX. *princ.* qua ex re inextricabiles exoriebantur difficultates, quarum mentio etiam in *l. 1. & l. ult. §. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* ubi miſſio illa tollitur. Si emptor ignarus fuiſſet oneris, illum miſſionem non eſſe paſſum videtur Paulus innuere. SCHULTING.

44. *Quoties libertis fideicommiſſum relinquitur, &c.*] Fideicommiſſo relicto libertis, non tantum hi, quos vivus teſtator manumiſit, ſed etiam teſtamento codicillisve manumiſſi, juxta modum lege Caninia conſtitutum, ad fideicommiſſum admittuntur. Idem interdum datur & manumiſſis per fideicommiſſum, & libertorum libertis, *l. 2. l. alimenta, 16. §. 1. D. de aliment. legatis.* CVJAC.

45. *Intra legitimum numerum.*] Hic fieri debuit mentio teſtamenti, uti factum eſt ab ipſo Paulo: ad hanc enim ſolam ſpeciem pertinuit lex Fuſia Caninia. SCHULTING.

46. *Fuſiam Caniniam*] Vide inf. *tit. 24.* RITTERSHUS.

47. *Cui ab herede fideicommiſſum non praeſtatur, &c.*] Fideicommiſſarius, cui heres fideicommiſſum pecuniarium non praeſtat, non tantum in hereditariarum, ſed in propriarum heredis rerum poſſeſſionem inducitur. Quod ita procedit, niſi malit ſeparationem bonorum impetrare. Datur enim ſeparatio legatariis, & fideicommiſſariis. *l. pen. D. de ſepar.* At cum ob cautionem non praeſtitam mittitur fideicommiſſarius in poſſeſſionem, ſane non mittitur in res heredis proprias, niſi certis modis ex conſtit. Antonini, *l. is cui, 5. §. Imp. D. ut in poſſ. legat.* CVJAC.

48. *Inducitur*] Haec miſſio in rem a Juſtiniano quidem ſublata eſt, uti modo notavimus: non vero illa, quae decernitur ob non praeſtitam cautionem *l. 1. D. & C. ut in poſſeſſ. legat. &c.* SCHULTING.

49. *Jus omne fideicommiſſi non in vindicatione &c.*] Legata vindicamus, fideicommiſſa petimus, ſive perſequimur, *l mulier, 12. §. non eſt, D. ad S. C. Trebell.* CVJAC.

50. *Non in vindicatione*] Id mutatum ab Imp. Juſtiniano in fideicommiſſis ſingularibus, quae exaequata ſunt legatis, §. 3. *Inſt. de legat. l. ult. §. 1. & 3. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* SCHULTING.

51. *Petitione*] Per hanc intelligit extraordinariam perſecutionem, quae ſola olim de fideicommiſſis dabatur; non actio aut formula ordinaria, auctore Ulpiano *tit. 25. §. 2.* ad quem nonnulla notabuntur. ID.

INTERPRETATIO. *Quoties fideicommiſſum relinquitur, ſicut peti poteſt, ita non poteſt vindicari.*

* [52] Nutu etiam relinquitur fideicommiſſum: "dummodo is nutu relinquat, qui & loqui poteſt; "niſi ſuperveniens morbus ei impedimento ſit.

* Fideicommiſſum relictum, & apud eum, cui relictum eſt, ex cauſa lucrativa inventum, "extingui placuit; niſi defunctus aeſtimationem quoque ejus praeſtari voluit.

* Columnis aedium, vel tignis per fideicommiſſum relictis, ea tantummodo Ampliſſimus ordo praeſtari voluit, "nulla aeſtimationis facta mentione, quae ſine domus injuria auferri poſſunt. LEX EST XXI. D. DE LEGAT. ET FIDEICOMMISS. LIB. III.

52. *Nutu etiam relinquitur &c.*] Addidi hanc ſentent. & 2. ſeqq. ex *l. 22. D. de legat. III.* Sed quomodo hæc, *Qui & loqui poteſt*, conveniunt cum eo, quod ſupra *h. t. ſentent. 4.* dixit de muto? RITTERSHVS. Hæ tres ſententiæ in ed Aurel. leguntur poſt §. 5. præmiſſa illa, quæ exſtat in *l. 4. de legat. lib. III.* quas quatuor hic conjunxit Rittershuſius, quem quod ad has tres ſecutus ſum: an vero olim hic loci, an alibi poſitæ fuerint, & an ita cohæſerint, non definio. SCHVLT.

53. *Dummodo is nutu relinquat, &c.*] Non adverſantur hæc ſententiæ quartæ, quod putat Rittershuſius: cum illic agatur de eo, qui fideicommiſſo oneratur, hic de eo, qui id relinquit. IDEM.

54. *Niſi ſuperveniens morbus ei impedimento ſit*] Hæc a Triboniano, reſpiciente *ad l. 10. C. qui teſtam. fac. poſſ.* verbis Pauli adjecta fuiſſe, jam dudum animadverterunt Viri Clariſſimi, Cujacius *ad Vlpian. tit. 20. §. 7. & ad l. 6. §. 1. D. qui teſtam. fac. poſſ. ac ad hanc ipſam l. in edit. Fabrot. tom. X. p. 822.* Balduinus *Juſtinian. lib. 1. p. 49.* Tempore Pauli mutus, uti teſtamentum facere non potuit, ſine venia Principis, *l. 6. §. 1. l. 7. D. qui teſtament. facer. poſſ.* ita nec fideicommiſſum relinquere, *arg. l. 2. D. de legat. lib. 1. Vlpian. tit. 25. § 4.* IDEM.

55. *Extingui placuit*] Quia duæ cauſæ lucrativæ in eamdem rem, eamdemque perſonam concurrere non poſſunt, §. 6. *Inſt. de legat.* ubi plura de ea regula commentantur Doctores. Hic ſane fideicommiſſarius rem tali ex cauſa nactus eſt, ex quali illam ipſi obtinere voluit defunctus: nec eadem res bis præſtari poteſt, *l. 108. §. 4. D. de legat. lib. 1.* IDEM.

56. *Nulla aeſtimationis facta mentione*] Hæc aliquando præſtatur, manentibus in ſuo loco columnis vel tignis, *l. 41. §. 3. & 4. l. 43. pr. D. de legat. lib. 1.* hic ipſæ res præſtandæ ſunt, ut & quando ædes ſint diruendæ, *l. 11. §. 14. D. de legat. lib. III.* Videri ad hæc poterit Cujacius *Recitationib. ad d. l. 41. D. de legat. lib. 1.* IDEM.

TITVLVS II.

De Senatuſconſulto Trebelliano.

1. [1] Senatuſconſulto Trebelliano proſpectum eſt, ne ſolus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur: & ideo quoties hereditas ex cauſa fideicommiſſi reſtituitur, actiones ejus in fideicommiſſarium [2] transferuntur: quia unicuique damnoſam eſſe fidem ſuam non oportet.

1. *Senatuſconſulto Trebelliano proſpectum eſt, &c.*] Lege Falcidia non interveniente, ex S.C. Trebelliano reſtituitur hereditas, ita ut actiones in fideicommiſſarium dentur. Quod ideo proditum eſt, ne cui periculoſa eſſet fides ſua, *l. 1. D. ad S.C. Trebellianum.* CVJAC.

2. *Transferuntur*] Non ut directæ actiones ab herede abeant, quod juris ratio non patitur: ſed utiles fideicommiſſario, & in eum dentur a Prætore, *§. 4. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib. & ad S.C. Trebellian.* adeoque & heres conventus a creditoribus, ex Senatuſconſulto Trebelliano habet exceptionem, *l. 1. §. 4. D. h. t. l. 2. §. 2. D. quand. de pecul. act. annal. eſt.* Hiſtoria vero & progreſſus juris hujus egregie deſcribitur *§. 1. & §. ſeqq. Inſt. dict. tit.* SCHVLTING.

TITV.

TITVLVS III.

De Senatuſconſulto Pegaſiano.

1. [1]Inter heredem, & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano hereditas reſtituitur, partis, & pro parte ſtipulatio interponitur: ut heredi inſtituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommiſſario [3]competant.

INTERPRETATIO. *Inter heredem, & eum, cui hereditatem per fideicommiſſum juſſus eſt* [4]*reformare, ita interpoſita ſtipulatione obſervandum eſt, ut heres pro quarta, quam ſibi retinet, quartae partis excipiat actiones: & fideicommiſſarius pro tribus tantum partibus, quae ad eum ex hereditate perveniunt, oneretur.*

2. [5]Totam hereditatem reſtituere rogatus, ſi quartam retinere nolit, magis eſt, ut eam [6]ex Trebelliano debeat reſtituere: tunc enim omnes actiones in fideicommiſſarium dantur.

INTER-

1. *De Senatuſconſulto Pegaſiano*] Procul dubio hic quædam præceſſere, quæ hujus Senatuſconſulti originem & ſcopum explicuerint; quæ peti poſſunt ex §. 5. & 6. *Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.* Theophilo *ad dd.* §§. Vlpiano *tit.* 25. §. 14. & 15. SCHVLTING.

2. *Inter heredem & fideicommiſſarium, &c.*] Lege Falcidia interveniente, ex S. C. Pegaſiano reſtituitur hereditas deducta quarta, & actionibus in fideicommiſſarium minime translatis. Communicantur tamen onera inter heredem & fideicommiſſarium, interpoſitis ſtipulationibus partis & pro parte, §. *poſt quod, de fideicomm. hered.* Sed a Juſtiniano Pegaſianum S.C. transfuſum eſt in Trebellianum, ut actio rei uxoriæ, in actionem ex ſtipulatu. CVJAC.

3. *Competant*] Id quidem fiebat, interveniente Prætore, inter heredem, & fideicommiſſarium, ex Senatusconſulto Trebelliano: de quo actum eſt *tit. præced.* ſtipulationes vero hæ nec directo, nec utiliter mutabant jus obligationum hereditariarum: ſed illæ penes heredem plane remanebant: at ex ſtipulatione utro citroque agere poterant heres, & fideicommiſſarius ad lucra & damna communicanda & conferenda: ut res eo perduceretur hac ratione, quo loco ea foret, ſi actiones in utroſque, & utrique pro parte competerent. Interpres minus bene hæc expoſuit, & in ipſis forte Pauli verbis aliquid mutavit, uti & alibi fecit. SCHVLTING.

4. *Reformare*] Verbum hoc Interpreti non infrequens pro *reſtituere, vid. ad lib.* I. *tit.* 4. § 3. huic tamen loco, ubi nihil redditur, ſarcitur, vel reparatur, parum congruum. IDEM.

5. *Totam hereditatem reſtituere rogatus, &c.*] Is, qui totam hereditatem reſtituere rogatus eſt, ſi Falcidiam omittat, fidei explendæ gratia, vel ex S. C. Pegaſiano reſtituere debet, interpoſitis emptæ & venditæ hereditatis ſtipulationibus, §. *ergo ſiquidem, de fid. hered.* vel quod expeditius eſt, ex S. C. Trebell. aut vi prætoris, ex S. C. Pegaſiano, nullis ſtipulationibus interpoſitis, *l. qui totam*, 45. *D. ad S. C. Trebell.* CVJAC.

6. *Ex Trebelliano*] Erat quidem hic locus Pegaſiano Senatuſconſulto, ut conſtat ex Vlpiano *tit.* 25. §. 14. & §. 6. *Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.* non tamen hoc vetabat etiam ex Trebelliano reſtitutionem fieri, ut proinde electio hic eſſet libera heredi fiduciario, ex utro vellet reſtituere. Ac melius ſane erat id facere ex Trebelliano, ex quo actionibus hereditariis liberabatur reſtituens, qui officio pleno fungi volebat; idque etiam palam profiteri. Si enim id ex Pegaſiano fieret, obnoxius manebat fiduciarius actionibus hereditariis: ac neceſſariæ erant ſtipulationes emptæ & venditæ hereditatis, *d.* §. 6. *Inſt. dict. tit.* cogebaturque fiduciarius de eo, quod ipſi abeſſet, indemnitatis conſequendæ gratia cum fideicommiſſario, vel ipſius heredibus poſtea experiri: quod tamen nec ſemper fuit facile, & ſæpe ſine pleno effectu, ſi hi in remoto eſſent loco, numero plures, vel non ſolvendo. adeoque & hoc ipſum, tamquam *ἐυσυμβουλευτὸν* ſuggerit Modeſtinus *l.* 45. *D. ad S. C. Trebellian.* apud quem nihil cauſæ eſt, ut credamus Tribonianum pro *Pegaſiano* repoſuiſſe *Trebelliano*, quod opinatur V. C. Em. Merillius *Obſervation. lib* VII. *cap.* 25. & *cap.* 34. quia, ſcilicet, tunc Trebelliano erat locus, cum quarta ex defuncti voluntate apud heredem remanebat, *l.* 93. *D. ad leg. Falcid. l.* 20. *D. quæ in fraud. creditor.* Fuit illi quidem tunc locus: ſed non ſoli, & præciſe: & *d. l.* 20. Merillio ipſi obſtat, ac Trebelliani quoque meminit in ſpecie, qua fiduciarius quartam detrahere poterat ex Senatuſconſulto, uti colli-

INTERPRETATIO. *Si is, qui totam hereditatem per fideicommiſſum alteri reddere juſſus eſt, quartam ſibi jure conceſſam noluerit retinere, ⁷ neceſſe eſt, ut fideicommiſſario integram hereditatem reſtituat. Quo facto, ſicut omnis hereditas, ita ad eum omnes hereditariae tranſeunt actiones.*

3. ⁸Lex Falcidia,⁹ itemque Senatuſconſultum Pegaſianum deducto omni aere alieno, ¹⁰ Deorumque donis, quartam reſiduae hereditatis ad heredem voluit pertinere.

INTERPRETATIO. *Lex Falcidia, ſimiliter & Pegaſianum Senatuſconſultum, facta hereditarii debiti ratione, & ſeparatis his, quae in honorem Dei Eccleſiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad ſcriptum heredem cenſuit pertinere.*

4. ¹¹Qui ¹² totam hereditatem reſtituit, cum quartam retinere ex Pegaſiano

colligitur ex eo, quod fideliter dicatur facere, totam, nempe, implendo defuncti voluntatem. Si ponas, heredem de ſolo dodrante rogatum fuiſſe, non potuit aliter, quam ex Trebelliano reſtituere: & non totam, de qua non erat rogatus, ſed ſolum dodrantem. Ceterum aliud etiam remedium heredi, qui plenum obſequium defuncto præſtare vult, ſuggerit Modeſtinus *d. l. 45.* ut, videlicet, hereditatem dicat ſuſpectam, & coactus adeat: tunc enim ex Trebelliano reſtituere intelligebatur, & utrumque Senatuſconſultum hoc in caſu concurrebat, §. *6. Inſt. d. tit.* nullumque remanere poterat dubium, quo modo adiiſſet, ac reſtituiſſet. Imo adeo hic erat ſecurus fiduciarius, ut ne quidem oneribus obnoxius eſſet, quamvis fideicommiſſarius ante hereditatem reſtitutam eſſet mortuus, *l. 11. §. 2. l. 44. pr. D. ad S. C. Trebellian.* Hodie heres, qui omnia reſtituit, nulli oneri obnoxius manet ex Senatuſconſulto Trebelliano a Juſtiniano reformato, §. *7. Inſt. d. tit.* SCHVLTING.

7. *Neceſſe eſt &c.*] Non agitur hic de eo, quod reſtituendum eſt: ſed de modo reſtituendi. IDEM.

8. *Lex Falcidia, itemque S. C. Pegaſianum &c.*] Deduci prius oportet omne æs alienum, & Deorum dona, deinde Falcidianam, aut Pegaſianam quartam. Ex hoc loco in Notis ad Juſtiniani Inſtitutiones teſtatus ſum malle me in *l. 1. §. ad municipum, D. ad leg. Falcid.* ſic legere, *Ad municipum quoque legata, non etiam ad ea, quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet*: nec muto ſententiam. Vt enim conſtitutio juris civilis, quæ inter conjuges donationem prohibet, in Deorum donis non valet, *l. ſi ſponſus, 5. §. proinde, D. de do. inter vir. & ux.* ita Dei cultus poſtulat, ut nec in eis valeat lex Falcidia: idque noviſſimis conſtitutionibus comprobatur. CVJAC.

9. *Itemque Senatuſconſultum Pegaſianum*] Quo lex Falcidia producta eſt ad fideicommiſſarias hereditates, de quo dictum *ad lib.* 11. *tit. 8. §. 1.* adeoque & quarta, quæ de illis deducitur, Falcidia paſſim vocatur, *l. 18. l. 47. §. 1. l. 86. l. 93. D. ad leg. Falcid.* & alibi. SCHVLTING.

10. *Deorumque donis*] At de legatis Deo relictis contrarium tradit ipſe Paulus *l. 1. §. 5. D. ad leg. Falcid.* cujus lectionem immutat Cujacius *ad h. l.* alibi vero, *Obſervation. lib. X. cap. 34.* exiſtimat, Pauli verba a Triboniano eſſe mutata. Quod ad prius, non tantum nullius libri antiqui auctoritate nititur emendatio illa: ſed & affirmantem lectionem probant Baſilica *lib.* XLI. *tit. 1.* ipſorumque Scholia, ut & Photius *Nomocanon. tit. 2.* illiuſque commentator Theodorus Balſamon. Quin & legata ad captivorum redemptionem, quæ tamen vel maxime pia eſt cauſa, Juſtiniani ævo Falcidiæ ſubjecta fuiſſe, colligitur evidentiſſime ex *l. 49. §. 2. C. de Epiſcop. & cleric.* ubi Juſtinianus teſtatur ad eam declinandam inſtitutos fuiſſe Epiſcopos heredes. Nimis longe petitur argumentum ex *l. 5. §. 12. D. de donationib. int. vir. & uxor.* quo in loco quod donatio inter conjuges ob pias cauſas valeat, inde venit, quod donatarius hinc non fiat locupletior. Vidit hæc quoque Guil. Fornerius *Selection. lib.* II. *cap. 25.* Quin nec in Novella CXXXI. *cap. 12.* Falcidiam tolli in legatis ad pias cauſas, niſi heres ſit in mora, ipſe exiſtimat Cujacius *ad dict. Novell.* improbata priori ſententia: quod & probat Joh. a Sande *Deciſion. lib.* IV. *tit. 7 defin. ult.* Verum quid faciemus verbis Pauli noſtri hoc in loco? Hoc difficile eſt ſtatuere. Non ſane mentio Deorum eſt ab Aniano, qui Chriſtianus fuit: ac quando is vixit, nondum imperabat Juſtinianus, qui hac in re aliquid innovavit. An diſtinxit Paulus inter dona Deorum, ſive res, quæ inter dona, ſeu donaria Deorum ex defuncti voluntate referendæ erant, & alia legata Diis relicta? cogitent eruditiores. Interpres hæc de relictis Eccleſiæ accepit. IDEM.

11. *Qui totam hereditatem reſtituit, &c.*] Qui ex Pegaſiano totam hereditatem reſtituit, quartæ condictionem non habet, quia ſciens reſtituit, *l. 1. l. ult. C.* ad

siano, [11] debuisset, repetere eam non potest: nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

INTERPRETATIO. *Is, qui integram hereditatem fideicommissario restituit, cum quartam sibi jure concessam retinere potuerit, postea eam repetere non potest: quia nec aliquid indebitum solvit, sed integram fidem defuncto exhibuisse videtur.*

ad leg. Falcid. l. si sponsus, 3. §. si quis rogatus, D. de don. int. vir. & uxor. Stipulationem emptæ & venditæ hereditatis habet. Qui vero ex Trebelliano restituit, quartæ condictionem habet, quia ignorans solvit, §. *sed quia, de fid. hered.* Cum enim interveniente Falcidia, Pegasiano, non interveniente, Trebelliano locus sit, is, qui hoc utitur, Falcidiam non intervenire, qui illo, intervenire, ut existimet, necesse est, nisi forsitan expeditiore via usus, cum posset ex Pegasiano restituere, maluerit totam hereditatem restituere ex Trebelliano, actionum transferendarum causa: quo casu & Falcidiæ condictio cessat. CVJAC.

12. *Totam hereditatem*] Hic quoque utrique Senatusconsulto erat locus, non soli Pegasiano, uti ostendimus *ad. §. 2.* Qui autem rogatus de restituenda hereditate, retenta quarta, totam restituit, is plane illam quartam videtur donare. Nec hic locus esse videtur errori facti, qui repetitioni locum faciat, secus ac putat Merillius *Observation. lib.* VIII. *cap. 14.* SCHVLTING.

13. *Debuisset*] Id est, *potuisset*, ut alias notavi, *posse* pro *debere* positum. RITTERSHVS. Debuisset retinere, si voluisset ejus commodo frui. Hic vero in edd. vett. etiam a Cujacio profectis, sequitur, *si non retineat*, quæ Cujacius in edd. cum Interpolatis expunxit, nulla tamen facta ejus rei admonitione. Ego quoque mihi persuadeo, esse illa a mala manu: nec antiquus Interpres illa habet, adeoque non putavi esse in contextum reducenda. SCHVLTING.

TITVLVS IV.

De Repudianda Hereditate.

1. [1] Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest, & alio quovis indicio voluntatis.

2. [3] He-

1. *De Repudianda Hereditate.*] Cujac. putat non debuisse poni novum tit. cum ea, quæ sequuntur, adhuc pertineant ad tit. præced. RITTERSHVS.

2. *Recusari hereditas non tantum verbis, &c.*] Diversa hæc sunt, Repudiare, & Recusare. Repudiatio fit in jure, Recusatio quoquo modo, ut ostendi in *tit. de hered. qual. & diff. libr.* II. *Instit.* Recusat non tantum heres, sed etiam fideicommissarius, *l. cogi 16. §. si quis heres, §. si servo, D. ad Treb.* Repudiat solus heres, nunquam vero fideicommissarius dicitur repudiare, quia non defertur ei hereditas. Cum igitur hæc duo sint diversa, non debuit huic quæstioni de recusatione hereditatis præponi tit. *de repudianda hereditate.* Et vero sufficiebat superior tit. *de S. C. Pegasiano*, cum omnia ea, quæ sequuntur ad S. C. Pegasianum pertineant: ideoque sub tit. *ad S. C. Trebell.* ponere hanc sententiam Tribonianus debuit, quam tamen hujus tituli falsa impositione deceptus sub tit. *de acquir. vel omit. hered.* collocavit, *l. recusari, 95. D. de acquir. hered.* CVJAC. Repudiationem in jure tantum fieri Vir Summus dicit quidem, sed non ostendit *ad tit. Inst. de hered. qualitat. & differen. & Paratitl. tit. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* ut & Petr. Faber *Semest. lib.* II. *cap. 23.* Hotmanus *Indic. verb. jur. verb. repudiare.* quamvis actum legitimum esse, eodem modo, ac est hereditatis aditio, *l. 77. D. de regul. jur.* facile crediderim: verbisque etiam solennibus factam esse, atque ideo distingui a recusatione: idque innuere Paulum *h. loc.* & Ulpianum, *l. 6. pr. D. ad S. C. Trebellian.* Quæ Cujacius allegat, id, quod vult, non evincunt. Certe *l. 3. C. de repudiand. vel abstinend. hereditat.* agit de suo herede abstinente, quod sane Prætorem aut jus non requirit, *l. 12 D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 11. C. si min. ab hereditat. se abstin.* Nec in *l. 4. C. h. tit.* aliud refertur, quam factum in jure post adquisitionem repudiantis, & quidem perperam. Titulum vero hunc ab ipso esse Paulo nec ego crediderim. Tribonianum vero etiam in suis libris cum reperisse non ausim affirmare. Is sæpius occasione verbi tantum cujusdam, quod ad titulum aliquem pertinere videretur, veterum verba loco incongruo collocavit: qualia multa notarunt Viri Eruditi, Cujacius *ad tit. Inst. de gradib. cognation. Observation. lib.* III. *cap. 37.* Jac. Labittus *in Vs. Indic. legg.* P. Pithœus ad *Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. 2. in fin.* quibus innumera addi possent facillimo negotio. SCHVLTING.

2. [3]Heres [4]per magistratus municipales [5]ex auctoritate Praesidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire, & restituere compellitur.

3. [6]Fideicommissarius si affirmet, heredem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, & in possessionem mitti jure [7]desiderat.

INTERPRETATIO. *Si is, qui heres scriptus est, & alteri hereditatem restituere jussus, adire hereditatem* [8]*dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui heres in hoc ordine scriptus est, & hereditatem adire, & restituere jubeatur.*

4. [9]Suspectam hereditatem adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituit.

INTERPRETATIO. *Qui hereditatem, quam restituere jussus est, adire dubitabat, si eam fuerit compulsus suscipere, integram eam fideicommissario reformare compellitur.*

3. *Heres per magistratus municipales, &c.*] Qui recusat adire, in urbe per praetorem adire, & restituere cogitur, in provinciis per praesidem. Sed & per Duumviros, ex praecepto praesidis cogi potest. Eodemque modo Duumviri tutores dant, *l. Lucius, 46. §. cum testamento, D. de admin. tuto.* cum tamen neutrum imperii sit, aut jurisdictionis. CVJAC.

4. *Per magistratus municipales*] In Vrbe hae partes sunt Praetoris, *l. 4. l. 11. pr. l. 13 §. 4. l. 67. pr. D. ad S. C. Trebellian.* quod Paulus hic quoque non videtur praetermisisse: sed Compilator neglexisse, tamquam alibi inutile. SCHVLTING.

5. *Ex auctoritate Praesidis*] Quae hoc loco idem est cum jussu, sive mandato. Quamvis vero illa, quae certis tantum magistratibus competunt, atque ex speciali jure veniunt, ordinarie non soleant mandari, *l. 1. D. de offic. ej. cui mandat. est jurisdict.* interdum tamen specialiter quoque talia mandari permittuntur certis personis, sive magistratibus: de quo videri possiunt, quae tradit Vir Eximius Ger. Noodt *de Jurisdiction. & imper. lib. II. cap. 8.* IDEM.

6. *Fideicommissarius si affirmet heredem nolle adire &c.*] Etiam adversus absentem heredem, & recusantem fideicommissarius recte postulat decretum, *l. recusare, 6. D. ad Trebell.* ut, scilicet, adeat, *l. si postulante, 67. D. eod.* coque cessante fideicommissarius in possessionem mittetur, & ipso jure in eum transibunt actiones, ut constitutum est in *l. pen. §. ult. C. eod.* CVJAC.

7. *Desiderat*] Haec ita constituenda fuerunt, ne in arbitrio esset heredis fiduciarii hereditate destituta fideicommissarium pro lubitu frustrari. Legatariis & fideicommissariis singularibus tale nihil indulgetur; quia non potest heres in illos actiones hereditarias transferre, uti in fideicommissarium universalem illae transeunt. Adeoque hic nemo se ob legatum adstringere cogitur hereditariis actionibus, *l. 33. D. ad S. C. Trebellian.* SCHVLTING.

8. *Dissimulet*] Pro *detrectet.* postea *ad §. seq.* dicit, *dubitabat.*

9. *Suspectam hereditatem adire compulsus, &c.*] Si ex decreto praetoris heres adierit, restituit quidem hereditatem ex S. C. Pegasiano, sed perinde est, atque si ex Trebelliano restituisset: & ideo neque actiones, neque quartam habet, *l. quia poterat, 4. l. qui totam, 45. D. ad Trebell. §. sed si recusabat, de fideicom. hered.* CVJAC.

TITVLVS V.

[1]*De Inofficiosi Querela.*

1. [2]Inofficiosum dicitur testamentum, [3]quod frustra, liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum.

2. [4]Post

1. *De inofficiosi querela*] Edidit etiam Paulus librum singularem *de inofficioso testamento*: unde desumptae sunt *l. 18. l. 23. l. 32. D. de inofficios. testament.* In libro quoque *de centumviralibus judiciis* de eadem querela tractavit, *l. 7. l. 28. l. 31. D. eod. tit.* in quarum legum inscriptionibus pro *septemviralibus*, quod habet liber Florentinus, legendum esse *centumviralibus*, recte existimat cum aliis Joann. Bertrandus in vita Pauli nostri, ad quam & nos aliquid notavimus. SCHVLTING.

2. *Inofficiosum dicitur testamentum, &c.*] Inofficiosum testamentum est, in quo liberi, vel parentes frustra exheredati sunt. Frustra sit exheredatio, quae non tenet. Quod si obtinuerit exheredatio, inofficiosum testa-

2. [4]Post factum [5]a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate, ad exemplum [6]praeteriti, inofficiosi querelam recte instituit.

INTERPRETATIO. *Si mulier post factum testamentum filium pepererit, & testamentum suum nato filio* [7]*non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso matris testamento agere potest.*

3. [8]Testamentum, [9]in quo Imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest: [10]eum enim, qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit.

4. [11]Qui

testamentum non est. Sic autem dicitur, quasi contra merita (ut Asconius ait) vel contra officium pietatis factum, *l. 2. D. de inoff. test.* CVJAC.

3. *Quod frustra &c.*] Ab initio tale testamentum recte factum est, *pr. Inst. de inofficios. testament.* at si contra illud pronunciatur, ut inofficiosum, videtur factum esse a furioso, *l. 17. §. 1. D. eod. tit.* & ipso jure rescissum est, *l. 8. §. 16. D.* quod tamen non parum mutatum est Novella CXV. SCHULTING.

4. *Post factum a matre testamentum filius procreatus &c.*] Praeteriti a matre pro exheredatis habentur: & ideo datur eis querela inofficiosi testamenti. Praeteriti autem dicuntur, non tantum qui cum nati essent, testamenti faciendi tempore omissi sunt, sed & qui post factum testamentum nascuntur, si post eorum editionem mutandi testamenti liberum spatium mater habuerit, nec mutaverit. Quod si in ipso puerperio diem suum obierit, adversus fratres institutos omissio non dabitur querela, sed adrescet eis in virilem. adversus extraneos dabitur querela, *l. 3 C. de inoffic. testam.* Igitur & si sint duo filii ex partibus disparibus scripti, puta, Primus ex quadrante, Secundus ex dodrante, Tertius, qui omissus est, trientem feret, Primus sextantem, Secundus semissem. Quodsi filius & extraneus ex æquo instituti sint, omisso querela dabitur tantum adversus extraneum: nec enim fratri instituto quicquam auferet. Ac si ex minima parte, puta ex uncia extraneus institutus sit, ex deunce filius, aget filius praeteritus querela in extraneum, fratri autem adrescet in quincuncem. Eademque ratio servabitur, si plures sint extranei, pluresque filii heredes instituti, aut plures filii, unus extraneus, plures extranei, unus filius. CVJAC.

5. *A matre*] Cum post patris testamentum nascitur postumus, testamentum ipso jure rumpitur: idque inductum est, tanquam ex praesumpta voluntate testatoris, qui postumo nocere testamentum suum non potest credi voluisse: de quo aliqua habebimus ad Ulpianum *tit. 23. §. 18.* At matris testamentum non aliter, quam per inofficiosi querelam, & per judicem everti potest: illa vero querela admodum est odiosa; ac parentes impietatis accusat: adeoque tunc minus admittenda, quando nulla apparet fuisse intentio matris filii praetereundi: quod maxime conspicuum, quando liberos, quos habebat, instituit, nec postea alio in lucem edito testamenti mutandi potestatem habuit. Vnde & adversus rigorem juris, quo querela dabatur, Imperatorum constitutiones hic testamento succurrunt, post natum, quasi & ipse institutus esset, admittendo. Quando vero emendandæ praeteritionis occasio fuit, vel quando extraneos mater vocavit, nihil visum est remittendum de jure usitato, *l. 3. C. h. t.* SCHULTING.

6. *Praeteriti*] Iam, nempe, nati tempore testamenti facti.

7. *Non mutavit*] Cum posset, quod bene addidit Paulus, nec ab Interprete negligendum fuit.

8. *Testamentum, in quo Imperator scriptus est heres, &c.*] Actio inofficiosi datur liberis, aut parentibus exheredatis, etiam contra Imperatorem heredem scriptum, *l. Papinianus, 8. §. si Imperator, D. de inof. test.* Servare enim cum leges decet qui & facit, *l. ex imperfecto, 23. D. de legat. lib.* III. CVJAC.

9. *In quo Imperator scriptus est*] Hoc non fieri a bono patre, nisi Princeps sit malus, Tacitus notat *Agricol cap. 43.* agens de specie, qua Imperator cum liberis a testatore simul instituitur. Multo id verius erit, si id admiserit, vel etiam adpetierit Princeps, illis exclusis. Recte Hadrianus Imp. hereditates illorum, qui liberos haberent, respuit, teste in ipsius vita Spartiano *cap. 18.* Laudanda quoque hac in parte Augusti generositas, qui ejusmodi bona vel non admisit, vel postea cum incremento liberis restituit, ut refert Suetonius *August. cap. 66.* SCHULTING.

10. *Eum enim, qui leges facit, pari majestate legibus, obtemperare convenit*] Similia hisce Imperatores scribunt *l. 4. C. de legib. l. 4. Cod. Theod. de conductorib. & hominib. dom. August.* idque hic maxime conveniens, ubi non de solennitate mera, vel scrupulositate juris civilis est quæstio: quamvis & talia, quæ adversus leges sunt relicta, capere Imperatorem invercundum sit; deceatque ipsum talibus legibus obtemperare, ut noster scribit Paulus *l. 23. D. de legat. lib.* III. cui bene conveniunt, quæ traduntur *§. ult. Inst. quib. mod. testament. infirment. l. 3. C. de testament.* Hic vero illis prospicitur, ac, ne bona iis auferantur, cavetur, quibus naturalis ratio illa maxime relinqui flagitat, saltem liberis, *l. 7. D. de bon. damnator.* quibus illa citra malum meritum adimi, injuria esset. In hisce itaque idem judicium de Principe, ac de privatis:

4. [11] Qui inofficiosum dicere potest, hereditatem petere non prohibetur.

5. [12] Filius ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest, exhausta, necne sit hereditas: [13] cum apud eum quarta aut legis Falcidiae, aut Senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura.

INTERPRETATIO. *Si pater filium heredem ex asse instituat, & per fideicommissa, aut legata ipsam hereditatem totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest: quia quartam sibi aut per legem Falcidiam, aut per Senatusconsulti beneficium retinebit, aut vindicabit.*

6. [14] Quar-

tis: ut & in *l. 4. C. ad leg. Falcid.* ubi tamen longe minor ratio. Non libet vero generalem illam quæstionem hic excutere, quatenus Princeps Romanus legibus solutus sit, vel non sit: de qua cum fructu legi poterunt, quæ litteris consignavit ille mihi sæpius, sed nunquam satis laudatus Ger. Noodt *in Oration. de jur. summ. imper. & leg. Reg. & Observation. lib. 1. cap. 5.* IDEM.

11. *Qui inofficiosum dicere potest, hereditatem petere non prohibetur*] Multum a querela inofficiosi, quæ & petitio hereditatis de inofficioso appellatur, distat illa petitio hereditatis, de qua post titulum *de inoff. test.* in Pandectis generalis titulus datur. Nam querela adversus eum intenditur, qui juste possidet, ut puta adversus heredem scriptum, item contra fideicommissarium, *l. 1. C. de inoffic. testam.* contra prætéritum, qui accepit cum re bonorum possessionem contra tabulas, *l. filium, 20. D. de bonorum possess. contra tabulas.* Illa autem petitio hereditatis adversus eum datur, qui nullo jure possidet, *l. regulariter, 9. D. de petitione hered.* Sed tamen, ut hoc in loco Paulus sentit, qui inofficiosi actionem habet adversus heredem scriptum, & petitionem illam hereditatis adversus eum intendere potest. Quamvis enim dari non soleat adversus eum, qui jure possidet: æquum tamen eam dari, cum is, qui agat, paratus est inofficiosum testamentum dicere, *l. 1. C. de inoffic. test.* Quidam Codices habent, *Qui inofficiosum dicere non potest.* CVJAC. Inofficiosi querela non tantum est comparata ad rescindendum testamentum, sed & ipsa est hereditatis petitio: atque ita diserte appellatur *l. 20. D. l. 34. C. h. t.* & qui de inofficioso agit, hereditatem dicitur petere, *l. 8. §. 8. D. h. t.* hereditasque hoc modo evincitur, *l. 21. §. 2. D. d. tit.* ac sic Græci in Basilicis *tom. V. p. 221.* querelam definiunt, hereditatis petitionem. Qui autem hic convenitur, quamquam videri posset esse justus heres ex testamento, non alio tamen ab actore loco habetur, quam qui tantum pro herede possideat: quoniam actor contendit testamentum non debere effectum sortiri, tamquam factum a demente, qui testamentum facere non potuit, *pr. Inst. h. tit. l. 17. §. 1. D. eod. tit.* unde & olim totum testamentum tale rescindebatur, *l. 8. §. 16. d. l. 27. §. 1. D. h. t.* quod tamen jure novo tantum sit quod ad institutionem heredis, *Novell.* CXV. ut ita illud solum, in quo exheredatis injuria est facta, evertatur. Sed & sic scriptus heres merito non habetur pro vero herede, quando querela intenditur. Ex professo hoc tractavit V. C. Arn. Vinnius *Select. Quæstion. lib. 1. cap. 17.* Obiter observemus, lectionem nonnullorum librorum, *Qui inofficiosum dicere non potest*, aperte vitiosam esse: & in edd. Sich. Lugd. & Genev. ad marginem tantum positam, nec recte in Paris. in ipsum contextum, tamquam sola, & bona esset, admissam. SCHVLTING.

12. *Filius ex asse heres institutus, &c.*] Institutis querela inofficiosi testamenti ne tunc quidem datur, cum legatis exhausta, vel onerata est hereditas, vel cum ipsi alteri eam restituere rogati sunt, quia Falcidiam habent, *l. Papinianus, 8. §. quarta, D. de inof. test.* CVJAC.

13. *Cum apud eum quarta &c.*] Quarta pars relicta jure veteri querelam excludebat, *§. ult. Inst. l. 8. §. 8. D. hoc tit.* nec non institutio ex asse, quamvis ad dodrantem esset exhausta hereditas legatis aut fideicommissis. Quod utrumque Plinius quoque scribit *lib. V. epist. 1.* Et Paulus hic docet, satis esse, ut beneficio legis Falcidiæ, vel S. C. Trebelliani filius quartam consequatur, ac si Falcidiæ mentio *l. 8. §. 9. 11. & 14. D. hoc tit. l. 41. §. 3. D. de vulgar. & pupillar. substitution. l. 6. pr. C. ad S. C. Trebellian.* Justinianus quoque, etsi quarta tota non sit relicta, sed pars tantum, soli actioni ad supplementum locum esse voluit; quamvis etiam non esset adjectum, ut illa viri boni arbitratu suppleretur, *§. 3. Inst. l. 30. C. h. t.* Postea vero constituit *Novell.* CXV. ut legitima titulo honesto institutionis liberis & parentibus relinqueretur, quæ olim etiam aliter relinqui poterat, *§. ult. Inst. l. 8. §. 6. l. 25. pr. D. l. 29. l. 30. §. 2. C. hoc tit. l. pen. C. de collationib.* modo tamen quis institutus esset, vel exheredatus, ubi prætéritio non esset pro exheredatione, querela enim sic quidem excludebatur: verum vitium prætéritionis paternæ ut ita posset sanari nusquam cavebatur. SCHVLTING.

14. *Quarta*

Digitized by Google

6. [14] Quartae portionis portio [c] liberis deducto aere alieno, & funeris impensa praestanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur. [16] Libertates quoque eam portionem minuere placet.

IN-

14. *Quarta portio liberis deducto ære alieno, &c.*] Quarta debitæ portionis excludit querelam. Quartæ autem ratio priusquam ineatur, deducendum æs alienum, deducenda funeris impensa, deducendæ sunt libertates, *l. Papinianus, 2. §. quoniam, & §. quarta, D. de inoffic. testamen. l. cum quæritur, 6. C. eodem.* CVJAC.

14. [c] *Quarta portio*] Sichard. *Quartæ portionis portio.* quam lect. probo. RITTERSHVS. Edd. vett. exhibent etiam, *Quarta portionis portio*: nec aliter legisse videtur Interpres: adeoque cur in edd. cum Interpp. Cujacii, & Rittersh. legatur, *quarta portio*, causam non video. SCHVLTING.

15. *Liberis*] Quando, scilicet, illam portionem non accipiunt tamquam heredes: alioquin enim in æs alienum etiam succedunt. de quo nonnulla tradit Vinnius *Quæstion. Selectar. lib. 2. cap. 22.* IDEM.

16. *Libertates quoque eam portionem minuere placet*] Id consequens illi, quod scripsit Paulus *hoc tit. §. 5.* satis esse filium ex asse institutum habere Falcidiam, quamvis hereditas legatis vel fideicommissis exhausta sit: Falcidia enim libertates non imminuit, sed ab illis minuitur, ut & Vlpianus tradit *l. 2. §. 9. D. h. tit.* apud quem illa quidem verba, *& numquid minuant*, dubitari posset, an sint genuina: saltem parum commodum habent sensum; nisi legantur interrogative, *& numquid minuunt?* uti excusa sunt in editione Batava: *& numquid* accipi possit pro *quid ni*, uti id expositum Cujacius *Recitationib. ad d. l. 2. §. 9.* Reliqua vero omnia a Triboniano esse, quod existimat, V. C. Ant. Faber *Rationalib. ad d. l.* nihil est, quod nobis persuadeat. Illa sane Vlpiani verba, *nam si, cum quis ex asse heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum, quia habet Falcidiam, Falcidia autem libertates non minuit, potest dici deductis libertatibus quartam inesse*, nihil aliud volunt, quam id ipsum, quod ex Paulo quoque nostro colligi posse jam vidimus. Rationem quidem illam denegandæ querelæ improbat Faber, putans ideo tantum cessare, quia hic filius contra se agere non potest. Sed hoc etsi verum est; an non tamen id quoque bene negatur ob rationem illam, quæ hic redditur? Et an non etiam aliter dubitari posset, numquid per modum cujuscumque contradictionis hæc quæstio posset a filio moveri, quo & ipse Faber tandem delabitur? Argumentum vero Jurisconsulti evincit, hanc regulam habere locum etiam in filio exheredato, cui relicta est legitima. Maxima autem hic nascitur difficultas, si defunctus servos omnes manumiserit, cum nihil aliud in bonis haberet: sic enim querela poterit excludi, quamvis heres scriptus adeat. Ceterum Vlpiani tempore id fieri non potuit, nisi quis nihil aliud, quam duos servos reliquisset: alioquin enim manumissioni omnium obstitisset lex Fusia Caninia, de qua Paulus aget *hoc lib. tit. ult. §. ult.* ac cujus legis aut juris forte & Vlpianus meminerat: sed mentionem illius apud eum exstare noluit Tribonianus, ob legem illam a Justiniano sublatam *t. t. Inst. & C. de leg. Fus. Canin. tollend.* Hic ergo filio exheredato nihil superest auxilii. Verum quis hereditatem ejusmodi adibit, ex qua nihil ad ipsum lucri redundabit? ut proinde hic id eventurum sit, ut destituto testamento successioni ab intestato sit locus. At si filius, qui in potestate non fuit, ex asse heres fit institutus, quid fieri possit docet Vlpianus, nempe, si substitutum habeat, posse ipsum hereditatem omittere, eamque ad substitutum transmittere: hic vero si adierit, contra ipsum querelam movere. Id autem hic licet ideo, quia filius re ipsa nihil habet. Hoc jam pacto olim ante Novellam CXV. cum reliquis testamenti partibus, filio victore, manumissiones concidebant, *l. 8. §. 16. l. 9. D. h. t.* Si substitutum hic emancipatus non habeat, (cui simile est, si is quoque hereditatem repudiaverit,) ab intestato hereditatem adire poterit: quo modo libertates corruent, *per l. 181. D. d. regul. jur.* nec hic filius timebit edictum, quo tenetur, qui, omissa causa testamenti, ab intestato hereditatem possidet, & quo libertates quoque solent confirmari, *l. 23. pr. D. de manumiss. testament.* non enim agit dolo, quem coërceat Prætor; sed fraudem excludit, ut dicitur *l. 27. §. 31. D. de legat. lib.* 11. nudum enim nomen heredis ipsi relictum est sine re: nec Prætor indistincte succurrit illis, quibus in testamento aliquid relictum erat, si heres ab intestato hereditatem possideat; sed causa cognita, *l. 6. §. 3. & 8. D. si quis omiss. caus. testament. ab intestat. vel al. mod. possid. hereditat.* ut ita hac in specie libertates non conserventur: quamvis id ordinarie fiat, *l. 22. l. 22. pr. l. 28. §. 1. D. dict. tit.* Si filius parenti sit suus heres, hic, quamvis abstineat sese, tamen jure civili heres exsistit, ac sic quoque libertates confirmantur, *l. 32. D. de manumiss. testam.* etiam fideicommissariæ, *l. 30. §. 10. D. de fideicommissar. libertatib.* unde inmedicabile est incommodum, sive, ut Basilicorum Scholia dicunt, ἀβοήθητόν ἐστι τὸ κακόν. Erit, videlicet, idem, ac si mortui essent servi: & sane morti æquiparatur manumissio, *l. 92. D. de solutionib. & liberationib. l. 40. pr. D. de furt.* adeoque Imperiali opus erit auxilio. Si filius, sive suus, sive emancipatus, alios heredes adjunctos habeat, hic testamentum effectum sortiri non potest, illo repudiante, aut se abstinente, nisi alius adierit: quo pertinent, *l. 2. §. 2. D. de vulgar. & pupillar. substitution. l. 21. §. 2. D. ad S. C. Trebellian.* hoc ergo casu si coheres ex testamento non adierit; quod consultius ipsi est, quandoquidem nihil ex aditione lucri sperare potest, filius hereditatem secure ab intestato poterit obtinere. In his sane nihil est, quod Triboniano debeat adscribi. Quod hic filius emancipatus sit melioris conditionis aliquando, quam suus, ac hic interdum omni ope destitutus, id plane ex accidenti evenit: ac circa jura etiam

INTERPRETATIO. *Quoties filiis* [17] *Falcidia computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debita detrahuntur, & expensa, quae in funere ejus est praestita. Sed & collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic* [18] *liberis Falcidia, id est, uniuscujusque portionis quarta portio debetur.*

7. [19] Filius in [20] judicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi a coheredibus fratribus [21] citra inofficiosi querelam impleatur, jure desiderat.

INTERPRETATIO. *Filio herede scripto, si ex ordinatione defuncti patris minus, quam quarta portionis suae fuerit deputata, suppleri eam sibi a coheredibus fratribus jure desiderat: quia in tali casu inofficiosi actio removetur.*

8. [22] Pa-

etiam laudatissima nonnunquam contingit, ut uno alterove casu aliquid habeant duri: nec ulla hic vel Jurisperitis, vel compilatoribus culpa potest imputari. Videri quoque poterunt quae tradit Cujacius *Recitationib. ad d. l. 8. §. 9.* atque ita non difficile erit respondere ad illa, quae prolixe adversus illum locum ac Tribonianum disputat Ant. Faber *Rationalib. ad d. l.* IDEM.

17. *Falcidia*] Falcidiam hic sumit pro legitima portione liberis debita, uti & alibi sumitur, *l. 8. §. 11. D. l. 31. C. hoc tit. l. 5. §. 3. C. ad leg. Jul. majestat.* Sed & pro quarta parte sumitur in genere *l. 4. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* uti notarit Ant. Contius *Lection. Subsecivar. lib.* I. *cap. 3. & lib.* II. *cap. 4.* IDEM.

18. *A liberis*] Τὸ *a* delco. RITTERSHVS. Sich. edidit *a liberis*: verum Cujacianae edd. carent τῷ *a*, quas nos secuti sumus. SCHVLTING.

19. *Filius in judicio patris si minus quarta &c.*] Filio instituto ex minore parte non datur querela, maxime si ei adjecti sint fratres coheredes: sed ita actio datur, ut sibi portio debita a fratribus suppleatur. Adjectis extraneis secus esse argumentum praebet *l. 3. C. de inoffic. testament.* Filio autem exheredato, si minus debita portione concessum aliquid, vel relictum sit, vel eadem actio dabitur, maxime si in testamento id adjectum sit, ut ei debita portio viri boni arbitratu repleatur, vel etiam dabitur querela cum onere collationis, si in totum rescisso testamento omnes fratres ab intestato veniant. Et ita accipio *l. si non mortis, 25. D. de inoffic. testamen. l. ut liberis, 17. C. de collat. l. pater filium, 6. D. de collat. dot.* Filio autem praeterito, nemo est, qui nesciat ad excludendum bonorum possessionem contra tabulas quartam non sufficere. Hodie ex constitutione Justiniani filio instituto ex minore parte, vel exheredato, cui minus debito relictum est, omnimodo actio datur supplendae portionis gratia, non querela, *l. omnimodo, 30. l. scimus, 36. Cod. de inofficioso testamen.* CVJAC.

20. *Judicio*] Sic §. *seq.* judicium accipitur pro testamento, & saepe in jure, nec non apud bonos Auctores. Sufficiet locus Senecae *de ira lib.* II. *cap. 7. Alius judicia patris accusat, qua moerore satius fuit.* Eodem cur ita testamentum vocetur, intelligere licet *de benefic. lib.* IV. *cap. 11.* SCHVLTING.

21. *Citra inofficiosi querelam*] Hanc tamen tempore Pauli etiam movere videtur potuisse, quamvis heres esset institutus. Passim certe inculcatur, opus esse ad excludendam querelam, ut quartam liberi habeant, *l. 8. §. 8. & 9. D. l. 30. l. 31. C. hoc tit. l. 2. Cod. Gregor. hoc tit. l. 1. C. d. inofficios. donationib.* idemque indicat Plinius *lib.* V. *epist. 1.* quod & de parentibus traditur in Novellis Impp. Theodosii & Valentiniani *tit.* 11. *de his, qui spont. muner. aliq. vel honor. largiunt.* Differentia, an coheredes sint fratres, an extranei, quam proponit Vir Summus *ad hunc loc.* nec non Janus a Costa *ad §. 3. Inst. hoc tit.* non probatur ex *l. 3. C. hoc tit.* quae lex alio plane pertinet. quin & in *l. 8. C. hoc tit.* ubi inter liberos hereditatem parens divisit, filius, qui minus acceperat, ideo tantum a querela excluditur, quia judicium defuncti agnoverat, adeoque aliter eam habuisset. Idemque clare liquet ex *d. l. 2. Cod. Gregor. hoc tit. l. 1. C. de inofficios. donationib.* Ut proinde etiam filio liberae hac in parte fuerit electio, an supplementum vellet petere; quod tutius erat, sed minus luculentum: an de inofficioso agere; quod plus habere poterat emolumenti; sed plus periculi hic aderat. Atque ita existimat quoque V.C. Gul. Ranchinus *Variar. lection. lib.* III. *cap. 6.* cui horum partem debemus. Nonnihil hinc differt species ab Ulpiano propositа *l. 25. pr. D. hoc tit.* ubi donatio inter vivos est collata alicui hac contemplatione, ut in quartam habeatur, ac si quartam totam quis ita sit consecutus, querela cessat: si minus, illa non denegatur; modo conferatur id, quod donatum est. Quo in loco verba illa, *aut si minus habeat, quod deest, viri boni arbitratu repleatur*, quae etiam constructionem nonnihil turbant, a Triboniano esse, respiciente ad jus novum *l. 30. C. hoc tit.* post Accursium notarunt Viri Doctissimi, Cujacius *ad §. 3. Inst. hoc tit.* (qui tamen in alia ivit *in Recitationib. ad d. l. 25.*) Ant. Faber *Rationalib. ad d. l. 25. & de errorib. Pragmaticor. decad.* XL. *error. 5.* Jac. Gothofredus *ad l. 4. Cod. Theod. hoc tit.* Quando expresse scripserat parens, ut si minus legitima esset liberis relictum, id viri boni arbitratu suppleretur, jam ante Justinianum cessabat querela, *l. 4. Cod. Theod. hoc tit.* sed id in specie ab Ulpiano posita non erat cautum. IDEM.

22. *Paulus*

8. [22] Pactio talis, ne de inofficioſo teſtamento [23] dicatur, querelam ſuper judicio futuram non excludit: meritis enim [24] liberos, quam pactionibus adſtringi placuit.

INTERPRETATIO. *Si talis pactio* [25] *vivo patre inter filios fiat, ut poſt obitum patris de inofficioſo filii non querantur, talis pactio non valebit: ſed cui competit, de inofficioſo agere poteſt.*

9. [26] Rogatus hereditatem reſtituere, etſi [27] inofficioſi querelam inſtituerit, fideicommiſſo non fit injuria: quartam enim ſolummodo [28] hereditatis amittit, quam beneficio Senatuſconſulti habere potuiſſet.

INTERPRETATIO. *Si is, qui a defuncto rogatus eſt, ut relictam hereditatem alteri reſtituat,* [29] *de inofficioſi querela inſtituerit actionem, id, quod fideicommiſſum eſt, ut redderet ei, cui reddere juſſus eſt, penitus non peribit: ſed ille, qui inofficioſi querelam propoſuit, quartam, quam ex fideicommiſſo Senatuſconſulti beneficio erat habiturus, ſuo vitio perdit.*

10. [30] Heres inſtitutus habens ſubſtitutum, ſi de inofficioſo dixerit, nec obtinuerit, [31] non id ad fiſcum, ſed ad ſubſtitutum pertinebit.

TITV-

22. *Pactio talis, ne de inofficioſo teſtamento dicatur, &c.*] Si parens cum filio paciſcatur, ne de inofficioſo agat, agenti poſtea filio non obſtat exceptio pacti, vel doli. Sunt enim filii, ut & Papinianus ait, meritis provocandi ad obſequia paterna, non pactionibus adſtringendi, *l. ſi quando, 33. §. illud, C. de inoffic. teſt.* CVJAC.

23. *Dicatur*] Hoc eſt, *agatur.* Sic *l. 9. §. 2. D. de dol. mal. l. 1. l. 6. C. hoc tit.* & alibi.

24. *Liberos, quam*] Sichi interpon. *magis*, quod eſt etiam in vulgari lectione *l. 35. § 1. C. h. t.* Sed elegantior eſt ea pſis græciſſans: cujus exempla plura ex I.C. ſcriptis obſervavit A. Auguſtinus 11. *Emend. cap. 8.* RITTERSHVS. Recte abeſt *magis*, quod etiam hic non extat in libris veteribus teſtatur Cujacius *ad tit. ſeq. §. ult.* Idem de *l. 33. C. hoc tit.* docet Charondas *ad d. l.* & C. A. Fabrotus *Enarration. Paratitlor. Cujac. ad tit. C. ſi cert. petat.* Illud vero *magis*, quod hic ſubintelligitur, non accipiendum eſt ſenſu comparante, ſed *primùm*, uti *in l. 1. D. communi. dividund. l. 6. D. de legat. lib. 1.* SCHVLTING.

25. *Vivo patre inter filios*] Paulus agit de pactione patris ipſius cum filio. IDEM.

26. *Rogatus hereditatem reſtituere, &c.*] Qui inofficioſum teſtamentum dixit, nec obtinuit, id, quod ex teſtamento accepit, ei aufertur, quaſi indigno, & fiſco vindicatur, *l. Papinianus, 8. §. meminiſſe, D. de inoffic. teſtam.* Igitur ſi inſtitutus & rogatus Titio hereditatem reſtituere adverſus Titium inofficioſum teſtamentum dixerit, atque adeo non obtinuerit, quarta quidem Pegaſiana, quam habere potuiſſet, fiſco vindicatur, reliqua autem hereditas Titio conſervatur, *d. l. Papinianus, 8. §. unde non male.* Id enim duntaxat ei aufertur, quod apud eum remanere potuiſſet. CVJAC. Hic quidem intelligitur inſtitutus eſſe is, qui querelam movet; ſed non ex aſſe, ut ita tota quarta ei ex Senatuſconſulto Pegaſiano obtingere non poſſit; alioquin enim querela ceſſaret, *§. 5. hoc tit. l. 8. §. 12. D. hoc tit.* In quo *§. 11.* vel pro *ſextans* legendum eſt *ſeſcuncia*, cum Cujacio *Recitationib. ad d. l.* & ponendum agi de uno ex duobus filiis: aut retenta lectione vulgata, poni debet agi de uno, cui in anteceſſum donata eſt uncia, ita ut in quartam imputetur, ſecundum *l. 25. pr. D. hoc tit.* cum G. Ranchino *Variar. Lection. lib. 111. cap. 7.* SCHVLT.

27. *Inofficioſi querelam inſtituerit*] Quod etiam fieri poteſt per modum exceptionis, ſi conveniatur ad hereditatem reſtituendam, *arg. l. 8. §. 19. D hoc tit.* Idem erit ſi reſtituerit, & egerit. Atque ita etiam accipi poteſt Papiniani reſponſum *l. 8 §. 14. verſ. unde, D hoc tit.* Attamen in *l. 2. C. hoc tit.* commodiſſime intelligi poteſt filius excluſus agere contra eum, cui alius heres inſtitutus hereditatem reſtituit. Si filius volens hereditatem reſtituit, agere nequit *per l. ult. pr. D. hoc tit.* IDEM.

28. *Hereditatis*] Partis illius, ex qua inſtitutus eſt.

29. *De inofficioſi querela*] remove *rè de.* aut lege, *de inoffic. querela.* RITTERSHVS. In edd. Lugd. Gen. & Pariſ. legitur, *querela*, quod etiam repræſentavi. SCHVLTING.

30. *Heres inſtitutus habens ſubſtitutum &c.*] Vt ſubſtitutioni precariæ injuriam non fieri dixit, ſcripto querente, nec obtinente: ita nunc ait ſubſtitutioni directæ injuriam non fieri, ſi ſcriptus de inofficioſo teſtamento egerit, nec obtinuerit. Nec enim fiſco, ſed ſubſtituto hereditas conſervatur. In priori ſpecie

agit

agit adversus fideicommissarium, in hac adversus substitutum, ut & in *d. l. Papinianus*, 2. §. *quarta, in fi.* Nam uterque est heredis loco. CVJAC.

30. * *Heres institutus.*] Ex minori parte, quam oportuit. Hic vero agere poterat contra coheredes: quo pertinent quæ dicta sunt *ad* §. 7. adeoque non est necesse statui, actum hic esse cum substituto, quod volebat Vir Maximus: quamvis id fieri etiam posse doceat Vlpianus *l.* 2. §. 9. *D. hoc tit.* SCHVLTING.

31. *Non ad fiscum, sed ad substitutum pertinet*] Substituti enim jus hic durat, cum ex testamento filius hereditatem non susceperit, quo facto exspirat demum vulgaris substitutio, *l.* 5. *C. de impuber. & al. substitutionib.* Aliud juris quando institutus necem defuncti non vindicavit: hic enim substitutus non admittitur, quamvis ipse id præstiterit, nec pœna unius alterius præmium est, *l.* 12. *pr. D. de S.C. Silanian. & Claudian.* (tibi pro *priore* vett. edd. habent *prioris*. mallem, *a priore*.) sed & hoc in casu instituti hereditatem ex testamento adierat, *l.* 5. §. 2. *D. dict. tit.* adeoque interciderat illa substitutio, uti recte respondet V. C. Fr. Duarenus *ad tit. D. de vulgar. & pupillar. substitution. cap.* 10. IDEM.

TITVLVS VI.

De Vicesima.

1.[a] Tabulae testamenti aperiuntur [b]hoc modo, [c]ut testes, vel maxima pars

1. *De Vicesima*] Hic titulus est *de vicesima hereditatum*, de qua Æmilius Macer libros duos scripsit. Hæc lege Julia primum augendi ærarii gratia, extraneis heredibus, nec inopibus irrogata est, ut Dio scribit libro LV. Deinde Nervæ, Trajani, Adriani, Marci, & aliorum constitutionibus vel aceisa, vel ex integro reducta, & ad postremum abolita est. Non est credendum Alciato, qui eam fuisse a Gratiano sublatam, idque Ausonium *in Gratiarum actione* testari falso conscripsit. Solet Alciatus auctorum testimonio abuti, eorumque verba ad sui animi sententiam commutare, qua re nihil est iniquius, nihil illiberalius. Quæ lex vero vicesimam sanxit, eadem & de aperiendis tabulis testamenti cavit, ut ex postrema hujus tituli sententia apparet: & ita edicto quoque Divus Adrianus de Vicesima simul, & de aperiendis tabulis constituit, *l. ult. C. de edict. D. Adr. tollen. l. ult. D. de ap. rec.* CVJAC. De ipsa vicesima nihil nobis hic conservavit Compilator, nisi quod obiter ejus mentio fiat §. *ult.* quia, scilicet, non obtinebat illis locis & temporibus illud vectigal, de quo procul dubio pluribus egerat ipse Paulus. Vectigal hoc invenit Augustus locupletando ærario militari, teste Dione Cassio in actis anni V. C. IↃCCLIX. *lib.* LV. *p.* 563. & hujus vicesimæ vestigia quædam sagaciter in jure nostro deprehendit Cujacius *Observation. lib.* V. *cap.* 16. *& lib.* XI. *cap.* 24. Auxit id vectigal Antoninus Caracalla, quem largitionibus in milites profusissimum fuisse idem testatur Dion *in Excerpt. Peirescian. p.* 745. & Herodianus *lib.* IV. *cap.* 7. ac ex vicesima fecit decimam, præstandam de hereditatibus, ac etiam legatis, aliisque similibus liberalitatibus: (hæc enim omnia videntur intelligi nomine ἐφετῶν, quo utitur Dion Cassius utroque loco.) meminitque ejus decimæ Vlpianus in fragmento, quod profertur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. ult. in fin.* Quin & amplius ut huic vectigali, aliisque etiam peregrinos, qui plerisque eorum immunes erant, subjiceret, omnes, qui in orbe Romano erant, nempe, ingenui, (libertini enim Latini, ac dedititii non sunt ab illo sublati, ut videbimus ad Vlpianum *tit.* 20.) cives Romanos fecit, ut refert Dion Cassius *d. p.* 745. Atque hic est Antoninus Imperator Vlpiano memoratus *l.* 17. *D. de stat. homin.* ubi datæ hujus civitatis meminit. Reduxit autem Caracallæ successor Macrinus vicesimam, ut constat ex Dione Cassio *Excerpt. lib.* LXXVIII. *p.* 893. at jus civitatis communicatum cum omnibus ratum remansit. Non potui non aliquid de his dicere, quando Studiosis hæc pleraque ignota sunt, nec a Doctoribus nostris exponi solent. Plura de illis tradere Viri Eruditissimi, Henr. Valesius *ad Dion. Cass. Excerpt. Peirescian.* Salmasius *de modo usurar. cap.* 19. Petr. Burmannus *de vectigalib. popul. Roman cap.* 21. & novissime Exech. Spanhemius *Orb. Roman. Exercitation.* II. *cap.* 4. Justiniani ævo in usu non erat illud vectigal: unde Tribonianum in *l.* 62. *D. ad L. Falcid.* quæ est ex Æmilio Macro *lib.* II. *ad legem vicesimam hereditatium*, loco vicesimæ reposuisse Falcidiam suspicatur Cujacius *Observation. lib.* IX. *cap.* 24. SCHVLTING.

2. *Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, &c.*] Coactis signatoribus, vel majori horum parte, & sigillis recognitis, lino inciso tabulæ resignantur, & recitantur, *l. cum ab initio*, 4. *l. sed si major*, 6. *D. quemadmodum testamen. aper.* Si non fuerit signatorum copia, præsentibus optimæ opinionis viris aperiuntur, *l. sed si quis*, 7. *D. eod. l.* 2. *C. eod. situl.* Et ideo in proxima sententia Paulus, *Præsentibus*, inquit, *testibus, vel honestis viris.* Apertis autem tabulis inspiciendi, describendique fit potestas eis, quorum

res

Digitized by Google

pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum: ita ut, [1]agnitis signis, rupto lino, aperiatur, & recitetur: atque ita describendi [6]exempli fiat potestas: ac deinde [7]signo publico obsignatum in [8]archium redigatur: [9]ut si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit.

2. [10]Te-

rest est. Tum deinde obsignantur signo publico, & in archium publicum deponuntur, ut si fortasse exemplum interciderit, ex archio petatur. Quid sit archium notum est. Deponuntur in eo instrumenta etiam privata, *l. moris est, 9. D. de pœnis.* ut publicum testimonium habeant: eaque ratione in archium redacta ad comparationem valent, licet destituta sint legis solemnitate, *Novel. 1. §. penult.* Ecclesiarum archium cimeliarchium appellatur, quod in eo sint repositæ κειμήλια, id est, sacra vasa: Et ideo in *l. litibus, 20. C. de agr. & cens.* sic rectius inscriptis, quam in excusis codicibus legitur, *in ade sacrosancta, id est, cimeliarchio.* At quemadmodum ideo Paulus ait testamenta in archio deponi, ut exemplo amisso fit unde aliud promi possit, sic inventa est ratio, qua possint, etiam dum adhuc testatores in rebus humanis agunt, testamenta publicari, & insinuari actis publicis, ut, ipso etiam authentico amisso, ex actis publicis fides testamenti petatur, *l. 2. l. testamenta, 12. l. consulta, 23. C. de testament.* Non aliter, quam si ab initio actis solum publicis testamenta condita fuissent. Quod fieri posse indicat *l. omnium, 19. C. eod. & Novel. Valentiniani de testament.* Publicantur autem, & referantur in urbe apud magistrum census, in provinciis apud præsides, vel magistratus, vel defensores, *d. l. testamenta, 12. l. in hac, 30. C. de donatio.* Acta in hunc ferme modum Romano more fieri ex Marculphi monachi libro De formulis publicorum privatorumque negotiorum, Emari Ranconeti V. C. divino immortalique beneficio didicimus: *Anno illo, sub die illa, civitate illa, adstante defensore & omni curia illius civitatis,* TITIUS *professor dixit: Peto, optime defensor, vosque laudabiles curiales atque municipes, ut mihi codices publicos patere jubeatis. Quadam enim in manibus habeo, quæ gesterum cupio allegatione roborari.* DEFENSOR & *Curiales dixerunt, Patent tibi codices publici, prosequere quæ optas.* PROSECUTOR *dixit, Cajus vir illustris mihi mandavit, testamentum, ut mos est, gestis municipalibus insinuarem.* DEFENSOR *dixit, Amanuensis mandatum accipiat, & recitet.* POST *recitationem mandati,* Defensor *dixit, Mandatum quidem recitatum est, sed testamentum, quod pra manibus te habere dicis, etiam nobis præsentibus recitetur, & ut postulas, gestis publicis firmetur.* POST *recitationem testamenti,* Defensor & Curiales *dixerunt, Testamentum, quod recitatum est, gestis publicis inseratur.* PROSECUTOR *dixit, Hoc amplius peto, optime Defensor, ut mihi gesta publice edantur.* DEFENSOR & *ordo curiæ dixerunt, Quia testamentum & mandatum vite condita, & bonorum virorum subscriptionibus firmata cognovimus, æquum est, ut gesta, cum a nobis fuerint subscripta, & ab amanuensi edita, tibi ex more tradantur, eademque in archiis publicis conserventur.* Parique modo acta in donationum insinuatione conficiebantur. CUJAC.

2. * *Tabulæ testamenti aperiuntur*] Lucianus *in Timone: ἀνοίξω γὰρ αὐτῶν, &c.* IDEM. *nov. post.*

3. *Hoc modo*] Is modus rite observandus est, ut mittatur heres in bonorum possessionem: quod docuit Paulus *lib.* III. *tit. 5.* §. 17. ubi etiam præmittit, quod testamentum debeat esse oblatum judici, videlicet, competenti, coram quo debet aperiri, §. 2. *hoc tit.* SCHULTING.

4. *Ut testes, vel eorum pars maxima adhibeatur*] Hos cogere Romæ est Prætoris officium, *l. 4. D. testamenta quemadmod. aperiant. l. 3. §. 9. D. de tabul. exhibend.* IDEM.

5. *Agnitis signis*] Sic Suetonius *in Tiber. cap. 25.* loquitur de testibus *signa agnoscentibus.* Alibi dicuntur signatores *sigilla recognoscere, d. l. 4. d. l. 3. §. 9. D. de tabul. exhibend.* Ita Marculphus *Formular. lib.* II. *form.* 17. hunc ipsum forte Pauli locum respiciens. *Recognitis sigillis, inciso lino, ut Romana legis decrevit auctoritas.* Signa quoque *cognoscere* plus semel dixit Cicero *Catilinar.* III. *cap. 5.* Inter ea igitur, quæ testamento nocent, erunt & sine agnitore signa; uti de instrumentis litis loquitur Quinctilianus *Institution. Orator. lib.* XII. *cap. 8.* Manum suam ut testes agnoscant, non exigitur: verum nec circa illam, reliquaque in testamento perscripta aliquid fieri potuit, si linum, quo colligatæ, & signa, quibus signatæ sunt tabulæ, integra sint. Nec etiam subscriptiones inspici possunt ante apertum testamentum. In jure nostro, scilicet, signa imponuntur testamentis scriptis & clausis, ultimusque hic est ordinationis actus, *l. 21. pr. C. de testament.* ac signatio impedit, ne quis argumentum scripturæ possit scire. Major ceteroquin longe est subscriptionis fides, quando & alieno signo, quin & ipsius testatoris uti fit licitum, *l. 22. §. 2. B. qui testament. facer. poss.* De quibus consuli poterit Salmasius *de modo usurar. cap. 11. & de subscribend. & signand. testament. cap. 16.* IDEM.

6. *Exempli*] Exemplum hic est ἀντίγραφον, hodie copia, ut in *l. 4. §. ult. D. famil. erciscund. l. ult. D. testament. quemadmod. aperiant.* alioquin & pro ipso exemplari, sive authentico, hoc verbum sumitur, *l. 24. D. qui testament. fac. poss.* de quibus plura legere est apud Salmasium *de mod. usurar. cap. 10. & de subscribend. & signand. testament. cap. 5. & 6.* Contra Plinius exemplar dixit de apographo *Natural. Histor. lib.* XXXV. *cap. 10.* IDEM.

7. *Signo publico obsignatum*] Jam olim civitates sua quoque habuere signa, quorum fit etiam mentio in fœdere Smyrnæorum & Magnetum *in Marmorib. Arun-*

2. [10] Testamenta [11] in [12] municipiis, [13] coloniis, [14] oppidis, [15] praefectura, [16] vico, castello, [17] conciliabulo [18] facta, [19] in foro, vel basilica, praesenti-

Arundellian. p. 14. aliorum apud Ciceronem *in Verr. lib. IV. cap. 63. pro Flacc. cap. 15.* IDEM.

8. *Archium*] In *l. 9. §. 6. D. de pœn.* vetantur aliqui sedere in *archio, vel grammatophylacio.* & ἀρχεῖον quoque occurrit in Novella XV. *cap. 3.* Idem vero est, an dicas *archium*, an *archivum*, quod est in ed. Sich. uti *museum* dicitur, & *musivum*: nec non *odeum*, & *odivum*, notante Salmasio ad *Trebell. Pollion. Tetric. Junior.* Plura de verbo archivum, & ἀρχεῖον collegit sæpe mihi citatus Car. du Fresne du Cange *Glossar. med. & infim. Latinit. & Glossar. med. & infim Græcit.* Quædam etiam habet Doctissimus Dukerus *ad Opuscul. de Latinitat. vett. Jurisconsultor. p. 444.* Cicero vocat *tabularium pro Arch. poët. cap. 4.* & Livius *lib. XLIII. cap. 16.* IDEM.

9. *Vt si quando exemplum ejus intercideris, &c.*] Ita illis, qui ex testamento aliquid sperare possunt, omnia sunt salva. Nihil minus publice privatimve expedit, quam ut testamentorum exemplaria privatis, etiam illis, qui inde obligantur, adservanda permittantur. Vbi hoc jus non viget, sane illud induci valde foret optandum. IDEM.

10. *Testamenta in municipiis, &c.*] Recitationes testamentorum fiunt in foro, aut basilicis a secunda hora ad decimam: quoniam eo maxime tempore frequentissimum est forum. Et fiunt præsente magistratu, eodemque testamentum, posteaquam describendi potestas facta est, obsignante. Et hoc est quod superius publicum signum appellavit. Sed si in archio civitatis tabulæ non deponantur, satis erit vel priorum signatorum, vel eorum, qui illis absentibus adfuerunt, signa magistratu præsente reponi. *l. sed si quis, 7. D. testament. quemadm. aper. l. 2. C. eod.* Pertinet ad hanc maxime quæstionem, quod Augustinus scribit *in psalmum XXI. Tamdiu contenditur*, inquit, *de hereditate mortuorum, quamdiu testamentum profertur in publicum. & cum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes, ut tabula aperiantur, & recitentur. Judex intus audit, advocati silent, præcones silentium faciunt, universus populus suspensus est ut legantur verba mortui non sentientis in monumento. Ille sine sensu jacet in monumento, & valent verba ipsius: sedet Christus in cœlo, & contradicitur testamento ejus.* CVJAC.

11. *In municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, castello, conciliabulo*] Horum omnium apud veteres fit mentio: ac ex professo de illis egit V. C. Car. Sigonius *de jur. Ital. lib. II.* Alibi memorantur civitates, oppida, vici, castella, municipia, *l. 16. Cod. Theod. de Episcop. & cleric.* alibi civitates, municipia, vici, castella, *l. 3. Cod. Theod. de collation. donator.* ubi plura notat Jac. Gothofredus, *& in Topograph. Cod. Theod. part. 1. §. 5.* SCHVLTING.

12. *Municipiis*] Hæc proprie sunt oppida in civitatem Romanam recepta, legibus suis utentia; sed quorum cives muneris tantum cum populo Romano honorari participes essent: ut indicet Gellius *Noct. Atticar. lib. XVI. cap. 13.* atque inde a capiendis muneribus municipes dictos esse, præter Gellium docet Vlpianus *l. 1. §. 1. D. ad municipal.* Hæc vero municipia non ejusdem omnia, sed diversæ fuerunt conditionis. Plura de illis litteris mandavit is, quem modo adduxi, Sigonius *dict. lib. II. de jur. Ital. cap. 6. & seqq.* & nuperrime Inclytus Vir, Ezech. Spanheimius *Orb. Roman. Exercitation. 1. cap. 12.* Jam vero Gellio florente municipiorum jura obliterata fuisse ex ipso constat *dict. loc.* & cujusque civitatis cives abusive dicebantur municipes, auctore Vlpiano *d. l. 1. §. 2. D. ad municipal.* & maxime post civitatem cum omnibus Ingenuis communicatum municipiorum ab aliis civitatibus discrimen vim suam perdidit. IDEM.

13. *Coloniis*] Hæ ex ipsa Vrbe capiebant originem, missis aut deductis eo civibus Romanis; de quorum juribus & differentiis multa invenire est apud eumdem Sigonium *dict. lib. II. cap. 2. & seqq.* Spanheimium *dict. Exercitation. 1. cap. 8. & 9. & Exercitation. 11. cap. 18.* IDEM.

14. *Oppidis*] Hic per oppida ea intelliguntur, quæ majora erant, quam castella, & muris cincta, nec talis conditionis, vel nominis, cujus alia hic memorata. IDEM.

15. *Præfectura*] Oppida erant talia non dissimili jure ac provinciæ, quæ itidem Roma quotannis præfectos accipiebant, de quibus consuli poterit Festus *verb. Prafectura*, Sigonius *lib. II. cap. 10. & seqq.* & Cujacius *Observation. lib. XI. cap. 24.* IDEM.

16. *Vico*] Vicus hic in genere videtur locus, in quo plures domus, villæve conjunctæ sunt sine mœnibus, ut & *l. 30. D. ad municipal. l. 198. D. de verbor. signification.* Alibi vici sunt partes pagorum, de quibus notarunt aliqua Aldus Manutius *de Quæst. per epistol. lib. III. cap. 7.* Phil. Cluverius *German. Antiq. lib. I. cap. 13.* IDEM.

17. *Conciliabulo*] Conciliabula erant loca, quæ jus habebant non tantum nundinarum, sed in quibus etiam jus dicebatur. Sigon. *dict. lib. II. cap. 15.* IDEM.

18. *Facta*] Hoc quidem plerumque eveniet, ut quo loco facta sunt testamenta, ibidem quoque aperiantur. ceteroquin non interest, quo in loco sint facta, hic tantum de aperiundo est quæstio: adeoque verbum hoc abesse posset. IDEM.

19. *In foro*] Hoc & vici habuere, saltem quidam, & maxime metrocomiæ, in quibus etiam curiales fuisse docet *l. 6. Cod. Theod. de patrocin. vicor.* Fori vero quoque hac in re meminit Lucianus *in Timon.* ubi aviditatem hereditarum graphice describit: Plutumque ita loquentem inducit, postquam ostendisset, quam negligenter sæpe defunctorum abjicerentur cadavera, Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπιτηδειοτατοι ἐν τῇ ἀγορᾷ παρεμένοντες κεκηνότες, ὅπως τὸν χαλκοῦν προσοπτόμενον τετηρηκότες οἱ κληρονόμοι. *Qui vero mei speducuntur, in foro oppe-*

rimentur

sentibus testibus, [20] vel honestis viris, [21] inter horam secundam & decimam [22] diei recitari [23] debebunt: [24] exemploque sublato, ab iisdem rursus magistratibus [25] obsignari, [26] quorum praesentia constat aperta.

3 [27] Testamentum lex [28] statim post mortem testatoris aperiri voluit: & ideo [29] quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus [30] intra triduum, vel

riuntur hiantes, non aliter, quam hirundinem advolantem stridentes pulli. IDEM.

20. *Vel honestis viris*] Testibus deficientibus. Vt autem hi testes sint tres decuriones, adsitque exceptor publicus, qui praeter magistratum ad acta municipalia faciendaa requiruntur, *l. 151. Cod. Theod. de decurionib.* id, inquam, nec hic exigitur, nec in *l. 7. D. testament. quemadmod. aperiant. l. 2. C. eod. tit.* adeoque nec satis causae est, ut eos necessarios hic esse credamus, quod volebat Petr. Faber *Semest. lib. 11. cap. 23.* Adde quod *d. l. 151.* ne quidem in Codicem Justinianeum relata sit. IDEM.

21. *Inter horam secundam & decimam*] Horas duas diei primas officiis & salutationibus Romani tribuebant: tertia forum incipiebat fervere. Martialis *lib. IV. epigrammat. 8.*

Prima salutantes, atque altera nunciat hora:
Exercet raucos tertia causidicos.

Datur vero spatium largius, ad decimam usque horam, forte quia intra paucos dies res erat peragenda. nona ceteroquin ad coenam accedebant. Martialis *dict. loc.*

Imperat exstructos frangere nona thoros.

Cicero *lib. IX. epistolar. Famil. 26. Accubueram hora nona.* IDEM.

22. *Diei recitari*] In Parisi. est, *dici recitarique.* (in erratis enim pro *dici* jubetur corrigi *dici*) Mihi illud *dici* non probatur: sed si illud *recitarique* esset ex libris antiquis, dubitarem, an non ante illud excidisset *aperiri*, ut scripsisset Paulus *aperiri, recitarique.* IDEM.

23. *Debebunt*] Edd. cum Interpp. Cujacii, *debent.* quod mallem quidem: Auctores enim nostri non jubent, sed jus exponunt: omnes tamen aliae edd. etiam Cujacianae, habent *debebunt*: quod credo ab Aniano esse, apud quem talia plura occurrunt. IDEM.

24. *Exemploque sublato*] Apud Lucianum heres abit cum ipsis tabulis: ubi etiam in praecedentibus tantum fit mentio signi detracti numero singulari, *ἐπειδὰν τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ.* An in provinciis quibusdam haec aliter observata sunt apud eos, qui non erant cives Romani, ad quos solos pertinebat lex vicesima? IDEM.

25. *Obsignari, quorum praesentia constat aperta*] Sich. male, *obsignato, q. p. c. apertum.* RITTERSHVS. In edd. Lugd. Par. & Genev. est etiam *apertum*, non recte. SCHVLTING.

26. *Quorum praesentia constat aperta*] Vereor, ne hic Compilator verba Pauli inverterit. IDEM.

27. *Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit &c.*] Haec est lex Julia, quae proprio nomine lex Vicesima hereditatum dicitur in earum legum inscriptionibus, quae sumptae sunt ex duobus Aemilii Macri *ἐπιτομῶν* libris. Vult autem non tantum ut vicesima hereditatum fisco praestetur, sed etiam ut tabulae testamenti statim aperiantur. Nec enim haec res dilationem recipit: & ideo, ut recte Paulus ait, in *l. ultim. D. de appell. rec.* ne testamentum aperiatur, ut D. Adrianus constituit, id est, ex edicto D. Adriani, quod etiam pertinet ad vicesimam hereditatum, appellare non permittitur. Qui locus notandus est, propterea quod & si mentionem ejus edicti studiose Tribonianus removerit ex *l. ultim. C. de codic. & l. quisquis, 6. C. quorum appel. non rec.* ut ostendi *libr. III. titul. de S. C. Silaniano*, reliquit tamen eo in loco: credo, quia ea verba, *ut D. Adrianus constituit*, non intellexit ad edictum illius Adriani referenda esse. Statim autem aperiendae sunt tabulae, id est, a praesentibus intra dies tres, vel quinque a morte testatoris. Absentibus enim primum itineri in vicena millia passuum singuli dies dantur: & ob id tractans de lege vicesima, mille passus Macer definivit in *l. mille, 154. de verborum signific.* Aperturae tabularum postea triduum, vel quinque dies. Quod sequitur in hac Pauli sententia, *Nec enim opertet, &c.* ita restituimus ex codicibus novem: sed tamen ut sensus idoneus reddatur, pro *testamentum*, legendum existimo *testamento.* Dixit autem *quam necessario, ναι' ἀνάγκην*, ut *in tit. prox. sup. Meritis liberos, quam pactionibus adstringi placet*: & in *lib. V. titul. 18. neque in pecuniariis, quam in capitalibus.* Sic enim & in eis locis, omnes libri veteres habent. Sensus igitur hic est, ideo statim aperiri tabulas, quod non sit magis aequum per causam testamenti clausi heredibus, aut legatariis, aut libertatibus moram fieri, quam necessario vectigali, id est, vicesimae. Ea igitur legis pars & fisco, & heredibus, & legatariis, & libertatibus utilis est. Necessarium vectigal dicitur, quia id onera imperii introduxerunt pro utilitate communi, ut Plinius ait *in Panegyrico.* CVJAC.

28. *Statim*] Hoc Lex vicesimaria non tantum jubebat: sed & expediebat ita fieri ob legem Juliam caducariam, ex qua aerario, & postea fisco delata sunt ea, quae defecerant ante apertas tabulas, sub appellatione caducorum, de quibus Vlpianus agit *tit. 17.* & Imp. Justinianus *l. un. C. de caduc. tollend.* nec hereditas antea poterat adiri, nisi ab herede ex asse, *l. 1. § ult. D. de jur. & fact. ignorant.* Quae hodie mutata sunt, nec res tempore arctatur, *l. ult. C. de edict. Divi Hadrian. tollend.* SCHVLTING.

29. *Quamvis rescriptis sit variatum*] Rescripta magnae quidem auctoritatis olim fuerunt, adeoque passim allegata; non dissimili plane modo, ac hodie supremarum curiarum decreta: vim tamen plenam le-

vel quinque dies aperiendae ſunt tabulae. Ab abſentibus quoque intra eos dies, cum ſupervenerint: nec enim oportet [31] teſtamentum heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, [32] quam neceſſario vectigali moram fieri.

gis non habuerunt: ac proinde non de tempore, quo quodque prodierit, laborant Juris Auctores, quod circa leges uſui venire ſolet: ſed eligunt aliquando quod ſibi magis ſequendum videtur. Ita hic facit Paulus, & in alia ſpecie Vlpianus *l. 6. D. de jur. fiſc.* Interdum & contra ea reſpondere non ſunt veriti. Quæ latius exſecuti ſumus in Diſſertatione *pro reſcript. Impp. Romanor.* §. 4. IDEM.

30. *Intra triduum*] Ita & ei, quod illico fieri debet, triduum adſignatur *l. ult. C. de judic.* unde male interpolatam eſſe *l. ult. C. de error. advocator.* obſervavimus in Diſſertatione *de Recuſation. judic. cap. 12.* Hic tamen non præciſe triduum, ſed etiam quinque dierum ſpatium præfinitur. IDEM.

31. *Teſtamentum*] Cuja. leg. putat *teſtamento*. RITTERSHVS.

32. *Quam neceſſario vectigali m. f.*] Sich. *ultra quam neceſſarium vectigali m. f.* inepto ſenſu, cum vectigal aperturæ non injiciat moram, ſed illam velit feſtinari. Rectior eſt emendatio Cujacii. Vectigal vero *neceſſarium* hic vocatur, quippe, quod in militare ærarium illatum eſt, ut antevertimus dicere. De qua neceſſitate multa cumulare proclive eſſet, ſed quid opus ſoli facem accendere? SCHVLTING.

TITVLVS VII.

[1] *De Lege Cornelia.*

1. [2] QVi teſtamentum falſum ſcripſerit, recitaverit, ſubjecerit, ſignaverit, [3] ſuppreſſerit, [4] amoverit, [5] reſignaverit, deleverit, pœna legis Corneliae de falſis tenebitur, [6] id eſt, in inſulam deportatur.

2. [7] Non tantum is, qui teſtamentum ſubjecit, ſuppreſſit, delevit, pœna

1. *De Lege Cornelia*] Scilicet teſtamentaria: de qua eſt etiam *tit. 25. infr. lib.* V. Vt non abs re quis miretur, quid ſit quod bis de ea tractetur. RITTERSHVS. Hic de illis ſolis ſpeciebus falſi agit Paulus, quæ circa teſtamenta committuntur, de quibus etiam ſolis egit lex Cornelia, quam teſtamentariam vocat Cicero *in Verr. lib. 1. cap. 42.* quæque poſtea ad alia inſtrumenta, aliasque res producta eſt, *l. 6. §. 2. D. de extraordinar. criminib. l. 16. §. 1. D. h. tit.* de quibus *libr.* V. *tit. 25.* SCHVLTING.

2. *Qui teſtamentum falſum ſcripſerit, &c.*] Lege Cornelia teſtamentaria tenetur, qui falſum teſtamentum ſcripſit, recitavit, ſubjecit, ſignavit dolo malo, vel qui verum celavit, amovit, reſignavit, delevit, *l. 2. D. de leg. Corn. de falſ.* Qui amovit, furti non tenetur, quia non lucrifaciendi animo amovit, ſed ut verum non appareat. Pœna legis Corneliæ eſt deportatio, ut *libro* V. latius explicabitur. CVJAC.

3. *Suppreſſerit &c.*] Præcedentia pertinent ad teſtamenta falſa, hoc & ſequentia ad vera, & valida, *add. l. 32. §. 6. D. de pœn.* SCHVLTING.

4. *Amoverit*] Hic in legem Corneliam incidit *lib. V. tit. 25. §. 2. l. 2. l. 16. pr. D. l. 24. C. hoc tit.* quare tamen non etiam furti teneatur, quod negat Cujacius, rationem non video idoneam: de hic enim lucri faciendi animus adeſſe poteſt, pari modo ac ſi quis alia inſtrumenta furripiat, de quibus furti agi poſſe conſtat ex *l. 27. l. 31. §. 1. D. de furt.* Illud tamen eſt verum, amotionem, ſive ſubreptionem teſtamenti publicum eſſe crimen, & ipſa lege Cornelia coërceri: reliquorum inſtrumentorum ſubreptorum crimen non eſſe publicum, *l. 26. pr. D. h. t.* ſed extra ordinem poſſe puniri, uti & omne aliud furtum, *l. ult. D. de furt.* Vidit hoc etiam ipſe Cujacius *ad d. l. 26. ad Paul. Reſponſor. lib.* III. IDEM.

5. *Reſignaverit*] Reſignatio eſt ſignorum ablatio, quibus ablatis apertum eſt teſtamentum. unde & *reſignare* hic erit *aperire*, uti & §. 4. *Inſt. de militar. teſtament. l. 23. D. qui teſtament. facer. poſſ.* Alibi *aperire* & *reſignare* ſimul occurrunt, *l. 38. §. 2. D. de pœn.* qui locus exſtat in his Sententiis *lib.* V. *tit. 25. §. 11.* Non diſtinguit Paulus, an reſignetur teſtamentum hominis mortui, an vivi; nec hic, nec in *l. 2. D. h. t.* modo id fiat, videlicet, dolo malo. In ſpecie vero de hominis vivi teſtamento id cavetur *d. lib.* V. *tit. 25. §. 11. l. 2. §. 2. D. h. t.* IDEM.

6. *Id eſt, in inſulam deportatur*] Legis ipſius pœna fuit interdictio aquæ & ignis, in cujus locum ſub Imperatoribus deportatio in inſulam ſucceſſit: qua de re dictum ad Cajum *lib. 1. tit. 6. §. 2.* IDEM.

7. *Non tantum is, qui teſtamentum ſubjecit, &c.*] Lege Cornelia tenetur non tantum is, qui eorum, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, quid fecit: ſed & is, cujus dolo malo eorum aliquid factum erit, *l. 2. D. cod.* CVJAC.

8. *Id*

na legis Corneliae coërcetur; ſed & is, qui ſciens dolo malo [8] id fieri juſſit, faciendumve curavit.

INTERPRETATIO. *Si quis teſtamentum ſuppreſſerit, amoverit, reſignaverit, deleverit, aut conſenſerit, aut fieri juſſerit, ut falſarius in inſulam deportetur.*

3. [9] Teſtamentum ſupprimit, qui ſciens prudensque tabulas teſtamenti in fraudem heredum, vel legatariorum, fideicommiſſariorum, aut libertatum non profert.

4. [10] Supprimere tabulas videtur, qui cum habeat, & proferre poſſit, eas proferre non curat.

5. [11] Codicilli quoque ſi lateant, nec proferantur, ſupprimi videbuntur.

6. [12] Edicto perpetuo cavetur, ut ſi tabulae teſtamenti non appareant, [13] de

8. *Id fieri juſſit, faciendumve curavit*] Ita & alibi qui crimini cauſam præbet, uti ille, qui commiſit, punitur, *lib.* V. *tit.* 23. §. 3. *l.* 16. *pr. & §.* 1. *D. ad leg. Cornel. de ſicar. l.* 11. *pr.* §. 3. *& ſeqq. l.* 15. §. 8. *D. de injur.* §. 12. *Inſt. eod. tit. l.* 5. *C. de accuſationib.* SCHULTING.

9. *Teſtamentum ſupprimit, qui ſciens, &c.*] Quid ſit in lege Cornelia *ſupprimere*, explicat. Eſt autem dolo malo teſtamentum celare, nec iis, quorum intereſt, exhibere, puta heredibus, aut legatariis, aut exheredatis. Inde in *l. Pompon.* 44. *D. de adquir. rerum domin. Qui repoſcenti*, inquit, *non reddit, ſupprimere, & intercipere videtur.* Sed omnimodo ſupprimendi animum ac conſilium exigimus, *l.* 3. §. *ſi quis dolo, D. de tab. exhib.* CUJAC. Aliqua huc facientia habet Iſidorus *Origin. lib.* V. *cap.* 24. ubi legitur: *quod in fraudem heredum, vel legatariorum, ſeu liberorum non eſt palam prolatum.* Forte pro *liberorum* Iſidorus ſcripſerat *libertorum*. (quomodo video quoque Briſſonium *de verbor. ſignifi cation. v. ſupprimere* Iſidori locum repræſentare) Accuratius Paulus noſter *libertatum*, teſtamento, nempe, datarum. Idem error in vetere Gloſſario, cujus verba profert Briſſonius *d. loc.* SCHULT.

10. *Supprimere tabulas videtur, &c.*] Vt quis dolo malo ſupprimere videatur, duo exigimus, ut tabulas habeat, easque exhibere poſſit. Sed tamen qui dolo malo fecit, ut deſineret habere, quaſi ſuppreſſor tabularum etiam condemnabitur, *d. l.* 3. §. *ſi quis dolo.* CUJAC.

11. *Codicilli quoque ſi lateant, &c.*] Lege Cornelia tenetur non is tantum, qui teſtamentum, ſed & qui codicillos occultat dolo malo. Similiter uterque interdicto tenetur de tabulis exhibendis, *l.* 1. §. *hoc interdictum, D. de tab. exhib.* IDEM. De codicillis nihil fuit in lege Cornelia, inventis, quippe, demum ſub Auguſto, *pr. Inſt. de codicill.* ſed certiſſima interpretatione, quod de teſtamentis cautum erat, ad codicillos producitur, uti & alibi fit. SCHULTING.

12. *Edicto perpetuo cavetur, &c.*] Interdicto de tabulis proferendis tenetur, qui tabulas ſupprimit. Dum autem hoc intra annum ait interdictum reddi, poſt annum non reddi ſignificat: quod pugnat directo cum *l.* 3. §. *ult. D. de tab. exhib.* in quo Vlpianus, *Interdictum hoc*, inquit, *& poſt annum competere conſtat: ſed & heredi, ceteriſque ſucceſſoribus competit.* Non eſt igitur controverſium, ſed conſtat inter omnes perpetuum eſſe interdictum De tabulis exhibendis. Sed hoc an ita ſenſerit Vlpianus, ſubtilius intueamur. Et quidem ſi verum eſt, quod Vlpianus propoſuit, interdictum De tabulis exhibendis poſt annum competere, cur ſubdit, quaſi augendæ rei gratia. *Sed & heredi ceteriſque ſucceſſoribus competit?* Certiſſimum eſt perpetua interdicta ſucceſſoribus competere: idque in annuis tantum interdictis commode adjungitur, heredi competere. Quod ſi in heredem hoc interdictum ceterosque ſucceſſores competere, quod tamen nusquam reperitur ſcriptum, Vlpianus ſcripſiſſet, & perpetuum eſſe interdictum facile admitteremus, & apte eum atque convenienter id ſubdidiſſe confiteremur. Quando vero & illud adſcripſit, & hoc prætermiſit, ita cenſeo, eandem eſſe rationem hujus interdicti, & interdicti. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus erit. Vtrumque enim pœnale eſt: & recte, meo quidem judicio, Accurſius, quæ tradantur in *l.* 3. §. *condemnatio, D. de tab. exhib.* ad aliud quoque interdictum transfert in *l.* 2. §. *hanc actionem, D. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. erit.* Neque enim ei quicquam obſtat *l ſi quis dolo*, 32. §. 2. *D. de re jud.* ſi quidem in ea pro *venditor*, mihi perſuadeo legendum eſſe *debitor*, & verum eſt. At conſideraudum hic rurſus eſt, hoc ordine interdicta proponi, ut præcedat interdictum, Ne vis fiat ei &c. ſequatur interdictum, De tabulis exhibendis. Neque perturbemur legum inſcriptionibus, quas tractatu proprio habito, quandoque mendis innumeris ſcatere, Domino faciente docebimus. Nam ut *l.* 3. *D. ne vis fiat ei, &c.* eſt ex Vlpia. *lib.* LXVIII. *ad edictum*, ſic & *l.* 1. *& l. ult.* Et quod *lex prima* LXXII. *lex ult.* LXVIIII. libro tribuitur, mendum allatum eſt ex numerorum notis in *l.* 2. v. in X. mutato, & uno I. quod ſupereſt in *l. ult.* in ea prætermiſſo.

"de earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi poſſit, "quo ad exhibendum compellitur qui ſupprimit. "Tabularum autem appellatione chartae quoque & membranae continentur.

Quæ vitiorum genera in auctoribus frequenter occurrunt. Cum vero Vlpia. hoc prius de interdicto, Ne vis fiat ei, &c. ſcripſiſſet poſt annum id non competere, ſed heredibus ſimilibusque perſonis dari, in *l. 1. §. hanc actionem, D. ne vis fiat ei, &c.* quod & de interdicto annali Vnde vi adnotatur in *l. 1. §. hoc interdictum heredi, D. unde vi.* deinde idem Vlpianus huic interdicto proxime adjuncta tractatione interdicti De tabulis exhibendis, ut credo ſic ſcripſit in *l 3. §. ultimo, D. de tabul. exhib. Interdictum hoc & poſt annum non competere conſtat:* hoc ſenſu, ſicut ſuperius, Ne vis fiat, ita & hoc poſt annum non competere conſtat. Sequitur, *Sed &* (ſicut videlicet ſuperius) *heredi ceteriſque ſucceſſoribus competit.* Et hanc lectionem cum ipſe rerum ordo, tum hæc Pauli ſententia manifeſto confirmat. Qui nec hunc interdictorum ordinem animadverterunt, nec iterati hujus articuli, *et*, vim intellexerunt, auctores, ut opinor, demendæ negationis fuerunt. Non eſt illud omittendum, edictum quidem loqui de tabulis, ſed tabularum appellatione omnem materiam contineri. Quæ interpretatio etiam ad edictum *de bonorum poſſeſſione ſecundum tabul.* adhiberi ſolet. CVJAC.

13. *De earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi poſſit*] Is ordo agendi olim fuit in interdictis obſervatus, ut qui exiſtimaret, jus ſibi interdicti poſtulandi competere, is id a Prætore peteret, eoque a Prætore interpoſito, ſi adverſarius negaret id recte contra ſe impetratum eſſe, adeoque de facto eſſet controverſia, v. gr. an poſſideret, an aliquem dejeciſſet de poſſeſſione, judex pedaneus, vel etiam recuperatores darentur: quod pluribus exponemus *ad lib.* V. *tit. 6. de interdictis.* Quæ hic Cujacius notat, carpuntur a Joh. Roberto *Recept. jur. civil. lection. lib.* I. *cap.* 29. verum adverſus illum ſe defendit *Obſervation. lib.* XVI. *cap.* 28. SCHVLTING.

14. *Quo ad*] Sichar. *ad quod exhi.* non recte. RITTERSHVS.

15. *Tabularum autem appellatione charta quoque & membranæ continentur*] Idem docet Vlpianus *l. 1. pr. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* ubi (ut obiter hoc notem) expoſuiſſe videtur non edictum illud ipſum de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, de qua ſcripſit demum libro ad Edictum XLII. *v. l. 2. D. eod. tit.* ſed titulum Edicti generalem, *ſi tabulæ teſtamenti exſtabunt*: in libro enim XXXIX. de bonorum poſſeſſionibus in genere, nec non aliqua de bonorum poſſeſſione contra tabb. diſputavit, *v. l. 1 l. 5. D. de bonor. poſſeſſionib. l. 1. l. 3. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* In illis vero verbis *d. l. 1. pr. Tabulas teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram*, nihil aliud eſt *figura*, quam ſpecies. Sic variæ cautarum figuræ *l. 1. pr. D. de obligationib. & actionib.* capiendi figuræ *l. 31. D. de mortis cauſ. donationib.* juris figuræ *pr. Inſt. de legat.* Nec probare poſſum emendationem Viri Summi, Cl. Salmaſii *de mod. uſurar. cap. 10. p. 516.* in *d. l. 1.* legentis, *omnem materiam in figura*: vel, *omnis materia figuram*: quia, ſcilicet, fieri quidem teſtamentum in quacumque materia poteſt; ſed ut tabulæ dicantur, figuram retinere debet, quæ eſt in quadratis tabulis, non in volumine. Verum Jurisconſulti nuſquam vel de materia, vel de exteriori forma ultimarum voluntatum ſunt ſoliciti, *add. §. 12. Inſt. de teſtament. ordinand. l. 15. C. d. teſtament.* Nec etiam Vlpianus in *d. l. 1.* exponere voluit, quid proprie tabularum nomine denotaretur: ſed quid per tabulas intelligendum ſit in Edicto Prætoris, ex ipſius mente, ac negotii natura. Itaque nec in *l. 4. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* uti nec *§. 12. Inſt. de teſtament. ordinand.* codicis formam requiremus: nec improbabimus formam voluminis: de quorum diſcrimine dictum *ad lib.* III. *tit. 6. §. 27.* quamvis voluminis nomen de teſtamento non inveniamus. SCHVLTING.

TITVLVS VIII.

De Inteſtatorum Succeſſione.

1. Inteſtati dicuntur, qui teſtamentum facere non poſſunt: vel ipſi linum

1. *De Inteſtatorum ſucceſſione*] Et hic titulus indicio eſt, quantopere hoc opus decurtarit Anianus. Septem tantum ſententias Sichardus, & Cujacius primo ediderunt: ac hic poſtea duas addidit, viceſimam & ſequentem: verum multum debemus Collationi Moſaicarum & Romanarum legum *tit. ult.* ex qua hic titulus longe jam auctior conſpicitur. SCHVLTING.

2. *Succeſſione*] In lib. Lex Dei legitur, *ſucceſſionibus.* RITTERSHVS.

3. *Qui teſtamentum facere non poſſunt*] Proprie quidem hos non eſſe inteſtatos tradit Vlpianus *l. 1. pr. D. de ſuis & legitim. heredib.* addens tamen, hos quoque pro inteſtatis accipiendos: adeoque quare, ſi in ſtatutis fiat mentio inteſtati, ſolam dicamus comprehendi illis perſonam ad teſtandum jure habilem, quod poſt Ferrarienſem placet Rittershuſio *ad Novell. part.* VII. *cap. 1. n. 3.* rationis nihil video. SCHVLTING.

4. *Vel ipſi linum, ut inteſtati decederent, abrupernnt*] Non

linum, ut inteſtati decederent, abruperunt: vel hi, quorum hereditas repudiata eſt, cujusve condicio defecerit.

* 2. [5] Sine jure Prætorio factum teſtamentum abjecta doli exſpectatione obtinebit. * Eorum quorum teſtamenta rumpuntur, aut inrita fiunt, [6] ipſo quidem jure teſtamenti decedunt *

* 3. Inteſtatorum hereditas defertur lege XII. tabularum primum [7] ſuis heredibus, deinde adgnatis, & aliquando quoque [8] gentilibus deferebatur. [9] Sane conſanguineis lex non adprehenderat; [10] interpretatione Prudentium primum inter adgnatos locum acceperunt.

* 4.

Non idem, ſi id ab alio factum ſit, teſtatore inconſulto, *l. 1. §. 10. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* vel caſu fortuito, aut ab ipſo teſtatore per imprudentiam: nam & ſcriptis in teſtamento, quod prorſus non exſtat, ſuccurritur, *l. 1. §. 3. D. de his, quæ in teſtament. delent.* Plene hæc ſanciuntur a Juſtiniano *L. 30. C. de teſtament.* IDEM.

5. *Sine jure Prætorio factum teſtamentum, abjecta doli exſpectatione, obtinebit &c.*] Hæc ita diſtincta ſunt in edd. Rittersh. & Aurelian. harum Sententiarum: quæ ita corrupta edere maluit ex editionibus antiquis, ut quicumque vellet, ſuum in iis reſtituendis exercere poſſet ingenium. Pro illis autem, *abjecta doli exſpectatione*, legendum, *objecta doli exceptione*, nemo non videt: verum an ita conſtabit horum verborum ſenſus? quo pacto teſtamentum ſine jure Prætorio obtinebit, oppoſita doli exceptione? In apographo Collationis Moſaicarum & Romanarum legum manu Joſephi Scaligeri deſcripto ad marginem pro *ſine* legitur *ſane*: quo admiſſo, ſimulque ſi notemus hic variis locis aliqua excidiſſe, jam tentemus, an non in hunc ſenſum forte ſcripſerit Paulus. *Sane jure Prætorio factum teſtamentum, non objecta doli exceptione, obtinebit: ii enim, quorum teſtamenta rumpuntur, aut inrita fiunt, ipſo quidem jure inteſtati decedunt: at ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio datur, ſi ſeptem teſtium ſignis tabula ſignata ſint. Inteſtatorum hereditas &c.* Certum ſane eſt bonorum poſſeſſionem dari ex teſtamento jure Prætorio valido, quamvis jure civili invalido: idque cum effectu, ſi non obſtet exceptio doli, quam memorat Paulus, quæque bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas ſæpe inutilem reddit, facitque, ut ſit ſine re, quando, videlicet, teſtamentum laborat vitio aliquo jure civili: hic enim ſi ſcriptus heres non ſit ab inteſtato proximus, non dat Prætor illi cum effectu bonorum poſſeſſionem, ut conſtat ex Ulpiano *tit. 23. §. 6.* (Prætor, quippe, jus civile tollere aut mutare nequit) niſi auctoritate majori, veluti conſtitutionis, adjuvetur: quod ſit in ſpecie poſtumi, qui vivo teſtatore natus teſtamentum ejus rumpit, ſed vivo teſtatore deceſſit. *l. 12. pr. D. de injuſt. rumpt. irrit. fact. teſtament.* Exceptionis illius mentio *l. pen. fin. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* ubi plura de ea tradit Cujacius *ad Papinian. Quæſtion. lib.* XLII. In poſterioribus plerisque emendandis ac ſupplendis præiverat nobis jam V. C. Petr. Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. ll. tit. ult.* nec abludunt ab illis ea, quæ tradit Ulpianus *d. tit. 23. §. 6. tit. 22. §. 6.* & Imperator *§. 6. Inſt. quib. mod. teſtament. inſirmen.* IDEM.

6. *Ipſo quidem jure teſtamenti decedunt.*] Facile hic aliquis reponeret, *ipſo quidem jure teſtati decedunt, hereditas vero, ut inteſtatorum defertur.* & ſic ed. Aurelian. & hunc iterum novam ſententiam concipit ita. *Inteſtatorum hereditas &c.* ſed id ſtare non poſſe, ac tales ipſo jure inteſtatos decedere ante laudatus Pithœus recte animadvertit. In margine quoque apographi Scaligeriani eſt *inteſtati.* Rittershuſii vero editio hæc & ſequentia ita exhibet: *quamvis ipſo quidem jure teſtati decedunt, hereditas ut inteſtatorum defertur lege &c.* perperam, ut ex dictis liquet: ac quod de inteſtatorum hereditate dicitur, non recte ad certam ſpeciem refertur, cum generaliter rem definiat. IDEM.

7. *Suis heredibus*] Quo modo hi ad hereditatem vocentur, exponetur ad Ulpianum *tit. 26. §. 1.* IDEM.

8. *Gentilibus*] Edd. vett. *gentibus*: ſed recentiores *gentilibus*, quod genuinum eſſe dubio caret. De illis quoque idem tradit Cajus *Inſtitution. hoc tit.* quem locum exhibuimus ſub *lib. II. tit. 8.* IDEM.

9. *Sane conſanguineis lex non adprehenderat, interpretatione &c.*] Ita edidit Pithœus: nec nos contextum mutavimus, quamvis non improbemus eos, qui hæc ita emendarunt. *S. conſanguineos l. n. a. ſed int.* quomodo habet ed. Rittersh. & Aurelian. Poſſet & legi: *S. conſanguinei, quos l. n. adp. &c.* Pauli mens eſt, conſanguineos, ſive fratres & ſorores ex eodem patre, in XII. tabb. non fuiſſe ab aliis adgnatis diſtinctos, quod poſtea factum eſt ratione Voconiana, cujus meminit Paulus *hoc tit. §. 22.* In XII. tabb. promiſcue vocati ſunt proximi adgnati, ſub quibus ſane & hi continentur: ut adeo non probem emendationem V. C. Jac. Gothofredi *ad ll. XII. tabb. probation. ad tab. V. cap. 2.* pro *non adprehenderat* reſcribentis *non comprehenderat.* Verbum *adprehendere* hic eſt, *in ſpecie exprimere*, ut *caſus teſtamento adprehenſus l. 10. D. de liber. & poſtum:* & *lege adprehendi*, dixit Paulus *lib. II. tit. 27. §. 15.* IDEM.

10. *Interpretatione Prudentium*] Mediæ Jurisprudentiæ hoc adſcribit Imperator *§. 3. Inſt. de legitim. adgna-*

* 4 [11]Sui heredes sunt hi: primo loco filius, filia, in potestate patris constituti: nec interest, adoptivi sint, [12]an naturales, & secundum legem Juliam Papiamve quaesiti, modo maneant in potestate.

* 5. [13]Qui sui heredes sunt, ipso jure heredes etiam ignorantes [14]constituuntur, ut [15]furiosi, aut infantes, & peregrinantes; [16]quibus bonorum possessionis, [17]propter Praetoriam actionem [18]non erat necessarium.

* 6. In suis heredibus adeo [19]ad mortem testatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillo, nec furiosis curator sit necessarius; [20]nisi * forte solvenda sit hereditas: quamvis etiam furiosus, si resipuerit, & [21]pupillus, si adoleverit, abstinere possint.

§. 7.

adgnator. successionum. ubi notandum, per eam intelligi, non quae fuit post XII. tabb. antiquior Imperatoribus: sed quae fuit *Imperiali dispositione anterior*, sive ante id tempus exstiterat, quo Principes aliquid circa haec definivere. Mutantur haec *l. 14. C. de legitim. heredib.* & maxime *Novell.* CXVIII. IDEM.

11. *Sui heredes &c.*] De iisdem Cajus agit *Institution. lib.* III. (cujus verba nos quoque exhibuimus *sub Epitomes lib.* II. *tit.* 8.) *& in Epitom. lib.* II. *tit.* 3. §. 6. ubi quaedam notata sunt. IDEM.

12. *An naturales, & secundum legem Juliam Papiamve quaesiti*] Naturales hic opponuntur adoptivis. Posset vero quis malle, *Juliam Papiamque quaesiti.* Fuerunt duae distinctae leges, Julia, & Papia: & sic memorantur in legum inscriptionibus innumeris, *conf. l. 43. cum aliquot seqq. D. de ritu nuptiar.* Secundum harum legum praecepta non tantum nuptiae olim ineundae erant: sed cum dotalibus tabulis legem Juliam Papiamque recitari solitam fuisse indicat Martianus Capella *de nupt. Philolog. & Mercur. libr.* II. *in fin.* Nec aliter haec Pauli intelligit Merillius *Observation. lib.* VIII. *cap.* 10. & Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. & Pap. cap.* 4. atque hic notat Pithoeum haec aliter explicantem. IDEM.

13. *Qui sui heredes sunt &c.*] Similia traduntur §. 3. *Inst. hoc tit.*

14. *Constituuntur*] Ipso jure: adeoque nec opus declaratione voluntatis ipsorum, *l. 14. D. de suis & legitim. heredib.* & dicuntur hereditatem non adire, sed retinere, *l. 12. §. ult. D. de bon. libertor.* ac bonorum, quorum antea fuerunt quodammodo domini, liberam consequi administrationem, *l.* II. *D. de liber. & posthum.* IDEM.

15. *Furiosi*] Add. *l. 63. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. ult. §. 2. C. de curator. furios. vel prodig.* IDEM.

16. *Quibus bonorum possessionis*] Pithoeus legit, *quibus jus bonorum possessionis*, quod sensus exigit. recepit etiam in contextum Rittershusius. IDEM.

17. *Propter Praetoriam actionem*] Actionem certam Praetoriam videntur hae verba designare, non Praetorias in genere; quales alioqui sunt, quas bonorum possessori Praetor adcommodat, *pr. Inst. de perpet. & temporalib. actionib.* Inofficiosi querelam V. C. Petr. Pithoeus intelligit: verum actio illa non venit ex edicto Praetoris, qui exheredatis non succurrit, *l. 8. pr. D. de bonor. possession. contr. tabb.* ut nec illis, qui hereditatem capere prohibentur, *l. 22. §. 1. D. de bonor. possessionib.* An intellexit Paulus hereditatis petitionem Praetoriam, sive possessoriam, quam ut consequatur emancipatus, opus ipsi est bonorum possessione? Suus remedio tali non indiget, quoniam civile habet remedium & directam hereditatis petitionem. IDEM.

18. *Non erat*] Pithoeus legit, *non erit*, rectius: non enim de jure veteri agit Paulus, sed usu vigente. IDEM.

19. *Ad mortem testatoris*] An ergo dominium incipit post mortem parentis, & cum morte continuatur? Id plane absurdum. Lege, *a morte testatoris.* Sic Imperator §. 3. *Inst. de hereditatib. quae ab intestat. defer.* scribit. *Et statim a morte parentis quasi continuatur dominium.* Dubito quoque, an illud *testatoris* sit genuinum, quando de intestatis hic sermo est. Recte Imperator *parentis.* IDEM.

20. *Nisi * forte solvenda sit hereditas*] Recte emendasse haec videtur Pithoeus legens, *nisi forte solvendo non sit hereditas.* quod ab editoribus quibusdam est receptum. Ego in contextu nihil mutavi. Hoc vero casu tutore vel curatore opus est, non ut fiant heredes jure civili; ipso enim jure tales sunt: sed ut valide creditoribus teneantur, & jure Praetorio, opus actu voluntatis declaratorio: alioquin exceptio iis dabitur, si a creditoribus conveniantur. *l. 57. pr. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* IDEM.

21. *Pupillus*] Cui hoc Praetor dedit, ut, quamvis se immiscuerit, (auctoritate etiam tutoris, sine qua nihil ejusmodi agere potest) nihilominus se possit abstinere, *d. l. 57. l.* II. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat. add. l. pen. D. de auctoritat. & consens. l. 44. D. de re judicat.* quod & hic docemur licere, posquam quis pubes est factus. IDEM.

22. *Post*

Digitized by

* 7. [22] Poſt mortem patris natus, [23] vel ab hoſtibus reverſus, [24] aut ex primo ſecundove mancipio manumiſſus, [25] cujusve erroris cauſa probata, licet non fuerint in poteſtate, ſui tamen patri heredes efficiuntur.

* 8. Poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem inter ſuos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu [26] poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimento ipſis in avi poteſtate, vel proavi familia remanſerit: parentes enim liberis ſuis, cum quibus in poteſtate fuerunt ipſi, ordine ſucceſſionis obſiſtunt.

* 9. [27] Filii ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis in familia retinentur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem cum fratris filiis vocantur: quibus in patris ſui partem venientibus, hereditas in ſtirpes, non in capita dividitur, ita ut filius, & plures nepotes ſingulos ſemiſſes habeant. [28] Idque evenit, ſi ab eo ex duobus filiis impari numero nepotes ſucceſſerint.

* 10. Ex filia nepotes ſui heredes non ſunt: in avi enim materni poteſtate alienam familiam ſequentes ipſa ratione eſſe non poſſunt.

* 11. [29] Eo tempore ſuus heres conſtituendus eſt, quo certum eſt, aliquem inteſtatum deceſſiſſe: quod ex eventu deficientis condicionis, & ortu nepotis, qui vivo avo poſt mortem patris [30] natus, [31] iniri poteſt.

* 12. Quem filius emancipatus [32] ſuſcepit, vel adoptavit, ſui heredis locum in avi ſucceſſione, ſicut ipſe pater, obtinere non poteſt. Adoptivus tamen [33] nec quaſi cognatus bonorum poſſeſſionem ejus [34] potiri poteſt.

* 13.

22. *Poſt mortem patris natus*] Habet hoc quoque Cajus & ipſius Epitome *hoc tit.*

23. *Vel ab hoſtibus reverſus*] Idem traditur §. 4. *Inſt. hoc tit.*

24. *Aut ex primo ſecundove mancipio manumiſſus*] Et hoc docet Cajus *dict. loc.* Manumiſſus vero eſſe debebat, ut patri eſſet ſuus heres: quamdiu enim in alterius erat mancipio, extra patris erat poteſtatem. Unde & Ulpianus dicit talem manumiſſione adgnaſci *tit. 23. §. 3.* SCHULTING.

25. *Cujusve erroris cauſa probata &c.*] Meminit Cajus *loc. cit.* Ulpian. *tit. 7. §. 3.*

26. *Poſt*] Malim *per.* RITTERSHUS. Vulgatum etiam non male habet. SCHULTING.

27. *Filii ſi cum nepotibus &c.*] Similia habet Cajus & ejus Epitome *dict. loc.* & Imperator §. 6. *Inſt. hoc tit.* in apographo Scaligeri legitur in ſingulari. *Filius cum n. &c, in familia retentus*, & dein, *vocatur*, poſtea, *in quibus*. Priora utro modo legas, parum refert: ſed *rò in* rectius abeſt. IDEM.

28. *Idque evenit, ſi ab eo &c.*] Pithœus ita reſtituit. *Idemque evenit, ſi cum eo ex duobus filiis impari numero nepotes ſucceſſerint*; quod in quibuſdam edd. exſtat, ne quidem facta lectionis alterius mentione, etiam Rittershuſii; qui tamen pro *eo* edidit *uno*. Ego lectionem veterem, ut ſoleo, in contextu reliqui, quamvis alteram magis probem. Sed & pro, *ab eo*, ſi referibamus, *avo*, quod eſt in margine editionis Pariſ. cIↃ IↃLXXXVI. bonus emerget ſenſus leviſſima mutatione. IDEM.

29. *Eo tempore, &c.*] Adde §. 7. *Inſt. h. tit.*

30. *Natus*] Liber Scaligeri, *natus eſt*.

31. *Iniri*] Senſus magis requirit verbum *definiri*, vel aliud ſimile. Vix eſt, ut *iniri* hoc ſenſu accipiatur. IDEM.

32. *Suſcepit*] Modo is etiam conceptus ſit poſt emancipationem, §. 9. *Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt.* ſolvit. IDEM.

33. *Nec quaſi cognatus*] Ita edidi cum quibuſdam aliis; quamvis plerzque edd. vett. habeant, *ne quaſi cognatus*. Ratio vero hujus rei eſt, quia adoptatus hic non eſt conjunctus patris adoptivi patri, *arg. l. 23. D. de adoptionib. l. 1. §. 4. D. unde cognat.* ut adeo eatenus deterioris ſit conditionis, quam is, qui ex mancipato eſt natus: ii enim bonorum avi poſſeſſionem, tanquam cognatus, habere poteſt. IDEM.

34. *Potiri*] Mallem *petere*, quod eſt in codice Scaligeri ante laudato, & in edit. Rittersh. Quid ſi tamen legeretur, *bonorum poſſeſſionem ejus potiri*, an non id fieri poſſet? quin & *potiri* cum accuſativo conſtrui conſtat. Exempla habet Fr. Sanctius *Minerv. lib. III. cap. 3.* IDEM.

* 13. [35]Si sui heredes non sunt, ad adgnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos [36]primum locum consanguinei obtinent. [37]Adgnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem descendentes: sicut filius fratris, & patruus, & deinceps tota successio.

14. [38]Inter adgnatos, & cognatos hoc interest, [39]quod in adgnatis etiam cognati continentur: [40]inter cognatos vero adgnati non comprehenduntur. Et ideo patruus & adgnatus est, & cognatus, avunculus autem cognatus [41]tantummodo.

INTERPRETATIO. *Adgnati sunt, qui per virilem sexum descendunt: cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui, vel patruorum filii & adgnati, & cognati sunt: avunculi vero, & [42]eorum filii cognati sunt, non adgnati.*

* 15. [43]Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tempore. Adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, & hi, qui post mortem patris nati sunt, [44]vel causam probaverunt.

* 16. Soror [45]jure consanguinitatis tam ad fratris, quam ad fororis hereditatem admittitur.

* 17. Consanguineis non existentibus, adgnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit. [46]Quod si plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur.

18. [47]Si

35. *Si sui heredes non sunt &c.*] Verba XII. tabularum habet Ulpianus *tit. 26.* Conferri etiam cum hisce possunt quæ habet Cajus *hoc tit.* §. 3.

36. *Primum locum*] Et ab aliis adgnatis distinctum, ex Prudentum interpretatione, §. 3. *hoc tit.* Hic, scilicet, par erat conditio marium & feminarum, quæ remotiori ex gradu non admittebantur §. 22. *h. tit.* In lege vero XII. tabb. comprehendebantur consanguinei, sive frater & soror, nomine adgnatorum: quod generalissime acceptum etiam de suis heredibus prædicatur *l. 10. §. 3. D. de gradib. & adfinib.* & in specie de filio *l. 12. D. de suis & legitim. heredib.* ubi perperam a quibusdam addi negationem vere notavit Cujacius *Observation. lib.* XIV. *cap. 11.* SCHULTING.

37. *Adgnati autem sunt &c.*] Adde Cajum *hoc tit.* §. 3.

38. *Inter agnatos & cognatos hoc interest &c.*] Cognatorum nomen generale est. Ex his alii sunt agnati, alii cognati. Agnati sunt cognati per mares, ut patruus, amita: cognati sunt per fœminas, ut avunculus, matertera, *l. penult. D. unde legit.* CUJAC.

39. *Quod in agnatis etiam sunt cognati*] In Collatione Mosaicarum & Romanarum legum est editum, *in adgnatis enim etiam*, quod recepit Rittershus. ar Sinard. *quæ in a. e. f. c.* Res eodem redit. Sensus est hic, verbo adgnatorum intelliguntur tam conjuncti adoptione, quam conjuncti sanguine, per mares, scilicet: & gaudent jure cognationis, *l. 5. D. unde legitim. l. 10. §. 2. & 3. D. de gradib. & adfinib.* SCHULTING.

40. *Inter cognatos vero adgnati non continentur*] Vult eos, qui cognati sunt, non etiam statim adgnatos esse: quod certissimum est *d. l. 5. & d. l. 10. §. 4.* Quæ Vir Summus in sua interpretatione scripsit, mentem Pauli non explicant. IDEM.

41. *Tantummodo*] In dicta Collatione additur *est.*

42. *Eorum*] In Capitularibus *lib.* VII. *cap. 341.* ubi hæc referuntur, legitur *avunculorum.* Mentio horum filiorum non est apud Paulum, sed est ab Aniano non male addita. IDEM.

43. *Consanguinei sunt &c.*] Idem Cajus docet §. 3. *hoc tit.* & Imperator §. 1. *Inst. de legitim. adgnator. succession.*

44. *Causam probaverunt*] Quod & de suis habuimus §. 7.

45. *Jure consanguinitatis*] Cujus meminit & Imperator §. 3. *d. tit.* & occurrit *l. 44. D. de adoptionib. l. 4. D. unde cognat. l. 2. l. 6. C. de legitim. heredib.*

46. *Quod si plures eodem gradu consistunt, &c.*] Nec obstat, quod lex XII. tabb. proximi tantum meminerit in numero singulari, §. 5. *Inst. de legitim. adgnator. succession.*

47. *Si*

Digitized by Google

18. [47]Si ſint fratres defuncti, & fratris filii, vel nepotes, fratre non exiſtente, filius fratris nepoti praefertur.

* 19. [48]Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hereditas diſtribuitur: [49]ſcilicet, ut pro numero ſingulorum [50]viritim diſtribuatur hereditas.

* 20. [51]Filius fratris inteſtati filio ſororis praefertur.

* 21. [52]Legitimi heredes jure civili intra centeſimum diem niſi adierint hereditatem, ad proximos eadem ſucceſſio transfertur.

22. [53]Feminae ad hereditates legitimas ultra conſanguineas [54]ſucceſſiones,

47. *Si ſint fratres defuncti, & fratris filii. &c.*] Hæc ſententia ſecum ipſa non conſentit: ait enim initio eſſe fratres defuncti, deinde fratrem non exiſtere. Rurſus ait filium fratris nepoti præferri, cum tamen exiſtere fratris filios, & nepotes non propoſuerit, ſed fratris filios, vel nepotes. Igitur ſic lego, *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, nepoti praefertur, §. ſi plures, de legitim. agnat. ſucceſſ.* CVJAC. Rittershuſius emendationem Cujacii in contextum admiſit. In Collatione ſæpe laudata non eſt quoque hic locus integer, ſed ita expreſſus. *Si ſit frater defuncti, & fratris filius & nepos * fratres & non exiſtentes * filius &c.* ubi liber Scaligeri pro, *fratres, & non exiſtentes*, ad marginem habet, *ex fratre, ſed non exiſtente.* Freherus *Paraerg. lib. 1. cap. 9.* legit, *Si ſit frater defunctus, & fratris filius, & nepos ex fratre non exiſtente, filius &c.* quaſi tres fuerint fratres, quorum unus reliquit filium, ſecundus nepotem, tertiuſque mortuus ſine liberis. Balduinus *Juſtinian. lib. IV.* ſic emendat. *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, fratris filius nepoti praefertur.* Poſſunt & alia excogitari ſimilia: & aſteriſci indicant, hic quædam excidiſſe: de quibus judicare forte proclivius foret, ſi veterem librum inſpicere, & quantum quoquo loco ſpatii exſtaret, ubi nihil legi poſſet, compertum habere poſſemus. Non debent vero talia, tamquam genuina, verbis auctoris inſeri. Ceterum forte nec in ipſo Aniani codice hic locus bene fuit deſcriptus. SCHULTING.

48. *Sed ſi duorum &c.*] Hæc & ſequens ſententia abſunt ab ed. Aurelianenſi.

49. *Scilicet, ut numero &c.*] Hæc ſapiunt gloſſam ejus, quod dixit Paulus, *in capita hac. diſtrib.* RITTERSHUS. Non nego hæc abeſſe commode poſſe. Alibi tamen quoque illa verba, *in capita*, in ſenſum non diſſimilem exponuntur a Cajo. *Inſt. hac tit. §. 7.* Ulpiano *tit. 26. §. 4.* SCHULTING.

50. *Viritim*] In edd. vett. Collationis citatæ eſt, *virgum*: unde & Pithœo placebat *viritim*, quod in editione ſua expreſſit Rittershuſius, qui idem probavit *ad Novell. part. VII. cap. 1. n. 2.* ubi merito notat Fr. Hotmanum *Illuſtr. Quaeſtion. 14. fin.* reponentem *ma-rium*. IDEM.

51. *Filius fratris inteſtati filio ſororis praefertur*] Exſtat in editione Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. quæ nomen Cujacii oſtentat, illamque retinuit Rittershuſius. Videtur ſupervacua, cum hic ſermo ſit de ſolis adgnatis, inter quos non eſt ſororis filius, de quo proinde hoc parum apte monetur. IDEM.

52. *Legitimi heredes jure civili &c.*] Sententiam hanc invenio in editione Cujaciana Lugd. cIↃ IↃ LXVI. aliiſque plenioribus: quæ quidem a me hoc loco relicta eſt, quamvis an opportuno, definire non auſim. Saltem in Collatione ipſa poſt verba §. 19. ſtatim ſequuntur verba §. 22. Sed videamus de re ipſa: & vereor, ne, quod hic legimus, non ſit a Pauli ipſius manu: quid enim? an non certiſſimum, jure civili ſolum proximum adgnatum fuiſſe vocatum: nec hic uno deficiente ſucceſſioni locum fuiſſe? Id ipſe mox docet Paulus §. 23. *hoc tit. add. §. 7. Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* Et primum hoc mutavit Juſtinianus *d. §. 7.* Præter ſolus ſucceſſionem admittebat in deferenda bonorum poſſeſſione ex edicto ſuo, *l. 1. D. de ſucceſſor. edict.* quam opus etiam peti vel adgnoſci intra centum dies ab aliis præter liberos & parentes, quibus annus datur, §. 4. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib. l. 1. §. 9. & 12. D. de ſucceſſor. edict.* Hereditatis vero adeundæ lex facultatem legitimis heredibus dat perpetuam, dum quis vixerit, *l. 1. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* nec opus iis cretione, vel bonorum poſſeſſione, *l. 1. Cod. Theod. de cretion. vel bonor. poſſeſſion.* IDEM.

53. *Feminae ad hereditates legitimas &c.*] Conſanguinei utriuſque ſexus legitimi heredes ſunt: ultra conſanguineos feminæ legitimi heredes non ſunt: idque effectum eſt jure novo. Jure enim antiquo omnes agnati cujuſcunque ſexus legitimi ſunt: quod a Juſtiniano renovatum eſt, §. *ceterum, de legit. agnat. ſucceſſ.* Ait, *jure civili, vel Voconia narratione.* Quidam codices habent, *jure civili Voconiana ratione*, emendo, *jure civili Voconiana rogatione.* Hæc lex hereditates coërcuit mulierum, ne ditescerent ac proinde elatæ æquarent ſe viris. Scripſimus de ea in notis ad titulum *de leg. Falcid. libro II. Inſtitutionum.* CVJAC. De feminarum hac ſucceſſione agit Ulpianus *tit. 26. §. 6.*

54. *Succeſſiones*] Τὰ *ſucceſſiones* vocavi. & non male, ut puto, *Voconiana ratione.* Mox lego *adgnatos*: cognatos enim non agnoſcunt XII. GIPHAN. Delet Hubert. Giphanius, & recte: ita enim & Ulpian. loquitur, *lib. II. Inſtit.* cujus verba aſseruntur in lib. Lex Dei

* 13. [35]Si sui heredes non sunt, ad adgnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos [36]primum locum consanguinei obtinent. [37]Adgnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem descendentes: sicut filius fratris, & patruus, & deinceps tota successio.

14. [38]Inter adgnatos, & cognatos hoc interest, [39]quod in adgnatis etiam cognati continentur: [40]inter cognatos vero adgnati non comprehenduntur. Et ideo patruus & adgnatus est, & cognatus, avunculus autem cognatus [41]tantummodo.

INTERPRETATIO. *Adgnati sunt, qui per virilem sexum descendunt: cognati autem, qui per femineum. Et ideo patrui, vel patruorum filii & adgnati, & cognati sunt: avunculi vero, & [42]eorum filii cognati sunt, non adgnati.*

* 15. [43]Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui in potestate fuerunt mortis tempore. Adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, & hi, qui post mortem patris nati sunt, [44]vel causam probaverunt.

* 16. Soror [45]jure consanguinitatis tam ad fratris, quam ad fororis hereditatem admittitur.

* 17. Consanguineis non exsistentibus, adgnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit. [46]Quod si plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur.

18. [47]Si

35. *Si sui heredes non sunt &c.*] Verba XII. tabularum habet Ulpianus *tit. 26.* Conferri etiam cum hisce possunt quæ habet Cajus *hoc tit. §. 3.*

36. *Primum locum*] Et ab aliis adgnatis distinctum, ex Prudentum interpretatione, *§. 3. hoc tit.* Hic, scilicet, par erat conditio marium & feminarum, quæ remotiori ex gradu non admittebantur *§. 22. h. tit.* In lege vero XII. tabb. comprehendebantur consanguinei, sive frater & soror, nomine adgnatorum: quod generalissime acceptum etiam de suis heredibus prædicatur *l. 10. §. 3. D. de gradib. & adfinib.* & in specie de filio *l. 12. D. de suis & legitim. heredib.* ubi perperam a quibusdam addi negationem vere notavit Cujacius *Observation. lib. XIV. cap. 11.* SCHULTING.

37. *Adgnati autem sunt &c.*] Adde Cajum *hoc tit. §. 3.*

38. *Inter agnatos & cognatos hoc interest &c.*] Cognatorum nomen generale est. Ex his alii sunt agnati, alii cognati. Agnati sunt cognati per mares, ut patruus, amita: cognati sunt per fœminas, ut avunculus, matertera, *l. penult. D. unde legit.* CUJAC.

39. *Quod in agnatis etiam sunt cognati*] In Collatione Mosaicarum & Romanarum legum est editum, *in adgnatis enim etiam*, quod recepit Rittershus. at Sichard. *quia in a. e. f. c.* Res eodem redit. Sensus est hic, verbo adgnatorum intelliguntur tam conjuncti adoptione, quam conjuncti sanguine, per mares, scilicet: & gaudent jure cognationis, *l. 2. D. unde legitim. l. 10. §. 2. & 3. D. de gradib. & adfinib.* SCHULTING.

40. *Inter cognatos vero adgnati non continentur*] Vult eos, qui cognati sunt, non etiam statim adgnatos esse: quod certissimum est *d. l. 2. & d. l. 10. §. 4.* Quæ Vir Summus in sua interpretatione scripsit, mentem Pauli non explicant. IDEM.

41. *Tantummodo*] In dicta Collatione additur *est.*

42. *Eorum*] In Capitularibus *lib. VII. cap. 341.* ubi hæc referuntur, legitur *avunculorum.* Mentio horum filiorum non est apud Paulum, sed est ab Aniano non male addita. IDEM.

43. *Consanguinei sunt &c.*] Idem Cajus docet *§. 3. hoc tit.* & Imperator *§. 2. Inst. de legitim. adgnator. succession.*

44. *Causam probaverunt*] Quod & de suis habuimus *§. 7.*

45. *Jure consanguinitatis*] Cujus meminit & Imperator *§. 3. d. tit.* & occurrit *l. 44. D. de adoptionib. l. 4. D. unde cognat. l. 3. l. 6. C. de legitim. heredib.*

46. *Quod si plures eodem gradu consistunt, &c.*] Nec obstat, quod lex XII. tabb. proximi tantum meminerit in numero singulari, *§. 5. Inst. de legitim. adgnator. succession.*

47. *Si*

18. [47] Si ſint fratres defuncti, & fratris filii, vel nepotes, fratre non exiſtente, filius fratris nepoti praefertur.

* 19. [48] Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hereditas diſtribuitur: [49] ſcilicet, ut pro numero ſingulorum [50] viritim diſtribuatur hereditas.

* 20. [51] Filius fratris inteſtati filio ſororis praefertur.

* 21. [52] Legitimi heredes jure civili intra centeſimum diem niſi adierint hereditatem, ad proximos eadem ſucceſſio transfertur.

22. [53] Feminae ad hereditates legitimas ultra conſanguineas [54] ſucceſſiones non

47. *Si ſint fratres defuncti, & fratris filii, &c.*] Haec ſententia ſecum ipſa non conſentit: ait enim initio eſſe fratres defuncti, deinde fratrem non exiſtere. Rurſus ait filium fratris nepoti praeferri, cum tamen exiſtere fratris filios, & nepotes non propoſuerit, ſed fratris filios, vel nepotes. Igitur ſic lego, *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, nepoti praefertur, §. ſi plures, de legitim. agnat. ſucceſſ.* CVJAC. Rittershuſius emendationem Cujacii in contextum admiſit. In Collatione ſaepe laudata non eſt quoque hic locus integer, ſed ita expreſſus. *Si ſit frater defuncti, & fratris filius & nepos * fratres & non exiſtentes * filius &c.* ubi liber Scaligeri pro, *fratres, & non exiſtentes*, ad marginem habet, *ex fratre, ſed non exiſtente.* Frehe-rus *Paterg. lib.* I. *cap.* 9. legit, *Si ſit frater defunctus, & fratris filius, & nepos ex fratre non exiſtente, filius &c.* quaſi tres fuerint fratres, quorum unus reliquit filium, ſecundus nepotem, tertiuſque mortuus ſine liberis. Balduinus *Juſtinian. lib.* IV. ſic emendat. *Si ſint frater defuncti, & fratris filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non exiſtente, fratris filius nepoti praefertur.* Poſſunt & alia excogitari ſimilia: & aſteriſci indicant, hic quaedam excidiſſe: de quibus judicare forte proclivius foret, ſi veterem librum inſpicere, & quantum quoquo loco ſpatii exſtaret, ubi nihil legi poſſet, compertum habere poſſemus. Non debent vero talia, tamquam genuina, verbis auctoris inſeri. Ceterum forte nec in ipſo Aniani codice hic locus bene fuit deſcriptus. SCHULTING.

48. *Sed ſi duorum &c.*] Haec & ſequens ſententia abſunt ab ed. Aurelianenſi.

49. *Scilicet, ut numero &c.*] Haec ſapiunt gloſſam ejus, quod dixit Paulus, *in capita hor. diſtrib.* RITTERSHUS. Non nego haec abeſſe commode poſſe. Alibi tamen quoque illa verba, *in capita*, in ſenſum non diſſimilem exponuntur a Cajo. *Inſt. hoc tit.* §. 7. Ulpiano *tit.* 26. §. 4. SCHULTING.

50. *Viritim*] In edd. vett. Collationis eſtatae eſt, *virjam*: unde & Pithoeo placebat *viritim*, quod in editione ſua expreſſit Rittershuſius, qui idem probavit *ad Novell. part.* VII. *cap.* 1. *n.* 2. ubi merito notat Fr. Hotmanum *Illuſtr. Quaeſtion.* 14. *fin.* reponentem *marium.* IDEM.

51. *Filius fratris inteſtati filio ſororis praefertur*] Exſtat in editione Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. quae nomen Cujacii oſtentat, illamque retinuit Rittershuſius. Videtur ſupervacua, cum hic ſermo ſit de ſolis adgnatis, inter quos non eſt ſororis filius, de quo proinde hoc parum apte monetur. IDEM.

52. *Legitimi heredes jure civili &c.*] Sententiam hanc invenio in editione Cujaciana Lugd. cIↃ IↃ I. XVI. aliiſque plenioribus: quae quidem a me hoc loco relicta eſt, quamvis an opportune, definire non auſim. Saltem in Collatione ipſa poſt verba §. 19. ſtatim ſequuntur verba §. 22. Sed videamus de re ipſa: & vereor, ne, quod hic legimus, non ſit a Pauli ipſius manu: quid enim? an non certiſſimum, jure civili ſolum proximum adgnatum fuiſſe vocatum: nec hic uno deficiente ſucceſſioni locum fuiſſe? Id ipſe mox docet Paulus §. 23. *hoc tit. add.* §. 7. *Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* Et primum hoc mutavit Juſtinianus *d.* §. 7. Praeter ſolus ſucceſſionem admittebat in deferenda bonorum poſſeſſione ex edicto ſuo, *l. 1. D. de ſucceſſor. edict.* quam opus etiam peti vel adgnoſci intra centum dies ab aliis praeter liberos & parentes, quibus annus datur, §. 4. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib. l.* 1. §. 9. & 12. *D. de ſucceſſor. edict.* Hereditatis vero adeundae lex facultatem legitimis heredibus dat perpetuam, dum quis vixerit, *l.* 1. *Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* nec opus iis cretione, vel bonorum poſſeſſione, *l.* 1. *Cod. Theod. de cretion. vel bonor. poſſeſſion.* IDEM.

53. *Feminae ad hereditates legitimas &c.*] Conſanguinei utriuſque ſexus legitimi heredes ſunt: ultra conſanguineos feminae legitimi heredes non ſunt: idque effectum eſt jure novo. Jure enim antiquo omnes agnati cujuſcunque ſexus legitimi ſunt: quod a Juſtiniano renovatum eſt, §. *ceterum, de legit. agnat. ſucceſſ.* Ait, *jure civili, vel Voconia narratione.* Quidam codices habent, *jure civili Voconiana rationes*, emendo, *jure civili Voconiana rogatione.* Hanc legem hereditates coërcuit mulierum, ne ditescerent ac proinde elatae aequarent ſe viris. Scripſimus de ea in notis ad titulum *de leg. Falcid. libro* II. *Inſtitutionum.* CVJAC. De feminarum hac ſucceſſione agit Ulpianus *tit.* 26. §. 6.

54. *Succeſſiones*] Τὰ ſucceſſiones τῶν. & non male, ut puto, *Voconiana ratione.* Mox lego *adgnatos*: cognatos enim non agnoſcunt XII. GIPHAN. Delet Hubert. Giphanius, & recte: ita enim & Ulpian. loquitur, *lib.* 11. *Inſtit.* cujus verba aſſeruntur in lib. Lex

non admittuntur: "idque jure civili Voconiana ratione videtur effectum. Ceterum lex XII. tabularum nulla [56] diſcretione ſexus [57] cognatos admittit.

INTERPRETATIO. *Feminae niſi fratribus conſanguineis inteſtatis aliter cum adgnatis ſuccedere non poſſunt:* [58] *quia nec cognati maſculi ad ſucceſſionem inteſtatorum vocantur, niſi quando adgnatos deeſſe conſtiterit. Sane deficientibus adgnatis cum cognati ſuccedunt, poſſunt feminae cum viris, quae aequalis gradus ſunt, jure ſuccedere.*

23. [59] In hereditate legitima [60] ſucceſſioni locus non eſt. Et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non poteſt: quia omnis [61] ſucceſſio proximiori defertur.

INTER-

Dei, iſta: *Sciendum, fœminis ultra conſanguineas, hereditates legitimas non deferri.* Ita & Cajus *lib.* III. *Inſtit.* cujus verba ibid. hæc commemorantur: *Noſtra vero hereditates ad fœminas ultra conſanguineorum gradum non pertinent.* RITTERSHVS. Mihi non videtur temere ejiciendum illud *ſucceſſiones.* Conſanguineæ ſucceſſiones erunt ſucceſſiones conſanguinearum ſororum. Et exſtat hoc verbum in Collatione ſæpe citata. SCHVLTING.

55. *Idque*] In dicta Collatione eſt, *id quod*: ſicque edidit Rittershuſius.

55. * *Idque jure Civili Voconiana ratione videtur eſſe effectum*] Ita edere non dubitavi; quomodo & habere quoſdam codices teſtatur Vir Summus: ac in eadem Collatione legitur *Voconia ratione.* quæ noſtra lectio & Giphanio placuit, ſicque hæc adducuntur a Viris Eruditis, M. Vertranio Mauro *de jur. liberor. cap. 27.* Jac. Menardo *ad Ciceron. in. Verr. lib.* I. *cap.* 42. Jano a Coſta *ad §. 3. Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* omiſſo verbo *vel*, quod edd. Sichardi, & edd. cum Interpp Cujacii habent, non tamen aliæ antiquæ. Senſus eſt optimus, ſcilicet, inductum eſſe hoc jus Prudentum reſponſis, quæ juris civilis nomine veniunt, *l. 2. §. 5. D. de origin. jur.* unde & diſcrimen conſanguineorum ab aliis adgnatis, de quo ante dictum eſt. Ratio vero cur non aliis feminis adgnatis deferretur hereditas, deſumpta fuit ex lege Voconia, quæ feminis hereditates deferri vetuit, prohibuitque, ne qui cenſus eſſet, heredem inſtitueret feminam, ut conſtat ex Cicerone *in Verr. lib.* I. *cap. 43.* quamvis unica foret filia, teſte Auguſtino *de civitat. Dei. lib.* III. *cap.* 21. quod ratio quoque volebat ad ſucceſſionem ab inteſtato extendi: & ridiculum fuiſſet, legem illas ipſas, quas ex teſtamento capere nolebat, ab inteſtato admiſiſſe; quando certum eſt, cauſam teſtati favorabiliorem eſſe & potiorem cauſa inteſtati. Quin & Polybius *Excerpt. de virtutib. & vit. p.* 1462. ubi refert Scipionem Africanum hereditatem maternam permiſiſſe ſororibus, addit, τὰς ἰδίας οὐσίας προσῆκε κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους τοῖς ἐξ αἵματος ἀνήκουσιν, quia nihil ad ipſas ſecundum leges pertinebat. ubi per τοὺς νόμους in plurali numero intelligenda lex Voconia; veluti cum dicunt, *legibus ſolvi*, pro *lege aliqua ſolvi*; quod dudum alii notarunt. Lex vero Voconia etſi eſſet oblitterata per opulentiam civitatis jam diu, ut indicat A. Gellius *Noct. Attic. lib.* XX. *cap.* 1. (illa enim obtinente excluſæ plane erant feminæ) inde tamen, etiam poſtquam illa vim ſuam exſerere deſiit, ratio ſumpta eſt, quare ſucceſſio mulierum intra gradum conſanguinitatis reſtricta ſit a Prudentibus, quorum meminit Paulus §. 3. *hoc tit.* Sed de lege Voconia omnino meretur legi Viri Eximii, Jacobi Perizonii Diſſertatio *de lege Voconia feminarumque hereditatibus*: qui hoc ipſo modo verba Pauli legit, & interpretatur: notat etiam quædam alibi legi Voconiæ tribui, quæ poſt eam dudum abolitam inducta ſunt ad coërcendas feminarum hereditates. Ac in transcurſu obſervari poteſt, & alibi ex antiquitatis legibus rationes deſumi. Faciunt id Imperatores *l. uls. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* ubi id etiam obſervat Doctiſſimus Commentator. SCHVLTING.

56. *Diſcretione*] In Collatione citata eſt *diſcrepatione.*

57. *Cognatos*] Giphan. *agnates* legi vult, quia XII. tabb. non habebant, rationem cognatorum, quibus a Prætore denique bonorum poſſeſſio data eſt. RITTERSHVS. Idem placet Fr. Raguello *ad l. 24. C. de legitim. heredib.* Jac. Gothofredo *ad legg.* XII. *tabb. probationib. ad tab.* V. Res eſt evidentiſſimæ veritatis: & a vero longiſſime abeſt, quod M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 27.* ex vitioſa hujus loci lectione collegit, non alienum fuiſſe S. C. Tertullianum a XII. tabulis. SCHVLTING.

58. *Quia nec cognati maſculi &c.*] Res eſt certa, deficientibus proximis adgnatis Prætorem cognatos vocare ad bonorum poſſeſſionem. Vnde cognati: ſed non bene hæc cum præcedentibus cohærent, & nihil de his habet Paulus. IDEM.

59. *In hereditate legitima ſucceſſioni locus non eſt &c.*] In legitimis heredibus non eſt ſucceſſio. Et ideo fratre moriente dum deliberat, fratris filius mihi heres legitimus non eſt: nam ſucceſſio legitima proximiori defertur. Tempore autem delatæ hereditatis frater fuit proximior, non fratris filius, ergo fratris filio non defertur, neque eam frater transmiſit ad fratris filium. Igitur filio fratris non dabitur Vnde legitimi, dabitur tamen Vnde cognati, §. *placebat, de legit. agnat. ſucc.* Ex *l. 4. C. de bon. li.* in legitimis hereditatibus eſt ſucceſſio, & frater alterius fratris filio non præfertur. CVJAC.

60. *Succeſſioni locus non eſt*] Sic Cajus *hoc. tit.* & Vlpianus *tit. 26. §. 5.* lex enim proximum ſolum vocat.

61. *Succeſſio*] Legitima, ſcilicet, adgnatorum.

62. *Poterit*

INTERPRETATIO. *Si quando quis inteſtatus moriatur, qui fratrem, & fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium, hereditas pertinebit. Quod ſi frater defuncti hereditatem repudiaverit, vel adire noluerit, tunc fratris filius hereditatem patrui ſibi* [62] *poterit vindicare.*

24. [63] Ab hoſtibus captus neque ſui, neque legitimi heredis jus amittit poſtliminio reverſus. Quod & circa eos, [64] qui in inſulam deportantur, vel [65] ſervi poenae effecti ſunt, placuit obſervari, ſi per omnia in integrum indulgentia Principali reſtituantur.

[66] INTERPRETATIO. *Poſtliminio ab hoſtibus reverſus, ab inſula, vel a ſervitio reductus, hereditatem ſibi debitam capiat.*

25. [67] Pro herede gerere eſt [68] deſtinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus uſurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas rationesque diſponit, & qui ſervis hereditariis, jumentis, rebuſve aliis utitur.

26. [69] Ex pluribus heredibus, iiſdemque legitimis, ſi qui omiſerint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones [70] adcreſcunt. [71] Quod in herede inſti-

62. *Poterit vindicare*] Imo non poterit, ſecundum ipſum Paulum, & jus certiſſimum: quamvis ad bonorum poſſeſſionem Vnde cognati admitti poſſet. SCHVLTING.

63. *Ab hoſtibus captus neque ſui, &c.*] Poſtliminio recipimus ſui & legitimi heredis jus: Item reſtitutione principis, *l. 3. §. filio, D. ad Tertyl. l. 1. §. ultim. de bon. poſſ. contr. tab.* non tamen manumiſſione, *l. 7. D. unde. cogn.* Reſtitutio plenior eſt manumiſſione: Reſtitutio ingenuum facit, manumiſſio ingenuum non facit CVJAC.

64. *Qui in inſulam deportantur*] Quo pacto his poſt reſtitutionem plenam reviviſcat jus quoque patriae poteſtatis, dictum ad Cajum *Inſt. lib. 1. tit. 6. §. 1.* SCHVLTING.

65. *Servi poenae*] Aliud ſi hominis alienjus ſervi ſint facti, quales poſt manumiſſionem ne cognationis quidem jura recuperant, *§. 6. Inſt. de capit. deminution.* ſemel enim fuerunt quaſi plane mortui, *l. 209. D. de regul. jur.* Idem e diverſo, ſi tale quid acciderit illi, cujus ad hereditatem vel bona quis, tamquam adgnatus, vel cognatus aliter admiſſus fuiſſet, *l. 2. §. 2. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* IDEM.

66. INTERPRETATIO] Exedit Genev. ed. 1. LXXXVI. quam ſecutus eſt Rittershuſius.

67. *Pro herede gerere, eſt deſtinatione futuri dominii, &c.*] Heres legitimus fundos hereditarios coluit, aut eorum rationes diſpoſuit, ſervos, aut jumenta pavit, aut diſtraxit: ſi hoc animo heredis geſſit, pro herede geſſit: ſi alio animo, non item. Quod fuſius explicatur in *l. pro herede, 20. D. de adqu. hered.* CVJAC.

68. *Deſtinatione futuri dominii*] Circumſpecte loquitur Paulus: nondum enim heres nunc dominus eſt, ſed gerendo fit. Imperator *§. ult. Inſt. de hered. qualit. & differen.* dicit, *pro herede gerere* eſſe *pro domino gerere.* Alibi dixit Paulus pro domino facere, & adminiſtrare *l. 22. fin. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* Verba *heres*, & *dominus* interdum pro eodem ponuntur. vid. Guil. Forner. *Selection. lib. 1. cap. 19.* SCHVLTING.

69. *Ex pluribus heredibus, iiſdemque legitimis, &c.*] Qua in re diverſa ſit cauſa ſcripti & legitimi, Anianus non intellexit: ſed colligitur ex *l. ſi ex pluribus, 9. D. de ſuis & legitim. heredib.* Jus adcreſcendi coheredis heredem ſequitur, ad quem portio hereditatis pervenit: jus ſubſtitutionis coheredis heredem non ſequitur, licet portio hereditatis, ex qua ſubſtitutus coheres adjectus eſt, ad eum pervenerit. Jus adcreſcendi reale, jus ſubſtitutionis perſonale. Ineſt vero mendum, ni fallor, in illo loco, *eum, qui acceperat ſubſtitutum.* legendum cenſeo, *eoque coheredi ſubſtituto*, ut in *l. ſi ex pluribus, 9. inſtituti heredis & coheredi ſubſtituti.* CVJAC. Adde Vlpian. *tit. 26. §. 5.* ut & *§. ult. Inſt. de S. C. Orphitian.* qui locus ſumptus eſt ex *l. 9. D. de ſuis & legitim. heredib.*

70. *Adcreſcunt*] Portiones hic accedunt rei, non perſonae, ut in proprietate adcreſcente, *l. 33. fin. D. de uſufruct. l. 14. §. 1. D. de exceptio. rei judicat.* adeoque & heredis heredi hoc jus competit, *l. 20. §. 1. D. de conditionib. & demonſtrationib.* perinde quaſi ab initio totum delatum fuiſſet. Nec hic olim, quae deficiebant, fiſco adquirebantur, quoniam leges caducariae ad ea ſola pertinebant, quae teſtamento eſſent relicta:

instituto eum, qui acceperat substitutum, evenire non poterit: diversa enim causa est scripti, & legitimi.

INTERPRETATIO. *Si quando multi heredes legitimi fuerint derelicti, & aliqui eorum hereditatem praetermiserint,* [72] *vel adire noluerint, portiones eorum, qui omiserint, vel adire noluerint, his legitimis, qui adierint, adquiruntur. Sed in herede instituto, cui alter substitutus est, alia condicio est: quia in heredibus scriptis testamenti ordo tenendus est, ut institutis, vel substitutis de adeunda hereditate scripturae forma servetur.*

relicta: quod evincit vel hic ipse locus, aliique similes ante adducti. Nec fugit hoc Cujacium *Observation. lib.* XII. *cap.* 11. SCHVLTING.

71. *Quod in herede instituto &c.*] Emendatio Cujacii placet quoque V. C. Jano a Costa *ad §. ult. Inst. de S. C. Orphitian.* ac sensus tale quid exigit: non tamen totidem apicibus haec a Paulo perscripta fuisse ausim adseverare: adeoque nec Rittershusium imitari, qui ita edidit. Ratio vero discriminis inter coheredem ab intestato, & substitutum est evidens: huic enim non ob portionem, quam jam adquisivit, altera obvenit portio, sed ex voluntate specIali defuncti defertur: adeoque & voluntas substituti nova requiritur, ut hanc partem adquirat ac transmittat ex substitutione, *l. 9. D. de suis & legitim. heredib. l. 91. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* Caducorum vero juri nec hic fuit locus olim vigentibus legibus caducariis; modo ponamus portionem defecisse post apertas tabulas; ante enim deficientia erant caduca, vel in causa caduci, *l. un. §. 2. C. de caduc. tollend.* non postea, ut constat ex *l. 23. D. de vulgar. & pupillar. substitution. l. 53. pr. & §. 1. l. 59. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 26. §. 1. D. de condition. & demonstrationib. l. 2. §. 8. D. de bonor. possession. secund. tabb. l. 34. l. 35. D. ad leg. Aquil.* ut adeo jus adcrescendi post legem Juliam & Papiam prorsus hic cessasse non recte existimaverit Cujacius *Observation. lib.* XII. *cap.* 11. Idque bene observarunt Viri Insignes, Janus a Costa *ad §. ult. Inst. de S. C. Orphitian.* ac Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. & Pap. cap.* 34. Si tamen hic heres substitutus coheredi partem suam ex institutione adgnoverit, licet altera pars deficiens ipsi ex substitutione, & ipsius voluntate quaesita non sit, jure tamen adcrescendi ipsi etiam invito accedet, *l. 6. C. de impuber. & al. substitutionib.* adeoque ex necessitate, non ex defuncti voluntate ad ipsum pertinebit: idque & Vlpianus voluit *l. 35. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* qui quod dicit, heredem ex parte, qui pro herede gesserit ante delatam ex causa substitutionis hereditatem, hoc est, hereditatis partem, heredem quoque fore ex causa substitutionis, sic intelligi non potest, hanc partem heredi illi obtingere jure substitutionis, ac ex defuncti voluntate: cum diserte addat, portionem etiam invito adcrescere, *add. l. 53. §. 1. D. eod. tit.* sed per causam substitutionis intellexisse videtur partem, in qua substitutus est: quo modo explicat id Accursius in expositione prima. Differentia quoque inter substitutionem, & jus adcrescendi evidens est in herede instituti, & simul substituti coheredi suo: quod is ex judicio defuncti sane hic venire non possit, *d. l. 9. fin. D. de suis & legitim. heredib.* at substitutione sic collapsa, jure adcrescendi haec portio ipsi obveniet. De differentia substitutionis ac juris adcrescendi habet etiam quaedam Cujacius *disc. lib.* XII. *cap.* 11. & Merillius *Observation. lib.* VII. *cap.* 10. IDEM.

72. *Vel adire noluerint*] Vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti. RITTERSHVS. Hanc speciem expressam a Paulo omisisse videtur Interpres. SCHVLTING.

TITVLVS IX.

[1] *Ad Senatusconsultum Tertullianum.*

I. [2] Matres tam ingenuae, quam libertinae, cives Romanae, ut jus liberorum

1. *Ad Senatusconsultum Tertullianum*] Hujus titul. sententiae a Sich. subjiciuntur praecedenti, & tit. 9. adscribitur ibi demum, *Latina.* RITTERSHVS. Historiam eorum, quae ad hoc S. C. pertinent, habet Imperator *Instit. hoc tit.* ac paucis Vlpianus *tit. 26. §. 7.* quae nec a Paulo videtur omissa fuisse: ac simul plenius tradita, quae eodem S. C. sancita sunt. Haec vero Compilator Alaricianus neglexit, fortasse, quia magna ex parte immutata erant in constitutionibus Codicis Theodosiani, *l. 1. l. 2. l. 7. l. 8. de legitim. heredit.* adeoque nihil hic restat, nisi quaedam de jure liberorum. Multa praeter alios de hoc S. C. in literas retulit M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap.* 27. quorum tamen nonnulla examen mererentur. SCHVLTING.

2. *Matres tam ingenuae, quam libertinae, &c.*] Mater filio

rum consecutae videantur, ter & quater peperisse sufficiet, dummodo [1]vivos, & [4]pleni temporis pariant.

2. [5]Quae [6]semel uno partu [7]tres filios edidit, [8]jus liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel [9]partum fudisse videtur; [10]nisi forte per intervalla pariat.

3. [11]Mulier, si monstrosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit, [12]nihil proficit:

filio succedit quasi legitima ex S. C. Tertulliano, cujus auctor fuit D. Pius, ut Zonaras scribit, & nos probasse in Institut. meminimus. Sed hoc ita, si jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, & si vivos, maturosque peperit. Nati enim non videntur, qui mortui nascuntur, & contra naturam, ac leges videntur nasci, qui immaturo partu eduntur: ut qui ante septimum mensem. CVJAC.

3. *Vivos*] Mortui hic non proderant, ut nec in lege Julia & Papia, *l. 129. D. de verbor. signif.* SCHVLTING.

4. *Pleni temporis*] De quo §. 5. *hoc tit.*

5. *Quae semel uno partu tres filios edidit, &c.*] Ter enixa videtur, quae tergeminos peperit per intervalla, *l. ter enixa, 137. D. de verb. sign.* non quae uno partu, id est, nullo interjecto intervallo. Uno autem impetu constat duos plureſve nasci non posse, *l. Arescusa, 15. D. de stat. hom.* CVJAC.

6. *Semel*] Sic mox iterum. *Eodem tempore* dicit Paulus alibi, *l. 3. D. si pars hereditat. petat.* Nec recte M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 29.* existimat Paulum scripsisse *simul*: quo enim pacto mulier simul, adeoque uno impetu duos pariet? Non patitur hoc rerum natura; ut & notatum Tryphonino *l. 15. D. de stat. homin.* & Augustino *de civitate Dei lib. V. cap. 5.* qui de geminis ait, *utique simul nasci ambo non poterant.* SCHVLTING.

7. *Tres*] Edd. Sich. Lugd. Paris. Genev. addunt *vel duos.* quae verba non exstant in edd. cum Interpp. Cujacii, nec verum habent sensum: cum duo partus editi etiam separatis vicibus non potuerint jus liberorum conciliare, sed tres solummodo, aut quatuor: adeoque haec verba iterum contexturi inseri non debere putavimus. IDEM.

8. *Jus liberorum non consequitur*] Aliud in lege Julia & Papia, *l. 137. D. de verbor. sign.* ubi non distinguitur, an semel, an per intervalla enixa sit. Ad §. seq. etiam videbimus speciem, in qua illae leges ab hoc S. C. discrepant. Lex illa 137. explicari potest ex Ulpiano *tit. 3. §. 1.* cum Jac. Gothofredo *ad leg. Jul. & Pap. cap. 9.* IDEM.

9. *Partum fudisse*] Arnobius *adverſ. gent. lib. 1.* dicit de Mercurio, *utero fusus Maja*, respiciens locum Virgilii *Aeneid. VIII. verſ. 138.*

- - - - quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

Plura collegit C. A. Fabrotus *Exercitation. 1.* IDEM.

10. *Nisi forte per intervalla pariat*] Ejus, quae post diem quadragesimum a partu priori iterum fuerat enixa, meminit Paulus *l. 3. D. si pars hereditat. petat.* aliarum, quibus post intervallum hoc idem evenit, exempla habet Plinius *Natural. Histor. lib. VII. c. 12.* IDEM.

11. *Mulier si monstrosum aliquid, &c.*] Extat haec sententia in *l. non sunt, 14. D. de stat. hom.* Pertinet autem proprie ad S. C. Tertullianum. Igitur monstrosus, vel prodigiosus partus in S. C. Tertulliano matri non prodest. Contra Ulpianus in *l. quaeret, 135. D. de verborum significatio.* prodigiosum, vel monstrosum partum matri in lege Papia prodesse ait. Diversitatis ratio aliqua reddi potest: Odiosa enim est lex Papia, quae orbas eorum, quae in testamentis relinquuntur, semisse multat, auctore Nicephoro *lib. VII. cap. 47.* Et ideo Ambrosius in *Luca capite 3. erat*, inquit, *deforme, liberos non habere: quod etiam legum civilium fuit auctoritate mulctatum.* In S. C. Tertulliano de lucro certatur, in lege Papia de damno. Plus autem favendum est his, qui de damno vitando, quam de lucro captando certant, *l. ult. §. fin. vero creditores, C. de jur. delib.* Sed quia derogatum erat huic in re S. C. Tertull. *l. 2. C. de jur. liber.* hanc sequentemque sententiam Tribonianus posuit sub titul. *de stat. hom.* verbis ad hunc sensum inflexis, ut non sint justi liberi, & in potestate, qui contra naturam nascuntur CVJAC.

12. *Nihil proficit*] Est hac in re discrimen inter hoc S. C. & legem Juliam & Papiam, quo pertinet *l. 135. D. de verbor. signification.* quod post Cujacium *ad h. l.* placuit Jac. Gothofredo *ad leg. Jul. & Pap. cap. 12.* qui tamen id mavult intelligere de capite illius legis de decimis, de quibus Ulpianus agit *tit. 15.* quam de caducis. Dissensisse veteres opinatur Em. Merillius *Observ. lib. 1. cap. 33.* addens, matrem plus damni passuram, si excludatur a tota liberorum hereditate, quam si dimidiam tantum, vel decimam amittat, de quibus cavet lex Julia & Papia. Verum non hic quaestio est de quantitate ejus, quod perdet vel lucrabitur mater: verum quia S. C. praeter verba & mentem juris veteris vocabat matrem ad lucrum novum sub certa conditione, nisi illa plane impleta esset, jus antiquum manere debebat. Contra lex Julia & Papia novas inducebat poenas, hominesque privabat iis, quae jure antiquo capere potuerant: adeoque strictam res haec suadebat interpretationem, per quam aerarium, vel fiscus facilius excludebatur, *fat. l. 10. D. de jur. fisc.* SCHVLTING.

13. *Non*

ficit: [13] non ſunt enim liberi, qui contra formam humani generis converſo more procreantur.

4. [14] Partum, qui membrorum humanorum officia [15] ampliavit, quia [16] hac ratione aliquatenus videtur effectus, matri prodeſſe placuit.

[17] INTERPRETATIO. *Duplicata membra non impediunt.*

5. [18] Septimo menſe natus matri prodeſt: [19] ratio enim Pythagorei numeri hoc videtur admittere, ut aut ſeptimo pleno, aut decimo menſe partus maturior videatur.

6. [20] Abor-

13. *Non ſunt enim liberi*] Extat in *l. 14. D. de ſtat. homi.* ut & ſequens ſentent. ſed paulo aliter. RITTERSHVS. Tribonianus in *l. 14. D. de ſtat. homin.* verba Pauli transpoſuit & immutavit, ob liberorum jus hodie ſublatum, & dum voluit illa accipi non de aliqua certa ſpecie, vel ſola muliere, ſed generaliter. SCHVLTING.

14. *Partum, qui membrorum humanorum &c.*] Quibus ampliata ſunt officia membrorum, ut ſedigiti, matri profunt, *l. non ſunt, 14. D. de ſtat. hom.* CVJAC.

15. *Ampliavit*] Ed. Sich. Lugd. CIↃ IↃ LXVI. Pariſ. Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. *duplicavit*, quod a Compilatore ipſo eſſe uti facile admiſerim, & arguit interpretatio, ita cum genuinam Pauli ſcripturam, *ampliavit*, habeamus in Pandectis, quam & Cujacius in edd. cum Interpp. ipſius probavit, hunc tantum ducem ſequi non dubitavi. *Ampliare* eſt *augere*: de quo dictum *ad lib. 1. tit. 16. A. §. de amplianda.* Quod vero augetur, ſane non ſtatim duplicatur: & quod auctum tantum, monſtri nomine plane careret, id duplicatum in illud incideret SCHVLTING.

16. *Hac ratione*] Hæc verba exſtant in edd. antiquis, exceptis iis, quæ habent Interpretationes Cujacii, qui ea ex contextu ejecit. Quamvis vero illa non exſtent in *d. l. 14.* poſſunt tamen eſſe genuina, & a Tribonimo neglecta. IDEM.

17. INTERPRETATIO] Ex ed. Genev. & Rittershuſii.

18. *Septimo menſe natus matri prodeſt: &c.*] Partus ἑπτάμηνος matri prodeſt in S. C. Tertulliano: eſt enim pleni temporis, *l. ſeptimo, 12. D. de ſtat. hom.* Qui ante ſeptimum, vel octavo menſe prodeunt, imperfecti ſunt, nec vitales. Nono autem, & decimo, & undecimo a conceptionis die legitimi partus fiunt. Non tamen undecimo a morte mariti ex XII. tabul. Sed decreto quodam Adriani, etiam undecimo a morte mariti menſe partus legitimus fit. Quod defendi poteſt partu edito ſub initium undecimi menſis. Nam ſi ſub finem edatur, procul dubio illegitimus eſt, *Novell.* XXXIX. Cum vero ſummus hic ſit pariendi finis, non dubito, quin ſit in *l. ult. D. de adquir. rerum domin.* pro *uſucapta*, legendum *venalita*. Eſt enim uſucapio ancillæ ſaltem anni unius. Vt autem quæ gravida facta eſt apud teſtatorem, vel donatorem, fieri poteſt, ut apud legitarium, vel donatarium pariat, ita fieri non poteſt, ut quæ apud dominum prægnans facta eſt, apud eum, qui eam uſu ſuam fecerit, pariat. Sic igitur totam eam legem ſuæ integritati reſtituo, *Cum prægnans mulier legata, aut vendita, aliove quo modo alienata pariet, ejus fiet partus, cujus eſt ea cum enixetur, non cujus tunc fuiſſet, cum conciperet.* Opponitur editioni conceptio: & hoc poſito concepiſſe ancillam apud unum, peperiſſe apud alterum, huic datur partus, non illi. Sed ut ad ἑπτάμηνον redeamus, quem maturum partum eſſe diximus, cum tamen ἑπτάμηνος ſit immaturus, ſi quæratur differentiæ ratio, tribuendum id erit occultæ rationi, & virtuti ſeptenarii numeri: ac videnda hic omnino erit epiſtola Ambroſii XXXIX. *ad Horontianum.* Ad hæc ſi quæratur, an & is ſit maturus, qui ad initia ſeptimi menſis natus eſt, dicam eſſe maturum ex *l. 3. §. ult. D. de ſuis & legit. her.* utputa ſi natus ſit CLXXXII. die. Et ſi enim exactius dinumeratis omnibus menſium diebus, CLXXXII. dies accidere poſſit, ut ſextum menſem non impleant, verbi gratia, a Kalend. Mart. uſque ante diem pridie Kalend. Auguſt. dinumeratione facta, tamen in hoc propoſito, ex ſententia Græcorum Juriſconſultorum, ita inunda eſt computatio, ut ſingulis menſibus XXX. dumtaxat dies tribuantur. Qua ratione CLXXXII. dies ſeptimum menſem attingunt. Et ita Hippocrates quoque *lib. 11. Epid. 3. Sect.* CCLXX. dies pro novem menſibus putat, nosque hanc putandi rationem ſemper ſequimur. At videtur huic noſtræ ſententiæ adverſari Paulus, dum ait, *Septimo pleno*; pleno autem, id eſt, CCX. diebus, qui numerus continet τριῶν δυκάδων ἑβδομάδων, ut & Hippocrates περὶ φυσῶν oſtendit. Non tamen ideo ſtatim conſequitur, non naſci partum legitimum circa initia ſeptimi menſis: Nam & CLXXXII. partum naſci Hippocrates ſcripſit περὶ ἑπταμήνου, qui numerus dierum efficit dimidiam anni partem rotundato numero. CVJAC. De tempore partus humani copioſe & φιλολόγως differit C. A. Fabrotus Vir Celeberrimus, & Collega mihi conjunctiſſimus, Gerardus Noodt, in eruditiſſimo ſuo Commentario ad Digeſta nuperrime edito *ad tit. de his qui ſui vel alien. jur.* ſ. probabiliter reponit, *ut aut ſept. mo, aut pleno decimo menſe partus maturior videatur.* ut ſit fatis, eſſe natum menſe ſeptimo, aut decimo, etſi pleno. *Exercitation.*

19. *Ratio enim Pythagorei numeri*] Chalcidius *in Platon. Timæum p. 102.* ita ſcribit. *Enimvero ſeptenarius numerus laudatur a Pythagoreis, ut optimus, & natura-*

6. [20] Aborsus vel abactus [21] venter partum efficere non videtur.

7. [22] Libertina ut jus liberorum consequi possit, quater eam peperisse sufficit.

8. [23] Latina ingenua jus Quiritium consecuta, si ter peperit, ad legitimam filii hereditatem admittitur: [24] non est enim manumissa.

[25] INTERPRETATIO. *Jus Quiritium, hoc est, civitatem Romanam consecuta.*

9. [26] Jus liberorum mater habet, quae tres filios aut habet, aut habuit: aut neque habet, neque habuit. Habet, cui supersunt: [27] habuit, quae amisit: neque habet, neque habuit, quae beneficio Principis jus liberorum [28] consecuta est.

[29] INTERPRETATIO. *Jus liberorum consequitur mulier, etiam quae filios non habuit, si beneficio Principis hoc potuerit obtinere.*

* [30] *Mater per fratrem excluditur, & in successionem frater cum sorore aequa sorte succedit. Quod si frater non fuerit, mater cum filiabus, quantaecunque fuerint, aequales capiunt portiones.*

naturalissimus, & sufficientissimus. Partum vero septimestrem Pythagoras vocabat minorem, decemmestrem majorem, teste Censorino *de die natal. cap. 11.* SCHULTING.

20. *Aborsus vel abactus venter partum efficere non videtur.*] Quæ abegit partum, vel abortum fecit, peperisse non videtur, *l. 2. C. de post. hered.* Et ideo abortu facto, finitur missio in possessionem, *l. 1. in fin. D. de vent. in poss. mit.* CUJAC.

21. *Venter*] Hoc est, *fœtus.* vid. Brisson. *de verbor. significatione.*

22. *Libertina ut jus liberorum consequi possit, &c.*] Quidam addunt male, *ut ingenuam.* Sed & tota hæc sententia subditiva videtur, cum hoc sit in prima sententia satis expressum. CUJAC.

23. *Latina ingenua jus Quiritium consecuta, &c.*] Ingenua mater ex S. C. Tertulliano filio succedit, non ea tantum, quæ civis Romana est, sed etiam Latina, quæ jus Quiritium consecuta est, si tres liberos habeat. Latina ingenua est, quæ nata est ex Latinis Libertinis. IDEM.

23. * *Latina ingenua*] Latinitatis enim conditio durabat & in posteris; ut colligitur ex Ulpiano *tit. 3. §. 3. tit. 1. §. 6.* Nec ad Latinos pertinuit constitutio Caracallæ, qua omnes in orbe Romano facti sunt cives Romani, *l. 17. D. de stat. homin.* de quo obiter aliquid dictum est ad Cajum *lib. 1. tit. 1. §. 2.* Latini vero quamdiu tales erant, hereditatem capere non poterant. Ulpianus *tit. 22. §. 3.* Paulus *tit. seq. §. 4.* Multis vero modis Latini jus Quiritium consequebantur, quos explicat Ulpianus *tit. 3. de Latinis.* SCHULTING.

24. *Non est enim manumissa*] Quales solæ debebant quater peperisse. hæc est ingenua.

25. INTERPRETATIO.] Est ex edit. Paris. clɔ Iɔ LXXXVI.

26. *Jus liberorum mater habet, &c.*] Non ea tantum mater ex S. C. Tertulliano succedit, quæ ter, aut quater peperit, sed & quæ non peperit, si jus trium, aut quatuor liberorum a Cæsare impetraverit: Immo & si non impetraverit, ex constitutione Justiniani, Constitutio Honorii, id est, *l. 1. C. de jur. liber.* alio pertinet, ut ostendimus in fragm. Ulpiani *tit. de solid. capac. inter vir. & uxorem.* CUJAC.

27. *Habuit, quæ amisit*] Senatusconsultum requirebat tantum, ut mater peperisset ter, vel quater, non ut liberi superessent. SCHULTING.

28. *Consecuta est*] Postea quoque Constantinus matri liberorum jure carenti, si patrui tantum, vel remotiores adessent adgnati, dedit tertiam partem: at contra eamdem, si jus hoc haberet, concurrentibus quibusdam adgnatis, tertia parte privat *l. 1. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* quod innuit Justinianus Imperator, qui matri indistincte succurrit *§. 1. Inst. hoc tit. l. ult. C. hoc tit.* quamvis non peperisset, *l. ult. C. de jur. liberor.* & plenius ei consulit *Novell.* CXVIII. IDEM.

29. INTERPRETATIO.] Est ex edit. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & Ritt.

30. *Mater per fratrem &c.*] Hæc verba habet quoque editio Aurelian. tamquam genuina Pauli. Sane ex Paulo, hoc ipso libro & titulo, hæc profert Papinianus *Responsor. tit. 11.* Sed is ubique mentem Pauli suis verbis exprimit: ideoque & ego hæc, tamquam interpretationem verborum Pauli, hoc in loco repræsentavi; uti & feci alibi. Res ipsa exponitur in *§. 3. Inst. hoc tit.* & ab Ulpiano *tit. 26. §. ult.* SCHULTING.

TITVLVS X.

Ad Senatusconsultum Orphitianum.

1. [a] Filii vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem adspirare [b] non prohibentur: quia pari jure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt.

2. [c] Ad filiam ancillam, [d] vel libertam ex Senatusconsulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest: quia neque servi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur.

3. [e] Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, [f] non etiam Latini, admittuntur. Cives autem Romanos [g] eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas aditur.

4. [h] Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, nisi [i] adeundo quaerere non potest.

1. *Ad Senatusconsultum Orphitianum*] Decrat hic tit. in edit. Sich. RITTERSHVS. De hoc Senatusconsulto aliqua notabimus ad Vlpianum *tit. 26.*

2. *Filii vulgo quaesiti ad legitimam &c.*] Quemadmodum ex S. C. Tertulliano mater filiis vulgo quaesitis succedit, ita ex S. C. Orphitiano filii vulgo quaesiti matri succedunt jure legitimo, §. *novissime*, 9. *de S. C. Orph.* CVJAC.

3. *Non prohibentur*] Ex Justiniani constitutione excipitur casus, quando mater est illustris, & liberos habet legitimos, *l. pen. C. hoc tit.* SCHVLTING.

4. *Ad filiam ancillam, vel libertam &c.*] Si filia libera ancilla facta sit ex S. C. Claudiano, nec si postea liberta efficiatur, matri ex S. C. Orphitiano succedet, quia mater esse desiit, *l. 1. §. filio, D. ad S. C. Tertyl.* Quid S. C. Claudiano contineatur, exposuimus *in Notis ad titul. Vlpiani, de tutelis.* Eo usi sunt olim Longobardi, & Franci, ut ex eorum legibus & institutis antiquis colligi potest. Nostro tamen Justiniano non probantur. CVJAC.

5. *Vel libertam*] Si se se servo alieno junxerit domino consentiente. Diximus *ad lib. 12. tit. 21. A. §. 1.* quo in loco de S. C. Claudiano plura legere est. SCHVLTING.

6. *Ad legitimam intestata matris hereditatem &c.*] Matri ex S. C. Orphitiano succedunt ingenui cives Romani: nec satis est, si cives Romani sint mortis tempore: nam & aditae hereditatis tempore cives Romanos esse oportet, *l. 1. §. filia, D. ad S. C. Tertyl.* Sunt quidam Ingenui Latini, ut qui nati sunt ex matre liberta Latina, sed hi matri jus, scilicet, Quiritium consecutae ab intestato non succedunt. Liberta Latina, quae jus Quiritium consecuta non est, heredem non habet. CVJAC.

7. *Non tamen Latini*] Quamvis ingenui sint, nisi jus Quiritium sint consecuti *tit. prae. §. 8.*

8. *Eo tempore*] Hoc tempus additionis & alias potissimum spectatur, *§. 4. Inst. de hered. qualitat. & differ. l. 40. §. 2. D. de heredit. instituend.* SCHVLTING.

9. *Filius maternam hereditatem, &c.*] Filius patri ipso jure heres existit, matri autem heres fit additione simplici, sive bonorum possessionis petitione, sive cretionis sollemnitate, *l. 3. C. ad S. C. Orphitian.* eodemque modo mater filio heres fit, *l. 1. Cod. Theod. de cret. vel bon. possess. l. 1. C. Theod. de leg. her.* Hic vero totus titulus desiderabatur in libris ante hac impressis. CVJAC.

10. *Adeundo*] Non excluso tamen pro herede gestione, *l. 3. C. hoc tit.* At bonorum possessione non filio non est: quia Senatusconsulti, non Praetoris, beneficio admittitur, *arg. l. 1. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* SCHVLTING.

TITVLVS XI.

De Gradibus.

[1] ΣTEMMATA cognationum directo limite in duas lineas separantur: quarum altera superior, altera inferior. Ex superiore autem [4] & secundo gradu transversae lineae pendent: quas omnes [5] latiore tractatu habito in librum singularem conteximus. LEX EST IX. D. DE GRADIBVS ET ADFINIB.

1. [6] Primo gradu superiori linea continentur pater, mater: inferiori filius, filia: quibus nullae aliae personae junguntur.

2. [7] Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia: inferiori nepos, neptis: transversa frater, soror: quae personae duplicantur: avus enim & avia tam ex patre, quam ex matre: nepos, neptis tam ex filio, quam ex filia: frater, soror tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. [8] Quae personae sequentibus [8] quibuscunque gradibus similiter [9] pro substantia earum, [10] quae in quoquo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur.

INTER-

1. *Titulus* XI.] Hunc tit. totum pervitiis Aniani interpretamentis transcripsit Gratianus, eique falso adscripsit nomen Isidori, *c. 6. primo gradu, 35. q. 5.* Quem ob id graviter reprehendit A. Contius *lib. 1. Subsec. Lect. cap. 10.* cum hac memorabili sententia: *alterum mihi crimen falsi esse videtur, falsum, quod in altero deprehenderis, excusare vel dissimulare: ut alterum parricidium recte dixit Papinianus, parricidium defendere.* RITTERSHVS. Isidorum, quem in nota sua post Contium falsi accusat Rittershusius, ipse postea Contius a crimine falsi absolvit, in nota ad marginem libri sui *hoc. cit. in edit. oper. Contii p. 39.* ubi refert incidisse se in librum antiquum Isidori MS. *Origin. lib.* IX. *cap. 5.* ubi miniatis litteris adnotatum esset, aliquid ex Pauli Sententiis esse decerptum: quod tamen nec in nostris libris legimus: & locum a quibusdam intercisum esse putat Contius. Sed nihil hoc facit pro Gratiano, qui Isidoro ea adscribit, quae Pauli erant ac Interpretis Alariciani; quae in quibus locis male Gratianus expresserit, Contius idem notavit *d. l. & pagg. seqq.* SCHVLTING.

2. *De Gradibus*] Quos esse dictos Paulus *l. 10. § 10. D. hoc tit.* docet *a similitudine scalarum locorumque proclivium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus.* IDEM.

3. ΣTEMMATA *cognationum*] Haec, quomodo ordinata sint, exponunt praeter alios Jac. Cujacius *Observation. lib.* VI. *cap. ult.* Janus a Costa ad *princ. Inst. hoc tit.* In edit. Aurel. haec sententia est ultima. IDEM.

4. *Et secundo gradu*] Imperator *pr. Inst. hoc tit.* sic loquitur. *Superior & inferior cognatio a primo gradu incipit: at ea, quae ex transverso, numeratur a secundo.* IDEM.

5. *Latiore tractatu habito*] Librum singularem edidit Paulus *de gradibus & adfinibus & nominibus eorum*, qui fere integer transcriptus est in *l. 10. D. hoc tit. de gradib. & adfinib. &c.* ut ex relatione viri fide digni, ad cujus manus ille liber totus pervenerat, scribit Cujacius *Observation. lib.* VI. *cap. ult.* IDEM.

6. *Primo gradu superiori linea continentur &c.*] Duplex est linea, recta, & transversa. Directa in superiorem, & inferiorem dividitur. Superior est parentum, inferior liberorum. Vtraque incipit a primo gradu, & in eo personae duntaxat quatuor continentur. Transversa incipit a secundo gradu, & oritur ex superiore linea, *l. stemmata, 9. D. de grad. & adfin.* In inferiori nulla est linea transversa. Haec dicitur etiam obliqua & lateralis. Salvianus *libr.* III. *ad Eccles. Cath. Non solum*, inquit, *ut ajunt, ex directo, sed etiam ex obliquo, & ex transverso venientibus res propria facultatis addicunt.* CVJAC. Magna pars eorum, quae hic leguntur, exstat quoque in legibus Wisigothorum *lib.* IV. *tit. 1.* ubi paucae lectionum varietates inveniuntur: ut adeo vel jam antiquitus his inhaeserint multi errores, quos notavit Cujacius in sequentibus: vel ab ipso forte sint Compilatore. Conferri vero cum his possunt quae habet Imperator *Inst. hoc tit.* Cajus *l. 1. l. 9. D. hoc tit.* & prolixius Paulus *l. 10. D. hoc tit.* SCHVLTING.

7. *Secundo gradu continentur &c.*] In secundo gradu XII sunt personae. Nam avus, avia, nepos, neptis, frater, soror dupliciter intelliguntur. Et sic in sequentibus quoque gradibus personae dupliciter accipiuntur, *l. Jurisc. 10. §. 2. D. de grad. & adfin.* CVJAC.

8. *Quibuscunque*] In legibus Wisigothorum *d. l.* & apud Gratianum *can. primo gradu, caus. 35. quaest. 5.* scriptum est, *quoque.*

9. *Pro substantia earum &c.*] Haec gemina an sint, valde dubito: & vereor, ne sint ab Alariciano Interprete. In legibus Wisigothorum legitur, *per substantiam.* SCHVLTING.

INTERPRETATIO. *Istae personae secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus, & maternus. Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati.* [11] *Frater & soror ex transverso veniunt,* [12] *id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominatur: qui & ipsi hoc ordine duplicantur.*

3. [13] Tertio gradu veniunt, supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex obliquo [14] fratris sororisque filius, filia; patruus, amita, id est, patris frater & soror; avunculus, matertera, id est, matris frater & soror.

4. [15] Quarto gradu veniunt, supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex obliquo fratris & sororis nepos, neptis, frater patruelis, soror patruelis, id est, patrui filius, filia: [16] consobrinus, consobrina, id est, avunculi & materterae filius, filia; amitinus, amitina, id est, amitae filius, filia: itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Quibus adescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater & soror: avunculus magnus, matertera magna, id est, aviae, tam paternae, quam maternae, frater & soror.

INTERPRETATIO. *Hanc plus exponi opus non est, quam lectio ipsa declarat.*

5. [17] Quinto gradu veniunt, supra quidem atavus, atavia; infra atnepos, atne-

10. *Quain quoque gradu*] Apud Gratianum scriptum est, *in quo gradu*. Sich. *qua quocunque gradu*: sed in marg. *quae quoque gradu*.

11. *Frater & soror ex transverso veniunt &c.*] Aliena & falsa interpretatio. RITTERSHVS.

12. *Id est, aut frater patris, &c.*] Haec omnia, quae praecedunt illa, *qui & ipsi*, non sunt in edit. Lugd. CIↃ IↃ LXVI. Parif. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. expuncta dubio procul a Cujacio. Ego ineptissima illa esse & falsissima facile concedo. Sed & plura talia in his Interpretationibus sese offerunt: ac in legibus Wisigothorum & apud Gratianum haec ipsa leguntur. Forte pertinuerunt ad interpretationem sequentis sententiae, quae interpretatio intercideri. SCHVLTING.

13. *Tertio gradu veniunt supra proavus, &c.*] Tertio gradu continentur personae X. duplicatae XXXII. quod in libro singulari de gradibus & adfinibus Paulus diligentius exposuit. CVJAC. Vnde personae exsurgant duae & triginta, exponit Paulus *l. 10. §. 14. D. de gradib. & adfinib.*

14. *Fratris sororisque filius, filia.*] De his notat Paulus noster *d. l. 10. §. 14. D. de gradib. & adfinib.* eos non habere nomen cognationis speciale: & apud Plautum *Poenul. act.* V. *sc.* 2. patruus fratris filium compellans plus semel dicit, *fratris fili.* Posteriores hos quoque vocarunt nepotes: & Ovidium ita locutum esse in illo versu,

Caesar, ab Aeneo qui tibi fratre nepos,

a Scaligero edoctus notavit Casaubonus, *ad Spartian. Hadrian. cap.* 2. de quo verbo plurima habet in Glossario suo mediae & infimae Latinitatis Carolus du Fresne du Cange, *v. Nepos.* Illud magis mirum, quod Quinctilianus *Institution. orator. lib.* IV. *procem.* sumat sororis nepotes pro sororis filiis. SCHVLTING.

15. *Quarto gradu veniunt supra abavus, &c.*] In quarto gradu personae continentur LXXX. Patrueles mihi sunt patrui meae filii: Consobrini, avunculi & materterae meae filii: Amitini, amitae meae filii. Hoc vero cum ita definierit Paulus, frustra adjicit, *itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur.* Itaque censeo superiora illa verba *& matertera*, delenda esse, ut & in Notis ad *tit. de grad. cogn.* probavi. Item in illo loco, *avi paterni*, addendum, *aviique materni.* Nam & avi materni frater mihi est patruus magnus, matri autem meae patruus, *l. Jurisc. 10. §. patruus magnus.* Quod si verum est, in extremo proximae sententiae quod additum est, *proaviique materni*, ut in ordinem suum redigatur, reddi oportet propatrui, proamitaeque definitioni. Eadem est in extremo alterius, quae sequitur sententiae, horum verborum, *abavique materni*, praeposttera dispositio. CVJAC.

16. *Consobrinus, consobrina*] Haec verba non eodem ab omnibus sensu sumuntur, ut noster docet Paulus *l. 10. § 15. D. hoc tit.* SCHVLTING.

17. *Quinto gradu veniunt &c.*] Quinto gradu continentur personae CLXXXIV. De definitione propioris sobrini scripsimus Institutionum *libr.* III. *tit.* multa. CVJAC.

18. *Pro*

Digitized by Google

atneptis: ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinae, conſobrini, conſobrinae filius, filia, [18] propius ſobrinus, ſobrina, [19] id eſt, patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae filius, filia. His adreſcunt propatruus, proamita: hi ſunt proavi paterni frater & ſoror: proavunculus, promatertera: hi ſunt proaviae paternae maternaeque frater & ſoror, [20] proavique materni.

INTERPRETATIO. *Haec ſpecies nec aliis gradibus, quam ſcripta eſt, nec aliis vocabulis declarari poteſt.*

6. [21] Sexto gradu veniunt, ſupra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinae, conſobrini, conſobrinae [22] nepos, neptis: patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos, neptis, id eſt, [23] propioris ſobrini filius, filia, [24] qui conſobrini appellantur. Quibus a latere adreſcunt propatrui, proamitae, proavunculi, promatterterae

18. *Propius ſobrinus, ſobrina*] Recta loquendi ratio vult dici, *propior ſobrino, ſobrina*, quae forte fuit Pauli ipſius ſcriptura: & ſic omnes veteres libros in §. 5. *Inſt. hoc tit.* habere, notat Charondas *ad d.* §. 5. & Gratianus haec citans exhibet *propior*, ſed male pro *ſobrinus, ſobrina*, habet, *conſobrinus, conſobrina*. Rectum, ut monuimus, eſt, *propior ſobrino, ſobrina*, ut Contius quoque & alii viderunt, ut intelligatur is, qui remotior eſt conſobrino, propior autem ſobrino, id eſt, patris mei, vel matris meae conſobrinus: atque ita loquitur Cajus *l.* 1 §. *ult. D. hoc tit.* & Paulus *d. l.* 10. §. 16. *verſ. perſona quae:* qui tamen etiam eodem in loco ſcribit eos *propius ſobrinis* vocari: & ſic ſcriptum eſt in *l.* 2. *C. communia de ſucceſſionib.* Tacito *Annal. lib.* XII. *cap.* 64. femina dicitur *ſobrina prior*, ubi nihil mutandum eſſe bene etiam monuerunt Lipſius, aliique. Quod vero nonnulli admittunt quoque, tamquam recta, *propior ſobrinus, ſobrina: propius ſobrinus, ſobrina*, id non poſſum probare: quoniam illa verba non poſſunt id ſignificare, quod notat *propior ſobrino:* adeoque loca, ubi ita legitur, vel etiam *proprius ſobrini*, a librariis videntur eſſe corrupta. Nec recte vocantur *proprii ſobrini*, ut habet Paraphraſis Theophili *ad d.* §. 5. in vulgatis editionibus. Legi de his poſſunt V. C. Theodori Ryckii ad Tacitum notae *dict. loc.* SCHULTING.

19. *Id eſt*] Non exſtat in legg. Wiſigothorum *dict. loc.* recte tamen adeſt: explicatur enim hic, qui ſint ſobrinis propiores. IDEM.

20 *Proavique materni*] Haec accommodat Cujac. definitioni propatrui & proamitae. RITTERSHUS. Recta videtur conjectura Cujacii. Antiquus vero eſt error, ac in legibus Wiſigothorum peſſime hic verſiculus eſt conceptus: *hi ſunt proavi materni frater & ſoror.* SCHULTING.

21. *Sexto gradu veniunt ſupra tritavus, &c.*] Sexto gradu continentur perſonae CCCCXLVIII. In eo ſunt conſobrini, qui proprio inter ſe vocabulo ſobrini appellantur, id eſt, conſobrinorum filii. Conſobrini a Graecis ἐξάδελφοι & πρωτεξάδελφοι: Sobrini διτεξάδελφοι, & δεύτεροι ἐξάδελφοι appellantur. Conſobrinus meus mihi eſt quarto gradu, conſobrini mei filius quinto: ipſi inter ſe conſobrinorum filii, qui ſobrinos ſe vocant, ſexto. Sic ſobrino natus mihi eſt ſeptimo gradu, ipſi autem inter ſe ſobrinorum filii, qui τριτεξάδελφοι appellantur, ſunt octavo. Quidam codices hic habent, *propius conſobrini, propius conſobrinae filius filia*: quod defendi poteſt. Nam conſobrinorum appellatio latiſſima eſt, ut oſtendi in Inſtitut. CUJAC.

22. *Nepos, neptis*] Sich. omittit; credo quia mox iterum recurrant haec verba. RITTERSHUS.

23. *Propioris ſobrini*] Malim, *propioris ſobrino*: non eſt enim propior ſobrinus, ſed propior, quam eſt ſobrinus: de quo paulo ante egi. Gratianus & hic habet *propioris conſobrini*, male. Plenior vero erit deſcriptio, ſi legatur, *propioris ſobrino, propioris ſobrinae filius*: & codices quoſdam duorum mentionem facere docet interpretatio Cujacii. SCHULTING.

24. *Qui conſobrini appellantur*] Paulus quoque hos ita vocat *l.* 10. §. 15. *D. de gradib. & adfinib.* atque ita conſobrini notabunt non tantum ſororum liberos, qui proprie per eos deſignantur, nec non alios in quarto gradu, ſecundum §. 4. *hoc tit.* & *l.* 10. §. 15. *D. d.* 5. ſed & horum filii ordinarie ita vocabuntur: atque inde magna orietur incertitudo, ſi quando verbum hoc occurrat. Sed certiſſimum eſt conſobrinorum filios vocari ſobrinos: idque praeter alios noſter ipſe Paulus docet *d. l.* 10. §. 17. *verſ. hi omnes proavi*, §. 18. *verſ. his perſonis avus*: & quidem proprie, auctore Cajo, *l.* 3. *D. dict. tit.* nec aliter Imperator §. 5. *Inſt. hoc tit.* ut veriſimile ſit, Paulum & hic, & *in d. l.* 10. §. 15. non conſobrinorum, ſed ſobrinorum mentionem feciſſe: & verbum hoc eſſe corruptum: atque

terae filius, filia: [25]abpatruus, abamita; hi ſunt abavi paterni frater & ſoror: abavunculus, abmatertera; hi ſunt abaviae paternae maternaeque frater & ſoror, [26]abavique materni.

7. [27]Septimo gradu qui ſunt cognati, recta linea ſupra infraque propriis nominibus non appellantur: ſed ex transverſa linea continentur fratris ſororiſve atnepos, atneptis, [28]conſobrini filii filiaeque.

INTERPRETATIO. *Haec quoque explanari amplius non poteſt, quam ut auctor ipſe diſſeruit.*

8. [29]Succeſſionis idcirco gradus [30]ſeptem conſtituti ſunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt.

INTERPRETATIO. [31]*In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec* [32]*affinitas inveniri, nec ſucceſſio poteſt amplius* [33]*propagari.*

que hoc in loco forte a Compilatore ortum eſt vitium. Etiam V. C. Ant. Contius *Lection. ſubſecivar. lib.* I. *cap.* 10. legit hic, *ſobrini.* IDEM.

25. *Abpatruus, abamita*] Sich. *adpatruus, adamita*, non recte. RITTERSHVS.

26. *Abavique materni*] Cujacius hæc refert ad definitionem abpatrui & abamitæ. IDEM.

27. *Septimo gradu qui ſunt cognati &c.*] Septimo gradu continentur perſonæ mille XXIV. & ex recta linea, qui in eo ſunt carent propriis nominibus, ex obliqua jam ante defecerunt propria nomina. CVJ.

28. *Conſobrini*] Contius *loc. cit.* reſcribit, *ſobrini*; quo modo Paulum ſcripſiſſe & ego exiſtimo. Forte & addidit *ſobrina*. In legibus ſaltem Wiſigothorum fit hic mentio *conſobrini, conſobrina filii, filiæ*. SCHVLT.

29. *Succeſſionis idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt, &c.*] Alii auctores ſex tantum gradus conſtituunt, Paulus ſeptem: quia ex ſeptimo gradu vocatur ſobrino ſobrinave natus, §. *ult. de ſuc. cog. l. a. §. hæc autem, D. unde. cogn.* Vlterius vero gradus non porriguntur, cum & in ſeptimo deficiant omnimodo cognatorum nomina, & vix ultra eum gradum cognatorum vita conſiſtat, *l. non facile, 4. D. de grad. & adf.* CVJAC.

29. * *Succeſſionis*] Jure Prætorio ad bonorum poſſeſſionem unde cognati ultra ſeptimum gradum nemo admittitur. Imo nec ex ſeptimo gradu alii, quam ſobrino nati natæve: adgnati vero olim ulterius quoque admittebantur, etiam ad decimum gradum, §. *ult. Inſt. de ſucceſſion. cognator.* imo in infinitum, etſi longiſſimo quis gradu eſſet, §. 3. *Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſion.* §. *ult. Inſt. de ſervil. cognation.* nec lex XII. tabb. gradu ullo hoc jus concluſit. Hodie cognati adgnatis exæquati ſunt *Nov.* CXVIII. SCHVLTING.

30. *Septem*] In Inſtitutionibus *hoc tit.* memorantur tantum ſex: ac totidem Iſidoris ponit apud Gratianum *can. 1. cauſ. 35. quæſt. 4.* quem & Gratianus videtur ſequi *can. primo, 6. cauſ. 35. quæſt. 5.* ubi tamen & ipſe ſeptimi gradus mentionem inſicit: quo nomine a Contio reprehenditur *loc. allег.* IDEM.

31. *In his ſeptem*] Citantur hæc in Capitularibus *addition.* IV. *cap.* 74. ubi abeſt *in his.*

32. *Affinitas*] Quam hic pro cognatione ſumit Interpres, admodum improprie.

33. *Propagari*] Gratianus *prorogari*: & ſic edit. Sich. & Rittersh. ſed in marg. *propagari.*

TITVLVS XII.

De Manumiſſionibus.

1. [1]Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non poteſt, nec magis, quam civem Romanum: cujus portio [2]eo caſu, quo, ſi proprius eſſet, ad civitatem Romanam perveniret, ſocio adcreſcit.

INTER-

1. *Servum communem unus ex dominis manumittendo, &c.*] Si unus ex dominis communem ſervum manumiſerit, nihil agit. Nam neque Latinum eum facit, neque partem ſuam amittit. Quod ſi vindicta manumiſerit, Romanum quidem civem eum non facit, ſed partem ſuam amittit, eaque adcreſcit ſocio. Hæc Juſtinia. mutat in *l. 1. C. de com. ſer. manu.* CVJAC.

2. *Eo caſu, quo, ſi proprius eſſet, ad civitatem perveniret*] Non aliter, ex plurium ſententia, teſte Vlpiano *tit. 1. §. 18.* ubi aliquid notabimus. Interpres vetus non recte hic mentem Pauli expreſſit. SCHVLT.

3. Ma-

INTERPRETATIO. *Si aliquis servum communem manumiserit, eundem manumittendo, nec Latinum, nec civem Romanum facere potest: & ideo portio ejus manumissori perit, & alteri domino ex integro, quasi ejus tantum proprius fuisset, adquiritur.*

2. [1]Mutus & [2]surdus servum vindicta liberare non possunt. [3]inter amicos tamen, & per epistolam manumittere non prohibentur. Vt autem ad justam libertatem pervenire possit, [6]condicione venditionis excipi potest.

3. [7]Tormentis apud Praesidem subjectus, & de nulla culpa confessus ad justam libertatem perduci potest.

4. [8]Fideicommissa libertas data [9]facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere jussus est, vinxerit.

INTER-

3. *Mutus, & surdus servum vindicta liberare non possunt. &c.*] Surdus, mutus ita natus neque vindicta, neque alio modo servum manumittere potest, *l. discretis, 10. C. qui testam. fac. possunt.* Idemque obtinuisse opinor in surdo, muto ita facto. Qui autem altero morbo laborat, surdus puta, vel mutus, vindicta, aut testamento manumittere non potest, inter amicos potest, atque adeo Latinum, non civem Romanum facere potest: Ideo non vindicta, quia solemnia verba, quæ in ea manumissione interveniunt, aut effari, aut exaudire non potest. Sed cum ea verborum sollemnitas omitti soleat, *l. manumissio, 23. D. de manum. vind.* & publica hæc etiam suadeat utilitatis ratio, poterit hodie vindicta quoque manumittere. Idque etiam in surdo ita nato Celsus scripsit *l. 11 D. qui & a quibus man.* Testamento autem ideo non poterat, quia testamenti factionem non habebat, quam postea ei Justinianus dedit. Illud olim non erat dubium, quin posset mutus, aut surdus hanc venditioni servi legem dicere, ut vindicta eum emptor liberaret, quo modo etiam curator furiosi, quem non potest manumittere, ut liber fiat adsequitur, *l. servus furiosi, 13. D. de manumiss.* CVJAC.

4. *Surdus*] Jam olim ex sententia Celli, quæ forte Paulo non placuit, surdus, etiam ita natus manumittere potuit, teste Ulpiano *l. 1. D. qui & a quib. manumiss. liber. non f.* quamvis, Celso florente sub Trajano & Hadriano, verba solennia essent necessaria, quæ ab ipso proferri posse visum est sufficere, si forte id esset edoctus; quod hodieque factum esse scimus; quamvis verba, quæ Prætor proferebat, audire non posset. Solennia verba in manumissione per vindictam, quæ legis est actio, olim usurpata, tempore Celsi sublata fuisse, quod existimat Cujacius, non est probabile: & Hermogenianus, qui *l. 23. D. de manumiss. vindict.* docet manumissionem illam fieri domino tacente, respexisse videtur jus, quod obtinuit post sublatas formulas *l. 1. C. de formul. & impetrationib. sublat.* sub Constantini enim Magni liberis eum vixisse argumentis verisimilibus ostendit V. C Jac. Gothofredus *Prolegomen. Cod. Theodos.* probante Æg. Menagio *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 21.* ut adeo plus quam duobus seculis Celso posterior fuerit. Hactenus de surdo. De muto nihil tale olim admissum invenimus. Atque hac ratione nihil erit pugnæ inter *d. l. 1.* & *l. 9. C. qui testament. fact. poss.* Accursius quoque dictum *l. 1.* accipit de surdo tantum, in priori solutione. Hodie qui vel loqui possunt, vel scribere, manumittere possunt, *d. l. 1.* SCHULTING.

5. *Inter amicos &c.*] Et sic Latinus fiebat. Gajus *Inst. lib. 1. tit. 1. § 2.* ad quem plura Interpretes. IDEM.

6. *Condicione venditionis excipi potest*] Potest vendi hac lege, ut manumittatur vindicta. *Excipi* hic est *speciatim convenire*: quemadmodum pacta adjecta dicuntur exceptiones *l. 7. §. 6. D. de pact. & exceptum pro speciatim pactum, l. 43. D. eod. tit.* Poterit quoque per filium in potestate talis manumittere, *l. 10. D. de manumiss. vindict.* Minor vero viginti annis, qui non ob vitium solennitati obstans, sed propter infirmitatem judicii propria auctoritate manumittere prohibetur non potest quoque servum sub lege manumittendi vendere, ne fraus legi Æliæ Sentiæ fiat, *l. 7. §. 1. D. qui & a quib. manumiss. liber. non fiunt. l. 4. D. de serv. exportand. l. 4 C. qui manumittere. non poss.* IDEM.

7. *Tormentis apud Præsidem subjectus, &c.*] Justa libertas est civitas Romana. Civitatem ergo Romanam tortus, nec confessus adipisci potest. Tortus, & confessus ex lege Ælia Sentia manumissione dediticiorum numero sit: auctor Ulpia. *in fragm. tit. 1.* CVJAC.

8. *Fideicommissa libertas data facto heredis non mutatur, &c.*] Ad justam libertatem perduci non potest is, quem dominus ob delictum vinxit: ideoque, injectis vinculis, extinguitur fideicommissa libertas, *l. fideicommiss. 43. D. de fideic. liber.* Diversum est, si heres ipse, qui rogatus est, servum vinxerit, ut in fragm. Ulpia. *tit. 1.* adnotavimus. Servi enim deteriorem conditionem heres facere non potest, *l. is qui ex causa, 25. D. de fideic. lib.* IDEM.

9. *Facto heredis non mutatur*] Hoc est, non ideo fiet libertus deditiorum numero: heres enim, qui ex causa fideicommissi manumittere debet, servi conditionem deteriorem facere non potest, *l. 25. D. de fideicommissar. libertatib.* quod Interpres non intellexit. Si id fecerit ipse dominus, libertas non tam mutabitur, quam plane non debebitur, *l. 43. D. de fideicommiss. libertatib.* de quo ad Ulpianum aliquid dicemus *tit. 1. §. 11.* ad quem locum, quod Vir Summus notat, ex hac sententia detortam esse *l. 43. D. de fideicommissar. libertatib.*

Digitized by Google

INTERPRETATIO. *Per fideicommiſſum data libertas ab herede per hoc revocari non poteſt, ſi ſervum, quem manumittere juſſus eſt, crimine objecto in vincula redegerit.*

5. [10] Communem ſervum unus ex ſociis vinciendo futurae libertati [11] non nocebit: [12] inter pares enim ſententias clementior [13] ſeveriori praefertur. Et certe humanae rationis eſt favere miſerioribus, & [14] prope innocentes dicere, quos abſolute nocentes pronunciare non poſſumus.

INTERPRETATIO. *Si communem ſervum unus ex dominis in vincula redegerit, propter hoc libertati ejus, ſi poſtea manumiſſus fuerit, non nocebit: quia in tali re indulgentioris domini ſententia, qui nihil in eum fecit, melior judicatur. Et ideo ſi [15] ab utroque domino manumiſſus fuerit, civis Romanus effici poteſt.*

6. [16] Debitor creditorve [17] ſervum pignoris vinciendo, dediticium facere non poſſunt: alter enim ſine altero cauſam pignoris deteriorem facere non poteſt.

7. [18] Servus furioſi domini, vel pupilli juſſu vinctus dediticiorum numero

tatib. aliud forte agenti excidit: illud enim fragmentum non dicitur eſſe ex libro IV. Sententiarum Pauli, ſed ex libro IV. ad Sabinum. SCHVLTING.

10. *Communem ſervum unus ex ſociis vinciendo, &c.*] Vincti poenae cauſa, & poſtea manumiſſi, dediticiorum numero ſunt ex lege Ælia Sentia. An & communis ſervus, qui ab uno ex dominis vinctus eſt? Minime vero. Ideoque vindicta manumiſſus omnium voluntate, civis Romanus fit, vel inter amicos Latinus. Hoc ita, ut eleganter Paulus ait, quoniam inter pares ſententias clementior ſeveriori praefertur: & certe humanae rationis eſt, &c. Is vero ſervus non eſt abſolute nocens, quem unus dominus poenae cauſa vinxit, alter non vinxit. CVJAC.

11. *Non nocebit*] Aliter deterioris conditionis fieret ſervus, § *ſeq.* quod in re communi ne fiat, vel unus ex pluribus prohibere poteſt *per l. 28. D. commun. dividund.* SCHVLTING.

12. *Inter pares enim ſententias &c.*] Vide *l. 2. in fin. C. de commun. ſervo manumi. l. uls. C. Qui bon. ced. poſſ. l. 38. D. de re jud. l. 24. D. de manumiſ.* RITTERSHVS. Quando omnia paria ſunt, nihil mutandum eſt: ad hoc enim opus eſt, ut aliquid praeponderet. Vnde & ſententia clementior, quae nihil, vel minus inducit novi, ſeveriori praeferenda eſt. Seneca *epiſt.* LXXXI. *Quemadmodum reus ſententiis paribus abſolvitur, & ſemper quidquid dubium eſt, humanius inclinat in melius.* Atque hoc jus publicam humanitatem vocat Quinctilianus avus *declamation.* COLIV. Plura dabit H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* 5. §. 13. *& cap.* 23. §. 5. SCHVLTING.

13. *Severiori*] Rittersh. edit. *ſeviori.* Mihi *ſeveriori*, quod edd. meliores habent, magis placet. ut *ſeveritas ſententiae l. 4. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. & ſeveriſſima ſententia l. 1. §. 5. D. de poſtuland.* Plura dabit Briſſonius *de verbor. ſignif.* IDEM.

14. *Prope innocentes*] Caute loquitur: nec enim ex eo, quod quis non poſſit abſolute nocens pronunciari, ſequitur, illum eſſe inſontem. Ac ſaepe contra talem praeſumptiones exiſtunt non leves. Non parum ab his diſtant illi, qui re ipſa peccarunt, ſed quos judex nec condemnavit, nec abſolvit, quales ambuſti dicuntur Valerio Maximo *lib.* VIII. *cap.* 1. ubi ambuſtae occurrunt mulieres, quas, ſcilicet, accuſationis flamma adflavit, ſed non conſumpſit, de quibus quaedam habet V. C. Cl. Salmaſius *in Solin. p. 839. 840.* IDEM.

15. *Ab utroque domino*] Recte hoc additum ab Interprete: ſi enim ab uno eſſet manumiſſus eo modo, per quem efficiebatur quis civis Romanus, ei totus ceſſiſſet, qui ipſum non manumiſerat, §. 1. *hoc tit.* IDEM.

16. *Debitor creditorve ſervum pignoris vinciendo, &c.*] Servus pignori obligatus, & debitoris, vel creditoris juſſu vinctus, dediticiorum numero non efficitur: ideoque vinctus juſſu debitoris, deinde creditori addictus, ab eoque vindicta manumiſſus civis Romanus fit, vel juſſu creditoris vinctus, & ſoluto debito, a debitore vindicta manumiſſus, aeque ad juſtam libertatem pervenit. Nec enim alter ſine altero pignoris cauſam deteriorem facere poteſt. An autem ſi creditor ſervum vinxerit, quaſi re male tractata, tenebitur pigneraticia actione? Minime, *l. elegantur 24. §. ult. D. de pig. act.* CVJAC.

17. *Servum pignoris*] Pro *ſervum pignori obligatum.* Inſolens loquendi ratio, & forte a manu Compilatoris eſt. SCHVLTING.

18. *Servus furioſi domini, vel pupilli juſſu vinctus, &c.*] Nihil nocent vincula libertati, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, vel ſi furioſus ſervum in vincula conjecerit: quia animi judicium non habent. Vincula quemadmodum in lege Ælia Sentia de dediticiis accipian-

mero non efficitur: quia neque furiosus, neque pupillus exacti consilii capax est.

8. [19] Non tantum [20] si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed & si vinciri jubeat, aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. [21] Quod si ante quam sciret [22] vinctum, solutionis ejus causas adprobaverit, libertati futurae vincula non nocebunt.

INTERPRETATIO. *Si servum non solum dominus, sed procurator ejus, vel actor in vincula redegerit, & dominus hoc juste factum adquieverit, futurae impedit libertati. Nam si eum ab actore ligatum dominus solvi praeceperit,* [23] *futura libertas non poterit impediri.*

9. [24] Caeco curator dari non potest: quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

accipiantur, Vlpia. exponit *in l. verum, 216. D. de verborum signific.* CUJAC.

19. *Non tantum si ipse dominus vinciat, &c.*] Non tantum si dominus, sed & si alius mandante eo, vel ratum habente vinxit, servus dediticiorum numero habetur. Domino autem ratum non habente, soluto servo, nihil ei ab alio injecta vincula nocent. Itaque justam libertatem a domino consequi potest. Ait, *quod si antequam sciret vinctum.* Non prius vinctum esse scivit & voluit, deinde solvit, sed solvi statim voluit, atque vinctum esse cognovit: ideoque libertati hæc vincula nihil nocent. Hodie sublata est dediticiorum condicio: Itaque usui hæc esse non possunt, nisi a simili, aut pari argumento ducto. IDEM.

20. *Si ipse dominus vinciat*] Lex videtur meminisse servorum, qui pœnæ causa vincti essent a domino. Ita loquitur Vlpianus *tit. 1. §. 11.* tamen, quamvis in odiosis versemur, idem debet hic esse, an per se, an per alium id faciat dominus: & quis alioquin paulo honestior dominus id suis manibus faceret? SCHULTING.

21. *Quod si ante quam sciret vinctum, &c.*] Anacoluthon est, vel hysterologia. Hoc vult dicere: Si dominus approbarit causas solutionis servi vincti, antequam sciret, sive se ignorante vincti, non nocebit. &c. RITTERSHUS.

22. *Vinctum*] Pro *eo vincto.* Anacoluthorum exempla etiam apud optimos Scriptores collegerunt Viri Litteratissimi: etiam Fr. Sanctius *Minerv. lib. V. cap. 11.* ad quem videnda, quæ notavit Vir Eximius, & amicissimus etiam nunc mihi Collega, Jacobus Perizonius. SCHULTING.

23. *Futura libertas.*] In ed. Parisi. CIↃIↃLXXXVI. est *futuræ libertati*, quo modo paulo ante locutus est Interpres. Eadem ed. mox habet *impedire.* IDEM.

24. *Caeco curator dari non potest, &c.*] Curator dari solet mutuo, surdo, prodigo, adolescenti, furioso, fatuo: quoniam hi non semper procuratorem dare possunt, *l. mutuus, 43. D. de procurat.* Cæco non datur: nam hic omnimodo sibi procuratorem instituere potest, ut & adoptare, & testari, & bonorum possessionem sibi postulare, *l. etiam cæcus, 9. D. de adoptio. l. 2. D. de bon. poss. fur. infa.* Potuit hæc sententia ad quæstionem manumissionum pertinere, cum & de lege Ælia Sentia Paulus tractans id scripserit, tutorem cæcum auctorem fieri posse, *l. etiam, 16. D. de auct. tut.* Et licet personæ, quæ curatorum, aut tutorum consilio reguntur, vinciendo dediticium facere non possint, ut de furioso & pupillo superius dictum est, cæcus tamen & per se, & per procuratorem dediticium facere potest. Et ita hæc sententia ad legem Æliam Sentiam accommodabitur. CUJAC. Cujac. docet, quomodo hæc sententia huc pertineat. RITTERSHUS.

TITULUS XIII.

De Fideicommissis Libertatibus.

1. [1] Ea condicione heres institutus, SI LIBEROS SUOS EMANCIPAVERIT [2] omni-

1. *Ea condicione heres institutus, &c.*] Institutus sub hac condicione, *si liberos emancipaverit*, omissa condicione hereditatem amplecti potest. Nec enim cogitur parere condicioni. Et hoc verum est secundum vulgarem formulam juris, id est, recto & ordinario jure, ut ait Marcianus in *l. filiusfam. 114. §. secundum, D. de legat. lib. 1.* sed in Pandectis Florentinis is §. divulsus, ac laceratus est, in aliis non satis emendatus. Verum sic est restituendus, *Secundum vulgarem formam juris, & si filios suos emancipare rogatus*

[a]ommimodis eos [b]cogendus est emancipare: pro condicione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta.

2. [c] Decedente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, heredes ejus eam praestare cogendi sunt.

INTERPRETATIO. *Si testator fideicommisso servum jusserit manumitti, & ita evenerit, ut, antequam manumissio daretur, is, [d] cui fideicommissa libertas est, moriatur, heres ad manumissionem praestandam, quam auctor suus daturus erat, jure compellitur.*

3. [e] Si decedens servis suis libertatem ita dederit, ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VOLO, EOSQVE FILIIS MEIS TVTORES DO, impeditur fideicommissa libertas: quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt: & habentibus tutores tutor dari non potest. Sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex [f] decreto Amplissimi ordinis primum libertas, ac deinde tutela competere possit.

INTERPRETATIO. *Si quis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit, eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur: quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt: & qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios tutores habere non possunt. Sed in tali casu ordinis consilio & ratione prospectum est, [g] ut pupilli velut absentium vice, dum libertas servis tribuitur, habeantur,*

---

gatus fuerit, non cogitur hoc facere. Potestas enim patria inaestimabilis est. Recte autem ait, *secundum vulgarem formam juris:* nam extra ordinem eos emancipare cogitur, *l. si cui legatum, 93. D. de condic. & demonstr.* & ita hanc Pauli sententiam accipio. Dices, quid vero haec sententia ad fideicommissarias libertates? Dicam: quod ut servis, ita & liberis, qui in potestate parentum sunt, per fideicommissum libertas relinqui videatur, herede rogato ut emancipet, modove, aut condicione emancipationis adscripta. Nam qui emancipatur, manumittitur. CVJAC.

2. *Omnimodis*] Cuj. *omnimodo eos emancip. cog. est.* Omnimodis, ut apud Lucret. *multimodis*, utitur & Anianus, ut supra *h. l. titul. 1. & infr. lib. V. tit. 12.* RITTERSHVS. Sichardus quoque edidit *omnimodis*: sic ita est in Paris. clɔ Iɔ LXXXVI. Lucretii loca, ubi *omnimodis* & *multimodis* dixit, varia habet Giphanius in *Collectan. in Lucret. v. multimodis*, & *omnimodis*. Auctores etiam Latinitatis posterioris ita locuti sunt: uti notavimus *ad tit. 1. hujus libr. §. 5. Interp.* In Pandectis *omnimodo* innumeris locis occurrit, ut vel ex Brissonio constat. Ego hoc verbum *omnimodis* arbitror esse ab Aniano, qui alibi quoque verba Pauli in duriorem sensum invertit. SCHVLTING.

3. *Cogendus est emancipare*] De coactione hac plura habet Cujacius *ad l. 93. D. de conditionib. & demonstrationib. ad Papinian. Responsor. lib.* VIII, ubi notat, hac in re, tanquam a communibus regulis abeunte, auctoritatem requiri Principis. IDEM.

4. *Decedente eo, a quo fideicommissa libertas relicta est, &c.*] Si is, qui rogatus est, servum manumittere, ante manumissionem decesserit, successores ejus debent manumittere, *l. Imperator, 12. §. 1. D. de fideic. lib.* CVJAC.

5. *Cui fideicommissa libertas est*] Dicere debuit, *cujus fidei libertas commissa est*, de quo ad *interpres. §. 7. tit. 1.* SCHVLTING.

6. *Si decedens servis suis libertatem ita dederit, &c.*] Servos filio suo impuberi tutores dedit, & filium rogavit, ut eos manumitteret, quod etsi non adscripsisset, intelligeretur, *l. etsi non adscripta, 9. C. de fideic. lib.* Haec quaestio *σὺν λυσῳ* videtur, quia non potest eos pupillus ex causa fideicommissi manumittere sine tutoris auctoritate, *l. ex causa 11. D. de fid. lib.* Rursus alii tutores ei dari non possunt, *l. idem Sat. 27. D. de testam. tut.* nec qui testamento dati sunt, aliter tutelam administrare, quam si fuerint manumissi. Sed interim pupillus vice absentis habetur, ut ex S. C. Dasumiano libertas perinde servis competat, atque si ex causa fideicommissi manumissi essent, *l. neque infantes, 36. l. non tantum, 31. §. S. C. D. de fid. lib.* CVJAC.

7. *Decreto Amplissimi ordinis*] S. C. Dasumiano. RITTERSHVS.

8. *Ut pupilli &c.*] In edit. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. hae

tur, ut [9] *data his a judice secundum formam testamenti primitus libertate, etiam tutores esse praevaleant.*

hæc interponuntur inter, *prospectum est*, & hæc verba, *ut ordinatio patris fieri debeat, & pupilli, qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios habere non possint: Itaque.* Quæ in eo sunt inepta, quod prospectum esse dicant, ut pupilli, qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios habere non possint: in quo non est prospectum tantopere, quam incommodum ex legum rigore natum. Interea hæc verba, quæ alii in suis codicibus non invenere, & quæ ad marginem editionis suæ collocavit tantum Rittershusius, ego contextui non duxi esse inserenda. Maquopere vellem, ut qui nova inserunt Scriptorum verbis, aperte docerent, unde sua deprompserint. SCHULTING.

9. *Data his a judice &c.*] Judex non dat libertatem hic: verum pronunciat, causa cognita, eum, qui illam debebat, ex justa causa abesse: ac tunc libertas æque competet juris dispositione, ac si servus ex causa fideicommissi manumissus fuisset, *l. 51. §. 4. D. hoc tit.* IDEM.

TITULUS XIV.

[1] *Ad Legem Fusiam Caniniam.*

1. [2] Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam [3] possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: STICHUS LIBER ESTO. Cum autem OBSONATOREM, vel QUI EX ANCILLA [4] ILLA [5] NASCITUR, LIBERUM ESSE VOLO, [6] ex Orficiano Senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: officiorum enim & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat: nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo testator sensisse videatur.

2. [7] Co-

1. *Ad Legem Fusiam Caniniam*] De auctoribus hujus legis, ac tempore ejus latæ quæsivimus ad Cajum *Instit. lib. 1. tit. 2.*

2. *Nominatim servi testamento manumitti, &c.*] Libertas testamento nominatim relinquenda est, §. *libertas, de legat.* idque lex Cannia jubet, ut & Ulpia. scribit *in fragm. tit. 1.* Nominatim autem videntur manumissi, non tantum qui propriis nominibus, sed & qui aliis demonstrationum notis designati sunt, veluti *Cocus meus*, si unus ei tantum cocus fuit: vel *Arescusæ filius*, si unus tantum Arescusæ filius sit. Nec enim refert, utrum dicas, Socrates, an Sophronisci filius, cum unus Sophronisco sit filius, Socrates. Quo exemplo Porphyrius utitur. Et hæc etiam S. C. definita sunt. Huc pertinet *l. nominatim, 24. D. de manum. testa.* CUJAC.

3. *Possunt*] *Posse* pro *debere* sæpe ponit Paulus aliique ICti. ut & vice versa *debere* pro *posse*. Sic supra *lib. 11. titul. 13. & 12. & titul. 31.* Sic *lib. 1. tit. ult. num. 13.* Sic *l. 22. §. ult. D. Mand.* RITTERSHUS. De verbo *possunt* idem notavit Cujacius *Observation. lib. XXI. cap. 12.*

4. *Illa*] Sich. non habet. RITTERSHUS. Videtur hoc verbum excidisse, ob verbum præcedens, quod iisdem literis finitur, ut sæpe factum esse constat. SCHULTING.

5. *Nascitur*] Pro *natus est*. credo hoc esse a Compilatore. IDEM.

6. *Ex Orficiano Senatusconsulto*] Videtur rectius *Orfitiano*: quod habent edd. cum Interpp. Cujacii: sed solæ. Orphiti apud Veteres admodum noti sunt: & tamen Q. Orficii etiam sit mentio apud Gruterum *Inscription. p.* DLXXV. 1. Quod autem Guil. Ranchinus *de successionib. ab intest. §. 5. n. 2.* existimat hoc Senatusconsultum idem esse cum eo, quo liberis delata est matrum hereditas, id nullo nititur argumento: & quid vetat diversa fuisse? ut Vellejanum de intercessionibus mulierum, & Vellejanum de adsignandis libertis, cujus mentio *l. 1. pr. D. de adsignand. libert.* Ceterum ante hoc Senatusconsultum non videtur constitisse, loco nominationis demonstrationem talem sufficere: quia lex requirebat, ut nominatim fieret manumissio. IDEM.

2. [7] Codicillis [8] testamento confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt: & sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur: quia ex testamento utraeque confirmantur.

INTERPRETATIO. *Quoties per testamentum & codicillos libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus; sive post, & testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, tum illi, qui in codicillis manumissi, numerantur. Et si major numerus per codicillum, quam in Lege Fusia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur.*

3. [9] Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, [10] quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt.

INTERPRETATIO. *Qui vult testamento stabiliter dimittere libertos, propter legitimum numerum debet computare etiam fugitivos, quorum possessio, & corpore absente, animo semper retinetur.*

4. [11] Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento

7. *Codicillis testamento confirmatis datae libertates &c.*] Lege Caninia definitus est numerus servorum, qui testamento manumitti possunt, quem si testator egrediatur, qui priores nominati sunt, liberi fiunt usque ad legitimum numerum, ceteris exclusis. Ait autem Paulus in codicillis manumissos posteriore loco omnimodo haberi, & recte, quoniam testamenti sequela esse intelliguntur, etiam si testamentum praetulerint. CVJAC.

8. *Testamento confirmatis*] Idem videtur juris fuisse in aliis testato factis: nam & illi ex testamento vires accipiunt, *l. 3. §. 2. D. de jur. codicillor.* Ordinem vero servandum esse lex ipsa voluit, de quo Cajus *Inst. 1. tit. 2. §. 2.* & ibi Interpretes. SCHVLTING.

9. *Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, &c.*] Inter omnes constat servum fugitivum possideri ad usucapionem: an & ad possessionem adquirendam, dubitatur. Sed eorum sententia obtinuit, qui & per eum possessionem adquiri putant, *l. 1. §. per servum, qui in fuga. l. per eum, 20. in fin. D. de adq. poss. l. si cui, 23. §. ult. D. de liber. hom.* Cum itaque possideatur servus fugitivus, in numero familiae merito computabitur, quotiens quot servos testator habuerit, ut sciatur, quatenus testamento datae libertates valeant, inquiretur. CVJAC.

10. *Quorum semper possessio animo retinetur*] Quamvis aliarum rerum mobilium, quando furto surreptae nobis sunt, possessionem statim amittamus, *l. 2. pr. D. de usurpationib. & usucapionib.* aliud tamen est in servo fugitivo, *l. 23. pr. l. 25. D. de adquirend. vel amittend. possession. l. 27. §. ult. D. de furt.* donec ab alio possideatur, *l. 1. §. 14. D. de adquirend. vel amittend. possession.* Quoniam tamen exhibendi non habet copiam, ad exhibendum quis non tenetur, licet possideat, *l. 5. §. ult. D. ad exhibend.* imo ipse ad exhibendum adversus alios potest agere, *l. 3. §. 12. D. dict. tit.* ex quo loco non recte jus possessionis in re nonnulli exsculpere nituntur. Romanis veteribus ignotum fuit jus hoc in re, vel actio ex possessione in rem: quae tantum abest, ut olim admissa fuerit, ut possidenti rem non detur in rem actio, *§. 2. Inst. de actionib.* imo nec ulla legitima actio olim prodita, qua quis possessionem suam vocare audeat, teste Aelio Gallo apud Festum *v. possessio.* Qui vero ad possessionem habendam agit in rem, dominium allegat, vel civile, vel praetorium, vel jus pignoris aliudve in re. SCHVLTING.

11. *Lege Fusia Caninia cavetur, ut &c.*] Hic est servorum, qui manumitti possunt, legitimus numerus, de quo in *l. si Judai 28. Cod. Theod. de Judaeis, & in prime tit. hujus libri:* Qui duos tantum habet, item qui tres, aut quatuor, aut quinque duos manumittere potest: qui sex aut septem, tres: qui VIII. aut IX. quatuor: qui X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. quinque: qui XVIII. XIX. XX. sex: qui XXI. XXII. XXIII. septem: qui XXIV. XXV. XXVI. octo: qui XXVII. XXVIII. XXIX. novem: qui XXX. usque ad XLIV. decem: a XLIV. ad XLVIII. undecim: a XLVIII. ad LII. duodecim: a LII. ad LVI. tredecim: a LVI. ad LX. quatuor-

mento manumittatur. Subductis igitur a duobus usque ad decem, pars dimidia: a decem usque ad triginta pars tertia: a triginta usque ad centum pars quarta: a centum usque ad quingentos pars quinta. [12] Plures autem quam centum ex majori numero servorum manumitti non licet.

* [13] Nec filio patroni invito libertus natalibus suis restitui potest: quid enim interest, ipsi patrono, an filiis ejus fiat injuria? LEX EST IV. D. DE NATALIB. RESTITVEND.

quatuordecim: a LX. ad LXIV. quindecim: a LXIV. ad LXVIII. sedecim: a LXVIII. ad LXXII. septemdecim: a LXXII. ad LXXVI. octodecim: a LXXVI. ad LXXX. novendecim: ab LXXX. ad LXXXIV. viginti: ab LXXXIV. ad LXXXVIII. XXI: ab LXXXVIII. ad XCII. XXII: a XCII. ad XCVI. XXIII: a XCVI. ad C. XXIV: a C. ad CXXX. XXV: a CXXX. ad CXXXV. XXVI: a CXXXV. ad CXL. XXVII: & sic consequenter quintam partem. Igitur qui CCC. sexaginta: qui CCCLXX. LXXIV: qui CCCC. LXXX: qui D. centum manumittere potest. Nec vero etiam si millenariam familiam habeat, plures, quam centum testamento liberare potest. Inde Fl. Vopiscus *in Tacito: Servos manumisit, intra centum tamen, ne Caniniam transire videretur.* His adjungi volo, quæ de hac lege disseruimus in Notis ad Ulpianum *tit. de libertis.* CVJAC.

12. *Plures autem, quam centum*] Exemplum Taciti, quo Vir Summus, & ipsius exemplo alii utuntur, ad hanc legem re vera non pertinuit, uti monuimus ad Cajum *Instit. lib. 1. tit. 2. §. 1.* SCHULTING.

13. *Nec filio &c.*] Hoc fragmentum ad hunc quidem titulum non pertinet: certum tamen illi locum adsignare non possum: adeoque ad finem libri id rejeci cum editore Aurelianensi. Ritterhusius id collocavit ad finem tituli 12. IDEM.

Digitized by Google

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM

LIBER QVINTVS,

Cum Interpretationibus Aniani, V. S.

TITVLVS I.

De Liberali Cauſa.

1. [1] Qui contemplatione extremae [2] neceſſitatis, aut alimentorum gratia [3] filios

1. *Qui contemplatione extremæ neceſſitatis, &c.*] Multiplex olim fuit jus patriæ poteſtatis: nam & filios coërcere, & verberare, & vinctos ad opus ruſticum mittere, & occidere licuit. Non tamen licuit patri filium in ſervitutem ſuam redigere, *l. ult. C. de patr. pot.* At ter licuit vendere, & quidem ferio, ut Alicarnaſſeus narrat. Nam manumiſſus ab emptore primo in patris poteſtatem redibat: itemque ſi rurſus venditus & manumiſſus eſſet. Poſt tertiam vero venditionem, ſecuta manumiſſione, a patre liber erat. Hinc illa lex XII. tab. *Si pater filium ter venundavit, a patre liber eſto.* quæ certe dura nimis eſt, & merito ſic poſtea interpretatione mollita eſt, ut triplici venditione non vera, ſed imaginaria filius e patris poteſtate exeat. Verum eadem fere etiamnum lex viget in Moſcovia, auctore Sigismundo Libero. Nam patri filium quater vendere licet, nec liber fit, niſi poſt quartam demum venditionem. Poſt primam enim, ſecundam, & tertiam manumiſſus ab emptore, ad patris poteſtatem recurrit. Eſt & hodie caſus, quo jure noſtro pater filios vendere poteſt, puta, ſi cogat egeſtas, adeo ut non poſſit ipſe alendis liberis ſufficere, *l. 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſt.* atque ita non tam ut ſibi, quam ut vitæ eorum conſulat, pater vendet liberos, & quidem ſanguinolentos: ſic enim eſt in eo loco legendum, ut in *tit. de infan. expoſ. & de his qui ſang. nutr. acc.* & in ea collectionis formula, quam infra ſubjiciam. Sanguinolentos autem dicit, quos recens natos in *l. 1. Cod. Theod. de expoſ.* Cæterum ita venditus filius ſervus emptoris fit: ſed reddito emptori pretio, quod non exemptione, ſed ex præſenti æſtimatione definitum fuerit, aut mancipio pari, ingenuitatem priſtinam recipiet: atque ita venditio illa, ut Paulus ſentit, ingenuitati non præjudicat. Alii pretium reddi nolunt. *l. 2. Cod. Theod. de patr. qui fil. diſtr.* Alii volunt reddi cum adjectione quintæ *Nov. Valent. de pat. qui fil. ſu. diſtr.* ſed l. 2. conſtitutionem Juſtinianus magis probavit. Idemque alias obtinuit in Gallia in eo, qui pro foribus eccleſiæ expoſitum infantem nutriendum acceperat, matricularii eccleſiæ (hi ſunt, qui nunc *Marguilliers* appellantur) pretio dato: idque hæc vetus formula a matricularibus collecti infantis & diſtracti indicat. *Nos in Dei nomine matricularii S. Martini, dum mane ad hoſtia ipſius eccleſiæ obſervanda convenimſſemus, ibi infantulum ſanguinolentum invenimus, & per triduum an quiſquam eum ſuum eſſe diceret perquiſivimus: nullo invento, Gajo nutriendum dedimus, ut eum in ſuo ſervitio juxta legis ordinem retineat, pro quo pretium accepimus ſolidorum x. & hac de re hanc epiſtolam emiſimus, ſecundum ſententiam illam ex Codicis Theodoſiani libro quinto, titulo octavo, quæ dicitur, Si quis infantem a ſanguine emerit, & nutriti pueri dominus, vel pater recipere eum voluerit, ut aut ejuſdem meriti mancipium, aut pretium nutritor conſequatur.* At ex conſtitutione Juſtiniani, expoſiti, eorum, qui collegerint, ſervi non fiunt, atque adeo neque diſtrahi ab eis poſſunt, *l. ult. C. de inf. expo.* qua de re extat Trajani epiſtola quædam ad Plinium. Verum illud quæritur, an ex egeſtatis cauſa etiam filium pater pignorare poſſit. Et conſtat poſſe, *l. ſed, & quod, 9. §. 2. D. de pign. l. 2. C. Theod. de alim. quæ inop. par. de pub. petere deb.* Alioquin nec vendere eum, nec pignorare poteſt, *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr. l. ob æs, 22. C. de obl. & act.* Et creditor, qui ſciens

pignori

[1]filios ſuos vendiderint, [4]ſtatui ingenuitatis eorum non praejudicant: homo enim liber nullo pretio aeſtimatur. Idem nec pignori ab his, [5]aut fiduciae dari poſſunt. Ex quo facto [6]ſciens creditor [7]deportatur. [8]Operae tamen eorum locari poſſunt.

2. [9]Veritati & origini ingenuitatis manumiſſio, [10]quocunque modo facta fuerit, [11]non praejudicat.

INTERPRETATIO. *Quicunque ingenuam perſonam fraudis ſtudio manumittendam eſſe crediderit,* [12]*ut melius ſubdat eum, praejudicium ex hoc ingenuitas non incurrit.*

3. [13]De-

pignori acceperit, deportatur, aut, ut Tribonianus legit, relegatur. *l. ult. D. quae res pig. oblig. poſſ.* Addit ad extremum Paulus, patrem tamen filiorum ſuorum operas recte locare, *l. 11. C. de ing. man. l. 3. D. de uſufr. leg.* CVJAC. Relata eſt haec ſententia quod ad ſenſum in Edictum Theoderici Regis *cap. 94. 95.* Formula a Cujacio adducta exſtat, quamvis non totidem verbis, inter Sirmondicas, ſive formulas veteres ſecundum legem Romanam *n. 11.* ad quam legi poterunt, quae notavit Vir Magnus, Hieronymus Bignonius. Locus Plinii ab eodem Cujacio laudatus exſtat *lib. X. epiſt. 72.* SCHULTING.

2. *Neceſſitatis*] Neceſſitas multa facere & pati jubet alioquin improbata, dum natura ad ſui tendit conſervationem, ac mortis ex fame periculum evitandum: de quo graviter conqueritur Imp. Valentinianus tertius *Novell. tit.* XI. Videri quoque huc pertinentia poterunt nonnulla apud Hugonem Grotium *de jur. bell. ac pac, lib. II. cap. 5. §. 5.* IDEM.

3. *Filios ſuos vendiderint*] Quod poſtea tantum permiſſum in liberis ſanguinolentis, ſive adhuc a matre rubentibus, ut loquitur Juvenalis *Satyr.* VII. Id tunc tantum permiſit Conſtantinus *l. 2. C. de patrib. qui fil. ſu. diſtraxer.* idque & ſtatutis priorum Principum cautum fuiſſe docet idem Imperator *l. un. Cod. Theod. de his, qui ſanguinolent. empt. vel nutriend. ſuſceper.* Placuiſſe vero id videtur, ne parentes liberis ſibi procreatis novo ſeſe onere gravari videntes, illos exponendo, vel occidendo atrocius peccarent. Expoſitio autem tunc adhuc erat licita, ac ſublata demum ab Imperatoribus Valentiniano, Valente, ac Gratiano *l. 2. C. de infantib. expoſit.* Proderit legiſſe quae ad explicandam hujus rei hiſtoriam in litteras retulit Vir Inclytus, Ger. Noodt, cognatus, amicus, & jam quoque Collega conjunctiſſimus *Jul. Paul. cap. 3. & 6.* IDEM.

4. *Statui ingenuitatis eorum non praejudicant*] Idem probant Impp. *l. 1. C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxer.* ut hic proceſſerit illud Quinctiliani avi *declamation.* CCCXI. *Id, quod ingenuis natura dedit, nulla fortunae injuria eripi poteſt.* Poſtea tamen ſanguinolenti venditi ſervi ſunt facti ementium, forte, ut tanto facilius emptores reperirentur: (adeoque juris hic inducta eſt mutatio, ſecus ac putavit Cujacius *ad h. loc.*) quamvis non ſine ſpe recipiendi priſtini ſtatus; modo pretium quanti eſſent, aut ſimile mancipium domino daretur, ut liquet ex *l. 2. C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxer. & l. 1. Cod. Theod. de his qui ſanguinolent. &c.* Gratis quidem talem reſtitui voluerat Theodoſius Magnus *l. un. Cod. Theod. de patrib. qui fil. diſtraxer.* Valentinianus vero tertius ne quidem ſervum fieri, ac tantum pretium cum parte quinta refundi, *Novell.* XI. Sed jus *d. l. 2.* Triboniano prae ceteris placuit: uti notatum quoque Cujacio. IDEM.

5. *Aut fiducia*] De fiducia dictum *ad lib. II. tit. 13.*

6. *Sciens creditor deportatur*] Hinc ſumpta *l. ult. D. Quae res pignor. data obl. non poſſ.* ubi eſt, *relegatur.* RITTERSHUS.

7. *Deportatur*] In Edicto Theoderici *cap. 95.* ſcriptum eſt, *in exſilium dirigitur*: quod menti Pauli bene reſpondet. SCHULTING.

8. *Operae tamen eorum locari poſſunt*] Creditor vero ipſe liberos debitoris pignori capere, in ſervitute detinere, vel operas illorum locare prohibetur a Juſtiniano *Novell.* CXXXIV. *cap. 7.* ſub poena amittendi crediti, alterius tanti praeſtandi, & ſupplicii corporalis. Idque adeo non licere ſcribit Gregorius Magnus *lib. III. epiſt. 43.* IDEM.

9. *Veritati & origini ingenuitatis manumiſſio, &c.*] Si ingennus in ſervitute ſit & manumittatur, non ideo minus eſt ingenuus, *§. ult. Inſt. de ingenuis.* Videtur tamen eſſe, ut Plutarch. ait *in Lucullo*, ἀφαίρεσις τῆς ὑπαρχούσης, ἢ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δέος. CVJAC.

10. *Quocunque modo facta*] Nec differt ergo, an per errorem, an a ſciente: ac certiſſima eſt regula, natalibus non officere manumiſſionem, *§. ult. Inſt. de ingen.* Male Interpres vetus mentem Pauli expreſſit. SCHULTING.

11. *Non praejudicat*] Hoc quoque obſervatur circa captos bello civili, ac manumiſſos, *l. 21. §. 1. D. de captiv. & poſtlimin.* quem locum illuſtrat Cujacius *Obſervation. lib. XXVI. cap. 2.* IDEM.

12. *Ut melius ſubdat eum*] Ex edit Genev. cIↃIↃ LXXXVI. haec habet quoque Rittershuſius: quae, quamvis ad rem nihil faciant, Interprete tamen non ſunt indigna. IDEM.

13. *Deſcri-*

Digitized by

3. [13] Deſcriptio ingenuorum [14] ex officio fiſci inter fiſcalem familiam facta ingenuitati non praejudicat.

4. [15] Qui [16] metu, & impreſſione alicujus terroris apud acta Praeſidis ſervum ſe eſſe mentitus eſt, poſtea ſtatum ſuum [17] defendenti non praejudicat.

[18] INTERPRETATIO. *Non praejudicat ingenuitati, ſi pauper potenti coactus acquieſcat dicere,* SERVVS TVVS SVM.

5. [19] Poſt ſuſceptum liberale judicium, ſi aſſertor cauſam deſeruerit, in alium aſſertorem omne judicium transferri placuit. In priorem vero quod prodendae libertatis gratia factum eſt, extra ordinem vindicatur: non enim oportet ſuſceptam ſtatus cauſam, nulla cogente neceſſitate, deſtitui.

* [20] Cui

13. *Deſcriptio ingenuorum ex officio fiſci &c.*] Si a fiſco deſcripti ſint quidam ingenui inter fiſcales ſervos, ea res veritati non præjudicat. Idem eſt, ſi pater liberos profiteatur, velut ſervos, *l. liberos velut ſervos profitentes, 39. C. de liber. caus. l. Imperator, 8. D. de ſtat. hom.* CVJAC.

13. * *Deſcriptio*] Quemadmodum nec in cenſum delatio rem alienam facit deferentis, *l. 64. D. de adquirend. rer. domin.* SCHVLTING.

14. *Ex officio*] Hoc eſt, ex officialibus fiſci. Ita officium pro officialibus frequens eſt. vid. Briſſonium *de verbor. ſignification.*

15. *Qui metu & impreſſione alicujus terroris &c.*] Qui interrogatus apud acta per metum reſpondit ſe eſſe ſervum, nihil ea re ſibi in judicio liberali præjudicat, *l. nec ſi volens, 6. l. interrogatam, 24. C. de liber. caus.* CVJAC.

16. *Metu & impreſſione terroris*] Imo nec ſpontanea confeſſio ſtatum alicujus poteſt mutare, cum ſervi naſcantur vel fiant certis modis, inter quos non eſt confeſſio, *l. 22. C. hoc tit.* Obiter moneo in *l. 24. C. eod. tit.* pro *defenſionem* melius lectum iri, *defenſione*, hoc modo. *Interrogatam, & profeſſam apud acta ſe eſſe ancillam, hujuſmodi factum defenſione libertatis non excludit.* SCHVLTING.

17. *Defendenti*] In Capitularibus *lib.* VII. *cap.* 342. ubi hæc proferuntur, legitur *defendendi*, minus recte. IDEM.

18. INTERPRETATIO.] Eſt ſumpta ex edd. Genev. & Rittershuſ. & parum accurata.

19. *Poſt ſuſceptum liberale judicium, &c.*] Aſſertor eſt vindex alienæ libertatis. Publice autem licet cuivis eum, qui ſtatus controverſiam patitur, manu aſſerere. Libertas enim publicam tutelam meretur, *l. 2 D. ne de ſtat. def. l. 3. §. hoc interdictum, D. de lib. hom. exh.* Nec vero poteſt quiſquam, niſi dato aſſertore, de libertate litigare, *l. 1. Cod. Theod. de lib. cauſ.* ne adverſus dominum forte conſiſtat. Et victo aſſertore, iterum ac tertio liberalis cauſa agenda eſt, *l. 1. C. de aſſertione tollend.* & inde ſecunda aſſertio apud Quinctilianum *lib.* V. *cap.* 2. Martialis 1.

Aſſertor venias, ſatisque præſtes.
Et cum ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos manuque miſſos.
Hoc ſi terque quaterque clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

Quod ſi is, qui prior ad aſſertionem venit, eam deſerat, in alium omne judicium transfertur: ille quaſi proditor alienæ libertatis extra ordinem punitur. Ait, *quod prodenda libertatis gratia factum eſt.* Hæc eſt accuſationis extraordinariæ formula: ut in civilibus formulis actio *Quod juſſu*, & illa, *Quod feciſti ne tecum agatur, l. communis, 24. in fin. D. com. divid.* & ſup. *lib.* II. *tit.* 8. *Quod cum diſcipulis*, &c. & actio *Quod metus cauſa.* Cicer. V. *Ver. Ut judicium daret in Apronium, Quod per vim aut metum abſtuliſſet.* CVJAC. De aſſertione copioſe egit Cujacius *Paratitl. tit. C. de aſſertion. tollend.* ubi & de differentiis inter aſſertorem, & procuratorem quædam habet. Victo autem eo, qui ad libertatem proclamabat, reiterari res poterat, *l. 1. C. d. aſſertion. tollend.* quamvis petitio in ſervitutem non poſſet iterari, *l. 4. l. 27. C. hoc tit.* tamquam odioſa. Nihil vero ad reiteratam aſſertionem facit locus Martialis a Cujacio adductus: quando illic, quod fit, etiam uno & eodem actu & tempore potuit fieri, ac ſæpius clamari: uti nec huc pertinent aſſertiones perfuſoriæ apud Suetonium *Domitian, c. 8.* per quas illic intelliguntur, quæ frigide, vel per prævaricationem fiebant: atque etiam prima vice tales eſſe poterant: non vero inde ſequitur ſequentes præ aliis ita tractatas fuiſſe, ut Vir Summus ſcribit *dict. paratit.* quem recte notavit V. C. Janus a Coſta *ad §. 13. Inſt. de actionib.* Reiteratio cauſæ liberalis hodie vetita, *l. 1. C. de aſſertion. tollend.* SCHVLTING.

20. *Cui*

* [20] Cui necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultro, si ipse probare desideret, audiendus est.

* Qui de ingenuitate [21] cognoscunt, de calumnia ejus, qui temere controversiam movit, ad modum exsilii possunt ferre sententiam.

* [22] Tutores vel curatores pupillorum, quorum tutelam & res administraverunt, postea status quæstionem facere non possunt.

* Maritus uxori eidemque libertae [23] status quaestionem inferre non prohibetur. LEX EST XXXIX. D. HOC TITVLO.

20. *Cui necessitas &c.*] In edit. Aurel. ponitur hæc sententia & tres sequentes ante præcedentem. Ego eas cum Rittershusio hic loci collocavi. Videri possent quidem positæ fuisse olim sub titulo, *si ingenuus esse dicetur*, qui etiam exstat in Pandectis: sed cum illas sub hoc titulo in Pandectis collocarit Tribonianus, non est, quod alibi a Paulo olim positas eas fuisse opinemur. IDEM.

21. *Cognoscunt*] An per se, an per judices datos hanc causam aliasque de statu cognoverint magistratus, id præter alios novissime plenius examinat ante laudatus Noodt *de Jurisdiction. & Imper. lib. 1. cap. 9.* & probat olim datos hoc fuisse judices vel recuperatores: ac etiam fit judicis mentio *l. 2. §. 1. 2. l. 9. pr. D. h. t.* & Præsidi negatur potestas esse de status causa cognoscendi, *l. 1. C. de ord. judicior.* Hodie vero id fit per ipsos magistratus, *l. 2. C. de pedan. judicib. l. 1. C. de offic. Prator.* IDEM.

22. *Tutores vel curatores pupillorum &c.*] Tutores aut curatores pupillorum ne iis post administrationem finitam status quæstionem movere possent, ideo constitutum esse videtur, ne alioquin eos, dum administrant, instrumentis aut defensionibus privarent. qua ratione nec actiones iis contra pupillos minoresve cedi possunt, ne quidem tutela vel cura finita, ex Justiniani constitutione *Novell. LXXII. cap. 5.* Ceterum quo minus quondam pupillus tutori controversiam status moveat, nihil impedit, *l. 35. C. hoc tit.* IDEM.

23. *Status quæstionem inferre non prohibetur*] Nec quicquam hæc res veræ habet turpitudinis: cum actiones hæ de statu non ex facto oriantur, sed in rem esse videantur, §. *13. Inst. de actionib.* IDEM.

TITVLVS II.

[1] *De Vsucapione.*

1. [2] Possessionem adquirimus & animo, & corpore: animo utique nostro: corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis aestivisque contingit.

INTERPRETATIO. [3] *Aliqua sunt, quae animo & corpore possidemus: aliqua, quae tantum animo. Animo & corpore ea possidemus, quae in praesenti tenere videmur, vel utimur: animo vero ea possidemus, quae in longinquo posita*

1. *De Vsucapione*] De usucapione ex professo hic egisse videtur Paulus: de qua tamen nulla hoc in titulo fit mentio. Ita & alibi rem gessit Compilator, ut titulos a Paulo positos retineret, at, quæ eo maxime pertinerent, omitteret. Imo & quædam ex aliis titulis eo referret. Hic tamen occasione usucapionis de possessione quoque Paulus agere potuit: at de materia in ipso titulo proposita aliquid adjici quoque debuit. SCHVLTING.

2. *Possessionem adquirimus animo & corpore*] Possessio adquiritur animo & corpore: animo nostro, non alieno. Nam invitis, & ignorantibus nobis non adquiritur. Corpore etiam alieno, ut puta per servum, si ex causa non peculiari eum in possessionem ire jussero: aut per procuratorem, si mandavero, licet quo tempore hi possessionem apprehenderint, nesciam. Nudo animo, aut nudo corpore possessio non adquiritur, sed neque nudo corpore amittitur. Retinetur tamen, & amittitur nudo animo. Ex causa peculiari animo etiam alieno possessionem adquirimus, *l. 3. §. saltus, D. de adquirend. possess.* Quod dicitur de saltibus ad omnia prædia pertinet, *l. 1. §. quod vulgo, D. unde vi.* CVJAC.

3. *Aliqua sunt &c.*] Hæc spectant retentionem solam possessionis, non adquisitionem, de qua prius egerat Paulus. Sed & in sequentibus mentem Pauli male

posita sunt, & in nostro jure consistunt, & ea proprietati nostrae possumus vindicare.

2. [6] Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem adquiri nobis possessionem posse, [7] utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quaeritur.

INTERPRETATIO. *Per liberas personas, quae nobis nulla condicione* [6] *obligatae sunt, adquirere nihil possumus. Sed per procuratores adquiri nobis possessionem certum est.* [7] *Nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei adquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse consenserit.*

3. [8] Longi autem temporis praescriptio [9] inter praesentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur.

4. [10] Viginti annorum praescriptio etiam [11] adversus rempublicam prodest ei, qui justum initium possessionis habuit, [12] nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti ejus interest adversus eos reipublicae datur, quia ea negotia defendere neglexerunt.

INTER-

male exprimit. Quid enim huc facit mentio juris & vindicationis, ubi de sola possessione agitur? SCHVLTING.

4. *Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, &c.*] Per procuratorem sola possessio nobis adquiritur, & per hanc dominium, vel usucapiendi condicio, *l. 1. l. per procuratorem, 2. C. de adq. poss. l. 1. C. per quas person. nob. adq.* Adquiritur autem possessio & dominium scientibus & volentibus, id est, ex mandato nostro, licet ignoremus rem traditam, & possessionem apprehensam esse. Usucapio non procedit, nisi scienti possessionem apprehensam. Quod si mandatum non intervenerit, nec possessio, aut proprietas ante adquiritur, quam dominus ratum habuerit, *l. communis, 42. §. ult. D. de adquir. poss. l. si ego, 24. D. de neg. gest.* CVJAC.

5. *Utilitatis causa receptum est*] Ne quis ubique praesens esse debeat, ubi adquirenda est possessio. Adde quod ea, quae actu naturali adquiruntur, quorum in numero est possessio, per quemlibet volentibus nobis adquirere possumus, *l. 53. D. de adquirend. rer. domin.* Meminit quoque hujus juris Imperator §. *6. Inst. per quas person. cuiq. adquirit.* ubi pluribus hoc exequiunt Interpretes. SCHVLTING.

6. *Obligatae*] Dicere debuit, *subjectae*, vel, ut Imp. d. §. *6. vestro juri subjectae.* IDEM.

7. *Nam si*] Hoc est, *Verum si*: quo modo in Epitome Caji *lib. 1. tit. 1. §. 4.* ubi id notamus, & saepe alibi. IDEM.

8. *Longi autem temporis praescriptio &c.*] Praescriptio longi temporis locum habuit in provinciis, non usucapio. Longum autem tempus est decem annorum inter praesentes, XX. inter absentes: atque ita in omni fere juris parte longum tempus accipitur, ut *inf. tit. 5.* CVJAC. Praescriptio haec inducta videtur Impp. constitutionibus, §. *2. Inst. de usucapionib.* ut, ubi usucapio cessaret, veluti olim in praediis provincialibus, praescriptione hac saltem jus posset adquiri. De illa legi possunt quae scripsit Cujacius *Parastit. tit. C. de long. tempor. praescription.* SCHVLTING.

9. *Inter praesentes &c.*] Sic inf. *tit. 5. §. res alim.* RITTERSHVS.

10. *Viginti annorum praescriptio etiam adversus remp. &c.*] Respublicae omnes, praeter eam, quae est populi Romani, loco privatorum habentur: & ideo adversus eas viginti annorum praescriptio justo & non interpellato possessori datur. Actio tamen quanti interest, in administratorem, vel curatorem civitatis competit, quod a possessore agros reipubl. non retraxerit, ut praecipitur in *l. ult. D. de adm. rer. ad civit. pert.* Ex hoc loco recte defendemus extremum *l. 1. C. de praescript. long. tem.* de Republica domina accipi oportere: quod tamen Accursius rejecit. CVJAC.

11. *Adversus rempublicam*] Quamvis usucapio, quae biennii olim erat, in rebus civitatum cesset, *l. 9. D. de usurpationib. & usucapionib.* SCHVLTING.

12. *Nec medio tempore interpellatus est*] Interpellato in praescriptione tempus postea elapsum non prodest; nec etiam alii ex ipsius persona accessione utenti, *l. 1. C. de praescription. long. tempor. add. l. 2. l. 10. C. eod. tit. l. 10. C. de adquirend. & retinend. possession.* Non idem in usucapione, si lis omissa sit: de quo habet aliqua Cujacius *ad l. 2. D. pro empt.* haec enim juris est civilis, majorisque efficaciae. IDEM.

13. VTRIVS-

Digitized by Google

INTERPRETATIO. [13]VTRIVSQVE. *Viginti annorum* [14] *non requisitam possessionem, si tamen justum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Justum autem initium est emptionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi, & ceterarum rerum similium, quae per legitimas* [15] *scripturas atque contractus ad uniuscujusque dominium transire nascuntur. Hujus autem rei praescriptio inter praesentes decennii est, inter absentes vero vicennii computatur.*

5. [16]Si post motam intra tempora quaestionem res ad [17]novum dominum emptione transierit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem [18]non oportet.

13. VTRIVSQVE] Retinui hoc verbum ex edit. Paris. clɔ lɔ LXXXVI. sed separavi a verbo *Viginti*, cum quo illic cohærebat. Ad utramque autem præcedentem sententiam hæc pertinent. IDEM.

14. *Non requisitam possessionem*] Sic legi debere, vel, *non repetitam p.* res ipsa evincit. Sich. & Rittersh. edd. *non requisita possessio.* Paris. *non repetita*, & ita Sich. in margine. In Lugd. clɔ lɔ LXVI. & Genev. est *non possessionem* omisso verbo *requisitam*, quo tamen inserto opus est, ut omnia recte cohæreant. IDEM.

15. *Scripturas atque contractus*] Hæc locutio est Interpretis. Non ita veteres scribunt Jurisconsulti. IDEM.

16. *Si post motam intra tempora quæstionem, &c.*] Sumpta est hæc sententia ex rescripto Severi & Antonini: quod extat in *l. 1. C. de præscript. long. temp.* quo id continetur, possessorem quidem ipsum, qui semel intra tempora interpellatus est, denuo sibi præscriptionem longi temporis non adquirere, emptorem vero bonæ fidei adquirere. de quo scripsimus in *l. 2. D. pro emptore.* CVJAC.

17. *Novum dominum*] Hoc est, novum possessorem, qui rem justo titulo accepit. Sic quoque *dominia*, & *domini* occurrunt *l. 1. C. de præscription. long. temp.* SCHVLTING.

18. *Non oportet*] Post hæc in ed. Aurelian. leguntur verba *l. 21. l. 23. l. 25. D. quemadmod. servitut. amittunt.* quæ nos cum Rittershusio sub *titulo 6. de interdictis* posuimus.

TITVLVS III.

[1] *De his, quae per turbam fiunt.*

1. [2]In eos, qui per turbam seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur. [3]Quod si ex hoc corpori alicujus, vitae, membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur.

INTERPRETATIO. [4]*Si aliquis collecta multitudine, aut concitata seditione damnum cuicunque intulerit, si pecuniae damnum fiat, dupli redhibitione* [5] *com-*

1. *De his, quae per turbam fiunt*] Sub hoc quoque titulo posita alio fere pertinent, ac sola prima sententia titulo plane congruit; uti notat Cujacius *ad tit. 20. hoc lib.* In tertia quoque obiter turbæ est mentio. SCHVLTING.

2. *In eos, qui per turbam, seditionemve damnum &c.*] Qui in turba, vel seditione damnum dat, darive curat dolo malo, intra annum tenetur in duplum ex prætoris edicto de turba, si damnum pecuniarum sit: post annum in simplum, *l. 4. D. vi bon. rapt.* Corpori autem alicujus si quis in turba noceat, extra ordinem punitur. CVJAC.

3. *Quod si ex hoc &c.*] De hoc nihil quidem erat in Edicto Prætoris, qui etiam mero imperio caret. Ratio tamen utilitatis extraordinariam & corporalem pœnam infligendam esse dictavit, ob corpus alicujus læsum. SCHVLTING.

4. *Si aliquis collecta multitudine &c.*] Non male loco hujus interpretationis legetur edictum Prætoris ipsum, eaque, quæ ad illud commentatur Ulpianus *l. 4. D. vi bonor. rapt.* IDEM.

[5] *componitur. Nam si corpus alicujus, vel membra caede pulsata fuerint, hujusmodi admissum* [6] *a judice vindicatur.*

2. [7] Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum, suppressumve fuerit, eo anno in quadruplum ejus rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur: postea vero in simplum.

3. [8] Hi, qui [9] aedes alienas, villasve [10] expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id [11] turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus [12] saluti hominis noceri possit, accipiuntur.

4. [13] Receptores aggressorum, itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit.

5. [14] Fures, vel [15] raptores [16] balnearum plerumque in metallum, aut in opus

5. *Componitur*] Pro *luitur*. De hoc verbi hujus usu posterioris ævi multa legere est in Glossario sæpe mihi laudato Car. du Fresne du Cange. IDEM.

6. *A judice*] Nescivit, quid foret extraordinaria pœna, & *extra ordinem vindicare*: quorum prius perperam quoque explicuit *lib.* 1. *tit.* 5. §. 2. *tit.* 19. *A.* §. 5. IDEM.

7. *Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, &c.*] Ex edicto prætoris in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata quid rapuit, recepit, subtraxit, intra annum quadrupli est actio, post annum, simpli, *l.* 1. *D. de inc. rui. & nauf.* CVJAC.

8. *Hi, qui aedes alienas, villasque expilaverint, &c.*] Hi, qui pessimo exemplo per turbam, & cum telis villas alienas expilant, capite puniuntur. Tela dicimus omnia, quibus saluti hominis nocere possunt. Extat hæc sententia in *l. pen. D. ad legem Jul. de vi pub.* ubi non dubito, quin ex hoc loco pro *singuli homines*, reponendum sit, *saluti hominis*. IDEM.

9. *Ædes alienas*] Sich. interpon. *aliquas.* & mox leg. *villasque expoliaverint.* RITTERSHVS. In Capitularibus *lib.* VII. *cap.* 343. est tantum *aliquas.*

10. *Expilaverint*] In Capitularibus scriptum est *expoliaverint*, ut & apud Papianum *Responsor. tit.* 19. qui hunc locum videtur respicere. Mihi placet *expilaverint*, quod habent edd. Cujacianæ & Rittershusiana: ut est scriptum in *l.* 11. *pr. D. ad leg. Jul. de vi public.* qui locus hinc desumptus est. Inde *expilatores*, de quibus agitur *tit. D. de effractorib. & expilatorib.* quique sunt atrociores fures, *l.* 1. §. 1. *D. dict. tit. & expilationes*, quæ distinguuntur a furtis qualitate, *l.* 20. §. 6. *D. de pœn.* SCHVLTING.

11. *Id turba cum telis coacta fecerint*] In *d. l.* 11. *pr. D. ad leg. Jul. de vi public.* scriptum est, *in turba cum telo fecerint.* IDEM.

12. *Saluti hominis noceri possit*] In *l. pen. D. ad l. Jul. de vi pubi.* ubi hæc sententia extat, legitur: *Singuli homines nocere possunt*, non recte. In lib. Lex Dei, *tit.* 1. extremo sic est: *Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa paratum est.* Fort. leg. *paratum est.* Dices, ita venenum quoque teli appellatione continebitur. Respondeo, intelligenda est descriptio Pauli κατὰ τὸ πρόσλημμα. RITTERSHVS. Ita habent editiones omnes veteres, quas inspexi, nec non Capitularia *dict. loc.* idque rectum: nec video cur in edd. cum Interpretationibus Cujacii pro, *noceri possit*, repositum sit *nocere possunt.* Lectio illa in Pandectis, *singuli homines nocere possunt*, inepta est: an enim non & multi simul telis possunt nocere, & quidem magis, quam pauci? An ex figlis natus sit error, dubitari posset. SCHVLTING.

13. *Receptores aggressorum, itemque latronum &c.*] Non minus delinquunt receptores, quam latrones, aut aggressores: ideoque pari pœna puniuntur, *l.* 3. §. *non tantum, D. de incen. rui. & naufr. l.* 1. *D. de recep. l. un. C. de crim. recp. l. pen. C. ad legem Jul. de vi pub.* Nam sublatis receptoribus, grassatores diu latere non possunt. CVJAC. De receptatoribus latronum, bannitorum, furum, aleatorum, abigeorum &c. vid. Jac. Menoch. *de Arbitran. judic. quæstio.* passim. RITTERSHVS. *in Ind. h. voc.* Habet quoque hæc Papinianus *Responsor. tit.* 19. ex parte: integra autem producuntur in Capitularibus *lib.* VII. *cap.* 344.

14. *Fures, vel raptores balnearum plerumque in metallum, &c.*] Fures balnearii sunt, qui lavantium prædones appellantur a Tertulliano *in Apologetico*: & ut a Paulo, ita ab eodem in libro *de fuga in persecutione*, fures balnearum. Hi extra ordinem vel in metallum, vel in opus publicum damnantur, vel capite puniuntur, præsertim si ob admissi frequentiam exemplo opus sit. Ideireo, causa cognita, is, qui cognoscit, temperat pœnam. Pari pœna afficiuntur nocturni fures. *l.* 1. *D. de fur. baln.* Est & in eos civilis actio. Mitius autem agitur cum diurnis furibus: vix enim extra ordinem coërcentur, sed ad examinationem civilem remittuntur, *l.* 2. *D. eod.* id est, ad

opus publicum damnantur. [17] Nonnunquam pro frequentia admiſſorum judicantis ſententia temperatur.

6. [18] Incendiarii, qui conſulto incendium inferunt, ſummo ſupplicio afficiuntur. Quod ſi incuria [19] eorum ignis [20] evaſerit, [21] dupli compendio damnum ejuſmodi [22] farciri placuit.

INTERPRETATIO. *Si aliquis malitiae ſtudio incendium* [23] *miſerit, de hoc crimine convictus poenis graviſſimis jubetur interfici. Quod ſi per negligentiam factum*

ad dupli, vel quadrupli actionem. Quam differentiam Conſtantinus probat *lib.* VI. *Interpretum tit. 5.* Quia enim facilius eſt furari noctu, quam interdiu, & in balneis, quam alibi, ideo huic facultati furandi ſeverior poena propoſita eſt, ut & *infr. tit. de ſacrileg.* Quod in fure balneario ex Ariſtotele, & aliis auctoribus Alciatus, & Victorius latius demonſtrarunt: ille *in Parergis*, hic *in Variis lectionibus.* CVJAC.

15. *Raptores*] In edit. Rittersh. eſt, *ruptores* (Sich. *raptores.*) quod unde habeat miror. ego in omnibus libris editis invenio *raptores*, praeter editionem Lugd. ejs Is LIX. in qua eſt *latrones*, male.

16. *Balnearum*] Dubitari poſſet, an non Paulus ſcripſerit, *balnearii*, ut in Pandectis appellantur, *tit. de furibus balneariis.* & in Gloſſis, *fur balnearius* βαλανειαλης. A Catullo quis dicitur fur optimus balneariorum. Tamen & *fures balnearum* dixit Tertullianus a Cujacio laudatus, *de fug. in perſecution. cap. 13.* ac ſic defendi poteſt vulgata lectio. Alciati Cujacio citati locus eſt *in Parerg. lib.* II. *cap. 38.* Victorii *Variar. lection. lib.* VII. *cap. 17.* Praecipue vero hac de re videndus Ariſtoteles *Problemat. 29. n. 10.* ab illis quoque adductus: cui quod videtur ideo gravior his infligi poena, quia difficilior eſt cuſtodia, praecipue placet Jano Langlaeo *Semeſtr. lib.* VIII. *cap. 2.* nec immerito: quamvis nec illud falſum ſit, magnam horum eſſe impudentiam, & publice periculoſam, maximeque incommodam illis, qui id furtum patiuntur. De furum horum aſtutiis habet aliqua etiam Marq. Freherus *Parerg. lib.* II. *cap. 12.* SCHULT.

17. *Nonnunquam pro frequentia admiſſorum judicantis ſententia temperatur*] Mens horum ea videtur eſſe, non ſemper gravem poenam metalli aut operis publici infligi: verum temperari nonnunquam judicis ſententiam ſecundum frequentiam ejuſmodi criminum: ita, videlicet, ut ubi illa eſt exigua, illic & poena ſit mitior. *Pro frequentia* non notat *ob frequentiam:* illa enim poenas ſuadet non temperari, ſed augeri, *l. 16. §. 10. D. de poen.* ſed, *prout quid frequens eſt, vel magis, vel minus:* ut adeo in utramque partem hoc poſſit accipi: veluti cum dicitur *pro copia* quid eſſe vel fieri, etiam hoc recte uſurpatur de tenui copia. Apud Plautum Aulular. *act.* III. *ſc. 6. verſ. 5.* dicit Euclio, quaſi pauper, de re anguſta, ac nitore admodum exiguo,

Pro re nitorem, gloriam pro copia.

Cato *de re ruſtic. cap. 144.* de villicae officio verba faciens dicit. *Per eoſdemque dies lari familiari pro copia ſupplicet.* Vbi etiam copiam intelligit parvam. Quibus plura addere non eſſet difficile. Haec ſi admittamus, opus non erit verba mutare, ac pro *frequentia* legere *infrequentia*, quod nuper viſum Viro Erudito, & a quo multa egregia ſibi Juriſprudentia polliceri poteſt, Joh. van de Water *Obſervation. lib. I. cap. 13.* IDEM.

18. *Incendiarii, qui conſulto incendium inferunt &c.*] Is, cujus dolo incendium factum eſt, ex XII. tab. ſummo ſupplicio afficitur. Is, cujus culpa, remittitur ad examinationem civilem, id eſt, actionem dupli, *l. capitalium, 28. §. incendiarii, D. de poenis. l. qui aedes, 9. l pen. D. de inc. rui. & nauf. l ſi quis dolo, 10. D. ad leg. Cor. de ſic.* & haec eſt, quae incendiarum aedium actio dicitur in *l. juris gentium, 7. D. de pact.* & a Thaleleo in *l. 1. C. de leg. Aq.* CVJAC. Pertinet haec 6. ſententia potius ad titul. 20. infra. Vide Conſt. Crimi. Caroli V. cap. 125. RITTERSHVS.

19. *Eorum*] An incendiariorum? horum certe mentio praeceſſerat: & hi tamen hic intelligi non poſſunt. Paulus forte ſcripſerat, *habitatorum* vel aliquid ſimile: ejuſque verba Compilator invertit. SCHULT.

20. *Evaſerit*] Alibi dicitur ignis *evagari, l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquil. & ulterius evagatus l. 30. §. ult. D. dict. tit.* IDEM.

21. *Dupli compendio*] Aeſtimatione id farciri dicit Paulus *tit. 20. §. 2. hoc lib.* adeoque ſimplo. Verum ſi ex lege Aquilia quis conventus infitiatus ſit, in duplum tenetur: quod forte diſtinctius olim ipſe Paulus expoſuerat, & a Compilatore mens ejus negligenter eſt expreſſa. IDEM.

22. *Sarciri placuit*] In edit. Aurelian. his ſubjiciuntur verba reliqua *ſ. pen. D. ad leg. Jul. de vi public.* haec nempe. *Qui telum ſalutis ſuae tutandae cauſa gerunt, non videntur hominis occidendi cauſa portare.* Quod non ſum ſecutus: ſed cum Rittershuſio illa retuli ad titulum *23. ad legem Corneliam de ſicariis*, ex quo illa poſt alia adducuntur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 1.* ubi illa ſemel legi erit ſatis. Nec Triboniano plane inſolens fuit varia fragmenta ex diverſis titulis deſumpta conjungere: uti conſtat ex leg. *38. D. de poen.* quae ex variis fragmentis ex diverſis hujus libri titulis conflata eſt. Et quamvis aliquando bis eamdem rem Paulum docuiſſe non ſim ignarus, hic tamen occaſione incendiariorum tale quid de telo ſalutis cauſa gerendo parum commode traditum fuiſſet. IDEM.

23. *Miſerit*] Fort. *immiſerit.* RITTERSHVS. Vulgata lectio quoque retenta eſt in Capitularibus *lib.* VII. *cap. 342.* ubi haec interpretatio refertur.

factum incendium comprobetur, damnum, quod cuicunque illatum fuerit, [24] *res, quae incendio perierint, dupli satisfactione sarcientur.*

24. *Res, quæ &c.*] An, *resque, quæ* scribendum? In Capitularibus scriptum est *perierit*, & *sarciatur*.

TITVLVS IV.

De Injuriis.

1. [1] Injuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus, verberibus, & illatione stupri. Extra corpus, [2] conviciis, & famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque [3] patientis, & facientis aestimatur.

2. [4] Furiosus, itemque infans affectu doli, & captu contumeliae carent: idcirco injuriarum agi cum his non potest.

3. [5] Si liberis, qui in potestate sunt, [6] aut uxori fiat injuria, [7] nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in injuriam nostram id feciſſe doceatur.

4. [8] Corpori injuria infertur, cum quis pulsatur, cuique stuprum infertur, [9] aut de stupro interpellatur. Quae res extra ordinem vindicatur, [10] ita ut pulsatio pudoris poena capitis vindicetur.

5. [11] Sol-

1. *Injuriam patimur aut in corpus, &c.*] Injuria aut in corpus infertur, aut ad infamiam, vel dignitatem pertinet, *l. 1. §. omnem, D. de injur.* Injuria autem ex animo facientis æstimatur, *l. 3. §. 1. D. eod.* itemque ex animo patientis. Qui enim injuriam, quam passus est, ad animum non revocat, non videtur injuriam passus, *§. ult. de injur.* CVJAC.

2. *Conviciis*] Sub his quoque maledicta videtur Paulus comprehendere, ut & §. 18. quæ duo tamen distinguit §. *19. & 20. hoc tit.* Derivant nostri Auctores Convicium a vocum concitatione, vel conventu, hoc est, collatione vocum, *l. 15. §. 4. D. hoc tit.* ut adeo illud sit, quod fit in cœtu, vel cum vociferatione, *d. l. 15. §. 8. 12. 13.* Multa de hoc verbo legi possunt in opusculis variis de Latinitate Jurisconsultorum veterum *p. 187. & seqq.* SCHVLTING.

3. *Patientis, & facientis*] Quod latius expositit Claudius Saturninus *l. 16. §. 3. D. de pœn.*

4. *Furiosus, itemque infans affectu doli, &c.*] Furiosi & infantes injuriam pati possunt, facere non possunt. Pupilli injuriæ, furtique faciendi interdum capaces sunt, *l. 3. §. 1. D. de injur.* CVJAC.

5. *Si liberis, qui in potestate sunt, &c.*] Filiisfamilias, vel uxori illata injuria, patri, vel marito proprio nomine injuriarum actio datur, si modo in injuriam eorum id factum doceatur: ut puta, si is, qui fecit, scierit filiofam. se vel nuptæ injuriam inferre. Quod si patremfam. aut viduam esse existimaverit, non potest videri patri, aut marito injuriam fecisse, *cum qui, 18. §. ult. D. de injur.* IDEM.

6. *Aut uxori*] Maxime, quæ in manum convenerat, quæque marito erat loco filiæfamilias: de qua multa habuimus apud Cajum *sub lib. 11. tit. 2.* Sed & quamvis non convenisset in manum, affectio tamen, & officium defendendæ mulieris volebat, ut vir injuriam hanc posset vindicare. Recte Eudoxia Augusta Arcadio Imperatori hoc oggerebat, *αὐτῇ ὕβρις εἶναι νομίζεται ἐμοὶ δὲ οὐχί.* *Contumeliam suam ipsius esse*, teste Socrate *Histor. Ecclesiastic. lib. VI. cap. 23.* SCHVLTING.

7. *Nostra interest vindicare*] Vt enim Vlpianus scribit *l. 1. §. 3. D. hoc tit. Spectat ad nos injuria, quæ his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui subjecti sunt.* IDEM.

8. *Corpori injuria infertur, cum quis pulsatur, &c.*] Corpori injuria infertur pulsatione, verberatione, stupri illatione. Interpellatio autem pudicitiæ magis ad infamiam pertinere videtur, *l. 1. §. omnem, D. de injur.* Hæc autem non jure ordinario, sed etiam extra ordinem vindicantur, & stupri illatio capite punitur. CVJAC.

9. *Aut de stupro interpellatur*] Vlpianus hoc non ad corpus, verum ad infamiam refert *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* Nec mihi verisimile sit aliud Paulo nostro placuisse: adeoque dubito, an Compilator illius sensum fideliter retulerit. SCHVLTING.

10. *Ita, ut pulsatio pudoris pœna capitis vindicetur*] Stupri illationem intelligit Cujacius. Mihi illa *pulsatio pudoris* nullæ Latinitatis videtur, nec Paulum redolere, sed Compilatorem, qui in *interpretatione §. seq.* verbum *pulsare* usurpat pro *rogare*, vel *de stupro inter-*

5. "Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem pernicioſae libidinis extra ordinem puniuntur.

[12] INTERPRETATIO. *Sollicitatores alienarum nuptiarum, sponsarum, vel matrimoniorum interpellatores, non dicam, si eas corruperint; sed tantum si ipsas pulsaverint, ut corrumpant, propter voluntatem perniciosam extra ordinem puniuntur.*

6. "Injuriarum actio [14] aut lege, aut more, [15] aut mixto jure introducta est. [16] Lege duodecim tabularum de famoſis carminibus, [17] membris ruptis, & ossibus fractis.

7. [18] Mo-

interpellare: quomodo si hic *pulsatio pudoris* accipienda sit, pœna capitalis indistincte proposita, nimis erit dura. Sed & ipsius stupri pœna in virgine vel vidua nec olim fuit, nec hodie est capitalis, sed levior, §. 4. *Inst. de public. judic.* nisi commissum fuerit in invitam aut raptam, *l.* 3. §. 4. *l.* 5. §. 2. *D. ad leg. Jul. de vi public.* aut dolo inductam, §. 14. *hoc tit.* Nec stuprum pueri olim capitali pœna punitum fuit, nisi esset violentum; de quo Paulus egit *lib.* II. *tit.* 26. §. 12. nec non in specie §. 14. *hoc tit.* Adeo, ut hoc, quod hic legitur, genuinum, & a Paulo esse, non sit verisimile. IDEM.

11. *Sollicitatores alienarum nuptiarum, &c.*] Solius voluntatis, sive cogitationis nulla est pœna. Hic sola non fuit voluntas, sed conatus aliquis, & faciendi initium, ut puta sollicitatio, interpellatio: & ideo extra ordinem vindicatur. Sic igitur non facta tantum, sed etiam conatus & voluntates coercentur, *l.* 1. *C. Th. ad leg. Jul. de amb.* Extat hæc Pauli sententia in *l.* 1. *D. de extraord. crim.* Sollicitator alienarum nuptiarum est, qui pudicitiam alienæ uxoris appellat. Interpellator, qui alienæ uxoris appetit nuptias. Subsessor, adulter. CVJAC. Extat in *l.* 1. *in prin. D. de extraord. crimin.* & a Gratiano relata est in *c.* 15. *De pœnitent. dist.* 2. RITTERSHVS.

11. * *Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores*] Per sollicitatores alienarum nuptiarum intelligendi videntur, qui sponsas, quarum nuptiæ aliis promissæ sunt, sollicitant. Ac sic *nuptias sollicitare*, pro *sibi ambire* occurrit in *l.* 1. *Cod. Theod. de nupt.* Atque hoc malo, quam explicationem Cujacii. Interpellatores autem matrimoniorum esse videntur, qui uxores alienas a viris avellere, sibique habere conantur: quo modo hos posteriores quoque accepit Cujacius. Quod vero V. C. Jac. Gothofredus *ad l.* 2. *Cod. Theod. de rapt. & matrimon. sanctimonial. virgin.* per priores eos intelligit, qui aliis desponsas de stupro appellant, per posteriores, qui nuptas, id verbis Pauli non tam bene respondere videtur: verba enim indicant aliquid intelligi fieri ad nuptias obtinendas, vel disjungendas. SCHVLTING.

12. INTERPRETATIO.] Est ex ed. Genev. ed. In LXXXVI. & Rittersh. ac, uti pleræque, parvi pretii.

13. *Injuriarum actio aut lege, aut more, &c.*] Lege XII. tab. de membris ruptis est talionis actio: de ossibus fractis nummaria, auctore Justiniano, vel ut apud Priscianum *lib.* VI. Cato scribit, etiam talionis: De famosis carminibus, capitis, aut fustuarii, ut Cornutus in Persii *Sat.* 1. lege XII. tab. cautum ait. Et hæc postrema capitis pœna probatur etiam a *l.* 1. *C. de fam. libell.* aliæ autem in desuetudinem abierunt. CVJAC.

14. *Aut lege, aut more, aut mixto jure*] Paulus noster in libro singulari *de Injuriis*, ex quo fragmenta exstant in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 2. actionem injuriarum duplicem tantum facit, legitimam, & honorariam; ut illic ita sub legitima comprehendat illam quoque, quæ hic §. 8. dicitur esse ex mixto jure: quæque hic adscribitur moribus, illic dicatur honoraria. SCHVLTING.

15. *Aut mixto jure*] Hic ergo Paulus non tantum jus scriptum & non scriptum adgnoscit, sed & mixtum, sive utroque constans. Sæpe in divisionibus usu venit, ut simplices solæ species recenseantur, mixta omissa, quæ tamen alibi exstat. Exempla plurima dabit sæpe mihi laudatus Vir, Ger. Noodt *Probabil. lib.* 1. *cap.* 12. IDEM.

16. *Lege duodecim tabularum de famosis carminibus*] Hoc capite sancitum esse, testimonio adducto Ciceronis in libris de Republica, docet Augustinus *de Civitat. Dei lib.* II. *cap.* 9. & 12. Meminit quoque legis hujus, non expressa tamen pœna, idem Cicero *Tusculanar. Quæstion. lib.* IV. *cap.* 2. & Arnobius *adversus gent. lib.* IV. *p.* 153. De pœna, quæ fuit tempore Pauli, is aget §. 15. *hoc tit.* Fuste vero ad necem verberatos volunt: de quo plura collegere cum alii, tum Jac. Gothofredus ad *legg.* XII. *tabb. ad tab.* VII. IDEM.

17. *Membris ruptis, & ossibus fractis*] De quibus agit Imperator §. 7. *Inst. hoc tit.* ubi docet membri rupti pœnam fuisse talionem: ossis vero fracti pœnam fuisse nummariam: de qua aliquid dicetur ad fragmentum ex libro Pauli singulari de Injuriis, quod exstat in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 2. ubi etiam Paulus docet, quid de levioribus injuriis lex statuerit. IDEM.

18. *Mo-*

by Google

7. [18] Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio judicis aestimatum congruentis poenae supplicio vindicatur.

8. [19] Mixto jure injuriarum actio [20] ex lege Cornelia constituitur, [21] quoties quis pulsatur, [22] vel cujus domus introitur ab his, qui vulgo [23] derectarii appellantur.

18. *Moribus, quoties factum pro qualitate sui, &c.*] Moribus recepta est actio injuriarum praetoria: & hoc est, quod ait Justin. in §. *poena, de injur.* abolita actione legitima eam in judiciis frequentari. Est autem specialiter proposita de convitiis, & generaliter de omnibus, quae ad infamiam alterius fiunt, eamque Praetor daturum se in hoc pollicetur, ut arbitrio judicis, vel recuperatoris injuriae aestimatio fiat. CVJAC.

18. * *Moribus*] Ad quos Praetores edicta sua accommodasse docet Cicero *de invention. lib.* II. *cap.* 22. ubi ita scribit. *Consuetudinis autem jus esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit. in ea autem jura sunt quaedam ipsa jam certa propter vetustatem. quo in genere & alia sunt multa, & eorum multo maxima pars, quae Praetores edicere consuerunt.* Notum etiam Praetorum edicta antiquitus non fuisse firmae & perpetuae auctoritatis: ut adeo actionem hanc, quam Praetores introduxisse scribit Imperator §. 7. *Inst. hoc tit.* moribus adscribere non dubitet hoc loco Paulus. Necessaria vero fuit haec actio, quia, divitiis, simulque luxu & petulantia increscentibus, poena pecuniaria, quam duodecim tabulae introduxerant, contemnebatur: adeoque Praetores injuriis aestimandis sese recuperatores daturos esse edixerunt, auctore A. Gellio *Noct. Attic. lib.* XX. *cap.* 1. Athenis quoque ob acceptas plagas non dissimili modo usurpata fuit ἀστικὴ δίκη, cujus meminit Harpocration, de qua nonnulla habet Salmasius *de modo usurar. cap.* 17. *p.* 792. SCHVLTING.

19. *Mixto jure injuriarum actio ex lege Cornelia constituitur, &c.*] Mixta injuriarum actio est, quae lege Cornelia constituta, & moribus recepta est. Haec ob eam rem datur, quod se pulsatum quis, aut verberatum, aut domum suam vi introitam dicat, & est publica accusatio, *l. hos accusare, 12. ad fin. D. de accus.* Sed hodie etiam agitur civiliter ex his causis. Derectarii autem extra ordinem puniuntur. Hi sunt, qui se fraudulenter per tegulas, vel alio modo in alienas aedes dirigunt, & inde nomen. Dicimus & Derectarios, & derigere, *l. saccularii, 7. D. de extr. crim. l.* 1. *D. de effract.* Ita autem extra ordinem puniuntur, ut qui prius impetum fecerint, in exilium, aut in metallum, aut in opus publicum dentur. CVJAC.

20. *Ex lege Cornelia*] Tulit hanc legem L. Cornelius Sulla, *l.* 12. §. *ult. D. de accusationib. & inscriptionib.* forte ad refrenandam nimiam licentiam ac petulantiam, quae per bella civilia invaluerant. Publicum hinc judicium datum fuisse constat ex *dict. loc.* Egit vero lex de paucis atrocioris injuriae speciebus, quando quis esset pulsatus, verberatus, domusve ejus vi introita, §. 2. *Inst. l.* 5. *pr. D. hoc tit.* Postea vero etiam actio inde data privata civilis, *l.* 37. §. 1. *D. hoc tit.* soli illi, qui injuriam talem esset passus; quo pertinet *d. l.* 5. *pr.* in tantum, ut ne quidem ob injuriam talem illatam filiofamilias pater actione civili ex lege Cornelia agere possit; quamvis Praetoria injuriarum actio illi competat, *l.* 5. §. 6. *D. hoc tit.* Vt adeo hodie de omni injuria, etiam atroci, civiliter possit agi, teste Vlpiano *l.* 7. §. 6. *D. hoc tit.* qui id confirmat rescripto Imperatoris Antonini Caracallae, quem nostrum vocare solet, quia sub eo scripsit: quique, dum indicat ita posse agi *hodie*, satis indicat, non ita semper juris fuisse. Hoc vero admisso, & ad actionem inde instituendam dari potest procurator, *l.* 42. §. 1. *D. de procuratorib.* Nec hodie est publicum injuriarum judicium, *l.* 7. *l. ult. C. hoc tit.* SCHVLTING.

21. *Quoties quis pulsatur*] Vereor, ne & hic aliter Compilator scripserit, quam Paulus ipse. Actio dicitur ei dari, qui se dicit pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse, ut & modo dictum. nec mihi verisimile est ejus tantum, qui pulsatus est, Paulum mentionem fecisse. *Pulsare*, & *verberare* quo pacto differant, ex Ofilio Vlpianus *d. l.* 5. §. 1. docet, pulsationem, nempe, esse sine dolore, verberationem cum dolore, hoc sensu, quod verberatus dolorem semper sentiat: pulsari vero, quod dicitur a pellendo, etiam aliquem posse sine dolore. Imo tantopere haec differunt, ut qui est verberatus, si dicat se pulsatum esse, non certo rem demonstret, auctore Paulo *libro singulari de Injuriis, in Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit.* 2. Legi merentur de verbis *pulsare & verberare*, quae scriptis consignata sunt in Opusculis variis de Latinitate veterum Jurisconsultorum *p.* 145. *& seq.* quaeque erudite ad ea notavit ante memoratus Car. Andr. Dukerus. IDEM.

22. *Vel cujus domus introitur ab his, qui vulgo derectarii appellantur*] Lex loquebatur de eo, cujus domus vi dicebatur esse introita: quod non ita faciunt derectarii, sed furandi causa in domos vel cenacula sese quocumque modo dirigunt, *l.* 7. *D. de extraordinar. criminib.* Idque plerumque clam solet fieri: ut adeo dubitare liceat, an derectarii ad actionem injuriarum ex lege hac Cornelia quidem pertineant. Saltem si talium mentionem fecisset lex Cornelia, non esset eorum crimen tantum extraordinarium: sed publicum vere, & postea factum fuisset privatum & ordinarium. Non improbabile itaque est, Paulum distincte exposuisse, quid cavisset lex Cornelia: atque hac occasione nonnulla addidisse de derectariis, quae Compilator male contraxerit & confuderit. IDEM.

23. De-

[23] derectarii appellantur: [24] in quos extra ordinem animadvertitur, [25] ita ut prius [26] ingruentis consilium promodo commentae fraudis pœna vindicetur exsilii, aut metalli, aut operis publici.

9. [27] Injuriarum [28] civiliter [29] damnatus, ejusque aestimationem inferre jussus famosus efficitur.

INTERPRETATIO. [30] *Qui pro injuria mediocri aestimatae injuriae damna subire compellitur, quamvis civiliter videatur* [31] *addictus, tamen infamis efficitur.*

10. [32] Atrox injuria aestimatur [1] aut loco, aut tempore, aut persona. Loco,

23. *Derectarii*] Ita ediderat Richardus: atque ita habet codex Florentinus in *l. 7. D. de extraordinar. criminib.* (ubi forte etiam legendum est *derigunt*: quod verbum *derigo* in Glossis redditur etiam κατεύθυνω) & *l. 1. §. 2. D. de effractorib. & expilatorib.* & in Glossis sæpius occurrunt *derectarii*, & *derectarius*, nec non alibi *defectarii* pro *derectarii*, uti dudum emendarunt Docti Viri. In Glossis vero allegantur libri *de officio Proconsulis*, & respiciuntur forte verba *d. l. 7.* quæ est ex libro Vlpiani nono *de officio Proconsulis*. Sic quoque in Glossis Nomicis v. ῥηκτορίφιος dicuntur διορυκτῆρες. Atque hæc Scriptura placet magis Cujacio *Observation. lib.* X. *cap. 27. & 34.* Æ. Menagio *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 39.* Car. du Fresne du Cange *Gloss. med. & infim. Latinitat. h. v.* Qui tamen postremum quod scribit, notari a Viris Doctis, directarios dici a *dirigere*, quod & est *effringere*: quod etiam vult And. Dacerius *ad Fest. v. dirigere*, id nec rationem habet, nec auctoritatem. Affines quidem derectariis effractores forium vel parietum, sed non plane idem: ac sine effractura etiam ædes alienæ multis modis furandi causa intrantur. IDEM.

24. *In quos extra ordinem animadvertitur*] Hoc non ex lege Cornelia fluxit, quæ dubio procul pœnam definivit in speciebus a se enumeratis: uti passim fecere leges de delictis privatis, & publicis criminibus: verum hic extraordinaria pœna necessaria fuit, quia res nulla lege erat determinata. Ne dicam tempore Pauli etiam extra ordinem esse punita delicta privata, *l. ult. D. de privat. delict. l. ult. D. de furt. l. uls. D. de injur.* ut & publica crimina; de quibus pluribus disputavimus in Dissertatione *de recusation. judic.* IDEM.

25. *Ita ut prius ingruentis consilium promodo &c.*] Sensus videri potest tale quid exigere, *ita, ut pro ingruentis consilio, pro modo &c.* Sed & vulgatæ lectionis hic esse poterit sensus: ita ut præcipue consilium ingressi, vel ingruentis pro admissi modo vindicetur. Consilium, videlicet, voluntas, & propositum delicta distinguit, *l. 53. pr. D. de furt.* Tum quoque rei ipsius quantitas consideranda est. Explicatio horum verborum, quam Vir Summus adfert, quasi hæc spectent ad eum, qui prius impetum fecerit, non placet. Nec hic distinguerem, an plures sint, an unus: nec etiam putem id velle Paulum: cujus tamen hæc verba omnia esse, nihilque a Compilatore detortum, nolim adseverare. IDEM.

26. *Ingruentis*] Malim *inruentis* RITTERSHVS.

27. *Injuriarum civiliter damnatus, &c.*] Injuriarum actio famosa est, *l. 1. D. de his qui not. infam.* CVJAC.

28. *Civiliter*] *Civiliter* sic accipe q. dixisset, *etiam civiliter*. nam quin criminaliter damnatus fiat infamis, nullum est dubium. RITTERSHVS.

29. *Damnatus*] Nec judex ipse aut magistratus efficere possunt, ne damnatum infamia sequatur: quod de actione furti clare docemur *l. 63. D. de furt.* cum qua paria facit injuriarum actio. Ad infames per sententiam ex causa injuriæ pertinent hæc Ciceronis *in Verr. lib.* II. *cap. 8.* ubi ait. *Homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus, C. Sacerdote Prætore damnatus injuriarum.* SCHVLTING.

30. *Qui pro injuria mediocri &c.*] Relata & hæc in Capitularia *lib.* VII. *cap 353.* edit. Baluzii, quam passim sequor. in Lindenbrogiana est *cap. 270.* Male vero dicta Pauli restringuntur ad mediocrem injuriam, cum & de atroci pecuniarie agatur. IDEM.

31. *Addictus*] Hoc est, *condemnatus.* sic *in interp. §. 2. tit. 9. hi qui addicti fuerint*, pro, *hi qui condemnati fuerint. & interp. §. 2. tit. 35.* dicit, *ne addicatur*, pro, *ne condemnetur.* IDEM.

32. *Atrox injuria æstimatur aut loco, &c.*] De atrocibus injuriis a prætore propositæ sunt civiles actiones. Arnobius *lib.* IV. *Ne*, inquit, *vestras aures convitio aliquis petulantiore pulsaret, de atrocibus formulas constituistis injuriis.* Et ideo etiam ex eis causis, quæ lege Cornelia continentur, civiliter agi potest, *l. 7. §. posse. l. constitutionibus, 37. D. de injur.* Atrocitatem aut locus facit, aut tempus, aut persona. Locus, si in theatro, aut in foro fiat. Tempus, si interdiu. Persona, si magistratui, aut parenti, aut decurioni. Sed & res ipsa, aut vulneris locus, magnitudove atrocitatem facit. Temporis exemplum talc Vlpianus dedit in *l. 7. §. ult. D. eod.* si ludis & in conspectu. Ludorum appellatione tempus significatur, non locus. Si igitur die festo ludorum, & conspiciente populo injuria fiat, atrox est tempore. Quod autem sequitur apud Vlpian. *Nam in prætoris conspectu, an in solitudine injuria facta fuerit, multum interesse* sic emendo. *Nam in P. Romani con-*

Loco, quoties [34] in publico irrogatur: tempore, quoties [35] interdiu: perſona, quoties [36] Senatori vel equiti Romano, decurioni, vel alias ſpectatae auctoritatis viro: [37] & ſi [38] plebejus, vel humili loco natus Senatori vel equiti Romano, decurioni vel [39] magiſtratui, vel aedili, vel judici, quilibet horum, vel ſi his omnibus plebejus.

11. [40] Qui per calumniam injuriae actionem inſtituit, extra ordinem punitur: [41] omnes enim calumniatores [42] exſilii, vel inſulae relegatione, aut ordinis [43] amiſſione puniri placuit.

12. [44] In-

ſpectu. Opponit enim ſolitudini celebritatem ludorum. Tanti autem non eſt conſpectus Prætoris, ut ei ſolitudo ſit adverſa. Denique conſpectus Prætoris exemplum eſt potius loci; & ita quoque Juſtinianus vitium illud non agnoſcens, maluit id exempli genus ad locum referre, §. *atrox, de injur.* Duo ſimilia errata in Ulpiani titulis nos jamdiu correximus; multa alia in Livio, Cæſare, Cicerone. Et ſunt profecto ex his tribus notis PR. P. R. R. P. in omnium auctorum libris innumera conflata: nec dum tamen in Ciceronis VII. *Verr.* hæc, quæ ſequuntur, emendata ſunt, *Jura*, inquit, *omnia pop. Rom. nutu atque arbitrio Chelidonis meretricis gubernari.* Legendum ex vet. codice, *Pr. urbani. Fuit iſta reprehenſio quondam, fuit iſta ſeveritas in judiciis.* Legendum, *fuit iſta Reſp. quondam:* quod præter veterum Codicum auctoritatem, hæc, quæ paulo poſt ita repetit, confirmant, *In illa veteri ſeveritate, ac dignitate Reip.* In extremo autem hujus ſententiæ Pauli verba quædam redundabant, quæ nos reſecavimus. CVJAC.

33. *Aut loco, aut tempore, aut perſona*] Sic Quinctilianus avus *declamation.* CCLII. ait. *Differunt haec & perſonis, & temporibus, & locis.* Nec aliter Philo *de ſpecialib. legib. lib.* II. Addit quoque his Claudius Saturninus in *l. 16. §. 1. D. de pœn.* conſiderari crimina cauſa, qualitate, quantitate, eventu, ex quibus fere omnibus etiam atrocitatem creſcere docet Quinctilianus *Inſtitution. Orator. lib.* VI. *cap. 1.* Quædam alia huc pertinentia habet Rittershuſius *Sacrar. Lection. lib.* VII. *cap. 21.* SCHVLTING.

34. *In publico*] Veluti in theatro, in templo, in concione. Quinctilianus *dict. lib.* VI. *cap. 1.* IDEM.

35. *Interdiu*] Quod majoris impudentiæ. Adde, die ſolenni, &c. Quinctilianus *dic. loc.* IDEM.

36. *Senatori*] Arnobius *adverſ. gent. lib.* IV. *Magiſtratum in ordinem redigere, Senatorem convitiis proſequi ſuis eſſe decretis periculoſiſſimum pœnis.* Plura cumulari poſſent ex Salviano Maſſilienſi *de gubernatione Dei lib.* VI. aliiſque. IDEM.

37. *Et ſi plebejus, vel humili loco natus &c.*] Hæc omnia reſecuit Cujacius in edd. cum ipſius interpretationibus, non etiam in aliis. Ego multa ex his non eſſe Pauli ſatis video; nec is enim bis fecit mentionem plebeji, & Senatoris, equitisque Romani, nec non decurionis eodem loco: magiſtratus tamen, ædilis, & judicis, & una vice plebeji mentio cur non poſſit eſſe a Paulo, cauſam non video: ſed verba ejus a Compilatore innumeris in locis perperam inverſa ſunt: & in primis ultima hic male cohærent. IDEM.

38. *Plebejus, vel humili loco natus*] Nazarius *Panegyric. ad Conſtantin. Magn. cap. 12.* ita loquitur. *O quam acres habes dolorum aculeos contumelia, quam imponit inferior!* IDEM.

39. *Magiſtratui*] Id etiam in rempublicam ipſam contumelioſum eſſe notat Ariſtoteles *in Problemat. ſect. 29. probl. 10.* quando tamen id non eo animo fit, ut reſpublica lædatur, durum erit talem accuſari læſæ majeſtatis. Adeoque non admittendum ſimpliciter illud Quinctiliani avi *declamation.* CCLII. ubi dicit. *Nam, ut pulſatus civis injuriarum agat, ſi magiſtratus erit, majeſtatis crimine* (ita recte pro vulgato *crimen* legit Pithœus) *obligabitur.* IDEM.

40. *Qui per calumniam injuriæ actionem inſtituit, &c.*] In privatis criminibus calumniatores non jure ordinario, id eſt, lege Remmia, ſed extra ordinem puniuntur, ut *ſup. lib.* I. *tit. 5.* Et ideo qui injuriarum egit per calumniam, extra ordinem punitur arbitrio judicis, ita ut vel exilium patiatur, vel relegationem, vel ordinis amotionem, *l. qui injuriarum, 43. D. de injur.* ex qua pro *amiſſione*, hic lego *amotione.* Relegatio eſt inſulæ vinculum: Exilium eſt fuga lata, aut loco circumſcripta, quod ſalva civitate contingit, *l. 5. D. de interd. & releg.* Eſt & deportatio genus exilii, ſed hæc civitate multat. Ita vero hæc tria ſeparantur, Relegatio, Exilium, Deportatio & *j. tit. de abol.* Similis pœna variis, & falſis teſtibus imponitur *j. tit. de teſtibus:* & judicibus corruptis in *tit. ad legem Jul. repetund.* CVJAC.

41. *Omnes enim calumniatores &c.*] Extraordinariam horum pœnam eſſe, docuit quoque *lib. I. tit. 5. §. 2.*

42. *Exilii*] Malim, *exilio.* RITTERSHVS.

43. *Amiſſione*] Cujac. recte emend. *amotione.* IDEM. Non opus cum Cujacio & Rittershuſio hic legere *amotione*: an non enim qui movetur ordine eum amittit? Atque hanc lectionem vulgatam ſequitur quoque V. C. Barn. Briſſonius *de verbor. ſignification. v. amiſſio anima.* SCHVLTING.

44. *In-*

12. [43] Injuriarum [44] non, nisi praesentes, accusare possunt: crimen [45] enim, quod vindictae aut calumniae judicium exspectat, per alios intendi non potest.

13. [47] Fit injuria contra bonos mores, veluti si quis [48] fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, [49] luto [50] obliniverit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud [51] in injuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadverti solet.

14. [52] Qui puero [53] praetextato stuprum [54] aliudve flagitium, [55] abducto ab

44. *Injuriarum non, nisi praesentes accusare possunt, &c.*] Civilis injuriarum actio per procuratorem intendi potest, *l. non solum, 11. §. agere, D. de injur. l. licet, 42. §. 1. D. de procur.* Accusatio nonitem, *§. in summa, de injur.* quae quidem publica est ex his causis, quae lege Cornelia continentur: ex ceteris extraordinaria. Injuria igitur publicum crimen non est, nisi ex legis Corneliae causis. CVJAC.

45. *Non, nisi praesentes, accusare possunt*] Excepti ab hac regula primum Episcopi per Novellam Valentiniani *tit. 12. de Episcopal. judic.* & postea Viri Illustres & Superillustres constitutione Zenonis *l. ult. C. hoc tit.* Citantur vero haec in Capitularibus *lib.* VII. *cap. 246.* sed illic male scriptum est. *Injuriarum actiones non, nisi praesentes accusare possunt.* & vel abundat illud *actiones*, quod nec hic Paulus habet, vel scribendum pro eo esset *actores*. SCHVLTING.

46. *Enim*] In edd. cum Interpp. Cujacii est *ejus*, quod ex errore typographico natum editiones novissimas inquinavit.

47. *Fit injuria contra bonos mores, &c.*] Graviter coërcentur haec injuriarum genera, quae recensentur a Paulo, quod Tribonianus scripsit in *l. 1. §. 1. D. de extr. crim.* CVJAC.

48. *Fimo corrupto*] In edit. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & Rittersh. haec addita, *aut qualibet sorde*, quae nec in aliis, quas inspexi, edd. nec in *l. 1. §. 1. D. de extraordinar. criminib.* ubi haec sententia exstat, reperiuntur: atque ex glossemate esse possunt, adeoque recipere in contextum nolui. Alioquin *sordem* in numero singulari occurrere notat Rittershusius *in Indic. hoc verb.* apud Ciceronem *ad Attic. & pro Flacco*, Plautum *Poenulo*, Horatium 1. *epist. 2.* SCHVLTING.

49. *Luto obliniverit*] Inde Graecorum πηλαυλίζειν & προπηλαυλίζειν, de quibus Salmasius aliquid habet *Observation. ad Jus Attic. & Roman. cap. 9.* IDEM.

50. *Obliniverit*] Sic habent edd. veteres, Sich Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Paris. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. quod venit a *linio*: idque retinui, cum nulla variatio in libris veteribus notetur. In Pandectis *l. 1. §. 1. de extraordinar. criminib.* scriptum est *oblinuerit*: ut ita a *lino* factum sit perfectum *linui*: qualia varia habet Vossius *de art. Grammatic. lib. V. cap. 29.* quod & Cujacius probavit in edd. cum ipsius Interppr. & Rittershusius. utrumque rectum est. IDEM.

51. *In injuriam publicam*] Ita apud Senecam *Natural. Quaestion. lib.* III. *cap. 20.* occurrunt aquae corruptae *per injuriam*. Apud Tertullianum *adversus Praxeam. cap. 29.* dicitur *fluvii injuria*. Alibi dicuntur illi, qui talia patrant, immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluere, *l. 12. C. de re militar. lib.* XII. Occurrit quoque *oleare aquam*. Ita lex vetus apud Frontinum *de aquaeductib. urbis Rom. lib.* II. NE QVIS AQVAM OLEATO DOLO MALO. *&c.* IDEM.

52. *Qui puero praetextato stuprum, &c.*] Extat haec Pauli sententia in *l. 1. §. ult. D. de extr. crim.* ubi tamen Flor. scriptum est, *donum praebuerit*. Sed malo, *domum*, ut in *l. qui domum, 8. D. ad legem Jul. de adulter. l. auxilium, 37. D. de minor.* Quae sententia sequitur secundum editionem Basilien sem, quod abesset a libris scriptis quamplurimis, & multis aliis excusis, a nobis est rejecta tamquam spuria. CVJAC.

53. *Praetextato*] Omisit hoc Tribonianus in *d. l. 1. §. 2. D. de extraordinar. criminib.* mentio tamen praetextatorum & praetextatarum *§. 1. Inst. hoc tit.* Arnobius *adversus gent. lib.* V. dixit impubes & praetextatos. Praetextam puerorum fuisse vestem, usque dum togas puras, sive viriles acciperent, notissimum est. Purpura vero toga illorum praetexebatur, quia illa habebatur sacra, ac violare illam erat nefas, uti docet V. C. Is. Casaubonus *ad Pers. sat. V. vers. 30.* ut ita illorum pudicitia etiam muniretur. SCHVLTING.

54. *Aliudve flagitium*] Haec omittuntur in *d. l. 1. §. ult. D. de extr. crimin.* ut & in *d. c. 15. de poenit. Distinct. 1.* RITTERSHVS. Bonum habent haec sensum: cum praeter stupra alia quoque flagitia illis possint persuaderi: ac fieri potest, ut illa omiserit Tribonianus in d. l. SCHVLTING.

55. *Abducto ab eo, vel corrupto comite*] De comitibus plura habet Ulpianus *l. 15. §. 26. D. hoc tit.* His praetextatis appositi: sed adolescentes ab illis erant liberi. Propertius *lib.* III. *eleg. 3.*

Ut mihi praetexta pudor exvelatus amictu,
Et data libertas noscere amoris iter.

Persius *Satyr. V. vers. 30.*

Cum primum pavido custos mihi purpura cessit:
Bullaque succinctis Laribus donata pependit,
Cum blandi comites, tutaque impune Subura
Permisit spargi lusos ad lumina crines.

Custodes vero apponebantur eum quoque in finem, ut

ab eo vel corrupto comite, perſuaſerit, [56] mulierem puellamve interpellaverit, quidve [57] corrumpendae pudicitiae gratia fecerit, [58] domum praebuerit, pretiumve, [59] quo id perſuadeat, dederit, perfecto flagitio [60] capite punitur; imperfecto, in inſulam deportatur: [61] corrupti comites ſummo ſupplicio adficiuntur.

15. [62] Qui carmen famoſum in injuriam alicujus, vel alia quaelibet cantica, [63] quo adgnoſci poſſit, compoſuerit, ex auctoritate Ampliſſimi ordinis [64] in inſulam deportatur: intereſt enim [65] publicae diſciplinae, opinionem uniuſcujuſque a turpi carminis infamia vindicare. [66] Carmen facit non tantum, qui ſatyras & epigrammata, ſed illegitimam inſectandi alicujus cauſam,

ut adverſus vim & inſidias illorum, qui pudori ipſorum illudere volebant, tuti eſſent: ut docet is, quem modo laudavi, Caſaubonus *ad Perſ. diſſ. loc.* Abducere comitem quid ſit, exponit Vlpianus *l. 13. §. 17. & 18. D. hoc tit.* SCHVLTING.

56. *Mulierem puellamve interpellaverit*] Niſi impudicam, vel tamquam talem prodeuntem, qua appellata quis non ita graviter peccat, *l. 13. §. 13. D. hoc tit.* In Pandectis eſt, *aut mul. puell. interpellaverit*: quod Vlpianus vocat *appellare*, *d. l. 13. §. 20.* docens hoc eſſe *blanda oratione pudicitiam alicujus adtentare.* IDEM.

57. *Corrumpendae pudicitiae*] D. l. 1. legit, *impudicitiae gratia.* RITTERSHVS. Rectum eſt *pudicitiae.*

58. *Domum*] Hoc recte retinet Cujacius: & alioquin quod ſequitur, *pretium*, eodem fere cum dono redit. Antiquae etiam quaedam edd. Pandectarum in *d. l. 1. §. 2.* habent *donum*: etſi Florentinus codex, & Baſilica exhibeant *donum*; quod placet Ant. Auguſtino *Emendation. lib.* III. *cap. 9.* qui & hic ita putat emendandum, cui non accedo. SCHVLTING.

59. *Quo id*] In Pandectis eſt *quo is.* Rectius *id.*

60. *Capite punitur &c.*] D. l. 1. habet, *puniuntur capite, imperfecto in inſul. deportantur.* RITTERSHVS.

61. *Corrupti comites ſummo ſupplicio adficiuntur*] Crucem videtur intelligere Paulus, quam hoc nomine venire docet *tit. 17. §. 2. tit. 21. §. 4 hoc lib.* Atque hoc ipſo forte ſupplicio ſervum ſuum adfecit Pontius Auſidianus, ob proditam ab ipſo filiae, cujus fuerat pedagogus, virginitatem. Meminit rei Valerius Maximus *lib.* VI. *cap. 1. ex. 3.* SCHVLTING.

62. *Qui carmen famoſum in injuriam alicujus &c.*] Cujacius hanc ſententiam, tamquam ſpuriam, rejicit. RITTERSHVS. Hanc ſententiam Cujacius in edd. cum ipſius Interpp. plane omiſſam, iterum exhibuit in ed. Lugd. cIↃIↃLXVI. adjecto ad marginem ad verſic. *Carmen facit*, haec eſſe ſpuria: ut adeo tunc priora ipſi viſa fuerint genuina. Et ſic quoque haec repraeſentata ſunt in ed. Genev. cIↃIↃLXXXVI. ſed in ed. Pariſ. ejuſdem anni verba illa, *Carmen facit*, &c reliqua ad finem usque pro interpretatione praecedentibus ſunt ſubjecta: quo modo Sichardus quoque illa non videri eſſe interpretis. Aurelianenſis editor priora quoque retinuit: in quibus re vera ſunt, quae meliora redoleant ſecula: mentio, verbi gratia, ampliſſimi ordinis, ratioque conſtitutae poenae. Plura forte hic a Paulo ſcripta fuere, quae infelici aevo detorta nihil ex veteri elegantia retinuerint. Talia tamen nolim ſtatim expungi & omitti. Retineri praeſtat, & ſuum cuique de illis relinqui judicium. SCHVLTING.

63. *Quo adgnoſci poſſit*] Vt quamvis expreſſum non eſſet nomen, intelligi tamen poſſit, quis indigitetur. IDEM.

64. *In inſulam deportatur*] Alia poena, ut quis fiat inteſtabilis, memoratur *l. 5. §. 9. & 10. D. hoc tit. l. 21. pr. D. de teſtib. l. 18. §. 1. D. qui teſtamens. facer. poſſ.* quin etiam relegationem in inſulam hic uſitatam fuiſſe patet ex Tacito *Annal. lib.* XIV. *cap. 48. & 49.* atque ad hanc usque poenam procedi docet Paulus *§. 17. hoc tit.* ut mentio deportationis vix videri poſſit eſſe ab ipſo Paulo. IDEM.

65. *Intereſt enim publicae diſciplinae, opinionem uniuſcujusque &c.*] Bene Cicero *de Republic. lib.* III. apud Auguſtinum *de Civit. Dei lib.* II. *cap. 9.* ita diſſerit. *Judiciis enim, & magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non Poetarum ingeniis habere debemus: nec probrum audire, niſi ea lege, ut reſpondere liceret, & judicio defendere.* Ad accuſandum quoque legitimo modo vocantur qui alienae famae adlatrare audent, *l. 1. l. 2. l. 4. Cod. Theod. de famoſ. libell. l. un. C. eod. tit.* Jure novo libelli famoſi poena eſt capitalis, *d. l. un. C. dict. tit.* Per opinionem hic intelligit famam, ut *l. 13. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* IDEM.

66. *Carmen facit non tantum, qui &c.*] Nec hic nihil eſſe a Paulo mihi perſuaſerim; quamvis quae ille ſcripſit recte & clare, flagitioſe, & in parum commodum ſenſum corrupta ſint. Sane quid per carmen intelligendum eſſet, non male poterat moneri: nimirum, non tantum per hoc intelligi ſatyras & epigrammata, ſed & alia. In verbis, *ſed illegitimam &c.* aliquis foret ſenſus, ſi ſcriptum eſſet, *Sed & illegitimum inſectandi alicujus cauſa quid aliud aliogenere componit.* IDEM.

67. De

fam, quidve aliud alio genere componit. [67]De ratione, & de perſonarum dignitate nihil cavetur: quoniam omnimodo deformanda eſt ejus perſona, contra quem venimus. [68]Sed in hoc modus [69]quidam & ratio adhibenda eſt, aeſtimatio enim etiam hoc modo laeditur.

[70]INTERPRETATIO. [71]*Exiliari jubet eos, qui libellos famoſos excogitant & proponunt.* [72]*Is, qui in blaſphemiam alterius canticum compoſuerit, vel cantaverit, eo extra ordinem vindicatur.*

16. [73]Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compoſitum, & publice cantatum, tam in eos, [74]qui hoc cantaverint, quam in eos, qui compoſuerint, [75]extra ordinem vindicatur: eo acrius, ſi perſonae dignitas [76]ab hac injuria defendenda ſit.

17. [77]In eos auctores, qui famoſos libellos in contumeliam alterius [78]propoſuerint, extra ordinem uſque ad relegationem inſulae vindicatur.

18. [79]Con-

67. *De ratione, & de perſonarum dignitate nihil cavetur &c.*] Senſus videtur eſſe, nihil caveri de habenda ratione dignitatis, ſed loqui Senatuſconſultum de famoſis libellis generaliter: verum ſequentia a re aliena erunt, niſi pro *quoniam* legas *quamvis*: ſcilicet, ut intelligamus, non etiam dignitatem perſonarum laeſarum in S. Cto diſtingui, quamvis ipſa perſona, quae dicatur libelli auctor, exacte deſignanda ſit, ſive, ut incondite dicitur, *deformanda*; quod non credo eſſe a Paulo. IDEM.

68. *Sed in hoc modus quidam, & ratio adhibenda eſt, &c.*] Senſus: quamvis in Senatuſconſulto res proponatur generaliter, attendendae tamen nonnihil circumſtantiae perſonarum; qualia habemus §. *ſeq.* & §. 17. IDEM.

69. *Quidam*] Vulgo *quidem* hic legebatur. Sic alibi cum legi debeat *quidem*, id corruptum eſt in *quidam*, ut apud Varronem: *Lac enim, ut quidem dicunt Phyſici, ſanguinis ſpuma eſt.* Nonius in *Anuis*. RITTERSHUSIUS. Recepi & ego poſt Rittershuſium *quidam* pro *quidem*. In Varronis vero loco legitur etiam *quidem* in editione Pariſienſi Nonii Marcelli anni clɔ Iɔ CXIV. Exemplum aliud, ubi *quidem* pro *quidam* ſcriptum eſt perperam, habet Ampliſſimus Vir, Corn. van Bynkershoek *Obſerv. lib.* III. *cap.* 24. nempe *pr. Inſt. quib. mod. tutel. finit.* in illis verbis, *veteres quidem non ſolum*. Sed haec ſufficiant ad hunc locum, in quo mamum barbaram plus ſemel adgnoſco. SCHULTING.

70. INTERPRETATIO.] Ex edd. Genev. & Rittershuſ.

71. *Exiliari jubet eos &c.*] Hinc deſumptum cap. 19. in Capitulari anni Iɔ CCXLIV. quod repetitum *Capitulor. lib.* VII. *cap.* 200. quo poſteriori loco quaedam adduntur ex interpretatione §. 18. & verbis Pauli §. 20. quod illic tamen non eſt notatum in editione V. C. St. Baluzii, ut alibi notari ſolet. Ceterum hinc liquet genuinam eſſe hanc interpretationem. SCHULTING.

72. *Is, qui in blaſphemiam &c.*] Pertinent magis ad ſequentem ſententiam.

73. *Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum, &c.*] Extra ordinem puniuntur, qui cantica infamandi alterius cauſa componunt, vel cantant. Notandum eſt, quod *pſalterium* non pro organo, ſed pro cantico dicit. CUJAC.

73. * *Pſalterium*] Pſalterium erat inſtrumentum Muſicum, quod ſcurrae urbicarii proferebant in ſcenam, proludiique loco cantabant ridicula, quae διζύγια, ſive *dicteria*, appellata, quia experimenti ac ſpecimenis loco eſſent, unde & *ditterium* pro maledicto ſumitur: quod & hic *pſalterium* vocatur. Pluribus hoc docuit Vir Praeclarus, Joſ. Scaliger *ad Manil. lib.* V. ab aliis jam laudatus. SCHULTING.

74. *Qui hoc cantaverint*] De his nondum egit hactenus M. Seneca *lib.* V. *Excerpt. Controverſ.* 6. quoque jungit *canere & componere*, his verbis. *Numquid cecini? num carmen famoſum compoſui?* IDEM.

75. *Extra ordinem vindicatur*] In compoſitores poenam jam habuimus gravem §. *prae.* ſed quae forte ſenſim in extraordinariam eſt converſa. IDEM.

76. *Ab hac injuria defendenda*] Verbum *defendere* hic ſumit pro *vindicare*, quo verbo uſus eſt §. *prae.* ut & illud huc ſenſu occurrit *l.* 30. *l.* 21. *D. de his, quae ut indign. auferuntur l.* 3. §. *ult. D. ad S. C. Trebellian. l.* 11. *pr. D. de accuſationib.* Ita *ſcelera defendenda* in epiſtola S. P. Q. R. apud Capitolinum *Maximin. cap.* 11. *fin.* Plura peti poſſunt ex Briſſonio *de verbor. ſignificat.* & H. Grotio *not. ad lib.* 1. *de jur. bell. ac pac. cap.* 2. §. 8. *n.* 12. IDEM.

77. *In eos auctores, qui famoſos libellos &c.*] Auctores famoſorum libellorum extra ordinem puniuntur, ita ut & in inſulam relegari poſſint. Et generaliter omnis injuria nunc extra ordinem coërcetur, *l. ult. D. eod.* CUJAC. Ad hanc & praeced. ſentent. vide Caroli V. Conſtit. crimin. *cap.* 120. RITTERSHUS.

78. *Propoſuerint*] Horum hic primum fit mentio. Vipianus diſtinguit conſcribere, proponere, cantare,

18. [79] Convicium judici ab appellatoribus fieri non oportet: alioquin [80] infamia notantur.

[81] INTERPRETATIO. *Infamatur, quicunque dum appellat,* [82] *in judicem convicium dixerit.*

19. [83] Maledictum, itemque [84] convicium publice factum ad injuriae vindictam revocatur: quo facto [85] condemnatus infamis efficitur.

20. [86] Non tantum is, qui maledictum aut convicium ingesserit, [87] injuriarum convictus famosus efficitur: sed & is, cujus ope consiliove factum esse dicitur.

21. [88] Convicium contra bonos mores fieri videtur, si obscoeno nomine, aut inferiore parte corporis nudatus aliquis insectatus sit: quod factum contemplatione morum, & causa publicae honestatis vindictam extraordinariae ultionis exspectat.

22. [89] Servus, qui injuriam aut contumeliam fecerit, si quidem atrocem,

---

l. 15. §. 27. D. hoc tit. Sed & illi coërcentur, qui quid sine scriptura in alicujus contumeliam proposuerunt, *l. 5. §. 10. D. hoc tit.* SCHVLTING.

79. *Convitium judici ab appellatoribus fieri non oportet, &c.*] Qui judici a quo appellat convitiatur, ob idque damnatur, infamis fit: est enim actio injuriarum famosa. Extat haec sententia in *l. judici, 42. D. eod.* Eum vero *inf. tit. 27.* principis arbitrio puniri ait: Vlpian. in *l. 8. D. de appell.* oportere eum plecti. CVJ. Extat in *l. 42. D. h. t.* & aliis verbis repetitur inf. *tit. 35.* in fine. RITTERSHVS. Non repetuntur haec *tit. 35.* proprie: sed eadem illic de re aliquid cavetur.

80. *Infamia notantur*] Plectuntur etiam ex rescripto Divorum Fratrum, de quo aliquid dicemus *ad tit. 35 fin.*

81. INTERPRETATIO.] Est ex edd. Genev. & Rittershusiana. Exstat quoque totidem fere verbis in Capitularibus *lib. VII. cap. 142.* in editione Lindenbrogii; 200. in editione Baluzii: ubi tamen rectius ita habet Lindenbrogiana: *Quicumque dum appellat, in judicem convicium dixerit*, quam Baluziana: *Quicumque, dum appellat judicem, convicium dixerit.* Certe non appellatur judex, cui dicitur convicium, sed a judice illo ad superiorem. SCHVLTING.

82. *In judicem*] Sic edidi, uti exstat quoque in editione Capitularium Lindenbrogii. In Genev. tantum est *judicem.* Rittershusius edidit *appellat, judici* e. d. sensu bono, sed ex sola conjectura. IDEM.

83. *Maledictum, itemque convicium publice factum &c.*] De maledicto, & convitio facto contra bonos mores famosa est actio. CVJAC.

84. *Convicium publice factum*] Festus: *Occentassint antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint dicimus: quod id clare, & cum quodam clamore fit, ut procul exaudiri possit; quod turpe habetur, &c.* SCHVLTING.

85. *Condemnatus*] Etiam civiliter, §. 9. *hoc tit.*

86. *Non tantum is, qui maledictum, &c.*] Ex convicio non tantum est in eum actio, qui fecit, sed & in eum, cujus opera, aut consilio factum est, *l. item apud, 15. §. ait prator, D. de injur.* & est utrinque famosa. Quae in editione Basil. sequitur sententia, *Convitium, &c.* adulterina est. CVJAC.

87. *Injuriarum convictus*] Omissa haec sunt in edd. cum Interpp. Cujacii; in aliis antiquis exstant. Possent commodissime abesse; an tamen talia protinus indicta etiam causa expungenda sunt e contextu? SCHVLTING.

88. *Convicium contra bonos mores &c.*] Cujacius adulterinam censet. RITTERSHVS. In edit. Lugd. CIↃIↃLXVI. & Genev. CIↃIↃLXXXVI. tamen haec, quae antea plane omiserat Cujacius, iterum repraesentata sunt, adscriptis his ad marginem. *Haec quoque spuria & adulterina sunt.* Ego itaque & haec retinui: ac Paulus tale quid hic etiam satis opportune tradere potuit. Verba tamen haec omnia ejus esse, quae hic nos legimus, non crediderim: quis enim ita loquitur, *factum vindictam extraordinariae ultionis exspectat?* Nec etiam omnia dicere ausim esse ab Interprete? ideoque haec eadem cum sententiis litterarum forma quoque exhibenda existimavi, non tamquam meram interpretationem; quod factum in editione Paris. CIↃIↃLXXXVI. Multa in his sententiis notamus inter media Pauli verba a Compilatore inversa, quae tamen cujusque judicio permittimus, nostro simul interposito. SCHVLTING.

89. *Servus, qui injuriam, aut contumeliam fecerit, &c.*] Si servus injuriam fecerit atrocem, in metallum damnatur: si levem, flagellis caesus domino restituitur, *l. sed si unius, 17. §. cum servus. l. ult. D. eod.* ita ut ad tempus habeatur in vinculis: quod futurae libertati nocet. Haec vero poena frequens est in servis, ut flagellis exsi sub poena vinculorum domino restituantur, *ut inf. tit. 28. & l. in servorum, 29. l. capitalium, 28. §. solent. l. si quis aliquid, 38. §. qui se, D. de poen.* CVJAC.

90. *Caesus*

in metallum damnatur: si vero levem, flagellis [90] caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur.

90. *Caesus sub poena &c.*] Laudat hæc Papinianus *Responsor. tit. 5.*

TITULUS V. [A]

De Effectu sententiarum, & Finibus litium.

1. 'Res judicatae videntur ab [2]his, qui [3]imperium [4]potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes [5]dantur: itemque [6]a magistratibus municipalibus, sive Duumviri intra praefinitam summam: nec enim de omni summa pronuntiare possunt, *l. inter convenientes, 28. D. ad municip.* Item qui extra ordinem ab Imperatore dantur. Compromissarii non item: & ideo ex eorum sententia rei judicatae actio, vel exceptio non datur, *l. 1. C. de recep. arb. l. 2. D. eo.* sed poenae compromissae petitio competit. Lego autem in fine hujus sententiae ex veteribus libris, *poena in judicium deducta*, ut sit sensus, cum non stetur arbitrio, poenam judicio peti per actionem ex stipulatu. CUJAC.

2. *His, qui imperium &c.*] Ut res judicata dicatur, maxime opus est, ut ei, qui judicavit, judicandi jus fuerit, *l. 1. §. ult. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian. l. 2. §. ult. D. de pan.* SCHULTING.

3. *Imperium*] Quod hic etiam jurisdictionem comprehendit, & cui jurisdictio dicitur inesse *l. 3. D. de jurisdiction.* ac tunc imperium late sumitur pro tota potestate cognoscendi, statuendi, exsequendi, quae magistratibus majoribus competit. Alibi jurisdictioni imperium, strictius nempe acceptum, dicitur cohaerere, *l. 3. §. 1. D. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict.* alibi aperte confunduntur imperium & jurisdictio, *l. 3. D. divis. tit. l. 13. §. 4. D. ad S. C. Trebellian.* quin & quae uno loco adscribuntur imperio, alibi jurisdictioni tribuuntur: ut hoc ipso in loco judicis datio tribuitur imperio, ut & *l. 22. §. 1. vers. lege. & l. 59. D. de judic.* Jurisdictioni vero *l. 3. D. de jurisdiction.* Sic operis novi nuntiatio dicitur ad imperium Praetoris pertinere *l. 7. §. 14. D. de publ.* ad jurisdictionem vero *l. 1. §. 9. D. de oper. nov. nunciation.* Idem de Praetoriis stipulationibus *l. 4. D. de jurisdiction. junct. l. 1. §. ult. D. de stipulationib. Praetor.* restitutionibus in integrum *l. 4. D. de jurisdiction. l. 26. pr. & §. 1. D. ad municipal. collat. cum l. 1. §. 10. D. de postuland.* missione in possessionem *d. l. 4. & l. 26. collat. cum l. 1. pr. D. ne vis fiat ei, qui in possession. miss. er.* Ut ita, quamvis in rebus non dissentiam veteres, non tamen semper eodem modo loquantur: quod tamen minus mirandum est, quam quod in ipso Praetoris edicto jurisdictio posita fuerit pro nuda judicum datorum notione, quod merito non probat Ulpianus *l. 1. pr. D. de re judicat.* Plura ejus sunt generis in materia jurisdictionis, quae persequi non libet. IDEM.

4. *Potestatemque*] Fr. Hotmanus *Observation. lib. VI. cap. 22.* refert, *potestatemve:* quomodo scriptum est *l. 1. §. 1. D. ad leg. Jul. majestat.* & alibi legimus, *magistratum potestatemve, l. 1. §. 1. D. quod quisq. jur. in alter. statuer.* nec non *magistratus, vel is, qui in potestate aliqua sit, l. 13. D. de jurisdiction.* Suetonius quoque *Claud. cap. 29.* magistratus Urbi, potestates provinciis adscribit. Quin & in Urbe fuerunt, qui jus dicerent, quamvis non essent magistratus, veluti praefecti annonae & vigilum, *l. 1. §. 33. D. de origin. jur.* adeoque potestatem haberent. Atque ita ipsum Paulum scripsisse facile largior. IDEM.

5. *Dantur*] Quique non jurisdictionem habent, sed solam notionem, *l. 5. pr. D. re judicat.* quorumque sententias exsequuntur, qui eas dederunt, *l. 13. pr. D. dict. tit.* IDEM.

6. *A magistratibus municipalibus*] His imperium in jure nostro competere negatur, *l. 32. D. de injur.* ut & ea, quae sunt imperii, *l. 4. D. de jurisdiction. l. 26. D. ad municipal.* ac solis majoribus magistratibus imperium competit, *l. 2. D. de in jus vocand.* Coërcitio quidem hisce tribuitur apud Hyginum *de limitib. constituend. p. 207.* & castigatio in servos, *l. 12. D. de jurisdiction.* non tamen haec vocantur nomine imperii: ac si quando talis potestas imperio adscribatur, id de illis dicetur, qui imperium habent, *l. ult. §. 1. D. de offic. cui mandat. est jurisdict.* Non vero inde recte efficeris, omnes, qui habent qualemcumque jurisdictionem & castigationem, statim & imperium habere. Novi Apulejum *Metamorphos. lib. 1.* imperium quoque adscribere aedili municipali: at ille magis ex suo arbitrio, quam ex juris ratione loquitur. Sed plura de his scripsere Viri Clarissimi, Em. Merillius *Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 3.* Ger. Noodt *de jurisdiction. & imper. lib. 1. cap. 3.* IDEM.

7. *Vique*

magiſtratibus municipalibus [7] usque ad ſummam, [8] qua jus dicere poſſunt: itemque ab his, [9] qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromiſſo autem [10] judex ſumptus rem judicatam non facit: ſed ſi poena inter eos promiſſa ſit, poena rei in judicium [11] deducta ex [12] ſtipulatu [13] peti poteſt.

2. [14] Confeſſi [15] debitores [16] pro judicatis habentur: ideoque ex die confeſſionis tempora [17] ſolutioni praeſtituta computantur.

3. [18] Confiteri quis [19] in judicio non tantum ſua voce, ſed & litteris, & [20] quocun-

7. *Vſque ad ſummam &c.*] Si plures actiones inſtituantur ſimul, non ſpectatur omnium ſumma, verum ſingularum, *l. 11. pr. D. de jurisdiction.* qui locus eſt ex Caji ad Edictum lib. 1. ubi egit de magiſtratibus municipalibus, ut & alii veteres, qui ad Edictum commentati ſunt. Spectamus vero in talibus quæſtionibus non quantum debeatur: ſed quantum petatur, *l. 19. §. 1. D. dict. tit.* quod fragmentum tamen, ut inſcriptio indicat, non ad hos magiſtratus, ſed ad materiam pertinet fideicommiſſorum, de qua aliquid notabimus ad Vlpianum *tit. 25. §. 12.* IDEM.

8. *Qua*] Malim, *de qua.* RITTERSHVS.

9. *Qui ab Imperatore extra ordinem petuntur*] Quorum longe major eſt poteſtas, quam illorum, quos dant magiſtratus. De illis nonnulla litteris conſignavit Cujacius *Obſerv. lib.* XII. *cap. 1.* SCHVLTING.

10. *Judex*] Pro arbitro. Sic *l. pen. C. de recept. arbitr. l. 14. C. de judic.* Alibi dicitur compromiſſarius judex, *l. 41. D. de recept. qui arbitr. recep. l. 4. D. de tutorib. & curatorib. dat.* IDEM.

11. *Deducta*] Sic edidit Rittershuſius, idque retinui. Vulgo, *deducta.*

12. *Stipulatu*] Sich. *ſtipulato*, ut infra *tit. 7. num. 6.* RITTERSHVS.

13. *Peti poteſt*] Atque hæc petitio pœnæ vocatur *exſecutio ſententiæ l. 32. §. 6. D. de recept. qui arbitr. receper.* & magis proprie *exſecutio pœnæ, d. l. 32. §. 2.* SCHVLTING.

14. *Confeſſi debitores pro judicatis habentur: &c.*] Confeſſi pro judicatis habentur, eademque ad ſolvendum tempora judicatis, & confeſſis dantur, *l. 6. §. ult. D. de confeſſ. l. 21. de judic.* & hoc totum eſt ex XII. tab. CVJAC.

15. *Debitores*] Æris confeſſi, ut erat in duodecim tabulis, teſte A. Gellio *Noct. Attic. lib.* XV. *cap. 13. &* XX. *cap. 1.* idem ex oratione Divi Marci procedit & in aliis, qui quacumque de re confitentur, *l. 6. §. 2. D. de confeſſ. l. 56. D. de re judicat.* SCHVLTING.

16. *Pro judicatis habentur.*] Idem ſcribit Paulus *l. 3. D. de confeſſ.* Adeoque nihil amplius quæritur, *l. 56. D. de re judicat.* neque ullæ ſunt partes judicis, *l. 23. §. ult. l. 26. D. ad leg. Aquil.* ad factum, nempe, examinandum, & in cauſa civili: (non in capitali, ubi non ſemper confeſſioni, etiam ultroneæ, fides eſt habenda, *l. 1. §. ult. D. de quæſtionib.*) ac ſi confeſſio facta ſit in jure, *d. l. 56. D. de re judicat. l. un. C. de confeſſ.* tunc enim litis conteſtationi via præcluditur, utpote controverſia de re, de qua patere, ſive liquere, debeat ſublata. Si lite jam conteſtata confeſſio ſuperveniat, judex cauſam ſemel ſibi commiſſam ſententia ſua terminare debet, *arg. l. 74. pr. D. de judic. fac. l. 5. D. de confeſſ.* quot & ſit præſtito jurejurando tunc delato, *l. 34. §. ult. D. de jurejurand.* IDEM.

17. *Solutioni*] Sic edidi poſt Cujacium in edd. cum ipſius Interpp. & Rittershuſium. In aliis antiquis eſt *ſolutionis.* Ad ſolutionem vero confeſſis tempus dandum eſſe Divus Pius quoque reſcripſit, teſte Callistrato *l. 31. D. de re judicat.* Non vero hæc dilatio pertinet ad rerum alienarum poſſeſſores confeſſos, non magis quam ad illos, qui eas juſſi ſunt reſtituere: qui id ſtatim, ſi res fieri poſſit, præſtare debent, aut tempus petere aliquod, cautione præſtita de litis æſtimatione, §. 1. *Inſt. de offic. judic.* IDEM.

18. *Confiteri quis in judicio non tantum ſua voce, &c.*] Ea confeſſio eſt pro judicio, quæ in judicio fit, vel in jure, quam Paulus ait & voce, & literis, & quovis alio indicio voluntatis fieri poſſe. Inficiationem autem convinci non poſſe, niſi inſtrumentis, aut teſtibus. Hæc enim ſunt duo potiſſimum probationum genera. Heliodorus *lib.* X. κἂν ἄλλῳ τῳ πρὸς πίστιν δέοι τὰς μαγίστας ἀνοδείξεις εἶναι, τὰς τε ἐγγράφους γέγονε, καὶ τὰς ἐκ τῶν μαρτύρων ἐξετάσεις. CVJAC.

19. *In judicio*] Confeſſio tam in judicio, quam in jure fieri poteſt: ſed quæ in jure fit, loco eſt condemnationis: quæ in judicio poſt litem conteſtatam, facit, ut quis debeat condemnari, ſecundum quod modo diximus. Præſens vero debet confiteri: abſens confiteri nequit, *l. 6. §. 4. D. de confeſſ.* An abſenti poſſet fieri confeſſio, dubitatum eſt. admiſſum tamen id eſt, modo procurator, tutor, curator ſit præſens, *d. l. 6. §. 3.* SCHVLTING.

20. *Quocunque modo*] Cur ergo non & nutu? eo enim pleraque conſiſtunt, *l. 32. §. ult. D. de obligationib. & actionib.* ac recte Quinctilianus avus *declamation.* CCXLVII. ita loquitur. *Voluntas hominum non tantum voce ſignata eſt.* addens, manu promittentem, aut vultu annuentem fidem dare. Eſt quidem confeſſio, qualiſcumque contra ſe pronunciatio, ſecundum eumdem Quinctilianum *declamation.* CCCXIV. & confeſſus ſua quodammodo ſententia damnatur, *l. 1. D. de confeſſ.* non tamen inde conſequitur, quemadmodum pronunciatur & recitatur ſententia, ſic idem requiri in confeſſione

cunque modo poteſt: [21] convinci autem non, niſi ſcriptura aut teſtibus poteſt.

4. [22] Eorum, qui debita confeſſi ſunt, pignora [23] capi, [24] & diſtrahi poſſunt.

* 5. [25] Confeſſionem ſuam reus [26] in dubium revocare non poteſt.

6. [27] Ea, quae [28] altera parte abſente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent.

[29] INTERPRETATIO. *Sententia abſente parte altera a judice data nullam obtinet firmitatem.*

* [30] De unoquoque negotio praeſentibus omnibus, quos cauſa contingit,

fione, ut verbis, vel litteris fiat; ut inde colligit V. C. Janus a Coſta *ad tit.* X. *de lit. conteſtation.* qui non adgnoſcit exemplum confeſſionis aliter, quam verbis aut litteris factae; niſi in eo, qui delatum neceſſarium jusjurandum non vult praeſtare vel referre, ex *l. 38. D. de jurejurand.* quemque Praetor cogit ſolvere, *l. 34. §. 6. D. dict. tit.* Haec dicuntur quidem: verum nimis aperte Paulus hic docet indiſtincte confeſſionem fieri poſſe *quocunque modo*, ut & *lib.* II. *tit. 1. §. 9.* An & ſilentium ſufficit? Sane tacens non utique fatetur, ſed nec negat, *l. 142. D. de regul. jur.* (quae lex conjungenda cum *l. 1. D. de confeſſ.*) niſi in quibusdam caſibus, in quibus taciturnitas in partem unam accipitur, pro negatione, vel conceſſione, de quibus praeter alios conſulendus Jac. Gothofredus *ad d. l. 142. D. de regul. jur.* IDEM.

21. *Convinci autem non, niſi ſcriptura aut teſtibus poteſt*] Inde deſumpta nonnulla, quae habentur in Capitularibus *lib.* VII. *cap. 204.* quod tamen in editione Baluziana, ut alibi ſolet, illic non eſt notatum. Verba haec illic leguntur. *Convinci nemo poteſt ſine ſcriptura aut teſtibus.* Paulus ſcripturae primum defert locum, cui quamdiu fides conſtat, non opus teſtibus, nec etiam illi admittuntur contra inſtrumenta, *tit. 15. §. 4. l. 1. C. de teſtib.* IDEM.

22. *Eorum, qui debita confeſſi ſunt, pignora capi, &c.*] Vt judicati, ita & in judicio confeſſi bona capi ac diſtrahi ſolent, *l. debitoribus, 31. D. de re judic. l. ultim. Cod. de exeeut. rei judicat.* CVJAC.

23. *Capi*] Sicut juris eſt poſt ſententiam: idque juſſu magiſtratus, *l. 1. l. 2. l. 3. C. ſi in cauſ. jud. pign. cap. ſit.* per exſecutores, qui pignora quoque talia diſtrahunt, *l. 15. §. 4. D. de re judicat. l. 74. §. 1. D. de evictionib. l. 2. C. ſi in cauſ. judicat. pign. capt. ſit.* non per privatos, auctoritate judicis, uti exiſtimat V. C. Claudius Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 13.* ac de ſimili capione per exſecutorem juſſu magiſtratus intelligenda eſt *l. 31. D. de re judicat.* cujus verſio exſtat in Synopſi Baſilicōn *lib.* XXV. *tit. 8. n. 2.* & in ipſis Baſilicis *lib.* IX. *tit. 3. n. 31.* quo in loco dictae Epitomes Salmaſius putavit legi conſtitutionem Diocletiani relatam a Papiniano *Reſponſ. lib. 15.* illa vero probari capiones pignorum per privatos, modo interveniente judicis auctoritate, non recte: ac Papinianus, ut ſolet, verba illius conſtitutionis inflexit. Nec quidquam in jure de ejuſmodi pignoris capione per privatos inſtituenda legitur. Pignerationes, ſive *ἐνεχυράσεις*, de quibus cavetur ne fiant in *Novell.* LII. non debuiſſent hic memorari, cum illae fiant ob debitum alterius, at quod hic fit, patiatur verus debitor condemnatus, vel confeſſus. SCHULTING.

24. *Ac diſtrahi poſſunt*] Ac ſic debitor ad ſolutionem compellitur: quo pertinet quod ſcribit Paulus *lib.* II. *tit. 1. §. 3.* IDEM.

25. *Confeſſionem ſuam &c.*] Edidit Cujacius Lugd. cIↃ IↃ LXVI. tamquam ſententiam Pauli, quod tamen in edd. cum Interpp. ſuis non fecit: quamvis illam habuerit, & producat ad *§. 7. hoc tit.* IDEM.

26. *In dubium*] Ita recte in ed. Aurelian. quam Fabrotus repraeſentavit in operibus Cujacii, optimo & planiſſimo ſenſu. Cujacius *in interpr. §. 10.* hanc ſententiam proponens ſcribit *in duplum*: quod aliae veteres editiones, etiam Rittershuſiana, retinuerunt. Mihi nihil videtur certius, quam & hic, & in conſtitutione Gordiani, quam ibidem Vir Summus profert, & in interpretatione *§. 9. in fin.* nec non in ipſo *§. 10.* legendum eſſe *in dubium*. Error eſt natus ex litterarum *BI*, ſive *bis*, & *PL*, ſive *pl*, ſimilitudine. IDEM.

27. *Ea, quae altera parte abſente decernuntur, &c.*] Res judicata tantum inter praeſentes tenet, *l. de unoquoque, 47. D. de re jud. l. ea quae, 7. C. quomod. & quand. jud.* abſentis igitur condemnatio nullius momenti eſt, *l. 1. §. item cum ex edicto, D. quae ſent. ſin. ap. reſc.* CVJAC.

28. *Altera parte*] Adeoque & auctore unde nec abſenti quis condemnari poteſt, nec abſenti fieri confeſſio; niſi vice illius alius adſit, *l. 6. §. 3. D. de confeſſ.* SCHULTING.

29. INTERPRETATIO.] Eſt ex ed. Genev. & Rittersh. Refertur & in Capitularibus *lib.* VII. *cap. 204.* ubi id tamen non eſt notatum in editione Baluzii. Atque ad hoc jus reſpicitur in iisdem Capitularibus *lib.* VI. *cap. 360. & 369. lib.* VII. *cap. 216.* IDEM.

30. *De unoquoque negotio*] Has duas ſententias non male hic collocavit Rittershuſius, quamvis prior forte olim ante praecedentem lecta fuerit: licet enim in Digeſtis illa, *qui apud* cum hac cohaereat, olim tamen

git, judicari oportet: aliter enim judicatum tantum inter praesentes tenet.

* Qui apud [31] fiscum causam defendere saepius conventi neglexerint, rebus judicatis subjiciendi sunt: quod eo apparet, si saepe conventi praesentiam sui facere noluerint. LEX EST XLVII. D. DE RE JVDICATA.

7. [32] Trinis litteris vel edictis, aut uno [33] pro omnibus dato, aut trina denuntiatione conventus, nisi ad judicem, a quo sibi denuntiatum est, aut cujus litteris vel edictis conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum obtinet. quin imo nec appellari potest ab ea.

INTERPRETATIO. *Quicunque tribus* [34] *auctoritatibus judicis conventus, vel tribus edictis ad judicium fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est,* [35] *quod causam extinguit, fuerit evocatus, & praesentiam suam apud eum judicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in con-*

potuit ab ea esse separata, ut factum in illis, quae exstant *l. 1. D. de extraordinar. criminib.* quasque praecedenti titulo habuimus, & in aliis. In ed. Aurelian. ad finem haec rejecta sunt. IDEM.

31. *Apud fiscum*] Fiscus hic notat tribunal, ubi causae fiscales aguntur, ut & *l. 45. §. 7. D. de jur. fisc.* qui locus est quoque ex hoc ipso libro *tit. 12. §. quoties.* IDEM.

32. *Trinis literis, vel edictis, aut uno pro tribus dato, &c.*] Contumax est, qui tribus edictis, aut uno peremptorio, tribus literis, vel tribus denuntiationibus evocatus praesentiam sui facere contemnit, *l. contumacia, 53. §. 1. D. de re judic. l. consentaneum, 8. C. quomod. & quand. jud.* Edicta publico loco affiguntur, unde recte legi possunt, literae ad reum mittuntur, denuntiationes fiunt per officia, & executores, *l. absentem, 5. §. adversus, D. de poen. l. 2. l. tres, 9. C. quomod. & quand. jud.* At videntur non sufficere tria edicta, vel denuntiationes tres, *l. & tertium, 70. D. de jud.* sed hoc totum in arbitrio est judicantium. Plerumque autem trinis edictis, aut denuntiationibus contenti sunt. In contumacem etiam absentem dicta sententia valet, nec appellatione rescinditur, *l. & post, 73 §. ult. D. de judic. l. 1. C. quor. appell. non rec.* & hoc est, quod Paulus ait, *quinimmo nec appellari potest ab ea*, cujus dicti haec, quae sequuntur, *Quotiens in contumacem fuerit judicatum, ab ea sententia, quae adversus contumaces data est, neque appellari*, interpretatio sunt potius, quam sententia Pauli: & quod additur, *neque in duplum revocari potest*, sumtum est ex proxima sententia. Quamobrem id omne Pauli non esse arbitrati sumus. CVJAC.

32. * *Trinis literis vel edictis &c.*] Trium tantum edictorum mentio *l. 53. D. de re judicat. & in constitution. Imp. Honor. in Gestis Collation. Carthaginiens. cum Donatist. n. 4. in Edict. Reg. Theoderic. n. 5.* & trium denuntiationum *l. 8. C. quomod. & quand. jud. sententiae proferr. deb.* aut litterarum *l. 8. C. eod. tit.* Unde mirum est Ulpianum *l. 70. D. de judic.* tradere, post tertium demum edictum ad peremptorium perveniri. Inclinarem valde in sententiam Celeberrimi Viri, Ger. Noodt *Observation. lib. 1. cap. 8.* verba ita collocantis: *Quibus propositis & tertium tunc peremptorium impetres*, nisi me retinerent verba Ulpiani *l. 72. D. dict. tit.* quae olim verbis *d. l. 70.* cohaesere: quaeque evincere videntur, praecelsisse mentionem plurium, quam duorum edictorum ante peremptorium: sic enim habent. *Nonnunquam hoc edictum post tot numero edicta, quae praecesserint, datur, nonnunquam post unum vel alterum, nonnunquam statim, quod appellatur unum pro omnibus.* Re vera ergo illic peremptorium videtur proponi quarto loco; quod ordinarium tamen non est. An Ulpianus hanc rem, in qua multum judicis defertur arbitrio, ita voluit proponere, ut ostenderet, quis unquam maximus esset edictorum numerus? qui tamen non necessitati, sed humanitati adscribitur *l. 23. Cod. Theod. de decurionib.* & plerumque numerus est minor; quod non abit ab iis, quae hic notavit Cujacius. SCHVLTING.

33. *Pro omnibus*] In edd. cum Interpp. Cujacii est *pro trinis*. Rectum est *pro omnibus*, & sic dicitur, *unum pro omnibus*, non tantum in interpretatione hujus sententiae; sed & *l. 72. pr. D. de judic. l. 8. C. quomod. & quand. jud. sentent. proferr. deb.* Vocatur quidem etiam, *unum pro tribus*, *l. 53. §. 1. D. de re judicat.* quid tamen attinuit hoc mutari? IDEM.

34. *Auctoritatibus*] Hoc est, *denuntiationibus*. Ita loquuntur alibi Latinitatis corruptae auctores. Exempla in Car. du Fresne du Cange Glossario mediae & infimae Latinitatis plura inveniri poterunt. IDEM.

35. *Causam extinguit*] Non tam causam extinguit, quam disceptationem perimit, nec patitur aliquem diutius tergiversari, *l. 70. D. de judic.* Ceterum tunc, reo contumaciter absente, causa exercitur aeternatur, non semper secundum praesentem: sed & absens, si justam habeat causam, vincit, *l. 79. pr. D. dict. tit. l. 13. §. 2. C. eod. tit.* IDEM.

36. Quo-

contumacem, judicari potest. Quinimo nec retractari per appellationem negotia possunt.

[36] *Quoties in contumacem fuerit judicatum ab ea sententia, quae adversus contumaces data est, neque appellari, neque* [37] *in dubium revocari potest.*

8. [38]Res olim judicata post longum silentium in judicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum revocari. Longum autem tempus, exemplo longae praescriptionis, decennii inter praesentes, & inter absentes vicennii computatur.

[39]IN-

36. *Quoties in contumacem fuerit judicatum, &c.*] Re vera nihil hic dicitur, quod non ex praecedenti sententia fluat: ac Paulum bis idem dixisse quis credat? ideoque probo judicium Viri Summi *ad §. praced.* haec esse tantum interpretationem: atque etiam eadem litterarum forma cum interpretationibus haec excudenda curavi: licet in edd. Cujacianis sine ipsius interpretationibus, nec non in Rittershusiana haec perinde, quasi verba essent sententiae, exhibeantur. IDEM.

37. *In dubium*] ita Fabroti editio, aliae *in duplum*, de quo dictum *ad §. 5.*

38. *Res olim judicata post longum silentium &c.*] Puto hanc esse sententiam Pauli, ut post longum silentium non possit institui actio judicati, vel is, qui rem judicatam inficiatur, in duplum damnari: est enim alioquin in inficiatorem actio dupli, ut *sup. lib. 1. tit. 19.* Quis alius possit esse hujus sententiae sensus, non video. Sed & huic obstat *l. miles. 6. §. ult. D. de re judic.* quae judicati actionem perpetuam esse ait, videlicet, si perpetuam ita accipias, ut in vetustissimo jure, aeternam, & immortalem, & ut de hoc addubitem, facit haec Alexandri constitutio ex Cod. Gregoriano, quam, quod nondum edita sit, proponam.

IMP. ALEXANDER A. *Crescensi.*

Quae in libello contulisti, praesidi provinciae allega, qui non ignorat eum, qui per contumaciam absens condemnatur, nec appellationis auxilio uti, aut in duplum revocare posse. PP. XI. KAL. APRIL. ALBINO ET MAXIMO COSS. Et alia sententia Pauli, *Confessionem suam rem in duplum revocare non potest.* Et alia, *Ab ea sententia, quae adversus contumaces lata est, neque appellari, neque in duplum revocari potest.* Vel *in duplum*, id est, oblata dupli aestimatione, *ni jure vicerit*, sicut venditor aliquando oblato dupio rescindi venditionem desiderat, *l. 6. Cod. de rescin. vend.* Ait, *exemplo longae praescriptionis*, id est, exemplo adquisitionis longi temporis, ut *sup. tit. 2.* CUJAC. Difficilis est hic locus. Interpres vetus nihil hic vidit, dum distinguit, an judicatum fuerit inter praesentes, an inter absentes, de quo hic non quaeritur: sed de re olim judicata in judicium iterum vocanda ab illis, qui praesentes fuerunt, aut absentes, sive morati fuerunt in eodem loco tractuve terrarum, vel in diversis; quales, ratione provinciae ejusdem vel diversae, Justinianus vult intelligi *l. ult. C. de praescription. long. tempor.* Nec cum Cujacio haec accipi possunt de actione judicati post longum tempus non instituenda, vel duplo a reo inficiante non exigendo. Ipse Vir Summus observat, illam actionem esse perpetuam *ex l. 6. §. ult. D. de re judicat.* adeoque longo tempore non finitur: adde quod qui illa actione experitur, non deducat in judicium rem olim judicatam, sed novam plane quaestionem, an judicatum sit: de eo enim in hac actione controvertitur, ut notavimus *ad lib. 1. tit. 19. §. 1.* adeoque non de eo, quod olim agitatum fuit. Quod etiam de dupli oblatione, ni jure quis vicerit, adfert Cujacius, nihil habet, quo nitatur. Mirum, Doctissimos Viros non notasse vitium scripturae vulgatae in verbis, *in duplum revocari*, atque in illis explicandis sese mirifice torsisse, quod & facit Janus a Costa *ad tit. X. de in integr. restitution.* Sed quis ferat hanc locutionem, *rem judicatam in duplum revocari?* Non ignoro, rem olim, quando rem judicatam esse inficiabatur, in duplum condemnatum fuisse, quod docuit Paulus *dict. lib. 1. tit. 19. §. 1.* sed non ille bene, & salva ratione loquendi, dici potest *in duplum* tunc *revocare*, qui re ipsa dupli poenae subjicitur: adeoque, quamvis ita quoque legatur in rescripto Gordiani Imp. apud Cujacium, omnino utrobique reponendum est, *in dubium revocari*, de quo dictum jam est *ad §. 5.* quae lectio hoc loco exstat quoque ad marginem editionis Lugdunensis anni CIↃ IↃ LIX. Nec etiam in interpretatione veteri fit mentio dupli: sed dicitur causa non posse *revolvi*, quod est sane in dubium revocari. Sic sensus erit evidens, rem, de qua semel judicatum est, non posse post tempus longum deduci in judicium, vel dubium de ea moveri, forte allegando judicatum non debere effectum sortiri: & quidem ex certa aliqua causa, *eo*, inquit, *nomine*: quae videri possunt respicere speciem *§. prec.* quando forte quaeritur, an quis fuerit contumax: verum is, qui tamquam contumax est condemnatus, siquidem sese fuisse contumacem neget, statim querelam hac de re movere debet, *l. 3. C. quomod. & quand. jud. sentent. profert. deb.* ac proinde eo pertinere non possunt. Videmus quidem tale quid in sententia ultima in specie erroris calculi: ad quale tamen aliquid haec pertinere non dico: adeoque quid haec verba sibi velint, quove respiciant, quidve olim praecesserit, quod in his exscriptis non habemus, an sint a mala manu, id in medium relinquo. SCHULTING.

[39]INTERPRETATIO. *Causa inter praesentes judicata post decennium revolvi non potest, nec inter absentes post vicennium.*

9. [40]In causa capitali absens nemo damnatur: [41]neque absens per alium accusare, aut accusari potest.

10. [42] Falsis instrumentis religione judicis circumducta, si jam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, ejus causae instauratio jure deposcitur.

* 11. [43]Ratio calculi saepius se patitur supputari, [44]atque ideo potest quocunque tempore retractari, [45]si non longo tempore evanescat.

39. INTERPRETATIO.] Est ex edd. Genev. & Ritters. refertur vero & in Capitularibus *lib.* VII. *cap.* 204. quod illic quoque in editione Baluzii non est notatum.

40. *In causa capitali absens nemo damnatur, &c.*] Absens, etiam contumax capitali judicio non damnatur, *l. absentem, 3. D. de pœn.* sed neque absens accusat per alium, *l. penult. D. de pub. jud.* CVJAC. Sic infra *tit. 16. nn. 13.* RITTERSHVS. Leguntur & haec in Capitularibus *loc. cit.* aliquibus mutatis, ut *damnetur* pro *damnatur*, & in fine aliquid corruptum est, quod mox videbimus. Ceterum liberae Reip. temporibus interdum absentes rei capitalis damnati sunt: de quo paucula habet Cujacius *Observation. lib.* XX. *cap.* 21. Scip. Gentilis *Disputation. Illustr.* II. *th.* 11. *& seqq.* Exempla congessit Annaeus Robertus *Rer. Judicatar. lib.* I. *cap.* 10. & sunt talia quaedam apud Livium *lib.* II. *cap.* 35. *lib.* XXV. *cap.* 4. *lib.* XXVI. *cap.* 3. Sed illic ipsa plebs condemnavit, cujus scita legis habebant vigorem. Ex speciali etiam Senatusconsulto id in certo genere criminis admittitur apud eundem Livium *lib.* XXXIX. *cap.* 17. ut & ex lege in Caesaris interfectores apud Dionem Cassium *lib.* XLIII. *p.* 322. de quibus aliisque disputat Des. Heraldus *de rer. judicatar. auctoritat. lib.* I. *cap.* 10. *n.* 4. *& seqq.* quae hic accuratius non excutimus. Jus nostrum absentium damnationem improbat *l.* 1. *D. de requirend. vel absentib. damnand.* saltem in capitalibus, *d. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *pr. D. de pœn. l.* 6. *C. de accusationib. & inscriptionib.* Exceptiones sunt *l.* 4. §. 1. *vers. idem Divus, D. ad leg. Cornel. de sicar. l.* 21. *C. de pœn.* quae *l.* 21. est *l.* 14. *Cod. Theod. de pœn.* in qua agitur de vindicanda apparitorum perfidia: ubi illam exceptionem quoque notavit V. C. Jac. Gothofredus. Quod Gildo sub Honorio Imp. ob rebellionem absens damnatus est, id extra ordinem, ac jussu Principis a Senatu factum est, ut constat ex Symmacho *lib.* IV. *epist.* 4. adeoque, quemadmodum saepe exempla in Historia, ad ordinarias juris regulas exigi nequit. SCHVLTING.

41. *Neque absens per alium accusare, aut accusari potest.*] In edd. cum Interpp. Cujacii desunt illa, *aut accusari*, nulla tamen addita ratione: & leguntur in Capitularibus, in quibus haec inveniuntur *lib.* VII. *cap.* 204. *& 354.* sed in *cap.* 204. scriptum est vitiose, *neque absens per alium accusatorem accusari potest*, mutatis illis, *accusare aut*, in *accusatorem*. Sane de damnatione erat dictum, sed nondum etiam de accusatione. Simile quid occurrit *in can. absens, 18. can. 3. quaest.* 9. IDEM.

42. *Falsis instrumentis religione judicis circumducta, &c.*] Si ex falsis instrumentis res judicata sit, falso prius comprobato, ex integro res in judicium veniet, *l. ult. C. si ex fals. instru. l. qui agnitis, 12. D. de except.* CVJAC. Rei judicatae auctoritas ut esset maxima, & unus judicati finis sufficeret, recte placuit, *l.* 6. *D. de exception. rei judicat.* adeoque iterum de eadem re agere non licet: quod forte tractum ex jure Attico, cujus meminit Terentius *Phormion. act.* II. *sc.* 3. *vers.* 37. his verbis:

At tu, qui sapiens es, magistratus adi,
Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi,
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis judicium adipiscier.

Et act. II. *sc.* 4. *v.* 15.

Mihi non videtur quod sit factum legibus,
Rescindi posse.

Apud Quinctilianum *Institution. orator. lib.* VII. *cap.* 6. scriptum est, *bis de eadem re ne sit actio.* Ita rigidum jus quoque Romae voluit: verum Imperatores aequitate rei moti inde recesserunt in casu, quo ex falsis instrumentis lata est sententia, *l.* 11. *D. de exceptionib. sit. C. si ex fals. instrument. vel testimon. judicat. sit.* ubi videri poterunt Cujacii Paratitla. SCHVLTING.

43. *Ratio calculi saepius se patitur supputari*] Edita a Cujacio primo Lugd. anno CIↃ IↃ LXVI.

44. *Atque ideo potest quocunque tempore retractari*] Hoc ita, si res extra judicium gesta sit, nec de ipso errore calculi transactum vel judicatum, *l. un. C. de error. calcul.* Imo si in ipsa sententia error calculi manifestus sit, retractari illa potest, *l.* 1. § 1. *D. quae sentent. sin. appellation. rescindant.* Aliud si error non sit manifestus, *l.* 2. *C. de re judicat.* tunc enim non tam calculus, quam res ipsa judicata retractaretur. SCHVLTING.

45. *Si non longo tempore evanescat*] Quod tamen cessat, si cum reipublicae administratoribus ipsis, non cum eorum heredibus, agatur, *l.* 13. §. 2. *D. de diversis temporalib. praescriptionib.* quo pertinet *l.* 8. *pr. D. de administration. ver. ad civitat. pertinent.* Cujacius, qui calculi errorem etiam post longum tempus retractari posse scribit *ad l.* 2. *C. de jur. fisc.* tunc, cum id scriberet, hanc sententiam nondum habuisse videtur. IDEM.

TIT V-

TITULUS V. B.

De rebus auctoritate judicis possidendis.

1. Pupillo, si non defendatur, in possessione bonorum creditoribus constitutis, ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt.

2. Ejus, qui ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quamdiu revertatur.

1. *De rebus auctoritate judicis possidendis*] Titulus hic ita conceptus est in editione Genevensi CIↃ IↃ LXXXVI. Verba Pauli vero haec habemus *l. ult. D. hoc tit.* cum aliqua tamen differentia: illic enim legitur *pupillus*, omisso mox verbo *bonorum*: & post *constitutis* additur *minoribus*. Hujus loci lectio clara est & recta: & quoniam editio illa non exhibet ea, quae in Pandectis tantum exstant ex his sententiis, persuadeo mihi ejus haec ex vetere libro, ex qualibus & alia desumpta in ea editione invenire est. Unde & numerum titulo praeposui, sed eundem cum praecedenti, & littera distinctum. Ritterhusius haec collocavit sub titulo praecedenti ante §. 7. Rectius paulo Aurelian. in fine illius tituli. SCHULTING.

TITULUS VI.

De Interdictis.

1. *De interdictis*] Haec inscriptio an sola in Sententiis Pauli olim exstiterit, an etiam singulis interdictorum speciebus suus tributus fuerit titulus, non definio. Compilator more suo ex opere Pauli ea excerpsit, quae ipsi placuerunt. De interdictis cum multa commentati sint Interpretes Institutionum, Pandectarum & Codicis, nonnulla nos hic tantum generalia ad illorum intellectum facientia praemittemus. Comprehenduntur illa verbo actionis *l. 37. D. de obligationib. & actionib.* verum fragmentum illud pertinet ad titulum *de edendo*, quem Ulpianus exposuit libro IV. ad Edictum, unde hausta est *d. l. 37.* quae conjungenda est cum *l. 1. D. de edend.* Sane in edicto de edendo, quo Praetor jubet eum, qui vult agere, actionem adversario edere, intelligendum est ex Praetoris mente per verbum actionis omne juris remedium, de quo quis cum alio vult experiri, etiam Praetoriae stipulationes, *d. l. 37.* quae re vera sunt contractus, non actiones; quamvis & inde actiones oriantur. Sed & qui, ut stipulationem talem impetret, adversarium in jus vocat, debet & ei hanc edere, & indicare, ut is sciat, quo nomine conveniatur. Ceteroquin interdicta ab actionibus olim multum differebant: ac de utraque materia diversis in locis agitur in Institutionibus, in Pandectis, & in Codice. In actionibus non petebat actor statim, ut magistratus adversario ipsius aliquid imperaret, vel prohiberet: sed ajebat, verbi gratia, rem esse suam, vel sibi deberi, ex mutuo, vel alia causa; judicium que ac judicem petebat: unde passim in Edicto Praetor pollicebatur, *judicium dabo*, vel, *actionem dabo*. Nec quidquam hic praestandum a reo ante condemnationem. In interdictis petendis rogabatur statim Praetor, ut interdiceret jubendo aut vetando, formulis, quas habemus in libro XLIII. Pandectarum, nihil de ipsa causa definiens, ut recte scribit Theophilus *ad pr. Inst. hoc tit.* male a Viris Doctis quibusdam intellectus vel reprehensus: sed in genere ostendens, quis obtinere deberet, ut vi dejectus de possessione contra dejicientem, dum jubebat talem dejectum restitui. Si vero altera pars negaret recte contra se petitum esse interdictum, judicium erat dandum, & judex, vel recuperatores (quorum Cicero meminit *pro Caecin. cap. 2. & alibi*) qui hac de re cognoscerent, sententiam ferrent, litemque etiam, si ita ferret casus, aestimarent, *l. 1. §. 41. D. de vi & vi armat. l. 3. §. ult. D. ut possidet. l. 3. §. 3. D. de itiner. actuq. privat. l. 15. §. 7. & seqq. D. quod vi aut clam.* ac sic agi interdicto reddito scripsit Paulus *lib. IV. tit. 7. §. ult.* Hic quoque olim inter partes interpositae sunt sponsiones, an recte esset interpositum interdictum, an non: sive, verbi causa, an adversus edictum Praetoris vis esset facta: cujus meminit Cicero *pro Caecin. cap. 17.* vel, an qui dejecerat, restituisset dejectum, unde eum dejecerat. Cicer *dict. oration. cap. 8.* Et sponsionum, quae ex interdictis fiebant, meminit Quinctilianus *Institution. Orator. lib. VII. cap. 5. & lib. XII. cap. 10.* Sic ergo de interdictis actio data fuit & formula, reo esse teneri negante: hominesque adeo per interdictum ad jus ordinarium sunt remissi, *l. 1. §. 2. D. si ventr. nomin. mul. in possession. miss. &c.* Idem docet Frontinus *de limitib. agror. p. 41.* his verbis. *De possessione controversia est, de qua ad interdictum, hoc est, ordinario jure litigatur.* Adeoque & interdicta ipsa actiones dicuntur *l. 43. fin. D. ad leg. Aquil. & l. 3. D. de mort. inferend. l. 3. C. hoc tit.* Quin & judicia de interdi-

2 Ne-

[1]Neque muri, neque portae habitari ſine permiſſu Principis [2]propter fortuita incendia poſſunt. LEX EST III. D. NE QVID IN LOCO SACRO FIAT.

[3]Concedi ſolet, ut imagines & ſtatuae, quae [4]ornamenta reipublicae ſunt futurae, in publicum ponantur. LEX EST II. D. DE LOCO PVBLICO FRVENDO.

1. [5]Retinendae poſſeſſionis gratia comparata ſunt interdicta, per quae eam poſſeſſionem, quam jam habemus, retinere volumus: quale eſt Vti poſſidetis de rebus ſoli, & Vtrubi de re mobili. Et in priore quidem is [7]potior eſt, qui [8]redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidet. In altero vero potior eſt, qui majore parte anni retrorſum numerati nec vi, nec clam, nec precario [9]poſſedit.

INTERPRETATIO. *Interdicta dicuntur, quaſi non perpetua ſententia,* [10]*ſed ad tempus interim dicta, hoc eſt, a judice* [11]*momentum priori* [12]*reddere poſſeſſori:*

terdictis diſtinguuntur a cognitione Prætoria, *l. 3. §. 3. D. de liber. exhibend. & ducend.* De hoc interdictorum & actionum diſcrimine plura ſcripſit Janus a Coſta *ad pr. Inſt. hoc tit.* De aliis, nec non in quibus interdicta cum actionibus conveniant, multa notavit Cujacius *Obſervation. lib. V. cap. 17.* Hodie interdicta non ita in anteceſſum interponuntur a magiſtratibus; ſed, uti alia judicia extraordinaria facta ſunt, & apud ipſos magiſtratus exercentur, ſic & cauſae interdictorum, §. *ult. Inſt. hoc tit. l. 4. l. ult. C. hoc tit.* unde & Tribonianus titulum Pandectarum ita concepit, *de interdictis, ſive extraordinariis actionibus, quae pro his competunt.* SCHVLTING.

2. *Neque muri, neque portae &c.*] Has duas ſententias, quae in Pandectis ſub titulis de interdictis agentibus collocatae ſunt, hic quoque ponendas cenſuimus. In Aurelianenſi editione poſitae ſunt ante §. *ſi inter vicinos, 14.* Nos ab ordine, quo in Pandectis leguntur, nempe, ante interdicta hic recenſita, non receſſimus. Rittershuſius illas retulit ad titulum 12. *de jure fiſci & populi. ad fin.* addens tamen haec. *Poſſunt tamen forſaſſe ha duae ſententiae referri ſupra ad titulum de Interdictis.* Quare ergo id non eſt ſecutus? IDEM.

3. *Propter fortuita incendia*] Quae ex aedibus talibus metuuntur. Quod vero D. Gothofredus huc refert de familia publica ad exſtinguenda incendia circa portas diſpoſita ex *l. 1. D. de offic. praefect. vigil.* id hinc alienum eſt. IDEM.

4. *Concedi ſolet, ut imagines &c.*] Obſervat V. C. Petr. Pithoeus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 2.* hanc ſententiam non recte ſub titulo *de loco publico fruendo* eſſe poſitam: idque, ut videtur, vere, quamvis aliud velit D. Gothofredus. Sane in locis publicis, quae fruenda locantur, de quibus praetor in illo titulo edixit, *l. 1. dict. tit.* non ſolent collocari imagines ac ſtatuae: verum in foris ac ſimilibus locis, quorum uſus publice patet: ut adeo magis apte ſub titulo *de locis & itineribus publicis*, aut ſequente, *ne quid in loco publico vel itinere fiat*, haec ſententia collocari potuiſſet. IDEM.

5. *Ornamenta*] Edd. vett. *ornamente:* & mox *publico.* Nihil mutandum. IDEM.

6. *Retinendae poſſeſſionis gratia comparata ſunt interdicta, &c.*] Duo ſunt retinendae poſſeſſionis interdicta, Vti poſſidetis & Vtrubi. Vti poſſidetis, eſt de rebus ſoli, Vtrubi, de rebus mobilibus. In illo vincit is, qui redditi interdicti tempore, nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſidet: in hoc, qui majore parte anni poſſedit: quo pertinet *l. majore, 156. D. de verb. ſignificat.* Et haec eſt vetus differentia. Hodie interdicto Vti poſſidetis, Vtrubi, exaequatum eſt *l. 1. D. Vtrubi. §. ſed interdicto quidem, de interd.* CVJAC. Interdictum Vti poſſidetis in ipſo Edicto propoſitum fuit poſt interdictum Vnde vi, *l. 1. §. 4. D. uti poſſidet.* SCHVLTING.

7. *Potior*] Edd. cum Interpp. Cujacii *prior.* Cur aliquid hic mutatum? IDEM.

8. *Redditi interdicti tempore*] Id exigebant ipſa interdicti verba: *Vti poſſidetis &c. l. 1. D. uti poſſidet.* IDEM.

9. *Poſſedit*] Ita recte edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. & Pariſ. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. minus recte edd. Sicc. & cum Interpp. Cujacii *poſſidet.* Secundum verba interdicti is vincit jure veteri, penes quem res majore parte anni fuit, §. 4. *Inſt. de interdict. l. un. pr. D. de utrubi*, & quid ſit major pars exponit *l. 156. D. de verbor. ſignification.* ut adeo non requiratur praeſens poſſeſſio. IDEM.

10. *Sed ad tempus interim dicta*] Ita & Iſidorus *Origin. lib. V. cap. 25.*

11. *Momentum*] Hoc eſt, *poſſeſſionem*: ita mox iterum, & ſic diſtinguitur *momenti quaeſtio*, & *proprietatis* a Gregorio *lib. VII. epiſt. 44.* quem laudat Briſſonius.

12. *Reddere*] Fort. *reddenti.* RITTERSHVS.

13. *Id*

ſeſſori: [12] *id eſt, ut ſi quis poſſidens intra anni ſpacium, quod amiſiſſe videtur, praeſentibus litigatoribus, judice ordinante recipiat, & poſtmodum, ſi voluerit, tam de vi, quam de rei proprietate confligat. Nam ſi talis caſus emerſerit, ut adventitiam quolibet titulo rem novus poſſeſſor adeat, & eam majore parte anni,* [14] *id eſt, plus quam ſex menſibus teneat, & ab alio haec res, quam tenuit, auferatur, & ille, qui abſtulit, quatuor aut quinque menſibus teneat, ſi intra ipſum annum de momento fuerit actum, priori poſſeſſori, qui majore parte anni poſſedit, res a judice partibus praeſentibus, merito* [15] *reformatur, ita, ut de negotii qualitate partes ſequenti actione confligant. Sin vero qui abſtulit, majori parte anni* [16] *poſſedit ante judicium, momenti beneficium reddere non compellitur.*

2. [17] Vt interdictum, ita [18] & actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. [19] cujus rei ſolicitudo ad viarum curatores pertinet, [20] a quarum munitione nemo exceptus eſt. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, [21] demolito opere condemnatur.

3. [22] Non

13. *Id eſt, ut ſi quis poſſidens &c.*] Hæc ineptiſſima ſunt, ac a mente Pauli, in ipſa ſententia clare ſatis expreſſa, plane aliena.

14. *Id eſt, plus quam ſex menſibus*] Aliter *in l. 156. D. de verbor. ſignific.* RITTERSHVS. *in Indice verb. major pars anni.*

15. *Reformatur*] Hoc eſt, *reſtituitur*: ſic cum alibi, tum *in interp. lib. 1. tit. 4. §. 3.* ubi plura.

16. *Poſſedit ante judicium, momenti &c.*] Ita diſtinxi. Vulgo diſtinctio ponitur poſt *poſſedit*, non recte.

17. *Vt interdictum, ita & actio proponitur, &c.*] Et, qui via publica uti prohibetur, interdictum, & ex cauſa interdicti actio datur, *l. 1. §. 1. D. ut in flum. public. navig. lic. l. 2. §. ult. D. ne quid in loc. publ.* Sed & hujus rei cura mandata eſt Vitocuris, ſive curatoribus viarum, a quarum munitione nemo excuſatur, niſi qui muneris publici vacationem impetravit, *l. cui muneris, 12. D. de mun. & honor.* Qui autem in via publica opus fecit, quo via deterior fiat, id per interdictum reſtituere & demoliri cogitur, *l. 2. §. prator, D. ne quid in loc. pub.* CVJAC.

18. *Et actio*] Non tantum ex interdicto: verum & injuriarum, *l. 13. §. ult. D. de injur.* SCHVLTING.

19. *Cujus rei ſolicitudo ad viarum curatores pertinet*] Magiſtratus hac de re interdictum & actionem proponit, atque etiam, ſi id opus, rem exſequitur. Proſpiciunt vero huic rei viarum curatores, quorum ſæpe fit mentio in antiquis inſcriptionibus apud Gruterum *p.* CLIII. 7. *p.* CLX. 3. *p.* CCCCXXXIII. 1. *p.* CCCCXI. 2. apud Reineſium *claſſ.* VI. *inſcript. 78.* & ſæpe alibi. IDEM.

20. *A quarum munitione nemo exceptus eſt*] Non admodum cum ſuperioribus hoc cohæret; & forte ipſe Paulus hæc diſtinxerat. Malo vero hoc cum Jac. Gothofredo *ad l. 3. Cod. Theod. de itiner. muniend.* accipere de collatione ad viarum munitionem, quod munus eſt patrimoniale, *l. 14. §. 2. D. de muneric. & honorib. l. 27. §. 3. D. de uſufruct. l. 13. §. 6. D. de actionib. empt. & vendit.* a quo nemo excuſatur, *l. 11. D. de vacation. & excuſation. muner. l. 4. D. de veteran. l. 7. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 4. C. de privileg. dom. Auguſt. lib. XI. l. 3. l. 4. l. 5. Cod. Theod. de itiner. muniend.* quam de curatione ejuſdem rei, quod munus eſt perſonale, *l. 1. §. 2. l ult. §. 7. D. de muneric. & honorib.* & a quo juſta cauſa excuſat, *l. 12. D. dict. tit.* quamvis in illud inclinare videatur Vir Summus *ad hunc locum*, dum exceptionem addit, niſi qui muneris publici vacationem impetravit: atque hæc curatio vocetur etiam munitio viæ, *l. 1. §. 2 D. dict. tit.* Licet vero Viri Maximi ſententia mihi non probetur, quo tamen modo ſibi ipſe contrarius ſit hic, & *ad l. 6. D. de vacation. & excuſation. muner. ad Papinian. Quæſtion. lib. 11. & ad l. 2. §. 3. D. eod. tit. ad Papinian. Reſponſor. lib. 1.* quod vult Merillius *Variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 31.* id, inquam, non animadverto. Refert quidem dictis locis Cujacius hoc munus inter perſonalia: verum nec hic aliud facit: (ut notavit quoque Oſius Aurelius *Diſputator. ad Merill. diſpunction. 52*) quamvis parum hoc reſpondeat verbis Pauli. IDEM.

21. *Demolito opere condemnatur*] Hoc dici de eo poteſt, qui, ſi opus ab ipſo factum alius depoſuerit, in impenſas condemnatur: quod fieri poſſe uti non negaverim, *fac. l. 2. §. 44. D. ne quid in loc. public. vel itiner. fiat.* ita certum eſt interdictum dari reſtitutorium de eo, quod quis in via publica factum immiſſumve habet, ut hoc reſtituat, *l. 2. §. 35. & ſeqq. D. ne quid in loc. public. vel itiner. fiat.* Vereor, ne diſtinctius expoſita contraxerit Compilator. IDEM.

22. *Non*

3. [22] Non tantum si ipse dominus possessione dejiciatur, [23] utile interdictum est: sed etiam si familia ejus. Familiae autem nomine [24] etiam duo servi continentur.

4. [25] Vi dejicitur non tantum qui oppressu multitudinis, aut fustium, aut telorum, aut armorum metu terretur; sed & is, qui violentiae [26] opinione

22. *Non tantum si ipse dominus possessione dejiciatur, &c.*] Non quemadmodum retinendæ possessionis interdicta proposita sunt tam de mobili re, quam de immobili, ita & recuperandæ. Nam interdictum Vnde vi, est tantum de re immobili: nullum vero datur de re mobili. Et interdicto Vnde vi, locus est, sive alium possessione dejeceris, sive familia tua dejecerit, ut est in *l. 1. D. unde vi.* Itaque hoc loco legendum credo, *dejiciat* non *dejiciatur.* Familiæ appellatione etiam duos contineri Paulus ait: Vlpianus etiam unicum servum, *l. 1. §. familiæ, D. unde vi.* & Cic. *pro Cecinna,* quod tamen in interpretatione edicti, De vi bonorum raptorum, de turba, de incendio, ruina, naufragio Vlpianus non admisit *l. detestatio, 40. D. de verb. sign.* quoniam hæc ita sunt concepta, *Si servus vel familia fecisse dicetur, in dominum judicium dabo: in servum & familiam judicium dabo, l. 2. §. vi bonorum. l. 4. §. penult.* (Vbi legendum, *In servum item*, non *autem.*) *D. de vi bon. rapt. l. 1. in prin. D. de inc. ruin. naut.* In interdicto autem Vnde vi, familiam tantum dixit, non servum & familiam. Itaque ratio & æquitas exigit, ut in uno etiam servo familiæ nomen valeat. Verum ne quid omittatur, ideo & in interpretatione edicti de vi bonorum raptorum, quid sit Detestatio Vlpianus explicat, quod vis sit etiam, si quid contra detestationem fiat, *l. 1. §. sed etsi contra, D. quod vi aut clam.* Quo posito, consequens erat Detestatio quid esset ostendere. CVJAC. Sich. hinc novum incipit titul. *de Interdicto Verum vi.* Cujac. vel legend. ait, *Vnde vi,* vel tollendum potius omnino h. tit. RITTERSHVS. Melius est, ut nullus hic ponatur titulus, quando quæ sequuntur, non ad unum titulum *Vnde vi:* (sive, ut editiones quædam perperam habent, *Verum vi*) pertinent, sed ad alia etiam interdicta: ac deleri illum titulum etiam vult Cujacius *ad tit. 20. hoc lib.* SCHVLTING.

23. *Vtile interdictum est*] Edd. cum Interpp. Cujacii, *Vnde vi utile interdictum est.* Certum sane est de interdicto Vnde vi hic agi. Vnde tamen illa prima verba hausta sint, non docet Cujacius: ac in edd. aliis, etiam Cujacianis, illa omissa sunt: adeoque nec ego illa admisi. Nonnulla his de interdicto Vnde vi præmissa videntur, quæ Compilator neglexit. IDEM.

24. *Etiam duo servi continentur*] Imo etiam unus tantum, *l. 1. §. familiæ, D. de vi & vi arm.* RITTERSHVS. *In Indic. v. familia.*

25. *Vi dejicitur non tantum qui oppressu multitudinis, &c.*] Interdictum Vnde vi, competit, si oppressu & vi multitudinis, id est, coactis hominibus, aut si armatis quis dejiciatur. Hæc enim sunt verba interdicti, *Hominibus coactis armatisve,* auctore M. Tullio. Addit Paulus huic etiam interdicto locum esse, si quis cum audisset armatos venire, possessione cesserit, si tamen ea ab his fuerit occupata, *l. 3. §. si quis autem, D. unde vi & de vi arm.* Et hoc est, quod de vi hominibus armatis, aut, de vi armata, interdictum appellatur. Est & aliud interdictum quotidianum Vnde vi, cui tunc locus est, cum quis fine coactis armatisve hominibus possessione dejectus est: de quo Vlpian. tractat in *l. 1. D. unde vi.* De superiore autem tractat in *l. 3. eod. tit.* & ideo sub titul. *Vnde vi,* duo interdicta sunt: sic enim scripserat Paulus in *l. 2. §. penult. D. de interdict.* Hoc autem interest maxime inter hæc duo interdicta, quod interdictum quotidianum nulli competat, nisi ei, qui tunc cum dejiceretur, possidebat, *d. l. 1. §. interdictum autem:* eaque exceptio nominatim interdicto addi solet auctore M. Tullio. Interdictum autem de hominibus coactis armatisve, sine ulla exceptione datur. Ideoque & creditori datur in possessionem missio, & colono. Item interdictum quotidianum liberto in patronum, liberis in parentes non datur: interdictum de hominibus armatis datur, *d. l. 1. §. interdictum hoc.* Item in me interdictum quotidianum ei tantum datur, qui a me nec vi, nec clam, nec precario possidet, eodem Tullio teste *in Orat. pro Cecin.* & Paulo nostro infr. & arg. *d. l. 1. §. qui a me.* interdictum De vi armata ei etiam datur, qui vi aut clam, aut precario a me possidet, *l. sed si vi, 14. D. eod. titul.* Vbi animadvertendum est Pomponium uti hac particula, *sed,* cum scilicet, ante de vi quotidiana interdictum in me ei non dari ostendisset, qui illis a me rationibus possideret. Interdictum quotidianum annuum est, *l. 1. D. eod.* Interdictum de vi armata perpetuum, ut Cic. indicat *lib. XV. Epist. in ea, cujus initium est, Puto te jam suppudere.* Quæ omnia summe notanda sunt. Græci pro his interdictis habebant actionem ἐξούλης, sic dictam auctore Libanio, quod ἐξούλησις sit ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν βία. CVJAC. Illis, quæ hic habet Cujacius de duplici interdicto Vnde vi, adjici possunt quæ notat *Observation. lib. VI. cap. 4.* In Tribonianum quoque, qui hæc non satis aliquando separat, invehitur Hotmanus *Observation. lib. VII. cap. 6.*

26. *Opinione comperta*] Ita edd. Sich. & Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. optimo sensu, pro *rumore comperto*: opinionem enim ita fuisse notissimum est. Suetonius *Neron. cap. 3.* dixit. *Exiit opinio*, pro *rumor*, & sic apud Justinum *lib. XXXII. cap. 6. opinio victoriæ.* Infinita cumularunt alii. Cur itaque in edd. cum Interpp. Cujacii, nec non Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. sit editum, *opinione comperta*, rationem non video. SCHVLTING.

nione comperta poſſeſſione ceſſit; [27] ſi tamen adverſarius eam ingreſſus ſit.

5. [28] De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non poteſt: ſed utilis et actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bonorum raptorum, datur. Idemque de eo dicendum eſt, qui carruca, aut equo dejicitur; quibus non abductis, injuriarum actio datur.

6. [29] Vi dejectus videtur & qui in prædio vi retinetur, [30] & qui in via territus eſt, ne ad fundum ſuum accederet.

7. [31] Qui vi, aut clam, aut precario poſſidet, [32] ab adverſario impune dejicitur.

INTERPRETATIO. *Vi poſſidet, qui impetu efficaci depulſo adverſario poſſidet: clam poſſediſſe videtur, qui ignorante & inſcio domino poſſeſſionem occupat:*

27. *Si tamen adverſarius eam ingreſſus ſit*] Quod non videtur factum in ſpecie, quam proponit Vlpianus *l. 9. pr. verſ. denique, D. quod met. cauſ. fact. er.* quem etiam ita intelligit Cujacius *ad d. l. 9.* Viſum tamen armatorum ſolum ſufficere, quamvis non intraverint, exiſtimavit Labeo, relatus, ſed non probatus ab Vlpiano *l. 1. §. 29. D. de vi & vi armat.* Idemque conſequens eſt ſententiæ Juliani *l. 33. §. 2. D. de uſurpationib. & uſucapionib.* (ubi pro *exiſtimaverit* Cujacius recte reponit *extimuerit*.) qui, dum ait aliquem ita vi eſſe dejectum, ſatis indicat, ſe velle, & huic dari hoc interdictum: idque & Ciceroni viſum eſt *pro Cæcin. cap. 16.* Nec ſatisfacit reſponſio Bachovii *ad Treutleri Pandectar. p. 984.* Julianum ita accipientis, ut dejectus quis videatur eo tantum effectu, ut interrupta ſit uſucapio: quale tamen nihil ex verbis Juliani educi poteſt. Auctores hic diſſenſiſſe ſatis indicat Vlpianus *d. l. 1. §. 29.* opponens Labeoni Pomponium, qui requirit vim corporalem, ut ſit vis facta, adeoque ut ſit locus huic interdicto: ac vi ait dejectum, qui fugatus eſt ſupervenientibus quibuſdam, ſi illi vi occupaverint poſſeſſionem. IDEM.

28. *De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non poteſt, &c.*] Ad eos pertinet interdictum Vnde vi, qui de re ſoli dejiciuntur: ei autem, qui de re mobili dejicitur, actio Vi bonorum raptorum datur, aut furti: nam & raptor fur eſt. Idemque eſt ſi quis de nave, aut vehiculo, aut equo dejiciatur, *l. 1. §. ſi quis de nave, D. unde vi.* videlicet, ſi navis, aut vehiculum, aut equus abſtrahatur, & abducatur. Quod ſi non abducatur, dejecto injuriarum dumtaxat actio datur. Eſt hac de re lex quædam in legibus Langobard. *lib. I. tit. 15.* CVJAC.

29. *Vi dejectus videtur, & qui in prædio vi retinetur, &c.*] Dejectus poſſeſſor videtur etiam is, qui in prædio vinctus retinetur, aut qui, cum de prædio exiſſet, revertens in itinere perterritus eſt, ne accederet, *l. 1. §. ſive autem, & §. penult. D. unde vi & vi arm.* IDEM.

30. *Et qui in via territus eſt, ne ad fundum ſuum accederet*] Modo hoc ipſo tempore poſſederit, *l. 1. §. 23. D. de vi & vi armat.* ubi pro *poſſidet* Grotius legit *poſſedit, in Florum ſparſion. ad Jus Juſtinian.* Non vero is dejectus intelligi poteſt, qui neque animo, neque corpore poſſidebat, *d. l. 1. §. 26.* Ac ſic in lege Thoria, quam in lucem protulit V. C. Carolus Sigonius *de Jur. Ital. lib. II. cap. 2.* ita ſcriptum eſt. *Ex poſſeſſione vi ejectus eſt, quod ejus is, qui ejectus eſt, poſſederit.* Cicero quidem *in Oration. pro Cæcina* multis artificiis Oratoriis probare nititur, interdictum Vnde vi etiam recte impetratum eſſe a Cæcina, qui agrum, quo de agebatur, nunquam poſſederat, at in eum intrare volens prohibitus erat: ſed illum jam dudum Fr. Hotmanus aliique Viri Eruditi refutarunt. SCHULTING.

31. *Qui vi, aut clam, aut precario poſſidet, &c.*] Qui a me vi, aut clam, aut precario poſſidet, non habet interdictum Vnde vi, ſi eum poſſeſſione dejecero. Sed ſi alius dejecerit, placet ei interdictum dari, *l. 1. §. qui a me, D. unde vi.* Quod in interdicto de hominibus armatis non obtinere ſupra oſtendi: & verum eſt, niſi eum, qui a me vi armata poſſidet, ex continenti dejecero, *l. 3. §. eum igitur, D. eo.* Sed hanc differentiam Juſtinianus aut neglexit, aut non intellexit. CVJAC. Eodem pertinet quod eſt in lege Thoria modo laudata, ubi datur reſtitutio dejecto ex eo, *quod neque vi, neque clam, neque precario poſſederit ab eo, qui eum ea poſſeſſione vi ejecerit.* Tribonianum in §. 6. *Inſt. hoc tit.* nulla diſtinctione adhibita confuſe de interdicto Vnde vi loquentem carpit Hotmanus *Obſervation. lib. VII. cap. 6.* cui nolim contradicere. Paulum tamen quaſi non diſtincte hoc loco rem proponentem non debuerat reprehendere, cum non habeamus hic integras ejus ſententias, ſed excerpta ab indocto homine inconditc congeſta. Verum poſtquam conſtitutiones invaſores multarunt amiſſione dominii, vel reſtitutione rei & æſtimationis, *§. 1. Inſt. de vi bonor. rapt. §. 6. Inſt. hoc tit. l. 7. C. unde vi.* diſcriminis hujus inter interdicta Vnde vi uſus evanuiſſe videtur. SCHULT.

32. *Ab adverſario*] Non ab alio, *l. 1. §. 30. l. 18. pr. D. de vi & vi armat.* Atque ita diſtinguitur in interdicto de vi quotidiana. Vt adeo & hic contra extraneos vitioſa poſſeſſio proſit, ſecundum Venuleji doctrinam *l. ult. D. de adquirend. vel amittend. poſſeſſion.* IDEM.

pat: precario, qui per precem poſtulat, ut ei in [33] *poſſeſſione permiſſu domini, vel creditoris* [34] *fiduciam commorari liceat.*

8. [35] Ex rebus vi poſſeſſis ſi aliquae res arſerint, vel ſervi deceſſerint, licet id ſine dolo ejus, qui dejecit, factum ſit, aeſtimatione tamen condemnandus eſt, qui ita voluit adipiſci [36] rem juris alieni.

INTERPRETATIO. *Si ex rebus, quas violenter aliquis* [37] *occupavit, quaelibet quacunque occaſione perierint, aut arſerint, vel ſervi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet fraude illius, qui occupavit, id quod perit, factum non videatur, tamen ab ipſo, quaecunque perierint, reddenda ſunt, qui rem juris alieni violenter viſus eſt occupaſſe.*

• [38] Cujuscunque fundi uſufructuarius [39] prohibitus aut dejectus, [40] de reſtitutione omnium rerum ſimul occupatarum agit. Sed & ſi medio tempore [41] alio caſu interciderit uſusfructus, aeque de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur.

• Si

33. *Poſſeſſione*] Al. *Poſſeſſionem*. Sic ſæpe accuſativus pro ablativo in P. Fl. ponitur. RITTERSHVS.

34. *Fiduciam*] Fort. *fiducia*. IDEM. Puto legendum *fiduciarii*, idque litterarum ſimilitudo facillime patitur. Creditor fiduciarius eſt, qui in ſecuritatem crediti rem accepit fiduciæ, de qua libro ſecundo ſæpe facta eſt mentio. SCHVLTING.

35. *Ex rebus vi poſſeſſis ſi aliquæ arſerint, &c.*] Earum etiam rerum nomine interdictum Vnde vi, datur, quæ in, qui de prædio dejectus eſt, ibi tunc habuit, licet poſt dejectionem ſine dolo, aut culpa dejectoris interierint, *l. 1. §. denique ſcribit Julianus. l. penult. D. unde vi.* Quoniam ex dejectionis tempore in reſtituendo ſemper moram facere intelligitur. CVJAC.

36. *Rem juris alieni*] Sic quoque dixit *res ſui juris, lib. 1. tit. 13. B. §. 7.*

37. *Occupavit*] In Capitularibus *lib. VII. cap. 355.* ubi hæc referuntur, ſcriptum eſt, *occupat*, & mox, *ſub quacunque*: rectius hic.

38. *Cujuſcunque fundi uſusfructus &c.*] Sententiam hanc ad interdictum Vnde vi pertinere certum eſt: atque occaſione interdicti hujus & ſequentia Paulus ſcribere potuit. Rittershuſius hæc poſuit ante §. *adverſus eum*, 13. Aurelianenſis editor poſt ſententiam primam. Fundi vero cujuſcunque appellatione Italicum, & provincialem intelligi, recte notavit Cujacius *Obſervation. lib. VII. cap. 36.* quo modo omnium prædiorum fit mentio *l. 3. pr. D. de uſufruct. &c.* SCHVLTING.

39. *Prohibitus, aut dejectus*] Prohibitus eſt ſimilis dejecto, modo cum prohiberetur, in quaſi poſſeſſione uſusfructus fuerit, *l. 3. §. 14. D. de vi & vi armat.* quo modo & in illa ſpecie, quando de rei ipſius poſſeſſione per hoc interdictum recuperanda agitur, requiri, ut quis tempore, quo prohibitus eſt, poſſederit, Paulo ante vidimus. IDEM.

40. *De reſtitutione omnium rerum ſimul occupatarum agit*] Interdictum Vnde vi uſufructuario competit, *l. 27. D. de donationib. l. 3. §. 13. & ſeqq. D. de vi & vi armat.* idque ei neceſſarium eſt, *d. l. 3. §. 13.* & merito accommodatur, utcumque non tam poſſideat, quam uſusfructus nomine qualiter in poſſeſſione ſit, *d. l. 3. §. 17.* Alibi quoque dicitur naturaliter poſſidere videri, *l. 12. pr. D. de adquirend. vel amittend. poſſeſſion.* Ciceroni, propter uſumfructum poſſidere, *pro Caecin. cap. 32.* & a Paulo mox, in poſſeſſione eſſe: ab Vlpiano non poſſidere, ſed in prædio eſſe, *l. 6. §. 2. D. de precar.* Interdictum vero Vnde vi de rebus quidem mobilibus ſolis & per ſe non datur, *l. 2. §. 6. D. de vi & vi armat.* at qui de re immobili dejectus, hoc interdicto agit, etiam recte ſimul agit de mobilibus, quæ in fundo domove, de cujus poſſeſſione reſtituenda agitur, fuerunt, *d. l. 2. §. 6. 32. 34.* IDEM.

41. *Alio caſu*] Si fructuarius amiſerit uſumfructum, quia uti non potuit propter vim ipſi illatam, ſiquidem a domino dejectus ſit, in eandem cauſam illum reſtitui Prætor jubet: adeoque uſusfructus iterum illi conſtituendus eſt, *l. 9 §. 2. D. de vi & vi armat.* Si alius dejecerit, tantum dejecto fructuario præſtandum erit, quanti ejus interfuit non dejici, *l. 10. D. dict. tit.* Atque ad hæc agi poterit ex interdicto Vnde vi, quod de eo quod intereſt alias quoque datur, *l. 2. §. 31. 41. l. 6. D. dict. tit.* At ſi non per non uſum occaſione dejectionis, ſed poſt dejectionem alio modo, verbi cauſa, capitis deminutione etiam minima, quæ & ipſa id olim efficiebat, interciderit uſusfructus, nihil pertinet hæc res ad dejectionem, ideoque nec interdictum hoc habet locum ad conſtituendum iterum uſumfructum, vel præſtandum quanti intereſt, uſumfructum non intercidiſſe: ſed tantum utili actione agitur de fructibus ante illam amiſſionem uſusfructus perceptis, qui ad fructuarium pertinuiſſent, niſi dejectus fuiſſet. Ita quoque hunc locum intellexit V. C. Ant. Faber *Rationalib. ad h. l.*

Atque

Si fundus, cujus ususfructus petitur, non a domino possideatur, [42] actio redditur. Et ideo si de fundi proprietate inter duos quaestio sit, [43] fructuarius nihilominus in possessione esse debet: satisque ei a possessore [44] cavendum est, [45] quod non sit prohibiturus frui eum, cui ususfructus relictus est, quamdiu de jure suo [46] probet. Sed si ipsi [47] usufructuario quaestio moveatur, [48] interim ususfructus ejus offertur: sed caveri debet de restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est; [49] vel, si satis non detur, [50] ipse frui permittitur. LEX EST LX. D. DE VSVFRVCTV, ET QVEMADMODVM QVIS VTATVR FRVATVR.

Si de via, itinere, actu, aquae ductu agatur, hujusmodi cautio praestanda est, [51] quamdiu quis de jure suo doceat, non se impediturum agentem,

Atque inde constat rectum esse vulgatum *alio*, pro quo editiones quaedam Pandectarum antiquae, etiam Charondae, ad marginem habent, *aliquo*. IDEM.

42. *Actio redditur*] Confessoria in rem actio, in qua a parte rei non quaeritur, an is sit dominus. Satis est, ut possideat, & usumfructum neget, *l. 5. §. 1. D si ususfruct. petet. vel ad al. pertiner, neget.* IDEM.

43. *Fructuarius nihilominus in possessione esse debet*] Fructuarium in possessione esse debere ait Paulus, accurate loquens; proprie enim non possidet, §. 4. *Inst. per quas person. cuiq. adquirit.* A vera possessione ususfructus separatus est, nec haec duo permisceri debent, *l. pen. D. de adquirend. vel amittend. possession.* Neque impeditur possessio ex eo, quod alius fruatur: neque amputatur alterius ususfructus ex eo, quod alter possideat: ita enim *d. l.* legendum *neque* pro *namque*: & *amputari* pro *computari*: ut jus amputatum *l. 19. C. de poen.* Nec aliter habent veteres editiones aliquae: ac legit quoque Cujacius *Recitationib. ad dict. l. pen.* Aperte vero hic de fructuario agitur, qui est in quasi possessione ususfructus, illumque vindicat: nam & possessoribus ususfructus & servitutium actionem in rem competere constat, *l. 3. §. ult. D. si ususfruct. petet. l. 6. § 1. D. si servit. vindicet.* IDEM.

44. *Cavendum*] Editio Pandectarum Hug. a Porta Lugd. cIↃ IↃ XLVIII. & Paris. cIↃ IↃ LII. habent *dandum*, quod commodius. *Satisdare* est frequens: *satis cavere* insolitum. IDEM.

45. *Quod non sit prohibiturus frui eum &c.*] Haec cautio fructuario est praestanda a possessore, qui ei non movet controversiam de usufructu: quod & fit in aliis servitutibus, *l. pen. D. de aq. quotidian. & aestiv.* cujus verba mox hic sequuntur. IDEM.

46. *Probet*] Nempe, fructuarius. Atque haec lectio Florentini codicis melior vulgata, *probetur*. Ita & mox rursus Paulus *quamdiu quis de jure suo doceat*. IDEM.

47. *Usufructuario*] Qui non est in possessione ususfructus, & actione confessoria intendit adversus eum, qui quaestionem ei de usufructu movet. IDEM.

48. *Interim ususfructus ejus offertur*] Recte pro *offertur*, quod est in Libro Florentino, Accursius legit *differtur*, quod & editiones antiquae retinent. Pro *ejus* quoque nonnullae habent *ei*. Sensus est, quando de jure fructuarii controversia est, isque non est in quasi possessione ususfructus, non potest ille jam uti frui, antequam de eo judicatum sit: adeoque ususfructus ei differtur: nec possessor pati cogitur eum uti frui. Interea tamen ab eo huic fructuario cavendum, ut hic Paulus docet, de restituendo eo, quod ex his fructibus possessor percepturus est. IDEM.

49. *Vel, si satis non detur, ipse frui permittitur*] Haec translatio possessionis non dissimilis illi, quae probata est in controversia de dominio: qua de re copiose egit Cujacius *ad lib. 1. tit. 21.* IDEM.

50. *Ipse frui permittitur*] Sic Paulus *l. ult. D. de aleatorib.* dicit, *familia ludere permittitur*. Sic *partem dare conceditur* dixit Pomponius *l. 26. §. 2. D. de legat. lib.* 11. & *permittitur creditor constituere*, Ulpianus *l. 1. D. de solutionib. & liberationib.* apud quem in *l. 1. §. 16. D. ne quid in loc. public. vel itinere, fiat*, pro illis, *non est credendus sic aedificare*, ubi pro *credendus* quidam legunt, *concedendum*, dubito, an non sit scribendum *concedendus*. ac ita mox sequitur: *neque sic conceditur*. Optime jam omnia cohaerebunt. Ea verba. *Si quis a Principe simpliciter impetraverit, ut in loco publico aedificet, non est concedendus sic aedificare, ut cum incommodo alicujus id fiat: neque sic conceditur, nisi quis hoc impetraverit*: ubi quod dicit *impetraveris*, intelligendum videtur, causa cognita. Ita & loquitur Manilius *Astronomic. lib.* IV.

Quae fastidito conceſſa eſt jure potiri.

ubi Joseph. Scaliger ait, eum Graecissare. IDEM.

51. *Si de via, itinere, actu, &c.*] Rittershusius hanc sententiam posuit post §. *arbor. 13.* Aurelianensis editor post §. *ex rebus, 2.* Mihi illa hic non importune legi posse visa est post duas praecedentes, ubi non dissimilia traduntur in specie, qua fructuario negotium est cum rei possessore: atque ex illis, quae ibi notavimus, hic quoque locus lucem accipiet. IDEM.

52. *Quamdiu quis de jure suo doceat*] Is, videlicet, qui est in possessione juris. IDEM.

tem, & aquam ducentem, & iter facientem. Quod si neget, jus esse [53] adversario agendi, aquae ducendae, [54] cavere sine praejudicio amittendae servitutis debebit, donec quaestjo finietur, non se usurum. LEX EST VII. D. DE ITINER. ACTVQ. PRIVATO.

* [55] Fructuarius, licet [56] suo nomine. EST LEX XXI. D. QVEMADMOD. SERVITVT. AMITTVNT.

* Sive ad fundum nostrum facit, vel ex fundo. LEX EST XXIII. D. EOD. TITVL.

* Servitute usus non videtur, nisi is, qui suo jure uti se credidit: ideoque si quis pro via publica, vel pro alterius servitute usus sit, nec interdictum, nec actio utiliter competit. LEX EST VLTIMA D. EOD. TITVL.

9. [57] Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, induci prius debet ex his vicibus, quibus a singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. [58] Alienam autem aquam usurpanti nummaria pœna irrogatur: [59] cujus rei cura ad solicitudinem Praesidis spectat.

[60] IN-

53. *Adversario*] Qui non est in possessione servitutis, & convenitur negatoria actione. Si is ipse ageret confessoria actione, possessor rei, sive adversarius, illi deberet cavere, uti fit in praecedenti sententia. IDEM.

54. *Cavere sine praejudicio amittendae servitutis debebit &c.*] Reus hic debet intelligi, qui non est in possessione servitutis: & qui per consequens probare debet eam sibi competere, quando negatoria actione convenitur, *l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. D. si servit. vindicet.* In his enim actionibus, quae de servitutibus dantur, id obtinet, ut etiam possessor agere possit, & reus probare. *dd. ll.* Merito vero additur in cautione de non utenda servitute, donec quaestio finiatur, id fore sine praejudicio amittendae servitutis: fieri enim posset, ut illo non usu amitteretur servitus, *l. 8. §. 4. D. si servit. vindicet.* quod tempore Pauli fieri potuisse biennio docuit ipse *lib. 1. sis. 17.* IDEM.

55. *Fructuarius utitur, licet suo nomine &c.*] Verba haec Pauli ad hunc titulum pertinere, atque hoc loco non incommode collocari posse existimavi. Ipse Praetor in edicto *l. 1. D. de itiner. actuq. privat.* sic scribit *Quo itinere actuque privato, quo de agitur, vel via hac anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es, quo minus sic uteris, vim fieri veto.* Vbi ab Vlpiano *§. 7. seqq. d. l. & l. 3. §. 4. D. dist. rit.* etiam docetur, per quos aliquis servitute utatur: qua de re ex professo agitur *l. 20. & seqq. D. quemadmod. servitut. amittunt.* Rittershusius haec omnia collocavit ad finem tituli, hoc modo: *Ex hoc titulo VI. de interdictis pare sumpsisse Tribonianum eas sententias, quas posuit in l. 21. l. 23. & l. ult. D. quemadmod. servit. amitt. sic igitur nobis sententia.* Vsu retinetur servitus etiam cum fructuarius utitur, licet suo nomine; sive ad fundum nostrum facit, vel ex fundo. Servitute usus &c. Ita Rittershusius. & sic quoque editor Aurelianensis, qui haec ad finem tituli a. *de usufructu* posuit, verba consepit; nisi quod non habeat *vis etiam.* Ego quod ad sensum fateor, tale quid requiri ad haec connectenda: verum quis certus nobis erit auctor, haec ipsa omnia esse genuina verba Pauli? Ego itaque non aliter illa repraesentavi, quam in Pandectis leguntur. Ceterum fructuarius servitutibus praedio fructuario debitis uti non tantum potest, sed & debet, alioquin si per ipsius negligentiam non utendo perierit servitus, proprietario eo nomine tenebitur, *l. 15. §. ult. D. de usufruct.* IDEM.

56. *Suo nomine*] Tamquam fructuarius, & jure servitutis, ut sequens docebit sententia.

57. *Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, &c.*] Corruptissimus hic locus, summa conjectura ex libris veteribus, in quibus legitur, *indici prius debet, & his vicibus*, mihi restituendus videtur, *interdici prius debet, & his vicibus, quibus a singulis duci consuevit, ducenti vis fieri prohibetur.* Intelligit autem dari interdictum De aqua, quod ad retinendam veluti possessionem pertinet. Est autem simplex etiam inter rivales, ut interdictum de itinere actuque, nisi uterque suum esse usum aquae contendat, *l. 1. §. si inter rivales, D. de aq. cott. & aest.* Quod si quem appareat alienam aquam usurpasse, ei Paulus ait nummariam poenam irrogari, item hujus rei curam ad praesidem pertinere, ut *l. praeses, 6. C. de servi. & aq.* CVJAC. Emendatio Cujacii bonum exhibet sensum: sed omittitur in ea verbum *autem*: pro quo si legeretur *eam*, omnia forent plana. SCHVLTING.

58. *Alienam autem aquam usurpanti nummaria poena irrogatur*] Qualis irrogatur quoque ei, qui circa aquas publico usui inservientes aliquid incommodi molitus fuerit, in veteri lege, quam exhibet V. C. Th. Reinesius *inscripsion. Class. VII. inscript. 10.* IDEM.

59. *Cujus rei cura ad solicitudinem Praesidis spectat*] Huc pertinet *l. 2. D. de extraordinar. cognitionib.*

60. IN-

[60]INTERPRETATIO. *Vt communem rivum aequaliter ducere nemo vetet. Alterius aquam nullus usurpare praesumat.*

10. [61]Redditur [62]interdicti actio, quae proponitur ex eo, ut quis, quod precario habet, restituat. [63]Nam & [64]civilis actio hujus rei, sicut commodati, competit: eo vel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque injuriam pati non debet.

INTERPRETATIO. *Si quando alicujus precibus exorati aliquid cuicunque possidendum ad tempus* [65]*fuerit praestitum, & ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur adversus eum interdictum, & actio justa proponitur: quae actio civilis est, velut si de commodato agatur, ut res ipsa praestita sine aliqua difficultate reddatur: quia pro beneficio pati quemcunque injuriam non oportet.*

11. [66]Precario possidere videtur non tantum qui per epistolam, vel quacunque alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed & is, qui nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino, [67]possidet.

12. [68]He-

60. INTERPRETATIO.] Est sumpta ex ed. Genev. & Rittershus.

61. *Redditur interdicti actio, qua proponitur ex eo, &c.*] Precarium revocatur interdicto, De precario. Civilis autem actio eo nomine non competit, quia precarium donatio potius est, quam civile negotium, *l. interdictum, 14. D. de precar.* Immo quia aliquatenus simile est commodato, *l. 1. D. eo.* receptum est ex eo praescriptis verbis dari: quam tamen & ipsam ex bono & aequo oriri, ne cui beneficium suum damnosum sit, quam ex negotio contracto dicimus, *l. 2. D. eod.* CVJAC.

62. *Interdicti actio*] Recte dicimus, *ex interdicto agere*, quo modo loquitur Spartianus *Pescennio Nigr. cap. 2.* in verbis. *Cum Severo ex interdicto de imperio egisse fertur*, qua de re dictum ad inscriptionem hujus tituli. Sed *interdicti actio* dubito an sit a manu Pauli: & mox pro, *ex eo*, alii dicerent, *de eo*. SCHVLTING.

63. *Nam & civilis*] Pro, *sed & civilis*: quomodo Interpres Alaricianus etiam loquitur in *Epitom. Inst. Caji lib. 1. tit. 2. §. 1.* ubi id notavimus, & alibi plus semel. Vereorque adeo, ne is in verbis Pauli quaedam inverterit. IDEM.

64. *Civilis actio*] Actio praescriptis verbis, *l. 2. §. 2. D. de precar.* sive incerti condictio, *l. 19. §. ult. D. eod. tit.* quae sane est civilis, *l. 1. §. 1. 2. D. de praescript. verb. l. 7. §. 2. D. de pact.* & ad exemplum actionum nominatarum inducta, velut ad instar actionis ex empto, *l. 6. D. de rescindend. vendition. l. 1. C. de rer. permutation.* ex locato conducto, *l. 1. §. 9. D. depos.* mandati, *l. 1. §. 4. D. de praescript. verb.* unde quoque actio praescriptis verbis vocatur actio utilis, *l. 6. C. de transactionib.* atque haec ipsa hic quoque habebit similitudinem actionis commodati, ut Paulus hic docet. Vt adeo non sit credendum, apud Paulum actionem civilem lato sensu etiam Praetoriam comprehendere, quod existimat Mare. Aurel. Galvanus *de usufruct. cap. 17. n. 7.* verum ubinam veteres eo sensu actionem civilem usurpant, ut & Praetoriam intelligant? & ubinam actio praescriptis verbis Praetoria memoratur? Inducta vero est haec actio a Prudentibus de precario, non tam quod hic sit gestum negotium civile, quale actioni praescriptis verbis alibi originem praebet: sed, ut videtur, usu fori ex aequo & bono; quod & Cujacius existimavit ad hunc locum, & *Observat. lib. IV. cap. 7.* Idque malo dicere, quam cum eodem Cujacio *Notat. ad Mercator. lib. III. cap. 28.* precarium jure novo esse contractum. IDEM.

65. *Fuerit praestitum*] Anacoluthon: quod emendabitur, si pro *fuerit praestitum* legamus, *praestiterimus*. RITTERSHVS. Ratio loquendi tale quid flagitaret, quale quid in mentem venit Rittershusio: sed Aniano ratio styli non constitit. SCHVLTING.

66. *Precario possidere videtur non tantum &c.*] Possidere precario videtur, & qui finito tempore precarii, patiente domino possidet, licet ad hoc tempus non rogaverit, *l. in rebus, 4. §. ult. D. de precar.* Patientia igitur precarium redintegratur, non tamen initio patientia constituitur: sed constituendo precario preces adhiberi oportet, aut verbis, aut scriptis, *l. precario, 9. D. eod.* CVJAC.

67. *Possidet*] Ita habent edd. Lugd. CIↃ IↃ I. XVI. Paris. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. quod rectissimum est, cum hic de praesenti possessione agatur. Vnde miror, cur *possedit*, quod est in ed. Sich. retinuerit quoque Cujacius in edd. cum ipsius Interpretationibus, & Rittershusius. SCHVLTING.

12. [68] Heres ejus, qui precariam poſſeſſionem tenebat, ſi in ea manſerit, [69] magis dicendum eſt, clam videri poſſidere: nullae enim preces ejus videntur adhibitae. Et ideo perſecutio ejus rei ſemper manebit, nec interdicto locus eſt.

INTERPRETATIO. *Si heres ejus in ea poſſeſſione, quam auctor ſuus precario poſſederat, poſt mortem illius manſerit, magis aeſtimandus eſt clam, id eſt, occulte manere. Actio tamen proprietatis domino adverſus eum, qui ita manſerit, jure competit.*

13. [70] Arbor, quae [71] in alienas aedes, vel in vicini agrum imminet, niſi a domino [72] ſublucari non poteſt: isque conveniendus eſt, ut eam ſublucet. Quod ſi conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum [73] compeſcatur. Id qualiscunque dominus facere non prohibetur.

14. [74] Adverſus eum, qui hominem liberum vinxerit, ſuppreſſerit, in-

clu-

68. *Heres ejus, qui precariam poſſeſſionem tenebat, &c.*] Heres ejus, qui precario rogavit, tenetur interdicto ex perſona defuncti, *l. quaeſitum, 8. §. ult. D. de precar. l. 2. C. eod.* Ex ſua perſona non tenetur, quia morte finitum eſt precarium, *l. cum precario, 12. §. ult. D. eod. l. cum heres, 11. D. de diverſ. temper. praeſcript.* Nec jam heres, qui in poſſeſſione eadem manet, precario, ſed clam poſſidet. Igitur ex ſua perſona vindicatione convenitur, non interdicto de precario. Papinianus ait in *d. l. cum heres*, precarium heredem ignorantem precario ſcilicet defunctum poſſediſſe, non tenere, id eſt, precarium ad heredem ignorantem non tranſire. Idem tamen eſſe in ſciente compertum & exploratum eſt. Verum ideo ait ignorantem, ut aſſertioni conveniens exemplum eſſet. Hoc enim poſuerat, ignoratione heredis defuncti vitia non excludi. Item quia in uſucapionis quaeſtione, de qua tractat, omnimodo ignorantiam, & bonam fidem exiginus. CVJAC.

69. *Magis dicendum eſt, clam videri poſſidere*] Vt adeo ex ſua perſona interdicto de precario non teneatur; quod & indicat Paulus: ſed quidem ex perſona defuncti, auctore Vlpiano *l. 8. §. ult. D. de precar.* cui hunc locum Pauli non recte opponit D. Gothofredus *in not.* qui addit heredem teneri interdicto Quod vi aut clam: quod nec hic dicitur, & a vero alienum eſt, cum interdictum illud detur non de poſſeſſione, verum de iis, quae vi vel clam facta ſunt *l. 1. & paſſ. teſt. ſit. D. quod vi aut clam.* SCHVLTING.

70. *Arbor, quae in alienas aedes, &c.*] Exiſtimo legendum, *Arbor, quae in vicini agrum imminet*: Nam quae in aedes imminet, collucatur, non ſublucatur. Et in hanc rem ceſſante domino comparata ſunt duo interdicta: unum, De ſublucandis arboribus, alterum, De collucandis: quae proponuntur in *titul. de arbor. caed. Sublucare* eſt *compeſcere luxuriem ramorum*, quod usque ad XV. pedes ut fiat definitum eſt, a terra videlicet. *Sublucare* enim eſt, veluti *ſubtus lucem mittere. Collucare* quid ſit, dubitari poteſt: Vel enim eſt ſuperiores ramos lumini officientes ſuccidere, vel ipſam arborem ex ſtirpe penitus excindere; & hoc verius eſt, *l. 1. §. ſi arbor, D. de arb. caed.* & aedibus, quibus arbor impendet, utilius: Ad agros vero ſublucatio ſufficit. His verbis veteres in edictis uſi ſunt: Novi *adimere, & coërcere* dixerunt. Ait Paulus *qualiscunque dominus*, id eſt, ſive proprietarius, ſive fructuarius, *d. l. 1. §. non ſolum.* CVJAC.

71. *In alienas aedes, vel*] Expungenda haec putat Cujacius, pro quo ſtat veritas & edictum Praetoris, *l. 1. pr. & §. 7. D. de arboribus caedend.* Vereor, ne, quae diſtinctius docuerat Paulus de arbore impendente aedibus, & agris, a Compilatore male contracta ſint: quod & alibi factum fuiſſe obſervavimus. SCHVLTING.

72. *Sublucari*] Ad illa, quae Cujacius hic notavit, pertinet Feſtus *v. ſublucare*, cujus haec verba. *Sublucare arbores eſt ramos earum ſupprimere, & veluti ſubtus lucem mittere. conlucare autem ſuccisis arboribus locum implere luce.* Verbum autem *ſublucare* deſumptum eſſe ex XII. tabulis exiſtimat Jac. Gothofredus *Probationib. ad tab. VIII.* Ceterum *conlucare* quoque idem eſſe quod *interlucare*, ſive ramos lumini officientes decidere, ſcribit idem Feſtus *v. conlucare*, quem jam Viri Eruditi contradictionis accuſarunt, praecipue Salmaſius *in Solin. p. 585.* qui de eo verbo quoque plura habet *p. 584.* IDEM.

73. *Compeſcatur*] Ed. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. *compeſcitur*, quod mallem & ipſe. retinui tamen lectionem vulgatam, quae forte eſt a Compilatore, qui verba ex indicativis in praecipiendi formam transfiguravit. IDEM.

74. *Adverſus eum, qui hominem liberum vinxerit, &c.*] Plagium eſt ſuppreſſio liberi hominis, aut ſervi: ſic dictum, auctore Suida, quod fiat πλαγίως, id eſt, *λαθραίως*, vel ut Iſidorus ait, *ἀπὸ τῦ πλαγίυ*. Coërcetur autem lege Fabia: cujus poena nummaria primum fuit, tum metalli, *l. ult. D. de leg. Fab.* deinde gravior, *l. ult. C. eod.* De libero exhibendo etiam interdictum datur, *l. 3. D. de lib. hom. exh.* de ſervo non item. CVJAC.

75. *Alio*

cluſerit, operamve, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quam legis Fabiae ſuper ea re [75] actio redditur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is, qui detinetur: lege autem Fabia, ut etiam poena [76] nummaria coërceatur.

INTERPRETATIO. *Si quicunque hominem liberum ligaverit, abſconderit, incluſerit, aut, ut id fieret,* [77] *ſolatium praebueris, adverſus eum legis Fabiae actio datur,* [78] *id eſt, ut exhibeatur is, qui in cluſura, aut in vinculis detinetur ab eo, qui faciſſe convincitur: aut ſecundum legem Fabiam puniendus eſt, aut ſecundum aeſtimationem judicis poena nummaria feriendus eſt.*

15. [79] Bene concordans matrimonium ſeparari a patre [80] Divus Pius prohibuit:

75. *Actio*] Pro accuſatione, ut & alibi. Sic in *tit. C. quand. civil. actio criminal. praejudic.* Quæ poena fuerit legis Fabiæ incertum eſt: & quod de dimidia parte bonorum honeſtioribus adempta praeter relegationem ſcribit Paulus noſter *hoc lib. tit. ad legem Fab.* id non adſcribit legi Fabiæ, ſed juri poſteriori, quo & translata fuit cognitio de hoc crimine ad Præfectum Vrbi & Præſides provinciarum, & extra ordinem illud eſt coërcitum. SCHULTING.

76. *Nummaria*] Dimidiæ ſcilicet partis bonorum cum relegatione perpetua: ut docet Paulus infra *tit. ad l. Fabiam.* RITTERSHUS.

77. *Solatium*] Pro auxilio. Ita loqui ſunt ſcriptores poſterioris Latinitatis. vid. Car. du Freſne du Cange *Gloſſar. med. & infim. Latinitat. h. v.*

78. *Id eſt, ut exhibeatur &c.*] Hic Anianus Paulum non intellexit. RITTERSHUS.

79. *Bene concordans matrimonium ſeparari a patre &c.*] Pertinet hæc ſententia ad interdictum de liberis exhibendis & ducendis: quod ſocero non dari placuit adverſus generum, ne contra quam D. Pius conſtituit, bene concordantia matrimonia jure patriæ poteſtatis diſſolvantur, *l. 1. §. ult. D. de lib. exhib.* Eſt enim hæc ſeparatio dura, & acerba, *l. quæſitum, 12. §. uxores, D. de inſtruct. vel inſtrum. leg.* qua ratione etiam a parentibus liberi non ſeparantur, niſi forſitan nupta ſit filia, & invita detineatur a patre: in eum enim genero dabitur interdictum de uxore exhibenda & ducenda: ut probari poteſt ex *l. ſi invitæ, 11. C. de nupt. l. 2. D. de lib. exhib. & ex l. ult. C. eod.* quæ ad Euodium maritum ſcripta eſt. Ac ſane præſtat ſeparari filiam a patre, quam nuptias concordantes diſſolvi. Sed & matri interdum adverſus patrem æquum eſt interdictum reddi de exhibendo filio, vel filia, ut puta, ſi pater ſit everſor, diſſolutus & nequam, *l. 1. §. ſi vero mater. l. 3. §. etiam, D. de lib. exhib.* Ceterorum liberos a patribus ſeparari non oportet, *l. 3. §. item & §. ſi cum quis, D. de lib. hom. exh.* Similiter libertus a patrono non ſeparatur, maxime impubes, *d. l. 3. §. præterea.* aut frater a fratre, *l. penult. C. com. utr. jud. & ubicunque, 33. D. de edil. edict.* aut alumnus ab educatore, ideoque nec in patronum, fratrem, vel educatorem de libero homine exhibendo interdictum datur. CUJAC.

80. *Divus Pius prohibuit*] Ratio juris permittebat patri filiam abducere a marito, quippe, quam poterat vindicare, tamquam ſuam jure Quiritium, *l. 1. §. 2. D. de rei vindication.* niſi in manum viri convenſſet; tunc enim patriam poteſtatem amittebat. unde Paulus libro ſingulari de adulteriis *relat. in Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 4. de adulter.* ſeparat filiam in poteſtate ab ea, quæ auctore parente in manum convenerat. Iniquum tamen hoc eſt: ac veriſſimum illud Quinctiliani ex *declamation.* CCLIX. *Et, ut virgo pertinet ad patrem, tamen nupta pertinet ad maritum.* Mulieres quoque de tali parentum injuria conquerentes apud veteres memorantur: ac talium verba ex Afranio, Ennio & Plauto notavit Cujacius *Paratitl. tit. D. de liber. exhibend. it. ducend. & ad Novell.* XXII. Hunc ergo rigorem Divus Pius emendavit: idque jus, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ poteſtatis turbarentur, ſuo tempore certum fuiſſe indicat Vlpianus *l. 1. §. 5. D. de liber. exhibend. it. ducend.* qui tamen docet, ita rem geri debere, *ut patri perſuadeatur, ne acerbe patriam poteſtatem exerceat.* Vt ita & filiabusfamilias adverſus parentum inhumanitatem, & ſimul pietati parentibus debitæ, quantum ejus fieri poſſit, conſulatur. Eadem ratione hodie divortium liberorum non eſt in poteſtate parentum, ex conſtitutione Divi Marci, niſi magna cauſa interveniente, *l. 5. C. de repud.* quod probatur quoque reſcripto Severi & Antonini, *l. 32. §. 19. D. de donationib. inter vir. & uxor.* de quo loco legi merentur, quæ habet Cujacius *Obſervation. lib.* XXV. *cap. 9.* qui (ut id notem in tranſcurſu) accipit illic Vlpianum de donatione ſocero facta a nuru, ſecundum *§. prec.* cui ille ipſe ſocer nuncium miſit: & verba ultima §. *prec.* hæc, *ratione nova,* poni vult poſt, *erit irrita,* probabili conjectura. Ego quoque dubito, an non poſt *uxore* exciderit verbum *durare* vel *non dirimi.* Ita optime ſibi conſtabit Vlpiani ratiocinatio. *Si ſocer nurui* (quæ ipſi donaverat) *nuncium miſerit, donatio erit irrita, nova ratione: quamvis matrimonium concordantibus viro & uxore non dirimi ſecundum reſcriptum Imperatoris noſtri cum patre comprobatum eſt:* (adeoque videri poſſet muliere poſtea mortua donatio convaleſcere) *ſed quod ad ipſos, inter quos donatio facta eſt,* (nurum & ſocerum, qui nuncium miſit) *finitum eſt matrimonium:* adeoque donatio irrita, §. *10. d. l. l. 62. §. 1. D. dict. tit.* quæ eſt ratio nova, quam dat Vlpianus. SCHULTING.

§1. *Omni-*

buit: itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque: nisi forte quaeratur, ubi utilius morari debeat.

16. [81] Omnibus bonis, quae habet, quaeque habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

INTERPRETATIO. *Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei, quae in bonis suis habet, vel habiturus est, oppignorâsse videatur, in tali condicione nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligata videri possunt. Nec* [82] *momentum, si creditor petat, de his rebus, quas superius diximus, accipere potest.*

81. *Omnibus bonis, quae habet, quaque habiturus est, obligatis, &c.*] Obligatione generali bonorum, quae quis habet, habiturusve est, non continentur ea, quae verisimile est quemquam obligaturum specialiter non fuisse: veluti concubina, filii naturales ex ea suscepti, alumni, supellex, *l. obligatione, 6. & seq. D. de pign. l. 6. C. quae res pign. oblig. poss.* Alumni pene liberorum loco sunt: ideoque in generalem obligationem non cadunt. Item a nutritore, vel nutrice non separantur, *l. 3 §. proinde, D. de lib. homin. exhib.* & ex nomine educatoris sunt, *l. Lucius, 82. §. Lucius, 6. D. de legat. lib.* 11 & a minore XX. annis manumitti possunt, §. *eadem, qui & quibus ex sanct. man. non poss.* & dubitatur, an in eis locus sit S. C. Silaniano, *leg. 1. §. in eo autem, D. de S. C. Silanian.* & an ad eorum hereditatem educator veniat, *l. nutritoribus, 10. C. comm. de succeff.* an sit cum alumna connubium, *l. si quis, 26. C. de nupt.* eique testamento imperfecto relicta conservantur, *l. in testamento, 38. D. de fid. lib.* & dati tutores confirmantur, *l. Nosen. 52. De excus.* Veteres quoque matrem etiam nutricem dici volunt, auctore Nonio Marcello. Sed ad rem. Paulus ait, *ideoque de his nec interdictum redditur.* Intelligit Salvianum interdictum. Est autem Serviana, itemque Salvianum interdictum de rebus coloni pignori obligatis. Sed quemadmodum exemplo Servianae inducta est quasi Serviana, quae & utilis Serviana, & absolute Serviana, & pignoraticia & hypothecaria dicitur, & de rebus quorumcumque debitorum datur, ita & interdictum quasi Salvianum: & hoc probat *l. 2. Cod. de precario.* quae de quovis debitore loquitur. CVJAC. De hoc interdicto Salviano nonnulla quoque habet Cujacius *Observation lib. V. cap. 24.* quibus adjungi illa cupit, quae hic notavit.

82. *Momentum*] Hoc est, *possessorum remedium.*

TITVLVS VII.

De Obligationibus.

1. [2] Obligationum firmandarum gratia [1] stipulationes inductae sunt, quae qua-

1. *De Obligationibus*] Titulus quidem hic est generalis: & tamen sententiae sub illo collocatae ad solam pertinent stipulationem. Forte Paulus scripsit *de verborum obligationibus*, ut est in Pandectis: & titulum nonum ita concepit *de Praetoriis stipulationibus*: & utrobique Compilator aliquid omisit. SCHVLTING.

2. *Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, &c.*] Stipulatio quid sit *lib. II. titul. 3.* traditum est. Nunc Paulus ait, inventas esse stipulationes a jurisperitis, ut hoc vinculo ceterae obligationes firmarentur. Et ex eo colligimus, stipulationes non per se solas subsistere, sed ex aliis obligationibus pendere, *l. 5. §. conventionales, D. de verb. oblig.* Addit stipulationes ex eo appellatas, quod stipulum veteres firmum appellaverint, idemque Justinianus *in Instit.* tradit. Isidorus hunc locum citat *lib. V. Dicta est,* inquit, *stipulatio, quod stipulum, juxta Paulum juridicum, firmum appellavere.* CVJAC.

2. * *Obligationum firmandarum gratia*] Non, scilicet, in stipulationibus sola nos verba valide obligant; non magis quam ubi de dominio transferendo agitur, sola sufficit traditio: sed quemadmodum traditio ut dominium conciliet, justa causa, sive titulo opus est, *l. 31. D. de adquirend. rer. domin.* ita ut stipulatio valide obliget, subesse debet obligatio aliqua alia, vel obligandi causa: ac talis causa vocatur etiam causa civilis, *l. 49. §. 2. D. de pecul.* qualis dubio procul etiam erit donationis causa. Deficiente vero tali causa, ex stipulatione agenti exceptio obstabit doli mali, *l. 2. §. 3. D. de dol. mal. & met. exception.* quae etiam fidejussori datur, *l. 15. pr. D. de fidejussorib.* Vt adeo stipulatio illum in finem fiat, ut quis obligetur verbis: pendeat vero ex nego-

quadam [4] verborum ſolennitate concipiuntur: & appellatae, [5] quod per eas firmitas obligationum conſtringitur: [6] ſtipulum enim veteres firmum appellaverunt.

2. [7] Verborum obligatio inter praeſentes, non etiam inter abſentes contrahitur. Quod ſi ſcriptum fuerit [8] inſtrumento, promiſiſſe aliquem, [9] perinde habetur, atque ſi interrogatione praecedente reſponſum ſit.

INTERPRETATIO. *Verborum obligatio ideo inter praeſentes conſtare videtur, quia neceſſe eſt, ut is, qui aliquid* [10] *redditurum ſe promittit, ad creditoris interrogata reſpondeat: ut ſi interrogatus fuerit,* ISTVD DABIS? *ille reſpondet,* DABO: *ſi interrogatus fuerit,* PROMITTIS? *ille reſpondet,* PRO-

negotio contracto, *l. 5. pr. verſ. conventionales, D. de verbor. obligationib.* Unde & qui agit ex cautione, quae cauſam non continet, ac indiſcrete loquitur, cauſam illam probare debet, *l. 25. §. ult. D. de probationib.* (ubi ſtylus prodit ſatis manum Triboniani, ut dudum obſervatum eſt) *l. 13. C. de non numerat. pecun.* Datur & ſic obligato condictio ſine cauſa, ut liberetur, *l. 3. D. de condition. ſin. cauſ. l. 15. C. de fidejuſſorib. & mandatorib.* Saepe vero cauſa ob turpitudinem diſſimulatur: ſed & tunc magis ſpectandum, quod actum fuit, quam quod eſt ſimulatum, *l. 1. C. plus valer. quod agit. quam quod ſimulat. concipit.* Exemplum dabit Valerius Maximus *lib.* VIII. *cap. 2. ex. 2.* Ac tunc quoque petenti opponitur exceptio, *l. 8. D. de condition. ob turp. vel injuſt. cauſ.* abſoluti eſt condictio, ſi accipientis ſolius ſit turpitudo, *l. 1. fin. l. 2. pr. §. 1. l. 4. §. 2. D. dict. tit.* SCHULTING.

3. *Stipulationes*] De quibus jam egit *lib.* II. *tit. 3.*

4. *Verborum ſolennitate*] Verba, qualia olim prodita fuerint, docet Imperator §. *1. Inſt. de verbor. obligationib.* ubi addit, hodie ſenſum ſolum & conſonantem ab utraque parte intellectum deſiderari. *add. l. 10. C. de contrahend. & committend. ſtipulation.* IDEM.

5. *Quod per eas firmitas obligationum conſtringitur*] Unde & omnes ſtipulationes natura ſui dicuntur eſſe cautionales: id enim in iis agitur, ut quis cautior ſit & ſecurior interpoſita ſtipulatione, *l. 1. §. 4. D. de ſtipulationib. Praetor.* per has quoque certus creditor eſt, quantum petere, ac debitor quantum peti poſſit: quoniam judex hic rigide verba ſequi debet, nec quidquam ejus officio relinquitur, quod ſit in negotiis bonae fidei. Ratio illa, quod obligatio ita contracta facile poſſit tolli per acceptilationem, quaſi ob illam ſtipulationes inirentur, quam dat Em. Merillius *Obſervation. lib.* IV. *cap. 25.* illa, inquam, ab initio non videtur ſpectari a partibus: praeterquam enim quod interveniente novatione acceptilatio ſemper locum habeat, a principio quoque magis de ſolutione conſequenda, quam acceptilatione cogitatur. IDEM.

6. *Stipulum enim veteres firmum appellaverunt*] Idem docet Imperator *pr. Inſt. de verbor. obligationib.* Inde & poſteriori Latinitate ſtipulationis nomine ſignificabatur firmitas. Ita in teſtamento Bertichrami, Cenomanicae civitatis Epiſcopi, apud Baluzium *de formul. lib.* VIII. *p. 683.* ſcriptum eſt, *Prototius rei firmitate atque ſtipulatione adnecti praecepi.* Pro ſubſcriptione etiam hanc vocem uſurpari docet Car. du Freſne de Cange in Gloſſario ſaepius a me laudato. IDEM.

7. *Verborum obligatio inter praeſentes, &c.*] Stipulatio ſit inter praeſentes, non inter abſentes, §. *item verb.* II. *de inutil. ſtipul.* Neque obſtat *l. ea quae, 57. D. de don. inter vir. & uxo.* in qua proponitur ſtipulatio facta per epiſtolam. Fuiſſe enim eam epiſtolam cautionis loco emiſſam inter praeſentes intelligendum eſt ex *l. Titia, 134. §. penult. D. de verb. oblig.* Et ideo cum inter praeſentes in ea ſit ſcriptum promiſiſſe Titiam, omnia videntur ſolemniter acta: quod ex hoc loco Pauli Juſtinianus tradidit in §. *ſi ſcriptum, 16. de inut. ſtipul.* CUJAC.

8. *Inſtrumento*] In §. *16. Inſt. de inutilib. ſtipulationib.* qui ex hoc loco videtur deſumptus, ſcriptum eſt, *in inſtrumento.*

9. *Perinde habetur, atque ſi interrogatione &c.*] Non vult, ſi quis in chirographo fateretur ſe promiſiſſe, hac valere perinde, ac ſi interrogatione praecedente reſponſum fuiſſet, quod arbitrabatur V. C. Cl. Salmaſius *de uſur. cap. 6.* qui non debuit ſequi interpretem veterem *ad hunc loc.* nec moveri per *l. 41. §. 2. D. de uſur.* ubi ſtipulatio, etſi non memoretur, quia hoc ad rem non pertinebat, intelligi tamen debet interceſſiſſe, ut recte ſenſit V. C. Ger. Noodt *de faenor. & uſur. lib.* III. *cap. 2.* Aliud vult Paulus, ſecundum communem & veram ſententiam, ſcilicet, ſi in inſtrumento ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, hoc ipſo induci praeſumptionem juris auctoritate roboratam, omnia legitime acta: & interrogatione praecedente reſponſum fuiſſe. Eodem pertinent §. *ult. Inſt. de fidejuſſorib. l. 30. l. 134. §. 2. D. de verbor. obligationib.* idque verum, donec contrarium probetur. Non vero eodem modo praeſumentur illa, quae actui extrinſecus accedere debent, *l. 13 §. ult. D. de Publician. in rem action.* SCHULTING.

10. *Redditurum*] Nihil refert, quid in ſtipulationem veniat.

PROMITTO. *Sed* [11] *si scribat aliquis, se quamcunque summam redditurum, ita habetur, quasi ad interrogata responderit. Ideo ad* [12] *redhibitionem secundum scripturae ordinem* [13] *retinetur.*

* [14] Si sub una significatione diversis nominibus ea res, quae in stipulatum deducitur, appellatur, non infirmat obligationem, si alter altero verbo utatur.

* Si qui viam ad fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum [15] partemve ejus ante constitutam servitutem alienaverit, evanescit stipulatio.

LEX EST CXXXVI. D. DE VERBOR. OBLIGATIONIB.

3. [16] Fructuarius servus, si quid ex re fructuarii, aut ex operis suis adquirit, ad fructuarium pertinet: quidquid autem aliunde, vel ex re proprietarii adquirit, domino proprietatis adquirit.

4. [17] Cum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, perinde agi ex [18] stipulato potest, ac si ea res exstaret. Ideo promissor aestimatione ejus punitur: maxime si in dolum quoque ejus concepta fuerit stipulatio.

INTERPRETATIO. *Qui aliquid se cuicunque* [19] *redditurum esse promiserit, si ejus facto res promissa depereat, ita eam is, cui promissa est, ab eo* [20] *recipere potest, tanquam non perierit: ideoque promissor aestimatione habita pretium ejus rei, quae perierit,* [21] *reformare compellitur.* [22] *Quod in eo magis observandum est, si promissoris fraude fuerit factum.*

11. *Si scribat aliquis, se quamcunque summam redditurum &c.*] Hoc non dicit Paulus: sed si scriptum sit aliquem promisisse, perinde haberi, ac si interrogatione praecedente responsum sit: quod modo observavimus.

12. *Redhibitionem*] Hoc est, *praestationem.*

13. *Retinetur*] Hoc est, *obligatur.* Alibi hoc verbum usurpat pro *convenire actione*: de quo dictum ad Cajum *lib.* 11. *tit.* 9. §. 2.

14. *Si sub una &c.*] Has duas sententias, ut in Aurelianensi & Rittershusiana editione, sic quoque legi commode posse existimavi.

14. * *Si sub una significatione diversis nominibus &c.*] Verbi gratia, si ab una parte res nomine designetur, ab altera demonstretur: idem si denarios stipulanti ejusdem summae aurei promittantur, *l* 65. §. 2. *D. de verbor. obligationib.* SCHULTING.

15. *Partemve*] Pro parte enim servitus adquiri nequit, *l.* 8. §. 1. *D. de servitutib.*

16. *Fructuarius servus, si quid ex re fructuarii &c.*] Si quid servus, in quo usumfructum habeo, ex re mea stipuletur, mihi adquirit: sed & si quid ex operis suis. Nam & operae quodammodo sunt ex re mea, quandoquidem operas mihi fructuarius servus edere debet, *l. qui bona, 23. D. de adquir. rer. dom.* Quod extra duas istas causas stipulatur, proprietario adquirit, *l. adquiruntur, 10. D. eod.* CUJAC.

17. *Cum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit, &c.*] Si Stichi promissor Stichum occiderit, perinde tenetur ex stipulatu, ac si Stichus extaret: & ideo pretium Stichi peti potest, *l. si ex legati, 23. l. si servum, 91. in prine. D. de verber. oblig.* Maxime inquit, si in dolum quoque ejus concepta fuerit stipulatio, puta his verbis, *Dolum malum abesse abfuturumque esse.* Sed tamen omissa hac clausula idem erit juris. Sic vero & in dolum conceptam actionem dicimus, in qua hoc additur, *Quod dolo malo, l. hujus, 9. D. quod fal. tut.* & in aequum & bonum, in qua *Quod aequius melius*, vel *Quod aequum videbitur, l. eas. 8. D. de cap. min. l. pen. D. de sepul. viol.* IDEM.

18 *Stipulato*] Sich. sup. *tit. 5. nu. 1.* RITTERSH.

19. *Redditurum*] Potius dixisset *daturum.*

20. *Recipere potest &c.*] Hoc fieri nequit: sed ex stipulatu agit, & aestimationem recipit.

21. *Reformare*] Hoc est *restituere.* sic *lib.* 1. *tit.* 4. §. 8. ubi plura adnotavimus.

22. *Quod in eo magis observandum est &c.*] Paulus docet, promissorem tunc maxime teneri, quando res ipsius fraude periit, si promiserit dolum malum esse abfuturum; quae perperam more suo reddidit Interpres.

TITV-

TITVLVS VIII.

[1]*De Novationibus.*

1. [2]Non ſolum per nosmetipſos novamus, quod nobis debetur, ſed per eos etiam, per quos ſtipulari poſſumus: veluti per filiumfamilias vel ſervum, jubendo, vel ratum habendo. Procurator quoque noſter ex juſſu noſtro receptum eſt [3]ut novare poſſit.

INTERPRETATIO. *Novatio eſt, quoties cauſa novatur.* [4]*Non tantum autem nosmetipſi, ſed & per hos, quos in poteſtate habemus, cautiones noſtras novare poſſumus.*

1. *De Novationibus*] In edit. Aurelian. quam repræſentavit Fabrotus, non eſt novus titulus: ſed ſententia ſub eo poſita ſuperiori titulo addita eſt, non video quam ob rationem. SCHVLTING.

2. *Non ſolum per nosmet ipſos novamus &c.*] In quibuſdam Codicibus hoc initio hujus ſententiæ adſcriptum eſt, Novationes fieri, quotiens cautio renovatur. Deinde ſequitur, novari obligationem non tantum per nos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus, & per procuratores: videlicet ſi juſſu noſtro ſtipulentur, vel ſi ratum habuerimus, *l. ſi Stichum, 8. §. ult. l. novare, 20. l. ſi quis abſente, 22. D. de novat.* Et ita procurator domino priorem actionem aufert, novam cedere cogitur. Filiusfamil. vel ſervus patri, vel domino, etiam invitis, actiones adquirit ex reg. jur. non tamen eas invitis novant, *l. ſervus, 16. l. filius, 23. D. de novat.* Sed ſi ſtipulentur novandi animo, adquirunt actiones novat, nec tamen novatio fit: ideoque patris, vel domini juſſum, aut ratihabitionem exigimus, ut fiat novatio per ſervum, aut filium. CVJAC. Quod in quibuſdam codicibus invenit Cujacius initio hujus ſententiæ adſcriptum, novationes fieri, quotics cautio renovatur, dubito an a Paulo, & genuinum ſit. Melius Interpres, *quoties cauſa novatur.*: Re vera novatio habet locum in quovis debito, cum ex præcedente cauſa ita nova conſtituitur, ut prior perimatur, *l. 1. pr. D. hoc tit.* Adeoque & Cujacius hæc contextui recte non addidit. SCHVLTING.

3. *Ut novare poſſit*] Cuja. teſtatur, in q. l. initio hujus ſententiæ hæc adſcripta fuiſſe: Novationes fieri, quotiens cautio renovatur. RITTERSHVS.

4. *Non tantum autem noſmet &c.*] Hæc ex edit. Genevenſi poſt Rittershuſium recepimus.

TITVLVS IX.

[1]*De Stipulationibus.*

1. [2]Subſtitutus heres [3]ab inſtituto, qui ſub condicione ſcriptus eſt, utiliter

1. *De ſtipulationibus*] Titulus *De obligationibus* eſt de verborum obligationibus: ſpecialiter autem hic eſt *de præt. ſtipulationib.* Atque ita in Pandectis *tit. de verb. obl.* ſeparatur a tit. *de præt. ſtip.* CVJAC. In ed. Fabroti ſubjiciuntur huic notæ hæc. *In aliis tit. eſt de ſtip. prætoriis.* Quos intelligat per alios, vellem expoſuiſſet. Sane ſi libros veteres, recte hoc reciperetur: ſed in nulla veteri editione ex iis, quæ varietates lectionum exhibent, tale quid legitur: ac ſuſpicor a Compilatore hunc titulum ita relictum eſſe, uti hodie conceptus eſt vulgo. SCHVLTING.

2. *Subſtitutus heres ab inſtituto, &c.*] Ex hoc loco pulchre explicabitur *l. inter omnes, 12. D. qui ſatisda. cog. & l. Paulus notat, 8. D. de prætor. ſtipulat.* Nemo eſt, qui neſciat heredi inſtituto ſub condicione, ea pendente, Prætorem dare bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, quæ tamen, ſi poſtea deficiat condicio, ſine re conſtituitur. Nunc ſi inſtitutus ſub condicione ſubſtitutum habeat vulgari modo, & pendente condicione bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas agnoſcat, Prætor jubere ſolet, ut inſtitutus ſubſtituto utiliter, id eſt, ſatisdato caveat, nihil ſe deterius in hereditate facturum. Ait autem Vlpianus id ex cauſa Prætorem jubere. Inter ceteras autem cauſas hæc una eſt, ſi locuples ſit hereditas, id eſt, ſi major ſit centum teſtertiis: quoniam amplior tunc eſt in hereditate graſſandi facultas. Prætor autem non vult beneficium interim datæ bonorum

Digitized by Google

liter ſibi inſtitutum haciſtipulatione cavere [4]compellit, ne petita bonorum poſſeſſione res hereditarias deminuat. [5]Hoc enim caſu ex [6] die interpoſitae ſtipulationis [7]duplos fructus praeſtare compellitur. Hujus enim [8]praejudicium [9]a ſuperiore differt, quo quaeritur, an ea res, de qua agitur, [10]major ſit centum ſeſtertiis: [11]ideoque in longiorem diem concipitur.

INTERPRETATIO. *Subſtitutus heres eum, qui ſub condicione heres inſtitutus eſt, adita hereditate compellere poteſt, ut ſibi heres inſtitutus caveat, id eſt, cautione promittat, hanc ipſam hereditatem a ſe in nullo penitus minuendam.* [12] *Quo facto ſi quid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus ejus rei a die cautionis heres inſtitutus redhibere compellitur.*

2. [1]Ex rum poſſeſſionis cuiquam eſſe damnoſum. Quo fit, ut etiam in diem longiorem concipiatur ſtipulatio, puta, in decem aut viginti annos, ut in ſpecie *l. 1. D. de ripamunien. l ſi finita. 25 §. 1. D. de damn. inf. l. penult. D. de prat. ſtipulat.* Nam & tot annis pendere condicio poteſt. Dicere poſſis ſubſtitutum antequam condicio ſubſtitutionis exiterit, calumnioſe videri cautionem exigere: quod removet Paulus in *l. Paulus notat, 8. Nec*, inquit, *poteſt videri calumnioſe ſatis petere, quem alius antecedat.* Sic enim lego ex judicio Petri Fabri, viri optimi & doctiſſimi: neque hic error uno in loco eſt, ut in Commentario de uſucapionibus oſtendimus. Additur a Paulo hoc loco, ſi quid inſtitutus pendente conditione deminuerit, eum ex die interpoſitae ſtipulationis duplos fructus praeſtare: id enim cautione continebatur. Ait, *Subſtitutus heres ab inſtituto*, id eſt, *pone inſtitutum.* Ait, *Hujus enim praejudicium a ſuperiore differt*, quidam codices habent *defert.* Locus videtur eſſe depravatus, niſi haec referas ad aliud quoddam ſtipulationis genus, de quo Paulus ſupra ſcripſerat. Deſiderantur enim in his libris innumerae ſententiae, quae partim ſunt ab Alarico neglectae, partim a Juſtiniano in Pandectas translatae. CVJAC.

3. *Ab inſtituto*] Rectius abeſſet *vò ab.* nec enim quiſquam dixerit, *ſubſtitutus ab inſtituto*, pro, *ſubſtitutus inſtituto.* SCHVLTING.

4. *Compellit*] Per magiſtratum, cauſa ſummatim ſaltem cognita; ac poteſt ob rei momentum exiguum, vel prope certam ſpem conditionis implendae, haec cautio denegari: adeoque petenti objici per calumniam illam peti: quae res cognitionem magiſtratus requirit, *l. 1. §. 9. D. de ſtipulationib. praetor.* quo pertinet & quod Paulus noſter *l. 2. D. eod. tit.* ad Papinianum notat. *Et poteſt videri calumnioſe ſatis petere, quem alius antecedit.* In quibus eo minus aliquid auſim mutare, quia Papiniani verba, ad quae Paulus haec adſcripſit, non habemus: illa vero facile Paulo occaſionem dare potuerunt tale quid notandi, fieri nempe poſſe, ut videatur quis per calumniam ſatis petere, etiam eo ipſo, quod alius ipſum antecedit. Idque maxime procedet, ſi conditio facile impleri queat. Nec aliter exiſtimat V. C. Janus a Coſta *ad §. 2. Inſt. de diviſion. ſtipulation.* IDEM.

5. *Hoc enim caſu*] Nec haec bene cum praecedentibus cohaerent. Melior foret connexio, ſi pro *enim* legereiur *etiam*: niſi tamen Compilator haec excerpſerit ex Paulo ſocorditer. IDEM.

6. *Ex die interpoſitae ſtipulationis*] Non poteſt hic aliud tempus conſtitui: lis enim non poteſt de hereditate intentari, dum conditio, ſub qua heres eſt inſtitutus, pendet. IDEM.

7. *Duplos fructus praeſtare compellitur*] Eos, nempe, quos ex rebus hereditariis capere neglexit, *lib. 1. tit. 13. B ſi heredit. vel quid al. petat. §. poſſeſſor. 8.* Aliter durum foret heredem, cui Praetor bonorum poſſeſſionem conditione pendente dat, *l. 5 pr. D. de bonor. poſſeſſionib. ſecund. tabb.* quique adeo jure poſſidet, *per l. 11. D. de adquirend vel amittend. poſſeſſion.* deficiente conditione, indiſtincte in duplos fructus condemnari. Duo vero hic capita ſtipulationis diſtinguenda: unum eſt, ne quid deminuatur: alterum de duplis fructibus. IDEM.

8. *Praejudicium*] *Per praejudicium* hic videtur intelligi quaeſtio de cautione, quae occaſione hereditatis, vel nunc, vel poſtea petendae habet locum. Id ſane ſenſus exigit: quo tamen ſignificatu non temere alibi hoc verbum occurret. IDEM.

9. *A ſuperiore*] De quo egerat Paulus diſtincte, quod hic non fit. IDEM.

10. *Major ſit centum ſeſtertiis*] Quaſi minor talem cautionem non mereretur: ac tunc forte ſuffecerit repromiſſio. Alibi quoque in hereditatibus centum ſeſtertiis majoribus aliud jus viguit, quam in minoribus. Sic ſane & hereditas liberti centum ſeſtertiis minor lege Julia Papia arbitrio liberti relicta eſt, ut & patronum excludere poſſet, §. 2. *Inſt. de bon. libertor.* de quo aliquid habebimus ad Ulpiani *tit. ult. §. 3.* IDEM.

11. *Idroque in longiorem diem concipitur*] Facile intelligo, quare in longiorem diem cautio hic concipiatur: poteſt enim fieri, ut diu pendeat conditio. Quo pacto tamen haec cohaereant, melius poſſemus explicare, ſi quae his olim praemiſerat Paulus, haberemus. IDEM.

12. *Quo facto ſi quid de hereditate &c.*] Duo, quae in ſententia diſtinguuntur, hic commiſcet Interpres, praeſtationem eorum, quae quis imminuit, & praeſtationem

2. [11]Ex die accepti judicii dupli fructus computantur: & [12]tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumq; personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; [15]eorum quoque, quorum nomine promittitur.

INTERPRETATIO. *Ex ea die,* [16] *qua de causa fuerit judicatum, si in* [17] *redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur: & tam* [18] *hi, qui* [19] *addicti fuerint, quam etiam heredes eorum, vel procuratores, aut cognitores vel fidejussores eadem promissio comprehendit. Hic etiam* [20] *tenendi sunt, quorum nomine facta fuerit promissio.*

3. [21]Quoties judicatum solvi stipulatione satisdatur, omissa ejus actio rei judicatae persecutionem [22]non excludit.

INTERPRETATIO. *Si quando causa per judicium fuerit terminata, & judicati solutio fidejussione interposita fuerit repromissa, si is, cui fidejussio praebita est, hujus rei actionem qualibet ratione tardaverit, a persecutione rei, quae addicta est, non excluditur.*

4. [23]Eman-

tionem duplorum fructuum: quæ seperatim erant proponenda. IDEM.

13. *Ex die accepti judicii dupli fructus computantur: &c.*] Possessor rei alienæ, si condemnatus sit, ex die litis contestatæ duplos fructus reddit, *l. 22. Cod. Th. de fruct. & lit. exp. l. 2. C. Th. de usur. rei judic.* Ambrosius *epist.* XXIX. *Cum*, inquit, *adversarem etiam gravi condicione illum, si vicisset, actorum de duplis fructibus, & de sumptibus anno&c litis.* Sed hoc Justinianus non probavit, quia nec in libros suos retulit. Multa enim tacite abrogat, ut Cognitores, Crucem, & hanc de duplis fructibus actionem: vel potius quod jam in desuetudinem abiissent, ea in suis legibus residere non patitur. Solebat autem, ut Paulus significat, & de ea re cautio jussu Prætoris interponi, quæ & reum, & actorem, & heredes, procuratores, cognitores, fidejussores eorum comprehendebat. CVJAC.

13. * *Ex die accepti judicii*] Ante conventionem simplos tantum præstare male fidei possessorem docet Papinianus *Responsor. tit. 34.* & confirmat auctoritate etiam sententiæ Pauli nostri, qui forte id hic, vel alibi plenius olim exposuit. Verum in invasore idem ex die invationis constituerunt Iupp. Valentinianus & Valens *l. 1. Cod. Theod. de fructib. & lit. expens.* ubi & in bonæ fidei possessore post litem contestatam idem juris esse voluerunt: quorum neutrum placuit Triboniano, qui legem illam 1. non integram retulit *in l. 2. C. dict. tit.* quod notavit quoque V. C. Jac. Gothofredus *ad d. l. 1. Cod. Theod.* De duplis fructibus quædam scripsimus *ad lib. 1. tit. 13. D. §. 8.* SCHULTING.

14. *Tam dantes, quam accipientes*] An Paulus scripsit, *tam satis dantes, quam accipientes.* non enim tantum dicimus *satisdare*, sed & *satis accipere l. 5. §. 2. & 3. D. de verbor. obligationib.* etiam in specie qui rem vindicant, dicuntur *satis de lite accipere, l. 35. D. de fidejussorib.* Plura loca Brissonius dabit *de verbor. signification.* IDEM.

15. *Eorum quoque, quorum nomine promittitur*] Scilicet, personæ comprehendendæ sunt: hi enim ab illis, qui satisdant, reliquisque ante enumeratis possunt esse diversi. IDEM.

16. *Qua de causa fuerit judicatum*] Imo, qua acceptum est judicium, uti vult Paulus.

17. *Redhibitione*] Pro *restitutione.*

18. *Hi*] *Hos* lege, aut erit anacoluthon. RITTERSHUS.

19. *Addicti*] Hoc est, *condemnati. sic tit. 4. §. 9.* ubi id observavimus.

20. *Tenendi*] Hoc est, *obligandi.* Ita alibi.

21. *Quoties judicatum solvi stipulatione satis datur, &c.*] Is, qui stipulatus est judicatum solvi, eligere debet utrum malit agere ex stipulatu, an judicati. Duas enim actiones habet, quibus tamen intra tempora judicatis data experiri non potest, *l. 1. D. jud. solv. l. infra, 7. D. de re judic. l. si Sticbum, 7. §. idem Celsus, D. de novat.* CVJAC.

22. *Non excludit*] Quia stipulatio illa non interponitur novandi gratia, vel ut ab obligatione judicati discedatur: sed ut fidejussoribus cautum sit, *l. 8. §. 3. D. de novationib. & delegationib.* nec justum est præter intentionem contrahentium tantum inde effectum enasci. SCHULTING.

4. [21] Emancipati liberi praeteriti, si velint [24] se miscere paternae hereditati, & cum his, qui in potestate remanserint, communis patris dividere hereditatem, [25] antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cavere [26] cum satisdatione debebunt. Quod si satisdare non possunt, statim ex fide bonorum confusionem, [27] excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.

INTERPRETATIO. *Emancipati filii, si patris testamento fuerint praetermissi & se paternae hereditati cum reliquis fratribus,* [28] *qui in potestate manserunt, miscere voluerint, de confundendis rebus,* [29] *quas a patre emancipationis tempore perceperint, fidejussores dare compelluntur, qui eos omnia divisioni refusuros sua fidejussione promittant. Quod si hujusmodi fidejussores non dederint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur: exceptis tamen rebus, quas de castrensi peculio habere probantur.*

23. *Emancipati liberi praeteriti, si velint se miscere &c.*] Emancipati praeteriti petentes bonorum possessionem contra tabulas conferunt suis bona propria, exceptis castrensibus vel quasi castrensibus, *l. 2. §. nec castrense, D. de collat.* Collatio autem fit cautione ex edicto praetoris, *l. 1. §. jubet, D. eod. l. filium, 20. §. videamus, D. de bonor. poss. contra tabul.* post petitam bonorum possessionem contra tabulas, *l. 3. in prin. D. de collat. l. si filius, 15. D. de cond. caus. dat.* Immo ante petitam bonorum possessionem, ut Paulus ait: quod fit praefestinante emancipato, ut in specie *l. 3. §. emancipatus praeteritus, D. de collat.* non aliter. At si per inopiam non possit cavere, collationem re ipsa facere cogitur, aut in suos oblata cautione portionis emancipati possessio transfertur, aut, neutro cavente, curator portioni datur, *l. 1. §. jubet. §. si frater, Dig. de colla.* Et haec de hac Pauli sententia sufficiant. CVJAC. Adde Vlpianum *tit. 28. §. 4.*

24. *Se miscere paternae hereditati*] Ergone emancipati sese hereditati paternae miscent? Nemo hoc dixerit, qui veteres Juris conditores vel a limine salutavit. Ego credo Paulum scripsisse, *si bonorum possessionem petere velint*, vel saltem aliquid tali sensu: ac Compilatorem hoc perperam suis verbis extulisse, ut quoque facit in interpretatione. Mox etiam fit remotio bonorum possessionis. SCHVLTING.

25. *Antequam bonorum possessionem petant*] Non hoc tamen necessarium, nec accipiendum pro conditione: sed potius pro modo, ut sciant, quid debeant facere, si bonorum possessionem velint consequi, *l. 3. pr. D. de collation.* IDEM.

26. *Cum satisdatione*] Satisdatio non praecise exigitur, sed ut recte caveatur: adeoque & pignoribus caveri potest, *l. 1. §. 9. D. de collation.* IDEM.

27. *Excepto peculio castrensi*] Id est, eo, quod si emancipatus in potestate mansisset, castrensis peculii esset. Ceteroquin emancipatus, qui est paterfamilias, habere peculium non potest, *l. 182. D. de verbor. signification.* Idem est in peculio quasi castrensi, *l. 1. §. 15. D. de collation.* cujus alibi quoque in Pandectis mentio occurrit, *l. 3. §. 5. D. de bonor. possessionib. l. 7. §. ult. D. de donationib.* Inde in *l. 16. §. 12. D. ad S. C. Trebellian.* fit mentio filiifamilias, *qui munus militiae sustinebat, aliove quo officio praefuit.* (ubi *alio quo* scriptum est, pro *alii cui*, uti in *l. 156. §. 2. D. de reg. jur.* dicitur, *in alii locum.* & *l. 1. fin. D. de bonor. possession. secund. tabb.* occurrit *pars uni*, pro *unius*: quae duo loci notat Brissonius *in Lexic.*) Ceterum loca illa omnia a Triboniano interpolata esse putat Fr. Balduinus *Institut. lib. 111.* quod de quibusdam forte verum erit, uti existimat etiam Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de postuland.* de omnibus vero id asserere non ausim: & peculium quasi castrense notum olim fuisse colligitur satis ex verbis Papiniani, *l. 52. §. 8. D. pro soc.* ubi nulla erat interpolandi ratio: & prius monetur, si inter fratres sit initum voluntarium consortium, etiam stipendia & salaria in commune redigi, quamvis filius emancipatus haec non cogatur conferre. Vbi adeo & castrensis & quasi castrensis peculii apertum vestigium: nec ulla suspicio aliquid illic esse a manu Triboniani. IDEM.

28. *Qui in potestate manserunt*] Haec addidimus ex ed. Genev. clɔ lɔ LXXXVI. quae sane optime huic loco quadrant. IDEM.

29. *Quas a patre emancipationis tempore acceperunt*] Imo omnia, exceptis castrensibus, secundum ipsum Paulum.

TITV-

TITVLVS X.

De Contrahenda Auctoritate.

1. Ob metum impendentis damni vicinus vicino [a] ſatisdare debet, additis ſponſoribus, ſuper eo, quod damni acciderit.

2. De communi pariete [b] utilitatis cauſa hoc coepit obſervari, ut aedificet

1. *De contrahenda Auctoritate*] Perſequitur ſub hoc titulo Paulus tractatum prætoriarum ſtipulationum, & proponit ſtipulationem Damni infecti, eique conjunctam quæſtionem, de communi pariete: Ideoque a ſuperioribus hæc non erant dividenda. Sed & quid his verbis, *De contrahenda auctoritate*, ſignificetur, non intelligo, niſi quis dicat venditorem, qui contractus ſui auctoritatem defugere non poteſt, auctoritatem contrahere, quod fit auctoritatis obligatus ex ſtipulatione duplæ: de qua in integro Sententiarum libro, quod Prætoria eſſet, Paulum hoc loco nonnihil ſcripſiſſe divinare liceat. Sed demus hoc, item concedamus hanc diviſionem tolerari poſſe: inſcienter ſaltem, hoc negari non poteſt feciſſe Alaricum, ſive Anianum, qui illis, quæ de ſtipulatione auctoritatis Paulus ſcripſerat, prætermiſſis, hunc nihilominus titulum retinuerit. Legi in quibusdam ſcriptis, *De contrahenda hereditate*, quod etiam vitioſum eſt. Equidem malim aut eum titulum omnino circumſcribere, aut legere, *De communi pariete*. Potuit hic tam gravis error hunc locum occupare, ut & *lib.* 11. *tit.* 30. in quo perperam in omnibus codicibus, cum excuſis, tum ſcriptis legitur, *De orationi D. Severi*, cum ſit legendum, *De rationibus diſtrahendis*. Sunt errores in omnibus libris portentoſi, ſunt qui ex antiquo inſederunt penitus, ſunt qui ab ipſis auctoribus, fallente manu, uti fit, commiſſi nec correcti ſunt, quos niſi vir exercitatus, & in conjecturis ſagaciſſimus nunquam cernat, aut ſi ſubeſſe præſentiſcat, vix unquam recte queat emendare. Itaque non cuivis ad hoc ſtudii genus temere accedendum eſt. CVJAC.

1. * *De contrahenda auctoritate*] Quamvis ea, quæ ſub hoc titulo leguntur, ad cautionem de damno infecto, ac parietem communem pertineant, non tamen hunc titulum Paulo abjudicare audeo, non ignarus, & alibi Anianum ſub Pauli titulis ea poſuiſſe, quæ ſub aliis rectius fuiſſent collocata, veluti *tit.* 2. *hoc lib.* & *lib.* 11. *tit.* 30. & 32. & alibi. *Auctoritas* vero hic videtur notare contractum, aut ſtipulationem de præſtanda auctoritate, ſive firmitate contractus emptionis, adeoque & evictione præſtanda. Atque ita *auctoritas* accipitur commodiſſime, cum dicitur *inſtrumentum auctoritatis*, *l. ult. D. de pigneratit. action.* & *auctoritatis tabulæ*, apud M. Senecam *lib.* III. *Controverſ.* 21. *fin.* Quæ mihi omnia in mentem forte non veniſſent, niſi me de iis bon ita pridem monuiſſet Juvenis egregius, & qui præclara pollicetur, Nicolaus ten Hove, cognatus meus, & diligentiſſimus auditor: quod ipſum ſilentio nolui premere. Cujacius quoque aliquid habet, quod huc accedat: ſed is ſibi non fidit, & variat. SCHVLTING.

2. *Auctoritate*] Al. *hereditate*. Cujaci. putat legend. *De communi pariete*. vel etiam hunc titulum omnino circumſcribendum. Nam ſtipulatio damni infecti pertinet etiam ad tit. 9. RITTERSHVS.

3. *Ob metum impendentis damni vicinus &c.*] Propter metum ruinæ vicinus vicino cavet, vel ſatisdat damni infecti, atque etiam propter vitium communis parietis *l. in hac, 28. §. 1. l. inter quos, 39. D. de dam. infect.* CVJAC.

4. *Satisdare debet additis ſponſoribus*] Compilatoris manum hic quoque agnoſco non tantum, quia dicitur *ſatisdare additis ſponſoribus*; quomodo noſtri in jure non loquuntur: ſed ſimpliciter dicunt *ſatisdare*: quo etiam verbo tantum utitur Prætor in edicto ſuo de damno infecto *l. 7. pr. D. de damn. infecto*, ſed quia Paulus quoque non eſt credendus omiſiſſe, quod in eodem eſt edicto, proprio nomine promitti, quod dubio procul frequentius eſt; alieno verb ſatisdare: atque hujus poſterioris ratio eſt, quia qui pro alio cavet, eſt habendus pro defenſore, qualis, ſecundum veterem regulam, nemo eſt idoneus ſine ſatisdatione, §. 5. *Inſt. de ſatisdationib.* SCHVLTING.

5. *De communi pariete utilitatis cauſa &c.*] Ipſo jure non poteſt ſocius, invito vel ignorante ſocio, communem parietem demoliri & reficere, *l. parietem, 8. D. de ſer. urb. prædio.* Vtilitatis tamen cauſa, cui jura cedere debent, receptum eſt, ut poſſit is, cujus maxime intereſt, & impenſas, pro ſocio, aut communi dividundo judicio pro parte conſequi, *l. ſi ædibus, 32. D. de dam. inf.* Atque ita propter utilitatis cauſam ſtrictam juris rationem inſuper habemus, ut ait *l. ſunt perſonæ, 43 D. de relig. & ſumpt. fun.* Et hodie non erit ob vitium parietis communis neceſſaria ſtipulatio damni infecti. CVJAC. Bene Cujacius in edd. cum Interpp. ſuis ſeparavit hanc ſententiam a ſuperiore, ut & Rittershuſius. In aliis antiquis utraque conjungitur: ac Interpres vetus hæc confudit.

6. *Vtilitatis cauſa cœpit obſervari*] Qualia & alia occurrunt, ubi alio jure utimur, quam juris ſubtilitas exigeret, ut *l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. D. de teſtam. tutel.* De qualibus plura invenire eſt apud V. C. Ger. Noodt *Probabil. lib.* I. *cap.* 2. Sed quare ædes communes reficere licet ex juris ratione, *l. 32. D. de damn. infect.* non vero ſtricto jure parietem communem? Forte quia paries non eſt pro indiviſo communis: ſed quatenus

cet quidem cui aedificare intereſt: cogatur vero ſocius portionis ſuae impenſas agnoſcere.

INTERPRETATIO. *Si quando aliquibus vicinus paries ruinae metum videatur oſtendere, invicem ſibi datis fidejuſſoribus promittere debent, ut ſi cui vicinus paries damnum fecerit, a ſocio ſarciatur. Sed ſi ab uno ex his communis paries propter metum ruinae fuerit reparatus, impenſas fabricae ſocius illi pro portione ſua praeſtare cogendus eſt.*

tenus cujusque ſolo infiſtit, singulorum: ut ita quis reficiens agat quoque aliquid in parte, quæ plane ipſius non eſt. SCHVLTING.

7. *Cui*] Malim *cujus*. RITTERSHVS. Porte ſic hæc concepit Interpres: a quo etiam eſſe videtur *aedificare* pro *refiare*.

TITVLVS XI.

De Donationibus.

1. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praeſente filia genero traditae donationem perfeciſſe videntur.

2. Probatio traditae, vel non traditae poſſeſſionis non tam in jure, quam in facto conſiſtit: ideoque ſufficit ad probationem, ſi rem corporaliter teneant.

INTERPRETATIO. *Si inter aliquos de tradita aut non tradita re naſcatur*

1. *Species extra dotem a matre in honorem &c.*] Si mater præſente filia, genero extra dotem ſpecies quasdam in honorem nuptiarum tradiderit, eas filiæ donaſſe videtur, *l. donationes, 31. §. ſpecies, D. de don.* Et ideo filiæ, ſoluto matrimonio, adverſus maritum datur earum rerum nomine condictio ſine cauſa, vel actio depoſiti, vel mandati, vel negotiorum geſtorum, vel ad exhibendum, vel rerum amotarum. CVJAC.

1. * *Species*] Papinianus quoque *l. 31. § 1. D. hoc tit.* utitur hoc verbo. Ac olim in donando res ſingulæ nominandæ erant, quæ donarentur, *l. 1. & 2. Cod. Hermogenian. hoc tit.* SCHVLTING.

2. *Extra dotem*] Vt ſint apud virum loco paraphernalium, quæ & nomine peculii veniunt, *l. 31. §. 1. D. hoc tit. l. 9. § 3. D. de jur. dot.* IDEM.

3. *Praeſente filia genero tradita*] Id, videlicet, agit mater, ut filiæ donet, resque adeo filiæ adquirantur, atque ab illa viro videantur datæ pro paraphernis. Vt vero res alicui adquiratur, ſi quidem penes ipſum ſit, voluntas donantis ac donatarii ſufficiet ad translationem dominii, *§. 43. Inſt. de rer. diviſion. l. 9. §. ult. D. de reb. credit.* At cum res non eſt penes eum, qui illam accipiet, tunc præſentia opus eſt, uti *l. 74. D. de contrahend. emption. l. 1. §. pen. D. d. adquirend. vel amittend. poſſeſſion.* ſic & prope eſt, ut datum videatur ab eo, pro quo præſente alius illi donare voluit, *l. 41. D. de mort. cauſ. donationib.* Ita Barth. Cheſius *Diſſertiar. lib. 1. cap. 95.* IDEM.

4. *Probatio traditae, vel non traditae poſſeſſionis, &c.*] Si quis rem corporaliter teneat, cum ei donatur, hoc ſufficit ad traditam poſſeſſionem. Traditio enim ſive poſſeſſio facti potius eſt, quam juris, *l. quadam, 77. D. de rei vind.* CVJAC.

5. *Traditae, vel non traditae poſſeſſionis*] Tempore Pauli ad donationis perfectionem requirebatur, ut res ipſæ eſſent traditæ aut mancipatæ, ut docet *l. 4. Cod Theod. hoc tit.* (ubi exceptio, de qua mox) aut in jure ceſſæ, *l. 1. Cod. Hermogenian. hoc tit.* ac de traditione id intelligi poteſt ex *l. ult. §. 1. D. hoc tit.* mancipationis vero crebra mentio: de quo aliquid dictum eſt ad Cajum *Inſt. lib. 1. tit. 6. §. 5.* Non vero hic Paulus docet, quid ſufficiat ad traditam poſſeſſionem, quomodo illum accepit Cujacius: ſed quæſtionem illam, an poſſeſſio ſit tradita, vel non, non in jure, ſed facto conſiſtere, quale quid & Julianus notat *l. 7. §. ult. D. de curatorib. furioſ. & al. extr. minor. dand.* ſufficere vero ad probationem, quod quis rem corporaliter teneat. Notavit quoque Cujacii interpretationem V. C. Ant. Faber *de erroribus pragmatic. decad.* XLIII. *err. 3. n. 5.* SCHVLTING.

6. *Teneant*] Malim *teneam*. RITTERSHVS.

7. *Inter-*

tur [7] intentio, hujus rei probatio non in jure aut in scriptura, sed in facto constat. Ideo ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur.

3. [8] Pater si filiofamilias aliquid donaverit, & [9] in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convaluerit.

4. [10] Cum unius rei in duos donatio confertur, [11] potior est ille, cui res tradita est. Nec interest, [12] posterior quis, an prior acceperit, [13] & exceptae necne personae sint.

INTERPRETATIO. *Si aliquis unam rem duobus* [14] *per legitimas scripturas dona-*

7. *Intentio*] Fort. *contentio*. Sed tamen video Amianum & supra ita loqui III. 5. 45. IDEM. Nos quoque illic notavimus hoc verbum illo ævo pro lite & contentione usurpatum fuisse.

8. *Pater si filiofamilias donaverit, &c.*] Donatio, a patre in filiumfamilias collata, sola patris morte non confirmatur, *l. 1. §. 1. D. pro donato. l. 2. §. ultim. D. pro herede.* sed si patris extremo judicio fuerit confirmata, morte patris constat donationem convalescere, *l. pannit. Digest. de collat. dot. l. 2. C. Gregor. famil. erciscund.* Scripsimus hac de re *ad l. 2. D. pro herede.* CUJAC.

9. *In ea voluntate perseverans decesserit, &c.*] Donatio talis patris filiofamilias facta magis est destinatio paternæ voluntatis, quam donatio, *l. 11. C. hoc tit.* quæ est *l. 2. Cod. Hermogenian. hoc tit.* ubi illa plenior exhibetur. Mors sola patris olim non sufficiebat filio: sed requirebatur, ut voluntas patris duraret: saltem non esset mutata, *l. 18. C. famil. erciscund.* Et ne sic quidem ipso jure donatio convalescebat: adeoque nec res talis a filio poterat usucapi, *l. 2. §. 2. D. pro hered. l. 1. §. 1. D. pro donat.* verum per arbitrum familiæ erciscundæ filio res adjudicabantur, *l. 18. C. famil. erciscund. l. 2. Cod. Gregorian. eod. tit.* ac sic donatio vires accipiebat. Olim parentes quoque liberis talia, quæ donaverant, legabant: quo pertinet quod scribit Plinius *Natural. Histor. lib. XXXIII. cap. 2.* his verbis: *Quinque librarum corona Piso Frugi filium ex privata pecunia donavit: eamque coronam testamento ei prælegavit.* Si filius emancipatus fuisset, donatio statim fortita fuisset effectum. Quod vero in *l. 13. C. de collationib.* filia, quæ in potestate fuerat, donationem non habuit præcipuam, id fieri potuit, vel quod voluntas patris non duraverat, uti ad illum locum notatur in Græcorum Scholiis: vel potius, ut alii censent, quia qui dicitur donatus fundus, erat datus tantum in peculium: qualia quoque dicuntur pater & dominus donare *l. 31. §. 2. D. hoc tit. l. 17. §. 2. l. 49. D. de adquirend. rer. domin.* Jure novissimo ipso jure quo pacto donatio talis morte confirmetur, docet *l. 25. C. de donationib. inter. vir. & uxor.* SCHULTING.

10. *Cum unius rei in duos donatio confertur, &c.*] Cum diversis temporibus a domino eadem res duobus donatur, potior est is, cui priori possessio tradita sit, etiamsi alter sit ex personis exceptis, puta ex parentibus, vel liberis, vel etiam si in alterum prius fuerit donatio collata, *l. quotiens, 15. C. de rei vindic. l. penult. C. Greg. eod. simil.* Hoc tantum in donationibus exceptis personis datum est, ut sufficiat quibuscumque verbis expressa voluntas, *sup. tit. 1. libro* IV. exceptis lege Cincia, ut *l. 4. C. Th. de donat.* CUJAC.

11. *Potior est ille, cui res tradita est*] Quia non nudis conventionibus, sed traditionibus dominia rerum transferuntur, *l. 20. C. de pact.* Aliud in donationibus a Principe factis constituit Imp. Constantius *l. 5. Cod. Theod. de petitionib. & ultr. dat.* Quod ille recte facere potuit, cum, quod traditio ad dominii translationem requiratur, juris sit civilis, non etiam naturalis, quod bene vidit H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 6. §. 2.* SCHULTING.

12. *Posterior quis, an prior*] Scilicet donatarius, cui verbis est res addicta. IDEM.

13. *Et exceptae, nec ne personae sint*] Personas exceptas intelligit conjunctas; inter quas fieri donatio potest quibuscumque verbis, ut dixit *lib. IV. tit. 1. §. 12.* qui sunt parentes, ac liberi, *l. 4. l. 5. l. 7. Cod. Theod. hoc tit.* quos ab hac solennitate non liberavit lex Cincia: sed Divi Pii constitutio, *d. l. 4. Cod. Theod. hoc tit.* ante illam & hi jus commune sequebantur: ut constat ex Plinio *lib. X. epistol. 9.* quem laudat & exponit Fr. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 13.* qui etiam *cap. 25.* bene recedit a Jac. Gothofredo *ad l. 4 Cod. Theod. hoc tit.* existimante, inter has personas remissam quidem esse mancipationem in rebus Italicis, sed non traditionem in provincialibus, quod nec fundamentum habet, ne convenit illis, quæ *dict. loc.* refert Plinius. Ceterum Divi Pii constitutio utcumque donationem fecerit validam inter has personas, quibuscumque verbis esset facta: (quomodo hodie inter qualescumque personas donatio, modo non major quingentis aureis, fieri potest ex Justiniani constitutione *§. 2. Inst. l. 35. §. ult. C. hoc tit.*) non tamen id admissum, ut sine traditione, mancipatione, similive modo, v. gr. cessione in jure, transiret dominium. IDEM.

14. *Per legitimas scripturas*] Hoc ignoravit Paulus: sed addidit Interpres hic & ad *§. seq.* ex Codicis Theodosiani constitutionibus. Idem exigit Rex Theodericus *Edict. cap. 51. 52. 53.* IDEM.

donaverit, uni prius, & alteri poſtea, non quaerendum eſt in his donationibus, qui prior, qui poſterior [15] *ſit: ſed qui rem tradente donatore poſſederit, is eam, cui eſt tradita, poſſidebit. Nec intereſt, utrum in* [16] *parentes, an in extraneos talis ſit facta donatio.*

5. [17] Invitus donator de evictione rei donatae promittere non cogitur: nec eo nomine, [18] ſi promiſerit, [19] oneratur: quia lucrativae rei poſſeſſor ab evictionis actione [20] ipſa juris ratione depellitur.

INTERPRETATIO. *Si aliquis rem* [21] *juris ſui ſcriptura interveniente donaverit, evictionis poenam ſibi conſtituere invitus non compellitur: ad quam rem, etiamſi volens promiſerit, non poteſt* [22] *retineri: quia res, quae lucrum alteri facit, damnum pro munere ſuo donatori inferre non poterit. Et ſi ad hanc rem is, cui donatum eſt, donatorem voluerit attinere, ab hac actione* [23] *omnimodis removetur.*

[24] Vel ſic. *Qui rem ſuam donat, evictionis poenam ſcribere non debet. Quod ſi ſcripſerit, ei non nocebit.*

Si pater emancipati filii nomine donationis animo pecuniam foeneraverit; eamque filius [25] *ſtipulatus: & ipſo jure perfectam donationem* [26] *ambigi non poteſt.* EX LEGE XXXIV. D. HOC TITVLO.

6. [27] Ei

15. *Sit*] Hoc verbum eſt in ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. ac exſtat in Capitularibus *lib.* VII. *cap.* 362. ubi haec adducuntur.

16. *Parentes*] *Parentes* hic Anianus ponit pro cognatis: ut & Tertullianus & alii. Vnde *parentela* in jure Canonico eſt cognatio. RITTERSHVS.

17. *Invitus donator de evictione rei donatae &c.*] Donator de evictione non tenetur: nec enim aequum eſt, ut ex liberalitate ſua damnum ferat, *l. Ariſto, 18. §. ultim. D. de donat.* Et hoc verum eſt, ut Paulus ait, etiam ſi eo nomine promiſerit. Promittendi verbo alias ſtipulatio ſignificatur, alias pactum, *l. juris gentium, 7. §. quod ſere, D. de pact.* Modo pactum: Nam ſi ſtipulanti donator promiſerit, tenetur, *l. 2. C. de evict.* CVJAC.

18. *Si promiſerit*] *Si promiſerit, ſcilicet pacto*, inquit Cujac. ut vulgarem hanc lectionem tueatur, non recte. Ego aliquando oſtendi D. Giphanio, videri mihi legendum, *Niſi promiſerit.* quam conjecturam is tum probabat. Sic vice verſa *Niſi* pro *Si* perperam legitur cum alibi, tum in *l. 15. D. de donat.* RITTERSHVS. Valde probo emendationem Rittershuſii: a ratione enim juris alienum, generaliter dici, aliquem de evictione non teneri, ſi promiſerit. Ac praecedentis vocis ultima ſyllaba *ne* effecit forte, ut ſequens *ni* interciderit. Interpres quidem legit *ſi*: ſed jam ante illius tempora multa in Veterum libris corrupta fuiſſe non tantum eſt probabile, & ex natura communi rerum credendum: ſed & Imperatores docent *l. un. Cod. Theod. de reſponſ. prudent.* Adde quae notavit Cujacius *ad tit. 20.* SCHVLTING.

19. *Oneratur*] Niſi dolo malo rem donaverit alienam, inque eam magnas impenſas fecerit donatarius, quo caſu agere is poteſt de dolo, *l. 18. §. ult. D. hoc tit.* ſi, ſcilicet, aliter impenſas ſervare nequeat: id enim ſi poſſit, actio doli ceſſabit, ſecundum *l. 1. §. 1. 4. D. de dol. mal.* Quin & ſtipulationis dolum malum abeſſe inter donantem & donatarium interpoſitae exemplum occurrit egregium in praeclara inſcriptione apud Gruterum *p.* MLXXXI. quam ex profeſſo explicuit ante mihi laudatus Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 24.* Idque etiam ratione vitiorum fieri docet Modeſtinus *l. 62. D. de Aedilit. edict.* Non interpoſita ſtipulatione, nullisque impenſis factis, id quod evenit, boni conſulere debet donatarius. Quo faciunt quae Cicero dicit de donatione agrorum a L. Antonio facta, & a Senatu diſſoluta *Philippic. V. cap. 5.* ubi ait: *Nam poſſeſſores aequiore animo diſcedent: nullam impenſam fecerant, nondum inſtruxerant.* IDEM.

20. *Ipſa juris ratione*] Quid enim reſtituet, qui nihil accepit? *l. 1. 62. D. de Aedilit. edict.*

21. *Juris ſui*] Vt evictio locum habeat, debuit fuiſſe res juris alieni, vel alteri obligata. Male ergo hoc additum.

22. *Retineri*] Pro *convenire*: quod ſaepius habuimus. mox dicet *attinere.*

23. *Omnimodis*] De hoc verbo dictum *ad lib.* IV. *tit. 13. §. 1.*

24. *Vel ſic &c.*] Ex edit. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & Rittershuſiana.

25. *Stipulatus: & ipſo jure*] Malim, *ſtipulatus eſt: ipſo &c.* nam & alias *eſt* in *&* depravatum reperimus.

RIT-

6. [27] Ei, qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, [28] in infinitum donare non prohibemur: si tamen donatio, & non merces eximii laboris appellanda est: [29] quia contemplationem salutis certo modo aestimari non placuit.

INTERPRETATIO. *Si quis aliquem de imminenti periculo, id est, de latronum aut hostium persecutione vel manu eripuit, quidquid vel quantum, aut si omnia is, qui liberatus est, pro salutis suae mercede donaverit, nec ab ipso donatore, nec ab heredibus ejus repeti potest: quia vitae praemium nulla potest aestimatione pretii pensari.*

RITTERSHVS. Editiones vulgatæ Pandectarum veteres habent, *eamque stipulatus est filius: ipso jure.* quæ lectio Florentinæ præferenda est. SCHVLTING.

26. *Ambigi non potest*] Alias quoque stipulatione facta non spectatur, quis numeraverit, verum quis stipulatus sit, ac is inde adquirit, *l. 2. C. si cert. pet.* IDEM.

27. *Ei, qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, &c.*] Non licet in infinitum donare: est enim donationis lege constitutus certus modus, certumque pondus, ut Theodosius ait in *Novell. de Theodosiani Codicis auctoritate. Cum liquido*, inquit, *pateat, quo pondere donatio deferatur.* Et is quidem modus, ut ex Justiniano didicimus, fuit olim CC. aureorum, tum CCC. deinde D. *l. sancimus, 34. l. penult. §. ult. C. de donat.* At ei, qui me a latrunculis, vel hostibus eripuit, in infinitum donare possum: quia conservandæ salutis mercedem præstare videor: quæ res certo modo taxanda non est. Tribonianus hanc Pauli sententiam, quibusdam verbis nescio qua ratione immutatis, retulit in *l. penult. §. ultim. D. de donat.* quæ examen eundem sensum referunt, ut scilicet hæc donatio non revocetur quasi immodica, & ita quoque Græci interpretantur *lib.* XLVII. *Basilicor. tit. 3.* Sed cum Florentiæ in eo §. legatur, *hæc donatio irrevocabilis est, non merces laboris eximii appellanda est*, deesse quædam videntur, quæ ex hoc loco nos recte ita restituemus. *Hæc donatio irrevocabilis est, si tamen donatio non merces laboris eximii appellanda est.* Sic fere Cicer. *pro Cluentio: Si hæc*, inquit, *solutio legatorum non merces abortionis appellanda est.* CVJAC.

28. *In infinitum*] Non obstante lege Cincia, quæ, exceptis certis personis, intra certum tantum modum donare permittit, Ulpiano teste *tit. 1. pr.* ad quem ea de re aliquid erit dicendum. Tribonianus in hac Pauli sententia *l. 34. §. 1. D. hoc tit.* lege Cincia jam cessante, scripsit illam donationem esse irrevocabilem: quod non tam videtur spectare omissam insinuationem: sic enim non revocatur donatio: sed id solum, quod excedit quingentos aureos, ipso jure non valet, *l. 34. C. hoc tit.* verum id magis videtur voluisse Tribonianus, donationem hanc etiam ob injuriam a donatario donatori illatam irrevocabilem esse, contra regulam *§. 2. Inst. hoc tit. l. ult. C. de revocand. donationib.* licet non negem, rationem eandem, quod sit non tam donatio, quam eximii laboris merces, etiam id evincere, non esse hic opus insinuatione. Quamvis vero si lex 34. §. 1. hinc cum Cujacio supplcatur, oratio evadat copiosior, sensus tamen quoque evadet commodus, si modo pro, *non*, legas, *si non*, ac sic forte scripsit Tribonianus: vel pro *non* legamus, *nam*: quæ lectio secunda est Florentini codicis, ut docet Taurelli nota ad editionem Florentinam. SCHVLTING.

29. *Quia contemplationem*] In Pandectis est, *quod contemplatione*: quo modo hæc expressit illic Tribonianus: ut adeo hic contemplatio salutis non possit æstimari: (qui modus tamen loquendi an a Paulo ipso sit, dubito) illic id, quod datum est, non possit æstimari. IDEM.

TITVLVS XII.

[1] *De Jure* [2] *Fisci & Populi.*

1. *De Jure Fisci & Populi*] Eadem est inscriptio *l. 1. D. de bon. dam.* Lampridius *in Alex. Leges de jure populi & Fisci moderatas & infinitas sanxit.* CVJAC.

2. *Fisci & Populi*] Notissimum est libera Republica thesauros populi Romani veniisse nomine ærarii: ac sub Principibus fuisse præter ærarium, sive pecuniam Senatus populique Romani, etiam fiscum, sive pecunias Principis: a quibus iterum distincta ratio Cæsaris, sive patrimonium Principis privatum, cujus mentio *l. 6. §. ult. D. hoc tit.* Idque discrimen fisci & ærarii occurrit evidentissime apud Ulpianum *tit. 17.* ubi docet, caduca, quæ antea ærario inserebantur, ex constitutione Antonini, nempe, Caracallæ, fisco esse illata. Sub Justiniano jam dudum hæc distinctio ærarii & fisci abolita erat, ac hæc duo pro eodem accepta sunt, nempe, pro publicis Principis thesauris, *§. ult. Inst. de usucapionib. l. 2. ult. C. de quadrienn. præscription.* quibus etiam sacrarum largitionum nomen est, quibusque præest Comes sacrarum largitionum, de cujus officio titulus est in Codice: atque hæ lar-

Digitized by Google

[1] In fraudem fiſci non ſolum per donationem, ſed quocunque modo res alienatae revocantur. Idemque juris eſt, [2]& ſi non quaeratur: aeque enim in omnibus fraus [4]punitur.

[5] Bona eorum, qui in cuſtodia, vel in vinculis, vel compedibus deceſſerunt, heredibus eorum non auferuntur, ſive teſtato, ſive inteſtato deceſſerunt.

[6] Ejus bona, qui ſibi mortem conſcivit, non ante ad fiſcum coguntur, quam prius conſtiterit, cujus criminis gratia manus ſibi intulerit. EX LEGE XLV. PR. §. I. ET II. D. DE JVR. FISC.

1. [3] Ejus bona, qui ſibi [6]ob aliquod admiſſum flagitium mortem [7]conſcivit, [8]fiſco vindicantur. Quod ſi id [9]taedio vitae, aut pudore aeris alieni, aut doloris alicujus impatientiâ, aut furore interimant ſe. Hi namque heredem ordinarium habent, & eorum, ut Cornelius Tacitus ait *lib.* V. humantur corpora, manent teſtamenta. Extat autem haec Pauli ſententia in *l. in fraudem, 45. §. ejus bona, D. de jur. fiſc.* quae ex aliorum Juriſconſultorum auctoritatibus quamplurimis confirmari, & dilatari poteſt. CVJAC. Extat in *l. 45. §. 2. D. de jur. fiſc.* ſed paulo aliter. RITTERSHVS.

[1] Ex his ſententiis cum viderem, & Rittershuſium, & Aurelianenſem editorem ſuo uſos eſſe judicio, & quidem diverſimode, quod ad eas ſententias, quae ex Pandectis petitae ſunt, & quarum ordinem, qui apud utrumque eſt, referre taedioſum eſſet, credidi & mihi licere meo uti. In pleriſque tamen Rittershuſium ſecutus ſum. Ad ſententias vero ex Pandectis hauſtas non multa dixi, quia a Pandectarum Interpretibus dicta nolui compilare: & quod pertinet ad eas, quae deſumptae ſunt ex *l. 45. D. de jur. fiſc.* copioſe illuſtratae ſunt a Cujacio in *Recitationib. ad dict. tit.* SCHVLTING.

3. *Et ſi non quaeratur*] Quod non idem circa privatos ex edicto, quo illa, quae in fraudem creditorum facta ſunt, revocantur: ad quod non pertinent non adquiſita, *l. 6. pr. §. 1. & ſeqq. D. quae in fraud. creditor. fact. ſunt ut reſtituant. l. 134. pr. D. de regul. jur.* Obiter notemus, non obſtare hiſce *l. 26. D. hoc tit.* ubi non debitor fiſci, ſed reus capitis emancipavit filium, ut hereditatem adiret ſibi delatam, adeoque & ſibi adquireret: ſed id non tam in fraudem fiſci, quam ex honeſto & juſto in filium affectu: quam emancipationem non improbant jura: ut adeo haec non pugnent, ut voluit Budaeus a Cujacio merito notatus *ad d. l. 26.* IDEM.

4. *Punitur*] Hoc reliqui, ut rectum, alioquin in Florentino eſt *ponitur*.

5. *Ejus bona, qui ſibi ob aliquod admiſſum flagitium, &c.*] Rei poſtulati capitalis criminis, vel in crimine capitali deprehenſi, ſi metu criminis ſe interficiant, heredem ordinarium non habent, nec eis funus ducitur, nec lugeri ſolent. Nam pro confeſſis habentur ex conſtitutionibus, atque ideo illorum bona coguntur in fiſcum. Quod tamen Reipub. temporibus non obtinuiſſe exemplum C. Licinii a Valerio relatum, *libr. IX. cap. 12.* indicat. Diverſum eſt ſi aut taedio vitae, aut pudore aeris alieni, aut doloris alicujus impatientiâ, aut furore interimant ſe. Hi namque heredem ordinarium habent, & eorum, ut Cornelius Tacitus ait *lib.* V. humantur corpora, manent teſtamenta. Extat autem haec Pauli ſententia in *l. in fraudem, 45. §. ejus bona, D. de jur. fiſc.* quae ex aliorum Juriſconſultorum auctoritatibus quamplurimis confirmari, & dilatari poteſt. CVJAC. Extat in *l. 45. §. 2. D. de jur. fiſc.* ſed paulo aliter. RITTERSHVS.

6. *Ob aliquod admiſſum flagitium*] Cujus nomine, ſi quis damnaretur, bonorum ſequeretur publicatio, *l. ult. §. 1. 2. 3. D. de bon. eor. qui ant. damnation. mort. ſib. conſcivit.* SCHVLTING.

7. *Conſcivit*] In *d. l. 45. §. 2.* additur, *& manus intulit.* IDEM.

8. *Fiſco vindicantur*] Si jam accuſati ſint, aut in ſcelere deprehenſi: ut ex Papiniano *lib.* XVI. *Reſponſorum* tradit Marcianus *l. ult. pr. D. de bon. eor. qui ant. damnation. mort. ſib. conſcivit.* quaſi talis de ſe ſententiam tuliſſet, *d. l. ult. §. 6.* Nec ulterius jus civile *hereditatem* coërceret: ut nuperrime plenius docuit Amplißimus Senator, Cornel. van Bynkershoek *Obſervationum lib. IV. cap. 4.* Poſſent hic multa dici, ſed ad Paulum non facientia. IDEM.

9. *Taedio*] Al. *odio*. quae lectio mihi non improbatur. Vt Lucret. II.

vita
Percipit humanos odium lucisque videndae.

Et Virg. in VI.

Lucemque perosi
Projecere animas. RITTERSHVS.

In Pandectis etiam Florentinis *dict. loc.* legitur *taedio*, nec non alibi, ubi haec diſtinctio inter eos, qui manus ſibi intulerunt, occurrit, *l. 11. §. 3. D. de his qui notant. infam. l. 6. §. 7. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament. l. 34. pr. D. de teſtament. milit. l. 1. §. 23. de S. C. Silanian. l. ult. §. 3. D. de bon. eor. qui ant. damnation. mort. ſib. conſcivit. l. 8. §. 7. D. de re militar. l. 1. C. de bon. eor. qui mort. ſib. conſcivit.* Ideoque, licet illud *odio* recte quoque dicatur, ac ſic dicat Quinctilianus *avus, ad vitam, declamation.* CCCXXXVII. nihil tamen hic de mutatione eſt cogitandum. SCHVLT.

10. Or-

ni, vel valetudinis alicujus impatientia hoc admisit, non inquietabuntur: sed [10] ordinariae successioni relinquentur.

INTERPRETATIO. [11] *Si quis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit, facultates ejus fiscus vindicat. Nam si ingratitudine malae vitae, aut propter verecundiam contracti enormis debiti, vel impatientia valetudinis mortem sibi intulerit, bona ejus legitimis heredibus nullatenus auferuntur.*

* [12] A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sane ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat, non est prohibitum. Ergo tunc & libertatem praestare possit. EST EX EADEM LEGE XLV. §. III. D. DE JVR. FISC.

2. [13] Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui [14] adfinem vel [15] cognatum,

10. *Ordinaria successioni*] In Pandectis Florentinis est, *sua succ.* in aliis, *suo successori.*

11. *Si quis sibi pro aliquo admisso &c.*] Hanc distinctionem τῶν ἐυτοχείρων in jure perpetuam esse, late probavi ad *titul. Instit. quibus non est permiss. fac. test.* Verum & Theologi & Philosophi sanniores utrumque genus eodem loco habent. Stoicorum autem insanientem sapientiam quis probet? quorum hoc dogma fuit, licere cuique, cum non amplius vivere libeat, seipsum rebus humanis extrahere: ut passim apud Senecam videre est. Vide & Constit. Crimin. Caroli V. *cap.* 131. & Jac. Menoch. *de arbitr. judic. quaest. lib.* II. *cent.* 3. *casu* 284. *& seq.* RITTERSHVS.

12. *A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit*] Debitor intelligitur, qui non est solvendo, a quo datae libertates impediuntur a jure effectum sortiri, *l.* 22. §. 1. *D. qui & a quib. manumiss. liber. non fiunt.* nisi decennio in libertate morati sint manumissi, *l.* 26. §. 3. *D. eod. tit.* quo pertinet titulus Codicis *de long. tempor. praescription. qua pro libertat. & non advers. libertat. opponit.* SCHVLTING.

13. *Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, &c.*] Legitimus heres, qui ne testamentum fieret, vel ne jure subsisteret impedimento fuit, velut indignus removetur ab hereditate, eaque in fiscum redigitur, *l.* 2. *Cod. si quis aliq. test. prob. l.* 2. *Dig. eod.* Quod ait *adfinem*, stare non potest: adfinitatis enim jure nulla est ab intestato successio. Itaque expungenda sunt illa verba, *adfinem vel.* CVJAC.

14. *Adfinem*] Reliqui hoc verbum, ut & fecit Cujacius: quamvis norim adfinitatem non dare jus successionis ab intestato: ob quam causam illud verbum ex contextu expunxit Rittershusius. Forte Paulus scripserat, *adgnatum, vel cognatum*: & Compilator pro *adgnatum* reposuit *adfinem*: qui & adfinitatem pro cognatione usurpavit in interpretatione *lib.* IV. *tit.* 11. *fin.* SCHVLTING.

15. *Cognatum*] Legebatur hic: *Qui adfinem vel cognatum.* Sed Cujac. *adfinem* rectissime expunxit, propter *l.* 3. *& 7. C. Commun. de success.* Non est novum, ut spuria aliqua verba auctoribus bonis assita aut inserta sint sciolorum manu. Sic supr. *lib.* IV. *tit.* 8. Giphanius expungebat, *successiones.* Sic idem multa apud Ciceronem deprehendit παρεμβεβλημένα. Ex quibus ista operae pretium fore existimo hic adjicere, praesertim cum ad jus civile quodammodo pertineant. In primo de Oratore paulo ultra medium libri est locus, qui ita vulgo legitur: *Atqui non defuit illis patronis* (inquit Crassus) *eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, sed juris civilis prudentia: quod alter plus lege agendo posset* (*quam quantum lex in* XII. *tabulis permiserat:*) *quod cum impetrasset, causa caderet &c.* Hic illa, quae his signis ( ) circumscripsi, Giphanius spuria esse censet omnia. Neque enim de plus petitionibus in XII. quicquam cautum fuisse. Eodemque modo & alibi ad comparativum aliquem a glossatoribus quaedam perperam adjecta esse docet, cum particula, *quam.* Alter locus est in Bruto, sive *de clar. Orat.* statim excipiens eum, qui meminit M. Bruti accusatoris: *Atque eodem tempore accusator de plebe L. Cassianus fuit: quem ego audivi jam senem, cum ab L. Sabelio amultam lege* (*Aquilia de justitia*) *periisset.* Hic imperitus elegantiae illius, qua Latini dicunt, *lege agere, lege petere*, putavit, nomen legis deesse: ideoque infarsit illud: *Aquilia de justitia*: pro quo alii, *Aquilia de injuria.* Sed Giphan. animadvertit id quod res est, haec παρεμβεβλημένα. III. Eodem modo ait corruptum esse locum in Topicis, qui non procul est ab initio. *Cum lex* (*Aelia Sentia*) *assiduo vindicem assiduum esse jubeat, locupletem jubet locupleti.* Hic deleta *Aelia Sentia* intelligit vult legem XII. tabularum. Constat enim tum ex Gellio *lib.* XVI. *cap.* 10. tum ex aliis, verba haec fuisse non legis Aeliae Sentiae, sed XII. tabularum. Et haec quidem Giphanio, ut spero, non invito ex ipsius myrotheciis deprompta huic apponere volui. Plura ut ipsemet aliquando ex observationibus suis tot annorum proferas, opto & cupio. Nunc ad Paulum redeamus. RITTERSHVS.

tum, cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit, aut ne jure ſubſiſteret operam dedit.

* [16] Portioneſque eorum fiſco vindicantur, qui mortem libertorum ſuſpecto decedentium non [17] defenderunt: omnes enim heredes, vel eos, qui loco heredis ſunt, officioſe agere circa defuncti vindictam convenit. LEX EST XXI. D. DE HIS QVAE VT INDIGN. AVFERVNT.

3. [18] Si pater, vel dominus id teſtamentum, quo filius ejus vel ſervus heredes inſtituti ſunt, aut legatum acceperunt, falſum redarguant, nec obtineant, fiſco locus eſt.

4. [19] Aetati ejus, qui accuſat teſtamentum, ſi non obtineat, ſuccurri ſolet in id, quod ita amiſit: maxime ſi [20] tutoris aut curatoris conſilio actio inſtituta ſit.

* [21] Minor viginti quinque annis omiſſam allegationem per in integrum reſtitutionis auxilium repetere poteſt. LEX EST XXXVI. D. DE MINORIB. VIGINT. QVINQ. ANN.

5. [22] In ea provincia, ex qua quis originem ducit, [23] officium fiſcale adminiſtrare non debet.

16. *Portioneſque eorum fiſco vindicantur &c.*] Hanc ſententiam Rittershuſius ad finem fere tituli poſuit: annotans tamen hoc. *Melius poneretur poſt num. 6.* ſive in hac editione §. 2. Retinui vero *portioneſque*, quod eſt in codice Florentino a manu prima, pro quo a ſecunda eſt *portiones quoque*. Procul dubio hic præceſſere, cum quibus hæc cohæſerunt, quæ hodie intercíderunt. Patronos vero ob non vindicatam libertorum, qui creduntur violenta morte intercepti eſſe, necem indignos ſeſe reddere illorum bonis, docet quoque Marcianus *l. 15. §. ult. D. de S. C. Silanian.* SCHVLTING.

17. *Defenderunt*] Hoc eſt, *vindicarunt*, de quo dictum *ad tit. 4. §. 16.*

18. *Si pater, vel dominus id teſtamentum, &c.*] Non tantum ſi heres, aut legatarius falſum accuſaverit, caduca fit hereditas, caducum legatum, ſed & ſi pater heredis, aut dominus, ad quem emolumentum perventurum, *l. poſt legatum, 5. §. ſi pater, D. de his quæ ut indig.* CVJACC.

19. *Aetati ejus, qui accuſat teſtamentum, ſi non obtineat, &c.*] Licet regulariter alieno nomine accuſare non liceat, pupilli tamen jure, & nomine tutor, aut curator adoleſcentis nomine extra calumniæ pœnam accuſationem inſtituere poteſt. Id enim non ſua ſimultate, aut malitia, ſed ex officio facit, plerumque cogente pupilli matre, vel libertis paternis, *l. tutorem, 22. D. de his quæ ut indig. l. Pollæ, 2. C. eod.* Atque adeo ſic accuſat pupillus verius, quam tutor. Quo fit ut nomine pupilli falſum teſtamentum accuſante tutore, hereditatem, aut legata pupillus amittat. Conſervantur tamen interdum, maxime ſi tutor falſum dixerit nomine pupilli, ſua ſponte, non coactus, *l. poſt legatum, §. 5. ætati, D. de his qui ut indign.* Et ita hæc Pauli ſententia accipienda eſt. Pertinet ad hanc quæſtionem *l. 2. C. qui acc. non poſſ.* in qua non dubito, quin legendum ſit, *pupilli nomine*, non, ut vulgo, *proprio nomine*. Ait enim quum, id eſt, quia non licet alieno nomine accuſare, non ideo pupilli nomine tutorem prohiberi accuſare. IDEM.

20. *Tutoris, aut curatoris conſilio &c.*] Poſſe quoque tutores ac curatores pupilli nomine accuſare certum eſt, & a Cujacio probatum. At non ideo ſequitur tutores curatoresque non debere in crimen ſubſcribere, & proprio nomine de calumnia interdum, etſi non facile, poſſe condemnari: uti diſtinxit & Bartolus *ad l. 2. C. de his, qui accuſar. non poſſ.* in qua proinde lege quod Vir Summus *ad hunc loc. & in Recitationib. ad l. 5. §. 9. D. de his, quæ ut indign. auferuntur.* aliquid mutandum exiſtimat, & pro, *proprio nomine*, reſcribit, *pupilli nomine*, (pro quo ſtant & Græci in Baſilicis; ubi tamen non exacte omnia reddita ſunt) id admittendum non videtur. Et diſplicuit emendatio Cujacii Viris Egregiis, Scip. Gentili *ad Apuleji Apolog. n. 92.* & Jac. Gothofredo *ad l. 2. Cod. Theod. de calumniatorib.* quorum poſterior recte quoque rejicit conjecturam Guil. Ranchini *Variar. lection. lib. III. cap. 10.* pro illis, *cum non liceat alieno*, reponentis; *cum & liceat alieno*, vel hæc omnia delenda cenſentis. SCHVLTING.

21. *Minor viginti quinque annis &c.*] Hanc ſententiam hic quoque poſuit Rittershuſius.

22. *In ea provincia, ex qua quis originem ducit, &c.*] Non poteſt quis in ea provincia, ex qua ortus eſt, procuratoris, aut advocati fiſci officio fungi: Multo minus aut provinciæ ſuæ præſes exiſtere, ut cavetur Anaſtaſii conſtitutione Græca, quæ in libris excuſis deeſt ſub titulo, *de officio rector. provin. l. ult. C. de crim. ſacr.* aut

miniſtrare prohibetur,[24] ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.

[25]INTERPRETATIO. *Homo in qua natus eſt provincia, officium fiſcale,* [26]*id eſt, judiciariae poteſtatis, agere prohibetur.*

6. [27]Quoties ſine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel deſcribunt,[28] vel ſub obſervatione eſſe faciunt, adito [29]Procuratore injuria ſubmovetur: & rei hujus auctores ad [30]Praefectos Prætorio puniendi mittuntur.

7. [31]Litem in perniciem privatorum fiſco donari non oportet, nec ab eodem [32]donatum ſuſcipi.

8. [33]Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui invidioſum eſt: [34]nec enim calumniandi facultatem ex Principali majeſtate capi oportet.

[35]INTERPRETATIO. *Res in lite poſita fiſco donari non poteſt: nec Imperator de re litigioſa heres inſtitui.*

9. [36]Ex

aut præſidi in ſua provincia aſſidere poteſt, ut colligitur ex *l. 3. D. de offic. aſſeſſ. Ne*, inquit Paulus, *aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.* CVJAC. Sich. hic novum adponit tit. *de fiſci advocato.* RITTERSHVS. Male hic titulum talem novum collocatum eſſe notat Cujacius *ad tit. 20. hujus libri.*

23. *Officium fiſcale adminiſtrare prohibetur*] Etiam nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali Principis permiſſu conceditur, *l. ult. C. de crimin. ſacrileg.* qua de re fuit titulus in codice ſpecialis, *lib. 1. tit. 42.* ſub qua lex hodie deeſt: ſed de re ipſa more ſuo egregia habet Cujacius *in Paratitl.* SCHVLTING.

24. *Ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur*] Rationem dat Caſſiodorus *Variar. lib. 1. epiſt. 3.* ita ſcribens, *neceſſe illic eſſe, ut aut gratiam parentela provocet, aut odium longa contentiones exaſperent.* IDEM.

25. INTERPRETATIO.] Eſt ex ed. Genev. & Rittershuſ.

26. *Id eſt, judiciaria poteſtatis*] Latius patet officium fiſcale: ac ſæpe non conſiſtit in judicando, ſed rebus aliis gerendis vel adminiſtrandis.

27. *Quoties ſine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, &c.*] Cæſariani ſive Catholiciani, qui ſine auctoritate judicati bona occupant, deſcribunt, vel obſignant, ad præfectos prætorio, quorum ſcilicet officiis adhærent, puniendi remittuntur. Quod autem ita geſtum eſt, adito procuratore Cæſaris emendatur. Etiam illud additur in *l. prohibitum, 1. C. de jur. fiſc.* eos, quorum intereſt, Cæſarianis reſiſtere, eorumque conatus prohibere poſſe. CVJAC.

28. *Sub obſervatione eſſe*] Creditoribus quoque in poſſeſſionem miſſis adſcribitur cuſtodia & obſervatio *l. 3. §. ult. D. de adquirend. vel amittend. poſſeſſion.*

29. *Procuratore*] Cæſaris Proc. intelligit. RITTERSHVS.

30. *Praefectos Prætorio*] Quibus merum imperium competere certum eſt, *l. 1. §. 4. D. de legat. lib. III. l. 4. C. de locat. conduct.* & Cæſariani igitur ad ipſorum quoque jurisdictionem pertinuerunt.

31. *Litem in perniciem privatorum fiſco donari non oportet, &c.*] Invidioſum eſt litem, quam cum alio habemus, fiſco donare, *l. res, 22. §. lites, D. de jur. fiſc. l. 2. C. me fiſc. vel reſp.* CVJAC. A Divo Pio hoc reſcriptum eſſe, conſtat ex *l. 22. §. 2. D. hoc tit.* Debiti quoque per colludia in nomen fiſci translati meminit Ammianus Marcellinus *lib. XVIII. cap. 3.* ubi nonnulla adnotavit Eruditiſſimus Henr. Valeſius. SCHVLTING.

32. *Donatum*] Mallem *donatam.* Edd. Sich. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. habent *donata.* IDEM.

33. *Imperatorem litis cauſa heredem inſtitui &c.*] Æque invidioſum eſt litis perplexæ cauſa principem heredem inſtituere. Extat hæc Pauli ſententia in *l. pen. D. de hered. inſtit.* CVJAC. Pertinaci jus hoc deberi docet Imperator *§. ult. Inſt. quib. mod. teſtament. infirmant.* Non recte vero in edd. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. & Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. hæc verba præcedenti ſententiæ ſubjecta ſunt, tamquam ejus interpretationem continentia, quæ tamen eſſe Pauli certiſſimum eſt, & in Pandectis illi adſcribuntur. SCHVLTING.

34. *Nec enim calumniandi*] In *l. pen. D. de her. inſtit.* ubi hæc ſentent. extat, legitur: *Nec calumnia:* omiſſo, *enim.* RITTERSHVS.

35. INTERPRETATIO.] Ex ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. Rittershuſius minus recte illam ſubjecit præcedenti ſententiæ.

9. [36]Ex nuda [37]pollicitatione nulla actio naſcitur: [38]ideoque ejus bona, [39]qui ſe heredem Imperatorem facturum eſſe jactaverat, a fiſco occupari non poſſunt.

* Ex imperfecto teſtamento legata, vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare [40]inverecundum eſt: [41]decet enim tantae majeſtati eas ſervare leges, quibus [42]ipſe ſolutus videtur. LEX EST XXIII. D. DE LEGAT. LIB. III.

* Quod ſi ea bona, ex quibus Imperator heres inſtitutus eſt, ſolvendo non ſint, [43]re perſpecta conſulitur Imperator: heredis enim inſtituti in adeundis, vel repudiandis hujuſmodi hereditatibus voluntas exploranda eſt. LEX EST II. D. DE OFFIC. PROCVRAT. CAESAR. VEL. RATIONAL.

10. [44]Privilegium fiſci eſt, inter omnes [45]creditores primum locum tenere.

11. [46]Quicunque a fiſco convenitur, non ex [47]indice, vel exemplo alicujus ſcripturae, ſed ex authentico conveniendus eſt: [48]& ſi contractus fides poſſit oſten-

36. *Ex nuda pollicitatione nulla actio naſcitur: &c.*] Nuda pollicitatio actionem non parit. Non igitur ideo, quod ſe Imperatorem facturum heredem aliquis pollicitus ſit, fiſco jus vindicandæ hereditatis competit. Extat in *l. ult. D. de teſtam.* CVJAC.

37. *Pollicitatione*] Pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſum, *l. 3. D. de pollicitationib.* ac proinde minus eſt quam pactum; quod ipſum tamen quoque non parere actionem inter cives Romanos docuit Paulus *lib. II. tit. 14. §. 1.* SCHVLTING.

38. *Ideoque ejus bona &c.*] Hoc quoque auctorem habet Pertinacem, *d. §. ult. Inſt. quib. mod. teſtament. infirmant.* Poſtea etiam Impp. Honorius & Theodoſius edixerunt, ne voluntas non ſcripta admittatur, qua Principi quis bona reliquit, ſi idem ſolenniter in ſcriptis teſtatus ſit, *l. 20. C. de teſtament. l. 5. Cod. Theod. de teſtament. & codicill.* IDEM.

39. *Qui heredem*] Sichard. interpon. *ſe.* quod etiam eſt in *l. ult. D. Qui teſta. fac. poſſ.* Sed elegantior videtur ellipſis. RITTERSHVS. A ſolis edd. cum Interpp. Cujacii, iisque, quæ illas ſequuntur, abeſt *ſe*: nec ego cur id non admittantur, cauſam video: & ſic oratio eſt plena. SCHVLTING.

40. *Inverecundum eſt*] Non quid de facto Imperator efficere poſſit definire voluit Paulus, nec id ad jus pertinet: ſed quid ratio juris, bonique & æqui præferibat: de quo etiam in ſenſum non diſſimilem loquitur *lib. IV. tit. 5. §. 3.* ubi aliquid dictum eſt a nobis. IDEM.

41. *Decet enim tantae majeſtati*] Sic Terentius *Adelph. act. III. ſc. 4. verſ. 43.* dixit, *ut vobis decet.* A. Gellius *Noct. Attic. lib. IX. cap 15. quam etati ejus decebat.* ad quem plura notata ſunt in editione noviſſima Viri Celeberrimi, Jacobi Gronovii. IDEM.

42. *Ipſe ſolutus*] Rittershuſius edidit *ipſa ſoluta.* vulgata tamen lectio eſt non tantum codicis Florentini, ſed & editionum vetegum Pandectarum. Referenda hæc, *ipſe ſolutus*, ad id, quod paulo ante præceſſerat, *Imperatorem.* IDEM.

43. *Re perſpecta conſulitur Imperator*] Vt adeo hereditas, quando Imperator heres ſcriptus eſt, ei deferatur, etſi damnoſa ſit. Aliud in bonis vacantibus, quæ fiſco non aliter deferuntur, quam quatenus deducto ære alieno ſuperfutura ſunt, *l. 11. D. hoc tit.* idque edicto perpetuo cautum, quamvis aliud viſum eſſet Labeoni, *l. 1. §. 1. D. hoc tit.* IDEM.

44. *Privilegium fiſci eſt, inter omnes creditores &c.*] Fiſcus præfertur omnibus creditoribus chirographariis, etiam antiquioribus, aut privilegiariis in actione in perſonam rei perſecutoria. Poſponitur omnibus in actione in perſonam pœnali. In actione hypothecaria præfertur fiſco, qui prior eſt tempore, poſtponitur autem poſterior, *l. quod quis, 34. D. de bon. auct. jud. poſſ. l. in ſumma, 17. D. de jur. fiſc. l. ſi pignus, 2. D. qui pot. in pign. hab.* CVJAC.

45. *Creditores*] Scil. chirographarios. RITTERSHVS.

46. *Quicunque a fiſco convenitur, non ex indice, &c.*] Fiſci debitores non ex indice, vel exemplo, ſed ex authentico conveniendi ſunt. Item neceſſarium eſt, ut de fide inſtrumenti conſtet. Refertur hæc ſententia a Juſtiniano in *l. 2. D. de fid. inſtrum.* CVJAC. Extat in *l. 2. D. de fid. inſtru.* & fac. *l. 3. C. de div. reſcr.* ubi authentica ipſa atque originalia reſcripta, non exempla eorum inſinuari jubentur. RITTERSHVS.

47. *Indice, vel exemplo*] In *l. 2. D. de fid. inſtrumento*, ſcriptum eſt, *indice & exemplo.* Mihi *vel* magis placet. *Index* videtur eſſe brevis quædam annotatio: adeoque differre ab exemplo. SCHVLTING.

48. *Et ſi*] In *l. 2. D. de fide inſtrumentor.* legitur *ita ſi.* quod extat in edd. cum Interpp Cujacii & Rittershuſiana. Ego lectionem editionum veterum aliarum, etiam Cujacianarum, retinui. IDEM.

49. *Juſta*

ostendi. Ceterum calumnioſam ſcripturam vim[49] juſtae petitionis in judicio obtinere non convenit.

12. [50] Ejus bona, qui falſam monetam percuſſiſſe dicitur, fiſco vindicantur. Quod ſi ſervi ignorante domino id feciſſe dicantur, ipſi quidem [51] ſummo ſupplicio afficiuntur; domino tamen nihil aufertur, quia[52] pejorem domini cauſam ſervi facere, [53] niſi forte ſcierit, omnino non poſſunt.

* Ex his bonis, quae ad fiſcum delata ſunt, inſtrumenta vel chirographa, [54] acta etiam ad jus privatorum pertinentia [55] reſtituti poſtulantibus convenit.

* Neque inſtrumenta, neque acta [56] a quoquam [57] adverſus fiſcum [58] edi oportet.

* [59] Ipſe autem fiſcus actorum ſuorum exempla hac condicione edit, ut ne is, cui deſcribendi ſit poteſtas, adverſus ſe vel Rempublicam his actis utatur: de quo cavere compellitur, ut ſi uſus [60] is contra interdictum fuerit, cauſa cadat.

* Quoties apud [61] fiſcum agitur, [62] actorum poteſtas poſtulanda eſt, ut me-

49. *Juſtae petitionis*] Abſunt haec a *d. l. 2.*

50. *Ejus bona, qui falſam monetam percuſſiſſe dicitur &c.*] Rei falſae monetae aut deportantur, ademptis omnibus bonis, ſi liberi ſunt, aut pro modo delicti gravius coërcentur: ſervi ſummo ſupplicio afficiuntur, ſive ignorante, ſive ſciente domino id admiſerint. Ignorans tamen dominus ex hoc ſervi facto non punitur. Sed nihil eſt poenarum modo incertius: alias enim ordine, alias extra ordinem indicuntur: & rurſus extra ordinem varie. Statuitur huic delicto ſine diſtinctione capitis poena in *l. 1. C. de fal. mo.* & ignis in *l. 2.* Itaque poenarum certa definitio non eſt, nec durat hodie poena legum. Tandem enim & probari, & puniri crimina extra ordinem coeperunt, *l. lex, 7. §. ult. D. ad legem Jul. rep. l. ult. D. ad legem Fab. l. 3. §. pen. D. ad legem Corn. de ſic.* cum initio probandorum tantum, non etiam puniendorum criminum ordo in uſu eſſe deſiiſſet, *l. ordo, 2. D. de pub. Judic.* CUJAC. De poenis criminum ſub Imperatoribus ex legitimis & certis in arbitrarias & incertas commutatis ex profeſſo diſputavimus in *Diſſertation. de recuſation. judic. cap. 7. §. 2.*

51. *Summo ſupplicio afficiuntur*] Idem oſtendit *tit. 25. §. 1.*

52. *Pejorem domini cauſam &c.*] Noli hanc rationem accommodare ad actiones noxales. Nam in his ſervus poteſt deteriorem domini condicionem facere, *l. 1. §. 15. quod igitur, D. Unde vi & de vi arm.* Quod ergo Paulus ait, intellige, ſervum non poſſe domini ignorantis delictum ejus cauſam pejorem facere, ultra pretium ſui ipſius. Poteſt enim cum noxae dedendo defungi, *tot. titul. de noxal. act.* RITTERSHUS.

53. *Niſi forte ſcierit*] Scientia intelligenda eſt, cui adeſt patientia: nihil enim nocet domino ſcientia, ſi prohibere nequeat, *l. 45. §. 7. D. ad leg. Aquil. l. 3. l. 4. D. de noxalib. actionib.* SCHULTING.

54. *Acta*] Quibus cauſa inſtruitur: quaeque in eum finem in judicio recitata ſunt. Inſtructiones cauſae dicuntur *l. 2. l. 9. Cod. Theod. de appellationib. l. 15. C. eod. tit.* IDEM.

55. *Reſtituti poſtulantibus*] Quibus, quo minus ad exhibendum actio detur, nihil obſtat, ſecundum *l. 3. §. 9. 10. 11. l. 13. l. 19. D. ad exhibend.* Atque haec actio frequenter & reſtitutionem continet, *l. 3. §. 2. & ult. l. 7. §. 3. 4. D. dict. tit.* quando, ſcilicet, reus de ipſa re ejuſve jure non movet ulterius controverſiam. IDEM.

56. *A quoquam*] Ad quem, nempe, cauſa non pertinet.

57. *Adverſus fiſcum*] Pro fiſco id facere quis debet, *l. 2. §. 1. D. hoc tit.* niſi cauſa ſit criminalis, *d. l. §. 2.*

58. *Edi oportet*] Non tantum, ut quis non poſſit cogi ad illa edenda; quod olim in quaeſtionem non venire poterat: ſed nec id liceat. Ceteroquin olim nemo ad id cogi potuit: ac primus ut quis cogi poſſit regulariter ad edenda inſtrumenta conſtituit Juſtinianus *l. ult. C. de fid. inſtrument.* non diſſimili exemplo, ac ipſe voluit etiam in pecuniariis cauſis cogi aliquem ad dicendum teſtimonium, *l. 20. C. de teſtib.* Quando vero quis jure actionis inſtrumenta ſua, vel ſibi cum alio communia perſequitur, quae forte & contra fiſcum uſui eſſe poſſunt, jus hoc fiſci ipſi nequaquam obſtare poterit. SCHULTING.

59. *Ipſe autem*] Al. *Idem autem.*

60. *Is*] Pro *his.* Edd. vett. Pandect. habent *hic.*

61. *Fiſcum*] Haec eſt, tribunal fiſci: quomodo locutus eſt *tit. 5. §. qui apud*, ſive *l. 47. §. 1. D. de re judicat.*

62. *Actorum poteſtas poſtulanda eſt*] Hic id fit quando nunc primum agitur, & acta fiſci propria ſunt, non cum partibus communia. Alio pertinet *l. 2. C. ut lit. pendent. vel poſt provocation. &c.* videlicet ad caſum, ubi jam ſententia lata eſt, adeoque & pronunciationis editio petitur, atque appellatio eſt interpoſi-

merito iis uti liceat, eaque manu [63] commentariensis adnotanda sunt. Quod si ea aliter proferantur, is, qui ita protulerit, causa cadit.

* Quoties iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum usus non fuerat postulatus, ex officio recitatio jure poscetur.

* Qui pro alio a fisco conventus debitum exsolvit, [64] non inique postulat persecutionem bonorum ejus, pro quo solvit: in quo etiam adjuvari per [65] officium solet.

* Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. Cujus rei aestimatio ita arbitrio judicantis concedi-tur, ut in majoribus summis non plus quam tres menses; in minoribus vero non plus quam duo prorogentur: prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est.

* [66] Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, fidejussores liberantur: nisi forte minus idonei sint, & in reliquum non exsolutae quantitatis accesserint.

* Si plus servatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, jure ac merito restitui postulatur.

* Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest: nec cupressi materiam vendere, vel olivae, non substitutis aliis: ceteraque arbores pomiferas caedere: &, facta ejus rei aestimatione, in quadruplum convenitur.

* Minoribus viginti quinque annis neque fundus, neque vectigalia locanda sunt: ne adversus ea beneficio aetatis utantur. EX LEGE XLV. §. IV. ET SEQQ. D. HOC TITVLO.

* [67] Locatio vectigalium, quae [68] calor licitantis ultra modum solitae conductionis [69] inflavit, ita demum [70] admittenda est, si fidejussores idoneos & cautionem is, qui [71] licitatione vicerit, offerre paratus sit.

* Ad

tur; vel saltem fiet relatio, ac edenda sunt acta litis jam ventilitatae. add. *l. 6. Cod. Theod. de appellationib.* ex qua desumpta est *d. l. 2.* ad quam *l. 6.* videri potest commentarius Jac. Gothofredi, ut & *ad d. l. 6. Cod. Theod. de accusationib.* SCHVLTING.

63. *Commentariensis*] Qui, nempe, Procuratori Caesaris est ab actis. vid. Brissonium *de verbor. significat.* Atque hi commentarienses diversi ab illis, quibus custodia & cura reorum committitur. IDEM.

64. *Non inique*] Al. *nonnunquam.* Recta est lectio Florentina.

65. *Officium*] Al. *officium judicis.* Sed *officium* hic notat officiales fisci, ut saepissime alibi.

66. *Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint &c.*] Obstat, quod Africanus scribit *l. 22. §. 3. D. de fidejussorib. & mandatorib.* si possessio rerum debitoris data in creditori, fidejussorem manere obligatum: ac verborum generalitas non patitur id restringi ad singularem speciem, quando fidejussor se obligavit in omnem causam. Imo & Africanus illud exemplum adducit ad probandum, fieri posse, ut fidejussor liberetur, reo etiam principali manente obligato. Nihil inelius occurrit emendatione V. C. Ant. Fabri *Conjecturar. lib. 1. cap. 17.* pro *manere* legentis *non manere*, & constat olim electo reo liberatum esse fidejussorem, *l. 41. §. ult. D. mandat.* quod mutatum a Justiniano *l. 28. C. de fidejussorib. & mandatorib.* Hic ergo quoque idem obtinuit juris, data creditori bonorum rei possessione. SCHVLTING.

67. *Locatio*] Al. edd. vett. Pandect. *licitatio.* Bene habet lectio Florentina.

68. *Calor*] Al. *calere.* Recta haec lectio. Elegans vero hoc verbum, pro studio, desiderio, animositate. Male aliquis pro eo reposuit *caller*, quod refert Scip. Gentilis *Paroeg. lib. 1. cap. 12.* qui, quod addit, saepe idem esse *callidum*, & *calidum*, nunquam probabitur. IDEM.

69. *Inflavit*] Malim, *inflammavit*, ut dicimus *incendere*, *exinde facere annonam.* RITTERSHVS.

Ego

* Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur. [72] Et ideo [73] impleto tempore conductionis [74] elocanda sunt.

* [75] Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.

* Debitores fisci itemque Reipublicae vectigalia conducere prohibentur, ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi forte tales fidejussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere parati sint.

* Socii vectigalium, si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem [76] transferre jure desiderat.

* Quod illicite publice [77] privatimque exactum est, cum altero tanto passis injuriam exsolvitur. Per vim vero extortum [78] cum poena tripli restituitur. [79] Amplius extra ordinem plectuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicae disciplinae postulat.

* Earum rerum vectigal, quarum nunquam praestitum est, praestari non potest. Quod si praestari consuetum indiligentia publicani omiserat, alius exercere non prohibetur.

* Res exercitui paratas praestationi vectigalium subjici non placuit.

* Fiscus ab omnium vectigalium praestationibus immunis est. Mercatores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt, nullam immunitatem solvendi publici [80] vectigalis usurpare possunt. LEX EST IX. D. DE PUBLICAN. ET VECTIGALIB. ET COMMISS.

* Co-

Ego nihil hic mutatum velim. *Inflare* est *augere*, quod optime huic loco quadrat. Ita dixit Cyprianus *numerus inflatur*. Verba ejus sunt *in epistol.* LIX. *p.* 133. *edit. Oxon.* & quidem haec. *Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium, mendacio numerus inflatur.* SCHULTING.

70. *Admittendos est*] Aliter prior licitator manebit obstrictus, *l. 9. D. de in diem addition.* quo de jure in aliis quoque auctionibus plura habet V. C. Ant. Matthaeus *de actionib. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 42. IDEM.

71. *Licitatione*] Budaeus mutare voluit in, *licitationem vicerit*, non recte, nam & Ulpian. ita loquitur in *l. 6. D. Fam. ercisc.* Talis emptor dicitur ab eod. Paulo animose licitari, *l. 29. D. fam. ercisc.* Et animosior emptor a lavoleno, *l. 36. D. Mand.* qui scilicet calide plurimum offert, ut alios pretio vincat. RITTERSHUS.

72. *Et ideo impleto tempore conductionis &c.*] Vt ita idem juris sit locatione finita, ac juris erat ab initio. Exceptio in *l. 11. §. ult. D. de publican. & vectigalib.* quae lex hoc ipso est ex libro, ac paulo post hic quoque occurret. SCHULTING.

73. *Impleto tempore conductionis*] Locabantur vectigalia fere in lustrum, sive quinquennium, *l. 3. §. 6. cum quinquennium, D. de jur. fisci.* Et hanc Censorum consuetudinem in locandis publicis ad quinquennium sequebantur etiam privati in suorum praediorum locatione, *arg. l. 13. §. ult. l. 24. §. 2. & 4. D. Locati &c.* RITTERSHUS.

74. *Elocanda*] In libro Florentino est *ea locanda*, sed a manu secunda: a prima vero *elocanda*, teste A. Augustino *Emendation. lib.* III. *cap.* 9. SCHULTING.

75. *Reliquatores*] Male edd. aliquot vett. Pand. habent *licitatores*. Accurtius quoque scribit, in quibusdam legi *litigatores*, & in aliis *locatores*. Ignorarunt forte librarii, qui essent reliquatores, eosque esse, qui residuas etiam nunc pensiones aliave reliqua debent, atque ideo lectionem corruperunt. IDEM.

76. *Transferre*] Al. *transferri*.

77. *Privatimque*] Al. *vel privatim*.

78. *Cum poena tripli*] Ex edicto de bonis vi raptis, quod non cessat, quamvis aliam eadem de re actionem contra non restituentem in simplum, adeoque leviorem Praetor det, *l. 1. §. 4. D. de publican. & vectigal.*

79. *Amplius*] Quidam addunt, *etiam*.

80. *Vectigalis*] Tò *vectigalis* puto esse glossema Triboniani vel alterius: nam *publica* substantive dicuntur pro vectigalibus. RITTERSHUS. Mihi non displicet illud *vectigalis*: ac re vera cum dicimus hoc sensu *publica*, subauditur, *vectigalia*; quo addito oratio

* Cotem ferro subigendo necessariam hostibus quoque venundari, ut ferrum, & frumentum, & sales, [81] non sine periculo capitis licet.

* Agri publici, [82] qui in perpetuum locantur, [83] a Curatore sine auctoritate Principali revocari non possunt.

* Dominus navis, si illicite aliquid in nave vel ipse, [84] vel vectores imposuerint, [85] navis quoque fisco vindicatur. Quod si absente domino id a magistro, vel [86] gubernatore, aut [87] proreta, nautave aliquo factum sit, ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, navis autem domino restituitur.

* [88] Illicitarum mercium persecutio heredem quoque [89] adfligit.

* Eam rem, quae [90] commisso vindicata est, dominus emere non prohibetur, vel per se, vel per alios, quibus hoc mandaverit.

* Qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, [91] si postea [92] tanto locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur. LEX EST XI. D. DE EOD. TITVLO, DE PVBLICAN. ET VECTIGALIB. ET COMMISS.

* Si quis aliquid ex metallo Principis, vel ex moneta sacra furatus sit, poena metalli & exsilii punitur. EST EX L. XXXVIII. PRINCIP. D. DE POENIS.

tio est plena, ut in *l. 2. §. 16. D. de hereditat. vel action. vendit. l. 9. §. 9. D. de pœn. l. 17. §. 1. D. de verbor. signification.* SCHVLTING.

81. *Non sine periculo capitis licet*] Simili modo loquitur *lib.* II. *tit.* 19. §. 5. ubi aliquid notavi. Ceterum pœnam hanc temperavit Leo *Novell.* LXIII.

82. *Qui in perpetuum locantur*] Emphyteuticarios intelligere videtur, qui ita quoque describuntur *§. 3. Inst. de location. & condiction. l. 1. D. si ag. vectigal. id est, emphyteuticar. perat.* de qualibus fisci prædiis mentio, *l. 1. & tot. tit. Cod. de fund. patrimonialib. & saltuensib. & emphyteuticar.* & alibi. SCHVLTING.

83. *A Curatore*] Hoc est, Procuratore Cæsaris, sive Rationali, qui ita vocatur *l. ult. D. de offic. Procurator. Cæsar. siv. Rational. l. 5. D. hoc tit.* secundum lectionem Florentinam. Accursius testatur alios legere, *ab auctore*: alios, *ab actore*. In edd. vett. Pandectarum quoque est *a curatore Reipub.* perperam. & de Procuratore Cæsaris hæc quoque recte accepit Accursius. IDEM.

84. *Vel vectores*] Additum quoque in edd. quibusdam antiquis, *vel conductoris*: quod ab interprete aliquo esse recte judicat L. Charondas. Accursius hoc intelligit, si id dominus navis sciat: quod & sequentia evincunt. IDEM.

85. *Navis quoque fisco vindicatur*] Et proinde merces quoque licitæ illius, qui illicitas navi imposuit: uti hinc concludit V. C. Ant. Matthæus *de criminib. lib.* XLVIII. *tit. 2. cap. 5. n. 18.* IDEM.

86. *Gubernatore*] Et hic in quibusdam vett. edd. additum, *vel conductore*.

87. *Proreta*] Qui proram curat.

88. *Illicitarum mercium persecutio &c.*] Non quidem heredes ad pœnam obligantur, *l. ult. §. pen. D. de publican. &c. l. 1. pr. D. de privat. delict. l. 20. D. de pœn.* verum aliud in ipsarum mercium illicitarum persecutione, uti hic scribit Paulus, admodum accurate loquens: res enim illæ statim domini esse desinunt, adeoque in rem actio fisco datur, qua heres tenetur eodem modo, ut alius quilibet possessor, *l. 14. D. de publican. &c.* Atque eodem tantum modo fraudati vectigalis crimen ad heredem transmittitur, non simpliciter, sed ratione commissi, *l. 2. pr. D. dict. tit.* IDEM.

89. *Adfligit*] Al. *adficit*. Recta est Florentina lectio. IDEM.

90. *Commisso vindicata*] Inter commissa relata, adeoque cujus dominium est amissum. Pro *vindicata* edd. vett. quædam Pandectarum habent *vindicanda*, perperam: & mox pro *alios* exhibent *suos*. Rectum *alios*. IDEM.

91. *Si postea tanto locari non possunt*] Duo itaque concurrere debent, ut recedatur a regula *l. 9. §. 1. D. de publican. & vectigalib.* cujus verba hic quoque paulo ante repræsentavimus.

92. *Tanto*] Edd. quædam vett. Pandect. *tanti*.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XIII.

[1]*De Delatoribus.*

1.[2] Omnes omnino [3]deferre alterum, & cauſam pecuniariam fiſco nuntiare prohibentur. Nec refert, mares iſtud, an feminae faciant; ſervi, an ingenui, an libertini; an ſuos, an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur.

2. [4]Servi fiſcales, qui cauſam [5]domino prodere, ac nuntiare contendunt, deferre non videntur. [6]Subornati ſane [7]eum [8]prodere coguntur, qui quod per ſe non poteſt, per alium deferat. Perinde autem [9]ſubornatores ac delatores puniuntur.

INTERPRETATIO. *Si ſervi fiſcales aliquid domino nuntiaverint, atque prodiderint, delatores eſſe non videntur. Sane ſi aliquis eos ad hanc rem immiſerit, vel inſtigaverit, eum prodere compelluntur. Qui cum proditus ab illis fuerit, ita puniri jubetur, quemadmodum delatores pro juris ordine puniuntur.*

3. [10]Damnati ſervi, ſive poſt ſententiam, ſive ante ſententiam dominorum facinora confeſſi ſint, nullo modo audiuntur, niſi forte reos deferant majeſtatis.

1. *De Delatoribus*] In ed. Aurelian. ſecundum quam inter opera Cujacii has Sententias Fabrotus exhibuit, ſequentia cum præcedentibus continuantur, nec hic interponitur titulus: cujus tamen rei cauſam non video: nec illum improbavit Cujacius. SCHULTING.

2. *Omnes omnino deferre alterum, & cauſam pecuniariam &c.*] Hæc ſententia omnino tollit eos, qui occulte cauſam pecuniariam fiſco deferunt, nec probant: & ſi qui extiterint, puniendos eſſe cenſet: & merito. Nihil enim eſt in Republ. iis delatoribus perniciosius, *l. 4. C. de delatorib.* Syneſius eos in epiſtolis κοινὰς κλαυσμὰς τῆς γῆς, Impp. maximum humanæ vitæ malum in *l. 2. & 10. C. Th. de petit. & nitro dat.* appellant. Atque ideo turpe eſt delatoris nomen, & injuriarum tenetur, qui alium delatorem appellat, *l. 3. C. de injur.* CUJAC.

3. *Deferre alterum, & cauſam pecuniariam fiſco nuntiare prohibentur*] Improbantur qui fiſco nunciant, dum lucrum inde & præmium captant, *l. 2. D. de jur. fiſc. l. 4. C. de delatorib.* Non vero huc pertinent, qui crimina ad Magiſtratus deferunt, accuſationemque inſtituunt, dum vel publicam, vel ſuam vindictam perſequuntur. Quo vero modo delatores a juſtis accuſatoribus diſtent, exſequitur Cujacius *ad l. 2. pr. D. de jur. fiſc. & ad 5. C. de delatorib.* SCHULTING.

4. *Servi fiſcales, qui cauſam domino prodere, &c.*] Servi fiſcales impune fiſco cauſam pecuniariam deferunt: id enim quodammodo ex officio faciunt, non ſua ſponte, *arg. l. 2. C. de delator.* Eadem ratione iterum in delatoris crimen incidere non videtur, quem ſemel alius delatorem ſubmiſit & ſubornavit, ſi mandatorem, ſive ſubornatorem edere compellatur, licet probare non potuerit. Solent delatores ſubmittere, qui per ſe deferre non poſſunt, ut puta liberti contra patronos. Perinde autem ac ipſi delatores puniuntur, *l. 2. §. D. Pius, D. de jur. fiſc.* CUJAC.

5. *Domino*] Hoc eſt, fiſco.

6. *Subornati ſane eum prodere coguntur, &c.*] Hæc verba, quod vix alibi evenit unquam, rectius videtur Anianus interpretari, quam Cujacius, cujus explicatio quo pacto ſibi ſatis conſtet non video. Simpliciſſime certe & commodiſſime accipiuntur de illis ipſis, de quibus hic eſt ſermo. SCHULTING.

7. *Eum*] Interpres quoque legiſſe videtur *eum*; quod malo, quam *reum*, quod eſt in edd. Lugd. CIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. at non recte ſubornator vocaretur *reus*. Quod in quibuſdam edd. legatur *cum*, eſt error typographicus. IDEM.

8. *Prodere*] Et exhibere mandatores, *l. 24. D. de jur. fiſc.*

9. *Subornatores*] Suetonio *in Tit. cap. 8.* vocantur *mandatores*, quos & ille cum delatoribus conjungit, docetque, qua eos ratione Titus coërcuerit. Et *mandatores* vocantur in *l. 2. §. 3. l. 24 D. de jur. fiſc.* IDEM.

10. *Damnati ſervi ſive poſt ſententiam, ſive ante &c.*] Servi delatores dominorum non audiuntur, excepto crimine majeſtatis, *l. ult. C. de delat. l. 2. §. pen. D. de jur. fiſc.* Quid ſi in reatu de domino ſceleris participe confiteantur? Videtur ex reſcripto Trajani ea res dominum gravare: ſed ab eo receſſum eſt, *l. 1. §. ſi ſervi, D. de quæſt.* & hoc Paulus probat. CUJAC.

TITVLVS XIV.

De Quaestionibus habendis.

1. [2] In criminibus [3] eruendis quaestio quidem adhibetur; [4] sed non statim a tormentis incipiendum est: ideoque prius argumentis [5] quaerendum est: & si suspicione aliqua reus [6] urgueatur, adhibitis tormentis [7] de sociis & sceleribus suis confiteri compellitur.

[8] INTERPRETATIO. *Si reus in criminibus suis mentiri voluerit, adhibita tortura de sociis & admissis suis fateri cogitur.*

2. [9] Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, [10] qui timidior, & tenerae aetatis esse videatur.

* Reus evidentioribus argumentis oppressus [11] repeti in quaestionem potest: maxime si in tormenta [12] animum corpusque duraverit.

* In

1. *De quaestionibus*] Sich. addit, *habendis*. In lib. Lex Dei, *tit. 8. & 9.* conjunctim hic tit. citatur cum seq. *De testib. & de quaestionibus.* Cujac. putat deesse in seqq. tit. *De accusationibus*, eumque porrigendum ad tit. usque *De abactoribus*, sublato tit. *De abolitionibus.* Porro ad hunc titulum pertinere videntur aliquot sententiae supra collocatae *lib. 1. tit. 12.* RITTERSHVS. Retinui illud *habendis*, quod veteres edd. etiam Cujacianae, exceptis iis, quae Interpp. habent Cujacii, quaeque ad illas exactae sunt, exhibent. Non ego negaverim Anianum hic quaedam turbasse. optimum tamen erit, donec meliora & certa habeamus, illa, quae is nobis reliquit, ita retinere. Hic vero in genere agitur de quaestionibus habendis: titulo sequenti de testibus: & deinde servorum quaestionibus. Quod vero ad hunc titulum aliquas sententias ex *lib. 1. tit. 12. de judiciis omnibus*, pertinere putat Rittershusius, id non crediderim: ac quamvis illa, quae ibi traduntur, hic quoque scribi potuerint, & illic tamen etiam Paulus ea ipsa docere potuisse videtur. SCHVLTING.

2. *In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur &c.*] Quaestio adhibetur ad eruendam veritatem, eruenda crimina, eruendos socios, *l. item apud, 15. §. quaestionem, D. de injur. l. inde Neratius, 23. §. sed & si servus, D. ad leg. Aquil. l. 1. D. de quaest.* cujus haec genera Synesius ponit *in epistolis, διαλυλήθειαν, πολυρράβην, πιστήριον, βιναλάβιδα, ἀντάγραν, χειλοτρόφιον.* Non tamen statim est a quaestione incipiendum, sed ita si reus argumentis urgueatur, *l. 1. l. unius, 18. §. in ea causa, D. de quaest. l. milites, 8. C. eod.* In excussis perperam legitur hoc loco, *arguatur*, ut & in *l. non prius, 7. C. de calum. arguere*, pro *urguere*, simili errore. CVJAC.

3. *Eruendis*] Hoc est, investigandis. sic *l. 1. pr. D. de quaestionib.* loquitur Vlpianus. Ita Quinctilianus *declamation.* XVIII. dicit *Quidquid est, quod eruisti, profer in medium.* Sic & Tertullianus loquitur *Apologetic. cap. 2.* ubi dicit. *Si eruissent aliquem, qui centum jam infantes comedisset.* atque idem alibi ita hoc verbo utitur. SCHVLTING.

4. *Sed non statim a tormentis incipiendum est*] Vere Quinctilianus *declamation.* XVIII. ita loquitur. *Omnium quidem, judices, incertorum suspiciones possunt semper a corporibus incipiunt: nec bene de cujusquam moribus illam partem corporis interreges, quae non animo, sed dolore respondet.* Et postea: *noxiissimum esse debet, quod torquet, & punit.* IDEM.

5. *Quarendum est*] πλεονασμὸς elegans, in *quaestio & quarendum.* RITTERSHVS.

6. *Vrgueatur*] Sich. *arguatur*, non recte. IDEM.

7. *De sociis*] De quibus etiam post crimen jam patefactum quaeritur, ut constat ex Tertulliano *Apologetic. cap. 2.* & Apulejo *Metamorphos. lib. III.* quin & post sententiam, *l. 1. §. ult. D. de quaestionib. l. 29. D. de poen.* de quo plura diximus alibi. SCHVLTING.

8. INTERPRETATIO.] Exedd. Genev. & Rittershus.

9. *Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, &c.*] Si plures sunt rei ejusdem criminis, ab eo inchoanda est quaestio, qui timidior est, vel tenerae aetatis, a quo facilius veritas erui posse videatur. Extat haec sententia cum aliis quibusdam, quarum partem maximam Anianus rejecit, in *l. unius, 18. D. de quaestionibus.* CVJAC. Extat in *l. 18. D. de quaestionib.* ubi legitur: *ten. at. videtur.* RITTERSHVS.

10. *Qui timidior & tenera aetatis*] Quia ex hoc facillime verum sciri potest: a qualib. incipiendum esse docet & Vlpianus *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* In *l. 18. pr. D. hoc tit.* scriptum est, *tim. est. vel 2. a. videtur.* quod non displicet. SCHVLTING.

11. *Repeti*] Add *l. 16. pr. D. hoc tit.*

12. *Animum corpusque duraverit*] Exempla talium, qui inexpugnabili patientia tolerarint tormentorum cruciatus, collegit Valer. Max. *lib. III. cap. 3. & lib. VIII. cap. 4.* & Claudius Minos *Commentar. ad Emblem. Alciati 14.* Vide & Livium *lib. XXIV.* de Theodoro

* In ea cauſa, in qua nullis reus argumentis urguebatur, [13] tormenta non facile adhibenda ſunt: ſed [14] inſtandum accuſatori, ut id, quod intendat, comprobet [15] atque convincat.

* [16] Teſtes torquendi non ſunt, convincendi mendacii, aut veritatis gratia; niſi cum facto interveniſſe [17] dicuntur. EX LEGE XVIII. §. I. II. III. D. DE QVAESTIONIB.

doro quodam Syracuſano: & Menochium *lib.* 11. *de arbitrar. judic. cent.* 3. *caſu* 272. & de indiciis ad torturam ſufficientibus, idem explicat *eod. centur. caſu.* 270. RITTERSHVS. Alii legunt, *animus corpusque duraverit*: quidam *obdurnerit*.

13. *Tormenta non facile adhibenda ſunt*] Hoc ſi fieret, idem eſſet, ac ſi a tormentis inciperetur, quod fieri non debere docuit ſententia prima. Illud *non facile* hic accipiendum eſt pro, *plane non*: uti *difficilimus* in *l.* 1. §. 1. *D. de pignorib. & hypothec. l.* 2. *D. de collation.* De modeſtis ejuſmodi loquendi formis, quæ jureconſultis placuere, plura notavit V. C. Franc. Duarenus *Diſputation. Anniverſar. lib.* 11. *cap.* 11. SCHVLTING.

14. *Inſtandum accuſatori, ut id, quod intendat, comprobet*] Accuſator non debuit criminis arceſſere reum, niſi inſtructus eſſet idoneis probationibus, *l.* 4. *C. d. edend.*

15. *Atque convincat*] Al. *ac ſic convincat.*

16. *Teſtes torquendi non ſunt, convincendi mendacii, &c.*] Quando, ſcilicet, ſunt homines viles, quo pertinet *l.* 21. §. 2. *D. de teſtib.* ac jubentur tales ſubjici tormentis, *βασάνῳ Novell.* 90. *cap.* 1. §. 1. & *cap.* 3. ubi male in verſione vulgata fit mentio verborum & ſuppliciorum, cum verbum Græcum notet tormenta. Torquentur & vacillantes teſtes, *l.* 15. *pr. D. hoc. tit.* quales etiam coërceri poſſe docet Paulus *l.* 16. *D. de teſtib.* qui locus exſtat quoque *tit. ſeq.* §. 5. quo etiam Accurſius refert *l.* 8. *C. de Epiſcop. & Cleric.* quæ lex pertinet ad eos, qui vera ſupprimunt. Idem in falſa teſtantibus, *l.* 25. *C. de teſtib.* Nec hic teſti præſcriptio datur fori, *l.* 14. *C. de teſtib.* Ceterum Paulus monet, ob mendacium convincendum, vel verum indagandum tum demum torqueri teſtes, cum facto intervenerint. Et aliter id fieri abſurdum eſſet. SCHVLTING.

17. *Dicuntur*] Rittershuſius his ſubjicit verba, §. 9. & 10. *l.* 18. *D. hoc tit.* ſed nos cum Aurelianenſi editore illa ad finem tituli 16. ponenda eſſe exiſtimavimus.

TITVLVS XV.

[1] *De Teſtibus.*

1. [2] Suſpectos gratiae teſtes, & eos vel maxime, quos accuſator de domo [3] pro-

1. *De Teſtibus*] Extat in lib. Lex Dei *tit.* 9. Vbi legitur, *Suſceptos teſtes*: quos Pithœus intelligi vult clientes. RITTERSHVS.

2. *Suſpectos gratia teſtes, & eos vel maxime, &c.*] Teſtes ſuſpecti gratiæ, & maxime domeſtici, itemque humilis & abjectæ condicionis non interrogantur. Inteſte vita, dignitas, & mores ſpectantur. Extat pars quædam hujus ſententiæ in *l. penult. D. de teſtib.* Plerumque tamen ex cauſæ condicione humiles, & infames audiuntur, *l. ob carmen*, 21. §. ea, *D. eod.* Et quidem ex Magiſtro Harmenopulus refert, in teſtibus de vi, aut injuria nec mores ſpectari, nec vitam. CVJAC. Hinc ſumpta *l. pen. D. de teſtib.* RITTERSHVS.

* 2. *Suſpectos gratia*] In Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 9. ubi hæc adducuntur, omiſſum eſt *gratia*, & legitur *Suſceptos*, quæ lectio placet Erudiriſſimo Viro, P. Pithœo *ad dict. loc.* Certum eſt poſteriori ævo per ſuſceptos intellectos fuiſſe clientes. Ita Servius *ad Virgil. Æneid. lib.* VI. *verſ.* 609. ſcribit. *Clientium, quos nunc ſuſceptos dicimus.* de quo verbo plura notarunt Fr. Juretus *ad Symmach. lib.* V. *epiſt.* 39. Henr. Valeſius *ad Ammian. Marcellin. lib.* XXX. *cap.* 4. Jac. Gothofredus *Gloſſar. Cod. Theodoſian.* Car. du Freſne du Cange *Gloſſar. med. & inſim. Latinit. hoc verb.* At uti homines tenuiores a potentioribus vel advocatis ſuſcipiuntur in fidem, non ſic etiam ſuſcipiuntur teſtes ab illis, pro quibus teſtimonium dicent: & *ſuſcepti teſtes* nuſquam credo occurrunt. Adde quod verbum *gratia*, quod his habemus, nec cauſa eſt, cur a Paulo eſſe negetur, omnino exigat ſcribi *ſuſpectos*. SCHVLT.

3. *Pro-*

Digitized by Google

[3]produxerit, vel vitae [4]humilitas infamaverit, [5]interrogari non placuit: [6]in teſtibus enim & vitae qualitas ſpectari debet, & dignitas.

2. [7]In adfinem vel cognatum [8]inviti teſtes interrogari non poſſunt.

3. [9]Adverſus ſe invicem parentes & liberi, [10]itemque liberti nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt: quia rei verae teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit.

INTERPRETATIO. *Adverſus ſe invicem teſtimonium parentes & filii, vel liberti dicere prohibentur: quia veritatis profeſſionem propinquitatis affectio impedire cognoſcitur.*

4. [11]Teſtes, [12]cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt.

5. [13]Hi,

3. *Produxerit*] In eadem Collatione eſt *eduxit*. ſed in *l. pen. D. hoc tit.* legitur quoque *produxerit*.

4. *Humilitas*] Sic quoque in laudata Collatione ſcriptum eſt, ac recte. Sichardus edidit *vilitas*: ſed in margine eſt *humilitas*.

5. *Interrogari non placuit*] Pro accuſatore maxime, qui non, niſi bene inſtructus ad accuſandum debuit venire. Quod vero Harmenopulus a Cujacio laudatus ſcribit *Promptuar. lib. 1. tit. 6. §. 10.* auctoritate Magiſtri, in cauſa vis & injuriæ non inquiri in mores & vitam teſtium, id affirmat quoque de aliis fortuitis, quæque ſubito contingunt, ut ipſe exponit *dict. tit. §. 28.* vocatque ἀφηγητικά. Abſurdum tamen erit, ſi tales teſtes non audiantur tantum promiſcue, ſed & plena iis adhibeatur fides: quod naturalis, & civilis ratio improbat. SCHVLTING.

6. *In teſtibus enim & vitae qualitas &c.*] Hoc ſæpius monetur, *l. 2. l. 3 pr. & §. 1. D. hoc tit. & alibi.*

7. *In adfinem, vel cognatum inviti teſtes &c.*] Hoc eſt ex lege Julia, ut invitis teſtimonium non denuntietur adverſus affines, vel cognatos, *l. 4. D. de teſtib.* CVJAC. Extat & hæc in lib. Lex Dei, *tit. 9.* RITTERSHVS.

8. *Inviti teſtes*] Hoc ſpectat cauſas criminales, de quibus hic agitur, & in quibus olim ad teſtimonium dicendum homines cogi poterant: quod in civilibus quoque obſervari voluit Imp. Juſtinianus *l. 10. C. hoc tit.* Extenditur vero hoc jus ad ſobrinum usque, & ſobrino natum *l. 4. D. hoc tit.* ubi & ex adfinibus recenſentur ſocer, gener, vitricus, privignus. Contra quos vero teſtimonium dicere quis non cogitur, contra tales etiam non poteſt torqueri, *l. 1. §. 10. D. de quæſtionib.* SCHVLTING.

9. *Adverſus ſe invicem parentes & liberi, &c.*] Hæc Pauli verba Impp. Diocl. & Maxim. uſurparunt in *l. parentis, 6. C. de teſtib.* niſi quod illa non adjecerunt, *itemque liberti*. quæ etiam ex hoc loco demenda cenſeo: non quod falſum ſit libertos volentes adverſus patronos non audiri, ſed quia eis ſubjecta a Paulo ratio non convenit. Ideo enim ait nec volentes invicem adverſus ſe audiri parentes & liberos, quod plerumque, ne plena ſit ejus teſtimonii fides, neceſſitudo efficiat, id eſt, conjunctio ſanguinis. Sic enim noſtri auctores ſemper neceſſitudinem accipiunt. CVJAC. Hæc quoque extat ibid. RITTERSHVS.

10. *Itemque liberti*] Cujac. hæc iſtinc demenda cenſet, quod inter libertum & patronum non ſit neceſſitudo, id eſt, conjunctio ſanguinis, cui non aſſentior. RITTERSHVS. Agnovit hæc etiam verba Interpres: exſtantque in Collatione ante allegata, ac placent Pithœo *ad dict. Collation. tit. 9.* & Rittershuſio *ad hunc loc.* Quin & Cujacium hæc delenda cenſentem notavit Rad. Fornerius *Rer. Quotidianar. lib. III. cap. 16.* Et an non in liberto eſt religioſæ conjunctionis jus & vinculum? quo modo neceſſitudinem definit A. Gellius *Noct. Attic. lib. XIII. cap. 3.* qui ibidem etiam neceſſarios vocat eos, qui ob jus adfinitatis vel amicitiæ ſunt conjuncti. Præterea Cornelius Fronto inter Grammaticos antiquos *p. 2201.* dicit: *Neceſſitudo vel ſanguinis, vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis.* & cur ergo non cum patronis? imo & adgnationis jura inter patronum & libertum intercedere patet vel ex Græca conſtitutione, quam edidit Cujacius ipſe *Obſervation. lib. XX. cap. 34.* qua de re ad Ulpianum aliquid dicemus *tit. XI.* ac libertus adſumitur in nomen & familiam patroni: de quo ad Ulpianum *tit. ult.* Imo & liberto adſcribitur hoc ſenſu neceſſitudo *l. 2. D. in jus vocati ut eant, aut ſat. vel caut. dent. & neceſſaria perſona* ſic accipiuntur *l. 1. D. eod. tit. add. l. 28. §. 8. D. de pœn.* Quod Imperatores *l. 6. C. hoc tit.* hæc omiſerint, id inde factum eſt, quod ea ad quæſtionem propoſitam nihil facerent, nec illis ſcopus fuit Paulum tam deſcribere, quam ex illius verbis aptum depromere reſponſum. SCHVLTING.

11. *Teſtes, cum de fide tabularum nihil dicitur, &c.*] Si inſtrumenti fides in dubium non vocatur, omnimodo ſtandum inſtrumento eſt, nec adverſus hujuſmodi inſtrumentum teſtes admittendi ſunt. Quod ſi in libris Juſtiniani inveniri potuiſſet, de eo jamdiu inter ſe Doctores non certaſſent, quibus, ut certamini finem imponant, hic locus indicandus eſt. CVJAC.

12. *Cum de fide tabularum non dubitatur*] Quando fides

5. [11]Hi, qui [12]falſo, vel varie teſtimonia dixerunt, [13]vel utrique parti prodiderunt, [16]aut in exſilium aguntur, aut in inſulam relegantur, [17]aut curia ſubmoventur.

[18]INTERPRETATIO. *Hi, qui falſe, vel varie, vel ab utraque parte teſtimonium dederint, in exſilium deputentur.*

6. [19]In

ſides tabularum dubia eſt, vel in diſcrimen vocatur, teſtibus eſt locus: atque ita Cicero *pro Arch. poët. cap. 4. & 5.* contra publicarum quoque tabularum ſcripturam teſtimonio utitur teſtium. Quid ſi etiam ſuſpicio moveatur ſimulationis? hic ſane eodem modo verum inveſtigari poſſe arguit titulus *C. plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.* Sic & alibi contra illa, quæ in inſtrumento ſcripta ſunt, audiuntur teſtes, *§. 11. Inſt. de inutilib. ſtipulationib. l. 7. §. 12. D. de pact. l. 14. C. de contrahend. & committend. ſtipulation. Novell.* LXXIII. *cap. 3.* Quando vero ipſis tabulis earumque ſinceritati nulla movetur controverſia, tunc fruſtra contra illas adducuntur teſtes. Nec quidquam officit *l. 18. Cod. hoc tit. Novell.* XC. *cap. 2.* ubi teſtes non admittuntur contra inſtrumentum, ſed de ſolutione teſtantur debiti, de quo factum eſt inſtrumentum. Quod vero in *l. 1. C. hoc tit.* dicitur contra ſcriptum teſtimonium non poſſe valere non ſcriptum, id forte hoc vult, non eſſe admittendum teſtem, qui teſtimonio ſuo inſtrumentum ſubſcribendo confirmavit, ac contra illud nunc vult atteſtari, ad dicendum adverſus illud contrarium teſtimonium: quod etiam cavetur legibus Wiſigothorum *lib.* II. *tit. 4. l. 3.* SCHULTING.

13. *Qui falſo, vel varie teſtimonia dixerunt, &c.*] Falſi teſtes, aut varii, aut qui utrique parti teſtimonia ſua prodiderunt, aut exilio, aut relegatione, aut ordinis amotione, pro qualitate rei coërcentur. Noluit Tribonianus in *l. qui falſo. 16. D. de teſtibus,* has pœnas, forte quod graviores viderentur, exprimere, ſed earum vice hæc adſcripſit, *A judicibus competenter puniuntur*, vel ut Harmenopulus legit, *a judicibus competentibus puniuntur, ὑπὸ τῶν προσφόρων ἀρχόντων τιμωροῦνται.* CUJAC. Exſtant hæc in Collatione plus ſemel memorata *tit. 8.* ubi legitur, *Hi, qui falſum, vel aliquas s. d.* ſed Pithœus legit, *vel obliquas*: quod non damnem. Teſtimonia *obliqua* videntur, quæ non aperte rem enarrant, ſed per ambages & circuitus obſcure enunciant, quæ Græcis dicuntur λοξὰ, unde & Apollo Λοξίας. Placet tamen ſatis vulgata lectio *varie*, quam & Interpretatio probat: atque etiam in Edicto Regis Theoderici *cap. 42.* qui locus hinc eſt ſumptus, occurrit teſtimonium *varium* (leg. *varium*, ut jam illic diu eſt emendatum) *& falſum.* Falſa teſtimonia ſtirit vero contraria. *Varia*, quando teſtis modo ait, modo negat, quales teſtes Alexandrinos commemorat Cicero *pro Rabir. Poſtum. cap. 12.* SCHULTING.

14. *Falſo, vel varie*] Pythœ. *in lib. Lex Dei* leg. *Hi qui falſum, vel obliquas eſt.* RITTERSHUS.

15. *Vel utrique parti prodiderunt*] Non intelligendi ſunt tales, qui diverſa utrique parti teſtimonia præbent, quod voluit hic antiquus Interpres, & de quibus agit Modeſtinus *l. 27. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ.* verum qui revelant utrique parti ſua, quæ dicent, teſtimonia, ut ita quis inſtructus adverſus illa veniat. SCHULTING.

16. *Aut in exilium aguntur, &c.*] Tribonian. in *l. 16. qui falſo, D. h. tit.* ita in genere ſcripſit: *a judicibus competenter* (al. *competentibus*) *puniuntur.* RITTERSHUS. In *l. 16. D. hoc tit.* dicuntur puniri *competenter*, ubi nihil eſt mutandum. Baſilicorum Scholia probant illud *competenter*, dum vertunt πρὸς τόπους, quamvis aliter habeat ipſe Baſilicorum contextus. Verum ad hanc pœnam infligendam non eſt opus, ut judex ſit competens, ex conſtitutione Zenonis, *l. 14. C. hoc tit.* ſed debet id agere *competenter*, & prout res ipſa vult. SCHULTING.

17. *Aut curia ſubmoventur*] Priores pœnæ ad inferioris gradus homines pertinebant, hæc ad ſuperioris: qui hac ratione inter peſſimos quosque & plebejos habebuntur, quemadmodum Imperatores loquuntur *l. 12. C. de dignitatib. lib.* XII. Sic & Alexander Severus eos Senatores, qui, quando Senatores crearentur, in ſententiis de iis ferendis, vel teſtimoniis dicendis fefelliſſent, in ultimum civium locum rejecit, quaſi eſſent falſi rei approbati: quod refert Lampridius *Alexand. Sever. cap. 16.* ubi quamvis tamquam rei falſi dicantur eſſe condemnati, ac hæc pœna non veniat ex Lege Cornelia, cujus pœna fuit interdictio aquæ & ignis, ſive deportatio; quod docet Paulus *tit. 25. hoc lib.* id, inquam, nihil eſt, quod turbet. Alexandri Severi tempore extraordinariæ pœnæ etiam in publicis criminibus paſſim frequentatæ fuerunt: de quo copioſe egimus in Diſſertatione *de recuſation. judic. cap. 7.* Multo magis hoc ita conſtituere licuit Principi. Ac proinde non ob id, quod legis Corneliæ gravior pœna fuit, opus eſt in loco Lampridii aliquid mutare, quod tentavit V. C. Cl. Salmaſius. Dicemus itaque, ob hoc crimen Senatores Senatu, decuriones curia moveri. Atque ita *curia* pro ordine decurionum in jure paſſim accipitur. *§. ult. Inſt. de nupt. l. 3. C. de naturalib. liber. §. 2. Inſt. de hereditatib. q. ab inteſtat. deferunt.* & ſæpe alibi. Atque hæc pœna homini in dignitate conſtituto non levis eſſe exiſtimatur. Ceterum falſos teſtes falſi pœna teneri docet & Paulus libro ſingulari *de pœnis omnium legum*, ex quo fragmentum exſtat in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 8.* IDEM.

18. INTERPRETATIO.] Eſt ex edd. Genev. & Rittershuſiana.

6. [19] In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur. Aliae autem jurejurando, aut testibus explicantur.

19. *In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus &c.*] Lis pecuniaria jurejurando, aut instrumentis, aut testibus deciditur, non quæstione servorum. Nec enim facile de servis in re pecuniaria quæstio habetur. At si desint testes, si instrumenta, si nemini liqueat jurare, quid fiet? Quod maxime accidit, cum vel de genere, vel de rebus hereditariis quæritur, quarum plerumque soli servi notitiam habent. Et placet his casibus ex inopia probationum servos audiri, non tantum si nondum sit certum, qui heredes sint, sed etsi de heredibus constet, *l. Divus, 9. Digest. de quæst. l. 1. & ult. C. eod. l. ult. §. licentia, C. de jur. delib. & infr. tit. prox.* In eis autem litibus pecuniariis, in quibus sunt, quibus jurare liqueat, numquam ad servorum quæstionem perveni-mus. CVJAC.

TITVLVS XVI.

De Servorum Quaestionibus.

1. [1] Servum de facto suo in se interrogari posse, ratio aequitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per servum aliquid sine cautione [3] commodat, aut [4] deponit.

INTERPRETATIO. *Servum de facto suo in se interrogari posse* [5] *praeceptum est, ut si aliquid dominus ejus per eum cuicunque sine cautione transmiserit, aut commodaverit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsione servi, per quem res acta est, possit rei probatio non desse.*

2. [6] Judex tutelaris, itemque [7] Centumviri, si aliter de rebus hereditariis, vel

1. *De Servorum quæstionibus*] Aliquæ hic occurrunt sententiæ, quæ ad hunc titulum non pertinent, nempe §. *12. & seqq.* quod notavit & Cujacius ad *tit. 20.* cui etiam id facile largior, olim hoc in libro fuisse titulum *de accusationibus.* Quod vero vult, illum hic esse ponendum, atque extendendum ad §. *2. tit. 17. de abolitionibus*, id nequaquam est certum. Ac tandem quod inde vult incipi titulum *de pœnis*, illumque extendit ad §. *2. tit. 23. ad leg. Cornel. de sicar.* omnibus intermediis sublatis, id in mentem non venisset Viro Summo, si vidisset tunc Collationem Mosaicarum & Romanarum legum, in qua invenire est in *tit. 11. & 12.* duos titulos ex illis intermediis, *de abactoribus*, nec non *de incendiariis.* Quin &, utcumque titulum *de pœnis* a Paulo dicto loco olim positum fuisse non abnuerim; quod tamen id inde probet, quia illum ex hoc loco citat Julius Frontinus *de limitib. agror.* id nihil efficit: constat enim Frontinum, qui sub Vespasiano, Tito, Domitiano, Nerva, Trajano floruit, ut certum est iis, quæ tradit Ger. Joh. Vossius *de Histor. Latin. lib.* III. *part. 4. cap. 1.* Paulo, qui hæc non ante Caracallæ imperium scripsit, longo esse antiquiorem: ut proinde Frontinus Paulum nostrum allegare per rerum naturam non potuerit. At nec quidquam tale effeceris ex eo, quod ad calcem librorum Frontini aliorumque de re agraria inter leges quasdam & veteres & novas reperiatur quoque fragmentum ex hoc libro quinto Sententiarum Pauli de pœnis eorum, qui terminos effodiunt, violantque, cum hac inscriptione: *Idem* (scil. Paulus) *Sententiarum lib.* V. *de pœnis.* & tunc sequantur ea, quæ leguntur *tit. 22. §. 2. qui terminos &c.* Sic habet editio Scriverii: at illic non additur *ex titulo*: ut adeo sit sensus, Paulum illo loco agere de pœnis illorum, qui terminos effodiunt vel violant. In editione Sichardi illa *de pœnis* verbis Pauli connectuntur. In editione Goesiana vero plane omittitur. Vt proinde non hæc sit idonea ratio de ejusmodi titulo tale quid statuendi; quamvis illum, ut dixi, olim in hoc quoque libro extitisse non iverim inficias. SCHVLTING.

2. *Servum de facto suo in se interrogari posse ratio aequitatis ostendit, &c.*] Servus pro domino, aut in dominum interrogari non potest: de suo autem facto in se interrogari potest, etiam si ex ea re commodum, vel incommodum domino creetur: ut puta, si quid per eum dominus sine cautione commodaverit, aut deposuerit, *l. interrogari, 15. C. de quæst. l. servos, 8. C. de testib. & supra lib.* II. *tit. 17.* Hic vero perperam antea legebatur, *Commodatum deponit.* CVJAC.

3. *Commodat, aut*] Sich. *Commodatum*, non recte. RITTERSHVS.

4. *Deponit*] Casus talis est apud Quinctilianum avum *declamation.* CCCLIII.

5. *Praeceptum est*] Forte *receptum*, ut & in seq. interpret. RITTERSHVS. Sed Interprete hæc locutio non est indigna.

6. *Judex tutelaris, itemque Centumviri, &c.*] Prætor tutelaribus cognitionibus præsidet: Centumviri de hereditatis petitione cognoscunt. Vtraque lis est pecu-

vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quaestionem.

INTERPRETATIO. *Si quando rerum hereditariarum quantitas,* [a] *tutore agente, requiritur, ut possit hereditatis quantitas inveniri, de servis hereditariis haberi quaestionem jure praeceptum est. Et si fortasse de filiis aliqua dubitatio habeatur, ut veritas inveniri non possit, torqueri servi hereditarii jubentur.*

3. [9] Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. [10] Et hoc invito domino non est permittendum, [11] nisi delator, cujus interest, quod intendit, probare, pretia eorum, quanti dominus taxaverit, inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem.

4. [12] Ser-

pecuniaria, & nonnunquam incidit in utramque quaestio de genere, aut gente. Itaque secundum ea, quae dicta sunt *supr. tit. prox.* in eis non erit de servis habenda quaestio, nisi cum veritas aliter inveniri non potest. Extat hujus sententiae pars quaedam in *l. unius, 18. §. judex D. de quaest.* CVJAC. Hinc sumptus est *§. 4. Judex. l. 18. D. de quaestion.* RITTERSHVS.

* 6. *Judex tutelaris*] In Vrbe tempore Pauli rebus pupillaribus praerat Praetor pupillaris, quem primus fecit Divus Marcus, teste in ipsius vita Capitolino *cap. 10.* de cujus officio Paulus & Vlpianus libros singulares condiderunt. In provinciis hae partes ad Praesides pertinent, ut & omnium eorum, qui Romae jus dicunt, *l. 7. in fin. l. 8. l. 9. pr. D. de offic. Praesid.* Ipsa vero judicia de tutela non extra ordinem & per cognitionem magistratus olim exercita fuere: sed per actiones ordinarias; quas bonae fidei esse, & arbitria dici, notum est, *tit. C. arbitr. tutel.* Et judicis officio convenire, ut, si rationes non confecerit tutor, vel non reddiderit, de servis habeantur quaestiones, docet Vlpianus *l. 1. §. 3. D. de tutel. & rationib. distrahend.* Idque ad instruendam diligentiam judicantis & utilitatem pupillorum admittendum esse scribit Julius Aquila *l. 34 D. de administration. & pericul. tutor. & curator.* ubi sequor emendationem Amplissimi & egregia eruditione Viri, Corn. van Bynkershoek *Observation. lib.* IV. *cap. 21.* pro *admittendam* reponentis *admittendum.* Jungenda vero dictae legi *l. ult. D. suspect. tutorib.* quae docet etiam Praetoris religionem in cognitione de suspecto tutore per pupillarem servum, qui fraudem detegit, instrui posse. Obiter notemus, non mirum esse, judicem habere quaestionem, nam etiam a privatis olim tortos fuisse servos constat ex Cicerone *pro Cluent. cap. 63. & 66.* Quinctiliano avo *declamation.* CCCXXVIII. CCCXXXVIII. CCCLIII. & ad illum finem aliquando aliis quoque privatim oblati sunt, etiam in Graecia, ut indicat Aristophanes *Ranis v. 629.* Terentius *Hecyr. act. V. sc. 2. v. 7.* quorum prius injussu domini fieri prohibetur, *l. 15. §. 33. D. de injur.* SCHVLTING.

7. *Centumviri*] Apud quos hereditatis petitio instituebatur, quam & imperator vocat judicium centumvirale *l. ult. C. de petition. hereditat.* in illud vero judicium de alicujus genere & natalibus facile quaestio incidit, quae & ab illis erat terminanda, *arg. l. 3. C. de judic.* IDEM.

8. *Tutore agente*] Imo pupillo agente adversus tutorem, secundum modo dicta.

9. *Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt, &c.*] Servi alieni in caput alterius torqueri possunt: sed non nisi singuli, ut hic Paulus ait, & volente domino. Sed & invito domino ita torquentur postulante accusatore, si caveat accusator, si defuncti sint in quaestione, si pretia eorum, vel si deteriores facti sunt, damni aestimationem praestaturum, *l. certo, 13. D. de quaest.* Agetur ergo in simplum actione ex stipulatu. Quod si servus in caput domini torqueatur in causa adulterii, quae excepta est, non est necesse stipulationem interponi: quoniam absoluto domino datur condictio ex lege Julia in simplum: condemnato vero domino servus publicatur, *l. patre, 6. D. de quaest. l. si postulaverint, 27. §. ult. & l. prox. D. ad legem Jul. de adul.* quod trahi potest ad omnes causas exceptas. Ceterum si in caput suum servus torqueatur, & absolvatur, domino ex eadem lege in duplum condictio competit, *l. ult. D. de calumn. l. dominis, 6. C. eodem.* Haec sententia Pauli non ad eum, qui in caput suum, vel in caput domini, sed ad eum, qui in caput alienum interrogatur, proprie pertinet. CVJAC.

10. *Et hoc invito domino non est permittendum*] Quin & injuriarum actio domino datur contra eum, qui de ipsius servo injussu ipsius quaestionem habuit, *l. 15. §. 33. 42. D. de injur.* SCHVLTING.

11. *Nisi delator, cujus interest &c.*] In eundem effectum, non interposita stipulatione, actio praescriptis verbis locum habere potest, *l. 8. D. de praescript. verb.* Hinc desumptum cap. 100. edicti Theoderici Regis. IDEM.

4. [12] Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: nec enim oportet in rebus dubiis salutem dominorum [13] servorum arbitrio committi.

5. [14] Servi in caput domini neque a Praeside, neque a [15] Procuratore, [16] neque in pecuniariis, [17] neque in capitalibus causis interrogari possunt.

6. [18] Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest.

7. [19] Qui

12. *Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur &c.*] Si servus & dominus ejusdem sceleris socii dicantur, & participes, servus in dominum non interrogatur, nec quidem si ultro aliquid de domino confiteatur, ea res dominum gravat, *l. 1. §. Divus Ante. D. de quaest.* & supra *tit. 13.* Nec servo est committenda salus domini. Est enim, ut Theophilus noster ait, φύσει ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ πολέμιος: quod iisdem pene verbis Anna extulit *in* 11. *Alexia.* Ἐχει μὲν γὰρ ἄλλως τὸ δοῦλον φύσει τοῖς δεσπόταις πολέμιον. Extat vero haec sententia Pauli & in *l. unius, 18. §. servo, D. de quaest.* CVJAC.

13. *Servorum arbitrio*] De quorum in dominos odio multa ex antiquis cumulat C. A. Fabrotus *ad Theophil. §. 2. Inst. de his qui sui vel alien. juris sunt.*

14. *Servi in caput domini neque a praside &c.*] Praeses cognoscit de crimine, Procurator de bonis, non de crimine, *l. 1. & 2. C. ubi can. fisc. vel div. dom.* Neuter vero potest servum in caput domini interrogare: puta praeses, an dominus hominem occiderit, procurator, an se dominus metu criminis occiderit. Igitur servi in caput domini, nec in pecuniariis causis, magis, quam in capitalibus interrogantur. Ceterum si in pecuniaria causa caput domini appeti non videatur, ex inopia probationum servos in dominum torqueri placet, *l. Divus, 9. D. de quaest. l. 1. C. eod.* ut puta, si de rebus hereditariis, vel fide generis quaeratur, ut supra diximus *tit. prox.* CVJAC. Non torqueri servos in dominorum caput tradit & Cicero *pro Milon. cap. 22.* qui id jus moribus & institutis majorum adscribit *Partition. Orator. cap. 35. & pro Reg. Dejotar. cap. 1.* Tacitus veteri Senatusconsulto *Annal. lib.* 11. *cap. 30.* qua ratione alia quoque uno loco legibus, alio moribus tribui observavit Excellentissimus Jurisconsultus, Ger. Noodt *Probabil. lib.* 1. *cap.* 9. SCHVLTING.

15. *Procuratore*] Scil. Caesaris, ut supra. RITTERSHVS.

16. *Neque in pecuniariis, neque in capitalibus*] Sic edd. Sich. Lugd. clɔ lɔLXVI. Genev. clɔ lɔLXXXVI. quod secutus sum cum Rittershusio, qui non probat scripturam edd. Cujacii cum ipsius Interpp. *neque in pec. quam in cap.* & recte. In Paris. clɔ lɔ LXXXVI. est, *tam in pec. quam in capitalibus*, optimo quoque sensu. In Capitularibus *lib.* VII. *cap. 363.* ubi haec quoque referuntur, scriptum est, *neque tam in parvis quam in capitalibus*, ubi si *neque* deinas, erit lectio eadem quae Parisiensis illius editionis: & quod *parvis* illic positum sit pro *pecuniariis*, non est a Paulo, sed interpretatio *in pecuniariis.* Vtraque lectio recta habet sensum. Regulam vero hanc probant quoque Wisigothorum leges *lib.* VI. *tit. 1. leg. 4.* Ceterum quod Cujacius existimat, in causa pecuniaria torqueri posse servum contra dominum ex inopia probationum, id non probatur ex *l. 9. D. de quaestionib.* & quamvis illic innuatur, de propriis servis aliquando id fieri posse, id intelligi potest juxta *hoc tit. §. 1.* de casibus, ubi non tam contra dominum, quam de facto ipsius servi quaeritur. In lege sane 1. *C. de quaestionib.* id plane negatur, dicturque id *nec inopia probationum* fieri: quam lectionem probant Basilica & Glossa Accursii, nec non Gratianus *can. quaestionem, 59. caus. 12. quaest. 2.* in antiquis Decreti codicibus: ac sic legit quoque apud Gratianum Glossa juris Canonici, quamvis editiones hodiernae Juris Canonici habeant *ex inopia:* uti ad Gratianum observarunt Viri Docti. Eademque lectio placet paulo ante laudato Viro, Ger. Noodt *Probabil. lib.* 111. *cap. 6.* quem & in eo sequor, quod docet inopiam dici probationem, quando illae non sunt plenae & sufficientes: si enim plane nullae sint, quaestioni non esse locum indicat Paulus *hoc libr. tit. 14. §. 1.* Cujacius quidem *Observation. lib.* 11. *cap. 33. & lib.* XX. *cap. 28.* probat lectionem Haloandri *in d. l. 1.* qui edidit *ex inopia:* at ex sua magis conjectura, quam certa auctoritate: ac emendationi illi obstat plane generalitas verborum Pauli *hoc loc.* & *l. 1. §. 16. D. l. 6. C. de quaestionib.* Nec publica utilitas, quae in quibusdam criminibus aliud induxit, hic idem jubet. Adde quod hic, cum tale quid geretur, de quo quando agendum erit, probatio erit necessaria, testes facile advocari possint. Et quid attinuit tamquam singulare notari a Paulo *hoc tit. §. 1.* & ab aliis, quod tum de facto interrogari possit servus: nec non si quaeratur, quis sit ejus dominus, *l. 12. l. 13. C. de quaestionib.* si id regulariter in pecuniariis causis inopia probationum admittatur contra dominum? SCHVLTING.

17. *Neque in capitalibus*] Cujac. pro *neque*, legit *quam:* & subaudit *magis:* non recte. Sichardi lectio verior est. RITTERSHVS.

18. *Communis servus in caput alterius ex dominis torqueri non potest, &c.*] Servus plurium in nullius caput torqueri potest, nisi socius socium occidisse dicatur, *l. constitutione, 3. l. extrario, 17. §. 1. Dig. de quaest.* CVJAC. Eodem pertinet *l. 23. C. de quaestionib.* Aliud in servo municipium, qui non est singulorum, sed totius municipii: adeoque contra singulos torqueri potest, *l. 1. §. 7. D. de quaestionib. l. 6. §. 1. D. de rer. division.* SCHVLTING.

19. Qui

7. [19] Qui servum ideo [20] comparavit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari.

8. [21] Servus [22] in caput ejus domini, a quo distractus est, [23] cuique aliquando servivit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest.

* Servus nec si a domino ad tormenta offeratur, interrogandus est.

* Sane

19. *Qui servum ideo comparaverit &c.*] Hanc non legi in veter. libris, est recta tamen: & descendit ex rescripto Divorum fratrum, quo cavetur, ut servus in reatu comparatus in dominum torqueatur, *l. 1. §. si servus ad hoc, Digest. de quaest.* CVJAC. Recta loquendi ratio exigeret, ut scriberetur. *Si quis servum &c.* vel *Servus, quem quis &c.* Servus enim interrogatur, non is, qui servum emit. Non aliter tamen haec quoque referuntur in Edicto Theoderici Regis *cap. 101.* Haec vero regula Pauli obtinebit sane in emptis ante litem coeptam, cum generalia ejus sint verba imo ad hunc casum pertinent maxime: lite contestata enim si empti sint, emptori non videtur restitui pretium, sed simpliciter videntur servi torqueri, *l. 1. §. 14. D. de quaestionib.* Eadem regula Pauli procedet, quoties hoc constat, ad evadendum, ne servus in se torqueretur, aliquem servum comparasse. Suspicio sola nihil tale operatur. Atque huc pertinet rescriptum Divorum Fratrum ab Ulpiano relatum *l. 1. §. 6 D. de quaestionib.* modo pro *heredum* reponatur *heredis*, quod adgnoscunt Basilica & illorum Scholia. Verba haec. *Divi Fratres Laliano Longino* (in Scholiis Basilicōn est *Lolliano Longino*) *rescripserunt, de servo heredis* (vulgo *heredum*) *non esse habendam quaestionem: quamvis suspectum fuisset, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesisse heres videretur.* Videtur agi de uno ex pluribus heredibus, qui servum non hereditarium, de quo haberi posset quaestio, secundum §. 2. *hoc tit.* sed alium comparaverit, idque non absque suspicione, quasi id egisset, ne ille servus, fraudium forte, & expilationum ab ipso in rebus hereditariis commissarum non ignarus, contra se, tamquam jam dominum, torqueretur: idque ante coeptam cognitionem: alioquin enim, ut antea dictum est, id non profuisset. Venditio vero imaginaria in *d. l. 1. §. 6.* non videtur esse talis, quae re ipsa non fit, sic enim dominium non posse transire, *l. 55 D. de adquirend. rer. domin.* verum quae facta est sub lege remancipandi, vel restituendi: qualis lex non impedit dominii adquisitionem. Verum hoc quidem suspicari licebat, sed non constabat: adeoque heres ille jure communi dominorum gavisus est. Tentavit hujus loci emendationem V. C. Marc. Ant. Muretus *Observation. jur. singular. cap. 3.* qui ita rescribit. *De servo hereditario non esse habendam quaestionem in emptorem hereditatis; quamvis suspectum, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesisse videretur.* Hic quaedam in aliam formam plane mutantur; alia verba plane negliguntur: nec ratio adducitur idonea tam insignis correctionis. Quod uno loco *heredum*, alio *heredis* fiat mentio, id a nobis jam emendatum est. Quod dicatur *in res hereditarias queri*, fateor non esse ordinarium: & proprie dici *de rebus queri*: non tamen statim talia corrigenda, & maxime non tantopere immutanda sunt, ideo, quia raro vel nusquam alibi occurrant. Quod Muretus etiam vult, de servis hereditariis quaestionem haberi de rebus hereditariis hereditate jacente, id probandum non est: praeterquam enim, quod tunc servi nullius sint, adeoque nihil esset singulare, quod torqueri possent; quod tamen hic adesse subindicat Jurisconsultus in specie, quando interrogantur de genere: eosque tunc habere dominos, nempe, heredes, *l. 17. §. 2. D. de quaestionib.* quae species pari passu ambulat cum illa, qua de rebus hereditariis quaeritur, *l. ult. C. eod. tit.* quis etiam de rebus hereditariis litem movebit nondum adita hereditate? Quod Mureto displicet, quod venditio sumatur pro emptione, per quam quis proprie fit dominus, id etiam fit §. *ult. Inst. de usucapionib.* ubi homines dicuntur a fisco aliquid accipere *per venditionem* pro, *per emptionem.* Et contra quando dicitur emptionis verbo lex duodecim tabularum omnem alienationem complexa esse *l. 29. §. 1. D. de statu liber.* per emptionem intelligenda est venditio: illa enim est alienandi causa, emptio adquirendi. Ita ex causa donationis dicimur adquirere, & tamen re vera adquirimus non donando, sed accipiendo. Sic traditio adquirendi est modus, & intelligitur tamen tunc maxime apprehensio rei traditae. SCHULTING.

20. *Comparavit*] Cujac. *comparaverit*, qui etiam testatur, se hanc in q. l. non reperisse. RITTERSHUS.

21. *Servus in caput ejus domini, a quo distractus est, &c.*] Servus in caput ejus, qui dominus fuit, non est, in memoriam prioris dominii non torquetur. Extat in Pandectis *l. unius, 18. §. servus, Dig. de quaest.* Et sic quoque in aliis partibus juris ad memoriam prioris matrimonii, prioris dignitatis saepe revocamur. CVJAC. Cautum quoque hoc legibus Wisigothorum *lib. V. tit. 4. l. 14.*

22. *In caput ejus*] Nec etiam pro eo *l. 14. C. de quaestionib.*

23. *Cuique aliquando servivit*] Hoc & locum habet in servo in metallum damnato, *l. 17. §. ult. D. de quaestionib.* Jus autem illud usitatum fuisse non videtur tempore Tiberii, qui in fraudem juris, quo quaestio de servis in dominum vetabatur, illos actori publico jussit mancipari, auctore Tacito *Annal. lib. 11. cap 30.* Si dominus damnatus sit, atque ita dominium servorum amiserit, torqueri in ipsum poterunt, *l. 1. §. 12. D. dict. tit.* quod videtur intelligendum cum Glossa de domino, qui jam alio crimine damnatus amisit dominium servorum, ac de alio iterum accusatur. In genere id verum non potest esse. SCHULT.

* Sane quoties quaeritur, an ſervi in caput domini interrogandi ſint, prius de eorum dominio oportet inquiri. EST EX LEGE XVII. §. VII. & VIII. D. DE QVAESTIONIB.

9. [24] Si ſervus ad hoc fuerit manumiſſus, ne torqueatur, quaeſtio de eo nihilominus haberi poteſt.

10. [25] Quaeſtioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, [26] fidem accommodari non convenit: niſi id forte velandae conſcientiae ſuae gratia, quam cum reo habuit, feciſſe doceatur.

INTERPRETATIO. *Si latro quaeſtioni ſubditus de eo, qui ipſum* [27] *quaeſtioni obtulit,* [28] *& ad tormenta poſuit, confiteatur, credulitatem confeſſioni ejus non convenit adhiberi: niſi forte ad protegendam conſcientiam ſuam eum quaeſtioni obtuliſſe* [29] *rebus evidentibus approbetur.*

11. [30] Neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt: niſi ingratum libertum patronus accuſet, aut rei abſentia defendatur.

INTERPRETATIO. [31] *In criminalibus cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquem*

24. *Si ſervus ad hoc fuerit manumiſſus, ne torqueatur, &c.*] Soli ſervi in alterius caput torquentur: liberi in ſuum caput torquentur, in alterius non item. Si quis igitur ſervum ſuum in hoc manumittat, ne in alterius caput torqueatur, nihilominus torqueri poteſt, *l. 1. §. ſi ſervus ad hoc, D. de quaeſt.* idemque eſt, ſi ne in ſuum, vel domini caput ex cauſis exceptis torqueatur, manumiſſus ſit. CVJAC. Idem cavetur Edicto Theoderici Regis *cap. 102.*

25. *Quaeſtioni ejus latronis, quem quis obtulit, &c.*] Non eſt facile credendum convicto, confeſſoque latroni, qui ad ſocietatem ſceleris vocat eum, a quo oblatus, & proditus eſt, niſi evidenter appareat commiſſo communiter ſcelere, captandae impunitatis gratia hunc ad illius proditionem feſtinaſſe, *l. 4. C. de quaeſt. l. 1. §. cum quis, D. eod.* CVJAC.

26. *Fidem accommodari non convenit*] Nec enim invalidum argumentum haberi debet mendacii reorum, ſive calumniae, quod ab illis, quos indicant, & onerant ſuis confeſſionibus, ipſi traditi ſunt judici, *l. 1. §. 26. D. de quaeſtionib.* ubi pro *invalidum* Jac. Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. de maleſic. & mathematic.* reponit, *id validum*, minus bene: ratio enim redditur, cur non ſit tranſmittenda vel negligenda allegatio contra illam confeſſionem ab eo interpoſita, contra quem latro fatetur: idque dicitur eſſe argumentum non invalidum mendacii ſive calumniae a reo, contra eum, qui ipſum obtulit judici, ſtructae, quod, nempe, ab hoc ipſo oblatus eſt. Baſilicōn Scholia etiam pro lectione recepta ſtant. SCHVLTING.

27. *Quaeſtioni obtulit*] Id non dicit Paulus: at is intelligit illum, qui obtulit eum vel tradidit judici, ſive magiſtratui.

28. *Et ad tormenta poſuit*] Sunt ſumpta haec ex edd. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & Rittershuſiana.

29. *Rebus*] Fort. *rationibus.* RITTERSVHS. Per res interpres intelligit rationes, ſive modos. Ita in Epitome Inſtitutionum Caji *lib. 1. tit. 1. §. 4.* dicit, *certis rebus* pro *certis modis, & tit. 2. §. 3.* ſcribit *aliis rebus*, pro *aliis modis.* SCHVLTING.

30. *Neque accuſator per alium accuſare, &c.*] Accuſator per alium non poteſt accuſare, ut *ſupra tit. 4. & 5.* Reus item per alium defendi non poteſt. Excipiuntur duo caſus. Si ingratum libertum patronus accuſet, *l. ſed & ea, 35. §. 1. Digeſt. de procur. l. 4. Digeſt. de obſeq. par. & patr. praeſt.* Si rei abſentia defendatur, *l. abſens, 71. l. ſervum, 33. §. publice, D. de procurat. l. inter, 10. l. pen. Dig. de publ. l. 3. C. de accuſat.* Sed in eo §. *publice.* malim, *abſentiam excuſantem*, potius quam, *innocentiam excuſantem.* Neque enim innocentia excuſatione eget. Et ad abſentiam tantum excuſandam procurator admittitur, non ad innocentiam, ſi qua ſit, oſtendendam. CVJAC. Hae & ſequentia rectius legerentur ſub titulo *de accuſationibus*, quem in his Sententiis olim exſtitiſſe recte exiſtimat Cujacius *ad tit. 20.* De eo, quod hic ſcribit Paulus, aliquid habuimus *ad tit. 5. §. 9. hoc lib.* Ab emendatione vero *l. 33 §. 2. D. de procuratorib.* recedit Cujacius *Obſerv. lib. XX. cap. 20.* & recte. Quod vero ibidem per eum, quem Vlpianus *d. l. 33. §. 2.* vocat Imperatorem noſtrum, intelligit Alexandrum Severum, in quo alios quoque Doctos Viros dicto audientes habet, in eo fallitur. Sub Antonino Caracalla Vlpianus cum alia pleraque ſcripſit, tum & libros ad Edictum, ex quibus hauſta eſt *d. l. 33.* uti vel ex eo conſtat, quod meminit Divi Severi, & Imperatoris noſtri *l. 3. pr. D. de minorib.* & Divi Severi & Imperatoris Antonini, tanquam vivi, *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* & poſteriorem vocat Imperatorem noſtrum cum patre *l. 13. §. ult. D. de jurejurand.* & cum Divo Patre *l. 1. §. 13. D. de tutel. & rationib. diſtrahend.* Sed de hoc ad ipſum Vlpianum agemus, Deo bene volente. SCHVLT.

31. *In criminalibus cauſis &c.*] Hinc ſumptus *can. in criminalibus, cauſ. 5. quaeſt. 3.*

32. *Alii*

quem accusare potest: neque accusatus per procuratorem, aut aliam personam se defensare permittitur, nisi forte ingratum libertum patronus accuset.

* [32] Alii propter suspicionem calumniae: ut illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. LEX EST IX. D. DE ACCVSATIONIB. ET INSCRIPTIONIB.

12. [33] Si pecunia data judici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, [34] ea poena damnatur judex, qua reus damnari potuisset.

13. [35] In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est.

INTERPRETATIO. *In eum reum, qui objecti criminis veritate convincitur, sive torqueri possit, sive non possit, judex, quod ei visum fuerit, judicabit.*

14. [36] Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sunt criminibus responsuri.

* Cogniturum de criminibus Praesidem oportet [37] ante diem palam facere, custodias se auditurum: ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamvis defensionem [38] quocunque tempore, postulante reo, negari non oportet: adeo ut propterea & [39] differantur, & proferantur custodiae.

* Custodiae [40] non solum pro tribunali, sed & de plano audiri possunt, atque damnari. EX LEGE XVIII. §. IX. X. D. DE QVAESTIONIB.

* In pecuniariis causis omnis dilatio singulis causis plus semel tribui non potest. In capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt: sed utrumque causa cognita. LEX EST VLT. D. DE FERIIS ET DILATIONIB. &c.

32. *Alii propter suspicionem calumniae*] Scilicet, *prohibentur accusare*: quale tamen nihil contextui inseruimus, uti fecit Rittershusius, cum Pauli verba haec esse non sit certum. Ad titulum *de Accusationibus* videtur haec sententia pertinere: quem in his Sententiis exstitisse credo cum Cujacio *ad tit. 20.* quamvis, ut jam dixi, illic, ubi is existimat, eum positum fuisse, eoque usque porrectum fuisse, ac ille vult, non putem. SCHVLTING.

33. *Si pecunia data judici reus absolutus esse dicatur, &c.*] In legem Juliam repetundarum, & in legem Corneliam de falsis incidit judex, qui hominem nocentem propter pecuniam judicio liberavit. Paulus eadem cum poena damnari ait, qua reus, qui absolutus est, damnari potuisset. Quod & in commentarienses, cujus fraude, aut nimia negligentia custodia evaserit, constituitur in *l. pen. C. de Custod. reo.* CVJAC.

34. *Ea poena damnatus*] Alia praescribitur poena a Justiniano *Novell.* CXXIV. *cap. 2.*

35. *In convictum reum, sive torqueri possit, &c.*] Reus convictus damnari potest, licet crimen non confitea-tur: ut puta, decurio, a quo tormentis confessio non est elicienda, *l. qui sententiam, 16. C. de poen.* Sed & si torqueri possit, etiam non confessus condemnabitur. CVJAC.

36. *Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt, &c.*] Eduntur crimina per libellum, quod fieri necesse est, ne (ut ait *l. unius, 18. D. de quaest.*) rei subitis criminibus opprimantur. IDEM.

37. *Ante diem*] Id est, *praecedente die.* Graeci in Basilicis verterunt, πρὸ μιᾶς ἡμέρας.

38. *Quocunque tempore*] Imo & post latam sententiam, si rei innocentia appareat, sententiae gratia facienda est, non a magistratu, sed a Principe, *l. 1. §. ult. D. de quaestionib. l. 27. D. de poen.* SCHVLTING.

39. *Differantur, & proferantur*] *Differuntur*, quando ab initio tempus amplius iis indulgetur: *proferuntur*, quando tempus iis indultum profertur, ut recte docuit Cujacius *Observ. lib.* VII. *cap. 16.*

40. *Non solum pro tribunali, sed & de plano*] Discrimen inter haec accurate exposuit suo more V. C. Ger. Noodt *de Jurisdiction. & Imper. lib. 1. cap. 10.*

TIT.

TITVLVS XVII.

De Abolitionibus.

1. Abolitio eſt deletio, oblivio, vel extinctio accuſationis.

2. Poſt abolitionem publicam a delatore ſuo reus intra triceſimum diem repeti poteſt: poſtea non poteſt.

3. Summa ſupplicia ſunt crux, crematio, decollatio. Mediocrium autem

1. *De Abolitionibus*] In ed. Aurel. a Fabroto repræſentata non eſt hic novus titulus: quem tamen aliæ habent: nec video, cur non ab ipſo Paulo eſſe poſſit: quamvis tertia ſententia videatur potius ad titulum *de pœnis* pertinere.

2. *Abolitio eſt deletio, oblivio &c.*] Ex ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & Rittershuſiana. nec quidquam in hac definitione abolitionis eſt, quod reprehendas. Abolitio, videlicet, non tollit crimen, ſed ſolam accuſationem: ac per eam ab hac ſola liberatur reus, & accuſator onere accuſationis ſuæ proſequendæ. SCHVLTING.

3. *Poſt abolitionem publicam a delatore ſuo reus, &c.*] Accuſationis abolitio duplex eſt, privata, & publica. Privata fit, aut poſtulante reo ex certis cauſis, aut poſtulante accuſatore. Poſt hanc autem, vel illam, ab alio, non etiam ab eodem intra diem XXX. repeti reus poteſt, *l. 3. §. ult. D. de accuſ. l. mulier, 4. §. ult. D. ad S. C. Turpill. l. 1. C. de abolitio.* Publica fit nulla poſtulante, auctore principe, vel Senatu ob lætitiam aliquam, *l. abolitio, 8. l. ſi interveniente, 12. D. ad S. C. Turpill.* quæ in hoc diſtat ab Amneſtia, ſive oblivionis lege, quod poſt ἀμνηστίαν accuſatio inſtitui, vel repeti non poteſt. Poſt abolitionem publicam intra diem 30. etiam ab eodem repeti reus poteſt, *l. 1. C. de gener. abolit. l. aut privatim, 10. D. ad S. C. Turp.* CVJAC.

4. *Summa ſupplicia ſunt crux, crematio, decollatio, &c.*] Pœnæ aut ſummæ ſunt, aut mediocres, aut minimæ. Summas pœnas mortes interpretamur. Nec probamus Silani interpretationem, qui cum detecta conjuratione Catilinæ in ſocios facinoris ſummam pœnam decreviſſet, poſtea Cæſaris oratione permotus, ut Plutarchus ſcribit *in Catone*, non mortem ſe intelligere dixit, ſed vincula. At certe vinculorum pœna minima eſt, non ſumma. Summa hæc ſunt genera, Crux, Crematio, Decollatio. Totidem Calliſtratus refert in *l. capitalium, 28. D. de pœn.* Sed quod ſublatum eſſet crucis ſupplicium a Conſtantino, ut Nicephorus ſcribit, & ejus loco introducta furca, Tribonianus, non ut Calliſtratus ſcripſerat, *Ad crucem damnatio*, & in §. famoſos. *cruci figendos*, ſed *Ad furcam damnatio*, & *Furcæ figendos* maluit ſcribere: cum tamen furcæ criminoſi non figantur. Et hoc Triboniani facinus prodit manifeſto prima ſententia *ſitul. 22. infra* collata cum *l. ſi quis aliquid, 32. §. auctores, Digeſt. de pœn.* ut & Anton. Contius in *lib. Var. lect.* notat. Illis autem tribus dumtaxat modis olim vita adimi potuit, non laqueo, ſive furca, *l. aut damnum, 8. §. 1. D. de pœn.* Non ſecuri: & hinc illud Caracallæ, cum ſecuri percuſſus eſſet Papinianus, *At gladio te meum juſſum exequi oportuit.* Non fuſtibus, quod tamen introducitur in *Nov. Majoriani de curialibus.* Sed & multa alia genera ultimi ſupplicii ex poſterioribus conſtitutionibus introducta ſunt. Mediocres pœnæ eæ ſunt, Metallum, Ludus, Deportatio. Ludus duplex eſt, Venatorius, & Gladiatorius. In utrumque damnati ſervi pœnæ efficiuntur. Quod cum de his, qui in venatorium damnantur, dixiſſet Vlpianus in *l. aut damnum, 8. §. quicumque, Digeſt. de pœn.* ſubjunxit, *Hoc enim diſtat a ceteris, qui* (ſic lego) *inſtituuntur venatores aut purricharii, &c.* Senſus eſt, damnatos in ludum venatorium, pœnæ ſervos eſſe eos, qui inſtituuntur venatores, aut purricharii, aut geſticulatores non item. Ad hæc damnatos in gladiatorium Paulus ait intra annum eſſe conſumendos. Quod Conſtantinus, priusquam hanc pœnam ſuſtuliſſet in *l. 1. C. de gladia.* quodammodo probaverat in *l. 1. C. Th. ad leg. Fab.* Minimæ autem pœnæ hæ ſunt, Relegatio, id eſt, inſulæ vinculum: Exilium, quod eſt aut certi loci interdictio, id eſt, lata fuga, aut omnium locorum interdictio, præter certum locum. Sic enim omnino invitis exemplaribus legendum eſt in *l. 5. D. de interd. & releg.* Addit Paulus opus publicum, & vincula: quod ita verum eſt, ſi ad tempus ſint. Nam neque civitas per hunc modum, neque libertas amittitur. In perpetuum vero damnati civitatem amittunt, *l. ſunt quidam, 17. Dig. de pœn.* libertatem vero retinent, *l. capitalium, 28. §. Divus. Digeſt. de pœn.* in quo ſic legendum eſt, *Hujus enim libertas manet, quemadmodum etiam his, qui in perpetuum opus, damnantur.* Errant enim tota via, qui deeſſe negationem in P. Floren. arbitrantur, quoniam qui non in perpetuum opus damnati ſunt, utrumque retinent, quandoquidem hæc pœna eſt ex minimis. Sed eodem loco tamen Flor. Codex perperam habet, *quamdiu etiam hi*, cum negatio, quæ ab eo libro abeſt, & vero abeſſe debet, oſtendat eſſe legendum *quemadmodum etiam.* Qui error ex compendiis dictionum eſt natus. CVJAC. Cujac. hinc putat incoandum tit. *De pœnis,*

autem delictorum poenae sunt, [7] metallum, [8] ludus, deportatio. Minimae, [9] relegatio, exsilium, [10] opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

poenis, qui porrigatur usque ad tit. *Ad l. Cor. de sicar.* sublatis intermediis, tamquam spuriis. Cui vix est ut assentiar, nam video in lib. Lex Dei *tit.* XI. adduci tit. *De Abige.* RITTERSHVS. Id, in quo hic Rittershusius a Cujacio dissentit, a Cujacio traditur *ad tit. 20 hoc lib.* Ac pro Rittershusio id quoque facit, quod titulus *de incendiariis*, qui hic est vigesimus, in Collatione Mos. & Rom. II. laudetur, *tit.* 12. ut adeo & ille sit genuinus. Ab eo vero, quod hic tradit Cujacius de emendatione & explicatione *l. 9. §. 11. D. de poen.* recedit ipse *Observation. lib.* XIII. *cap.* 10. ubi tamen quod purricharios, vel pyrrhicharios eos intelligit, qui equestris vel pedestris pugnae simulacra edunt, in eo sequendus esse non videtur: nec illa res similis est illis poenis, quae ibi describuntur. Magis intelligendi sunt illi, qui in veste purpurea & aurata saltabant, statim arsuri, quos describit Plutarchus *de ser. numin. vindict. p. 554.* laudatus a V. C. Henr. Valesio *ad Ammian. Marcellin. lib.* XVI. *cap. 5.* SCHVLTING.

5. *Crux*] Supplicium etiam vilibus personis infame, ut dicit Arnobius *adverf. gent. lib.* 1.

6. *Crematio*] Hoc supplicium postea inventum esse scribit Callistratus *l. 28. pr. D. de poen.* quod verum forte quod ad frequentiorem usum. ceteroquin & in duodecim tabulis de eo cautum est: ut docet Cajus ad duodecim tabulas, scribens, *l. 9. D. de incend. ruin. naufrag.* Gravior videtur habita haec poena cruce, adeoque tamquam adhuc atrociora cruce meritis infligi *tit. 23. §. 11. hoc lib.* & Petronius *Satyric. cap. 111.* ait, nos credere hanc poenam gravissimam esse, cum servis irascimur. Tertullianus quoque ad *Scapul. cap. 4.* sic scribit. *Pro Deo vivi cremamur, quod nec sacrilegi, nec hostes publici, verum nec majestatis rei patiuntur. & ad martyr. cap. 4.* hoc modo. *Timebit forsitan caro gladium gravem, & crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium poenam.* Addi posset locus ex libro *de pudicit. cap. 22.* Idem *de resurrection. cap. 8.* dum atrociora cruce supplicia commemorat, hoc quoque inter ea intellexit. Ob quae crimina statuta sit haec poena, docet R. Fornerius *Rer. Quotidianar. lib. 1. cap. 7.* SCHVLTING.

7. *Metallum*] Haec poena morti est proxima, *l. 28. pr. D. de poen.*

8. *Ludus*] A quo diversa est poena gladii, ad quam damnatus mori omnino debet, ut mox docet Paulus: sed ad ludum gladiatorium damnatus mortem evadere, & pileari potest, teste Ulpiano, cujus verba conservata sunt in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 11. ad quem videri possunt notata V. C. Petr. Pithoei, nec non Cujacius *Observation. lib.* XIII. *cap.* 10. SCHVLTING.

9. *Relegatio*] Haec poena satis nota est. In responso Marciani in *l. 5. D. de interdict. & relegat.* cujus emendationem tentat Vir Maximus *ad hunc loc.* nec non Janus a Costa *ad §. 2. Inst. de capit. deminution.* nihil ego melius invenio emendatione Subtilissimi Viri, Ger. Noodt *Probabil. lib.* III. *cap. 3.* quem velim consuli. IDEM.

10. *Opus publicum*] De hac poena aliquid habuimus *ad lib.* III. *tit. 4. A. §. 9.*

TITVLVS XVIII.

[1] *De Abactoribus.*

1. [2] Abactores sunt, qui unum equum, [3] duas equas, totidemque boves, vel capras decem, aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra

1. *De Abactoribus*] Lib. Lex Dei *titul.* XI. legit, *Abigeatores.* Et ita quoque laudat hunc titul. Scripsi autem hanc sententiam, ut emendandam putat Cujac. Non ut extat apud Sich. Non ut in lib. Lex Dei. Discrepantiam lectio & collatio ipsa manifestabit. RITTERSHVS. In Pandectis est titulus *de Abigeis*: quomodo & eos vocat Ulpianus *l. 1. D. eod. tit.* aliique. In Collatione Mosaicarum & Romanarum legum titulus est undecimus *de Abigeatoribus*, de quo ibidem videbimus. Multa de abigeis ex jure & bonis scriptoribus collegit Jan. Langlaeus *Semestr. lib.* VIII. *cap. 1.* SCHVLTING.

2. *Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, &c.*] Haec sententia variis modis corrupta est. Primum enim constat unum bovem abigeum facere, *l. ult. D. de abig.* sed hic duo exiguntur. Tum eos, qui animalia intra definitum numerum auferunt, constat puniri ut fures, non ut abigeos. Sed hic traditur vel poena furti eos puniri, vel in opus publicum ad tempus dari: quae poena est abigeorum, *l. 1. D. de abig.* Est hic etiam error in loquendi ratione: Nam quo respondeant verba, *ablatum convenitur*, non apparet. Ego ita esse legendum puto, *Abactores sunt, qui unum equum, duas equas, vel capras decem, totidemque oves, aut porcos quinque abegerunt. Quicquid vero intra hunc numerum abstulerit, poena furti pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenitur. Abactor autem fustibus caesus in opus publi-*

vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti pro qualitate ejus, aut in duplum, [4]aut in triplum [5]convenitur: vel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut [6]sub poena vinculorum [7]domino restituitur.

* 2. [8]Atroces pecorum abactores plerumque [9]ad gladium, vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos & greges ovium [10]de stabulo, vel de pascuis abigunt, vel si id saepius, [11]aut a ferro conducta manu faciunt.

3. [12]Si ea pecora, de quibus quis [13]litigat, abegerit, [14]ad forum remitten-

eum unius anni datur, aut sub poena vinculorum domino restituitur. Quos alii vocant abigeos, hic auctor abactores: Quo verbo etiam Julius Firmicus usus est *lib.* VI. *Pecorum*, inquit, *abactores efficient insequentibus hominibus minaci semper gladio resistentes.* Videnda autem sunt ea quæ de abigeis scripsimus *lib.* I. *Obser. cap.* 10. CVJAC.

3. *Duas equas totidemque boves*] Sic quoque legitur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* XI. ubi hæc adferuntur, ac in Edicto Theoderici Regis *cap.* 57. Sic quoque abactorem describit Papinianus *Responsor. tit.* 4. *fin.* adeoque non debuit Rittershusius in contextum recipere emendationem Cujacii. Non obstat *l. ult. D. de abig.* ubi ex quorumdam sententia etiam unus bos abactus aliquem facit abigeum: non enim illa fuit omnium sententia: ac liquet, Paulum in ea non fuisse. SCHVLTING.

4. *Aut in triplum*] Sic quoque in Collatione modo citata legitur: ac mox hic iterum §. 3. Et tamen actio furti, uti notissimum est, non in triplum, sed in duplum, aut quadruplum datur: idque de specie in §. 3. relata ipse Paulus scribit in libro *de pœnis paganorum*, ex quo fragmentum reperitur in eadem Collatione *dict. tit.* ut adeo dubitem, an non ipse Paulus scripserit ubivis, *in duplum*, *aut quadruplum*. & jam ante multa sæcula hic error libris inhæserit. Quod Cujacius *ad* §. 3. habet de furti concepti vel oblati actione, id non satisfacit: ac illa actio non contra furem, sed alium datur, ut constat ex *lib.* II. *tit.* 32. §. 2. & 5. hic vero utrobique Paulus docet, quo pacto ipse fur tenegatur. Illud quoque Cujacii *dict. loc.* quod qui abigunt, non possint videri cum animalibus deprehensi, non facile sese alicui approbabit. IDEM.

5. *Convenitur*] Is, nempe, qui abstulit. Est hic ἀναπόλυθον: sed id in his libris non semel inveniur. IDEM.

5. * *Convenitur, vel fustibus caesus*] In margine ed. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. legitur, *Convenitur, si servus fuerit, fustibus &c.* Sane de servis hæc intelligenda esse certum est In Collatione tamen srpius citata nihil tale reperitur. IDEM.

6. *Sub poena vinculorum domino restituitur*] De hac pœna vide notata a Cujacio *ad tit.* 4. §. *ult.*

7. *Domino restituitur.*] Videtur præcedere debere servi mentio. Aut *domino*, scilicet pecorum. RITTERSHVS.

8. *Atroces pecorum abactores &c.*] Hæc sententia in ed. Aurel. ante præcedentem est posita, uti & factum in eadem Collatione jam frequenter ad partes vocata, ex qua illa est deprompta. Placuit tamen hic ordo Rittershusio, & placet mihi, ut prius de rei definitione agatur; & deinde de aliis ad rem pertinentibus. Nec semper in illa Collatione fragmenta posita fuisse eo ordine, quo ab Auctoribus scripta fuere, vidimus *ad lib.* II. *tit.* 31. §. 15. Ac idem factum esse in *tit.* 20. *hoc lib. de incendiariis* docet Cujacius *Observation. lib.* XXI. *cap.* 21. SCHVLTING.

9. *Ad gladium*] Interpretatur hoc Ulpianus in eadem Collatione *tit.* II.

10. *De stabulo*] Quos plenius coërcendos esse scribit Callistratus *l.* 3. §. 1. *D. de abig.* in qua lege illud *plenius* defenditur etiam ex hoc loco Pauli, quamvis & Græci illic legerint *lenius*. Mens Callistrati est, etiamsi quis non a sylva aut grege pecus domitum abegerit, sed etiam de stabulo, hunc esse plenis coërcendum. Si legas *lenius*, minus bene Callistrato cum Paulo nostro conveniet. SCHVLTING.

11. *Aut a ferro conducta manu*] Malim cum Fabro a P. Pithœo laudato ad Collationem aliquoties allegatam, legere, *aut cum ferro*, *aut conducta manu*. Contextum tamen non mutavi, uti Rittershusius aliique fecere. Ulpianus eum, qui gladio abigit, non inique bestiis objici scribit *l.* 1. §. 3. *D. de abig.* IDEM.

12. *Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, &c.*] Non punitur ut abigeus, qui pecora, de quibus litigat, abegit, quia sua se abducere putat, ideoque remittendus est ad forum. Saturninus ait, ad examinationem civilem, *l.* 1. §. *ult. D. de abig.* Alii ad jus ordinarium; *l. ult. D. de priv. del. l.* 2. *Digest. de fur. bal. l.* 1. §. 1. *D. si ventris nom. mul. in poss. miss.* Sic Suetonius *in Nerone*: *ut rerum actu ab aerario causæ ad forum ac recuperatores transferrentur* Forum igitur est proprie causarum civilium: inde Forenses actiones, id est, civiles, *l.* 1. *D. de incend. rui. & naufr.* Herodianus *lib.* VII. γῆ ἀντείπωμεν ἐν πράγμασιν ἀγοραίοις ἢ συνθήκαις ἰδιώταις, id est, in causis civilibus. Proinde is, de quo agitur, pœna furti convenietur in duplum, vel triplum. Furti nec manifesti est in duplum: Furti concepti, vel oblati in triplum. De quadruplo nihil dicit, quod etiam si videantur, & apprehendantur, cum animalia, quæ abigunt, non teneant, deprehensi cum eis videri non possint. CVJAC.

13. *Li-*

tendus est: atque ita convictus, in duplum, vel in [15] triplum furis more damnatur.

* 4. [16] Qui bovem, vel equum errantem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum, quam abigeatorem constitui placuit.

13. *Litigat*] In lib. Lex Dei est *litigaverat*. & mox: *in duplum vel triplum*. RITTERSHVS.

14. *Ad forum*] Sic alibi Paul. *Fortuita incendia ad forum remittenda sunt.* Ad forum remittere est ad jus ordinarium, ad examinationem civilem, ad judicium privatum, quo de damno pecuniario forciendo agitur, remittere. Hinc forenses actiones dictæ civiles, *l. 1. D. de incend. rui naufr.* quibus opponuntur criminales. IDEM.

15. *Triplum*] Vide *ad* §. 1.

16. *Qui bovem, vel equum errantem abduxerit, &c.*] Animo lucri faciendi abducens hic intelligitur. Nec aliter Vlpianus *l. 1. §. 1. D. de abig.* Hausta est hæc sententia ex eadem Collatione. Simile quid habetur in Edicto Theoderici Regis *cap. 28.* SCHVLTING.

TITVLVS XIX.

De Sacrilegis.

1. [1] Qui noctu manu facta praedandi, ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis objiciuntur. Si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

INTERPRETATIO. *Ista, quae de templo dicta sunt, de Ecclesia loqui intelligenda sunt, de reliquo interpretatione non eget.*

* [2] Rei sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, [3] humiliores quidem fortunae summo supplicio adficiuntur, honestiores in insulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallum damnantur. LEX EST VLTIMA D. DE SEPVLCHR. VIOLAT.

1. *Qui noctu manu facta praedandi, ac depopulandi &c.*] Qui collecta manu templa effringunt noctu, & anathemata, vel cimelia auferunt, ad bestias damnantur. Qui vero interdiu leve aliquid ex templo auferunt, aut deportantur, aut in metallum damnantur. *l. sacrilegii, 6. D. ad legem Jul. peculat.* CVJAC.

2. *Rei sepulchrorum violatorum*] Rittershusius hæc collocavit in *libr. 1. tit. ult.* illam tamen adnotationem hoc in loco scriptam reliquit. *Fortasse hic ponenda est sententia de sepulchri violatoribus ex l. ult. D. de sepul. viol. quam adscripsi lib. 1. tit. ult.* Imo in hoc libro poni hæc sententia debet. Id exigit inscriptio in verbis *libro quinto*, non numero, sed verbo integro expressa in codice Florentino. Quamvis vero hoc forte sub titulo Paulus hæc non posuerit, locus tamen alius commodior, ubi legerentur, mihi non succurrebat.

3. *Humiliores*] Al. *Humilioris*, quod mallem.

4. *Autem*] Al. *aut*.

TITVLVS XX.

[1] *De Incendiariis.*

1. *De incendiariis.*] De incendiariis sup. dictum est *titul. 3.* Sententia posita sub hoc titulo ad eos pertinet, qui alienas arbores ceciderunt, non ad incendiarios. Hic igitur titulus nothus & spurius est. Ausim dicere & ceteros omnes ejusdem generis esse, quod pleni errorum sint. Nam præter eos errores, qui a me suis locis supra indicati sunt, ut titul. *de reis institutis, de oratione D. Severi, de repudianda hereditate, de confirmanda auctoritate*, præter titulos, qui sedi suæ restituti sunt, ut tit. *de lege commissoria*, & tit. *ad S. C. Tertullianum*: item præter eos titulos, qui a me sublati sunt, quod perpetuam quæstionem perperam dividerent, ut puta *lib.* 11. titulum *de modo, lib.* 111. tit. *de eo, cui moribus interdicitur*, & iteratum

*1.[2] Incendiarii, [1]qui quid in oppido praedandi causa faciunt, [4] capite puniuntur.

*2.[1] Qui casam aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum, aut in opus publicum damnantur; honestiores in insulam relegantur.

*3.[5] Fortuita incendia, quae casu venti [7]ferente, vel incuria ignem supponentis, ad usque vicini agros evadunt, [8] si ex eo seges, vel vinea, vel [9]oli-

tum titulum *de testamentis*, & tit. *de usufructu*, & in hoc lib. titul. *de interdicto Utrubi* qui vel sic emendandus est, *De interdicto unde vi.* vel quia non de eo tantum interdicto, sed & de aliis omnibus Paulus dicere pergit, potius tollendus fuit: item titul. *de fisci advocato.* quod ad fisci advocatum prima dumtaxat ejus tituli sententia referri possit, nec sit, cur ea re generaliter de jure fisci continuata tractatio abrumpatur: Praeter, inquam, haec omnia vellem etiam sublatum *lib.* 1. titul. *de judicato*, & ad sententiam, cujus initium est, *In petitione*, appositum titulum, *de petitione hereditatis.* Hic enim est ordo Digestorum edictorum, quemadmodum ex Pandectis, & ex auctorum libris apparet, ut praecedat titulus, *de judiciis*, sequatur titulus, *de petitione hereditatis.* Hujus quoque libri titul. 3. qualis est? Sub eo sunt sententiae sex, quarum una tantum titulo respondet. Quot item sunt sententiae sub tit. *De servorum quaestionibus*, quae nihil ad eum titulum spectant? ut plane videatur ibi deesse titulus, *de accusationibus*, quem ego positum, sublato titul. *de abolitionibus*, lubenter extenderem usque ad eam sententiam, quae genera poenarum distinguit, & ab ea inciperem titulum, *de poenis*, quem ex hoc loco citat Julius Frontinus *de limit. agror.* & sublatis intermediis omnibus ejus quidem finem statuerem ad tit. *Ad legem Cornel. de sic.* Nam & qualis est titulus, *de seditiosis*, cui una tantum sententia respondet. Et *de incendiariis*, quam ineptus est, ne dicam barbarus? Scio enim eos, qui arbores incidunt, a quibusdam barbare incendiarios appellari. Itaque ut breve faciam, quod jamprídem de titulis Ulpiani XXIX judicium feci, ut eorum sectiones auctoris esse negarem, idem hoc loco de his Sententiarum Pauli sectionibus prorsus sentire me adscribere, non verebor. CVJAC. Titulum hunc genuinum esse Cujacius postea vidit ex Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 12. invenitque in codice Vesontino, ex quo & sententias sub eo positas protulit *Observation lib.* XXI. *cap.* 21. ordine non nihil diverso: quem tamen & nos sumus secuti post Rittershusium & Aurelianensem editionem. De aliis titulis hic a Cujacio damnatis suis locis sententiam diximus: de eo genere quaedam ad initium harum Sententiarum notavimus. SCHVLTING.

2. *Incendiarii, qui quid in oppido &c.*] De incendiariis egit quoque Paulus *tit.* 5. §. 6. & illic Cujacius. Poena vero haec capitis postea inducta est. ex duodecim tabulis erat poena ignis, *l.* 9. *D. de incend. ruin. naufrag.* In legem quoque Corneliam de sicariis incidunt incendiarii, *l.* 1. *pr. D. ad leg. Cornel. de sicar. l.* 11. *C. de his qui accusar. non poss.* Postea quoque qui in civitatibus id faciunt, bestiis objici, capite plecti, & deportari coeperunt pro personarum circumstantiis, *l. ult.* §. 1. *D. de incend. ruin. naufrag.* Id sane maxime procedet, si praedandi causa id fiat. In ed. Fabrot. haec sententia iterum ad finem tituli repetita est perperam. IDEM.

3. *Qui quid*] In collatione scriptum est *quicquid.* Rectius *qui quid*, quod & Codex Vesontinus habet.

4. *Capite*] In Collatione est *facile capite.*

5. *Qui casam, aut villam &c.*] Quo plane ostenditur, lenius puniri eos, qui extra oppidum, quam qui in oppido incendium faciunt, ut *l. capitalium*, 28. §. *incendiarii D. de poen.* EX CVJACIO OBSERVATION. LIB. XXI. CAP. XXI.

6. *Fortuita incendia, quae casu venti ferente &c.*] *Casu venti ferente.* Sic Vesont. rectissime. Casu scilicet majore venti incendia ferente. Virg. *ferens incendia ventus.* Vel ea incendia, inquit, inferente incuria ejus, qui ignem supposuit. Idem Virg.

Saepe etiam sterilas incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis.

Stipulis puta, vel spinosis herbis, ut l. qui occidit, 30. §. penult. D. ad leg. Aquil. *Si ex eo seges, &c.* Id incendium fundi vocatur l. ex conducto, 15. §. cum quidam, D. loca. *Concrement.* Sic quoque Vesont. more loquendi prisco. *Datum damnum &c.* Significat competere actionem legis Aquiliae, quod est certissimum posteriore casu, si incuria ignem supponentis incendium exortum sit, & priore quoque, si ignem die ventoso supposuerit, *d. l. qui occidit, 30. §. penul.* Ex CVJACIO *d. l. cap.* XXI.

7. *Ferente*] Ita Cujac. ex vet. C. Vesont. restituit, quod vulgo hic legebatur, *fuerint his.* Vide an non melius sit & propius ad vestigia haec accedat, si legas *venti furentis.* Sic subita vis venti dicitur in *l.* 30. *§. pen. D. ad l. Aquil.* RITTERSHVS. Sic jam ante legendum censuerat Pithoeus ad *Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit.* 12. sed vide notata a Cujacio.

8 *Si ex eo*] In Collatione est, *& si ex eo.* Sed vi & rectius abest: nec habet id codex Vesontinus.

9. *Oli-*

[9]olivae, vel fructiferae arbores [10]concrementur, datum damnum [11]aestimatione farciatur.

* 4. [12]Commissum vero servorum, si domino videatur, noxae deditione farciatur.

* 5. [13]Messium sane [14]per dolum incensores, vinearum, olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur.

6. [15]Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire coguntur, vel curia submoventur, vel relegantur.

9. *Olivae*] In Collatione est *olivae*.

10. *Concrementur*] Supra *tit. 3. in fin.* una fuit sententia de Incendiariorum poena, quae huc potius pertinet. Cujac. ex C. Vesont. *Concrement.* more (inquit) loquendi prisco. Quod ego non probo. RITTERSHVS.

11. *Aestimatione*] *Dupli compendio* dixit *tit. 3. §. 6.* ubi de eo aliquid a nobis est monitum.

12. *Commissum vero servorum, si domino videatur &c.*] Quod & constitutione quadam Severi cavetur apud Licinium Rufinum. Ex CVJAC. *loc. cit.*

13. *Messium sane per dolum incensores*] Lege *per dolum* ex Vesontino. Ex EODEM *loc. alleg.*

14. *Per dolum*] Ita Cujac. al. *per odium*, quod fortasse non est rejiciendum: cum & supra dixerit: *Inimicitiarum gratia incend.* RITTERSHVS. Mihi valde placet *per dolum*, quod habet codex Vesontinus: ut ita distinguatur ab eo, quod per negligentiam & imperitiam exortum est, de quo agit *l. 30. §. 3. D. ad leg. Aquil.* Minus late patet quod fit per odium, quam quod fit per dolum: atque ita sive ob odium, sive ob aliam quamvis causam malo proposito excitatum erit incendium, poena hic proposita conveniet. In libro MS. Collationis Mos. & Rom. legg. Pithoeus notat esse *Perdum*, ex quo aeque commode facies *per dolum*, quam *per odium*. Quod M. Frehero *Parerg. lib. 1. cap. 9.* in mentem venit, reponere *perditi*, id non placet. SCHVLTING.

15. *Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, &c.*] De arboribus caesis est in singulas XXV. assium actio ex XII. tab. sicut de osse fracto. Est actio legis Aquiliae: est interdictum Quod vi aut clam, est & praetoria in duplum actio, de qua tractatur in *l. furtum, 7. & l. prox. D. arb. furt. caes.* quae sunt ex libris ad edictum. Sed eae actiones civiles sunt. Extra ordinem vero punitur etiam is, qui noctu frugiferas ceciderit, & plerumque, ut Paulus ait, in opus publicum ad tempus datur, aut si honestior sit, ordine submovetur, vel relegatur, vel civiliter tantum convenitur. In eum, qui noctu non frugiferas, ut puta cupressos, vel interdiu frugiferas ceciderit, non nisi civiliter agi potest. CVJAC. Respicit ad id, quod dixit ante de concrematis frugiferis arboribus, quasi occasionem scribendi etiam de poena succisarum earum arborum. Quod vero ea sententia vulgo sola extaret sub tit. *de incendiariis*, ideo forte Fridericus I. eos, qui illas arbores succiderent, incendiariis adaequavit apud Abbatem Vrspergensem. Nox vero & vis, & arborum natura crimen augent, quarum trium circumstantiarum si qua absit, dicam non suppetere nisi civile judicium, aut leniorem ultionem. Ex CVJACIO *eod. lib.* XXI. *cap. 21.*

TITVLVS XXI.

[1]*De Vaticinatoribus, & Mathematicis.*

1.[2] Vaticinatores, qui [3]se [4]Deo plenos adsimulant, idcirco [5]civitate expelli

1. *De Vaticinatoribus, & Mathematicis*] Similem titulum, verborum tantum ordine diverso, habuit Ulpianus *lib.* VII. *de officio Proconsulis.* ex quo fragmentum exstat egregium in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 15.* & quod non pauca habet huc pertinentia. SCHVLTING.

2. *Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant, &c.*] Vates, qui se Deo plenos, id est, ἐνθουσιᾶν assimulant, & futura conjectant, fustibus caesi civitate pelluntur: perseverantes aut vinculis, aut relegationem, aut deportationem patiuntur. Perseverantes gravius coërcentur, ut in *l. capitalium, 28. §. solent, D. de poen., l. servos, 8. C. ad legem Jul. de vi pub.* CVJAC.

3. *Se Deo plenos adsimulant, &c.*] Exemplum horrendum praebuerunt Anabaptistae Monasterienses, quorum tragoediam describit Joan. Sleidanus *lib. X. Commentar.* RITTERSHVS. Vid. l. 30. *Si quis aliquid, D. de poen.* IDEM. *Indic. v. Vaticinatores.*

4. *Deo plenos*] Capitolinus in *Macrino cap. 3. Vates*

pelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad ſpem alicujus rei corrumperentur, [6]vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fuſtibus caeſi civitate pelluntur: perſeverantes autem in vincula publica conjiciuntur, aut in inſulam deportantur, vel certe relegantur.

[7]INTERPRETATIO. *Vaticinatores, qui ſe futura ſcire dicunt, caeſi de civitate jactentur.*

2. [8]Qui novas, & uſu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur.

[9]INTERPRETATIO. *Qui ſectam novam intromittere voluerint, ex quibus animi hominum turbentur, honeſtiores damnantur exilio, humiliores capite puniuntur.*

3. [10]Qui de ſalute Principis, vel de [11]ſumma Reipublicae Mathematicos, ario-

Caeſtis apud Carthaginem, qua Dea repleta ſolebat vera praecanere. SCHULTING.

5. *Civitate expelli*] Capitalis pœna eſt facta *l. 5. C. de maleſic & Mathematic.* quæ eſt *l. 4. Cod. Theod. eod. tit.* ad quam multa cumulavit Jac. Gothofredus. IDEM.

6. *Vel certe ex eo populares animi turbarentur*] Exemplum habet Capitolinus *Pertinac. cap. 4.* his verbis. *In qua Proconſulatu* (Africæ) *multas ſeditiones perpeſſus dicitur vaticinationibus earum, quae de templo Caeſtis emergunt.* Sæpius talia magno cum ſuo malo vidit genus humanum & olim & poſtea. Inſpici poſſunt, quæ notat Vir ſui nominis, Hugo Grotius *ad lib. II. de jur. bell. ac pac. cap. 22. §. 15.* quæque ibidem addit V. C. Joh. Fred. Gronovius. IDEM.

7. INTERPRETATIO.] Sumpta eſt hæc ex ed. Genev. & Rittershuſia. Extat & in Capitularibus *lib. VII. cap. 222.*

8. *Qui novas, & uſu vel ratione incognitas religiones inducunt, &c.*] Auctores novarum, & externarum religionum, aut deportantur, aut capite puniuntur. Ait, *uſu vel ratione*, ut M. Tullius *de amicitia: Si quando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam.* CUJAC. Ad odium, quo ferebantur veteres adverſus religionis & inſtitutorum novorum auctores, pertinet, quod legitur *Actor. Apoſtol. cap. 16. verſ. 22.* ubi plura notavit Grotius. Aliquid etiam Pricæus. Idque antiquitus Romanis in more fuiſſe docet Livius *lib. XXXIX. cap. 16.* Dionyſius Halicarnaſſenſis *Antiquitat. Romanar. lib. II. cap. 19.* Nolebant, ſcilicet, in ritibus publicis ac receptis quidquam mutari. In religione autem illi id fere curarunt, ut homines per eam in vita civili boni eſſent ac juſti: virtutiſque & officiorum ſtudioſi. Atque ita rem olim legumlatores alios conſideraſſe notum eſt. nec alia mens Numæ Pompilio fuit, ut conſtat ex Livio *lib. I. cap. 19.* nec aliter Polybius *Hiſtoriar. lib. VI. cap. 54.* & Cicero *oration. pro dom. ſua ad Pontiſic. princ.* Imo in religione falli debere populum, aliquolim Sapientes Viri exiſtimabant, teſte Auguſtino *de civitat. Dei lib. IV. cap. 27. & 31.* SCHULTING.

9. INTERPRETATIO.] Eſt ex edd. Genev. & Rittershuſiana.

10. *Qui de ſalute principis, vel ſumma Reipub. &c.*] Dixit ſupra vaticinatores civitate pelli, aut in vincula conjici, aut relegari. Nunc ait capite puniri, ſi de capite principis, vel de ſumma Reip. conſulti reſponderint: itemque Chaldæos, ſive Genethliacos, quos vulgus Mathematicos vocat, & Ariolos, & Aruſpices. Eadem eſt conſultorum pœna, quæ in hac cauſa ut ſit gravior æquiſſimum eſt. Pulſari enim videtur majeſtas principis. Tertul. *adver. gentes.* *Cui*, inquit, *opus eſt perſcrutari ſuper Ceſaris ſalute, niſi a quo aliquid adverſus illam cogitatur, vel optatur, aut poſt illam ſperatur, & ſuſtinetur? Non enim ea mente de charis conſulitur, qua de dominis. Aliter curioſa eſt ſollicitudo ſanguinis, aliter ſervitutis.* Julius Firmicus *l. II. Matheſeos cap. ult. Cave, ne quando de ſtatu Reip. vel de vita Romani Imperatoris aliquid interrogantibus reſpondeas. Non enim oportet, nec licet, ut de ſtatu Reip. aliquid nefarie curioſitate dicamus.* CUJAC. Referuntur hæc in Capitularibus *lib. VII. cap. 370.* De illis, qui de Imperio, & Imperatoris ſalute ac vita alios conſultant, plura congeſſit Heraldus *ad Tertullian. Apologetic. cap. 35.* Graviori vero etiam quam capitis pœna hos affectos eſſe docet Ulpianus in fragmento ante laudato. imo & vivos eſſe combuſtos, Sozomenus *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. VI. cap. 35.* SCHULTING.

11. *Summa Republica*] Leg. *ſumma Rep.* ita enim veteres loquebantur. Planius Cicero *lib. XI. epiſt. 15. Vos magnum animum optimamque ſpem de ſumma Republ. habere volumus.* Agellius *lib. XVIII. cap. 3. De ſumma Rep. ſua.* Ita vet. lib. Ita & Cicero *pro Sext. Plancio, & 2 Cornel.* Sic & Ulp. in Pand. Flor. *l. 1. §. licet, D. de exerc. act. ad ſummam remp.* Hoc & Cujac. obſervavit *lib. XII. cap. 32.* Sed non recte Lamb. illud

ariolos, aruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo, qui reſponderit, capite punitur.

4. [12]Non tantum divinatione quis, ſed ipſa ſcientia ejusque libris [13]melius fecerit abſtinere. [14]Quod ſi ſervi de ſalute dominorum conſuluerint, ſummo ſupplicio, id eſt, cruce adficiuntur. Conſulti autem ſi reſponſa dederint, aut in metallum damnantur, aut in inſulam deportantur.

illud l. *in Catil. Salus ſummæ periclit.* mutavit in *ſummæ:* nam & eod. oratione extrema, *cum ſumma Reip. ſalute.* GIPHAN.

12. *Non tantum divinatione quis, ſed ipſa ſcientia, &c.*] Non tàntum qui divinandi artem exercent, ſed & qui ejus periti ſunt, aut qui vaticinios libros habent, puniuntur. Idem de Magica arte traditur *infr. tit. 23.* Servi conſulentes de capite dominorum cruciffiguntur. Divinatores in metallum damnantur, aut in inſulam deportantur. CVJAC.

13. *Melius fecerit abſtinere*] Hanc eruditionem periculoſam, *καλλιον ἐπιστῆμην* vocat Gregorius Nazianzenus *Oration.* IX. Jure novo tale & diſcere, & docere capitale eſt, *l. 2. C. de Maleſic. & Mathematic.* Verba vero Pauli non continent jus, ſed conſilium. Et olim prohibita fuit profeſſio, non ſcientia, auctore Vlpiano in fragmento, cujus plus ſemel jam memini. Aliud de magis juris eſt *tit. 23. §. 12. hoc lib.* SCHVLTING.

14. *Quod ſi ſervi de ſalute dominorum conſuluerint*] Quod accedit ad conſultationem de ſalute Principis in eo, quod non ex caritate, ſed odio proficiſcatur: quo facit quod ex Tertulliano protulit Cujacius *ad §. prac.* IDEM.

TITVLVS XXII.

De Seditioſis.

1. [1]Auctores ſeditionis & tumultus, [3]vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in [4]crucem tolluntur, [5]aut beſtiis objiciuntur, aut in inſulam deportantur.

2. [6]Qui terminos effodiunt, vel [7]exarant, arboreſve terminales evertunt, [8]vel

1. *De Seditioſis*] Prima tantum ſententia ad titulum hunc pertinet: quod notatum quoque Cujacio *ad tit. 20. hoc lib.*

2. *Auctores ſeditionis & tumultus &c.*] Extat hæc ſententia in *l. ſi quis aliquid, 38. §. auctores, Dig. de pœn.* ubi Florentina editio, ut & in multis aliis locis, habet *actores*, pro *auctores.* Sed *auctores* rectum eſt, ut in *l. 2. Cod. de ſeditio. l. 3. §. item qui auctor, D. ad leg. Cor. de ſic.* Ergo auctores ſeditionis & tumultus, ſi humilioris fortunæ ſint, in crucem tolluntur, vel beſtiis objiciuntur: ſi honeſtiores, in inſulam deportantur. Eo tamen Pandectarum loco Tribonianus ſcripſit *in furcam:* quia Conſtantini conſtitutione ſublata erat crux, ut ſupra diximus. CVJAC. Vide Caroli V. Conſtit. Crimin. *cap. 127.* RITTERSHVS.

* 2. *Auctores ſeditionis*] In vulgus, quod ſæpe per imprudentiam æſtu quodam abripitur, non ita gravis conſtituenda eſt pœna.

3. *Vel concitatores populi*] Cujac. *concitato populo:* ut eſt & in *l. 38. §. 2. D. de pœn.* ubi hæc ſententia extat. RITTERSHVS. Ita habent edd. Sich. alieque vett. quod cur Cujacius in edd. cum ſuis Interpp. mutarit, auctoritate ductus Pandectarum, cauſam non video. In Capitularibus *lib.* VII. *cap. 371.* ubi hæc relata ſunt, lectio hæc ipſa expreſſa eſt. Imo & Græci in *l. 38. §. 2. D. de pœn.* ubi Florentiæ legitur, *concitato populo*, verterunt, *οἱ τὸν δῆμον ἐρεθίζοντες εἰς στάσιν ἢ θόρυβον, qui populum ad ſeditionem vel tumultum concitant.* SCHVLTING.

4. *Crucem*] Tribon. pro cruce poſuit furcam, quia Conſtantinus eam ſuſtulerat. RITTERSHVS.

5. *Aut beſtiis objiciuntur*] Ita de Marico, tumultus in Gallia auctore, Tacitus *Hiſtoriar. lib.* II. *cap. 61.* ſcribit. *Caſtus in eo prælio Marcus, ac mox feris objectus.* SCHVLTING.

6. *Qui terminos effodiunt, vel exarant, &c.*] Qui terminos evellunt, aut exarant, vel evertunt, pro condicione perſonarum coërcentur, *l. 1. D. de terpo. mot.* Servi dominio mutantur in deterius, & in metallum damnantur. Liberi humiliores in opus publicum: Honeſtio-

Digitized by Google

[8]vel qui convellunt bodones, ſi quidem id ſervi [9]ſua ſponte [10]fecerint, in metallum damnantur: [11] humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam amiſſa tertia parte bonorum [12]relegantur, [13]aut exſulare coguntur.

3. [14]Cives Romani, qui ſe Judaico ritu, vel ſervos ſuos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in inſulam perpetuo relegantur. Medici capite puniuntur.

4. [15]Judaei, ſi alienae nationis comparatos ſervos circumciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur.

* [15]Qui nondum viripotentes [17]virgines corrumpunt, humiliores in metallum

Honeſtiores in inſulam relegantur, adempta tertia parte bonorum, vel certe aliter pro judicantis arbitrio. Nam extraordinarium eſt crimen, ut ſupra *lib.* I. *tit.* 16. Eſt & in terminos ſingulos L. aureorum prodita actio popularis lege Julia, ſi quis dolo malo eos extra ſuum gradum, id eſt, quinque pedes lege Mamilia definitos, moverit, ejecerit, atque ita ſuam poſſeſſionem promoverit. Eadem lege ſervi continentur. Sed ſi a domino non defendantur, ex alia lege Agraria, quam D. Nerva tulit, capite puniuntur. Extraordinaria autem illa pœna etiam in eos ſtatuta eſt, qui terminos quidem loco non movent, ſed obſcurandorum finium cauſa faciem locorum convertunt, ut qui ex arbore ſubinde ſucciſis ſtolonibus arbuſtum faciunt, *l.* 3. *Dig. de term. mot.* BODONES. Sic uno exemplari ſcriptum legimus, cujus nobis copiam fecit Pithœus noſter. *Bodones*, ſive *botones* vicem terminorum præſtant. Vox eſt menſorum, vel eorum, qui de agrorum & limitum condicionibus ſcripſerunt. CVJAC. Extat apud Jul. Frontin. qui laudat titul. *de pœnis* lib. V. Sentent. Pauli. Sed non agnoſcit illa: *vel qui convel. bodones:* quæ etiam a Sichard. edit. abſunt. Et pro *evertunt* legit, *ſubvertunt.* RITTERSHVS. In edit. Aurelianenſi, quam exhibet Fabrotus, hic eſt novus titulus *de pœnis*; quem utcunque in hoc libro exſtitiſſe facile largiar, ratio tamen, ob quam hic exſtitiſſe putatur, invalida eſt: ſicut probatum dedi ad *tit.* 16. *princ.* ubi quoque docui, quam male allegetur Frontinus, tamquam is, qui hoc fragmentum ex Paulo excerpſerit. SCHVLTING.

7. *Exarant*] Sic Paulus quoque loquitur *l.* 4. *§.* 4. *D. fin. regundor.*

8. *Vel qui convellunt bodones*] Credo hæc eſſe ab Aniano, non a Paulo, qui an ſciverit, quid eſſent bodones, valde dubitem. Verbum hoc eſt poſterioris ævi, ac notat tumores ex terra congeſta ad agrorum fines, ut docet Car. du Freſne du Cange in *Gloſſar. med. & infim. Latinitat.* IDEM.

9. *Sua ſponte*] Si enim dominis talia jubentibus paruerint, mitius videntur puniendi, *arg. l.* 20. *D. de obligationib. & actionib. l.* 157. *D. de regul. jur.* Capitale vero hoc eſſe ſervo voluit lex Divi Nervæ *l. ult. §.* 1. *D. de termin. mot.* IDEM.

10. *Fecerint*] Frontin. *faciunt.* RITTERSHVS.

11. *Humiliores in opus publicum &c.*] Vide Caroli V. Conſtit. criminal. *cap.* 124. *& ſupra lib.* I. *tit.* 16. RITTERSHVS. Duriorem pœnam proponit Papinianus *Reſponſor. tit.* 38. ubi addit hæc. *Si novos terminos occulte poſuerit, falſarii pœna teneatur, ſecundum ſententiam Pauli.* Ac forte hic etiam aliquid tale olim ſcripſit Paulus. SCHVLTING.

12. *Relegantur*] Frontin. *relegabuntur.* RITTERSHVS.

13. *Aut exſulare coguntur*] Sich. putat ex gl. irrepſiſſe. Cuj. quoque & Frontin. omittit. IDEM. Sic Paulus *l.* 38. *§.* 2. *D. de pœn.* dixit, *in inſulam relegantur, aut in exſilium mittuntur*: ut vel in inſulam abeant, vel extra certa loca morari debeant. Quia tamen abſunt hæc a fragmento hoc Pauli, quod & inter leges agrarias exſtat, dubitem, an non ſint ab Aniano, qui plura hic addidit. Exſtant vero hæc & in editionibus antiquis Cujacianis ſine ipſius Interpretationibus. SCHVLTING.

14. *Cives Romani, qui ſe Judaico ritu &c.*] Soli Judæi ſe impune circumcidunt, *l. circumcidere, 11. D. ad leg. Cor. de ſic.* Moverunt bellum ſub Adriano, ut Spartianus ſcribit, quod vetarentur. Cives Romani ſi ſe, aut ſervos ſuos circumcidi patiantur, relegantur ademptis bonis: hi, qui circumciderunt, capite puniuntur, perinde ac ſi caſtraſſent. CVJAC. Sentent. 3. & 4. rectius collocabuntur ſub tit. ſeq. RITTERSHVS. Jam Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. Legg. tit.* 1. idem monuit, quod hic notat Ritterhuſius: ac ſic in ed Genev. eſt Io LXXXVI. hæc poſita ſunt poſt *§. ſi putator, 12. tit. ſeq.* Ego non ita contra omnium librorum fidem ſententias loco movere auſim: ac plura huc congeſta ſunt forte ab Aniano alio pertinentia. SCHVLTING.

15. *Judæi, ſi alienæ nationis comparatos ſervos circumciderint &c.*] Judæi non poſſunt alienæ religionis homines circumcidere: & ſi fecerint, capite puniuntur, *d. l. circumcidere.* CVJAC. Judæi ipſi ut poſſent circumcidi, indulſit iis Divus Pius, teſte Modeſtino, *l.* 11. *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* eorum hac in parte ſive pertinaciæ, ſive conſtantiæ cedens, cum illi, ut a patriis inſtitutis recederent, non poſſent compelli. Judæis vero ſolis hoc licuiſſe docet Origines *contra Celſ. lib.* II. SCHVLTING.

16. *Qui nondum viripotentes &c.*] Has duas quoque ſententias ex *l.* 38. *D. de pœn.* his ſubjecimus, dum, ubi commodius collocarentur, non ſuccurreret. & hic

tallum damnantur, honestiores in insulam relegantur, aut in exsilium mittuntur.

* Qui se suis nummis redemptum non probaverit, libertatem petere non potest: amplius eidem domino sub poena vinculorum redditur: vel, si ipse dominus malit, in metallum damnatur. EX LEGE XXXVIII. §. III. & IV. D. DE POENIS.

hic reliqua quoque promiscue congesta sunt. Rittershusius priorem collocavit ad finem tituli *31. de pan. milit.* posteriorem ad finem tit. 25. *ad leg. Corn. test. amentar.* minus commode. In ed. Fabroti etiam sententiæ §. *Judæi* subjecta illa, quæ exstat *l. nit. D. sepulcr. violat.* cui nos sedem adsignavimus *hoc lib. tit. 19.* SCHULTING.

17. *Virgines*] Liberas, nempe de ancillis *lib. 1. tit. 19. A. §. 6.*

TITULUS XXIII.

Ad Legem Corneliam de [1]Sicariis & Veneficis.

1. [2]Lex Cornelia poenam deportationis infligit eis, qui hominem occiderint, [3] ejusve rei causa, furtive faciendi [4] cum telo fuerint: [5]& qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint: falsumve testimonium dixerint, quo quis [6]periret: [7] mortisve causam praestiterint. [8]Quae omnia facinora [9]in honestiores poena capitis vindicari

1. *Sicariis*] Dicti esse hos a fica, sive ferreo cultro, scriptum est §. 5. *Inst. de public. judic.* de quibus multa collegit B. Brissonius *Selectar. ex jur. civil. antiquitat. lib.* II. *cap.* XI. Sed per abusionem sicarios etiam omnes vocamus, qui cædem telo quocumque commiserint, Quinctiliano teste *Institution. Orator. lib.* X. *cap.* I. SCHULTING.

2. *Lex Cornelia poenam deportationis infligit eis &c.*] Lege Cornelia de sicariis, & veneficis tenentur, qui hominem occiderint, qui hominis occidendi, vel furti faciendi causa cum telo fuerint, qui venenum hominis necandi causa fecerint, habuerint, vendiderint, qui falsum testimonium dixerint, quo quis rei capitalis damnaretur, *l. 1. D. ad leg. Cor. de sic.* Pœna legis Corneliæ est aquæ & ignis interdictio, cujus vice successit deportatio, qua etiam hodie afficiuntur, qui altioris gradus dignitatem obtinent. In ceteros autem hodie, qui in secundo sunt gradu, capite vindicari placuit, in humiliores cruce, vel ludo, *l. 3. §. pen. D. ad leg. Cor. de sic.* Sed & ex lege Cornelia capitis pœnam irrogari Justinianus ait. Solet enim pœnas suo tempore usitatas legibus ipsis, ex quibus crimen descendit, adscribere: Vt legi Juliæ de adulteriis pœnam capitis, cum tamen ejus legis pœna fuerit relegatio: legi Pompejæ culeum & serpentes. CVJAC. Extat etiam in lib. Lex Dei, *titul. 1. & 8.* paulo tamen aliter. RITTERSHVS. Illis in locis, ut & *l. 1. & l. 3. D. hoc tit.* leguntur hæc in numero singulari.

3. *Ejusve rei causa, furtive faciendi cum telo fuerint*] Cum telo alioquin esse per se non est prohibitum. Adde Ulpianum in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum relatum *tit. 7.* SCHULTING.

4. *Cum telo fuerint*] Sic & *l. 16. §. 8. D. de pœn.* Pro *fuerit* alibi dicitur *ambulaverit, l. 1. pr. D. hoc. tit. §. 3. Inst. de Public. judic.* Cicero *pro Milon. cap. 4.* de hac lege. *Non modo hominem occidi, sed & esse cum telo hominis occidendi causa vetat.* ut ita non tantum ab ipso homicidio abstinendum sit, sed ab iis etiam, per quæ id fit, quod in magnis delictis observari Tertullianus scribit *de Idololatr. cap. 11.* IDEM.

5. *Et qui venenum hominis necandi causa &c.*] De hoc actum esse quinto capite legis Corneliæ docet Marcianus *l. 3. pr. D. hoc tit.* Conferri vero cum his possunt ea, quæ ex lege Sempronia adfert Cicero *pro Cluent. cap. 54.* IDEM.

6. *Periret*] In Collatione Mos. & Rom. legum *tit. 1.* est *periisset:* sed *tit. 8.* ubi idem locus producitur, scriptum est etiam *periret;* ut in *l. 1. §. 1. D. hoc. tit.* legitur *damnaretur.* IDEM.

7. *Mortisve causam praestiterint*] Hoc non jus nostrum tantum inculcat: sed & ita Cicero *Philippic. IX. cap. 3.* loquitur. *Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit.* Ita Quinctilianus avus *declamation.* CCLXX. CCLXXXIX. CCCXLV. Lucianus *Tyrannicid.* IDEM.

8. *Quae omnia*] Ita in dicta Collatione: ac sic legitur in edd. Genev. & Rittersh. In aliis, *Ob quae omnia.*

9. *In honestiores poena capitis vindicari placuit &c.*] Duo hic tantum memorantur genera hominum, quorum priori, honestioribus, pœna infligitur capitis: poste-

dicri placuit: humiliores vero [10] aut in crucem tolluntur, [11] aut beſtiis objiciuntur.

INTERPRETATIO. [12] *Qui aut venenum, aut quodcunque ingenio vel dolo, qualiter homo occidatur, excogitaverit, capite puniatur.*

* 2. [13] Homicida eſt, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve cauſam praeſtitit.

3. [14] Qui hominem occiderit, aliquando abſolvitur: & qui non occidit, ut homicida damnatur: [15] conſilium enim uniuſcujuſque, non factum punien-

poſteriori, ſive humilioribus, crucis vel beſtiarum: ut adeo per honeſtiores hic intelligantur illi, qui nullo quidem honore ſunt conſpicui, nec tamen ex vulgi fæce, illi nempe, quos ſecundo gradu poſitos eſſe dicit Modeſtinus *l. 16. D. hoc tit.* quosque inter humiliores & altiores ponit Marcianus *l. 3. §. pen. D. hoc tit.* Qui in honore aliquo ſunt poſiti, deportari ſolent, quorum hic non meminit Paulus: ſed id docet Modeſtinus *d. l. 16.* quales Martianus, qui idem tradit *d. l. 3. §. pen* dicit honeſtiore loco poſitos, & altiores. Tales ſunt principales in civitate. Exemplum eſt apud Lucianum *Toxarid.* ubi ejuſmodi homicida decreto Imperatoris deportatus eſt. (Male illic verbum κατακέμφθη Interpres reddidit, *relegatus eſt*, pro *deportatus eſt.*) Principalibus vero junguntur decuriones, qui & dicuntur curiæ ſuæ ſenatores *l. 33. C. de decurionib. lib.* X. quique propter capitalia crimina tantum deportantur, vel relegantur, ſecundum reſcriptum Divorum Fratrum ab Vlpiano relatum *l. 6. §. 2. D. de interdict. & relegat.* nec ob homicidium capite puniuntur, niſi parentes occiderint, *l. 25. D. de pœn.* ubi id ab Hadriano Imperatore cautum eſſe docetur. Quin nec tales deportari vel relegari debent inconſulto Principe, *l. 27. §. 1. D. de pœn. l. 2. §. 1. D. de bon. eor. qui ant. damnation &c.* in tantum, ut, etiamſi latrocinium fecerint, vincti tantum ſint cuſtodiendi, & de illis ad Imperatorem ſcribendum, *d. l. 27. §. 2.* Si tamen ſeditio aliter ſedari nequeat, etiam in decuriones Præſes ſupplicium conſtituere poteſt, rem poſtea apud Principem excuſaturus, *l. 6. §. 9. D. de injuſt. rupt irrit. fact. teſtament.* At decuriones ob eandem capite puniri docet Modeſtinus *d. l. 16.* dum ſcribit ita, *Qui eadem admiſerunt ſponte dolove malo, in honore aliquo poſiti deportari ſolent: qui ſecundo gradu ſunt, capite puniuntur. Facilius hoc in decurionem fieri poteſt. &c.* Sane ſi τὸ *hoc* referas ad pœnam capitis, quaſi illa facilius decurioni infligi poſſit, apertiſſime obſtabunt, quæ ex aliis attulimus. Sed omnia clara erunt, ſi illud *hoc* accipias de priore, nempe, deportationis pœna: ac Latinitas id facile patitur. Promiſcue loquuntur ſic ſæpe auctores. Satis eſt ex adjunctis intelligi, quo quid pertineat, ut pluribus docet V. C. Fr. Sanctius *Minerv. lib.* II. *cap.* 9. ubi quoque alia addidit Litteratiſſimus Perizonius. Atque hæc de difficili Modeſtini reſponſo hactenus. Illorum, qui ad crucem vel beſtias damnantur, non meminit illic Modeſtinus: uti nec hic Paulus eorum, qui deportantur. Ac ſic alibi Juriſconſulti non omnes ſpecies exſequuntur. Alia de loco hoc Modeſtini ſententia eſt Celeberrimi Viri, Ger. Noodt *Obſervation. lib.* I. *cap.* 1. qui pro *aliquo* reponit *alio.* IDEM.

10 *Aut in crucem tolluntur*] Maxime latrones. Seneca *epiſt.* VII. *Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit? ut ſuſpendatur*, in cruce, videlicet. Exemplum habet Petronius *Satyric. cap.* III. idque ipſum jus legeretur hodie in *l. 28. §. 15. D. de pœn.* niſi pro cruce illic furcam Tribonianus ſubſtituiſſet, ut & alibi fecit. Idque & Marcianus videtur ſcripſiſſe *l. 3. §. D. hoc tit.* his verbis. *Humiliores enim ſolent, vel in crucem tolli, vel beſtiis ſubjici.* Sed Tribonianus expunxit illa, *in crucem tolli*, relicto tamen verbulo *vel*, quod indicat aliquid hic deſiderari. Idque notavit V. C. Jac. Rævardus *Conjectan. lib.* I. *cap. 16.* IDEM.

11. *Aut beſtiis objiciuntur*] Inſigniori homicidæ vulgo poſcebant leonem, ut Tertullianus ſcribit *de ſpectacul. cap. 22.* Idem ejus pœnæ meminit alibi *de reſurrection. carn. cap. 16. & de anim. cap. 33.* IDEM.

12. *Qui venenum &c.*] Sichardus hæc edidit tamquam verba Pauli. abſunt ab edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. & Pariſ. clɔ Iɔ LXXXVI. Pauli vero verba & mentem non exhibent integre.

13. *Homicida eſt &c.*] Servavit nobis hanc ſententiam Collatio Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 1.* Omiſſa eſt ab editore Aurelianenſi, ut & illa in §. *qui telum.*

14. *Qui hominem occiderit, aliquando abſolvitur &c.*] In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus, *l. Divus, 14. D. ad legem Cor. de ſic.* Et ideo qui telum jecit, qui vulneravit occidendi animo, qui arma cepit hominis occidendi cauſa, licet non occiderit, ut homicida tenetur. Is vero, cui telum manu fugit, abſolvitur, *l. 1. §. Divus, D. eod. l. eum qui, 3. C. eod.* Recte igitur homicida ſic definitur a Græcis ὁ ἑκὼν ἕνεκα φονῶσαι. CVJAC. Extat & in d. tit. 1. lib. Lex Dei. Sumpta autem eſt ex reſcripto D. Hadriani, cujus meminit Marcianus in *l. 1. §. 3. D. h. t.* & Vlpian. *d. tit. 1.* RITTERSHVS.

15. *Conſilium enim uniuſcujuſque, non factum puniendum eſt.*] Dolus enim eſt pro facto, *l. 7. D. hoc tit.* Silo Pompejus apud M. Senecam *lib.* V. *controverſ. 32.* ſic inſit. *Nec enim eventus imputari debet cujuſque rei, ſed conſilium.* Plura cumulare proclive eſſet ex Philo-

ne

niendum eſt. Ideoque qui, cum vellet occidere, [16] id caſu aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida punietur: & is, qui [17] caſu jactu teli hominem imprudenter [18] occiderit, [19] abſolvitur.

* 5. [20] Quod ſi in rixa percuſſus homo fuerit; [21] quoniam ictus quoque ipſos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores [22] in ludum, aut [23] in metallum damnantur, honeſtiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

* 5. [24] Cauſa mortis idonea non videtur, cum laeſus homo poſt aliquos dies officium [25] diuturnae vitae retinens deceſſit: [26] niſi forte fuerit ad necem caeſus, aut letaliter vulneratus.

* 6. [27] Ser-

ne *de ſpecialib. legib.* Cicerone *pro Milon. cap. 7.* (ad quem aliqua congeſſit Abramius.) Seneca *de conſtant. ſapient. cap. 7.* ubi quædam habet Lipſius. Exempla ex jure varia adducunt Cujacius *Obſ. lib.* XV. *cap. 25.* Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. ad leg. Jul. de ambit.* SCHULTING.

16. *Id*] Deeſt in Collatione M. & R. legg.

17. *Caſu teli*] Sich. & Cujac. interpon. *jactu*, non recte. RITTERSHUS.

17. * *Caſu jactu teli*] Ita habent editiones, quas inſpexi, ſine nota variationis in veteribus codicibus: nec cauſam video, quare illud *caſu* ſuſpectum eſſe debeat, aut ex contextu exturbari, ut fecit Rittershuſius: ut enim rectiſſime diceretur, *caſu per jactum teli*, ſic cur non poterit dici *caſu jactu teli?* quem in ſenſum Marcianus *l. 11. §. 2. verſ. caſu, D. de pœn.* ſic ſcribit. *Caſu vero* (delinquitur) *cum in venando telum in feram miſſum hominem interfecit.* A Collatione Moſ. & Rom. legg. quidem abeſt *τὸ jactu*: ſed & alia abſunt, quæ recte in aliis libris habentur. Ceterum ita homine occiſo dabatur olim reo remedium ad elidendam adverſarii intentionem, hac formula, *ſi telum manu fugit*, cujus meminit Cicero *de Orator. lib.* III. *cap. 39.* qui & ita in Topicis ad Trebatium ſcribit *cap. 17. Ex quo aries ille ſubjicitur in veſtris actionibus, ſi telum manu fugit magis, quam jecit.* arietem vocans remedium ad intentionem infringendam & elidendam comparatum. Quin & ex lege Numæ ejuſmodi caſu homine perempto, is, qui occiderat, arietem dabat, qui pro ſe ageretur, cæderetur, teſte Feſto *v. ſubjici aries. & v. ſubigere arietem.* & Servio *ad Virgil. eclog.* IV. *v. 43.* ut adeo talis olim levi defungeretur pœna. Sed nunc quod ad legem Corneliam abſolvendus eſt: at non ideo etiam ſtatim, ſi culpa quædam adfuerit, omni pœna immunis erit. Exemplum, ubi ejuſmodi homicidæ triennii exſilium irrogatum eſt, exſtat apud Achillem Tatium *de Clitophont. & Leucipp. amorib. lib.* II. Non diſſimile huic caſui, ſi quis aliquo errore in prælio commilitonem pro hoſte interfecerit, de quo agit Seneca *de benefic. lib.* IV. *cap. 34.* SCHULTING.

18. *Occiderit*] In Collatione eſt *ferierit.*

19. *Abſolvitur*] In hanc ſententiam extat oraculum Delphicum, redditum ei, qui imprudens amicum ſuum telo occiderat, cum eo petiiſſet latronem. Vide apud Simplicium *in Epicteti Enchirid. pag. 81. ad edit. Venet.* RITTERSHUS.

20. *Quod ſi in rixa percuſſus homo fuerit, &c.*] Hanc ſententiam repræſentavi ex eadem Collatione. In *l. ult. D. hoc tit.* ubi pro parte exſtat, pro *fuerit*, ſcriptum *perierit*: ac dein hæc tantum adjecit Tribonianus, *ictus uniuſcujuſque in hoc collectorum contemplari oportet*, mutatis ita & contractis Pauli verbis, ob ſublatum forte ludum gladiatorium. Miror editorem Aurelianenſem (qui ad finem rejecit hanc ſententiam cum iis, quæ hic ſunt §. 2. 6. 9.) ex Pandectis tantum hanc ſententiam protuliſſe, cum habere illam aliunde potuiſſet integram & genuinam: quod tamen fecit & Rittershuſius: ſed poſt, *oportet*, hiſce additis. *Et ſi gladio percutiens occiderit, gladio punitur. Si vero percuſſus non interierit, ei, qui percuſſit, manus abſcinditur: quod gladio vulnus inferre præſumpſerit. Quod ſi validis lignis, vel lapidibus magnis, vel calcibus cædes facta ſit: iis, qui fecerint, ſimiliter manus abſcindantur. Sin vero levioribus pœnis mortem inferri contigerit, verberentur, & relegantur. Si quis in rixa manu verberaverit, & occiderit, verberatus relegatur.* Quæ quidem exſtant in Baſilicis in interpretatione *l. ult. D. hoc tit.* ſive *lib.* LX. *tit. 39.* & apud Harmenopulum *Promptuar. lib.* VI. *tit. 6.* ſed apud hunc paulo confuſius. Verum non eſſe hæc ex Pandectis, recte monent Scholia Baſilicôn: adeoque hæc verbis Pauli admiſcenda non erant. Et abſciſſionis manus pœnam ignoraſſe videtur Paulus, cujus quoque nuſquam in Pandectis mentio occurrit. SCHULTING.

21. *Quoniam ictus quoque ipſos contra unumquemque contemplari &c.*] Non hic ordinaria obtinet pœna; quoniam cujus præcipue vulnere perierit, non liquet, & plures percuſſerunt, quorum quoque ictus conſiderandi ſunt, & puniendi: ideoque ad alias extraordinarias pœnas decurritur. IDEM.

22. *In ludum*] Gladiatorium, de quo plura habet Ulpianus, citatus in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* XI. IDEM.

23. *In metallum*] Pœnæ hujus in homicidas conſtitutæ meminit Chryſoſtomus in *epiſt. ad Roman. ſerm.* CXX. *p. 785.* IDEM.

24. *Cauſa mortis &c.*] Vide Caroli V. Conſtit. crimin.

6.[27] Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus postulari non potest: [28] modum enim castigandi & in servorum coërcitione placuit temperari.

7.[29] Qui telum tutandae salutis causa gerat, non videatur hominis occidendi causa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne, quod nocendi causa[30] portatum est.

8.[31] Qui latronem caedem sibi inferentem, [32] vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem [33] publico [34] facinore defendit.

9.[35] Si quis furem nocturnum, vel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, [36] hac quidem lege non tenetur: [37] sed melius fecerit, qui eum comprehensum, transmittendum ad Praesidem magistratibus obtulerit.

10.[38] Judex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur.

11.[39] Man-

min. *cap.* 147. RITTERSHVS. Est desumpta haec sententia ex Collatione ante citata *tit.* 2.

25. *Diuturna*] Lego *diurna*, ut operae diurnae occurrunt *lib.* 11. *tit.* 18. *l.* 2. *D. de ann. legat. & fideicommiss.* SCHVLTING.

26. *Nisi forte fuerit ad necem casus &c.*] Discrimen ergo dierum, quibus quis supervixit, jus nostrum ignorat.

27. *Servus si plagis defecerit &c.*] Sumpta est ex Collatione legum frequenter citata *tit.* 3. De re ipsa vide plura in notis ad Cajum *lib.* 1. *tit.* 3.

28. *Modum enim castigandi & in servorum coërcitione placuit temperari*] Vide Menoch. *lib.* 11. *cent.* 4. *casu* 364. RITTERSHVS.

29. *Qui telum tutandae salutis causa gerat, &c.*] Phocylides:

Τὸ ξίφος ἀμφιβαλὼν μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν.

Et Ovidius ait:

Et latro, & cautus praecingitur ense viator:
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.

IDEM. *in Indic. verb. telum.* Haec ita referuntur in Collatione saepe memorata *tit.* 1. quibus similia leguntur quoque *l. pen. §.* 1. *& 2. D. ad leg. Jul. de vi public.* sed alio ordine, nec iisdem plane verbis. Et plus semel forte talia inculcavit Paulus, qui & de verbo *telum* agit *hoc lib. tit.* 3 *§.* 3. Hic vero rectius legeretur, *gerit*, & dein *videtur*. SCHVLTING.

30. *Portatum est*] Fort *paratum est*. RITTERSH.

31. *Qui latronem caedem sibi inferentem, &c.*] Aggressorem, & stupratorem impune occidimus, *l.* 2. *l. sive allegas*, 4. *C. ad leg. Cor. de sic. l.* 1. *§. ult. D. eo. l. itaque*, 4. *D. ad leg. Aquil.* Augustinus lib. 1. de libero arbitrio, *Lex dat potestatem vel viatori, ut latronem, ne ab eo ipse occidatur, occidat: vel cuipiam viro aut feminae, ut violenter sibi stupratorem irruentem, aut illatum stuprum, si possit, interimat.* CVJAC. Vide Caroli V. Constit. Crim. *cap.* 119. & Jac. Menoch. *lib.* 11. *De arbr. judic. cent.* 3. *casu* 286. *num.* 23. RITTERSHVS. Adde Grotium *de jur. bell. ac pac. lib.* 11. *cap.* 1. *§.* 7. *& ib. not.*

32. *Vel alium quemlibet stuprum inferentem*] Pudicitia & vita pari passu ambulant. Imo metus stupri bonis viris major quam mortis esse debet, ut gravissime inquit Paulus noster in *l.* 8. *§. pen. D. quod met. causa.* RITTERSHVS. *in Indic. v. pudicitia, & v. stuprator.*

33. *Publico facinore*] Fortasse leg. *publice jure*, ut in *l.* 12. *D. ut leg. caus. cave.* GIPHAN. Nec placet mihi illud *publico facinore*. Forte Paulus scripserat, *licito facinore*. SCHVLTING.

34. *Facinore*] Cum aliquando significassem Cl. V. D. Huberto Giphanio, praeceptori meo, hic legendum mihi videri *favore*, melius ille putabat, *jure*. Ego a priore mea conjectura nondum dimoveor. RITTERSHVS.

35. *Si quis furem nocturnum, &c.*] Addidi ex libro Lex Dei *tit.* 7. Vide Caroli V. Const. criminal. *cap.* 150. IDEM.

36. *Hac quidem lege non tenetur*] Aliud quod ad legem Aquiliam, in qua etiam de levissima quis culpa tenetur: eoque referenda *l.* 9. *D. hoc tit.* ut ex inscriptione observavit Consultissimus Noodt *Probabil. lib.* 1. *cap.* 9. Duodecim vero tabulas id simpliciter permisisse ex hoc loco Pauli aliisque liquet: adeoque quod in fragmento Caji *l.* 4. *§.* 1. *D. ad leg. Aquil.* additur: *ut tamen id ipsum cum clamore testificetur*, quod & dein reperitur, vereor ne fit a Tribuniano: uti existimat quoque V. C. Iac. Gothofredus *ad legg.* XII. *tabb. p.* 58. SCHVLTING.

37. *Sed melius fecerit, &c.*] Hoc consilii est, non praecepti: qualia & alibi habent nostri Auctores, ac Paulus etiam noster *tit.* 21. *hoc lib. §. ult.*

38. *Judex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, &c.*] Lege Cornelia tenetur magistratus,

igitized by Google

11. [39] Mandatores caedis perinde ut homicidae puniuntur.

12. [40] Si putator ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit, ut vitaretur, atque ita praeteriens ejuſdem ictu homo perierit, etſi in legem non incurrit, in metallum damnatur.

13. [41] Qui hominem invitum libidinis, aut [42] promercii cauſa caſtraverit, caſtrandumve curaverit, ſive is ſervus, ſive liber ſit, capite punitur. Honeſtiores publicatis bonis in inſulam deportantur.

14. [43] Qui [44] abortionis, aut [45] amatorium poculum dant, [46] etſi dolo non fa-

tus, judexve quæſtionis, qui ob capitalem cauſam pecuniam accepit, ut publica quis lege reus fieret, *l. 1. D. eo.* & ideo cum ſit in honore poſitus, etiam hodie in inſulam deportabitur. CVJAC.

39. *Mandatores caedis perinde ut homicida puniuntur*] Qui cædem fieri mandavit, perinde tenetur, ac qui eædem fecit, *l. non ideo. 5. C. de accuſ.* IDEM. *L. 15. §. 1. D. h. t.* RITTERSHVS. Quod de illa re traditur *l. 15. §. 1. D. h. t.* nec in vulgatis codicibus, nec Florentino exſtat; ſed ex Baſilicis illic repoſitum eſt.

40. *Si putator ex arbore cum ramum dejiceret, &c.*] Putator, qui ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamavit, & prætereuntem occidit, ſi ſervum occiderit, in legem Aquiliam incidit: ſi liberum, neque in Aquiliam incidit, quia de libero occiſo ea lege non datur actio, niſi utilis patri: neque in Corneliam, quia ea lege dolus arguitur, non culpa, *l. in leg. 7. D. ad leg. Cor. de ſica. l. ſi putator, 31. D. ad leg. Aquil.* Quamobrem nec in crucem tollitur, nec beſtiis objicitur: qua pœna putator, utpote humilior, ſi dolo malo hominem occidiſſet, afficiendus foret: ſed auctore Paulo, in metallum damnatur, quia hæc culpa doli faciem habet. Quod ſi mutata non eſſet pœna, lege Cornelia primum in ſicarios & veneficos definita, hic eadem pœnarum ratione ſervata relegandus foret, non in metallum dandus. CVJAC. Extat in *l. 31. D. ad l. Aquil.* ſimilis Pauli ſententia. RITTERSHVS.

41. *Qui hominem invitum libidinis, &c.*] Antea legebatur, *Libidinis aut mercedis.* Ex veter. libris, & *ex l. 3. §. & qui hominem, D. eodem titul.* emendavi, *libidinis aut promercii*, quæ vox frequens eſt in libris noſtris, *l. cetera, 41. §. ſed ſi quis, D. de legat. libr. 1. l. nam quod, 4. §. 2. D. de pœn. leg. l. 2 D. ad leg. Iul. de vi pub.* Ait autem lege Cornelia teneri eum, qui invitum ſervum aut liberum hominem libidinis, vel promercii cauſa caſtraverit, idque S. C. effectum eſt. Et ideo infimi gradus hominem in crucem tolli, aut beſtiis objici: medii, capite puniri: maximi, in inſulam deportari dicemus. Ait, *invitum*: ſed ex Conſtitutione Adriani idem erit, ſi non invitum caſtraverit, *l. 4. §. ult. D. ad leg. Cor. de ſic.* CVJAC. Conſtat ex Martiali & Ammiano Marcellino *lib.* XVIII. hoc prohibuiſſe Imp. Domitianum: qui licet patri fratrique diſſimilis memoriam nominis ſui inexpiabili deteſtatione perſtrinxit: hac tamen receptiſſima lege inclaruit, ut Marcellinus loquitur. RITTERSHVS. Indiſtincte id crimen pœna capitis, publicationiſque mancipii, & loci, ubi id factum eſt, ſi id dominus ſciverit, coërceri juſſit Conſtantinus M. *l. 1. C. de eunuch.* Alia pœna præſcribitur *Novell.* CXLII. alia a Leone *Novell.* LX. In Ægypto id fieri potuiſſe olim permiſſu Præfecti Auguſtalis, τῇ ἡγεμόνος, docet Juſtinus Martyr. *Apoleg.* II. *p. 71.* ubi refert ab illo id alicui petenti eſſe negatum. Et generalem hanc exceptionem ponit Cujacius *ad dict. Novell.* CXLII. ſi id a Præſide permiſſum fuerit. SCHVLTING.

42. *Promercii*] Sich. *mercedis*, non recte. *Promercium* (unde res *promercales*) ita dictum, ut *interpretium, interuſurium, intercolumnium*, & cetera ejuſdemmodi. RITTERSHVS.

43. *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, &c.*] Qui abortionis aut amatorium poculum dant, in legem Corneliam non incidunt, quia id dolo malo, & hominis necandi cauſa non faciunt. Sed tamen quia peſſimi exempli res eſt, aut in metallum damnantur, aut relegantur, aut capite puniuntur. Extat hæc ſententia in *l. ſi quis aliquid, 38. §. qui abortionis, D. de pœn.* CVJAC. Areopagitæ tamen mulierem, quæ philtro virum occiderat, abſolverunt: διότι οὐκ ἐκ προνοίας ἔδωκε μὲν γὰρ φίλτρα βούλεσθαι δὲ τοῦτο. ut ſcribit Ariſtot. 1. *Magn. Moral. cap. 17.* Et ex S. C. relegari tantum juſſa eſt quædam Romæ, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dederat, ex quo ea, quæ acceperat, deceſſerat, *l. 3. §. 2. D. h. t.* Vide Caroli V. Conſtit. Criminal. *cap. 135.* Aliud judicium Areopagitarum huic titulo non alienum, de matrefamil. Smyrnæa, quæ maritum & filium ſuum occiderat veneno, refert Valer. Max. *lib.* VIII. *tit. 1. in fin.* Gellius *lib.* XII. *cap. 7.* Ammianus Marcellinus *lib.* XXIX. RITTERSHVS.

44. *Abortionis*] Poculum *ad averſum*, pro *ad abortum* vocatur in legibus Wiſigothorum *lib.* VI. *tit. 3. l. 1. & 7.* Nonnulla de eo collegit Fr. Lindenbrogius *ad Ammian. Marcellin. lib.* XVI. Scelus hoc quoque placuit mulieribus nuptis, nec non divortio ſeparatis: de quo aliquid notabimus ad Vlpianum *tit. 26.* Idem erit de atocio, uti id vocat Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* XXIX. *cap. 4.* SCHVLTING.

45. *Amatorium poculum*] Quinctilianus avus *declamation.*

faciant; tamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur. [47] Quod ſi ex hoc homo, aut [48] mulier perierit, [49] ſummo ſupplicio adficiuntur.

15. [50] Qui ſacra impia, [51] nocturnave, [52] ut quem obcantarent, [53] defigerent, [54] obligarent, fecerint, faciendave curaverint, aut [55] cruci ſuffiguntur, aut beſtiis objiciuntur.

16.

mation. CCCLXXXV. plus ſemel dixit *amatorium* eliptice. De illo plura legere eſt apud Jac. Gothofredum *ad l. 3. Cod. Theod. de maleſic. & mathematic.* Odii quoque pocula memorant Quinctilianus *declamation.* XIV. Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* XXVIII. *cap. 8.* Origines *contr. Celſ. lib.* VII. aliique. Quin & poculi, quo mens alienatur, dati, ne vir uxorem adulterii poſſet accuſare, mentio in legibus Wiſigothorum *lib.* III. *tit. 4. l. 13.* IDEM.

46. *Etſi dolo non faciunt*] Adeoque lege Cornelia teneri non poſſunt.

47. *Quod ſi ex hoc homo aut mulier perierit*] In *l. 38. §. 5. D. de pœn.* ſcriptum eſt. *Quod ſi ex eo mulier aut homo per.* qui verborum ordo magis placet, ut *mulier* referatur ad poculum abortionis, quod ſoli mulieri datur: *homo* ad poculum amatorium; quod & viro, & mulieri, adeoque homini in genere datur. Et amatorio periiſſe Lucullum, clariſſimum imperatorem, docet Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* XXV. *cap. 3.* ac Plutarchus *in Lucull.* Et niſi ita acceperis Paulum, nihil erit dictum de viro, qui amatorio periit. Quod femin[illegible] in jure pro hominibus non haberi aliqui ſcripſere, id viris doctis per jocum forte excidit: alioquin id illis eſſet indignum. Vt vero per hominem cum quibuſdam intelligatur fetus, non ſinunt juriſconſulti, qui illum negant eſſe hominem, *l. 9. §. 1. D. ad leg. Falcid.* ac dicunt eſſe partem viſcerum matris, *l. 1. §. 1. D. de vent. inſpiciend.* SCHVLTING.

48. *Homo aut mulier*] Quaſi mulier non ſit homo, quod tamen affirmatur *l. 152. D. de verbor. ſignific.* RITTERSHVS. *in Indic. v. mulier.*

49. *Summo ſupplicio*] Quod deſcripſit *tit. 17. §. 2. hoc lib.*

50. *Qui ſacra impia, nocturnave, ut quem [illegible]antarent, &c.*] Ex S. C. pœna legis Corneliæ tenetur, qui mala ſacrificia fecerit, *l. ex S. C. 13. D. ad leg. Cor. de ſic.* puta ut quem incantaret, interficeret, obnecteret. CVJAC.

51. *Nocturnave*] Nocturnis quoque temporibus preces & apparatus magicos vetant Impp. *l. 7. Cod. Theod. de maleſic. & Mathematic.* ubi plura habet Jac. Gothofredus. SCHVLTING.

52. *Vt quem obcantarent, defigerent, obligarent*] Non eſt, igitur opus, ut his alicui mortis cauſa ſit præbita, quod vult Em. Merillius *Obſerv. lib.* VIII. *cap. 4.* ubi nonnulla de his collegit. Satis eſt, ut hæc eo animo ſint facta. IDEM.

53. *Defigerent*] Alii codices habent *deficerent*. Veſontinus perſpicue *diſſigerent*; non *interficerent*, quod eſt proprium ſortilegorum verbum. Virg.

Iolchiacis animam defigere votis

Vetus interpres Horatii. *Ita ut*, inquit, *defigam nevis & inſolitis maleficiis, ut mentem nunquam recipias.* Vnde & in Gloſſis Philoxeni *defixiones, necyomantia.* & in legibus Ciceronis, *Quæ augur injuſta, nefaſta, vicioſa, dira defixerit.* Plin. XXVIII. *c. 1. Defigi diris deprecationibus nemo non metuit.* & quod confirmat exemplum allatum ab Accurſio *in l. 6. de maleſ. & math.* apud Ovid.

Sagaque Phœnicea defixit nomina cera.

& alibi:

Devovet abſentes, ſimulacraque cerea fingit.

Et Horatius

Quæ movere cereas imagines

Vt ipſe noſti curioſus. Ex CVJACIO *Obſervat. dict. cap. 22.* Proprium hoc verbum magis, qui artibus ſuis hominem adſtringunt, ac impediunt, ne aliquid faciat. Occurrit quoque *defixiſſe l. 3. Cod. Theod. de maleſic. & mathematic.* pro quo *in l. 4. Cod. Juſtin. dict. tit.* ſcriptum eſt *deſexiſſe*: quod Græci reddiderunt [illegible], ut adeo hæc mutatio a Triboniano eſſe videatur: idque notatum quoque Jac. Gothofredo *ad d. l. 3.* Ceterum in loco Ovidii ſecundo a Cujacio laudato Illuſtris Vir, N. Heinſius invenit in veteri codice *figis*, idque probavit: ac in editione ſua, quæ hoc ipſo tempore lucem primum adſpicit, ſecutus eſt Celeberrimus Vir, Petr. Burmannus. Figebantur vero illa cerea ſimulacra ad defigendos homines. In inſcriptionibus etiam Gruteri *p.* XIX. *inſc. 6.* ſolvuntur vota Jovi, QVOD IS SCELEROSISSIMI SERVI PVBLICI INFANDO LATROCINIO DEFIXA MONVMENTIS ORDINIS DECVRIONVM NOMINA NVMINE SVO ERVIT ET VINDICAVIT. &c. Huc quoque, & ad talia maleficia pertinere videntur verba Taciti *Annal. lib.* II. *cap. 30. Nominibus Cæſarum aut Senatorum adfixas atroces vel occultas notas accuſator arguebat*, quæ ita recte intellexit V. C. Theodorus Ryckius. Plura de hoc verbo ac ſimilibus invenire eſt apud Salmaſium *in Solin. p. 1088.* SCHVLTING.

54. *Obligarent*] Occurrit & *præligare*, & *præligatum pectus*, apud Plautum *Bacchidib. act. 1. ſc. 2 v. 28.* Contrarium *ſolvere mentes* apud Virgilium *Æneid. lib.* IV. *verſ. 487.* & *ſolvere amores* apud Tibullum *lib. 1. el. 2. verſ. 60.* Ligamentorum quoque mentio in legibus Wiſigothorum *lib.* VI. *tit. 2. l. 2.* Plura de eo verbo habet Lindenbrogius *in Gloſſar. ad Codic. legg. antiquar. verb. ligatura.* IDEM.

55. *Cruci ſuffiguntur &c.*] Hoc ad humiliores tantum pertinere videtur, in quibus hæc pœna obtinebat, ut in §. ſeq. & ſæpe alibi.

56 Qui-

16. [56] Qui hominem immolaverint, [57] exve ejus sanguine litaverint, [58] phanum, templumve polluerint, bestiis objiciuntur; vel, si honestiores sint, capite puniuntur.

17. [59] Magicae artis [60] conscios summo supplicio adfici placuit, id est, bestiis objici, aut cruci suffigi. Ipsi autem magi [61] vivi exuruntur.

18. [62] Libros magicae artis apud se neminem habere licet: & si penes quoscunque reperti sint, bonis ademptis, [63] ambustisque his [64] publice, in

56. *Qui hominem immolaverint, &c.*] Eadem lege tenentur, qui hominem pro victima immolant, vel humano sanguine litant, quod & Tiberium & Adrianum vetuisse proditum est. CVJAC. Plinius *lib.* XXX. *cap.* 1. auctor est, Senatusconsultum hac de re factum esse: plurimumque Romanis hoc nomine deberi. RITTERSHVS. Salamine in Cypro sacrificia talia fieri vetuit Hadrianus, teste Lactantio *Divinar. Institution. lib.* 1. *cap.* 21. imo sub eodem Principe illa passim fuisse prohibita, ex Pallante tradit Porphyrius *de abstinent. ab animantib. lib.* II. §. 56. Et jam antea variis in locis ea sacrificia inhibita fuisse ostendit Plinius *Natural. Histor. lib.* XXX. *cap.* 1. Nondum tamen ubivis sæculo a nato Servatore tertio ea cessasse constat ex eodem Porphyrio *dict. lib.* II. §. 27. De antiquitate & frequentia talium olim sacrificiorum aliqua tradit H. Grotius *de satisfaction. Christ. cap.* 10. *& de veritat. religion. Christian. lib.* II. §. 11. *& etiam in not.* & longe plurima M. And. Beyerus *Additament. ad Selden. de Diis Syr. ad cap.* 6. *fyntagmat.* 1. Usi vero veteres his execrandis sacrificiis, & maxime puerorum, ad artes magicas & necyomantias: de quo plura docuere Cl. Salmasius *ad Spartian. Hadrian. cap.* 14. Jan. Brouckhusius *ad Tibull. lib.* 1. *eleg.* 2. *vers.* 45. SCHVLTING.

57. *Exve ejus sanguine litaverint*] Jupiter tamen Latialis hoc modo cultus fuit a Romanis; ut de suis quoque temporibus testantur Tatianus *adversf. Grac.* p. 163. & Tertullianus *Apologetic. cap.* 9. *& Scorpiac. cap.* 7. Porphyrius *de abstinent. ab animantib. lib.* II. §. 56. & Prudentius *adversf. Symmach. lib.* 1. *vers.* 396. IDEM.

58. *Phanum, templumve polluerint.*] Fanum ac templum confunduntur passim. proprie autem fanum est solum templi. Sic Livius *lib.* X. *cap.* 37. loquitur. *Fanum tantum, id est, locus templo effatus, jam sacratus, sacrat.* Plura dabit Jac. Gutherius *de veter. jur. Pontific. lib.* II. *cap.* 3. IDEM.

59. *Magica artis conscios summo supplicio &c.*] Eadem lege tenentur, qui magiam exercent, & qui ejus artis periti sunt: quia non tantum ejus artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Sed gravius ipsi magi puniuntur, quam magice artis conscii. De his *in cit. de malef. & mathem.* C. CVJAC. Vide Caroli V. Constit. Crimin. *cap.* 109. RITTERSHVS.

60. *Conscios*] Non qui norunt solummodo aliquem hanc exercere artem, sed qui etiam ejus sunt participes: ea enim est vis verbi *conscius*, ut pluribus ostenderunt Barn. Brissonius *de verbor. significat. h. v.* & Jac. Gothofredus *ad l.* 3. *Cod. Theod. ad leg. Cornel. de sicar.* SCHVLTING.

61. *Vivi exuruntur*] Quod cruce gravius existimatum esse vidimus *ad sit.* 17. §. 3. Pœnam vero hanc magis propositam fuisse indicat Lucianus *in Asin. p.* 115. & exemplum ejus, qui ob veneficia eam subiit, est apud Ammianum Marcellinum *lib.* XXIX. *cap.* 3. IDEM.

62. *Libros magica artis apud se neminem habere licet: &c.*] Quod supra dixit de libris vaticinis, idem nunc ait de libris magicis. Sunt enim publice comburendi, *l. cetera*, 4. §. 1. *D. fam. erciscc.* Livius *lib.* XXIX. *Quotiens negotium est magistratibus datum, ut vaticinos libros conquirerent, comburerentque.* Et qui libros magicos habuerit, vel in insulam deportatur, vel capite punitur. CVJAC.

63. *Ambustisque*] Malim *combustisque*. RITTERSHVS. Mallem quoque ego *combustisque*. Et sic tales libri incendio concremantur *l. ult. Cod. Theod. de maleficc. & Mathematic.* quæ est *l.* 10. *C. de Episcopal. audient.* Quo pertinentia plura congessere Joh. Wouwerius *ad Minut. Felic.* & Joh. Pricæus *ad Act. Apostolor. cap.* 19. *v.* 19. quorum posterior recte observat, frustra Virum Doctum *in l.* 4. §. 1. *D. famil. erciscund.* pro *corrumpenda* legere *comburenda*. Basilica etiam stant pro vulgata lectione. Adde quod in *d. l.* 4. præcedat quoque mentio malorum medicamentorum & venenorum, quæ omnia simul quoquo modo corrumpenda sunt, non etiam præcise comburenda. Vt adeo nec illud *corrumpenda* bene ille ipse Pricæus accipiat pro *comburenda*: uti nec in *l.* 11. §. 1. *D. de serv. corrupt.* illud, quod dicitur de corruptis chirographis, interpretatur bene de combustis, cum corrupta illic dicantur potius deleta, concisa, cancellata, inducta. Ceterum & de libris contra Christianos a Porphyrio aliisque scriptis statuerunt Imperatores, ut igni manciparentur, *l.* 3. *C. de summ. trinitat. & fid. catholic.* Idem de quorundam hæreticorum scriptis statutum est, ut Arrianorum, Sozomeno teste *Histor. Ecclesiastic. lib.* I. *cap.* 21. de quibus nonnulla habet Jac. Gothofredus *Dissertationib. ad Philostorg. Histor. Ecclesiastic. lib.* X. *cap.* 10. De aliis quoque similibus talia inveniuntur *d. l.* 3. §. 3. *l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 1. *l.* 16. *fin. C. de hæretic. & Manich. l.* 34. *Cod. Theod. de hæretic.* An tamen hæc omnia recte atque ordine facta sint, inquirere hujus non est loci. SCHVLTING.

64. *Publice*] Aliquando & libri improbatæ lectionis in comitio in conspectu populi cremati, auctore Livio *lib.* XL. *cap.* 29. IDEM.

65. *In*

[65] in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur. [66] Non tantum hujus artis professio, sed etiam scientia prohibita est.

19. [67] Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis, vel ad remedium datum erat, homo perierit, [68] is, qui dederit, si honestior fuerit, in insulam deportatur; humilior autem capite punitur.

65. *In insulam deportantur*] Honestiores, scilicet: inter quos & humiliores tale, quale hic habemus, discrimen passim inculcat Paulus *hoc libr.* Et forte scripserat Paulus, *honestiores in insul. dep.* IDEM.

66. *Non tantum hujus artis professio, &c.*] Ita hæc repræsentant edd. non tantum Sich. sed & Cujaciana, Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Paris. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. quæ haud video quare omiserit Cujacius in edd. cum ipsius Interpp. ac Rittershusius ediderit veluti interpretationem præcedentium verborum, cum tamen aliud plane contineant. Docet Paulus discrimen inter divinandi scientiam, quæ non ita districte prohibetur *tit. xv. §. 4. hoc lib.* & magiæ, ubi eadem est pœna exitii discipulis & magistris, ut Tertullianus scribit *de idololatr. cap. 9.* Et eum, qui erudiendum mago filium dederat, capite punitum esse scribit Ammianus Marcellinus *lib.* XXVI. *cap. 3.* qui etiam *lib.* XXVIII. *cap. 1.* inter alia multa hujus generis narrat ita punitum esse adolescentem, qui librum magicum descripserat. IDEM.

67. *Si ex eo medicamine, quod ad salutem hominis, &c.*] Punitur medicus, qui medicamentum dedit, si ex eo æger perierit, *l. illicitas, 6. §. sicuti, D. de offic. præs.* quamvis hic casus proprie ad legem Corneliam non pertinet, quia sanandi, non necandi animo dedit. CVJAC. Vide Caroli V. Constit. Criminal. *cap. 134.* RITTERSHVS.

68. *Is, qui dederit*] Innoxium quidem hoc esse non debet, si adsit culpa, *l. 6. §. 7. D. de offic. præsid.* Vt vero tam gravis pœna infligatur, graviter debuit fuisse peccatum. Valet hic sæpe casus improvisus, & non pauca sunt, in quibus & peritissimi fallantur. SCHVLTING.

TITVLVS XXIV.

Ad Legem Pompejam de Parricidiis.

1. [1] Lege Pompeja de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, [2] aviam, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit. Hi etsi [3] antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias dantur.

TITV.

1. *Lege Pompeja de parricidiis tenetur, qui patrem &c.*] Fuit de parricidio primum lex Cornelia, *l. ult. C. Th. ad leg. Cor. de fal. l. 2. §. deinde Cor. D. de orig. jur.* Deinde Pompeja, qua tenentur non tantum qui parentes aut liberos, sed & qui fratrem, sororem, reliquos, qui sunt ex transverso, vel conjugem, vel patronum occiderint. Itaque P. Horatium occisa sorore, recte Sex. Pompejus ait accusatum parricidii apud Duumviros fuisse, *in verbo Sororium tigillum:* & Livius male id perduellionem appellat, nisi dicatur ex Charisio grammatico se contra Rem. gessisse, qui per tempus belli sororem occidit. Eadem vero est legis Corneliæ de sicariis, & legis Pompejæ pœna, *l. 1. D. de leg. Pomp. de par.* Verum more majorum, qui parentes occiderunt, culleo insuti in mare abjiciuntur, *l. pen. D. eod.* qui mos invaluit ante legem Corneliam, & Pompejam: ac primum omnium, ut Livius scribit *lib.* XLXIII. Publius Malleolus matre Interempta insutus culleo in mare præcipitatus est. Valerius *lib.* I. id supplicii genus parricidis lege irrogatum ait. Mos enim pro lege est. Ait autem non multo post Tarquinium regem, qui eodem supplicio quendam affecerat ob communicatum de sacris mysteriis librum, irrogatum fuisse: quod pugnat cum eo quod paulo ante ex Livio retulimus. Sed tollenda est negatio ex illo Valerii loco: auctor est codex manuscriptus Bibliothecæ S. Victoris, auctores sunt & alii veteres, quos se Glareanus vidisse testatur. Ceterum hæc more majorum introducta pœna in usu esse desiit, & cœperunt, ut Paulus scribit, parricidæ aut bestiis objici, aut vivi comburi. Postea reducta est a Constantino, *l. 1. C. de his qui par. vel lib. occid.* CVJAC.

2. *Aviam*] Etiam hac lege continetur mater, quæ filium occidit, *l. 1. vers. sed & mater, D. hoc tit.* Patri id olim licuit jure patriæ potestatis, *l. 11. D. de liber. & posth.* quod & docet Papinianus, relatus in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 4.* Sed & pater reliquis exæquatus *l. un. C. de his, qui parent. vel liber. occid.* SCHVLTING.

3. *Antea*] Ante constitutionem Divi Hadriani, quam refert Modestinus *l. 9. D. hoc tit.* qui tamen docet, & deinceps pœnam cullei usitatam fuisse in locis mari vicinis. Quod vero Cujacius *ad hunc loc.* existimat,

mat, eamdem fuiſſe pœnam legis Corneliæ de ſicariis, & legis Pompejæ: illamque diſtinguit a pœna parricidii moribus inducta *in not. ad §. 6. Inſt. de publ. judic.* quæ mens etiam eſt Jac. Gothofredo *ad l. un. Cod. Theod. de parricid.* id admitti non poteſt, cum Scriptores veteres, qui poſt latam legem Pompejam vixere, cullei meminerint, Seneca *de Clement. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 23. Juvenalis *Satyr.* VIII. *verſ.* 214, *Satyr.* XIII. *verſ.* 155. Suetonius *Auguſt. cap.* 33. Xiphilinus *Neron.* aliique. Quod autem in *l.* 1. *pr. D. hoc tit.* fiat mentio legis Corneliæ de ſicariis, id non videtur poſſe ferri, cum longe alia ſit legis hujus pœna, quam legis Pompejæ de parricidiis: ut adeo veriſimilis videatur conjectura Conſultiſſimi Noodt *Probabil.* 1. *cap.* XI. (ubi & pluribus expoſita legi poterunt illa, quæ nos modo attigimus) reponentis, *legis Corneliæ de parricidiis:* niſi forte lex Cornelia eadem, quæ de ſicariis egit, ſimul & in parricidas quæſtionem conſtituerit, ac pœnam: & quidem in hos cullei. Sane & parricidæ ſunt ſicarii, & Cicero *pro Roſc. Amerin. cap.* 5. dicit *judicium inter ſicarios*, pro judicio inter parricidas. Quæ ſententia eſt Eruditorum Virorum, Jacobi Menardi *in argument. Oration. Ciceron. pro Roſc. Amerin. & ad cap.* 5. & M. Antonii Ferratii *lib.* 1. *epiſt.* 15. SCHULTING.

TITULUS XXV.

Ad legem Corneliam Teſtamentariam.

1. Lege Cornelia teſtamentaria tenetur, qui teſtamentum, quodve aliud inſtrumentum falſum ſciens dolo malo ſcripſerit, recitaverit, ſubje-

1. *Ad legem Corneliam Teſtamentariam*] De hac lege fuit etiam ſupr. tit. 7. libri IV. RITTERSHUS. In libro IV. *tit.* 7. de hac lege curagatur, illic diximus.

2. *Lege Cornelia teſtamentaria tenetur &c.*] Quæ dicitur lex Cornelia de falſis, lata eſt de teſtamentis, *l.* 1. *D. de pub. jud.* atque ideo multis in locis teſtamentaria appellatur. Hac lege tenentur falſorum teſtamentorum ſubjectores, recitatores, teſtamentarii, ſignatores, qui vera teſtamenta amovent, celant, aperiunt, reſignant, delent, ut *lib.* IV. diximus *tit.* 7. Item qui ſignum adulterinum faciunt, ſculpunt, exprimunt, qui verum amovent, aut jam impreſſum referant, *l. lex Cornelia teſtamentaria*, 30. *D. de leg. Cor. de fal. §. item lex Cornelia de falſis. de pub. judic.* Sed ſolent etiam, qui extra teſtamenta in aliis rationibus, vel inſtrumentis quid eorum fecerint, quæ ſuperius comprehenſa ſunt, perinde atque teſtamentorum falſarii coërceri, *l.* 1. *§. qui in rationibus, l.* 9. *§.* 1. *l inſtrumentorum*, 16. *§.* 1. *D de leg. Cor. de fal.* Falſum eſt de teſtamentis: Quaſi falſum de ceteris inſtrumentis, vel cauſis, quæ ex conſtitutionibus, aut S.C. ad legem Corneliam teſtamentariam rediguntur, *l.* 1. *§. ult. D. eod.* Fuit & lex Cornelia numinaria. M. Tullius III. *Verr. Cornelia teſtamentaria, nummaria, cetera complures.* Hac lege tenentur, qui nummos adulterant, tingunt, fingunt, circumcidunt, radunt, qui adulterinos flant, ferunt, *l* 8. *&* 9. *D. eod.* Addit Paulus eos, qui probos nummos vultu principum ſignatos reprobant: quod valde pertinet ad *l.* 1. *C. de vet. num. pos.* utriuſque legis pœna fuit primum aquæ & ignis interdictio, ſive deportatio, & omnium bonorum publicatio: in ſervis ultimum ſupplicium, etiamſi poſt admiſſum liberi facti eſſent, *l.* 1. *§. ult. D. de leg. Cor. de fal.* Hodie liberi, qui humiliores ſunt, aut cruci ſuffiguntur, aut in metallum damnantur. Julius Firmicus *lib.* VI. *matheſeos. Facient in falſi crimine comprehenſos in crucem tolli.* Vel etiam, ut quæ ſequuntur ſententiæ demonſtrant, ad beſtias dantur, aut capite puniuntur. CUJAC. Quo pacto lex Cornelia, quæ de teſtamentis ſolis caverat, per Senatusconſulta ad alia fuerit producta, (unde mentio fit falſi, & quaſi falſi *l.* 1. *§. ult. D. hoc tit. de leg. Cornel. de falſ.*) intelligi poteſt ex fragmento Ulpiani, quod ſervavit nobis Collatio Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 8. SCHULTING.

3. *Tenetur*] Non quod lex Cornelia de his omnibus egerit: ſed Senatusconſultis cautum, ut alii quoque ea lege tenerentur præter eos, de quibus lex ſtatuerat. IDEM.

4. *Scienſ dolo malo*] Olim tamen ex ipſa re ille dolus ita videtur fuiſſe præſumptus, ut & puniti ſint, qui talia fecerant abſque diſcrimine: & Imperatores Divi Fratres laudentur, quod hanc rem humanitate ſua temperarint *l.* 31. *D. hoc tit.* Atque ita de Cæſare Auguſto in ipſius vita Suetonius *cap.* 33. ſcribit. *Et, cum de falſo teſtamento ageretur, omnesque ſignatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabulas, damnatoriam & abſoluteriam, ſimul cognoſcentibus dedit, ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur iis, quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos conſtitiſſet.* Vt adeo dubitari poſſit, an ipſa lex Cornelia, in cujus verba judices illi debuerunt ſecundum morem veterem jurare, doli mali quoque meminerit, & an non ex talibus factis dolum ſatis argui voluerit: poſtea vero id additum ſit. IDEM.

5. *Scripſerit*] Hoc abeſt ab edd. cum Interpp. Cujacii, ſed ſolis, nec recte. Habet id quoque Paulus *lib.* IV. *tit.* 7. *§.* 1. *& l.* 2. *D. hoc tit.* & ſcribens certe hac lege tenetur, *l.* 8. *C. hoc tit.* IDEM.

6. *Recitaverit*] Hoc de aliis inſtrumentis præter

Digitized by Google

subjecerit, [7] suppresserit, [8] amoverit, resignaverit, deleverit: quodve signum adulterinum [9] exsculpserit, fecerit, expresserit, [10] amoverit, reseraverit: quive [11] nummos [12] aureos, argenteos [13] adulteraverit, [14] laverit, [15] conflaverit, [16] raserit, corruperit, vitiaverit: [17] vultuve Principum signatam monetam, [18] praeter adulterinam, [19] reprobaverit. [20] Et honestiores

testamentum non ita liquidum est: & hos recitatores in hanc legem non incidisse docet Papinianus *l. 13. §. 1. D. hoc tit.* ubi *vè non* perperam omisit Haloander, quod codex Florentinus ac Basilica agnoscunt. Quin & si ponas illum, cujus illic fit mentio, in legem Corneliam incidisse, deberet esse infamis, secundum regulam, *l. 7. D. de public. jud.* & non tantum ad tempus ordine movendus, sed nec iterum elapso tempore ad dignitatem admittendus ex sententia Papiniani ipsius *l. 5. D. de decurionib.* ut proinde serius, & demum post illud a Papiniano scriptum, hoc jus de recitatione alterius instrumenti introductum esse videatur: quod placuit quoque Cujacio *ad d. l. 13. §. 1. ad Papinian. Responsor. lib.* XV. qui tamen quod alibi *ad §. 7. Inst. de public. judic. not. posteriorib.* existimat, recitationem facto debere jungi, nec alterum ad poenam sufficere, id nec convenit verbis Pauli *hoc loc.* nec Imperatoris *d. §. 7.* nec verbis *l. 8. C. hoc tit.* IDEM.

7. *Suppresserit*] Quid hoc sit, exponit Paulus *lib.* IV. *sit. 7. §. 3. & 4.* Haec vero pertinent ad instrumenta vera. IDEM.

8. *Amoverit*] Aliquid de eo notavi ad *dict. tit. §. 1.*

9. *Exsculpserit*] Edd. cum Interpp. Cujacii habent *sculpserit*, quod & ego malim: atque ita legitur *§. 7. Inst. de public. judic. l. 30. D. pr. hoc tit.* sed aliae veteres edd. constanter habent *exsculpserit*, quod ab Aniano esse non iverim inficias: at non duxi mutandum. IDEM.

10. *Amoverit, reseraverit*] Haec videntur pertinere ad signa rebus impositа aut tabulis, non amovenda. Locutio vero nova *signa reserare*, pro, *res signatas, & signo clausas aperire.* IDEM.

11. *Nummos aureos, argenteos &c.*] Vid. Caroli V. Const. Crimi. *cap.* III. *& 2. segq.* RITTERSHVS.

12. *Aureos, argenteos*] In vilioris metalli nummis vix est, ut falsum committatur: quamvis nec id debeat esse impunitum.

13. *Adulteraverit*] Aliquid vitii addiderit, *l. 9. pr. D. hoc tit.* Aes hic adhiberi scribit Plinius *Natural. Histor. lib.* XXXIII. *cap. 9.* SCHVLTING.

14. *Laverit*] Quo pertinet, si quis argentum aurumve ab aere separet: cujus rei mentio *l. 6. Cod. Theod. de falsa. monet.* atque hoc verbum Pauli ita forte accipiendum esse, existimat Jac. Gothofredus *ad d. l.* Sed cur non etiam indistincte hoc accipiemus de nummis quocumque modo ope liquoris, quo metalla corrodantur, imminuendis? quod etiam *singere* dicitur *l. 9. D. hoc tit.* Vt adeo non sit audiendus Cujacius *Observation. lib.* XIX. *cap. 25.* pro *laverit* legens *flaverit:* qui tamen etiam retinet mox *conflaverit.* Andacius Hotmanus, qui pro, *laverit, conflaverit*, reponit tantum *flaverit*, *Observation. lib.* V. *cap. 27.* quasi illud *conflaveris* esset explicatio verbi *flaverit.* IDEM.

15. *Conflaveris*] Vt ita non liceat pecuniam usui hominum eximere privata auctoritate, uti nec flare & ferire. Hoc sub poena sacrilegii & capitis vetat Constantius *l. 1. Cod. Theod. si quis pecun. conflaver.* non quod re vera pecunia res sacra sit, vel consecrata, uti de statuis legimus *l. 5. §. ult. l. 6. D. ad leg. Jul. majestat.* quae ideo conflandae non sunt, *d. l. 6.* pecunia vero in usu est promiscuo, ut notatum Joh. Seldeno *de jur. natur. & gent. lib.* II. *cap. 8.* Sed saepius sacrilegii poenam constitutam esse videmus etiam in aliis, quae quovis modo Imperatorem spectant, violatis, vel spretis; uti *l. 3. l. ult. C. de Crimin. sacril.* ad Principem enim quae pertinent, passim sacra & sacratissima dici notissimum est, ex Institutionibus maxime & Codice. Ne jam dicam, saepe etiam delictis infligi poenam alteri crimini propriam, cujus rei exempla quaedam habet Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. ad leg. Cornel. de sicar.* IDEM.

16. *Raserit*] Ita *l. 2. D. hoc tit.* Sic & *adraserit, l. un. Cod. Theod. si quis solid. circul. exterior. incider.* Alibi occurrit *adradere, l. 2. Cod. Theod. de ponderatoribus.* IDEM.

17. *Vultuve Principum signatam monetam &c.*] Magnam vultibus suis esse venerationem voluerunt Principes. inde de solidis Constantinus *l. un. Cod. Theod. si quis solid. circul. exterior. incider.* scribit, *in quibus nostri vultus veneratio una est.* Inde dicuntur solidi *Principum veneratione formati, l. 1. C. de veter. numismat. potestat.* Alibi dicuntur illi *vultus aeternales, l. ult. C. dict. tit.* Plura habet Cujacius *Observation. lib.* XIX. *cap. 25.* & Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. si quis solid. circul. exterior circumcider.* IDEM.

18. *Praeter adulterinam*] Integri ponderis ut sit requiritur quoque *l. 1. C. de veter. numismat. potestat.* IDEM.

19. *Reprobaverit*] Idem cavetur *Novell. Theodos. & Valentinian. tit. 25.* Arrianus *Epictet. lib.* III. *cap. 8.* Τὸ τῦ Καίσαρος νόμισμα οὐκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι τῷ τραπεζίτῃ, οὐδὲ τῷ λαχανοπώλῃ· ἀλλ' ἂν δόξῃς, θέλει ὁ θέλει, πρέπει δοκιμάσαι καὶ τὸ ἐπ' αὐτῦ πωλούμενον. *Caesaris nummum nec argentario, nec olerum venditori improbare licet: sed, offenso eo, sive velit, sive nolit, rem venditam tradere eum oportet.* Plura peti possunt a Jac. Gothofredo *ad d. l. un. Cod. Theod. si quis solid. circul. exterior circumcider.* IDEM.

20. *Et honestiores quidem in insulam deportantur &c.*] Ipsius legis Corneliae poena hic non traditur: verum

ſtiores quidem in inſulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. [21] Servi autem poſt admiſſum manumiſſi capite puniuntur.

• Qui falſam monetam percuſſerint, ſi id totum [22] formare noluerunt, [23] ſuffragio juſtae poenitentiae abſolvuntur.

• Accuſatio ſuppoſiti partus [24] nulla temporis praeſcriptione [25] depellitur. Nec intereſt, deceſſerit, necne ea, quae partum ſubdidiſſe contenditur.

LEX EST XIX. D. DE LEGE CORNEL. DE FALS.

2. [26] Qui ob falſum teſtimonium perhibendum, [27] vel verum non perhibendum [28] pecuniam acceperit, dederit, [29] judicemve, ut ſententiam ferat, vel

verum quae poſtea ſub Imperatoribus uſitata fuit. Vera ejus poena videri poſſet fuiſſe interdictio aquae & ignis, in cujus locum deportatio ſucceſſit, quod & Cujacius credidit: ut ita legis poena obtineat in honeſtioribus, uti de lege Cornelia de ſicariis ſcribit Marcianus *l. 3. §. 5. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* IDEM.

21. *Servi autem poſt admiſſum manumiſſi capite puniuntur*] Humiliores etiam in metallum damnantur. hi capite punientur. Quod tamen ita videtur accipiendum, ut cruce quoque poſſint ob circumſtantias plecti, *arg. l. 1. pr. D. de poen.* IDEM.

22. *Formare*] Al. *efformare.*

23. *Suffragio juſtae poenitentiae abſolvuntur*] Alias in jure nemo poenitentia ſua nocens eſſe deſinit, *l. 65. D. de furt. l. 17. §. 1. D. de edil. edic. l. penult. D. vi bon. rapt.* RITTERSHVS. *in* INDIC. *verb. poenitentia.*

24. *Nulla temporis praeſcriptione*] Sex menſium utilium, vel quinquennii, quae adulterio obſtat, *l. 29. §. 5. 6. D. ad leg. Jul. de adulter.* Aliud de praeſcriptione viginti annorum, quae, uti aliis accuſationibus obſtat, *l. 12. C. hoc tit.* ita & huic obſtare videtur. SCHVLT.

25. *Depellitur*] Al. *repellitur.*

26. *Qui ob falſum teſtimonium perhibendum, &c.*] Legis Corneliae poena afficitur, qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit, dederit, & qui judicem corruperit, corrumpendumve curaverit, & qui ſe corrumpi ſiverit, *l. 1. §. 1. D. de leg. Cor. de falſ.* CVJAC. Hinc transformatum in Edicto Theodericiano caput 91. In Collatione Moſ. & Rom. II. eſt. *Hi, qui:* & mox, *acceperint, dederint, corruperint, curaverint:* quo modo edidit Rittershuſius. Sed in eo nihil eſt diſcriminis. Non vero video cauſam, cur in his verbis aliquid eſſe a mala manu exiſtimet Def. Heraldus *de ver. judicat. auctoritat. lib. 1. cap. 6. §. 9.* quia, ſcilicet, in legem Corneliam incidit qui ſquis ob dicendum, vel non dicendum teſtimonium, qualecumque illud tandem ſit, etiam verum, pecuniam acceperit, ſecundum Marcianum *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* Et tamen verbum *falſum* exſtat quoque in Collatione Moſ. & Rom. II. *tit. 2.* ubi haec proferuntur: potuitque falſi mentio fieri hic, uti & mox fit veri. Imo & Marcianus *d. l. 1. §. 2.* intelligendus eſt de illo, qui accepit ob dicendum falſum teſtimonium, de quo Paulus hic agit, ut talis incidat in legem Corneliam. Ceteroquin hoc nimis foret durum, & eum, qui teſti ad verum dicendum quid dedit, in hanc legem incidere: quamvis illum peccare nullus negaverim. Nec alia mens eſt Amplißimi & Egregii Viri, Corn. van Bynkershoek *Obſervation. lib. III. cap. 20.* qui recte quoque in eo ab Heraldo recedit, quod is apud Marcianum vult debere legi, *renunciandum*, cum legi debeat *denunciandum.* Denunciat teſtimonium is, qui id exigit a teſte: dicit id teſtis. Et ſic quoque illa *dicendum, vel non dicendum* in *d. l. 1. §. 2.* ut ſint ſuſpecta, nulla eſt ratio. SCHVLTING.

27. *Vel verum non perhibendum*] In lib. Lex Dei *tit. 8.* ubi etiam haec ſentent. extat, iſta abſunt. In hanc autem ſententiam Auſonius *praefat. Idyll. 2. Falſum dicere, & verum tacere ejuſdem piaculi exiſtimo.* RITTERSHVS.

28. *Pecuniam acceperit*] Quodvis lucrum ſenſerit, uti in *l. 1. §. ult. l. 2. D. de calumniatorib. l. 115. D. de regul. jur.* SCHVLTING.

29. *Judicemque, ut ſententiam ferat, vel non ferat, corruperit*] Idem docet *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* Durum tamen id erit, ſi fiat in bona cauſa: quo in caſu nonnulli quoque repetitionem dati conceſſere, quaſi ſolus judex accipiendo turpiter feciſſet: ut docet Vlpianus *l. 2. §. 2. D. de condiction. ob turp. vel injuſt. cauſ.* idque ſolere fieri ſcribit Auguſtinus a Gratiano relatus *can. ult. cauſ. 14. quaeſt. 5.* imo Paulus ipſe noſter in *l. 3. D. eod. tit.* dum ſcribit, & dantis, & accipientis eſſe turpitudinem, ſi pecunia detur, ut male judicetur, ab ea opinione alienus fuiſſe non videtur. Vlpianus tamen *d. l. 2. §.* 2. merito ſententiam illam rejicit, docetque hunc, qui dat, crimen contrahere. Et Imperatores id improbarunt *d. l. 2. §. 2. l. 21. D. hoc tit. l. 1. §. 3. D. de calumniatorib. l. 1. C. de poen. judic. qui mal. judicav.* ac litis damno dantes multarunt, *d. l. 2. §. 2. d. l. 1. §. 3. d. l. 1.* Capitis quoque & deportationis poenas, quae hoc loco memorantur, hac in ſpecie non facile admiſſas eſſe colligitur ex eo, quod ipſe Paulus doceat, relegari ad tempus hujus criminis reos *l. 21. D. hoc tit.* ut hic Paulus id videatur agere, ut doceat, quo uſque poena poſſit augeri ob rei atrocitatem. Juſtinianus litigatori id fatenti jubet ignoſci *Novell. CXXIV. cap. 2.* IDEM.

vel non ferat, corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur; honeſtiores publicatis bonis [30] cum ipſo judice in inſulam deportantur.

* 3. [31] Falſum eſt, quidquid in veritate non eſt, ſed pro vero adſeveratur.

4. [32] Judex, qui contra ſacras Principum [33] conſtitutiones, contrave jus publicum, [34] quod apud ſe [35] recitatum eſt, pronuntiat, in inſulam deportatur.

INTERPRETATIO. *Quicunque judex oblatas ſibi in judicio leges vel juris ſpecies audire noluerit, & contra eas judicaverit, ex ea re convictus* [36] *in inſulam deportetur.*

5. [37] Qui rationes, acta, libellos, [38] album propoſitum, [39] teſtationes, cautiones, chirographa, epiſtolas ſciens dolo malo in fraudem alicujus deleverit, mutaverit, ſubjecerit, ſubſcripſerit, quive aes inauraverit, argentaverit, [40] quive

30. *Cum ipſo judice*] Hujus nulla mentio in *l. 1. §. 2. l. 21. verſ. his adjungitur, D. hoc tit.* & locus hic notabilis.

31. *Falſum eſt, quidquid &c.*] Sumpta haec eſt ſententia ex Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 2.* quae hic poſita eſt in edit. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. in Rittershuſiana vero poſtſ. *qui rationes* 5. In Fabroti poſt §. *nis.*

32. *Judex, qui contra ſacras principum conſtitutiones, &c.*] Judex qui conſtitutiones apud ſe a litigatoribus recitatas negligit, in inſulam deportatur, eſt enim ex honeſtioribus, *d. l. 1. §. 2.* CVJAC. Idem tradit Marcianus *l. 1. §. 3. D. hoc tit.* ubi verba illa, *ſi Principum conſtitutiones neglexerit*, genuina eſſe vel hic locus Pauli evincit: nec adeo Marcianum a Triboniano eſſe interpolatum, aut verba, *ſed & judex punitur*, referenda eſſe ad praecedentes in §. 2. ſpecies corruptionis: ac cum iis conjungenda, quaſi ſimul ageretur de poena judicis, qui corruptus eſt; quae fuit ſententia Viri Magni, Cl. Salmaſii *Obſervationib. ad jus Attic. & Roman. cap. 30.* quia, ſcilicet, judex, qui contra Principum conſtitutiones pronuntiabat, lege Julia majeſtatis tenebatur: quod merito diſplicuit Viro ante laudato, Corn. van Bynkershoek *Obſervation. lib. III. cap. 21.* id refutanti per *l. 2. C. ad leg. Jul. majeſtat.* Videtur autem & hoc crimen judicis per conſtitutiones tractum ad legem Corneliam. SCHVLTING.

33. *Conſtitutiones*] Generales videtur intelligere. Rescriptorum ea olim non erat vis, ut oſtendimus in Diſſertatione *pro Rescript. Impp. Romanor.* nec illa etiam omnibus propoſita erant. IDEM.

34. *Quod apud ſe recitatum eſt*] Idem de conſtitutionibus procul dubio. Atque inde temperandus Marcianus *d. l. 1. §. 2. D. hoc tit.* Adde quod apertiſſimum eſſe debeat, jus illud ad cauſam omnino pertinuiſſe, *fac. l. 32. D. de re judicat.* IDEM.

35. *Recitatum eſt*] Notandus hic locus ad probandum id quod obſervat Cujac. VII. *Obſerv. 26.* Litigatores conſueſſe in judiciis edere & producere pro ſe quemque integra legum verba: non, ut nunc fit, initio cujuſque legis tantum annotato ad auctores transmiſſe. RITTERSHVS.

36. *In inſulam deportetur*] In Capitularibus *lib. VII. cap. 249.* ubi haec quoque habentur, ſcriptum eſt, *in carcerem deputetur*, ut ita alia poena illorum auctoribus placuerit. SCHVLTING.

37. *Qui rationes, acta, libellos, album propoſitum, &c.*] Lex Cornelia, ut ſupra diximus, ad teſtamenta pertinet: ſed porrigitur etiam ad rationes, acta, libellos, album, teſtationes, cautiones, chirographa, epiſtolas: itemque ad eos, qui aes inauraverint, inargentaverint, vel qui in dando auro, vel argento aes ſubjecerint. quod verisimile eſt Paulum ex aliqua conſtitutione ſumpſiſſe. Aeris pro auro ſubjectores ſtellionatus crimine teneri Ulpianus ait *l. 2. in fin. l. ſi quis in pignore, 36. D. de pign. act.* Quod ſi ea conſtitutio tum edita, vel non ignorata ab Ulpiano fuiſſet, non ſcripſiſſet, quia ſtellionatus crimen ſubſidiarium eſt. Hanc vero ſententiam ut erat in veter. libris propoſui: eſt enim longe aliter in impreſſis. CVJAC.

38. *Album propoſitum*] Id ſuo tempore obtinuiſſe quoque docet Modeſtinus *l. 32. pr. D. hoc tit.* qui dum ait, *bodie* corruptores ita plecti, indicat, id non ſemper obtinuiſſe. Extraordinariae quoque poenae alibi violatoribus inflictae mentionem injecit Paulus *lib. I. tit. 13. A. §. 5.* Nota quoque poena quingentorum aureorum, *l. 7. pr. D. de jurisdictione.* SCHVLTING.

39. *Teſtationes*] Sunt ſcripturae ad cujuſque rei fidem teſtibus munitae, de quibus late agit Salmaſius *Obſervationib. ad jus Attic. & Roman. cap. 30.*

40. *Quive eum argentum vel aurum poneret, &c.*] Crimen hoc per ſe foret ſtellionatus, *l. 3. §. 2. D. ſtellionat.*

ve, cum argentum, vel aurum poneret, aes, ſtannumve ſubjecerit, falſi poena coërcetur.

[41] INTERPRETATIO. *Qui chartas qualescunque adulteraverit, qui aes inauraverit, vel alia metalla fraudis ſtudio miſcuerit, falſi poena afficitur.*

6. [42] Ampliſſimus ordo decrevit, eas [43] tabulas, quae [44] publici, vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus [45] ita ſignari, ut [46] in ſumma [47] marginis ad mediam partem [48] perforatae [49] triplici lino conſtringantur: atque [50] impoſitum ſupra linum cerae ſigna imprimantur, [51] ut exteriores ſcripturae fidem interiori ſervent. Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.

* [52] Teſtamentum, quod nullo jure valet, [53] impune ſupprimitur: nihil enim

lionat. quod et verum eſt, ſi quis in pignore dando tale quid ſubjecerit, ſecundum Ulpianum *l. 1. §. ult. l. 36. §. 1. D. de pignoratit. act.* de qua ſpecie cum hic non diſerte agatur, non poteſt dici Ulpianus conſtitutionem talem ignoraſſe: ex qua etiam, an aliunde hoc habuerit Paulus, eſt incertum. Idque jam vidit R. Bachovius *de pignorib. & hypothec. lib.* III. *cap.* 8. *n.* 2. SCHULTING.

41. INTERPRETATIO.] Eſt ſumpta ex edd. Genev. & Rittershuſ.

42. *Ampliſſimus ordo decrevit, eas tabulas, &c.*] S. C. de quo hic agitur, factum fuit Neronis temporibus. Suet. *in Nerone. Adverſus falſarios tunc primum repertum, ne tabula niſi perfuſa, ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur.* CUJAC.

43. *Tabulas*] Ligneas ceratas intelligit recte V. C. Cl. Salmaſius *de ſubſcribend. & ſignand. teſtament. cap.* 26. quas ſub Nerone, quando hoc jus inductum eſt, in creberrimo uſu fuiſſe certiſſimum eſt: & quas intelligit Ulpianus per tabulas & ceras *tit. §. 20. §. 9.* In iis vero, quae illic exarata erant, facillime aliquid mutari adeoque falſum committi potuit: non ita facile in ſcripto in charta, aut membrana. SCHULTING.

44. *Publici, vel privati contractus*] Publicus contractus videtur eſſe Paulo, qui publico nomine, vel de publica re initur. Teſtamenta hoc verbo *contractus* non continentur, *l. 20. D. de verbor. ſignificat.* nec etiam in illis contrahitur, ſed diſponitur: etſi aliter videatur eidem, quem modo nominavi, Salmaſio *de mod. uſurar. cap.* 11. qui tamen recte agnoſcit, id non probari ex eo, quod dicatur teſtamenti factio publici eſſe juris *l. 3. D. qui teſtament. facer. poſſ.* Nihil quoque huc facit, quod teſtamentum dicatur publicum inſtrumentum *l. 2 D. teſtament. quemadmod. aperiunt.* quatenus, nempe, ad plures pertinet: imo & publice intereſt, ſuprema hominum judicia effectum habere, *l. 3. D. eod. tit.* verum nihil id cum hac re commune habet. Non nego tamen, in teſtamentis idem quoque obſervatum fuiſſe. Suetonius in *Neron. cap.* 17. tradit idem de tabulis in genere. Forte & alibi de teſtamentis aliquid monuerat Paulus, & locus ille intercidit. IDEM.

45. *Ita ſignari &c.*] Hunc modum ſignandi tempore Juriſconſultorum noſtrorum abrogatum fuiſſe putat idem Vir Magnus, Salmaſius *de ſubſcribend. & ſignand. teſtament. cap. 26.* Sed Paulus aliud docet, maxime in fine hujus ſententiae. Magis vero mirum, quod hoc Senatusconſultum, quod conſtat factum eſſe ſub Nerone, referat ad tempus, quo lex Cornelia teſtamentaria facta eſt: quae tamen lata eſt diu ante Imperatorum tempora. IDEM.

46. *In ſumma*] Malim, *in ſummo.* RITTERSHUS.

47. *Marginis*] Salmaſius *dict. lib. & cap.* legit *margine.*

48. *Perforatae*] Non ſaepius, ſed ſemel, ut bene ſentit Salmaſius *de ſubſcribend. & ſignand. teſtament. cap. 21.* & nihil de perforatione ſaepius facienda habet Paulus. SCHULTING.

49. *Triplici lino*] Non ergo opus tribus linis, ſed uno ter per foramen, ſive tabulas pertuſas trajecto.

50. *Impoſitum*] Forte *impoſita.* RITTERSHUS. Salmaſius quoque *de mod. uſurar. cap. 11.* reſcribit *impoſita*, & recte: proprie enim cera lino imponitur, huicque ceras ſigna imprimuntur. Linum vero non bene dicitur eſſe impoſitum. SCHULTING.

51. *Ut exteriores ſcripturae fidem interiori ſervent*] Haec ſtare non poſſunt, cum in exteriori parte ſigna quidem apparere debeant, non etiam ſcriptura. Salmaſius *dict. loc.* ſcribit, *ut exterior cera fidem interiori ſervet.* in libro vero *de ſubſcribend. & ſignand. teſtament. cap. 15.* reponit, *ut exteriores fidem interioribus ſervent*, omiſſo verbo *cera*, quod tamen hic inſeri mallem: ac legere, *ut exteriores cerae ſc. f. int. ſervent.* Per ceras exteriores ſigna intelligenda ſunt. IDEM.

52. *Teſtamentum, quod &c.*] Cum in Pandectis, *l. 32. §. 6 de pacn.* haec ſententia ante ſequentem legatur, eam hic duxi collocandam. Rittershuſius ad tituli finem rejecit. Aurelianenſis editor omiſit.

53. *Impune ſupprimitur*] Interdictum tamen de tabulis exhibendis etiam ad tale teſtamentum pertinet, *l. 1. §. 3 ſive autem valet, D. de tab. exhibend.* RITTERSHUS.

enim est, quod ex eo petatur, aut consistere possit. EX LEGE XXXVIII. §. VI. D. DE POENIS.

7. "Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, resignaverit, poena "legis Corneliae tenetur: & plerumque [55] "aut humiliores in metallum damnantur, aut honestiores in insulam deportantur.

8. "Si quis instrumenta "litis suae a procuratore suo, vel cognitore adversario prodita esse convicerit, tam procurator, quam cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur: si honestiores, adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur.

9. "Instrumenta penes se deposita quicunque alteri altero absente reddiderit, vel adversario prodiderit, [60] "pro personae ejus condicione, aut in metallum damnatur, aut in insulam relegatur.

10. [61] "Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis sciens dolo malo usus fuerit, poena falsi coërcetur: ideoque humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam deportantur.

11. [62] Si

54. *Qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit &c.*] Lege Corneliae tenetur is, qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, resignaverit, *l. 1. §. is qui aperuerit, D. de leg. Cor. de fal.* Extat haec sententia in *l. si quis aliquid, 38. §. qui vivi, D. poen.* CVJAC. Tenetur & talis injuriarum actione, *l. 41. D. ad leg. Aquil. l. 1. §. 38. D. depos.* Hic gravior proponitur poena. Peccavit hac in parte Octavianus Caesar, qui testamentum inimici sui Antonii aperiundum, & pro concione recitandum curavit, teste in ipsius vita Suetonio *cap. 17.* ubi legi poterunt, quae commentatur Doctissimus Vir, Is. Casaubonus. SCHVLTING.

55. *Legis*] Omissum hoc in *l. 38. §. 7. D. de poen.*

56. *Aut humiliores*] In *d. l. 38. §. 7.* scriptum est, *humiliores aut in.* Recte se habet hoc loco lectio.

57. *Si quis instrumenta litis sua a procuratore suo, &c.*] Procurator, aut cognitor, qui litis instrumenta adversae parti prodiderit, aut in metallum damnatur, aut in insulam relegatur. Extat in *d. l. si quis aliquid. 38. §. si quis instrumentum.* CVJAC. Extat haec quoque in *d. l. 38. §. 8.* Sed Tribonian. cognitoris mentionem omisit, ut & alias. RITTERSHVS.

58. *Litis*] Al. *utilitatis*, non recte. IDEM. Prava illa lectio, *utilitatis*, est non tantum in ed. Sich. sed etiam Lugd. Paris. Genev. quae tamen in margine habent *litis:* quod & exstat in Pandectis *d. l.* quodque quin genuinum sit, non est dubitandum. SCHVLT.

59. *Instrumenta penes se deposita quicunque, &c.*] Depositarius, qui instrumenta penes se a duobus deposita alteri sine altero reddiderit, ut ancillae cuidam accidit aliquando, quam defendit Demosthenes, vel qui ea adversae parti prodiderit, si honestior sit, in metallum damnatur, si humilior, in insulam relegatur. In Pandectis legitur, *deportatur, l. si quis aliquid, 38. §. instrumenta, D. de poen.* quod ex hoc loco emendandum censeo. Cur enim mitius puniatur procurator, quam depositarius? Sic contraria ratione malim nunc in *l. 4. C. in quib. caus. tut. hab.* legere, *deportati*, quam ut in notis Institutionum religione corrigendi nimia, *relegati* interpretari *deportati:* & in *l. ult. D. quae res pig. obl. poss. deportatur* pro *relegatur*, ex prima hujus libri sententia. Gravius enim est crimen hominis liberi pignori accepti, quam ut sufficiat relegatio, nisi poenam pro suo arbitrio Tribonianum mitigasse dicamus. CVJAC. Extat & haec in *d. l. 38. §. 9.* Sich. vero non recte facit interpretationem superioris. RITTERSHVS. Idem error insidet editiones Cujacianas Lugd. Genev. Paris. ut in iis haec excusa sint tamquam interpretatio, quamvis duae priores non habeant praepositum verbum INTERPRET. Quod vero attinet *l. 4. C. in quib. caus. tutor. habent. tut. vel curat. dar. pot.* de qua hic laborat Cujacius, ut & *ad l. 8. D. de excusationib.* nihil erit difficultatis, si intelligamus tutorem in perpetuum relegatum, cum Graecis, secundum *l. 3. C. qui pet. tutor.* Ac sic Giphanius *ad d. l. 4.* & alii. maxime, si is sese excusaverit, quod potest, *l. 29. pr. D. de excusationib.* SCHVLT.

60. *Pro personae ejus condicione*] In *d. l. 38. §. 9. D. de poen.* est, *prout persona condicio est.*

61. *Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis, &c.*] Legis Corneliae poena afficitur, qui sciens falsis instrumentis, actis, epistolis, vel rescriptis utitur, licet ipse falsum non fecerit, *l. 2. C. de fid. inst. l. 3. C. si reus vel accus.* Ambros. *lib.* III. *offic. c. 2. De eo quid loquar, qui ex eo testamento, quod ab aliis licet factum, falsum tamen cognoverit, hereditatem sibi, aut legatum vindicet, & lucrum quaerat alieno crimine, cum etiam leges publica eum, qui sciens falso utitur, tanquam reum adstringant facinoris.* CVJAC. Ab iis, quae ex Ambrosio notat Cujacius, non abhudit factum Crassi & Hortensii notatum a Cicerone *de Offic. lib.* III. *cap. 18.*

62. Si

11. [62]Si qui ſibi [63]falſum nomen impoſuerit, genus, parentesve finxerit, quo quid alienum [64]interceperit, poſſederit, poena legis Corneliæ de falſis coërcetur.

12. [65]Qui inſignibus [66]altioris ordinis utuntur, militiamque confingunt, quo quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniuntur, honeſtiores in inſulam deportantur.

13. [67]Si qui [68]de judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes eventus ſententiarum ejus vendunt, quidve obtentu nominis ejus agunt, convicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.

62. *Si qui ſibi falſum nomen impoſuerit, &c.*] Eadem pœna coërcetur, qui falſum nomen ſibi, vel cognomen aſſumit, & ſe alienis familiis inſerit, genus parentesve fingendo, quo quid intercipiat, poſſideatve, *l. falſi, 13 D. de leg. Corn. de fal.* Liberi igitur aut deportandi, aut in metallum dandi, ſervi ultimo ſupplicio afficiendi ſunt. Extra ordinem vero aliter puniuntur: ut ſervus ille quaſi Fabiæ eſſet filius ex Cejonii Commodi filia Palatina domo vindicata, jubente Pertinace flagellis cæſus domino redditus eſt, teſte Capitolino. Et quidam alius, qui juſſu Auguſti, quod ſe Octaviæ ſororis utero genitum ſimularet, remo publicæ triremis affixus eſt, teſte Valerio: quod genus pœnæ hodie frequentiſſimum eſt, neque id me alibi memini legere, præterquam in Suida, cujus hæc ſunt verba: *εἰ μέντοι μετάνοιαν μὴ τιθέντες μέτοικοι ἀπέγοντο πρὸς τὰς πολιτὰς, καὶ εἰ ἁλόντες, ἐπιγράφοντο, ἐπράσσοντο δὲ καὶ εἰς τὰς ναῦς τὰς μετοίκους.* & Joſepho *lib.* XVII. *& de bel. Jud.* II. CVJAC. Hinc deſumptum quod legitur in legibus Wiſigothorum *lib.* VII. *tit. 3. l. 6.*

63. *Falſum nomen impoſuerit*] Nomen alioquin ſine fraude mutare hominibus liberis interdictum non eſt, *l. un. C. de mutation. nomin.*

64. *Interceperit, poſſederit*] Mallem, *interciperet, poſſideret:* quo modo hæc quoque citat Cujacius *ad l. 13. pr. D. hoc tit. ad Papinian. Reſponſor. lib.* XV. SCHULTING.

65. *Qui inſignibus altioris ordinis utuntur, &c.*] Qui ſe pro milite geſſit, aut pro prætore, uſurpatis illicitis inſignibus, quo quid ejuſmodi terrore auferret, falſi pœna coërcetur, aut majeſtatis, *l. eos qui, 27. §. ult. D. de leg. Corn. de fal. l. 3. D. ad leg. Jul. majeſt.* Sentius Saturninus uſurpavit quidem Prætoræ inſignia, ut proſcriptionem effugeret, Valerio auctore, ſed quia expediendæ tantum ſalutis cauſa, non quo quid invitis exprimeret, fecit, extra omne crimen eſt. CVJAC. Aliquid hinc depromptum in cap. 89. Edicti Theodericiani.

66. *Altioris ordinis*] Nec inſignia Senatorum aliis licuit etiam abſque hac intentione uſurpare. Apulejus *Florid. 1.* ita ſcribit: *Sed, ut loquar de ſolo honore, non licet inſignia ejus* (Senatus) *veſtitu vel calceatu temere uſurpare.* Circa inſignia natalium rigorem hunc ſuo tempore non fuiſſe obſervatum docet Tertullianus *Apologetic. cap. 6.* ubi hoc diſcrimen notavit quoque Heraldus. SCHULTING.

67. *Si qui de judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes, &c.*] Qui ſunt judicibus amici, vel familiares, & per eam cauſam fucoſas ſuffragationes, vel interceſſiones, atque eventus ſententiarum vendunt, aut relegantur, aut capite puniuntur. De his in *l. qui explicandi, 10. C. de accuſ.* & Sidonius Apollin. *lib.* V. *Hi*, inquit, *ſunt, qui emunt lites, vendunt interceſſiones, deputant arbitros, judicanda diſtant.* CVJAC. Vid. Jac. Menochium *lib.* II. *cent. 4. caſ. 344.* RITTERSHUS.

68. *De judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes, &c.*] Qui tale quid jactat, tamquam pecuniam judici daturus, injuriarum tenetur judici, *l. 15. §. 30. D. de injur.* de quo loco agit Cujacius *Obſervation. lib.* XX. *cap. 9.* De hoc vero mendacio, quod memorat Paulus, plura legere eſt apud Libanium *Oration. adverſ. adſid. ap. magiſtrat. p. 112.* ubi aliquid de talibus fumorum venditoribus notavit is, qui illam orationem cum quibusdam aliis luci donavit, Jac. Gothofredus. Inter mala quoque temporum Commodi refertur a Lampridio in ejus vita *cap. 14.* hoc ipſum. *Vendiderunt ſub eo etiam eventus litium liberti.* SCHULTING.

TIT V.

Digitized by Google

TITVLVS XXVI.

Ad Legem Juliam de Vi Publica, & Privata.

1. [1]Lege Julia de vi publica damnatur, qui aliqua poteſtate praeditus, [2]civem Romanum, antea ad populum, nunc ad Imperatorem, [3]appellantem necarit, necarive juſſerit, torſerit, [4]verberaverit, condemnaverit, [5]inve publica vincula duci juſſerit. [6]Cujus rei poena in humiliores capitis, in honeſtiores inſulae deportatione coërcetur.

2. [7]Hac lege excipiuntur, [8]qui artem ludicram faciunt: judicati etiam [9]&

1. *Lege Julia de vi publica damnatur, &c.*] Lege Julia de vi publica tenetur magiſtratus, qui civem Romanum adverſus provocationem necaverit, torſerit, verberaverit, condemnaverit, in vincula conjecerit, *l. 7. D. ad leg. Jul. de vi pub.* Quæ res Valeriis legibus antea ſancita fuerat. Et ita *l. 8. D. ad leg. Jul. de vi publ.* accipienda quoque eſt de magiſtratu, qui reum provocantem vinciat, impediatve, quominus Romæ intra conſtitutum tempus adſit. Provocatio a magiſtratu olim ad Populum fiebat, nunc ad Imperatorem, quoniam Imperator vicem populi gerit. Similiter arrogatio olim apud Populum, nunc apud Imperatorem. Populus magiſtratus creabat, nunc Imperator. Fiſcus erat populi, nunc Imperatoris. Poena autem legis Juliæ de vi publica eſt interdictio aquæ & ignis, ſive deportatio, *l. qui dolo, 10. §. ult. D. ad leg. Jul. de vi pub. §. item lex Julia de vi, 8. de publ. judic.* Cic. 1. *Philip. Quid quod cavetur his legibus Cæſaris, quæ jubent ei, qui de vi damnatus ſit, aqua & igni interdici?* in humiliores tamen recepta eſt capitis poena: & in omnes ex certis cauſis, *l. 5. §. ult. l. pen. D. ad leg. Jul. de vi pub.* CVJAC.

2. *Civem Romanum*] Inde provocationis formula, CIVIS ROMANVS SVM, cujus ſæpe meminit Cicero, maxime *in Verr. lib.* V. Poſt omnibus datam ab Antonino Caracalla civitatem *l. 17. D. de ſtat. homin.* hoc diſcrimen in Imperio Romano non ita auditum eſt: at pœnæ aliæ obſervatæ ubivis porro in honeſtioribus, aliæ in humilioribus, quarum paſſim in hoc libro, & in Digeſtis *lib.* XLVII. & XLVIII. & alibi mentio. SCHVLTING.

3. *Appellantem*] Longe differt hæc appellatio, quæ jam inde ab initio fiebat, ab appellatione, quæ poſt ſententiam interponitur: ut & a recuſatione, cum hic non diceretur judex ſuſpectus, ſed lex ipſa judici hanc poteſtatem denegaret: de quo copioſius diſputavi in Diſſertatione *de recuſation. judic. cap. 4.* IDEM.

4. *Verberaverit*] Vnde & in contumeliam Cæſaris aliquem jus civitatis ejus beneficio conſecutum virgis cecidit Marcellus, oſtendens ſe illum pro cive non habere, teſte Appiano *de bell. civilib. lib.* II. IDEM.

5. *Inve publica vincula duci*] Cicero quoque in genere dicit, facinus eſſe *vinciri civem Romanum, ſcelus verberari, prope parricidium necari, loco notiſſimo in Verr. lib.* V. *cap. 66.* IDEM.

6. *Cujus rei pœna in humiliores capitis, &c.*] Ita hæc leguntur in edd. antiquis, etiam Cujacianis ſine ipſius Interpretationibus: in quibus ſi deleatur poſterius *in*, & legatur in fine *coërcentur*, conſtructio ſatis ſibi conſtabit. Ab edd. cum Cujacii Interpp. & Rittershuſ utrumque *in* abeſt: & legitur *coërcentur*. Res eodem redit. Ceterum legis *Juliæ* de vi pœnam fuiſſe interdictionem aquæ & ignis, docet Cicero *Philippic. 1. cap. 9.* nec nota inter conditiones hominum fuit diſtinctio. Succeſſit vero in hujus pœnæ locum deportatio: qua de re diximus ad Cajum *lib* 1. *tit. 6.* Atque hanc ſublit pœnam Vibius Serenus temporibus Tiberii, auctore Tacito *Annal. lib.* IV. *cap. 43.* Miror vero hic diſtingui inter humiliores ac honeſtiores, cum hactenus egerit tantum Paulus de illis, qui poteſtate aliqua ſunt præditi, & quidem majore, quales ſolos imperium, maxime merum, habent. Vereor, ne alia quoque hic retulerit Paulus, quæ ad hanc legem olim pertinuerint, quæ a privatis quoque patrantur; & circa quæ punienda diſcrimen hoc perſonarum locum habere potuerit. IDEM.

7. *Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt, &c.*] A ſuperiori lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt: hi enim provocandi jus non habent. Item judicati & confeſſi, ut infra *tit. de ved. cau. appel.* Item qui ideo ducuntur in carcerem, quod nolint jus dicenti obtemperare: quod jure fieri oſtendit *l. injuriarum, 13. §. ſi quis quod, D. de injur.* Item qui quid contra diſciplinam publicam faciunt, ut ſeditionum auctores, factionum duces, *l. conſtitutiones, 16. D. de appell.* Non eſt etiam provocatio a Tribunis militum, præfectis claſſium, vel alarum, quibus militaris criminis coërcitio data eſt ſine provocatione, CVJAC.

8. *Qui artem ludicram faciunt*] Lege veteri magiſtratibus omni tempore permiſſa erat in hiſtriones coërcitio, quam illis ademit Auguſtus, præterquam ludis & ſcena, teſte Suetonio *Auguſt. cap. 45.* ut, ſcilicet, coërceri poſſent ſolo ludorum & ſcenæ tempore, ut bene hoc exponunt Viri Eruditi, nempe, etiam abſque judicio & cauſæ cognitione, quam tunc res non pati-

[9]& confessi; & qui ideo in carcerem duci jubentur, quod jus dicenti non obtemperaverint, quidve contra disciplinam publicam fecerint: [10] tribuni etiam militum, & praefecti classium [11]alarumve, ut sine aliquo impedimento legis Juliae per eos militare delictum coërceri possit.

INTERPRETATIO. *Lege Julia decretum est, ut pro violentia publica damnetur, quicunque Judex appellantem, ut ad Principis praesentiam ducatur,* [12] *ingenuum hominem, vel civem Romanum factum torserit, occiderit, vel occidi jusserit, vel in vinculis publicis adstrinxerit, vel flagellis ceciderit, aut damnare praesumpserit. Pro qua re humiliores personae judicio capitis puniuntur: honestiores in insulam* [13] *relegantur. Sed a legis istius poena de aliquibus praeceptum est, etiamsi ad Principem appellaverint, posse torqueri, vel damnari,* [14] *si quos in ludicra arte offenderint, vel judicio fuerint condemnati,* [15] *aut de crimine suo confessi: & qui propter hoc in carcerem rediguntur, quia secundum leges sententiae judicis parere noluerint: vel si contra disciplinam publicam commisisse aliquid convincantur: tribuni quoque militum, & praepositi navium, & praefecti alarum:* [16] *& hi omnes*

patitur, ac etiam satis est notoria, quando tunc delinquunt. Hoc tamen virgis aut verberibus fieri noluerunt Augustus & Tiberius, Tacito teste *Annal. lib.* 1. *cap.* 77. verum carcer & vincula exsiliumque in illis locum habuere. Quod V. C. Justus Lipsius *ad Tacit. dict. loc.* putat, jus virgarum magistratibus ademptum ab Augusto, iis redditum fuisse per hanc legem Juliam, saltem Prudentum interpretatione, id nihil habet, quo nitatur: & lex haec videtur antiquior illo Augusti placito: quod etiam tempore Pauli forte non obtinuit. Quod vero Eruditissimus Vir, Jac. Gothofredus *ad l. 7. Cod. Theod. de scanic.* in loco Suetonii pro, *praterquam ludis & scena*, scribat, *praeter ludos & scenam*, admittere non possum, cum illud *praterquam* satis constanter videantur defendere libri veteres, in quibus hic nulla notatur variatio, adeoque quod existimat, Augustum eo tantum tempore illos coërcitioni exemisse, verbis Suetonii plane adversatur. Quin & quod de aurigis circensibus dicitur *l. 7. Cod. Theod. de scanic.* quae est *l. 2. C. de spectacul. & scenic. & lenoib.* illos praeter circense certamen nullis affici debere suppliciis, non male videntur interpretati Graeci, ac cum illis Cujacius *ad d. l. 2.* nec non Casaubonus *ad Sueton. dict. loc.* non esse in eos coërcitionem, nisi circa equestre certamen deliquerint, ut, scilicet, sine judicio praevio coërceri possint. Et quod vult idem Gothofredus, nunc tempore praterquam hoc id licere: *& praeter certamen* exponendum esse, in conspectu plebis, ut *praeter* ponatur pro *praeterquam*, haec non possum probare. Quae ratio est, quare aliis temporibus ita possint coërceri, & cur non tunc ordinaria cum illis via agetur? Nec quae habet Vir Doctissimus exempla de usu vocula *praeter* aliquid tale evincunt. SCHULTING.

9. *Et confessi*] Pro, *aut confessi:* non enim utroque opus, sententia & confessione, sed alterutro tantum. De confessis egit *lib.* 11. *tit.* 1. §. 5. & *hoc lib. tit.* 5. §. 2. IDEM.

10. *Tribuni etiam militum &c.*] Vt adeo leges capiti & tergo civium prospicientes in militia cessaverint. Nec etiam pateretur ejusmodi leges disciplina militaris, & publici boni ratio. Negligebantur quoque tales leges, cum factum esset Senatusconsultum illud celebre, *prospicerent, curarent Consules, ne quid resp. detrimenti caperet*; ut constat vel ex Sallustio *Catilinar. cap.* 29. & quod Ciceroni illud nequiter processerit, temporum iniquitati, & calamitati imputandum est. An tamen lex Porcia pertinuerit ad milites, ambigit Lipsius *de milit. Roman. lib.* V. *dialog.* 18. Certe ob occisos milites accusati duces non fuere, aut rationes ea de re reddidere: uti affirmat Piso apud Appianum *Civil. lib.* III. *p.* 563. IDEM.

11. *Alarumve*] Hos praefectos Paulus hic postponit tribunis militum & classium praefectis. Ceteroquin aliquando tribunis militum dignitate praelatos, aliquando postpositos fuisse, notat Vir Illustris, R. H. Schelius *ad Hygin. p.* 75. ubi plura de illis habet: & de alis equitum *p.* 66. & *seqq.* IDEM.

12. *Ingenuum hominem*] Haec sunt Aniani. nihil de his Paulus. Ingenui homines sunt Interpreti homines liberi. dictum de hoc alibi *ad Gaji Inst. lib.* 1. *tit.* 1.

13. *Relegantur*] Imo *deportantur.*

14. *Si quos in arte ludicra offenderint*] Hoc non dicit Paulus: sed eos nominat, qui artem ludicram faciunt, hoc est, histriones, similesve.

15. *Aut de crimine suo confessi*] Nihil de his apud Paulum, quod ad crimina.

16. *Et hi omnes &c.*] Inepte Paulum accipit Anianus, hoc sensu, quasi tribuni & praefecti possint puniri; cum is velit, eos excipi, hoc effectu, ut milites absque metu legis punire possint.

omnes sine impedimento legis Juliae etiam post appellationem possint pro culpae suae qualitate aut damnari, aut verberari.

3. [17] Lege Julia [18]de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus [19] possessione, domo, villa, agrove dejecerit, expugnaverit, obsederit, [20] cluserit, idve ut fieret, homines commodaverit, locaverit, conduxerit: quive [21] coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit: funerari

17. *Lege Julia de vi privata tenetur, qui &c.*] In editione Basiliensi legitur, *Lege Julia de vi publica & privata*, rectius Parisiensis, *lege Julia de vi privata*, quam lectionem & veterum librorum auctoritas, & quae horum criminum reis hoc loco subjicitur, poena confirmat. Venit ea namque ex lege Julia privatorum, non ex Julia publicorum: cum publicorum poena sit aquae & ignis interdictio, privatorum tertiae partis bonorum publicatio, *l. 1. l. ultim. D. ad Leg. Juliam de vi priv. l. hos accusare, 12. §. omnibus, D. de accus.* &, ut ex hoc loco, & *l. quoniam, 8. C. ad leg. Jul. de vi pub.* colligitur, relegatio. Ergo lege Julia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, agro, villa dejecerit, expugnaverit, obsederit, incluserit, vel ut id fieret, homines commodaverit, qui coetu, concursu (sic hunc locum emendavi ex *l. 5. D. ad leg. Jul. de vi pub.*) incendium fecerit, qui funus diripuerit, distraxerit, sepeliri prohibuerit: qui cum telo in foro, concione, comitio fuerit, qui templa, portasve urbis armatis obsederit, tenuerit, occupaverit. Hi omnes, ut Paulus ait, poena legis Juliae privatorum coërcentur. Sed alii poenam Juliae publicorum statuunt, *l. 3. 4. 5. 10. D. ad leg. Jul. de vi pub.* & generaliter vim armatam vim publicam definiunt.* Ita haec Pauli sententia subruitur: nisi dicamus legem Juliam de vi publica similem omnino fuisse Valeriis, & ut in hujus tituli principio Paulus noster exposuit, poenam initio sanxisse tantum adversus publicarum personarum, id est, magistratuum in cives Romanos immoderatam vim. Lege autem Julia de vi privata poenam esse sancitam adversus privatorum vim. Et sane sicut eodem interdicto vis facta convocatis, armatisque hominibus comprehenditur, ut sup. *tit. 6.* ostendimus, cur sicut vis facta convocatis hominibus legi Juliae de vi privata subjicitur *l. 2. 4. 5. D. ad leg. Jul. de vi priv.* non subjicietur etiam ea, quae armatis hominibus infertur? Verum fuit saepe vel constitutionibus, vel Senatusconsultis legibus Juliis derogatum, obrogatum, subrogatum: nec ulla fere lex publicorum judiciorum syncera remansit: sed retento solo legis nomine, ei aptata sunt quaecumque postea aliae vel leges, vel constitutiones invexerant. Sic factum est, ut omnis vis armata ad poenam legis Juliae publicorum redigeretur. Consequens vero est, ut ea quoque ad legem Juliam publicorum redigatur, quae sit convocatis hominibus sine armis: quandoquidem haec, ut diximus, quasi paria conjungi solent, convocatis armatisve hominibus. Si quis igitur vim fecerit convocatis hominibus, ei utriusque legis crimen objici potest: quod fieri quandoque ex eodem facto ostendit *l. si praeses, 32. D. de poen.* Atque ideo in Pandectis haec verba, *Haec lege tenetur, qui convocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsetur, aeque homo occisus sit.* tam sub titulo *De vi publica*, quam sub eo, qui est *De vi privata*, reperiuntur. Illud notandum est, quod hic Paulus ait, lege Julia illum etiam teneri, qui eum, cui aqua & igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit: interdicitur enim & aqua simul & igni, & tecto. Cic. *pro domo sua. Id non ademptione*, inquit, *civitatis, sed retii, & aquae, & ignis interdictione fasciebant.* Appianus 1. *bel. civ.* ἐγὼ τότε, & Plutarchus *in Metello.* CVIACIVS.

18. *De vi privata*] Forte quod lex ipsa vim a privatis quovis genere illatam hoc modo appellaverit: quod plenius exsequitur Cujacius *ad hunc loc.* Lectio ed. Sich. *de vi publica & privata*, quae placet quoque V. C. Franc. Hotmano *Observation. lib.* VII. *cap.* XI. recte est improbata a Cujacio. Nec etiam talia habet Hotmanus, quae illam bene stabiliant. Etsi enim non negem, vim privatam esse, quae sit sine armis, non statim inde sequitur, & eam, quae sit armis, sub eadem a Paulo non comprehendi. SCHVLTING.

19. *Possessione*] Marcianus *l. 3. §. 6. D. ad L. Jul. de vi publ.* dicit, *possessorem domo, agrove suo &c.*

20. *Cluserit*] In *l. 5. pr. D. ad L. Jul. de vi pub.* est, *qui hominem dolo malo incluserit.* Sic *domo inclusere* supr. *lib. 1. tit. 7. § 2.* Vetiti postea nominatim privati carceres *l. un. Cod. Theod. de privat. carcer. exhib. & tit. C. Just. de privat. carcerib. inhibend.* ubi Cujacius videri potest *in Paratitl.* Species quasdam, in quibus videri posset hoc fieri, sed quae nihil habent illiciti, recenset Jac. Gothofredus *ad d. l. un. Cod. Theod.* SCHVLTING.

21. *Coetum, turbam, seditionem, incendium*] In edd. antiquae, etiam Cujacianae sine ipsius Interpp. in edd. vero cum ipsius Interpp. legitur, *coetu, turba, seditione, incendium*: quia sic scriptum est apud Marcianum *l. 3 pr. D. ad leg. Jul. de vi public.* quod etiam secutus est Ritterhusius. Non displicet mihi haec lectio: at nec aliteram damnare possum: an non enim haec, facere coetum, turbam, seditionem, per se redolent vim? & secundum Scholia Basilicor. *ad d. l. 3.* illic tenetur, Ἐὰν τις ἐπὶ ἄλλον συναγωγὴν ποιήσῃ ἢ ἀναστάσεως, ἢ ἐμπρησμὸν κτήσεως. *Si quis coetum contra alium faciat seditionem, vel turbam, vel incendium fecerit.* Adeoque non solus incendii in coetu, turba, seditione auctor de vi tenetur.

nerari ſepelirive aliquem prohibuerit, funusve[22] eripuerit, turbaverit: [23] & qui eum, cui aqua & igni interdictum eſt, receperit, celaverit, tenuerit: quive cum telo in publico fuerit: templa, portas, aliudve quid publicum armatis obſederit, cinxerit, clauſerit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, ſi honeſtiores ſint, tertia pars bonorum eripitur,[24] & in inſulam relegantur; humiliores in metallum damnantur.

4. [25] Creditor chirographarius, ſi ſine juſſu Praeſidis per vim debitoris ſui [26] pignora, cum non habuerit obligata, acceperit, [27] in legem Juliam de vi privata committit. [28] Fiduciam vero, &c.[29] pignora apud ſe

uetur. Vt ita quoque ſcriptura ipſius *d. l. 5.* non extra omnem dubitationis aleam ſit poſita. IDEM.

22. *Eripuerit*] Cujacius dicit in Interpretatione ſua *diripuerit*, & ſic *l. 5. pr. D. ad l. Jul. de vi publ.* quod & ego mallem. Non tam hic quæſtio eſt de funere eripiendo, quam diripiendo, turbando, & diſtrahendo. IDEM.

23. *Et qui eum, cui aqua &c.*] Lex Clodia de exſilio Ciceronis cavebat etiam, ne quis eum reciperet: ut ipſe Tullius docet *Oration. pro dom. ſua ad Pontific. cap. 20.* qui & ideo ulterius receſſit, ne amico, apud quem erat, periculum crearet, quod ipſe ſcribit *ad Attic. lib. III. epiſt. 4.* Atque ita, uti de exſilio ejus ſpecialis lex lata fuit, ſic & de recipiente quoque in ſpecie cautum eſt: quod utrumque rarius fuit. Hæc pœna eſt generalis. Sulla quoque proſcriptos juvari vetuit, ut Cicero *docet in Verr. lib. I. cap. 47.* Pœna proſcriptionis proponitur quoque ei, qui Cæleſtium, Pelagianiſmi damnatum reciperet, in edicto Volufiani P. V. apud Baluſium in *Append. ad not. in Vincent. Lirinenſ. Commonitor. n. 7.* IDEM.

24. *Et in inſulam relegantur &c.*] Non mirum, cum hic quoque atrociores quædam ſpecies memorentur criminum, quæque poſtea vi publicæ accenſitæ ſunt.

25. *Creditor chirographarius, ſi ſine juſſu præſidis &c.*] Creditor aut chirographarius eſt, aut pigneraticius. Chirographarius, ſi bona debitoris ſine judicis auctoritate occupaverit, incidit in pœnam legis Juliæ privatorum, ſupra *lib. II. tit. 14. l. in poſſeſſionem, 5. C. ad leg. Jul. de vi pub. l. ult. D. ad leg. Jul. de vi priv.* ex decreto D. Marci, ut Juſtinianus tradit in *Nov. 60.* Pigneraticius, ſi fiduciam, ſive pignora ſine judice abſtulerit, & occupaverit, non incidit in legem Juliam, *l. 3. C. de pig.* Dico fiduciam & pignora: nam hypothecas ſi per vim auferat, credo eum teneri lege Julia *l. 3. C. vi bon. rapt.* CUJAC.

26. *Pignora, cum non habuerit obligata, acceperit*] Hoc quoque ſenſu *pignora* pro rebus debitoris non obligatis occurrunt *lib. II. tit. 14. §. 5.* Alibi dicuntur res creditoris, *l. 13. D. quod met. cauſ. geſt. er. ult. D. ad leg. Jul. de vi privat. l. pen. C. de pigneratit. action.* Quod vero etiam per privatos, ſed judicis auctoritate, capta ſint Romanorum moribus pignora, uti volebat Vir Eximius, id verum non eſſe oſtendimus *ad tit. 5. hoc lib. §. 4.* Ex verbis autem his Pauli videtur colligi, illum, qui ita ſine juſſu tantum judicis occupavit res ſibi hypothecæ obligatas, in legem Juliam non incidere. Rapiens tamen has res, quippe alienas, crimen contrahit, & actione vi bonorum raptorum tenetur, *l. 2. §. 18. D. l. 3. C. de vi bonor. raptor.* Si id fecerit, putans ſibi licere, habere poterit locum pœna deſinita in *§. 1. Inſt. de vi bonor. raptor. l. 7. C. unde vi.* ut ad rei reſtitutionem, & inſuper æſtimationis teneatur. SCHULTING.

27. *In legem Juliam de vi privata committit*] Hoc extra dubium eſt: & jam etiam olim fuit; quoniam vis hic vere eſt commiſſa. Quando vero quis ſine ulla vera vi, ſed tantum hic auctoritate judicis rem debitoris occupavit, is quidem jus crediti perdit, *l. 13. D. quod met. cauſ. geſt. er. l. pen. D. ad leg. Jul. de vi privat.* at ut in legem Juliam incidat, illic non cavetur: quamvis id jam olim quoque obtinuiſſe doceat Modeſtinus *l. ult. D. ad leg. Jul. de vi privat.* ex alia forte Imperatoris cujusdam conſtitutione: vel auctoritate potius Prudentum, qui id inde collegerunt, quia vis hic fieri videtur, ut ipſe Marcus Imperator pronunciavit *d. l. 13. d. l. pen.* Ac inde forte id venit, quod & pœnam hujus legis a Marco Antonino in talibus caſibus conſtitutam ſcribat Imperator *Novell. LX. cap. 1.* Quæ ſententia eſt V. C. Marc. Aurelii Galvani *de uſufructu Diſſertation. Variar. cap. 40. n. 11.* IDEM.

28. *Fiduciam*] Hujus creditor re vera eſt dominus, ut dictum *ad lib. II. tit. 13.* dominus vero ſine dolo rem ſuam rapiendo ne quidem incidit in actionem vi bonorum raptorum, *l. 2. §. 18. D. vi bonor. raptor.* ubi quod additur, *ſed aliter multabitur*, intelligi poteſt, ex mente ſaltem forte Triboniani, pœna juris novi, quæ deſcribitur *§. 2. Inſt. de vi bonor. raptor. l. 7. C. unde vi.* IDEM.

29. *Pignora apud ſe depoſita*] Sic *lib. II. tit. 4.* Intelligit vero depoſita ab initio, & quorum poſtea poſſeſſionem creditor amiſit. Vt adeo non debuerit modo laudatus Galvanus *dict. loc. n. 7.* verba Pauli mutare, & legere, *pignora apud ſe non depoſita.* IDEM.

ſe depoſita perſequi, & [30] ſine auctoritate judicis [31] vindicare [32] non prohibetur.

30. *Sine auctoritate judicis*] Sine vi tamen: alioquin, licet in legem Juliam non ſtatim incideret, peccaret tamen.

31. *Vindicare*] Hoc eſt, *auferre*: & ſic videtur *vindicari* uſurpari pro abduci per privatos *l. un. §. 2. D. ſi quis jus dicent. non obtemperaver.* Creditor vero talis non videtur rem contrectare, aut furtum facere, *l. 55. D. de furt.* IDEM.

32. *Non prohibetur*] Si convenerit quoque, ut liceret creditori res ſibi obligatas occupare, hoc faciendo vim quidem non committit, *l. 3. C. de pignorib. & hypothec.* & Theodericus Rex apud Caſſiodorum *Variar. lib.* IV. *epiſt. 10.* dicit id forſitan licere. Recte tamen ut hoc fiat, magiſtratus auctoritas adhibenda eſt, *d. l. 3.* Videri poſſet quoque in *l. pen. C. de pignerat. action.* idem permitti: verum locus ille etiam commode accipi poteſt de contractu pignoris, quo res ipſa creditori conceditur. IDEM.

TITVLVS XXVII.

De lege Julia Peculatus.

1. [1] Si quis [2] fiſcalem pecuniam adtrectaverit, ſubripuerit, mutaverit, ſeu in ſuos uſus converterit, [3] in quadruplum ejus pecuniae, quam ſuſtulit, condemnatur.

[4] INTERPRETATIO. *Si quis pecuniam fiſcalem ſubripuit, quadrupli poena mulctabitur.*

1. *Si quis fiſcalem pecuniam attrectaverit &c.*] Peculatus eſt furtum pecuniæ publicæ, vel fiſcalis. Hujus legis pœna primum fuit litis æſtimatio in quadruplum, *l. pen. D. eo. tit. l. 1 C. eo.* tum deportatio, deinde ultimum ſupplicium. CVJAC.

2. *Fiſcalem*] Vel ærarii, cujus quoque hac in re meminit Iſidorus *Origin. lib.* V. *cap. 26.*

3. *In quadruplum ejus pecuniæ, quam ſuſtulit, condemnatur*] Pœna hæc quoque placuit Theoderico Regi *Edict. cap. 113.* Legis ipſius pœna fuiſſe videtur aquæ & ignis interdictio, in cujus locum ſucceſſit deportatio, *l. 3. D. hoc tit. ad leg. Jul. peculat.* quæ eſt etiam ſententia V. C. Car. Sigonii *de judic. lib. 11. cap. 28.* Sane pœna illius interdictionis Reip. temporibus maxime fuit propria. Hæc vero quadrupli pœna uſurpari dicitur in eum, qui prædam ex hoſte captam ſubripit, *l pen. D. hoc tit.* quique aurum habuit illicite ex publico metallo, & conflavit, *l. 6. §. ult. D. hoc tit.* qui tamen proprie non eſt hujus criminis reus, & diſtinguitur clare ab eo, qui furatus eſt *d. l.* Videtur vero Paulus hic non graviſſimam, ſed leviſſimam illius legis pœnam tradidiſſe, & quæ obtinuit in honeſtiores: quæ etiam infligitur Duci repetundarum reo *l. un. C. ad leg. Jul. repetundar.* nec non conſiliariis & cancellariis judicum, ſi quæ provincialibus abſtulerint, *l. 3. C. de adſeſſorib. & domeſtic. & cancellar. judic.* Hæc nempe crimina peculatus & repetundarum ex eodem naſcuntur affectu cupiditatis, ac quandoque confunduntur: & peculatus pro crimine repetundarum accipitur *l. un. Cod. Theod. de crimine peculat.* ut bene illic notavit Doctiſſimus commentator. At is minus recte de pœna quadrupli exponit Ulpianum *l. 4. §. 3. D. hoc tit.* qui reſiduorum pœnam eſſe ait, ut reus amplius tertia parte, quam debet, puniatur. Id non patiuntur verba Juriſconſulti. Aliud eſt, in quadruplum damnari; aliud amplius tertia parte puniri, ſive pro trecentis damnari in quadringentos: uti & alia ſunt crimina, pecuniam publicam furari, & eam ad uſus certos acceptam retinere. Hodie & peculatus interdum capite punitur, *l. un. C. de crimin. peculat.* SCHULTING.

4. INTERPRETATIO.] Eſt ex edd. Genev. & LXXXVI. & Rittershuſ.

TITVLVS XXVIII.

Ad legem Juliam Repetundarum.

1. [1] Judices pedanei, ſi pecunia corrupti dicantur, plerumque a Praeſide

1. *Judices pedanei, ſi pecunia corrupti dicantur, &c.*] Hac lege damnantur magiſtratus, aut judices pedanei, aut

fide [2]aut curia ſubmoventur, aut in exſilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

INTERPRETATIO. *Si pedanei judices, id eſt, qui ex delegatione cauſas audiunt, in audientia cauſae corrupti contra juſtitiam judicaſſe convicti fuerint, a Judice provinciae aut curia ſubmoventur, aut in exſilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.*

aut officiales, qui pecunias a privatis extorſerunt. Damnati pecuniam in quadruplum plerumque reddunt his, a quibus acceperunt, *l. 1. C. eod. tit.* & hoc amplius extra ordinem puniuntur, vel exilio, ut & olim obtinuiſſe Aſconius ſignificat in *2. Verr.* vel relegatione, vel ordinis amotione, vel duriori pœna, *l. 7. §. ult. D. eod. tit.* Extat hæc ſententia in *l. ſi quis aliquid, 38. §. judices, D. de pœn.* Recte autem Anianus hoc loco pedaneos interpretatur judices delegatos, qui ideo pedanei dicuntur, quod non ſint a tribunalibus, vel ſellis curulibus, ſed ab inferioribus ſubſelliis. CVJAC. Extat & in *l. 38. §. 10. D. de pœn.* De judicis corrupti pœna vid. & ſupra *tit. 16. numer. 12. & tit. 23. nu. 10.* Et copioſe Menoch. *libro* II. *cent. 4. caſ. 342.* De pœna vero corrumpentis idem Menoch. *d. lib. & cent. caſu 343.* RITTERSHVS.

1. * *Judices pedanei*] Non eſt neceſſe, ut per hos intelligamus magiſtratus municipales, quod vult Jac. Rævardus *Conjectan. lib.* III. *cap. 10.* quid enim vetat aliquem eſſe in curia, qua hic dicuntur tales judices ſubmoveri & fungi judicandi officio? Judices vero qualescunque corrupti in hanc legem incidunt, *l. 3. C. hoc tit.* tamquam in publico munere conſtituti, *l. 78. D. de judic. junct. l. 1. D. hoc tit.*

2. *Curia ſubmoveantur*] Senatorio quoque ordine mores fuiſſe repetundarum reos conſtat ex Suetonio *Cæſar. cap. 43. Othon. cap. 2.* Tacito *Hiſtor. lib.* I. *cap. 78.* Plinio *lib.* II. *epiſt. 11. & 12. lib.* IV. *epiſt. 9.* quam pœnam, ut & litis æſtimationem lege Julia repetundarum conſtitutam eſſe exiſtimat V. C. Juſt. Lipſius *ad Tacit. Annal. lib.* XIV. *cap. 28.* ac Jac. Gothofredus, qui eadem fere, quæ Lipſius, habet quoque *ad l. 1. Cod. Theod. hoc tit.* de quo tamen dubito; quia lex Julia prioribus non fuit lenior, ſed e diverſo gravior: uti de legibus de repetundis generaliter docet Cicero *de Offic. lib.* III. *cap. 21.* proximas quaſque duriores fuiſſe. Imo ipſam legem Juliam acerrimam idem dicit *in Vatin. cap. 12.* ac multa in ea ſeverius ſcripta ac ſanctius, quam in antiquis legibus *pro C. Rabir. Poſtum. cap. 14.* Jam vero antea damnationem ex hac cauſa duo ſequebantur, redditio pecuniæ iis, ad quos pertinebat, in quo ſimpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur; & præterea exſilium, teſte Aſconio Pediano *ad Ciceron. Action. in Verr. cap. 13.* quod & aliis legibus antea de hoc crimine latis conſtat cautum fuiſſe, ex illis, quæ tradit C. Sigonius *de judic. lib.* II. *cap. 27.* ubi leges illas, & nonnullos illis damnatos recenſet. Et tamen, ne pœnam illam motionis e Senatu leniorem æquo exiſtimemus, facit Suetonius *in Cæſar. dict. cap. 43.* qui ſatis indicat, quando Cæſar (qui Conſul illam legem tulit) erat Dictator, levem pœnam fuiſſe; dum ita ſcribit. *Jus laboriſiſſime ac ſeveriſſime dixit. Repetundarum convictos etiam ordine Senatorio movit.* An non ergo antea lenius criminis hujus rei videntur coërcita? Quid dicemus? An pœna repetundarum intra tempus Conſulatus Cæſaris & Dictaturæ alia lege, quæ hodie ignoratur, mutata eſt? An lex Julia circa alia quidem rigidior fuit, circa pœnam remiſſior? viderint doctiores. In Pandectis certe nuſquam dicitur pœna antiquitus durior fuiſſe: at hac lege damnatus prohiberi teſtimonium dicere publice, aut judex eſſe, poſtulareve, *l. 6. §. 1. D. hoc tit.* imo a teſtimonio in teſtamento dicendo illum non arcet Vlpianus *l. 20. § 3. D. qui teſtament. facer. poſſ.* quod tamen facit Paulus noſter *l. 13. pr. D. de teſtib.* de quo diſputavimus *ad lib.* III. *tit. 4. §. repetundarum.* Hæc tamen evincunt, civitate repetundarum damnatos non excidiſſe. Poſtea extraordinaria pœna hæc facta eſt, & interdum capitis, *l. 7. §. ult. D. hoc tit.* SCHVLTING.

TITVLVS XXIX.

Ad legem Juliam Majeſtatis.

1. [1]Lege Julia Majeſtatis tenetur is, [2]cujus ope conſilio adverſus [3]Im-

1. *Lege Julia majeſtatis tenetur is, &c.*] Hac lege damnatis aqua & igni interdicebatur, ut & Cicero ſcribit *Philip. 1.* Hodie ſi humiliores ſint, aut comburuntur, aut beſtiis objiciuntur: honeſtiores capite puniuntur. Eſt autem judicium de majeſtate duplex, perduellionis, & majeſtatis, *l. ult. D. ad leg. Jul. maj.* Rurſus aut de facto aliquo eſt, aut de maledicto: nec enim facto tantum hoc crimen, ſed etiam verbis impiis, & maledictis maxime exacerbatur, ut Paulus ait: idemque prorſus, ut opinor, Modeſtinus ſcripſe-

[1]Imperatorem, vel Rempublicam arma mota ſunt, exercituſve ejus in inſidias deductus eſt: quive injuſſu Imperatoris bellum geſſerit, [4] dilectumve habuerit, exercitum comparaverit, ſollicitaverit, deſeruerit Imperatorem. His antea in perpetuum [5] aqua & igni interdicebatur: nunc vero humiliores beſtiis objiciuntur, vel vivi exuruntur; honeſtiores capite puniuntur. [6]Quod crimen non ſolum facto, ſed & verbis impiis, ac maledictis maxime exacerbatur.

2. [7]In reum majeſtatis inquiri prius convenit, quibus opibus, qua [8]factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus [9]non obtentu

rat in *l. 7. §. ult. D. ad leg. Jul. majeſt.* Sed quia ex maledicto non contrahi crimen majeſtatis poſtea conſtitutum eſt, conſtitutioque relata in Codicem Juſtiniani, *l. 1. C. ſi quis Imp. mal.* ideo Modeſtini verba ſic Tribonianus immutavit, *Crimen majeſtatis, facto, vel violatis ſtatuis, vel imaginibus maxime exacerbatur.* Haud tamen perite, cum factum ſatis violatas ſtatuas comprehenderet. Illa etiam, quæ addita ſunt, verba, *in milites*, non recipio. CVJAC.

2. *Cujus ope conſilio &c.*] Fuſius exponuntur illa, quæ ad hanc legem pertinent, in *l. 1. & ſeqq. D. hoc tit.*

3. *Imperatorem vel Rempublicam*] In lege ipſa videtur fuiſſe, *adverſus populum Romanum*, quomodo loquitur Ulpianus *l. 1. §. 1. D. hoc tit.* & ita *majeſtatem populi Romani* dixit Tacitus *Annal. lib.* I. *cap. 72.* Idem poſtea & ad Imperatores translatum fuiſſe videtur, ſaltem per interpretationem. SCHULT.

4. *Dilectumve*] Vide annot. *ſup. lib.* II. *tit.* 20. RITTERSHUS. Sic quoque habet ed. Pariſ. clɔlɔlxxxvi. al. *delectumve.*

5. *Aqua & igni interdicebatur*] Adeoque gaviſi quoque ſunt beneficio legis Porciæ criminis hujus rei, nec morte naturali adfecti. Meminit quoque deportatorum ob hoc crimen Capitolinus *Pertinac. cap. 6.* SCHULTING.

6. *Quod crimen non ſolum facto, ſed & verbis impiis &c.*] Lex ipſa non niſi facta punilt. dicta impune erant, teſte Tacito *Annal. lib.* I. *cap. 72.* ubi docet, primum Auguſtum cognitionem de famoſis libellis ſpecie hujus legis tractaſſe. ut adeo illud de dictis tantum per interpretationem ad hanc legem tractum ſit, uti ad Tacitum *d. l.* recte notavit Vir Inclytus, Joh. Fred. Gronovius: quod deinceps, ſub Principibus præcipue immitioribus, pro jure eſt habitum. Arnobius *lib.* IV. *p. 150. Majeſtatis apud vos ſunt rei, qui de veſtris ſecus aliquid obmurmurâſſe verint Regibus.* Imo hoc crimen exacerbari maxime maledictis hic docet Paulus. Poſtea vero illud non eſt neglectum, multo minus ita contrahi deſiit, quod voluit Cujacius *ad hunc loc.* quamvis id verius ſit, quod Vir ſummus ſcribit *Parasitl. tit. C. ſi quis Imperator. maledixer.* nullum judicium, nullamve pœnam de eo conſtitui inconſulto Principe. Sed id non tantum non temere, ut ille ſcribit, ſed prorſus non ſit, *l. un. C. dict. tit.* Quod vero contra V. C. Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. dict. tit.* exiſtimat, ſimpliciter maledicto tali contrahi crimen læſæ majeſtatis, id nimis dicitur large: licet hoc verum ſit, Imperatores voluiſſe totam illam rem ſuo permitti arbitratui: quomodo recte illam conſtitutionem accepit Marq. Freherus *Parerg. lib.* II. *cap. 9.* de qua ipſa, ejuſque occaſione fuſius diſputat modo laudatus Codicis Theodoſiani Interpres. Ceterum verbis his Pauli ſimile aliquid ſcripſiſſe Modeſtinum *l. 7. §. ult. D. hoc tit.* idque a Triboniano mutatum fuiſſe, Cujacio facile largior. non etiam auſim delere illa, *in milites*, quæ & Baſilica agnoſcunt, & illorum Scholia etiam ita exponunt: milites gravius, quam privatos puniri. Verba vero *d. l. 7. §. ult.* rectiorem exhibebunt ſenſum, ſi pro, *vel violatis*, legas, *veluti violatis*, uti emendarunt Viri Egregii, Defid. Heraldus *Obſerv. cap. 11.* & Willi. Goeſius *ad Auctor. rei agrar. p. 189.* Quod nuperrime Vir doctus, G. Beſt *de Ratione emendand. leges cap. 17. n. 6.* reponebat, *factiove viol. ſtat.* aut *factiove, vel viol. ſtat.* non ita videtur commodum: nec *factio* dici poteſt proprie ita exacerbari, ſed recte crimen *facto* exacerbari. IDEM.

7. *In reum majeſtatis inquiri prius convenit, &c.*] Diligenter inquirendum eſt de objecto crimine majeſtatis, nec niſi re vera quis contra majeſtatem aliquid admiſerit, arripienda eſt quævis occaſio ejuſmodi ad adulandum principem, *l. famoſi, 7. §. hoc tamen. D. ad leg. Jul. majeſt.* Adeo autem grave eſt hoc crimen, ut cum de eo quæritur, nulla dignitas a tormentis excipiatur, *l. 3. & 4. C. eod.* Ammianus Marcel. *lib.* XIX. *Ubi majeſtas pulſata defenditur, a quæſtionibus vel cruentis nullam Cornelia leges exemere fortunam.* Chryſoſtomus *hom. 12.* Ἐνθα δὲ ἡ καθοσίωσις, ἅπαντα ὑβρὶς ὀφλεῖ. Ait *Cornelia leges*, quoniam & de majeſtate leges tulit Cornelius Sulla, ſicut de parricidio, falſo, ſicariis, veneficis, injuriis, repetundis. CVJ.

8. *Factione*] Verbum hoc perduellioni proprium, quod occurrit quoque in *l. 5. C. hoc tit.* Plura de eo habet Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. ad leg. Cornel. de ſicar.* SCHULTING.

9. *Non obtentu adulationis alicujus*] Per ſimulationem tuendæ majeſtatis, uti loquitur Ammianus Marcellinus *lib.* XVI. *c. 8.* Non alia quoque mens fuit Imperatoris Theodoſii, qui noluit, nimium ſuæ ſecuritati invigi-

tu adulationis alicujus, ſed ipſius admiſſi cauſa puniendus eſt. [10] Et ideo cum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

invigilari, teſte Themiſtio *Oration.* XIX. *p.* 232. Notum eſt, quot viri innocentiſſimi hujus criminis obtentu everſi ſint. Videatur tantum Seneca *de benefic. lib.* III. *cap.* 26. Ceterum ad hunc quoque Pauli locum facit *l. ult. Cod. Theod. de calumniatorib.* ubi videnda Interpretatio vetus, & commentarius Jac. Gothofredi. IDEM.

10. *Et ideo cum de eo quaeritur &c.*] Locus Chryſoſtomi a Cujacio laudatus exſtat *Statuar.* XIII. *p.* 552. *ed. Savil.*

TITVLVS XXX. A.

Ad legem Juliam Ambitus.

1. [1] Petiturus magiſtratum, vel provinciae ſacerdotium, ſi turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, [2] ſervos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicae reus, in inſulam deportatur.

1. *Petiturus magiſtratum, vel provincia ſacerdotium, &c.*] Lege Julia ambitus tenebantur, qui populi Rom. ſuffragia coëmebant. Quae lex hodie ceſſat, quoniam nulla habentur comitia, omni belli & pacis jure in principem collato. Sed ad inſtar legis Juliae ex S. C. tenetur is, qui in municipiis Duumviratum, vel ſacerdotium, ut puta Alytarchiam, corruptis decurionum ſuffragiis, petit, *l. 1. D. de leg. Jul. amb.* Qui ſi & in eam rem multitudinem convocaverit, etiam lege Julia de vi publica tenebitur, ut hic Paulus tradit. CVJAC.

2. *Servos advocaverit, aliamque quam multitudinem conduxerit*] Cujac. haec omittit, credo, quia ſervi jus ſuffragii non habeant, quod nec libertis quidem competebat, niſi patronus eis tribum & ſuffragii jus emiſſet: ut docet Jacobus Rævardus *in lib. de auctoris. prudent.* Sed quantumvis ſuffragio non poſſint, alia tamen ratione juvare & promovere ad honores ſervi poſſe videntur. RITTERSHVS. In editionibus illis Cujacianis ſolis, quae ipſius habent Interpretationes, haec omiſſa ſunt: nulla tamen ratione vel auctoritate adducta. Sane vel ad terrorem adhiberi poſſunt qualescumque homines. SCHVLTING.

TITVLVS XXX. B.

Ad legem Fabiam.

1. [1] Lege Fabia tenetur, qui civem Romanum [2] ingenuum, libertinum, ſervumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Et olim quidem hujus legis poena [3] ſummaria fuit: ſed [4] translata eſt cognitio

1. *Ad legem Fabiam*] Titulus hic una cum illis, quae ei ſubjiciuntur, conſervatus nobis eſt in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 14. quem hoc loco poſtremo collocavimus, uti & in Pandectis fecit Tribonianus, & harum Sententiarum editor Aurelianenſis, eodem numero praepoſito, qui priori praemiſſus eſt, ne numeri ſequentium mutarentur: & littera ad diſtinctionem addita. In edit. Genev. ex Ioh. XXXVI. ſubjectus eſt titulo 25. *ad legem Corneliam teſtamentariam.* a Rittershuſio titulo 18. *de Abactoribus.* Ceterum de hoc crimine videndum quoque fragmentum Vlpiani in eadem Collatione nobis conſervatum, & ad illud notata a P. Pithoeo. SCHVLTING.

2. *Ingenuum*] Aliquid exceptum hic a Paulo fuit, nempe, ſi in captivitate fuerint ingenui: tunc enim vendi & obligari poſſe ſcribit ex eo Papinianus *Reſponſ. tit.* 22. quod tamen dubito, an non praecipue ſpectaverit ementem, ſive redimentem. IDEM.

3. *Summaria*] P. *nummaria*: ut ſupra *tit.* 6. *num.* 17. & *l. ult. D. h. tit.* dicitur poena pecuniaria. RITTERSHVS. Ita emendarunt quoque Petr. Faber *Semeſtr. lib.* II. *cap.* 11. Marq. Freherus *Paraerg. lib.* 1. *cap.* 9.

4. *Translata eſt cognitio &c.*] Hoc de plagio in cive Romano commiſſo, quod capite primo legis Fabiae coërcebatur, teſte Vlpiano, relato in dicta Collatione *tit.* 14.

Digitized by Google

tio in Praefectos Vrbis, itemque Praesidis provinciae extra ordinem meruit animadversionem. [5]Ideoque humiliores aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur: honestiores adempta dimidia parte bonorum [6]in perpetuum relegantur.

2. Si servus sciente domino alienum servum subtraxerit, vendiderit, celaverit, in ipsum dominum animadvertitur. Quod si id domino ignorante commiserit, in metallum datur.

tit. 14. intelligit V. C. Jac. Gothofredus *ad l. un. C. Theod. hoc tit.* Circa secundum caput illius legis, quod egit de servis, teste eodem Vlpiano, nihil mutatum esse existimat. Vlpianus tamen *d. l.* & Paulus *hoc loc.* non ita distingunt: quamvis non dicam aeque gravem ubivis fore poenam. Et quod de servo fugitivo vendito habemus in *l. 6. C. hoc tit.* id de leviori tantum est crimine, quod Senatusconsulto ad legem Fabiam facto vetitum est, quod Paulus quoque supra docuit *lib. 1. tit 6. A §. 2.* de quo uti forte nihil novi fuit constitutum, ita inde non sequitur, de illis speciebus, de quibus ipsa lex agebat capite secundo, non fuisse extra ordinem cognitionem exercitam. Et mox docet Paulus, etiam in dominum animadverti, si servus eo sciente alienum servum substraxerit. SCHVLTING.

5. *Ideoque humiliores &c.*] Poenam auxit Constantinus Magnus contra illos, qui parentibus liberos surripiunt, ut servi vel libertini bestiis objiciantur, ingenuus vero gladio consumatur, *l. un. Cod. Theod. ad leg. Fab.* unde paucis mutatis descripta est *l. ult. C. hoc tit.* de quo plura ad illam *l. un. C. Theod.* scripsit Jac. Gothofredus. IDEM.

6. *In perpetuum*] Sic recte exponitur, *imperp.* quod est in libro MS. idque in contextum recepi, quod fecit & Rittershusius.

TITVLVS XXXI.

De Poenis Militum.

1. [1]Si pecunia accepta [2]miles [3]custodiam dimiserit, capite puniendus est. Et certe quaeritur, cujus criminis reus dimissus esse videatur.

2. [4]Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint, capite puniuntur.

*. [5]Qui metu criminis, in quo jam reus fuerat postulatus, nomen militiae dedit, statim sacramento solvendus est.

* Miles turbator pacis capite punitur. LEX EST VLTIMA D. DE RE MILITARI.

*. [6]Trans-

1. *Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, &c.*] Plerumque rei a militibus custodiuntur. Hi vero si custodias, id est, reus pecunia accepta dimiserint, capite puniuntur, aut, ut adjicitur in *l. ult. D. de custod. reor.* in extremum militiae gradum, utputa, in funditorum auxilia transcribuntur, pro modo scilicet delicti, cujus ii, qui dimissi sunt, rei delati erant. CVJAC.

2. *Miles*] Intelligo milites proprie dictos: nec video, cur per eos intelligendi sint officiales magistratuum, uti putat V. C. Jac. Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. de custod. reor. & ad l. 2. Cod. Theod. de falsim. monet.* Notissimum est, quod nec ille negat, militibus committi in jure nostro custodias. SCHVLTING.

3. *Custodiam*] Al. *reum de custodia*: quod puto esse glossam. RITTERSHVS. Extat illa lectio ad marginem ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. optime habet se vulgata lectio: & custodias pro illis, qui in ea sunt, in jure saepissime sumi constat.

4. *Qui custodiam militi prosequenti magna manu excusserint, &c.*] Custodiae plerumque sub prosecutione militum ad congruum judicem remittuntur: has si qui prosecutoribus excusserint manu facta, capite puniuntur. CVJAC.

5. *Qui metu criminis &c.*] Has duas sententias hic quoque exhibent edd. Rittershus. & Aurelianens.

6. *Trans-*

Digitized by Google

[6] Transfugae ad hostes, vel consiliorum nostrorum [7] renuntiatores [8] aut vivi exuruntur, aut [9] furcae suspenduntur.

Miles, qui ex carcere, dato gladio, erupit, poena capitis punitur. Eadem poena tenetur & [10] qui cum eo, quem custodiebat, deseruit.

Miles, qui sibi manus intulit, nec factum peregit, nisi impatientia doloris aut morbi, luctusve alicujus, [11] vel alia causa fecerit, capite puniendus est. Alias cum ignominia mittendus est. Ex LEGE XXXVIII. §. I. XI. XII. D. DE POENIS.

6. *Transfuga ad hostes &c.*] Et has tres sententias hic collocavit Rittershusius. Si quis tamen velit primam potuisse poni ad principium tituli 22. *de Seditiosis*, non refragabor.

7. *Renuntiatores*] Forte *enunciatores*. RITTERSHVS.

8. *Aut vivi exuruntur, aut furca suspenduntur*] Hæc supplicia ad utrosque pertinent, non vivicomburium ad transfugas, furca ad consiliorum renuntiatores, ut putat D. Gothofredus *ad l. 33. §. 1. D. de pœn.* Aliud volunt verba Pauli. Nec obloquitur Vipianus unam tantum transfugarum pœnam memorans, ut vivi comburantur, *l. 8. §. 2. D. de pœn.* non enim is negat, & alteram pœnam locum in iis habere. Nihil vero ad rem facit *l. 6 §. 4. D. de re militar.* ubi qui secreta hostibus enunciarunt, capitis pœnas luunt: quæ pœna est plane alia ab his. Et solent pœnæ variare. Ceterum furcam hic esse a Triboniano: ac Paulum crucis feciſſe mentionem liquet ex iis, quæ Cujacius scripsit *ad tit. 17. hoc lib.* §. 3. SCHVLTING.

9. *Furcæ*] Al. *furca*.

10. *Cum eo, quem*] Editio Corporis Juris Batava *in d. l. 38. §. 1.* habet, *eum, quem*, perperam. *Deserere* hic absolute ponitur, uti *l. 3. §. 9. l. 5. §. 1. D. de re militar.* Solebant olim eadem catena alligari custodiæ, & milites, quibus committebantur; ut ex Seneca *epiſt. V. & de tranquillitat. anim. cap. 10.* aliisque docuere Viri Docti. J. Lipsius *ad Tacit. Annal. lib. III. cap. 22. excurs. B.* Jac. Revardus *Conjectaneor. lib. I. cap. 4.* ut ergo miles non deserat custodiendum, sed una cum eo deserat. IDEM.

11. *Vel alia causa fecerit*] Causas dat Paulus hoc *lib. tit. 12. §. 1.* ubi aliqua notata sunt. Pagano hic ignoscitur, quasi unicuique liceat naturaliter in suum corpus sævire, *l. 9. §. 7. D. de pecul.* Non idem in milite, qui ita fidem per sacramentum Reipublicæ datam violat: quique adeo, si nullam rationem prætendat, capite punitur: aliter levius, auctore Paulo *hoc. loc.* & Arrio Menandro *l. 6. §. 7. D. de re militar.* Atque hoc diſcrimen recte vidit Vir Amplissimus, Corn. van Bynkershoek *Observation. lib. IV. cap. 4.* ubi etiam docet, excipi quoque servum, qui hac ratione injuriam domino facit: adeoque malus esse creditus est, *l. 23. §. 3. D. de ædil. edict.* IDEM.

TITVLVS XXXII.

Quando appellandum sit.

1. [1] Quoties [2] jusjurandum postulatur, eo tempore appellandum est, [3] quo defertur, non quo juratur.

1. *Quoties jusjurandum postulatur, &c.*] Post jusjurandum in litem secuta sententia appellari potest, *l. ult. §. 1. D. de appell.* Idemque est in omni jurejurando judiciali, id est, quod ex sola auctoritate judicis venit. Res enim judicari potius, quam jurejurando transigi videtur. At post jusjurandum, quod ego quidem appello necessarium, id est, quod in judicio defertur ab adversario, appellari non potest, quia & id, sicut voluntarium, ex conventione proficiscitur, *l. qui juravit, 26. §. ult. l. sed & servus, 25. l. ult. D. de jurejur.* nec sequi sententia solet. Post delatum autem ab adversario jusjurandum, si sententia definitiva judex eum, cui delatum est jusjurandum, jurare jusserit, & secundum eum se litem dare pronunciaverit: verbi gratia si pecuniam is sibi deberi juraverit, appellatio interponi potest: quod aliqua ex parte Justinianus corrigit in *l. generaliter, 12. C. de reb. cred.* CVJAC.

2. *Jusjurandum postulatur*] A litigatore, videlicet. Hoc recte Cujacius appellat necessarium, quia Prætor eum, cui id defertur, cogit jurare, vel solvere, si nempe, quid ab eo petatur, *l. 34. §. 6. D. de jurejurand. add. l. 9. C. de reb. credit.* atque hoc utcumque ab una parte voluntatem habeat, non tamen ex conventione est: adeoque distinguendum a voluntario, quod habet transactionis speciem, *l. 2. D. eod tit.* & unde specialis actio vel exceptio datur, *l. 3. & ll. seqq. l. 28. §. ult. D. dict. tit.* Nihil vero tale de necessario occurrit.

INTERPRETATIO. *Si quando, dum cauſa a judice auditur, ſacramentum petente uno ex litigatoribus alter obtulerit, litigator, qui* [4]*judicibus appellare voluerit, tunc appellare debet, quando ſacramentum offertur, non poſtquam juratur.*

occurrit, ut recte obſervat Janus a Coſta *ad §. 11. Inſt. de actionib.* Sententia vero hic non eſt opus: imo nec ei locus, ſi illud delatum ſit ante litem conteſtatam. At lite conteſtata ſi id fiat (quod olim in ordinariis judiciis, ubi judex non habebat cogendi poteſtatem, fieri potuiſſe non videtur) opus eſt ſententia, ſecundum regulam, quod judex cauſam, de qua cognoſcere cœpit, etiam ſententia ſua debeat terminare, *l. 74. pr. D. judic.* Idque & in hac ſpecie traditur *l. 34. §. ult. D. de jurejurand.* ubi aliquid a Triboniani eſſe manu Viri Docti recte exiſtimant. SCHVLTING.

3. *Quo defertur*] Juſtinianus voluit hoc in caſu ferri ſententiam, ac tunc appellari, *l. 12. §. 2. C. de reb. credit. & jurejurand.* perinde, nempe ſententiam ferri, ac ſi primo ſuceperiſſet quis ſusjurandum, ac dein recuſaſſet: quomodo exponit Janus a Coſta *ad d. §. 11. Inſt. de actionib.* id, quod Imperator *d. l. 12. §. 2.* dicit, *quaſi eo volente ſacramentum ſit remiſſum*: niſi quis malit id fieri, quaſi is, qui id non vult præſtare, ante id detuliſſet: & nunc id relatum recuſaret; quomodo id accipit H. Donellus *ad d. l. 12.* Vtroque certe caſu judex poteſt ſententiam ferre, a qua recuſans, ſi juſtam ſe recuſandi habere putet cauſam, appellare poterit. IDEM.

4. *Judicibus*] Putabam hic legendum *a judic.* Quando vero etiam infra ita loquitur Anian. *judici appellare, tit. prox. & tit. 36.* nihil mutandum cenſeo. RITTERSHVS.

TITVLVS XXXIII.

De Cautionibus, & Poenis Appellationum.

1. [1]Ne liberum quis & ſolutum haberet [2]arbitrium retractandae & revocandae ſententiae, & [3]poenae, & tempora appellatoribus praeſtituta ſunt. [4]Et, niſi juſte appellaverint, tempora ad cavendum in poena appellationis [5]quinque dierum praeſtituta ſunt. Igitur morans eo in loco ubi

1. *Ne liberum quis & ſolutum haberet arbitrium, &c.*] Appellatione interpoſita, intra diem quintum petendi & accipiendi ſunt apoſtoli, ut infra *tit. prox.* dicemus. Rurſus ex die acceptorum apoſtolorum, intra diem quintum præſens, ni juſte appellaverit, ſponſionem facere, & de certa pœna recte cavere debet. Abſens quoque intra eum diem cavere debet, cum ſupervenerit. Itineri autem faciendo in vicena millia paſſuum dantur ei dies ſinguli. Sed hoc cautionis genus hodie ſublatum eſt, *l. ces. 6. §. ult. C. de appell.* Anianus, & Gratianus errant, dum hanc ſententiam accipiunt de die, intra quem interponenda appellatio eſt. Interponenda enim eſt intra biduum, aut triduum. *Integri.* Forſitan rectius *itineri.* CVJAC.

2. *Arbitrium*] Vſque ad Neronis tempora provocatio a privatis judicibus etiam ad Senatum nulli pœnæ periculo fuit ſubjecta: ſed aliud plane in illa obtinuit, quæ fiebat ad Principem, at nunc quoque in utraque appellatione eadem conſtituta eſt pœna. Vtrumque indicat Tacitus *Annal. lib.* XIV. *cap.* 28. his verbis: *Auxitque Patrum honorem ſtatuendo, ut qui a privatis judicibus ad Senatum provocaviſſent, ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui imperatorem appellavere. nam antea vacuum id ſolutumque pœnæ fuerat.* Hic vero Paulus quoque docet, id paſſim obtinuiſſe, ut pœnæ in temerarios appellatores conſtituerentur: uti notavit quoque Cujacius *Obſervation. lib.* XXI. *cap. 33.* SCHVLTING.

3. *Pœna*] Pœna expreſſa eſt in *§. pen. & ult. hoc tit.* Hæc vero pœna debebatur ex cautione, ut docent ſequentia. Poſtea ea ſublata, & a judice male appellans multatus eſt, *l. 6. §. 4. C. de appellationib.* Sed & vetuere Principes multas provocantibus imponi, niſi ex ipſorum decreto. *l. 43. Cod. Theod. de appellationib.* ubi legi poterit commentarius Jac. Gothofredi. IDEM.

4. *Et niſi*] Sichard. *Quod niſi*, recte, ut opinor. nam ſic dicimus *Quod niſi, Quod utinam*, ſicut, *Quod ſi*. RITTERSHVS.

4. * *Et, niſi juſte appellaverint &c.*] Ita hæc accipienda. Et tempora quinque dierum præſtituta ſunt ad cavendum in pœna appellationis (quo modo etiam loquitur *§. 3. hac tit.*) ut, videlicet, ea committatur, niſi juſte quis appellaverit.

5. *Quinque dierum*] Abſunt ab edd. cum Interpp. Cujacii, ſed ſolis, nec recte.

6. *Co-*

Digitized by Google

ubi appellavit, [6] cavere debet, ut ex die acceptarum [7] literarum continui quinque dies computentur. Si vero longius, salva [8] dinumeratione integri quinque dies cum eo ipso, quo literas acceperit, computantur.

INTERPRETATIO. [9] *Propter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis vel revocandis sententiis liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & poenae constitutae sunt: ut quicunque judici, qui causam ejus audivit, appellare, & ad alium judicem provocare voluerit, intra quinque dies appellet:* [10] *& his ipsis quinque diebus ad judicem, quem provocaverit, sine aliqua* [11] *dissimulatione perveniat: & ipse dies, quo accepit literas, in his quinque diebus specialiter computetur. Quod si longius iter sit, exceptis his quinque diebus, spacium dierum, quo iter agi possit, computetur.*

2. [12] Ne quis in [13] captionem verborum in cavendo incidat, [14] expeditissimum est, poenam ipsam, vel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis fidejussoremve dare, aut praesens esse: sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod deposuit.

INTERPRETATIO. *Si quando inter litigatores* [15] *de dando praesentiae suae fidejussore contentio est, si aliquis in cautione verborum* [16] *praejudicium timeat, & propter hoc* [17] *fidejussorem dare nolit, potest certum aliquid de rebus suis*

6. *Cavere*] Et hic si ob paupertatem cavere non posset, appellatio impediebatur: quo pertinet *l. 2. §. 8. D. mandat.* quod & Cujacius animadvertit *Observation. dict. lib.* XXI. *cap. 33.* SCHULTING.

7. *Literarum*] De quibus *tit. seq.*

8. *Dinumeratione*] Ut scilicet singulis diebus conficiat 20000. passuum, id est, V. millaria germanica. Hoc enim est iter diurnum in jure, *§. qui vult. Inst. de exercit. tut. l. 13. §. aliud, D. eod. cap. 23. habita 2. q. 6. l. 1. D. Si quis caution. l. 3. D. de verb. signif. &c.* RITTERSHUS.

9. *Propter superfluam &c.*] Relata est haec interpretatio a Gratiano in *c. 22. propter, 2. q. 6.* Ex quo appareret tantam fuisse harum interpretationum auctoritatem isto saeculo, ut Pauli elegantiae proponerentur. Nimirum ita fit, ut balbus balbum optime intelligat. Sed quid est, quod ibi ait Gratianus, in Theodosianis legibus sic statutum inveniri? Quia cum Codice Theod. in breviarium quoddam conjunctae fuerunt hae Sententiae Pauli earumque interpretationes ab Aniano &c. factae Alarici Gothorum Regis jussu & auspiciis. Porro Cujac. in hac Interpret. errorem quendam notat. IDEM.

10. *Et in his ipsis quinque diebus &c.*] Nihil de veniendo ad judicem, ad quem provocatum est, Paulus habet: nec res vera est.

11. *Dissimulatione*] Hoc est, *detrectatione.* Ita *dissimulet*, pro *detrectet*, *in Interp. lib.* IV. *tit. 3. §. 3.*

12. *Ne quis in captionem verborum in cavendo, &c.*] Haec cautio personas non desiderat pro se intervenientium. Potest enim quis in vicem cautionis, pecuniae, vel pignorum depositione fungi: idque expeditius est. Nec tamen aeque receptum est in praetoriis stipulationibus, *l. 7. D. de prat. stipul.* Ipse etiam repromittere necesse non habet: Illa enim depositio sufficit, quae victo appellatore, non ut sacramentum olim ad aerarium redibit: sed quemadmodum proxima sententia indicat, indemnitati adversarii per eam consuletur. CUJAC.

13. *Captionem verborum*] In Praetoriis stipulationibus captio non ita videtur esse metuenda, cum illae interpretationem recipiant ex mente Praetoris. *l. 12. D. de verbor. obligationib. l. 9. D. de stipulationib. praetor.* At haec cautio non est Praetoria, sed alio jure inducta, & ex privatorum etiam voluntate pependit. SCHULTING.

14. *Expeditissimum est &c.*] In Praetoriis satisdationibus, sive cum Praetor exigit praecise satisdationem, (quod hic non fit) personae intervenientium desiderantur, nec sufficit talis depositio, *l. 7. D. de stipulationib. Praetor.* IDEM.

15. *De dando praesentia sua fidejussore*] Imo de appellatione recte interpolata. Idem de praesentia mox male repetit.

16. *Praejudicium*] Captionem verborum dixit Paulus.

17. *Fidejussorem dare*] Imo promittere, vel cavere.

ſuis poenae cauſa deponere. Sed ſi contra eum fuerit judicatum, & ipſe defuerit, perdit quod depoſuit.

3. [18] Quoties in poena appellationis cavetur, tam unus, quam plures fidejuſſores, ſi idonei ſunt, dari poſſunt: ſufficit enim etiam per unum idoneum indemnitati poena conſuli.

4. [19] Si plures appellant, una cautio ſufficit: & ſi unus caveat, [20] omnibus vincit.

INTERPRETATIO. *Si in una cauſa multi appellant, unam pro omnibus fieri ſufficit cautionem. Et ſi in communi cauſa unus caverit, & vicerit, omnes, quibus una cauſa eſt, viciſſe videntur.*

5. [21] Cum a [22] pluribus ſententiis provocatur, ſingulae cautiones exigendae ſunt, & de ſingulis poenis ſpondendum eſt.

INTERPRETATIO. *Cum de multis cauſis a judicum ſententiis appellatum fuerit, ſingulae cautiones de ſingulis ſententiis faciendae ſunt. Et in ſingulis cautionibus ſingulae poenae ſpecialiter appellatoribus inſerendae.*

6. [23] Modus poenae, in qua quis cavere debet, ſpecialiter in cautione exprimendus eſt, [24] ut ſit, in qua ſtipulatio committatur: aliter enim recte caviſſe non videtur.

7. [25] Aſſertor ſi provocet, in ejuſmodi [26] tertiam cavere debet, quanti cauſa aeſtimata eſt.

8. [27] In-

18. *Quoties in pœna appellationis cavetur, &c.*] Hæc appellationis cautio uno fidejuſſore contenta eſt, modo ſi idoneus ſit, quod & in omnibus ſatisdationibus admittendum reor. CVJAC.

19. *Si plures appellant, una cautio ſufficit, &c.*] In communi cauſa unus libellus, una appellatio, una cautio ſufficit: & hanc ſi unus præſtiterit, omnibus vincit, & vincitur. Imo & plerumque ſi unus tantum appellaverit, omnibus vincit, licet non omnes videantur appellaſſe, *l. 3. l. ſi qui ſeparatim, 10. §. ult. D. de app.* IDEM.

20. *Omnibus vincit*] Illis, quibus eadem per omnia fuit appellandi cauſa, *l. 10. §. ult. D. de appellationib. & l. 2 C. ſi un. ex plurib. appellaver.* quod & Interpres tradit. SCHVLTING.

21. *Cum a pluribus ſententiis provocatur, &c.*] Si in una cauſa duplex ſententia feratur, duplex appellatio neceſſaria eſt, *l. cum in una, 17. D. de appell.* Ergo & duplex cautio. Sed, ut initio admonuimus, hæc cautio ſublata eſt. CVJAC.

22. *Pluribus ſententiis*] Abſque diſcrimine, an eodem, an diverſo tempore pronuntientur. Sane & jure civili actiones pluribus diverſis ad diverſa tendentibus ſimul agere, adeoque actiones cumulare licet, *l. 11. pr. D. de juriſdiction. l. ult. C. de annal. exceptione. Italic. contract.* Imo id quoque licuiſſe olim quando dabantur formulæ, docet Quinctilianus *Inſtit. Orator. lib.* III. *cap.* 10. his verbis. *Privata quoque judicia ſæpe unum judicem habere multis & diverſis formulis ſolent.* Ac poteſt judex hîc etiam ſeparatim de unaquaque controverſia pronuntiare, *l. 55 C. de ſentent. & interlocutionib. omn. judic.* Nihil dictis officit *l. 6. D. de exception. rei judicat.* quæ id tantum vult, non poſſe iterum de eadem re agi: quod & nos dicimus. Nec etiam idem bis eodem tempore poteſt peti variis actionibus, ſingulis pro parte, *l. 76. §. pen. D. de legat. 2.* Multo minus idem bis poteſt exigi *l. 34. D. de obligationib. & actionib. l. 57. D. de regul. jur.* SCHVLTING.

23. *Modus pœnæ, in qua quis cavere debet, &c.*] Si omiſſa depoſitione, de qua ſuperius actum eſt, appellator malit cavere, in cautione certam ſummam debet comprehendere. Quod & in ſtipulationibus prætoriis, quæ, quanti ea res eſt, promiſſionem habent, expeditius eſt, *l. ult. D. de præt. ſtip.* CVJAC.

24. *Vt ſciat in qua*] Ita Cujac. At Sich. *ut ſit in qua.* Ego rectum puto, *ut ſit in quo.* RITTERSHVS.

24.* *Vt ſit, in qua*] Ita habent edd. antiquæ, etiam Cujacianæ: quod cur in edd. cum Interpp. Cujacii mutatum ſit in, *ut ſciat, in qua*, non redditur ratio. Nec improbo Rittershuſium pro, *in qua* reponentis, *in quo*: quamvis, ſi *ut ſciat* exſtaret in MSS. forte ſcribendum eſſet, *ſciatur, in quo*: quaſi diceret, ne in incerto ſit quantitas ſtipulationis, quomodo Imperator loquitur *§. ult. Inſt. de verbor. obligationib.* SCHVLTING.

25. *Aſſertor ſi provocet, &c.*] Thalelæus notat *in tit. ſent. de aſſer. tol.* aſſertorem olim obnoxium fuiſſe dan-

dæ

8. [27]In omnibus pecuniariis cauſis magis eſt, ut in tertiam partem ejus pecuniae [28]caveatur.

dæ pro ſervo cautionis. Certe ſi appellaverit, auctore Paulo, in ejus quantitatis tertiam pro ſervo cavere debet, quanti lis æſtimata eſt. De aſſertore diximus in hujus lib. tit. 1. CVJAC.

26. *Tertiam*] Sichardus putat legendum *aſſertione*. Verum in tertiam partem cautum fuiſſe ducet ſententia ſequens, quam non viderat Sichardus. SCHVLT.

27. *In omnibus pecuniariis cauſis &c.*] Protulit hanc ſententiam ex codice Veſontino Cujacius *Obſervat. lib.* XXI. *cap.* 22.

28 *Caveatur*] Al. *cauſetur*, non recte. RITTERSHVS. Lectio illa mala eſt ed. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI.

TITVLVS XXXIV.

De Dimiſſoriis Literis.

1. [1]Ab eo, a quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, literae dimiſſoriae diriguntur, quae vulgo Apoſtoli appellantur: quorum poſtulatio, & acceptio [2]intra quintum diem ex officio [3]faciendа eſt.

INTERPRETATIO. *Iſta jam ſuperius ſub tit. De cautionib. & poenis appellationum interpretata eſt.*

2. [4]Qui intra tempora praeſtituta dimiſſorias non [5]poſtulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, praeſcriptione ab agendo [6]ſubmovetur.

1. *Ab eo a quo appellatum eſt*] Dimiſſoriæ litteræ ſunt, per quas is, a quo appellatum eſt, cauſam ad eum, qui appellatus eſt, tranſmittat. quæ vulgo Apoſtoli dicuntur, *l. Lucius, 9. D. de ju. fiſc. l 1. D. de libel. dimiſ.* Petebantur, accipiebantur, & reddebantur intra diem quintum ex interpoſita appellatione. Sed ex conſtitutione Imperatorum, etiam non petente appellatore, ſine aliqua dilatione a judice dantur, *l. ees, 6. §. ult. C. de appell.* CVJAC.

2. *Intra quintum diem*] Poſtea triginta huic rei præſtituti ſunt dies, & quidem ex die latæ ſententiæ, *l. 24. ff. de appellationib.* ubi quidem illa verba, *ex die ſententiæ*, forte addita ſunt a Triboniano: non exſtant ſaltem in *l. 32. Cod. Theod. eod. tit.* unde *l. 24.* eſt deſumpta. Computatur tamen eodem modo illud tempus *l. 29. Cod. Theod. eod. tit.* Verum ex *Novell.* CXXVI. *cap. 36.* acta, quæ cum apoſtolis ſimul ſolent exhiberi, præbenda ſunt intra triginta dies μετὰ τὸ ἐκδοθῆναι τὴν ἔκκλητον, hoc eſt, Interprete Juliano, *poſtquam provocatio porrecta eſt.* ut adeo aliud illic conſtituatur tempus ab eo, quod antea fuerat definitum. SCHVLTING.

3. *Faciendа eſt*] Al. *finienda eſt.* Et ita Gratian. legit, qui hanc quoque ſent. compilavit *in cap. 24. ab eo, 2. q. 6.* RITTERSHVS. Rectum eſt *faciendа.* Sic quoque *l. 18. C. hoc tit.*

4. *Qui intra tempora præſtituta dimiſſorias non poſtulaverit, &c.*] Qui intra conſtitutum diem Apoſtolos non petiit, accepit, reddidit, repellitur præſcriptione. Et hæc cauſa eſt, cur in libro ſingulari de præſcriptionibus Modeſtinus de Apoſtolis tractaverit, *l. dimiſſoria, 106. D. de verb. ſign.* Credo autem intra quintum diem & petendos, & accipiendos, & reddendos Apoſtolos fuiſſe, ſalva ſemper abſentibus pro ratione itineris dierum dinumeratione. Quamobrem quod in quibuſdam libris in extremo hujus ſententiæ additum eſt, *Et pœnam appellationis inferre cogitur*, non probo. Nam hanc pœnam is tantum ſolet promittere, qui Apoſtolos accepit, & reddidit, computatis ex die Apoſtolorum acceptorum & redditorum pœnæ promittendæ quinque diebus. CVJAC. Hanc etiam Gratian. retulit *in d. c. 24. §. qui intra ſtatuta tempora.* RITTERSHVS.

5. *Poſtulaverit*] Poſtulatio cum inſtantia, & ejus rei conteſtatione ſufficit, *l. un. §. 2. D. de libell. dimiſſor.* Et quis judicem, ſaltem majorem, facile coget? Hodie & non petente parte judex eos debet dare, *l. 6. §. ult. C. de appellationib.* quo tamen officium non faciente debebunt peti. SCHVLTING.

6. *Submovetur*] Sive deſerta ab eo appellatio exiſtimatur, *l. 18. C. de appellationib.* Quæ deinceps in edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Pariſ. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & Rittershuſ. ſequuntur; *& pœnam appellationis inferre cogitur*, cum in ſuis libris non invenerit Sichardus, & res non ſit vera, cum Cujacio in edd. cum ipſius interpp. omittere malui; licet illa quoque habeat Gratianus. IDEM.

Digitized by Google

TITVLVS XXXV.

De reddendis cauſis Appellationum.

1. [1]Meritum appellationis cauſae capitalis, & ipſam [2]rationem ſtatus non niſi per nosmet ipſos proſequi poſſumus: nemo enim abſens aut duci in ſervitutem poteſt, aut [3]damnari.

INTERPRETATIO. *Si quando in cauſa capitali,* [4]*ſimiliter in cauſa ſtatus,* [5]*id eſt,* [6]*ingenuitatis, vel ſervitutis, appellatum fuerit, non per procuratores, ſed* [7]*ipſis praeſentibus eſt agendum: quia nemo abſens aut capite damnari poteſt, aut ſententiam ſervitutis excipere.*

2. [8]Moratorias appellationes, & eas, quae [9]ab exſecutoribus & confeſſis fiunt, recipi non placuit.

INTERPRETATIO. [10]*Quicunque non confidentia juſtae cauſae,* [11]*at cauſa afferendae morae,* [12]*ne contra eum ſententia proferatur, appellaverit: vel ſi de facto*

1. *Meritum appellationis cauſa capitalis &c.*] Vt cauſam capitalem reus per procuratorem agere non poteſt, ita nec appellationem, *l. 1. D. an per al. cauſ. app. ved poſſ.* Idemque juris eſt in cauſa ſtatus, ne quis abſens in ſervitutem ducatur. Juſtinianus tamen in *l. 1. C. de aſſert. tol.* ei, qui ex libertate in ſervitutem vocatur, procuratorem dare permittit, non etiam ei, qui ex ſervitute vocatur in libertatem: atque ita huic Pauli ſententiae derogatum eſt. CVJAC.

2. *Rationem ſtatus*] Hoc eſt, cauſam, judicium, vel quæſtionem ſtatus: quomodo locuti ſunt Auctores Latinitatis corruptæ, ut oſtendit multis V. C. Car. du Freſne du Cange *in Gloſſar. med. & infim. Latinitat. h. v.* at Latinitas ſincerior hanc hujus verbi ſignificationem ignorat: adeoque forte hoc eſt a Compilatore. Ceterum quatenus is, qui ſtatus controverſiam patitur, alia judicia per procuratorem exſequi poſſit, exponit Cujacius *Obſerv. lib.* XVIII. *c. 33.* SCHVLT.

3. *Damnari*] Interpres videtur legiſſe *capitis damnari.* & ſane aliter ſenſus non erit verus: quando non in civilibus tantum, ſed & criminalibus cauſis levioribus, abſentes damnari poſſunt, *l. 5. D. de pœn.* IDEM.

4. *Similiter*] In Capitularibus *lib.* VII. *cap. 357.* ubi haec brevius referuntur, ut & *can. ſi quando, 40. cauſ. 2. quaeſt. 6.* legitur *vel.*

5. *Id eſt, ingenuitatis, vel ſervitutis*] Abſunt a Capitularibus *d. l.* & *d. can. ſi quando:* ut & mox minus bene pro *appellatum* legitur illic *interpellatum.*

6. *Ingenuitatis*] Id eſt, *libertatis.* Dixi ad Cajum *lib. 1. Inſt. tit. 1. pr.*

7. *Ipſis praeſentibus*] In Capitularibus & *d. can. 40.* legitur, *per ipſos.*

8. *Moratorias appellationes, &c.*] Moratoria ſive fruſtratoria appellatio non recipitur, qualis eſt ea, quam manifeſti, confeſſi, & convicti interponunt. Reo enim confitente certa res eſt, certa lex. A lege autem certa non poteſt appellari: & hoc eſt, quod dicitur, a pœna non appellari, *l. ſi qua pœna, 244. D. de verb. ſign.* ordinaria ſcilicet. Hodie quia pœnae omnes extraordinariae ſunt, etiam confeſſi a pœna ſi appellaverint, audientur. Item moratoria eſt appellatio, quae ideo interponitur, ne pignus diſtrahatur. ut moratoria cautio, *l. ult. D. de appell. rec. l. cum poſſeſſor, 5. D. de cenſibus.* vel ne cauſa reſtitutionis agatur, *l. intra, 39. D. de minoribus.* Ab executione quoque ſera aut moratoria eſt appellatio, ideoque non recipitur, *l. ab executione 5. C. quor. appell. non recip* CVJAC.

8. * *Moratorias*] Sic idem Paulus moratoriam cautionem dixit alibi. Et Conſtantinus conjungit moratorias dilationes cum fruſtratoriis appellationibus, *l. 1. C. Th. Quorum appel. non recip.* & idem Conſtantinus moratorias præſcriptiones vocat in *l. 2. C. de preſcib. imp. offer.* Moratores ſunt, qui mora lites extrahunt. Non omittam hic obiter admonere, id verbi apud Ciceronem duobus locis corruptum fuiſſe in *oratores.* Semel id reſtituit Cujac. IV *Obſerv. ult.* Divinationi in Verrem: ubi vulgo: *niſi quem forte ex illo grege oratorum.* Reſtituit idem Ciceronis Bruto D. Hub. Giphanius, ſumma vir doctrina & judicii felicitate: ubi mihi legend. monſtravit aliquando. *Sed omnium moratorum ſive rabularum &c.* RITTERSHVS. Moratoriam cautionem dixit Papinianus *l. 5. §. ult. D. de cenſib.* non Paulus, *l. ult. D. de appellationib. recipiend.* nec, quod ſciam, alibi: ac in interpretatione Cujacii aliquid forte eſt transpoſitum, ſcribendumque, *ne pignus diſtrahatur*, l. ult. D. de appell. rec. *ut moratoria cautio*, l. cum poſſeſſor.

9. *Ab exſecutoribus*] Quibus non committitur cognitio, ſed exſecutio. Aliud eſt, ſi ſententiam male exſecutor interpretur, *l. 4 §. 1 D. de appellation.* vel modum excedat, *l. 5. C. quor. appellation. non recipiunt.* SCHVLTING.

10. *Quicumque &c.*] Gratianus retulit *in c. 25. quicunque, 2. q. 6.* RITTERSHVS.

11. *At*] Al. *aut* Gratian. *ſed.* IDEM.

12. *Ne contra eum ſententia proferatur*] Imo ne illa, quae jam prolata eſt, exſecutioni mandetur.

facto ſuo confeſſus, ne [13] *addicatur, appellare voluerit, hujuſmodi appellationes non recipiuntur.*

3. [14] Eum, qui appellat, cum convicio ipſius judicis appellare non oportet. Ideoque quod ita factum eſt, [15] arbitrio Principis vindicatur.

13. *Addicatur*] Hoc eſt, *condemnetur*. Sic alibi loquitur: ut notavi ad *tit. 5. hoc lib. §. 9. interp.* ſed & hic jam debet intelligi lata eſſe ſententia, ut de appellatione quæri poſſit.

14. *Eum, qui appellat, cum convitio ipſius judicis, &c.*] Is, qui cum convitio a judice provocat principem, arbitrio principis coërcetur. Diximus de hac re ſup. tit. *de injur.* CVJAC. Vide ſupra *tit. 4. de injur. num. 18.* RITTERSHVS.

15. *Arbitrio Principis vindicatur*] Plecti tales ex reſcripto Divorum Fratrum, docet Vlpianus *l. 8. D. de appellationib.* at a quo id fiat, illic non definitur. Et ſane rem talem indiſtincte ad Principem referri, ac ab eo pœnam infligi non poſſum mihi perſuadere. Scripſit forte Paulus, ex reſcripto Principis poſſe in tales vindicari: ejuſque ſenſum perperam reddidit Compilator. Reſcriptum vero hoc non ideo deſideratum fuiſſe videtur, ut judex imperium aliquod haberet in litigatorem poſt cauſam terminatam: quod opinatur V. C. Sc. Gentilis *ad Apul. Apolog. p. 49.* At nihil in reſcripto illo definitur de judice, qui pœnam irrogare poſſit: qui ſane ſecundum communes regulas eſſe debet talis, cui ſit jus coërcitionis. Quod ſi is, cui hæc injuria facta eſt, id non habeat, remittere hunc debet ad illum, qui id habeat: uti fit in ſpeciebus *§. 10. 11. Inſt. l. 2. §. fin. l. 2. l. 3. §. 15. D. de ſuſpect. tutorib. l. 2. §. 7. D. de offic. Præfect. Vrb.* Ut adeo illud reſcriptum nihil aliud videatur velle, quam non ſolummodo judici competere injuriarum actionem, ſecundum id, quod habuimus *hoc lib. tit. 4. §. 18.* ſed etiam conviciatorem extra ordinem poſſe coërceri. SCHVLTING.

TITVLVS XXXVI.

Poſt provocationem quid obſervandum ſit.

1. [1] Quoties poſſeſſor appellat, fructus medii temporis deponi convenit. Quod ſi petitor provocet, fructus in cauſa depoſiti eſſe non poſſunt, nec recte eorum nomine ſatisdatio poſtulatur.

INTERPRETATIO. [2] *Quoties poſt auditam cauſam* [3] *judici poſſeſſor appellat, fructus poſſeſſionis, de qua agitur, dum ſecundae audientiae eventus* [4] *in dubio eſt, merito ſequeſtrantur. Nam ſi petitor appellaverit, hoc ab eo non poteſt poſtulari: quia non poteſt ſequeſtrare quod non habet.*

2. [5] Si propter praedia urbana, vel mancipia appelletur, [6] penſiones eorum, vel mercedes, vecturae etiam, ſi de navi agatur, deponi ſolent.

1. *Quoties poſſeſſor appellat &c.*] Si poſſeſſor condemnatus appellaverit, fructus ſequeſtro deponuntur, *l. ab executione, 3 C quor. appell. non rec.* Symmachus *in epiſtolis.* *Interea conſtitutionis memor ſequeſtravi mobilia, fructusque præcepi, ne temporis uſurpatio abuteretur indebitis* Petitore condemnato huic fructuum ſequeſtrationi locus eſſe non poteſt, niſi populitentur ab adverſario, ut ait *l. imperatores, 21. §. ult. D. de app.* Sed neque quicquam eorum nomine petitor, qui appellavit, cavere debet. CVJAC. Symmachi locus exſtat *lib. X. epiſt. 46. al. 53.* ubi pro *ſequeſtravi* rectius editiones quædam habent *ſequeſtrari.*

2. *Quoties poſt auditum &c.*] Gratianus compilavit in *c. 26. quoties. 2. q. 6.* Secundam audientiam vocat judicium appellationis, quam vulgo ſecundam inſtantiam dicunt. RITTERSHVS.

3. *Judici poſſeſſor appellaverit*] *Appellare judici*, pro *a judice appellare*, ſeu *provocare*, iditioſmus eſt Aniani, quo & ſupra bis uſus eſt, *tit. 32. & 33.* Non recte igitur Gratianus: *poſt auditam cauſam judicii.* IDEM.

4. *In dubio eſt*] Gratian. *dubius eſt.* IDEM.

5. *Si propter prædia urbana, &c.*] Superior ſententia eſt de prædiis ruſticis: hæc de urbanis, & rebus mobilibus. Omnium autem harum rerum fructus ex conſtitutionibus, poſſeſſore damnato, ſequeſtrantur. CVJAC. Gratianus retulit *in d. c. 26. 2. q. 6.* RITTERSHVS.

6. *Penſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam*] Hæc omnia pro fructibus accipiuntur, *l. 29 D. de hæreditat. petition. l. 62. D. de rei vindication. l. 36. D. de uſur.* SCHVLTING.

TITV-

Digitized by G

TITVLVS XXXVII.

De Meritis Appellationum.

1. [1]Omnimodo [2]ponendum eſt, ut quoties injuſta appellatio pronuntiatur, ſumptus, quos, dum [3]ſequeretur adverſarius, impendit, reddere cogatur, [4]non ſimplos, ſed quadruplos.

INTERPRETATIO. [5]*Si quando cujuscunque appellatio injuſta pronuntiatur ſumptus, quos dum ſequeretur adverſarium ſuum compulit ſuſtinere, non in ſimplum, ſed in quadruplum ei reformare cogetur.*

1. *Omnimodo probandum eſt &c.*] Eſt hoc in cauſis appellationum proprium, ut appellator victus ſumptus victori reddat in quadruplum: Quod videtur abrogari *l. 3. C. de fruct. & lit. exp.* Antea legebatur, *Omnimodo puniendus*, alias *ponendum*: emendavi, *probandum*. CVJAC.

1. * *Omnimodo probandum eſt*] Gratian. *in c. 27. d. cauſ. 2. quæſt. 6.* legit, *omnino puniendus eſt*. q. l. teſte Cujacio, *omnimodo ponendum*. RITTERSHVS.

2. *Ponendum*] Sich. ed. *puniendum* edd. Cujacianæ omnes, & Rittershuſiana *probandum*. Ipſe tamen Cujacius fatetur, a ſua hoc eſſe emendatione: alias legi *ponendum*: hoc vero parum abit a *puniendum*. Imo & contra in *l. 45 pr. D. de jur. fiſc.* in libro Florentino legitur *ponitur* pro *punitur*: adeoque hoc retinui. Et *ponendum* expono *ſtatuendum*, *habendum*, ut apud Lucretium *lib. V.*

Democriti quod ſancta viri ſententia ponit.

Cornelius Nepos *præfation. Quæ omnia apud nos parvi momenti humilia, atque ab honeſtate remota ponuntur.* Idem *Alcibiad. cap. 3. neque ei par quiſquam in civitate ponebatur.* Et ſic alibi boni loquuntur Auctores. SCHVLT.

3. *Sequeretur adverſarius*] Mallem *ſequeretur adverſarium*, ſcilicet, ipſum ad aliud judicium abducentem: quomodo legit Interpres. Inde pecuniaria diſpendia ac ſumptus *l. 4. C. de fructib. & lit. expenſ.* (ex emendatione Cujacii *in Paratitl.*) & viatica, *l. 79. pr. D. de judic.* IDEM.

4. *Non ſimplos ſed quadruplos*] Sichar. *non ſimplum, ſed quadruplum.* Fort. leg. *non in ſimplum, ſed in quad.* RITTERSHVS. Nihil hic mutandum: ac cur, quemadmodum recte dicimus duplos fructus, & ita loquitur Paulus *hoc lib. tit. 9. §. 2.* alitque: ut vel ex Cujacio apparet *ad dict. loc.* ſic non etiam ferre poterimus *ſumptus ſimplos & quadruplos*! Ceterum hodie quidem in uſu non eſt hoc jus; non tamen id dici poteſt abrogari in *l. 3 C. de fructib & lit. expenſ.* quoniam illic de hac ſpecie non agitur. SCHVLT.

5. *Si quando cujuscunque &c.*] Referuntur hæc quod ad ſenſum in Formulis Sirmondinis *cap. 29.*

JVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM FINIS.

JVLIVS PAVLVS
INSTITVTIONVM LIBRO SECVNDO,
TITVLO DE DOTIBVS.

[1]Si [2]divortium eſt matrimonii, & hoc ſine culpa mulieris factum eſt, dos integra repetetur. Quod ſi culpa mulieris factum eſt divortium, in ſingulos liberos ſexta pars dotis a marito retinetur, usque ad mediam duntaxat partem dotis.

1. *Si divortium eſt &c.*] Hoc fragmentum hauſtum eſt ex Boëthio *in Topic. Ciceron. lib.* II. quod non alio egebit enarratore, quam Vlpiano *tit. 6. de dotib. §. 9. & ſeqq.* Eadem de re egerat olim Paulus in Sententiis *tit. de dotibus*, nec non in Reſponſis titulo *de re uxoria*, teſte Interprete Codicis Theodoſiani *ad l. 2. de dotibus.* de qua tamen nihil hodie in illis, quæ ſuperſunt, Sententiis, reperimus. SCHVLTING.

2. *Divortium eſt matrimonii*] Sumitur hic *divortium* pro diſſolutione, ac diremptione. Alibi paſſim dicitur tantum *divortium*, quod proprie prædicatur non de matrimonio, ſed de hominibus divertentibus. IDEM.

TITV-

T I T V L I

EX CORPORE VLPIANI

X X I X.

Cum Notis JACOBI CVJACII, & LVDOVICI CHARONDAE,

quibus suas quoque addidit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS.

Digitized by Google

JO. TILIVS ENG.
EMARO RANCONETO, IN MAGNO SENATV REGIS CONSILIARIO S.

Quanquam hic Domitii Vlpiani libellus, cujus te ante annos quinque participem feci, ita permultis ſcatet mendis, ut edendus minime fuiſſe videri poſſit: tamen aſſiduis amicorum efflagitationibus contra noſtram utriuſque ſententiam eum publicare hoc tempore cogor. Sperabam certe aliquando fore, ut emendatius exemplar in manus veniret, cujus ope hujus depravatio mutilatioque ſarciretur. Quod cum diu fruſtra ſperaverim, lectores boni conſulent, ſi e depravatiſſimo archetypo non peſſimum exemplar ſibi dari intelligent: præſertim nobis religioſe caventibus in hujusmodi vetuſtorum monimentorum reliquiis, ne quid detrahatur, addatur, immutetur, niſi ſe mendæ luce clariores prodant. Nolumus enim de noſtro quidquam adjici, liberumque de locis dubiis cuique judicium relinquimus, interea dum melioris codicis auxilio uti non licet. Sed quis tandem eſt, qui non corruptum librum habere malit, quam perpetuo deſiderare, in quo præſertim non pauca inveniat, tum ad juris civilis ſcientiam, tum ad humaniores literas intelligendas pertinentia? Scriptionis genus inſtitutiones quaſdam refert, quas Vlpianum ſcripſiſſe cum multæ capitum inſcriptiones in Pandectarum libris, tum Boëtius Severinus in iis Commentariis, quos ad Ciceronis Topica conſcripſit, facile oſtendunt. Ac ipſa quidem verba Vlpiani eſſe ut non dubito, ita affirmare audeo a) ἐπιτομὴν duntaxat eſſe quandam eorum, quæ Vlpianus erat multis libris perſecutus. Quod ea inſcriptio, quam antiquus codex habet, indicare videtur: TITVLI EX CORPORE VLPIANI. Adde quod hic libellus conjunctus erat ei ſatyræ, quam Alaricus Gotthorum olim rex de legibus Romanis collegerat e Theodoſiano, Hermogeniano, & Gregoriano: itemque e παρῶν libris, T. Caji Inſtitutionibus, & J. Pauli Sententiarum libris V. Quod volumen depravatum admodum ſub Theodoſiani Codicis nomine ſuperioribus annis Germani publicarunt. Alaricus enim ipſe ſua quadam præfatione, quam plerique noſtri codices manu ſcripti habent, teſtatur ex illis legibus ſe quantum uſui erat excerpſiſſe: quod etiam vel prima lectione quiſque, qui vel parum judicio valeat, facile deprehendet. Quæ omnia intra paucos

a) Ἐπιτομὴν &c.] Non hic habemus epitomen, ſed excerpta ex Vlpiani Regularum libro ſingulari: ut poſtea apparebit.

menſes a nobis emendatiſſima edentur, cum magna Theodoſiani Codicis parte, qualis olim a Theodoſio promulgatus erat, in quo veterum Imperatorum conſtitutiones longe ampliores licebit agnoſcere, quarum partim in Juſtiniano Codice corruptæ mutilæque leguntur, partim ante M. annos latuerunt. Sunt in his Græcæ aliquot, ſunt de jure fiſci & populi, ſunt de his rebus, quas in tres Codicis poſteriores libros Juſtinianus rejecit, innumeræ. Quas majore cum fructu an voluptate homines lecturi ſint, non facile dixerim. Ego vero dum eum theſaurum in gratiam juris legumque ſtudioſorum emittendum meditor, interea hunc libellum, quaſi primitias quaſdam, in tuo nomine apparere volui, propter veterem noſtram ſtudiorum conjunctionem, ut hujus editionis gratiam ſtudioſi omnes tibi ſe debere fateantur. Vale. Lutetiæ Pariſiorum. Kal. Decembr. 1549.

Sequitur V. C. Caroli Annibalis Fabroti Praefatiuncula ad Lectorem.

LECTORI.

NOTAS *ad Vlpianum ipſe Cujacius non edidit, ſed Joannes Amariton, ut conſtat ex epiſtola, quam idem præfixit editioni, quæ prodiit Tholoſæ anno* MDLIV. *Cujacius autem Amaritonis factum poſtea probavit, ut apparet ex his, quæ leguntur in fine Notarum. Ipſam nos Amaritonis epiſtolam edi curavimus, ut quod jam tum nomen Cujacii apud Juriſperitos eſſet facile intelligant omnes. Cæterum monendus es, Lector, huic editioni accedere Notas quaſdam Cujacii, quas exſcripſimus ex libro Cujaciano, * & in fine cujuſque tituli apponi juſſimus.*

*) Nos illas ſuis ſingulas locis repoſuimus, hac nota iis præfixa †.

JOAN.

Digitized by Google

JOANNES AMARITON NONETANVS
JACOBO CVJACIO JVRECONSVLTO
S. D.

VELLEM meum factum perinde abs te probari, J. Cujaci, amice magne, ut eo ipſe veræ germanæque Jurisprudentiæ ſtudioſis conſulere prodeſſeque volui. Per enim magni id æſtimarem. Nam & tibi in primis, cæteriſque Romani Juris interpretibus eruditis, quos licet plures, quam antea, paucos tamen ætas noſtra numerat, ejusque ſtudioſis placere, meque probare ſtudeo: Nam numero plures, virtute & honore minores, ut Flacci verbum uſurpem, nihil moror. Adde etiam quod Reip. cui vivimus, id utile futurum ſpero. Eo enim invitatum quæ domi erudite ſcripta & evigilata habes, te evulgaturum, & in communem utilitatem collaturum confido. Sed magna me tui de meo facto judicii ſpes tenet. Itaque ſociis meis ad bene ſperandum de Jurisprudentia, quaſi quoddam ſignum audenter effero. Cæterum ut quod mihi velim plane intelligas, de eo in his literis mihi paucis explicandum eſt. Proximis menſibus graves & arduas aliquot Juris civilis quæſtiones de uſucapionibus, de ſubſtitutionibus, de legatorum contributionibus, de dotis repetitione, deque aliis rebus non ſine tuorum & utilitate & admiratione diſputaſti. Quæ cum inexplicabiles hominibus noſtris usque antea viſæ ſint, ut ſane, quamvis in eo multa ſuperiorum temporum ingenia multum deſudarint, nunquam plane explicatæ ſunt: tu tamen (dicam libere quod ſentio) quæ in illis involuta erant evolvendo, abdita eruendo, male deſcripta & depravata corrigendo, ambigua diſtinguendo, diſſipata & diſperſa colligendo, & ut ſemel dicam, obſcuriſſima quæque illuſtrando rectèque docendo conſecutus es, ut nihil ita plane, pleneque & accurate in eo genere diſputatum ullo unquam tempore omnes, quotquot te audiverunt, & de docendi ratione judicare potuerunt, meminiſſe ſe dicerent. Atque ibi inter differendum Juris Civilis principia, non ex fæce barbariæ, ſed ex claris elegantiæ Romanæ, & ipſius Jurisprudentiæ fontibus hauriebas, exemploque tuo nobis haurienda ſignificabas. Inter alia autem Vlpiani titulos aliquot, qui ex immenſo CCXL. librorum ſui auctoris naufragio emerſere, Paulique Sententiarum libros ad docendum frequenter adhibebas. Qui cum rebus obſcuris clariſſimam lucem afferre viderentur, volui ego ſciendi ſcilicet cupidiſſimus, ut te in docendo præeuntem ſequerer, & aſſequerer, eos libros diligenter legere & examinare. Verum in illis ego multa offendi, quæ inſtitutæ lectionis curſum retinuerunt. Erant enim permulta male deſcripta, nonnulla mutila, pleraque vero etiam mihi obſcura. Itaque ad te tanquam in portum, quem libros complures veteri manu deſcriptos undique ſtudioſe conquiſiſſe ſciebam, mihi ſubito confugiendum putavi. Nam pro tua ſingulari in omnes humanitate, & quadam in me

benevolentia, quam ego diu optatam ob egregias animi tui dotes ſemper feci plurimi, adeptam vero quam potui maxime colui, multorum mihi non invitus legendorum copiam ſæpe feciſti. Quamobrem cum ego illos libros ad veterum codicum fidem, vel ex ingenio tuo emendatos a te utendos peterem, tu eos mihi ultro dediſti, neque me de tuis ad eos notis & obſervationibus celaſti: atque ita mihi quaſi proſperam navigationem reddidiſti. Acceptos itaque diu ſervavi ſtudioſeque relegi: deinde, quod mihi ut brevitate, ita etiam utilitate præſtare viderentur, Vlpiani titulos cum tuis ad eos notis typographo excudendos dedi & evulgavi. De illo jamdudum tibi coram gratias egi, de altero me tibi hac epiſtola purgare volui. Nam ne id tuum a me alienet animum metuo male, quod te non auctore modo, ſed etiam inſcio mihi donatos cum aliis communicaverim. Verum ſi tuo exemplo feci, quicquid heic feci, te mihi profecto æquum eſſe oportebit. Vt autem tu mihi, ſic ego per te multis prodeſſe volui. Sed & de referenda gratia tui nominis ſtudioſus amabiliter cogitavi. Sic enim apud me, ſi Joanni Tilio, viro doctiſſimo, deque juris ſtudioſis optime merito, qui primus eos, licet depravatos, utpote ſui exemplaris fidem religioſe ſecutus edidit, ætas noſtra magnam gratiam habuit & habebit: quid J. Cujacio caſtigatori & explanatori facturum cenſes? Nam qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo, qui primus invenit, ut Juſtiniano placet, & recte placet. Hic enim ut habeamus, ille autem ut utiliter habeamus facit. Denique ex prætorianæ cohortis numero ſocii aliquot familiaresque noſtri, J. Labittus, Cl. Mitalerius, B. Coſſius, A. Cotellus, Fabricii, Grangæique tibi noti, quos ego re integra conſulueram, id te non nolle mihi perſuaſerunt, opemque ſuam in curanda editione polliciti ſe illud præſtaturos pœna adhibita ſtipulanti mihi promiſerunt. Ne igitur mihi fraudi ſit, rogo, quod tuæ liberalitatis imitator & memor librum mihi donatum ita in communem utilitatem attuli, quaſi lumen de tuo lumine accenſum eſſet, nihilominus ut mihi luceret. Porro autem in eam tu cogitationem incumbe, ut cum alii ſuarum virtutum ſuique nominis monumenta marmoribus inſculpant: tu tuæ mentis & ſingularis eruditionis imaginem non ad exigui temporis prædicationem, ſed ad memoriam poſteritatis ſempiternam pluribus chartis expreſſam cupidæ legum juventuti relinquas. Nam ut recte quidam vaticinatur,

Pigra per has fugies ingratæ flumina Lethes:
Et meliore tui parte ſuperſtes eris.
Marmora Meſſalæ findit caprificus, & audax
Dimidios Criſpi mulio ridet equos.
At chartis nec furta nocent, nec ſæcula præſunt,
Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Vale. Toloſæ, Cal. Novemb. anno MDLIV.

DOMI-

DOMITII VLPIANI VITA,

Deſcripta a Johanne Bertrando, Præſide Tholoſano, βίοις νομικῶν, ſive de Juriſperitis, libro primo.

Domitio Vlpiano origo fuit [a] ex Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum colonia, ut ipſe ſcribit in *l. 1. D. de cenſibus.* ſic enim, non *Phœnicia*, ut vulgo, legendum recte putat Turnebus *lib. IX. Adverſar. cap. XV.* Vixit temporibus Severi, & Antonini Baſſiani, atque ad hoc tempus referenda ſunt verba ipſius in *l. 74. D. de legat. 1. Licet Imperator noſter cum patre reſcripſerit.* quæ enim ibi reſcripſiſſe patrem dicit, in *l. ſi Titio, 61. §.* [b] *Julianus* Severum reſcripſiſſe teſtatur. & de iisdem Severo & Antonino intelligi debent ejuſdem verba *l. 1. §. a præfect. 4. D. de legat. III. Quia ei quoque epiſtola D. Severi & Imperatoris noſtri jus deportandi datum eſt.* Vtrumque nominat in *l. minor 18. D. de minor. viginti quinque ann.* quæ quidem Vlpianum ſcripſiſſe Antonino Baſſiano ſolo imperante ex eo clare liquet, quod Severo Divi nomen appoſuerit; quod Imperatoribus non dabatur, [c] niſi poſt illorum obitum cum inter Deos referebantur, divina ſolemnitate, quam Herodianus deſcribit *libro III.* Sub Alexandro tamen Severo Vlpianus magno in honore fuit, & ab eo ſummas dignitates conſequutus eſt. illum enim Alexander pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente; quem ſæpe a militum ira objectu purpuræ ſummæ defendit, ut teſtatur Ælius Spartianus [d] *in Alexandro Severo.* quamobrem parentem ſuum eum vocat Alexander in *l. 4. C. de locato.* Non autem abſque cauſa ab Vlpiano milites purpuræ Imperatoriæ objectu abſtinuiſſe dictum eſt, tanto enim honore a militibus habebatur purpura, ut ab iis adoraretur, *l. 2. C. de privileg. ſchol.* & Procopius *lib. II. de bello Vandal.* ſic ſcribit: *Gilimer & Belliſarius juſſi ab his, qui Imperatoriam purpuram ſuſtinebant, Juſtinianum ſupplices adoraverunt.* quare adorandam noſtram purpuram vocat Zeno in *l. 4. C. de conſul. lib. XII.* Ideo autem a militum ira Vlpianus objectu purpuræ ſummæ ab Alexandro defenſus traditur, quod attingere hanc purpuram milites non auderent: ſed tantum qui eminentis poteſtatis erant, *l. 1. C. de apparit. præf. urb.* Alexandri etiam conſiliarius fuit, atque id eſt, quod Caſſiodorus in Chronicis ſcribit, Vlpianum aſſeſſorem inſigniſſimum ab Alexandro creatum eſſe Aniano & Maximino Conſuli-

a) *Ex Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum colonia*] Imo ex urbe Tyro in regione Syria Phœnice, quæ urbs fuit Romanorum colonia Juris Italici, ab Imp. Septimio Severo ob merita ſua hoc jure donata, *l. 1. pr. D. de cenſib.* Vnde & in nummis dicitur COL. SEPT. TYRVS METROP. *colonia Septimia Tyrus metropolis.* apud V. C. Jo. Foy-Vaillant *Numiſmat. Impp. Auguſtar. & Cæſar. in colon. municip. & urbib. jur. Lat. donat. part. 2. p. 16.* Similis fere inſcriptio in alio *p. 69.* & ſæpe mentio coloniæ Tyri metropoleos ſimpliciter *p. 150. 151. 174. 183. 234.* & alibi. SCHVLTING.

b) *Julianus*] Addi debuerat. *D. de legat. lib. II.* IDEM.

c) *Niſi poſt illorum obitum*] Tacitus *Annal. lib. XV. fin.* ita ſcribit. *Deum honor Principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit.* IDEM.

d) *In Alexandro Severo*] *cap. 51.*

e) Æl.

ſulibus, & Eutropius *lib. III.* ſimpliciter Aſſeſſorem; Aſſeſſores ſiquidem Conſiliarii appellantur in *l. penult. D. de offic. aſſeſſ.* nec eſt, quod referamus ad adſeſſuram, quam ſub Papiniano præf. prætt. geſſit, cum Papinianus ad Alexandri tempora non pervenerit, quinimo Caſſiodorus Adſeſſorem inſigniſſimum Vlpianum creatum eſſe dicit, ad differendam aliarum adſeſſurarum, quas geſſerat, ut Papiniani, vel prætoris in *l. 8. D. de manumiſſ. vindicta*, & in *l. 9. §. 3. D. quod met. cauſa geſt.* inſigniſſimi enim Adſeſſoris nomen meretur, qui conſilio Principis adſidet: quod omnium conſiliorum eſt inſigne. Neque hujus conſiliis in rerum adminiſtratione uti, Alexandro parum laudis fuit: queſn maximum fuiſſe Imperatorem, quod Vlpiani admonitionibus in republica regenda plurimum detulerit, ſcribit [a] Æl. Lampridius. Vlpiani prudentiæ, & in rebus politicis experientiæ non parvum exemplum datur ab eodem [b] Lampridio; cum enim Alexander conſtituiſſet apud ſe, omnibus officiis genus veſtium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut a veſtim dignoſcerentur, & omnibus ſervis, ut in populo poſſent agnoſci, ne quis ſeditioſus eſſet, ſimul ne ſervi ingenuis miſcerentur: hoc Vlpiano diſplicuit dicenti plurimum rixarum fore, ſi faciles homines eſſent ad injuriam. atque ejus conſilio ſatis eſſe ſtatuit, ut Equites Romani a Senatoribus clavi qualitate diſcernerentur. quod prudentiſſime ſtatutum. Sic Seneca *lib. I. de clementia cap. 24. Dicta eſt aliquando in Senatu ſententia, ut ſervos a liberis cultus diſtingueret: deinde apparuit, quantum periculum immineret, ſi ſervi noſtri numerare nos cœpiſſent.* Quod deſumptum ex Platone VI. *de legibus.* ἐπειδὴ δύσκολον, inquit, ἐξι τὸ θρέμμα ἄνθρωπος, καὶ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν διόρισιν τὸ δοῦλόν τε ἔργῳ διορίζεσθαι, καὶ ἐλεύθερον, καὶ δεσπότην, ὑδαμῶς ἔυχρηςον ἐθέλειν εἶναι τε, καὶ γίγνεσθαι: quodque apud Athenienſes uſitatum erat, ut colligitur ex Xenophonte *lib. περὶ τῆς τῶν ἀθηναίων πολιτείας.* Sed ut ad Vlpianum redeamus, fuit etiam ſacrorum ſcriniorum magiſter, auctore Sexto Rufo, & eodem [c] Lampridio: Præfectus item annonæ, ut teſtatur Alexander in *l. 4. C. de contrab. & commit. ſtipulat.* Fuit denique Præfectus prætorio: qua in præfectura Alexander cuncta ei permiſit, quæ ad adminiſtrationem Imperii pertinebant, & multa, quæ non recte a Sardanapalo facta erant, Vlpianus emendavit, auctore Dione Nicæo *in Alexandro.* Præfecturam autem ab Heliogabalo accepit, eique ſublatam Alexander reddidit, [d] ut prodit Sextus Aurelius Victor *lib. de Cæſaribus.* Ejus auditorii mentio fit ab [e] Africano in *l. Titius, 43. D. de act. empt.* & apud eum, [f] cum Præfectus prætorio eſſet, quæſitum eſt: *Si impetraſſet creditor a Cæſare, ut pignus poſſideret, idque evictum eſſet, an habeat pignoratitiam contrariam, l. 24. D. de pignorat. act.* Flavianum autem & Chreſtum interfecit, ut in præfectura eis ſuccederet. Ipſe tamen non multo poſt a prætorianis, qui de nocte eum invaſerant, interfectus eſt, quanquam accurrerat in Palatium, & ad ipſum Imperato-

rem

a) *Æl. Lampridius*] *dict. cap. 51.*

b) *Lampridio*] *cap. 27. Ex edit. Lugd. Bat.*

c) *Lampridio*] *cap. 15.*

d) *Vt prodit Sextus Aurelius Victor. lib. de Cæſarib.*] Aurelius Victor dicit quidem, Vlpianum ab Heliogabalo Prætorianis præfectum fuiſſe: at non dicit, ei hanc dignitatem ab eodem ademptam fuiſſe. Verba ejus hæc de Alexandro Severo. *Adhuc Domitium Vlpianum, quem Heliogabalus Prætorianis præfecerat, eodem honore retinens.* At alii Vlpianum ad illum honorem ab Alexandro Severo demum promotum eſſe ſcribunt: de quo plura docebit Guil. Grotius. SCHULTING.

e) *Africano*] *Lex 43. D. de alienib. empt.* eſt Paull. non Africani: & verba, quæ reſpicit Bertrandus, ſunt alicujus, qui Paulum conſulit. IDEM.

f) *Cum Præfectus Prætorio eſſet*] Id non dicitur in *cit. l. 24.* Et alias quoque dignitates Vlpianus geſſit, ut Præfecturam annonæ, *l. 4. C. de contrahend. & committend. ſtipulation.* cujus occaſione quoque jus dixit. Vidit hoc quoque G. Grotius. IDEM.

e) *Lam-*

rem matremque ejus confugerat. Sed cum adhuc Vlpianus mortuus non eſſet, populus Romanus diſſenſione orta cum prætorianis, trium dierum ſpacio dimicavit magno civitatis periculo. cum enim milites populo inferiores, infœlicique prælio ſe uſos viderent, faces undique ad incendendam urbem intulerunt: quare perterritus populus, pacem cum iis iniit. Neſcio autem, cur a Calepino Vlpianus dicatur Galliarum præfecturam habuiſſe, cum interfectus eſt: nec tamen mirum, ſi in hoc erraverit, cum Hadriani temporibus floruiſſe, & illius ſcriniis præfuiſſe dicat. Cæterum his rebus ita confectis, Epagathus, cujus præſertim ſcelere Vlpianus occiſus fuerat, in Ægyptum tanquam præfectus ejus provinciæ miſſus fuit: ne forte, ſi de eo Romæ ſupplicium ſuiſſet ſumptum, ſeditio aliqua concitaretur: atque ita in Cretam reductus condemnatus eſt, ut ſcriptum reliquit Dio, qui ejus vixit temporibus. & hoc Alexandri juſſu factum eſt, ut Vlpiani mortem ulciſceretur, quem magnopere gratum jucundumque habuit. cujus amoris præter ea, quæ recenſuimus, apud auctores extant nonnulla veſtigia. Eum enim Alexander ipſe amicum ſuum vocat in dicta *l. 4. C. de contrab. ſtipul.* quamvis ratione præfecturæ ab Imp. ſic nominatum putem. hæc enim erat formula Impp. ad præfectum urbi ſcribentium: ſic in *l. 1. D. appell.* Divi fratres Junium Ruſticum, præfectum urbi, amicum ſuum vocant. Sed ut ad Vlpianum revertamur, eum etiam nominat Alexander parentem ſuum in *l. 4. C. de locat.* Refertur præterea a [a] Lampridio, cum Alexander inter ſuos convivaretur, aut Vlpianum, aut doctos homines adhibuiſſe, ut haberet fabulas litteratas, quibus ſe recreari dicebat, & paſci, eum ſiquidem aſſiduas quæſtiones nonnunquam in viis, ambulationibus, balneis, librariorum tabernis proponere ſolitum fuiſſe tradit Athenæus [b] *lib. I. Deipnoſoph.* quare [c] vocatur ab eodem *ὀνομακλήρας*, i. *verborum obſervator.* Et quidem illud inſigne, quod neminem Alexander ſolum intra palatium præter Præfectum Vlpianum vidit, eodem [d] Lampridio auctore. Vlpianus itaque inter proceres, & principes apud Alexandrum fuit; unde Modeſtinus, Vlpiani coævus, eum *κράτιςον* appellat [e] *lib. II. excuſat.* *κράτιςος Οὐλπιανὸς ταῦτα λέγει*, i. [f] *princeps Vlpianus hæc dicit.* ſicut Homerus ſcripſit *ἀγαθὸν Διομήδην lib. XIV.* & *lib. X. ἀγαθὸν Μενέλαον.* & in epiſtolis Hippocratis, in ea Artaxerxis ad Hyſtanem præfectum Helleſponti, & in ea Hyſtanis ad Hippocratem legimus *ἀρίςους τῶν Περσαίων*, pro principibus Perſarum. ſic etiam Imperatores ab ipſis Juriſconſultis appellabantur, ut a Papiniano Severus & Antoninus in *l. Juriſperitos, 30. D. de excuſat. tut. Optimi & Maximi Principes*, & *in l. 8. D. de vacat. mun.* & a Tryphonino in *l. 39. D. de pœn.* [g] eodem modo, quo nos dicimus, *Tres-haut, & tres-puiſſant Prince*, aliquando ſeparatur *Optimi* nomen a *Maximo*, ut apud Pomponium in *l. 2. D. de orig. jur.* dicitur *Hadrianus optimus Princeps*, & Papinianus in *l. ult. D. de accuſat.* ſic ſcribit: *obſervandum eſſe optimi Principes noſtri generaliter reſcripſerunt.* & in *l. 67. §. ſi omiſſa, D. de*

a) *Lampridio*] *cap. 34.*

b) *Lib.* 1. *Deipnoſoph.*] *In arg. oper. Ex ed. Lugd. Bat.*

c) *Vocatur ab eodem ὀνομακλήρας*] Verius, ſi dixiſſet *κυριολόγος*. Vid. *loc. cit.* Non enim Vlpianus Sophiſta, verum ejus *ζηλωτὴς*: Pompejanus Philadelphenſis *ὀνομακλήρας* vocatur ab Athen. *lib.* III. *cap. 19.* Non ſatis recte etiam confunditur Vlpianus Sophiſta, cum noſtro Juriſconſulto Vlpiano. *Ex eod. edit.*

d) *Lampridio*] *cap. 31.*

e) *Lib.* II. *excuſ.*] Sell. *l. 2. §. ult. l. 4. in fin. D. de excuſ.* nec non *lib.* 1. in *l. 2. §. 5. D. qui pet. tut.*

f) *Princeps*] Malo vertere *præſtantiſſimus.* Pluribus modis reddi poteſt verbum *κράτιςος*: nec opus erat tam multa huc congeri, ac fit a Bertrando, qui in hoc eſt nimius: nec, quæ habet, omnia ad rem pertinent. SCHULTING.

g) *Eodem modo &c.*] Hæc ad ſæculum Vlpiani & Modeſtini parum faciunt: nec ad exponendam vim verbi *κράτιςος*, quod hic non de principe, ſed de viro præcipuæ dignitatis prædicatur. IDEM.

de legat. II. de Severo: *quam ſententiam optimus quoque Imperator noſter Severus ſequutus eſt.* Aliquando etiam ſeparatur *Maximi* nomen ab *Optimo*, ut apud eundem Papinianum in *l. 17. D. de quæſt. quod D. Marcus, ac poſtea Maximus princeps judicantes ſecuti ſunt.* Inde apud Latinos nomen *Optimas* tractum eſt, pro eo qui in republica primas obtinet: & apud veteres ſcriptores Gallicos dictionem illam *homme de bien* pro nobilibus & proceribus regni uſurpatam legimus: [a] ut ad dignitatem explicandam, non ad illum animi habitum, hoc verbum hic accipiendum ſit, Romanorum imitatione, qui [b] nobiles, *bonos* appellabant, eoſque plebi opponebant, ut videre eſt apud Ciceronem pro Sextio: *C. Gracchus frumentariam legem ferebat, res erat jucunda plebi, repugnabant boni.* & alibi. quod & ſenſit vulgaris interpres, qui hæc verba: κράτιστος Οὐλπιανὸς, [c] *nobiliſſimus Vlpianus*, interpretatus eſt. Et ipſe Antonius Auguſtinus in Modeſtini Latina interpretatione κράτιστος vertit *Optimus*, vim hujuſce dictionis hoc in loco attente conſideravimus. Non mirum autem eſt, quod Modeſtinus Vlpianum hoc honorificentiſſimo titulo ornaverit, tanto enim in precio ab eo Vlpianus habitus eſt, ut [d] Proconſul Modeſtinus de ultima Dalmatia eum conſuluerit, *l. ſi quis uxori, 52. §. ſi quis aſin. 20. D. de furt.* Cæterum multa inveniemus in Vlpiano laude digna: quædam tamen vituperanda. [e] quis enim in eo non damnabit Flaviani & Chreſti necem, & [f] inveteratum in Chriſtianos odium? Lactantius enim *lib. V. Inſt. cap. XI.* ſcribit, [g] ſeptem reſcripta principum collegiſſe eum in libris de Officio proconſulis, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei profiterentur. quod quidem admirationem non mediocrem nonnullis movere poteſt, cum Alexandro Imperatori nemo amicior eo fuerit: Alexandrum vero non ſolum Chriſtiani nominis non inſectatorem fuiſſe: ſed etiam Chriſtum ipſum in lario ſuo inter Deos habuiſſe & coluiſſe leginus apud Lamprid. [h] in ejus vita: ejuſque matrem Mammæam doctrinæ ſapientiæque Origenis, Chriſtiani doctoris, maxime ſtudioſam fuiſſe, apud Euſebium *lib. VI. cap. XVI. Eccleſ. Hiſtor.* ideoque veriſimile non videtur, Vlpianum tam infenſo erga Chriſtianos animo fuiſſe, quibus Alexandrum fave-

re

a) *Vt ad dignitatem explicandam, non ad illum animi habitum &c.*] Probat hæc, & plura addit V. C. Ægidius Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 16.* IDEM.

b) *Nobiles, bonos appellabant, &c.*] Imo per bonos illic intelliguntur, qui optimatium partes ſequuntur: diſtinguunturque ab hominibus humilibus, vilibus, egentibus, turbidis. Vide Car. Sigonium *de jur. civ. Romanor. lib.* II. *cap. 21.* IDEM.

c) *Nobiliſſimus*] Id nequaquam vim verbi Græci exprimit: nec video, quo modo id non diſplicuerit Menagio *dict. loc.*

d) *Proconſul Modeſtinus*] Idem repetit in vita Modeſtini. Opinionem hanc hauſit ex lectione editionis vulgatæ veteris Pandectarum in *l. 52. §. 20. D. de furt.* ubi pro illis, *ſtudioſo meo*, quæ habet codex Florentinus, legitur *Proconſuli me.* Nihil cauſæ eſt, quare non Florentinam lectionem ſequamur. IDEM.

e) *Quis enim in eo non damnabit Flaviani & Chreſti necem?*] Factum hoc negare non poſſumus; quippe quod Dion Caſſius, Vlpiani σύγχρονος, narrat. At Vlpianum illas ædes parraſſe, ut in illorum locum ſuccederet, quod ille addit, unde ille compertum habuerit, quæri poſſet. Non ſolent ſane facile homines talia indicare. Nec addit Dio, aut Xiphilinus, quales illi homines fuerint, boni & innoxii, an mali & tale quid meriti. IDEM.

f) *Inveteratum in Chriſtianos odium*] Eo multi tum temporis adverſus Chriſtianos ferebantur: quamquam ex eo, quod reſcripta Principum contra Chriſtianos collegerit Vlpianus, non ita certo id ſequatur. In libris *de Officio Proconſulis*, ubi hæc occurrebant, plurima, uti ad Grotium videbimus, Impp. reſcripta adverſus omne genus hominum cujuscumque criminis reorum edita congeſſit: ut adeo illa occaſione & quæ ad Chriſtianos pertinebant, recenſenda ipſi quoque fuerint: quamvis privato etiam odio in Chriſtianos ductum fuiſſe noſtrum Domitium prorſus nolim inficiari, adeoque id in medium relinquam. IDEM.

g) *Septem reſcripta Principum*] Imo reſcripta Principum adverſus Chriſtianos collegit *libro ſeptimo de officio Proconſulis*: de quo ad vitam Vlpiani a G. Grotio deſcriptam plura habebimus. IDEM.

h) *In ejus vita*] *Capite 29.*

a) *Sub*

Digitized by Google

re sciebat: aut si fuerit, tam aperte declarasse: cum aulici commutare vultum & sermonem ad sensum & voluntatem Principis soleant. verum admirationis nulla causa supererit, si hos libros de officio proconsulis, ante imperium Alexandri, [a] sub Heliogabalo ab Vlpiano scriptos scieverimus ex *l. observare, 4. D. de off. proconf.* ex *l. solent, 6. D. eod.* ex *l. 6. D. de legation.* permultisque aliis: quamvis Genebrardus in Chronologia contrarium sentire videatur. Praeterea non est quod credamus, Alexandrum a Christianorum persequutione omnino abstinuisse, ut quidam censent: licet forte ea crudelitate, qua alii Principes, adversus eos non saevierit. sic enim scriptum est in Martyrologio Romano: *Sancta Martina virgo Romae sub Alexandro Imperatore diversis tormentorum generibus cruciata, tandem gladio martyrii palmam adepta est.* & 6. Non. Martii: *Item Romae plurimorum sanctorum Martyrum, qui sub Alexandro Imperatore, & Vlpiano Praefecto diu cruciati, ad extremum capitali sententia damnati sunt.* nec enim hac in re constantem rationem Imperatores habuere; sub eodem enim Principe & Christiani laudabantur, & lædebantur. sic Hadrianum Lampridius in Alexandro scribit cogitasse Christo templum facere, eumque inter Deos recipere, templaque in omnibus civitatibus sine simulachris ob eam causam jussisse fieri: eum tamen in loco passionis Christi simulachrum Jovis consecrasse; Bethleemque Adonis templo prophanasse testatur Paulinus *Epist. 2. ad Severum.* Caeterum tanta fuit Vlpiani in jure civili experientia, ut ab Eutropio juris conditor appellatus sit, & a Justiniano in *novel. XCVII. c. 6.* sapientissimus, in *l. fin. C. de inst. vel substit.* disertissimus, & in *l. un. §. ne autem, 9. C. de cad. toll.* summi ingenii vir. Fuit porro Vlpianus quidam miles temporibus Gordiani, ut apparet ex inscriptione *l. VII. C. de usufr. & habitat.* fuit & Vlpianus Rhetor: sed alii a nostro. Vlpiani Basilicam Romae nominari scribit Bernardinus Rutilius. Multa de jure scripsit, in indice Justinianeo ejus libri numerantur.

Ad Edictum lib. LXXXIII.

Quorum sit mentio a Justiniano in *l. maximum vitium, 4. C. de lib. praeter.* nam de Edicto praetorio verba ejus l. intelligi debent, ut apparet ex *l. 1. D. de pecun. constit.* ex *l. si duo 16. eod. tit. & aliis*: ideoque in *l. 1. D. si quis jus dic. non obtemp.* poenam ex eo Edicto post annum non dari recte dicitur, quia praetoria est: ut in *l. 24. D. de in jus voc.* Inscriptionem autem *l. 1. D. si pars hered. pet.* quae sic se habet: *Vlpianus lib. X. ad Edictum* mendosam esse existimo, reponendumque *lib. XV.* hoc enim in libro continebantur omnes actiones, quae ad hereditatis petitionem a Praetore proponebantur, ut apparet ex legibus, quae sumptae sunt ex dicto libro Vlpiani in *tit. si pars hered. pet. & tit. de poss. hered. petit.* Tribonianus enim in sua Pandectarum compositione ordinem Vlpiani sequutus est. Hos autem ad Edictum libros [b] ante libros ad Sabinum editos fuisse cognoscitur ex *l. cum hic status, 32. §. si quis sponf. 27. D. de donat. inter vir. & uxor.* juncta cum *l. quaesitum. 9. D. de sponsal.*

Ad Sabinum lib. LI.

[a] De

a) Sub Heliogabalo] Imo sub Antonino Bassiano, sive Caracalla, filio Severi, ut liquet vel ex ipsis locis a Bertrando adductis, *l. 4. pr. l. 6. §. 3. D. de offic. Proconsul. & l. 6. D. de legationib.* aliisque plurimis. IDEM.

b Ante libros ad Sabinum editos fuisse] Hoc notatum quoque Cujacio *Observation. lib.* XI. *cap. 15.* Scripti vero libri *ad Edictum* fuere imperante eodem Antonino Caracalla, quem Vlpianus vocat Imperatorem nostrum, vel Imperatorem Antoninum; ac Severi filium fuisse indicat *l. 3. pr. l. 12 §. 1. 2. D. de minorib. l. 13. §. ult. D. de jurejurand.* ac plurimis aliis locis. Sub eodem quoque Principe composuit Vlpianus libros *ad Sabinum*, ut constat ex *l. 23. §. 1. D. de condition. indebit. l. 3. pr. l. 32. pr. D. de donationib. int. vir. & uxor.* IDEM.

Digitized by Google

[a] De Maſſurio Sabino hoc intelligendum, quemadmodum docuimus ſupra, cum de Sabino ageremus. In his libris quædam erant, quæ effugiebant legis Miſcellæ obſervationem, ut ſcribit Juſtinianus in *l. 3. C. de ind. viduit.* His autem libris totum fere jus complexus eſt. eos enim ad Sabini libros juris civilis ſcriptos puto.

Ad leges lib. XX.

Ex quorum XIII. deſumptam credo *l. 31. D. de legib.* eaque ex parte, in qua [b] leges Julia & Poppæa enarrabantur, quæ multa capita continebant. Ad quas etiam Terentius Clemens libros ſcripſit viginti. ſic enim in veteri indice Græco legitur Τερεντίε Κλήμεντος *ad leges βιβλια εἴκοσι.* ex quorum XV. & XVIII. deſumptæ ſunt *l. ſi mihi. 59. D. de legat. II.* & *l. operis 5. D. de oper. ſerv.* Hos autem libros ad leges Juliam & Papiam, imperante Commodo ab Vlpiano ſcriptos, quidam putant ex *l. 45. D. de ritu nupt.* quæ ex *lib. III. ad leg. Juliam & Papiam* deſumpta eſt; hæc verba: *ut reſcripto Imperatoris noſtri, & Divi patris ejus continetur*, ſic interpretantes; motâ *l. X. D. de in jus voc.* & *l. III. §. is plane, D. de ſuis & legit. hered.* verum hæc *l. 45.* [c] ad Impp Severum, & Antoninum ejus filium referenda eſt. [d] Quæ res nobis cauſam præbebit obiter notandi *legem verum, II. pr. D. de minor. XXV. ann.* mendoſam eſſe hoc loco: *Cæterum ex delicto in ſervitutem facto, domino adverſus eum poſt libertatem actio non competit, & hoc reſcripto Divi Severi continetur.* expungendamque dictionem, *Divi*, tanquam adulterinam. hoc enim reſcriptum eſt Alexandri Severi, quod refertur in *l. 1. C. de noxal. act.* Alexandrum autem Severum ab Vlpiano Divum appellari poſſe non putandum, cum Vlpiano Alexander ſupervixerit.

[e] Diſpu-

a) *De Maſſurio Sabino*] Edidit is Juris Civilis libros tres, quorum meminit Index Pandectis Florentinis præfixus, nec non A. Gellius *lib.* IV. *cap. 1. 2. lib.* V. *cap. 13. lib.* XI. *cap. ult.* Ad quos copioſe commentati ſunt Pomponius, Paulus & Vlpianus: idque quo ordine quiſque fecerit, intelligere licet ex librorum Sabinianorum continentia, quam adornavit Vir de Juriſprudentia eximie meritus, Jacobus Gothofredus. Vt adeo a vero alienum videatur, quod ſcribit Lampridius *Heliogabal. cap. 16.* Vlpianum hos libros ſcripſiſſe ad Sabinum, Conſularem virum, quem occidi juſſit Heliogabalus: quod notavit etiam Cujacius *Obſervation. lib.* VII. *cap. 2.* niſi quis velit, libros hoſce huic quoque Sabino inſcriptos fuiſſe. Sed prius videtur verius, & Lampridius nominis Sabini ſimilitudine in errorem fuiſſe inductus. IDEM.

b) *Leges Julia & Poppæa*] Fuere diſtinctæ leges Julia & Papia Poppæa: ac, quamvis de rebus ejuſdem generis, & plerisque iiſdem egerint: in quibuſdam tamen diverſæ fuere, ut conſtat ex Tertulliani Apologetico *cap. 4.* ubi ait. *Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Julia matrimonium contrahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem heri Severus, conſtantiſſimus Principum excluſit?* Quo pacto vero has leges illuſtraverit Vlpianus in hiſce libris, magna ex parte apparebit ex illis, quæ habet modo laudatus Jac. Gothofredus *leg. Jul. & Pap. Popp. in probatis lib. & not.* IDEM.

c) *Ad Impp. Severum, & Antoninum ejus filium*] Recte: ſub Antonino enim Caracalla hos libros compoſuit Vlpianus, ejuſque Principis ſub nomine Imperatoris Antonini, uti fuit, & Severi, tamquam fato functi, in his libris meminit *l. 9. D. de captiv. & poſtlimin.* & ſic Imperatorem noſtrum nominat, & Divum patrem *l. ult. §. 2. D. de divort. & repud.* IDEM.

d) *Quæ res nobis cauſam præbebit &c.*] Ego vero quo pacto hoc ſuperiori cohæreat non video. Recte Bertrandus in *l. 45. D. de rit. nuptiar.* intellexit Severum & Antoninum, ſub quorum poſteriori hos libros *ad leges* condidit Vlpianus, uti quoque illos *ad Edictum*; quod antea oſtendimus: ut adeo in *l. 11. pr. D. de minorib.* qui locus eſt ex libro XI. *ad Edictum*, recte dicatur Divus Severus, quippe jam fato functus: nec poſſit intelligi Alexander Severus; cum, præterquam quod is nuſquam ſimpliciter vocetur Severus; etiam diu antequam is imperaret, Vlpianus illos libros ediderit. Nec adeo reſpexit Vlpianus reſcriptum Alexandri *l. 1. C. de noxalib. actionib.* ſed aliud Imperatoris Severi eadem de re emiſſum, quo, ut & innumeris aliis, hodie caremus. Miror in ſimilem errorem incidiſſe non tantum Dionyſium Gothofredum, ſed ipſum quoque Cujacium *ad d. l. 11.* quos tamen vel verbum *Divi* ab hac ſententia deducere debuit: quando conſtat Vlpianum vivo Alexandro interfectum eſſe. Eudem quoque modo non recte Cujacius *Obſervation. lib.* VIII. *cap. 16.* & Gothofredus in *l. 11. D. de compenſationib.* quæ eſt ex Vlpiani libro XXXII. *ad Edictum*, per Divum Severum intelligunt Alexandrum Severum. IDEM.

e) *Diſ-*

[a] *Disputationum lib. X.*

Hos libros Politianus prætermisit, ad quos pertinere existimo duas illas quæstiones, quas se invenisse apud Vlpianum Justinianus ait in *l. si quis duobus, ult. C. de impub. & aliis substit.* & illa quoque de quibus idem Justinianus in *l. si plures, 6. C. de condit. insert.* Harum disputationum fit mentio in inscript. *legis in bonæ fidei, 36. D. de pecul.* Publicas fuisse disputationes ad perennem scientiam & memoriam agnoscitur ex *l. Divo Marco, 11. C. de quæst.*

[b] *Omnium tribunalium lib. X.*

in quibusdam codicibus legitur

Protribunalian Βίβλια Δέκα.

Ex libro X. nulla lex desumpta est. Tribunalia Magistratuum erant. Quæ autem appellantur *Omnia tribunalia* ab Vlpiano, *universa fora* dicuntur a Valentiniano & Martiano in novel. quam scribunt Storacio præf. præt. [c] nondum edita, & a Seneca *omnia fora lib. III. de benef. cap. VII.* Non omittemus autem, verba quædam *l. si per error. 15. D. de jurisd. omnium jud.* quæ ex *lib. II. omnium Tribunalium* desumpta est, vulgo corruptæ legi: quibus quidem restitutis verus legis sensus elicietur. Hujus itaque verba sic leguntur: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus, nihil valebit quod actum est. nec enim ferendus est, qui dicat, eos consensisse in præsidem.* Depravatio satis apparet; quomodo enim, si alius pro alio prætor fuerit aditus, videlicet peregrinus pro urbano, in præsidem consentire potuerunt? Jacobus Cujacius, vir excelsi ingenii, & judicii, pro *in præsidem* legit *in præsentem.* i. e. in prætorem, quem adierunt: ut non præsidem, sed prætorem; aditum fuisse velit, his primis legis verbis motus: *Si per errorem alius pro alio prætor fuerit aditus.* Sed hanc Cujacii conjecturam, ut verum dicam, non probo: videturque mihi membro sano remedium adhibuisse: ulcerato autem non item; dictionem enim illam *in præsidem* retinendam summopere affirmo, sed principium hujus legis paululum corruptum non dubito, [d] sicque sanandum: *Si per errorem alius pro prætore fuerit aditus,* rejecta illa dictione *alio,*

a) *Disputationum*] Hos quoque libros composuit Vlpianus Caracalla, quem vocat Imperatorem nostrum *l. 12. D. de injust. rupt. irrit. fact. testament.* & cujus meminit, ut & patris ejus, nempe, Severi *l. 74. D. de legat. lib.* 1. nec non Divi patris ejus *l. 5. §. 1. D. de public. judic.* Vocantur quoque libri *publicarum disputationum l. 11. C. de quæstionib.* ubi hodie quidem legitur *publicarum disceptationum,* quo modo & antiquæ editiones pleræque habent: at Basilienses anni CIↃ CCCC LXXXVII. exhibet *publicarum disputationum*; quod & Haloander secutus est: atque ita legendum est ex Indice, & innumeris locis Pandectarum, ubi hi libri Disputationum nomine vocantur. Tractavit ergo in his libris Vlpianus quæstiones arduas & publice ventilatas. Similes Disputationum libros XXI. edidit Claudius Tryphoninus, unde multa in Pandectas relata sunt. Venuleji quoque Saturnini libros hoc titulo exstitisse docet *l. 18. D. judicat. solv.* IDEM.

b) *Omnium tribunalium*] In Pandectis inscribuntur, *de omnibus tribunalibus.* Scripti & hi libri imperante Antonino Basiano, sive Caracalla, ut constat, ex *l. 7. §. 2. D. de suspect. tutorib.* IDEM.

c) *Nondum edita*] Jam autem edita est. *Ex ed. Lugd. Batav.*

d) *Sicque sanandum*] Non placet mihi hæc emendatio. Et in Vrbe Roma, ubi multi, imo octodecim, erant Prætores, *l. 2. §. 32. D. de origin. jur.* non difficulter evenire potuit, ut alius pro alio Prætor adiretur: at ut alius pro Prætore, verbi gratia, Ædilis, Præfectus Vrbi, non ita facile. In provinciis vero, ubi unus tantum erat Præses, nec ullus Prætor, loco Prætoris non potuit adiri Præses. Non dubito, quin vitium lateat in verbo *præsidem,* quidquid dicat Bertrandus: nec mihi displicet emendatio Cujacii *Observation. lib. I. cap. 32.* reponentis *præsentem*; nisi quis malit *Prætorem*, uti placet Fr. Hotmano *Observation. lib. IV. cap. 18.* quod tamen magis abit a verbo *præsidem.* Quod vero idem sit *præses*, & qui præsidebat, seu præerat jurisdictioni, non possum largiri Merillio, qui a Cujacio dissentit *Variant. ex Cujac. lib. III. cap. 24.* Vellem ostendisset, ubinam ita veteres

alio, quæ ab inepto quodam gloſſatore notata eſt, & addita ex *l. 2. D. de judic.* ubi Vlpianus eadem referens his verbis utitur: *aut ſi putaverunt alium eſſe prætorem pro alio &c.* quæ quidem poſtea tranſcriptorum inſcitia in textum redacta eſt. Eam autem expungendam ſatis oſtendunt, quæ ſequuntur: *Nec enim ferendus eſt, qui dicat conſenſiſſe eos in præſidem.* quæ manifeſto declarant præſidem pro prætore aditum eſſe. Et recte quidem hac in lege Vlpianus loquitur de præſide pro prætore adito: licet dicta *l. 2. de judic.* de prætore pro alio prætore adito tantum intelligenda ſit: quod hæc l. deſumpta eſt ex *libro II. de omnibus tribunalibus*, in quibus libris Vlpianus tractat de jurisdictione omnium judicum, tam urbanorum quam provincialium. *lex* vero *2. de judiciis* decerpta eſt ex *libro III.* ad Edictum, quo in libro Vlpianus de prætoris jurisdictione & edicto tantum ſcribit.

[a] Πανδεκτου *lib. X.*
[b] *Regularum lib. VII.*
[c] *Fideicommiſſorum lib. VI.*

Duobus primis libris de fideicommiſſis ſingularum rerum tractavit, *vid. l. 1. D. ad Sen. Trebell.*

[d] *Opinionum lib. VI.*

Ex quinto deſumpta eſt *lex 25. D. de adopt.* cui contraria videtur conſtitutio Gordiani in *l. 5. C. ne de ſtatu defunct.* in quarum legum conciliatione nihil rectum Gloſſa adducit. Ego Thalelæi explicationem veram puto: [e] patrem ideo apud Vlpianum movere quæſtionem non

teres loquantur, *praſes*, pro *præſidens*, vel pro eo, qui præeſt jurisdictioni in genere. Inſolens hoc: nec patiuntur præcedentia, ut quod hic dicitur, intelligatur de Præſide, qui nempe hoc nomine proprie appellatur, & provinciæ præeſt, *l. 1. D. de offic. Præſid.* SCHULTING.

a) Πανδεκτου] In edit. Batava in maxima forma male non tantum ſcriptum eſt Γανδεκτου: ſed & hæc a præcedentibus & ſequentibus ſine cauſa ſeparata. Ex libris his nihil ſupereſt, adeoque nihil de iis dicere poſſumus. At ex libro Pandectarum ſingulari eſt *l. 24. D. de reb. credit.* unde Indicem Florentinum emendandum eſſe vult G. Grotius: de quo tamen dubito. IDEM.

b) *Regularum lib. VII.*] An hi libri easdem quoque regulas continuerint, quas liber Regularum ſingularis, & ſint ſecunda quaſi editio operis Regularum; an plane diverſi, curioſæ eſt diſquiſitionis: de quo ad ipſum Vlpianum dicemus ſententiam. IDEM.

c) *Fideicommiſſorum.*] In his quoque nominat Imperatorem noſtrum cum patre, Antoninum nempe, Caracallam, cum Severo *l. 1. §. 4. D. de legat. lib.* III. *l. 26. §. 2. & 8. D. de fideicommiſſar. libertatib.* & Imperatoris noſtri Antonini meminit *l. 30. §. 11. D. dict. tit.* IDEM.

d) *Opinionum libri VI.*] Nulla in fragmentis ex his libris mentio talis Imperatoris, unde colligi poſſit, quando ſcripti ſint: nec reſcripta allegantur ita, uti paſſim Vlpiano moris eſt. Recentioris eſſe cujusdam ſcriptoris, cui hoc quoque nomen fuerit, quique ſæculo Conſtantinianeo vixerit, exiſtimat Jac. Gothofredus *ad l. 61. D. de regul. jur.* & forte Vlpiani, Rhetoris Antiocheni, cujus meminit Eunapius *Proæreſ.* ac Suidas. Stylus ſane ejus nequaquam eſt tam bonus, quam noſtri Vlpiani, qui admodum elegans eſt & concinnus. Non dico, quod & Græca habeat verba, cum id non ſine aliorum fit exemplo. In his vero libris Prudentum communes ſententiæ expoſitæ ſunt. Diſcrimen autem inter opinionem & ſententiam, quod tradit Theophilus *ad §. 8. Inſt. de jur. natural. gent. & civil.* quaſi prior eſſet tantum de re minus certa, poſterior de certa & recepta, non eſt conſtans, nec habet idoneum, quo nitatur, fundamentum: ac opinio dicitur de eo, quod vulgo eſt receptum *l. 2. D. de uſur.* & hæ ipſæ Opiniones Vlpiani ejusdem naturæ ſunt. Notavit hoc quoque Jac. Gothofredus *ad l. 58. D. de regul. jur.* IDEM.

e) *Patrem ideo apud Vlpianum &c.*] Nihil tale in Vlpiani verbis occurrit, unde id colligatur. Ideo autem pater poſt mortem filiæ non poteſt movere quæſtionem, quaſi illa non eſſet jure emancipata; quia ipſe eam emancipaverat: ac paſſus fuerat, eam quaſi jure emancipatam, adeoque matremfamilias, vivere: quod poſterius ſolum, maxime accedente temporis diuturnitate, emancipationis præſumptionem inducit, *arg. l. 1. C. de patr. poteſtat.* At in *l. 5. C. ne de ſtat. defunctor. poſt quinquenn. quærat.* nihil de patre dicitur: at in genere traditur, etiam poſt quinquennium de emancipatione juſte vel injuſte facta controverſiam moveri poſſe, de perſonis, quæ poſſint,

non posse, quia pater passus est filiam testamento heredes scribere, & sic emancipationem approbarat, & adversus factum suum venire non poterat.

[a] *De Adulteriis lib. V.*

[b] *De Appellationibus lib. IV.*

[c] *De Officio Consulis lib. III.*

[d] *Institutionum lib. II.*

Hos libros citat Severinus Boëtius *lib. II. in Top. Ciceronis*, ex quibus illa esse Joannes Tilius [e] putat, quæ nuper ejus beneficio in vulgus ex corpore Vlpiani sunt emissa.

Responsorum lib. II.

Ad hos libros pertinebat responsum Vlpiani, secundum quod Sabinæ rescripsit Alexander Imperator in *l. 4. C. de contrab. & committ. stipul.*

[f] *Ad Edictum Ædilium Curulium.*

Hos libros & sequentes, qui in indice Justinianeo reperiuntur, prætermisit Politianus.

[g] *Regularum liber singularis.*

[h] *De Censibus lib. VI.*

[i] *De Officio Proconsulis lib. X.*

In his libris [k] facile crediderim enucleasse Vlpianum tres illas difficiles & perobscuras quæstiones, quas commemorat Justinianus in *l. sanximus, 7. §. fin. C. de Senatusc. Trebell.* Libri sexti meminit *lex 1. C. de communi servo manum.* [l] In his autem libris septem rescripta Principum, quibus doceret, qua pœna afficerentur Dei veri cultores, Vlpianum collegisse supra docuimus ex Lactantio *lib. V. Div. instit. cap. XI.* Hos autem libros expunctos ex albo

possint, nihil illic occentrit. Quæ Glossa habet *ad d. l. 25.* minus abeunt a verbis Jurisconsulti, quam hæc Thalelæi conciliatio. IDEM.

a) *De adulteriis lib. V.*] Hi libri post interfectum Antoninum Caracallam scripti sunt, cum in illis is vocetur Divus *l. 13. §. 3. D. ad leg. Jul. de adulter.* IDEM.

b) *De Appellationibus lib. IV.*] In quibus meminit Imperatoris Antonini quoque, tamquam viventis *l. 5. §. 3. D. de appellationib. recipiend. vel non.* IDEM.

c) *De Officio Consulis lib. III.*] Et his in libris meminit Imperatoris, sub quo vixit, & Divi patris ejus, *l. 15. §. 3. D. de re judicat.* qui fuere Antoninus idem & Severus. IDEM.

d) *Institutionum lib. II.*] Et hos libros sub Antonino Caracalla scriptos fuisse, indicat aperte fragmentum, quod inde desumptum exstat in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 16. in fin.* ubi meminit decimæ ab illo Indictæ, de qua ad illum locum aliqua, annuente Deo, notabimus. IDEM.

e) *Putat*] Minus recte: uti ad ipsum Vlpianum videbimus. IDEM.

f) *Ad Edictum Ædilium Curulium*] Omissi hi libri sunt in Indice Florentino, ut & alii nonnulli. IDEM.

g) *Regularum liber singularis*] Hic ille ipse est, unde hi tituli decerpti sunt; ad quorum principium de illis aliqua dicemus. IDEM.

h) *De Censibus lib VI.*] Hos sub Antonino quoque Caracalla elucubratos esse constat ex *l. 1. pr. D. de censib. l. ult. pr. D. de Senatorib.* IDEM.

i) *De Officio Proconsulis lib. X.*] Hos quoque sub eodem Imperatore conditos fuisse, antea monuimus. IDEM.

k) *Facile crediderim &c.*] Cur non potius credemus illas quæstiones, quæ ad restitutionem universalis fideicommissi pertinent, ab Vlpiano tractatas fuisse in libris Fideicommissorum? IDEM.

l) *In his autem libris septem rescripta &c.*] Sic antea quoque locutus est, non recte. Ad vitam Vlpiani a G. Grotio descriptam hoc exemtum. IDEM.

m) *Exisli-*

Digitized by Google

albo cæterarum legum fuiſſe a Chriſtianis Imperatoribus [a] exiſtimat Baronius Sorantus in commentario Martyrologii: quos ego ab ipſo Juſtiniano, ſive potius Triboniano, cum reliquis Jurisconſultorum libris ſuppreſſos arbitror. Ex libro tamen tertio hæc [b] de Chriſtianis referuntur in *l. 3. §. ult. D. de Decurion.* *Eos, qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur, Divi Severus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.* ubi Alciatus corrupte exaratum putat, *DD. Severus & Antonius*, reponitque *lib. III. Diſpunct. cap. VIII. DD. Verus & Antoninus.* Hos enim exiſtimat, per reſcriptum Chriſtianorum dogma confirmaſſe, & æquales aliis in honoribus adipiſcendis conſtituiſſe, [c] propter beneficium receptum a Chriſtianis militibus in bello Marcomannico; quod tamen falſum; cum ex Julio Capitolino *in Marci Antonini vita*, Verus obiiſſet, antequam M. Antoninus Marcomannos debellaret. atque ita appareat Marcum Antoninum ſolum hoc edictum conſtituiſſe. Quod & confirmat epiſtola, quæ extat apud Juſtinum in fine ſecundæ apologiæ, quæ a M. Aurelio Antonino ſolo ad Senatum ſcripta eſt, de beneficio a Chriſtianis recepto in hoc bello. Sic Tertullianus *in Apolog. cap. 5.* *Si literæ*, inquit, *Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim Chriſtianorum forte [d] militum imbre diſcuſſam teſtantur &c.* [e] Recte itaque legitur in dicta *l. 3. DD. Severus & Antoninus*, i. e. Septimius Severus, & Antoninus Baſſianus filius, qui ſimul imperarunt, auctore Spartiano *in Severo*; de his enim loquitur Tertullianus *lib. ad Scapulam: Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Eubodeæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit usque ad mortem ejus, quem & Antoninus optime noverat lacte Chriſtiano educatus. Sed & clariſſimas fœminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & [f] teſtimonio & populo furenti in os palam reſtitit.* Quod autem Tertullianus ait: *Antoninus lacte Chriſtiano educatus*, ſic intelligendum eſt: [g] quia cum infans eſſet, colluſorem Chriſtianum habuit, ut teſtatur [h] Spartianus in ejus vita, *Septennis*, inquit, *puer*, de Antonino loquens, *cum [i] colluſorem puerum ob Judaicam reli-*

a) *Exiſtimat*] Sed id verum non eſſe inde liquet, quod in Pandectas ſatis multa ex his libris relata ſunt. IDEM.

b) *De Chriſtianis*] Quare non ſecundum verba hoc & ſimilia intelligemus de Judæis? Satis illo tempore notum erat Chriſtianorum nomen, ut vel reſcripta contra eos edita evincunt; ac diverſi tunc plane a Judæis habebantur. IDEM.

c) *Propter beneficium &c.*] An hoc beneficium Chriſtianis acceptum tulerit Imperator, non ita liquet. ſaltem Dion Caſſius, ut docet Xiphilinus, magis Mercurio & dæmonibus hoc adſcripſit. Ac ſi litteræ illæ, quas Tertullianus *in Apologetic. cap. 5.* forte exſtitiſſe indicat, vere ita ſcriptæ & vulgatæ fuerint, mirum eſſet, Dionem non dico, hujus rei nullam injeciſſe mentionem, ſed & palam aliud plane memoriæ mandaſſe. Epiſtola vero ad calcem Apologiæ ſecundæ Juſtini Martyris ab homine poſterioris ſæculi conficta eſt, ut docuere Viri Inclyti, Joſ. Scaliger *ad Euſeb. MMCLXXXIX.* Cl. Salmaſius *ad Capitol. Marc Antonin. cap 24.* Videri quoque poterunt quæ commentatur V. C. Antonius Pagi *Critic. in Annal. Baron. ad ann. CLXXIV.* IDEM.

d) *Militum imbre diſcuſſam teſtantur*] Lege, *militum impetrato imbre diſcuſſam conſtantur. Ex edit. Lugd. Bat.*

e) *Recte itaque legitur in dicta l. 3. DD. &c.*] Imo male: Antonino enim vivo hoc opus confecit Vlpianus, ex cujus libro III. exerpta eſt dicta lex: ac idem Imperator tamquam vivus memoratur ſæpius in *l. 1. D. de quæſtionib.* quæ eſt ex libro VIII. *v. §. 10. 11. 12. d. l.* adeoque in *d. l. 3.* legendum, *Divus Severus, & Antoninus*, non *Divi*, ut habet liber Florentinus. Verus autem & Antoninus vocari ſolent ab Vlpiano *Divi Fratres*, &, ſi quando expreſſe nominantur, prior Antoninus ſolet poni. SCHULTING.

f) *Teſtimonio*] Adde *exornavit &c.*] *Ex edit. Lugd. Bat.*

g) *Quia cum infans eſſet, &c.*] Id inde plane non ſequitur: & puer ille dicitur fuiſſe Judæus, non Chriſtianus. SCHULTING.

h) *Spartianus in ejus vita*] *Cap. 1. Ex edit. Lugd. Bat.*

i) *Colluſorem puerum*] Lege *colluſorem ſuum puerum. Ex cod. edit.*

k) *Neque*

Digitized by Google

religionem gravius verberatum audiſſet, [a] *neque patrem pueri, vel auctores verberum diu reſpexit.* Adnotabimus etiam obiter Vlpianum libro ſupra dicto ſcripſiſſe, Imperatores Chriſtianis non ſolum honores adipiſcendi libertatem dediſſe, ſed etiam neceſſitatem impoſuiſſe; reſpuebant enim Chriſtiani Romanos honores, neque ſibi licitum gerere putabant. Vnde Tertullianus *Apolog. cap. 45. Ecce Pythagoras apud Thurios*, [b] *Zenon apud Prienienſes tyrannidem affectant: Chriſtianus vero nec ædilitatem.* Hac de re etiam ample diſſerit *lib. de idololatria: Hinc proxime diſputatio oborta eſt, an ſervus Dei alicujus dignitatis, aut poteſtatis adminiſtrationem capiat, &c.* Quod quidem agitatum apud Chriſtianos puto, ob eam neceſſitatem honores adipiſcendi, ab Imperatoribus ipſis impoſitam,

De ſponſalibus.

[c] *De officio Præfecti urbi.*

De officio Præfecti vigilum.

[d] *De officio Curatoris reipublicæ.*

[e] *De officio Prætoris Tutelaris.*

De officio Quæſtoris.

Præter autem eos libros, qui in indice Juſtinianeo reperiuntur, in Papiniani corpus eum ſcripſiſſe Theodoſius teſtis eſt locuples [f] *in l. 1. de reſponſ. prud. Cod. Theod.* ex quibus deprompſit Tribonianus verſiculum, *Vlpianus notat, l. liberto, 31. §. 2. D. de negot. geſt.* & quæ Vlpiano tribuuntur in *l. curatores, 3. D. de adminiſtr. rerum ad civit. pertin.* [g] & in *l. ſervum, 27. D. de pignor.* Notas etiam ad Ariſtonem ſcripſiſſe [h] colligitur ex *l. Ariſto, 9. D. de jure codicill.* Item [i] ad Marcellum ex *l. tutor, 28. §. 1. de adminiſtr. tut.* Præterea compilaſſe [k] non pauca ad Minitii libros indicat inſcriptio legis *vinaria, 206. D. de verb. ſignif.*

a) Neque patrem pueri] Lege: *neque patrem ſuum, neque patrem pueri. Ex edit. Lugd. Bat.*

b) Zenon apud Prienienſes] Lege: *Zeno apud Prienenſes. Ex ead. edit.*

c) De officio Præfecti urbi] Poſt obitum Severi Imp. hic confectus eſt liber, *arg. l. 1. pr. & §. 8. & ult. D. de offic. Præfect. urb.* SCHULTING.

d) De officio Curatoris reipublicæ] Sub Antonino Caracalla hic etiam liber elaboratus eſt, *arg. l. 1. pr. & §. 3. D. de pollicitationib.* IDEM.

e) De officio Prætoris Tutelaris] Et de hoc idem dicendum eſſe arguit *l. 9. D. de excuſationib.* Atque hæc ideo plenius oſtendi, ut curioſis conſtaret, quo tempore pleraque Vlpianus ingenii ſui monumenta condiderit. Idque eo faciendum viſum eſt magis, quia plurimi hodieque Eruditi Virl Vlpiani ſcripta ad tempora Alexandri Severi referunt: quo quidem ſub Imperatore Vlpianus vel maxime floruit, ac honoribus fuit conſpicuus: at, ſi non omnia, ſaltem pleraque diu ante in litteras miſerat. IDEM.

f) In l. 1. de reſponſ. prud. Cod. Theod.] Vbi notæ Pauli & Vlpiani in Papiniani corpus factæ infirmantur; quaſi videlicet Papiniani honori officientes: ex quibus tamen, ut & Marciani ad eumdem notis, etiam ea, quæ utilia eſſent, deſumi voluit Imp. Juſtinianus *l. 1. § 6. C. de veter. jur. enucleand.* recto ſane judicio: ne honoris ſtudium veritati & utilitati officiat. IDEM.

g) Et in l. ſervum, 27. D. de pignor.] Hæc verba transferenda ſunt ad lin. ſeq. ubi lege: *ad Marcellum ex l. 27. D. de pignor. & l tutor, 28. &c.* in d. enim *l. ſervum* non ad Papinianum, ſed ad Marcellum Vlpianus notat. *Ex edit. Lugd. Bat.*

h) Colligitur ex l. Ariſto 9. &c.] Videtur in *l. 9. de jur. cod.* Vlpianus notaſſe apud Marcellum, non apud Ariſtonem. *Ex ead. edit.*

i) Ad Marcellum] Marcellus ipſe Proculianus, ad Julianum, qui Sabinianus fuit, notas ſcripſit, nec raro eum reprehendit: de quo aliqua legere eſt apud Cujacium *Obſervat. lib.* XIV. *cap. 35.* Vlpianus quoque ad Marcellum viciſſim notas edidit: vide Eund. Merillium *Obſervation. lib. 1. cap. 28.* Atque ex tali nota videntur eſſe verba finalia *l. 2 D. d diverſ. temporalib. præſcriptionib.* uti vidit quoque idem Merillius *Obſervation. lib.* VII. *cap. 18.* ubi plura de Marcello & his notis inveniri poſſunt. SCHULTING.

k) Non pauca ad Minitii &c.] Male: lex enim *vinaria, 206. de verb. ſig.* Juliani eſt, non Vlpiani. *Ex edit. Lugd. Bat.*

EJVSDEM DOMITII VLPIANI VITA,

Auctore Guilielmo Grotio de Vitis Juriſconſultorum lib. II. cap. X.

DOMITIVS VLPIANVS ortum duxit ex civitate Tyriorum, quæ in Syria Phœnice ſita eſt, ut ipſe de ſe teſtatur [a]. Sub Severo & Antonino aſſeſſor Papiniani cum Paulo fuit: ſub Antonino poſt obitum Severi [1] pleraque ſua ſcripta emiſit, hæc enim ſæpiſſime verba uſurpat, *Imperator noſter cum Divo patre ſuo reſcripſit*, ubi cum Severum Divum & patrem Imperatoris ſui vocat, neceſſe eſt eum tunc inter vivos eſſe deſiiſſe, Antoninum vero imperaſſe dicamus: meminit etiam alibi ſolius Antonini, eumque Imperatorem ſuum vocat [b]. Ab Heliogabalo in omnes bonos crudeliter ſæviente [2] in exilium miſſus videtur, ex hoc loco, *Removit & Vlpianum Juriſconſultum, ut virum bonum* [c]. Sed Alexander Severus ſimulatque ad Imperium pervenit, Vlpianum urbi reddidit, & ſummo in honore habuit, adeo ut eum conſiliis omnibus adhiberet, *Vlpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde & gratias agente; quem ſæpe a militum iræ objectu purpuræ ſummæ* (hanc enim, ut recte obſervat Bertrandus, nemini tangere fas erat) *defendit, atque ideo ſummus Imperator fuit, quod ejus conſiliis præcipue rempublicam rexit* [d]. Hinc Imperatori quam familiaris fuerit noſter Juriſconſultus vel hinc patet, quod (eodem narrante) eum ſæpiſſime conviviis adhibebat, ut inſtrueretur, ſic ſe recreari dicens & paſci: eundem quoque in Palatium ad ſe [4] cum præfecto prætorio ſolebat admittere. *Nunquam ſolum quenquam niſi præfectum ſuum vidit, & quidem Vlpianum ex aſſeſſore ſemper ſuo, cauſa Juſtitiæ ſingularis. Quum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari juſſit* [e]. Honores porro ſub Alexandro varios geſſit Vlpianus, fuit enim ſcriniorum magiſter, ut hic [5] locus docet, *Negotia & cauſas prius a ſcriniorum Principibus & doctiſſimis juriſperitis & ſibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita ad ſe referri præcepit* [f]. [6] quod forte *ad libellos parere* appel-

a) L. 1. de Cenſib. b) L. 4. de off. proceſſ. l. 3. de donat. inter vir. & ux. c) Lampr. in vita Heliog. d) Lampr. in vita Alexand. e) Lampr. d. loc. f) Lamprid. d. loc.

1. *Domitius Vlpianus*] Non confundendus cum Vlpiano Damaſceno, cujus mentio *l. 16. D. de interdict. & relegat.* Quod non monerem, niſi [illegible]rem ab aliquo hoc fieri. Ceterum vel ſola urbis patriæ diverſitas homines diverſos fuiſſe evincit. SCHVLTING.

2. *Pleraque ſcripta emiſit*] Hoc verum eſſe ex profeſſo oſtendimus ad Vlpiani vitam a Bertrando deſcriptam. IDEM.

3. *In exſilium miſſus videtur*] Id non ſatis tuto colligitur ex verbis Lampridii *Heliogabal. cap. 16.* quæ Grotius adducit. Aliud eſt *removeri*; aliud *in exſilium mitti*. IDEM.

4. *Cum præfecto*] Imo ipſe Vlpianus fuit Præfectus, eumque ab Alexandro etiam rogatum fuiſſe, cum alium adhiberet, dicit Lampridius *cap. 21.* IDEM.

5. *Locus*] *cap. 15.* ex quo tamen id non probatur. IDEM.

6. *Quod forte ad libellos parere appellat Spartianus*] Scrinia fuere quatuor, ut docet Notitia Imperii *ſection. 9.* ſcilicet, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, diſpoſitionum: quorum quidem principes cauſas tractarunt, ordinarunt, atque ita ad Imperatorem retulerunt; diverſum tamen hoc munus ab eo, quo ad [illegible]bellos quis parebat. IDEM.

1) *Suſpi-*

Digitized by Google

appellat Spartianus, dum ait, *id probant Pauli & Vlpiani præfecturæ, qui Papiniano in consilio fuerunt: ac postea cum unus ad memoriam,* (Paulus nimirum) *alter ad libellos* (nempe Vlpianus) *præmisset, statim præfecti facti sunt* [a]. Fuit & præfectus Annonæ, cujus rei locupletissimum testem habemus ipsum Imperatorem Alexandrum, cujus hæc sunt verba, *Domitius Vlpianus præfectus Annonæ, Jurisconsultus, amicus meus* [b]. Denique & præfecturam prætorii gessit, quanquam inter auctores incertum est, an hunc ipsi honorem primus tribuerit Alexander, an ab Heliogabalo datum conservaverit. Aurelius Victor posteriori sententiæ adhæret, dum ait, *Domitium Vlpianum, quem Heliogabalus prætorianis præfecerat, eodem honore retinuit* [c]. Xiphilinus e Dione narrat Vlpianum curasse, Flavianum & Chrestum interfici, ut ipse iis in præfectura succederet [d]. sed ego hanc Græci hominis [1] suspicionem a viro Justitiæ singularis, ut eum [2] Lampridius vocat, facile amoveri posse confido, si paulo attentius omnes rei circumstantias consideremus, præsertim cum apud latinos scriptores hac de re altum sit silentium. [3] Lampridius sub utro Imperatore primum præfecturam gesserit in incerto relinquit, *Paulum & Vlpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Heliogabalo alii dicunt factos, alii ab ipso. Nam & Consiliarius Alexandri, & Magister scrinii Vlpianus fuisse perhibetur* [e]. Certe & Alexander ipse Vlpianum præfectum prætorio & parentem suum appellat [f], titulo ad invidiam usque glorioso. Neque tamen propterea Bertrando concedo quæstionem de pignore evicto, cujus possessionem quis a Cæsare impetrasset, ad Vlpianum cum Præfectus esset relatam [g], nam neque illic præfecturæ fit mentio, & satis constat ex iis, quæ supra adduximus, libros ad Edictum (unde is locus excerptus est) sub Antonino Caracalla scriptos, quo tempore præfectum eum fuisse nemo dixit. Male etiam ex alio quodam loco [h] infert idem Vlpianum habuisse auditorium, (quale supra Papinianum habuisse diximus) nam nulla ibi auditorii fit mentio, sed simpliciter quæstio proponitur, & ad eam responsum Vlpiani subjicitur. Pejus etiam inde colligit Africanum meminisse Vlpiani, quia nec per ætatem potuit, ut supra demonstratum est, neque is locus est Africani, sed Pauli, ut ex inscriptione discimus. Cæterum ut in Rep. ordinanda aliquod prudentiæ civilis in Vlpiano exhibeamus exemplum, sufficit narrare quod a [4] Lampridio memoriæ proditum est: habebat in animo Alexander omnibus officiis genus vestium proprium dare, itemque omnibus servis, ne quis seditiosus esset, *sed hoc Vlpiano Pauloque displicuit, dicentibus plurimum rixarum fore, si faciles essent homines ad injurias* [i]: & merito sane, humiliores enim homines contemtui expositi fuissent, & servi de multitudine sua edocti facilius dominis numero longe minoribus violentas manus intulissent. Tandem Vlpianus noster cum exosus esset militibus, ob hanc præcipue causam, quod multa ab Heliogabalo concessa derogari fecisset, a Prætorianis nocte ipsum invadentibus (pleno enim die nihil tale audebant majestate tanti viri perterriti) in ipso pœne Imperatoris gremio interemtus est [k]. Neque tamen Epagathus tanti flagitii & suasor & promotor hanc viri optimi

a) Spart. in Pesc. Nigr. b) L. 4. C. de cons. sip. c) Vict. in vita Alex. d) e Dion. lib. LXXX. e) Lampr. in vita Alex. f) L. 4. C. locat. g) L. 24. de pign. act. h) L. 43. de act. Empt. i) Lampr. in vita Alex. k) Xiphil. e Dion. lib. LXXX.

1. *Suspicionem &c.*] Dixi aliquid ad Bertrandum. IDEM.

2. *Lampridius vocat*] *cap. 31.* Ceterum hoc argumentum, & quod a silentio Latinorum scriptorum, qui pauciſſimi hodie superstant, petitur, non sunt omni exceptione majora. IDEM.

3. *Lampridius*] *cap. 26.*

4. *Lampridio*] *cap. 27.*

optimi cædem impune diu tulit, cum enim primum Præfectus in Ægyptum missus esset, postea in Cretam reductus condemnationem non effugit. Multa hujus Vlpiani in Pandectis & Codice extant elogia, nam a Modestino (discipulo, ut videbimus, suo) inter coryphæos Jurisconsultorum refertur [a], idem *Egregius* [b], & [1] *Nobilissimus* [c], dicitur: Diocletiano vero Imperatori, *vir Prudentissimus* [d], & Justiniano *vir disertissimus* [e], item *summi ingenii vir* [f], & *sapientissimus* nominātur [g]. Scripsit autem Jurisconsultus hic [2] notas ad Papinianum [h], & ad Marcellum [i], non item ad Aristonem, ut Bertrandus, ex quodam Marcelli Aristonem referentis loco, [3] male infert [k]: neque etiam ad Minicium, est enim inscriptio, quam ille in argumentum trahit, Juliani, non Vlpiani [l]. Citatur porro hic noster a Modestino loco jam indicato, Paulo [m] item, & Macro [n]. Reliquit & alia ingenii sui monumenta, quorum in Indice hæc recensentur, ad Edictum libri octuaginta tres: ad Sabinum quinquaginta & unus: ad leges Juliam & Papiam viginti: disputationum decem: [4] de omnibus Tribunalibus, decem. Pandectarum, ut index præfert, libri decem, aut potius (ut ex inscriptione quadam constat [o]) liber singularis. Fideicommissorum libri sex: de adulteriis quinque; & ad legem Juliam de adulteriis libri duo, ut ex inscriptionibus discimus [p], videntur enim ii a superioribus diversi ex collatione inscriptionum [q]: Item de appellationibus libri quatuor: de officio Consulis tres: institutionum duo: de censibus sex: responsorum duo: & præterea singulares his titulis, de sponsalibus: de officio Præfecti urbi: de officio Præfecti vigilum, de officio curatoris Reipublicæ: de officio Prætoris tutelaris: de officio Quæstoris, quanquam hic tractatus in duos libros divisus fuisse [5] videtur [r]. His adde, ex diversis Pandectarum locis, ad Edictum Ædilium curulium libros duos [s]: ad legem Æliam Sentiam libros quatuor aut plures [t]: de officio Consularium [u], itemque excusationum [x] libros singulares. Posset sane quis ex [6] inscriptione quapiam suspicari, Vlpianum libros Digestorum quadraginta & octo scripsisse, sed recte notat Antonius Augustinus mendum in inscriptione subesse, & Juliani nomen [7] reponendum. Scribit Bertrandus aliique auctores ex loco quodam Lactantii male intellecto, Vlpianum nostrum Christiano nomini fuisse infensissimum, & septem rescripta Principum, quæ contra Christianos emanaverint, libris de officio Proconsulis inseruisse: sed ego, ut inveteratam opinionem animis eximam, id ex Lactantii loco confici posse nego, qui ex recensione Erasmi ita legitur. *Domitius de officio proconsulis, libris septem rescripta Principum nefaria collegit, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur* [y]. Hic locus ut sententiam Bertrandi juvaret, ita erat distinguendus, *Domitius de officiis procoss. libris, septem*

a) *L. 13. de Exc. Tut.* b) *L. 2. qui pet. cur.* c) *L. 4. de Excus.* d) *L. 11. C. de quæst.* e) *L. fin. C. de Inst. & sub.* f) *L. 1 §. 9. C. de cad. toll.* g) *Nov. 97.* h) *L. 31. de neg. Gest.* i) *L. 27. de pign. l. 28. de adm. & per.* k) *L. 9. de jur. Codic.* l) *L. 206. de verb. sig.* m) *L. 43. de act. Empt.* n) *L. 13. qui satisd. cog.* o) *L. 24. de reb. cred.* p) *L. 17. 19. 25. ad leg. Jul. de adult.* q) *L. 15. 16. 26.* r) *L. 3. de jurisd. om. J.* s) *L. 37. 38. de ad. Ed.* t) *L. 30. qui & aq. man.* u) *L. 25. de reb. cred.* x) *L. 7. de Excusat.* y) *Lact. divin. Inst. lib. 5. c. 11.*

1. *Nobilissimus*] Non recte verbum κράτιστος versum est in *l. 4. D. de excusationib.* de quo monitum est ad Bertrandum. IDEM.

2. *Notas ad Papinianum*] Vide dicta ad Bertrandum.

3. *Male infert*] Recurre ad notata ad Bertrandum.

4. *De omnibus tribunalibus*] In Indice, *Protribunalibus.*

5. *Videtur*] Nisi inscriptio *l. 3. D. de Jurisdict.* corrigatur ex Indice & inscriptione, *l. un. D. de offic. quæst.* IDEM.

6. *Inscriptione quapiam*] Intelligitur *l. 2. D. de loc. & itinerib. publ.* IDEM.

7. *Reponendum*] Id factum in edit. Paris. clɔ Iɔ LII IDEM.

by Google

ſeptem reſcripta P. N. collegit. [1] Sed longe aliter jam legitur, quare hoc indicat, [2] Domitium quempiam (non autem Vlpianum noſtrum) ſcripſiſſe libros ſeptem de officio Proconſulis, atque in iis collegiſſe varia reſcripta Imperatorum contra Chriſtianos, iisque totos ſeptem libros expleviſſe: nam ut ſola ſeptem reſcripta a Lactantio indicari putemus, inſtitutum auctoris vetat, qui cum toto iſto capite cruciatus Chriſtianis adhibitos & ſævitiam in eos exercitam, quantum fieri poteſt, exaggeraſſet, nunquam ſub finem capitis tam pauca reſcripta ab Impp. emiſſa, & ab aliquo in unum faſcem collecta, coronidis loco ſubjeciſſet. Plurima enim cum a ſingulis fere Imperatoribus Chriſtianorum odio conſtituta ex hiſtoriis diſcamus, plurima quoque illum, quisquis fuit, collegiſſe & in literas miſiſſe credibile eſt: quæ quidem totis ſeptem libris conſarcinandis ſufficientem præbuerunt materiam. Id autem de Vlpiano hoc noſtro intelligi non poteſt, qui libros decem de officio Proconſulis, non vero ſeptem compoſuit: neque libris ſeptem prioribus de Chriſtianorum ſuppliciis agit, ut ex locis inde adductis patet [a]: Præterea tempore Antonini Caracallæ (non autem, ut Bertrandus credi vult, Heliogabali) iſtos libros ſcriptos prædicta loca oſtendunt, quo tempore [3] Chriſtianos ad munera & honores admiſſos fuiſſe ex loco [b], qui Vlpiani eſt, libro tertio de officio Proconſulis, recte contra Alciatum [c] probat Bertrandus. Quid autem opus fuiſſet de pœnis Chriſtianorum tunc temporis ſcribere, cum Chriſtiani teſte Tertulliano extra pœnam eſſent poſiti, ut ſequentia indicant, *ſed & Clariſſimas fœminas & clariſſimos viros Severus ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & [4] teſtimonio & populo furenti in os palam reſtitit* [d]. Fuit itaque ille Domitius alius ab hoc noſtro,

a) L. 4. 6. 7. 9. de off. Procoſſ. b) L. 3. §. 3. de decur. c) Alc. lib. 3. Diſp. c. 8. d) Tert. ad Scap.

1. *Sed longe aliter jam legitur &c.*] Jam dudum Viri Eruditi viderunt, apud Lactantium legendum eſſe, *de officio Proconſulis libro ſeptimo.* Ita Petrus Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 15.* Ant. Thyſius *ad Lactant. dict. l.* qui poſterior ait ita legendum eſſe ex antiquo codice. Imo plures libros MSS. ita habere dicit V. C. Chriſt. Cellarius, qui in editione ſua Lactantii etiam id ſecutus eſt. Sic quoque habet editio Veneta anni CIↃ CCCC LXXXXVII. quod non debuerat mutari. Egit Vlpianus in libro VII. *de officio Proconſulis* de variis criminum ſpeciebus. Docent hoc fragmenta plurima, quæ inde deſumpta ſunt, *l. 1. D. ad leg. Jul. majeſtat. l. 6. D. ad leg. Jul. de vi public. l. 4. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 8. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 6. D. de leg. Jul. peculat.* nec non alia, quæ habemus in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 1. & 15.* & quidem ultimo loco quod exſtat, ex titulo eſt *de Mathematicis & Vaticinatoribus:* qua occaſione an non commodiſſime etiam de Chriſtianis agere potuit, & eorum religione, reſcriptisque contra illos? ut notavit quoque is, quem ante laudavi, Pithœus *ad d. tit. 15.* Et quamvis illis forte temporibus non ſub perſecutione, ſed in pace fuerit eccleſia Chriſtiana; reſcripta tamen contra illos, cum non eſſent abolita generaliter; ac, ſi qua eſſent pro Chriſtianis, forte ad certa tantum pertinerent loca, non mirum, ſi quæ adverſus illos eſſent emiſſa recenſuerit Vlpianus. Egi hac de re quoque in Diſſertatione *pro reſcriptis Impp. Romanor. §. 1.* IDEM.

2. *Domitium quempiam (non autem Vlpianum noſtrum) &c.*] Nihil habet Grotius, quo hoc defendat. Nec in tota antiquitate ille alius Domitius notus eſt: nec veriſimile totis libris ſeptem hoc actum eſſe. Quot reſcriptorum millia debuiſſent eſſe, quæ tot libros implerent? Et quot librorum conſcribere debuiſſet centurias de officio toto proconſulis, qui omnium implebat partes, qui Romæ jus dicebant, *l. 8. §. fin. l. 9. l. 10. pr. D. de offic. proconſul.* qui tot libros huic uni rei impendiſſet? Sed hæc quoque in eadem Diſſertatione exſecutus ſum. Ceterum nihil refert civilis ſapientiæ, qua Vlpianus excelluit, quid de Chriſtianis eorumque religione ſenſerit vel ſcripſerit Vlpianus: nec Chriſtianæ religionis, quæ firmiſſimis & inconcuſſis fundamentis innixa eſt, veritas, aut certitudo humanis judiciis ullam accipit aut amittit auctoritatem. Videmus vel hinc, quid corruptæ alicujus loci lectio poſſit efficere: adeoque quam egregie de litteris & genere humano mereantur, qui id agunt ſedulo, ut ſcriptores illi, unde doctrina & ſapientia Divina vel humana hauritur, quam emendatiſſimi legantur. IDEM.

3. *Chriſtianos*] Imo Judæos: & illo tempore ſatis notum erat Chriſtianorum nomen, contra quos etiam nominatim erant multa edita reſcripta, quæ Judæos uti non tetigerunt, ita vicißim cur quod de Judæis nominatim cautum eſt, de Chriſtianis intelligemus? IDEM.

4. *Teſtimonio*] Addendum ex Tertulliano *exornavit.* Omiſit hoc quoque Bertrandus, quem forte

ſtro, qui ſub neſcio quo Imperatore anteriore libros de officio procoſſ. ſcripſit. Alii ut Chriſtiani nominis odium huic noſtro impingant, textum in *l. 1. §. 3. de Extraord. cogn.* adducunt, ibique [1] omnes Chriſtianos ab eo impoſtores appellari volunt, ſed cum etiam inter Ethnicos fuerint exorciſtæ, de quibus illic ſermo eſt, [2] ut ex hoc Tert. loco patet, *qua conſtantia exorcizant alumnos ſuos, de idololatr.* certum inde argumentum peti non poteſt. Cæterum, ut ad Juriſconſulti noſtri ſcripta redeamus, Vlpianus [3] moderati animi fuiſſe videtur, unde plerumque mediam ſequitur viam & præfractis aliorum ſententiis temperamentum aliquod ſolet adhibere, ut diſſidentes conciliet.

hic Grotius tantum ante oculos habuit, non ipſum Tertullianum. IDEM.

1. *Omnes Chriſtianos ab eo impoſtores appellari volunt*] Ita quoque Dionyſ. Gothofredus *ad d. l. 1.* & G. Pancirolus *Theſaur. Variar. lection. lib.* II. *cap.* 149. Cl. Salmaſius *ad Achill. Tat. de Clitophont. & Leucipp. amorib. p.* 599. Mallem, & Judæos, & Chriſtianos intelligi ab Vlpiano. Vtrosque ſane exorciſmis uſos eſſe certiſſimum eſt. De Judæis id conſtat vel ex Actis Apoſtolorum *cap.* 19. *v.* 13. ac de iis plura tradit Vir Summus, Hugo Grotius, *ad Matth. cap.* 12. *verſ.* 27. De Chriſtianis res notiſſima ex patribus, Juſtino Martyre, Tertulliano, Cypriano, Origene, Minucio Felice, aliisque innumeris, etiam recentioribus. Imo & notum exorciſtarum in eccleſia munus, de quo multa habent Eccleſiaſticarum antiquitatum collectores. IDEM.

2. *Vt ex hoc Tert. loco patet &c.*] Tertulliani verba ex libro *de Idololatr. cap.* 11. non recte refert, (niſi vitium ſit typographicum) nec bene accepit Grotius. Agit is de turario, qui tus adolet: docetque, talem, ſi Chriſtianus eſſe velit, abſtinere debere ab illo munere. Verba loci hæc. *Quo ore Chriſtianus turarius, ſi per templa tranſibit, fumantes aras deſpuet, & exſufflabit, quibus ipſe proſpexit? Qua conſtantia exorcizabit* (ut Chriſtianis in more erat) *alumnos ſuos,* (intelligit dæmonas) *quibus dominum ſuam cellarium præſtat?* IDEM.

3. *Moderati animi &c.*] Quod vero de diſſenſione & æmulatione mutua Vlpiani & Pauli a nonnullis dicitur, idoneum non habet fundamentum. Nec etiam aliqua opinionum diverſitas, animorum diſſidium, aut odium æmulationemque arguit. Hac occaſione obiter noto, admodum male Juriſconſultos Celebres, quorum nomini parco, exiſtimare, Paulum in *l. 40. D. de reb. cred.* notare Vlpianum, ob id, quod ſcripſit is *l. 7. §. 5. D. de pact.* cum tamen non tantum illam quæſtionem, de qua in *d. l. 40.* agitur, illic non attingat Vlpianus; ſed tantum id tradat, quod juris eſt certiſſimi: & præterea id, quod refertur in *d. l. 40.* geſtum ſit in auditorio Papiniani, poſt cujus demum mortem, & imperante Antonino Caracalla ſolo, (interfecto fratre Geta, cujus exitium Papiniano quoque cauſa necis vel occaſio exſtitit,) Vlpianus libros ad Edictum, ex quibus eſt *d. l. 7.* vulgaverit. Quis vero a Paulo in *d. l.* intelligatur, vel quinam ab eo diſſenſerint, & an illo in conſilio fuerit etiam Vlpianus, quis nobis oſtendet? IDEM.

De

De his ipſis Titulis ex corpore Vlpiani XXIX.

hæc habet Jacobus Gothofredus *in Manuali Juris, in Bibliotheca Juris civilis Romani, capite 2. §. 3.*

VLPIANI quoque fragmenta ſeu tituli XXIX. ex corpore Vlpiani [a] ab eadem Aniani manu ſuperſunt, quæ [b] Johannes Sichardus, mox Emarus Ranconetus & Joh. Tilius Lutetiæ A. D. 1549. ediderunt, & a Cujacio Commentariis illuſtrata, qui poſtea quoque in meliorem codicem, & authenticum exemplar incidit Jacobi Tilii; vide eum *lib. XVII. Obſ. 28.* in quibus veteris juris ſtricturæ quamplurimæ ſuperſunt. Quæritur autem, ex quonam Vlpiani libro Tituli illi ſint; Neque enim ex Inſtitutionum libris deſumpti ſunt, ut arguunt eorum librorum fragmenta, quæ per Pandectas ſunt ſparſa. [c] Vero ſimile omnino ſumptos e libro ſeu corpore Regularum (& ita Cujacius quoque prodidit *XIII. Obſ. 16. XVII. Obſ. 28. XIX. Obſ. 30.* itemque Pet. Pithœus) ut docet *lex 17. π. de teſtibus*, quæ [d] totidem verbis repetita extat *tit. 20. fragm. Vlpiani §. 5.* ex quo Vlpiani libro Regularum nonnullos alios locos ſuppeditat Collatio legum Moſaïcarum (de quo vide Petrum Pithœum *ad tit. 2. Collationis, pag. 133.*) itemque [e] Boëthius *ad Topica Ciceronis.*

a) *Ab eadem Aniani manu*] Id non ita certum: & forte magis ab alia, de quo ad ipſum Vlpianum diſputabimus. SCHULTING.

b) *Johannes Sichardus*] Imo primus Joh. Tilius edidit, uti ejus epiſtola dedicatoria ſatis indicat. Nec etiam in illis, quæ Joh. Sichardus edidit ad calcem Codicis Theodoſiani, juris veteris reliquiis hi tituli comparent. Miror Virum hunc Doctiſſimum & hic, & alibi hoc ſcripſiſſe. IDEM.

c) *Vero ſimile omnino ſumptos &c.*] Certum eſt, eos ſumptos eſſe ex Vlpiani libro Regularum ſingulari: ac hoc quoque ſcribit Cujacius *Obſervat. lib.* XVII. *cap. 28. & lib.* XIX. *cap. 30.* nec non Petrus Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 2.* de quo ad Vlpianum dicemus. IDEM.

d) *Totidem verbis*] Id verum non plane eſſe patebit conferenti. IDEM.

e) *Boëthius*] Is quidem Vlpiani libros Inſtitutionum laudat: hunc vero nuſquam. IDEM.

Digitized by Google

TITVLI EX CORPORE VLPIANI.

TITVLVS I.

De Legibus & Moribus.

1. *Imper-*

L. TITVLI EX CORPORE VLPIANI] Hæc inscriptio a me retenta est, cum in libro veteri exstet, teste Joh. Tilio, fitque, uti videtur, ab eo, qui ex Vlpiano hæc excerpsit. adde quod rei non male conveniat, quando hic non tam opus integrum, quam ex eo titulos aliquot habemus. Adeoque nolui scribi, *Tituli ex Corpore Regularum Vlp.* cum edit. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. nec ita edere, *Vlpiani Regularum liber singularis*; quo modo habet editio Paris. anni clɔ Iɔ LXXXVI. Alioquin, quamvis olim id dubium fuerit, hodie tamen certissimum est, ex illo Vlpiani libro singulari Regularum hæc esse desumpta, non tantum ex *l. 17. D. de testib.* quæ hausta est ex *tit. 20. §. 3. & seqq.* recisis tamen nonnullis: sed & ex Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 6.* ubi quædam leguntur, quæ hic habemus *tit. 5.* nec non *tit. nlt.* ubi ex hoc libro quædam adducuntur, quæ hic reperiuntur *tit. 26.* Ceterum Regulæ hic sunt breves positiones, vel enunciationes, quibus, quid quaque de re juris sit, breviter enarratur, *l. 1. D. de regul. jur.* quales libros veterum multi composuerunt, Neratius Priscus quindecim: Pomponius unum: Cervidius Scævola quatuor: Cajus unum: Paulus septem, & singularem: Marcianus quinque: Modestinus decem: Licinius Rufinus duodecim: Vlpianus noster, uti diximus de Paulo, libros septem, & librum singularem. An vero iisdem de rebus in utroque opere egerit, an de diversis, non satis constat. Prius tamen inde posset colligi, quod de statuliberis, de quibus agit *tit. 2.* aliqua tradiderit & Regularum lib. IV. *conf. l 16 D. de statuliber.* Sic de impensis in res dotales factis habet quædam *tit. 6. §. 14. & seqq.* ac *l. 14. D. de impens. in res dotal. fact.* quæ est ex Regularum libro V. Similia *tit. 22. §. 20. junct. l. 2. D. de liber. & postum.* ut & *tit. 22. junct. l. 23. l. 30. D. de heredib. instituend.* Unde videri posset Domitius noster post priorem libri singularis Regularum editionem deinde uberius septem libris regulas tradidisse. Scripsit vero hunc librum Vlpianus imperante Caracalla, ut constat ex *tit. 17. §. 2.* ubi aliqua de eo dicemus. Superest vero inde quoque insigne fragmentum in *l. 25. D. de obligationib. & actionib.* aliudque ex titulo *de injuriis* in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 2.* Ut ita videri possit in hoc libello de potissimis juris capitibus breviter quædam proposuisse Vlpianus. Præterea ex illa Collatione, ut & ex aliis liquet, veteres Jurisconsultos libros suos in titulos distribuisse: quod & in hoc libro fecit Vlpianus, (de quo id minus recte negavit Cujacius ad *tit. 27. §. nlt.*) & Paulus in Sententiis, ad quarum initium hac de re ex professo egimus. Quod tamen in notis ad Paulum sæpe vidimus, non respondere titulis illa, quæ sub iis erant posita, id hic quoque plus semel occurret. Hæc vero excerpta (ita enim dicenda sunt, non epitome) Anianо quoque deberi, cum aliis existimat V. C. Jac. Gothofredus *in Manual.* ac testatur Joh. Tilius, hunc libellum conjunctum fuisse cl satyræ, quam Alaricus Rex olim ex legibus Romanis collegerat. Anianus tamen *in Interpretation. l. un. Cod. Theod. de respons. prudent.* tradit quidem, se quædam elegisse ex Cajo, Papiano, (pro *Papiniano*, ex quo tamen hodie ab illa manu nihil habemus) & Paulo, quæ necessaria causis temporum præsentium videbantur: at nihil illic de Vlpiano: Nec quæ hic habemus, præter unicum fragmentum, barbaram istam manum ita redolent, ut illa, quæ ex Cajo præcipue, nec non interdum quæ ex Paulo supersunt: at longe sunt puriora, elegantiora, & magis genuinam antiquitatem referentia. Sed hæc de hoc libello hactenus. SCHVLTING.

2. *De Legibus & Moribus*] Editiones antiquæ hic variant. Antiquissimæ habent primo loco id, quod de moribus hic traditur §. 4. (quod tamen omisit Charondas) tunc subjicitur titulorum omnium index: ac dein titulus *de libertis*, sub quo ea habentur quæ hic leguntur *§. 5. 6. 7. 8. 9.* tunc illa sequuntur *in §. 1. prohibet* (vel, *qua prohibet*) *exceptis quibusdam cognatis: et, si plus &c.* usque ad verba *ex prima lege.* Tum porro illa ex *§. 10. hodie autem &c.* quod servatum quoque in edd. cum notis Cujacii, etiam ea, quæ a Fabroto est curata. Sed quis credat tam confuse hæc tradidisse Vlpianum? & ipse Cujacius in ed. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. ita edidit duos primos titulos, uti hic nos repræsentavimus; ac *Observation. lib. XIX. cap. 30.* de eo quoque pluribus agit. Idque servatum in edd. Paris. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. nec non a Julio Pacio. D. Gothofredus vero unum tantum titulum fecit *de legibus, & moribus, & de libertis.* IDEM.

3. *Impor-*

1. [a] *Imperfecta lex eſt, veluti Cincia, quae ſupra certum modum donari* [b] prohibet, [c] exceptis quibuſdam cognatis: [d] &, ſi plus donatum ſit, [e] non reſcindit.

2. [f] Mi-

3. *Imperfecta lex eſt, veluti Cincia, quæ ſupra certum modum donari*] Hæc verba non extant in edd. antiquiſſimis: nec ita, quæ habent notas Cujacii, etiam recentiſſimis. Verum ſic tamen edidit Cujacius Lugd. cIↃ IↃ LXVI. quod retentum in Genev. & Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. ac a Pacio & Gothofredo. In Pariſ. tamen alia eſt litterarum forma: ac in margine notatum, hoc modo indicari, id eſſe ſupplementum lacunæ in exemplari authentico. Vnde & ego hoc ſequendum exiſtimavi, ac hæc a genuinis Vlpiani verbis diſtinxi. Valde autem verſimile eſt, quod vult Cujacius *dict. lib.* XIX. *c.* 30. Vlpianum primo dediſſe legis definitionem, ac de lege perfecta, imperfecta, & minus quam perfecta ita fere ſcripſiſſe. *Lex eſt aut perfecta, aut imperfecta, aut minus quam perfecta. Perfecta lex eſt, veluti Ælia Sentia, quæ vetat aliquid fieri, &, ſi factum ſit, reſcindit. Imperfecta lex eſt, veluti Cincia &c.* Quod vero Vir Summus exiſtimat, hoc legum diſcrimen ſublatum eſſe per *l.* 5. *C. de legib.* quæ vult, omne, quod fit contra legem, eſſe ipſo jure nullum, id vix eſt, ut ſemper procedat. Sæpe quoque ex rei ipſius reſciſſione aut inhibitione per legem, non levia emergunt incommoda: ac ſatius eſt remedia tantum dari reſciſſoria, vel ſub pœna quid prohiberi, quod ultimum eſt legis minus quam perfectæ. Sed de re illa ex profeſſo diſputat V. C. Arn. Vinnius *Selectar. Quæſtion. lib.* I. *cap.* 1. Legem vero hanc Cinciam, quam muneralem vocat Feſtus: & docet, Plautum ita locutum eſſe, illuſtravit Paulus libro ſingulari, ex quo hodie unicum tantum ſupereſt fragmentum *l.* 29. *D. de legib.* Suo tempore antiquatam fuiſſe ſcribit Imp. Juſtinianus *Novell.* CLXII. *cap.* 1. (ubi pro Σεντία legendum eſſe Κοντία monet Cujacius. Ego autem mallem Κηνία) Varia autem legis ejus fuere capita: unum, ne quis ob cauſam orandam donum munuſve acciperet, cujus meminit Cicero *ad Attic. lib.* 1. *epiſt. ult.* Tacitus *Annal. lib.* XI. *cap.* 5. & *lib.* XIII. *cap.* 42. aliique: quod jam tempore Claudii vigorem magna ex parte amiſiſſe, & licuiſſe ad certum modum capere, certum eſt ex Tacito *d. lib.* XI. *cap.* 5. & *l.* 1. §. 12. *D. de extraordinar. cognitionib.* Alterum fuit, ut ad donationem traditio vel emancipatio adhiberetur: de quo aliqua habuimus ad Cajum *Inſt. lib.* 1. *tit.* 6. §. 3. & ad Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit.* 11. §. 4. Tertium, ne ultra certum modum donaretur & pro cujuſque arbitrio, de quo hic ſermo eſt. Quæ omnia diverſis temporibus & occaſionibus ſublata fuiſſe videntur. Non poteſt vero capitis poſtremi abrogatio adſcribi Conſtantio Chloro; uti volebat Gul. Ranchinus *Variar. Lection. lib.* 11. *cap.* 7. ex eo, quod is conſtituerit, ut donationes actis inſinuarentur, teſte ipſius filio, Conſtantino Magno *l.* 1. *Cod. Theod. de ſponſalib.* Ac, quod Ranchinus putat, etiam eo ipſo cautum fuiſſe, ut ultra modum lege Cincia definitum liceret donare, id nihil habet quo nitatur. imo nihil eſt, unde colligas, id caput tum temporis etiam uſu viguiſſe. Conſtantius vero hoc conſtituto, ut donationes omnes eſſent inſinuandæ, refrenavit eas aliqua ratione potius, quam laxavit; ut notat Eruditiſſimus Jac. Gothofredus *ad d. l.* 1. *Cod. Theod.* Nec quod vult V. C. Frid. Brummerus *ad leg. Cinc. cap.* 12. a Theodoſio & Valentiniano ſublatum eſſe hoc caput per *l. ult. Cod. Theod. de ſponſalib.* ex illa l. recte colligitur: quoniam illa l. de donationibus tantum ante nuptias agit; docetque, quænam ſint inſinuandæ, quænam non. Vt hoc proinde in incerto ſit, quando, & a quo hoc caput ſit ſublatum: quamvis jure novo id in uſu non eſſe ſit apertiſſimum. Arnobius vero quod ſcribit, non amplius hanc legem ſuo tempore curatam fuiſſe *adverſ. gent. lib.* II. *p.* 91. id ad hoc quoque caput forte ſpectavit: de tota autem lege id verum non fuit, quando ad Juſtiniani uſque tempora mancipatio in donationibus duravit, *v. l. ult. C. de donationib.* IDEM.

4. *Prohibet*] *L. non dubium eſt,* 5. *C. de legib. No. Th. ne cur. prad. alt. cond.* Macrob. *in Som. Scip. ad finem, inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna ſanctitur.* CVJACIVS.

5. *Exceptis quibuſdam cognatis*] Reſpicit huc Servius ad hunc Virgilii locum *Æneid. lib.* VI. *v.* 610.

Aut qui divitiis ſoli incubuere repertis,
Nec partem poſuere ſuis.

ubi ita commentatur. *Suis, id eſt, cognatis, affinibus: hac enim fuerat apud majores donandi ratio, non profuſa paſſim.* Quam parum vero uſitatæ fuerint olim donationes apud Romanos, etiam in perſonas conjunctas, oſtendit Polybius in *Excerpt. Peireſcian. p.* 154. Quænam autem iſtæ perſonæ conjunctæ fuerunt? An eædem, a quibus accipere licet ex lege Julia repetundarum, ſobrini & propiore gradu cognati? *l.* 1. §. 1. *D. de leg. Jul. repetundar.* circa quos & alibi veteres ſingularia jura conſtituerunt. Exempla *tit.* 16. §. 1. *l.* 5. *pr. D. injur.* Et hos cognatos quoque mulieres oſculo excipere debebant olim, teſte Polybio *lib.* VI. apud Athenæum *Deipnoſophiſt. lib.* X. *p.* 440. Sed id non definio. SCHVLTING.

6. *Et, ſi plus donatum ſit, non reſcindit*] Modus per hanc legem donationi datus intelligi videtur in *l.* 21. §. 1. *l.* 24. *D. de donationib.* ſive ratio, *l.* 9. §. 1. *D. eod. tit.* ſumma quantitatis, *l.* 23. *D. eod. tit.* & legitimus modus, *l.* 5. §. 2. & 5. *D. de dol. mal. & met. exception.* Vnde & donatio immodica, *l.* 21. §. 1. *D. de donationib.* & *in infinitum donare*, apud Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit.* 11. §. *ult.* Quis vero fuerit hic modus, nec in jure, nec alibi, quod ſciam, reperitur: ac forte juris Juſtinianei compoſitores noluerunt mentionem ejus, tamquam antiquati, in illo exſtare. Nihil cauſæ eſt, ut credamus fuiſſe ducentorum aureo-

Digitized by Google

2. [1]Minus quam perfecta lex eſt, quae vetat aliquid fieri, [2]&, ſi factum ſit, non reſcindit: ſed poenam injungit ei, qui contra legem fecit: qualis eſt lex Furia teſtamentaria, quae plus quam [3]mille aſſium legatum, mortiſve cauſa [4]prohibet capere, [5]praeter exceptas perſonas: & adverſus eum, qui plus ceperit, [6]quadrupli poenam conſtituit.

3. [7]Lex aut [8]rogatur, id eſt, fertur: aut abrogatur, id eſt, prior lex tol-

rum, ſeu viginti ſeſtertiorum, ob *l. 34. C. de donationib.* quid enim ex eo, quod haec ſumma ab Imperatoribus poſterioribus juſſa eſt inſinuari, colligi poteſt de legis antiquae diſpoſitione de longe alia re? Non dico, quod Plinius donationes longe majores a ſe factas fuiſſe teſtetur, etiam extraneis perſonis, veluti quadraginta millium *lib.* VI. *epiſt. 32.* quinquaginta millium *lib.* VI. *epiſt. 32.* & centum *lib.* II. *epiſt. 4.* ducentorum *lib.* VII. *epiſt. 14.* & trecentorum donationem offert *lib.* I. *epiſt. 19.* Hoc, ut & multa alia donationum majorum exempla apud alios, non allego; quia potuerunt eſſe vel ultra quantitatem definitam lege Cincia: poſt quam latam etiam Romanorum divitiae maximum acceperunt incrementum. Quod autem Fr. Hotmanus *Diſputation. de donationib. cap. 9. & ad l. 34. C. de donationib.* putavit, donationem ultra dodrantem bonorum lege Cincia fuiſſe vetitam, nullo argumento niti recte notavit is, qui de hac lege erudite ſcripſit, Frid. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 12.* IDEM.

7. *Non reſcindit*] Adeoque tota donatio ipſo jure erat valida. Perfecta fuit haec in parte Juſtiniani conſtitutio circa donationes ultra trecentos primo, dein ultra quingentos aureos non inſinuatas *l. 34. l. 36. §. ult. C. de donation.* Verum quod legi defuit, juriſdictione a Magiſtratibus aliquatenus ſuppletum eſt, data exceptione ei, qui conveniebatur ex ſua liberalitate ultra modum a lege definitum, *l. 21. §. 1. l. 24. D. de donationib. l. 5. §. 2. & 3. D. de dol. mal. & met. exception.* quae exceptio etiam fidejuſſori prodeſt, *d. l. 24. D. de donationib.* nec non prodita actione reſciſſoria, per quam reſcinderetur, quod ultra modum donatum erat, *d. l. 21. §. 1. D. eod. tit.* Quibus remediis opus non fuiſſet, ſi, quod ultra modum donatum erat, ipſa lege Cincia reſciſſum fuiſſet. Adeoque probandum non eſt, quod cum aliis Viris Eruditis exiſtimat Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 12.* donationem tantum pro parte, quae modum excedebat, per legem fuiſſe reſciſſam. Quod ſi fuiſſet verum, lex non imperfecta, verum perfecta fuiſſet; nec enim ut quod intra modum erat, reſcinderetur, ulla erat ratio. IDEM.

8 *Minus quam perfecta lex eſt, &c.*] Accurate loquitur Juriſconſultus ſuo more: non enim imperfecta eſt, tantum vetando: ſed minus a perfectione abeſt, non tamen plane perfecta. Valde vero a perfectione abfuit lex Valeria, quae auctore Livio *lib.* X. *cap. 9.* cum vetaret civem Romanum, qui provocaret, virgis caedi, ſecurive necari, id tantummodo adjecit, ſi quis adverſus ea feciſſet, *improbe factum*, vel, ut legit V. C. Joh. Fred. Gronovius) *facturum.* IDEM.

9. *Et, ſi factum ſit, non reſcindit*] Quod ſaepe quoque non caret ratione: & ex rei ipſius reſciſſione difficultates quoque oriri poſſunt. Ita nuptiae intra annum luctus poenis coercentur variis *l 2. C. de ſecund. nupt.* at non ſunt nullae. Exempla alia *inf. tit. 16. §. 2. l. 29. §. 1. D. l. 9. C. ad leg. Jul. de adulter.* IDEM.

10. *Mille aſſium*] Cujacius *Obſervation. lib.* XIX. *cap. 31.* exiſtimat, in lege ſcriptum fuiſſe *mille aris.* quomodo Varro de *ling. Latin, lib.* VIII. *p. 118.* dicit *mille aris legaſſe.* ubi docet, *as* de aſſe ſaepe dici. Pondus vero aſſium valde pro temporibus varlavit, ut conſtat ex Plinio *Natural. Hiſtor. & lib.* XXXIII. *cap. 3.* IDEM.

11. *Prohibet capere*] Lex ergo haec non tam adverſus teſtatores, quam legatarios directa fuit. & ſic loquitur quoque Ulpianus *tit. 22. §. 2* quamvis aliud dicat Theophilus *ad pr. Inſt. de leg. Falcid.* ad quem locum V. C. Car. Annibal Fabrotus ſuſpectum habet fragmentum, quod adſcribitur Varroni e *libro* III. *de vit. pop. Rom.* & exſtare dicitur apud L. Calpurnium Piſonem *lib.* II. *de continentia veter. poetar.* his verbis. *Plebiſque ſcito cautum, ne quis legaret, cauſave mortis donaret ſupra aſſes mille.* De quo melius judicari poſſet, ſi hunc librum haberemus. Potuit tamen fieri, ut & legari vetuerit, & etiam capi. IDEM.

12. *Praeter exceptas perſonas*] Ut inf. *tit. 22.* His autem ſimilia Th. ſcripſit *in tit. de leg. Falc.* CVJAC. Eaſdem forte perſonas, quas excepit lex Cincia. *§. prae.*

13. *Quadrupli poenam*] Adeoque eamdem, quam manifeſtis furibus edictum Praetoris propoſuit.

14. *Lex aut rogatur*] De legis rogandae forma dixi alio loco. non minor autem ſolennitas in ea abroganda requirebatur. Nam populus rogabatur vellet jubaret eam legem tolli. CHARONDAS. De modo legis ſcribendae, promulgandae, rogandae, aliiſque eo pertinentibus fuſe egere Paul. Manutius *de legibus cap. 34. & ſeq.* Fr. Hotmanus *Antiquitat. Romanar lib.* II. *cap.* XI.

15. *Rogatur, id eſt, fertur*] Quod fit a magiſtratu, Populus vel plebs jubet. Adeoque non ſatis Latine dicitur plebs Romana legem Aquiliam tuliſſe §. 15. *Inſt. de leg. Aquil.* quod notat modo laudatus Joh. Fred. Gronovius *ad Liv. lib. X. cap. 23.* SCHULT.

16. De-

tollitur: aut [16] derogatur, [17] id eſt, pars [18] primae legis tollitur: aut ſubrogatur, id eſt, adjicitur aliquid primae legi: aut [19] obrogatur, id eſt, mutatur aliquid ex prima lege.

4. [20] Mores ſunt tacitus conſenſus populi longa conſuetudine inveteratus.

TITVLVS

[21] *De Libertis.*

5. [22] Libertorum genera ſunt tria, cives Romani, Latini Juniani, dediticiorum numero.

6. [23] Cives Romani ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, [24] nullo jure impediente, manumiſſi ſunt.

7. [25] Vindicta manumittuntur [26] apud magiſtratum, velut Praetorem, Conſulem, Proconſulem.

8. [27] Cen-

16. *Derogatur, id eſt, &c.*] Feſtus tamen *in verb. obſonitavere* dixit *derogari* pro *abrogari*.

17. *Id eſt, pars prima tollitur*] Legendum opinor, *Pars prima legis tollitur*, ut *derogare* ſit partem primae legi detrahere, *l. derogatur, 102. de verb. ſign.* quod etiam *exrogare* eſt, auctore Sex. Pompejo. *Obrogare*, legem primam alia lege lata aliqua ex parte commutare, quod M. Tullius his verbis complexus eſt. *Deinde indigium de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliqua ex parte commutari*, id eſt, ut & ipſe loquitur aliis in locis, *legi obrogari*. CVJAC.

18. *Primae legis*] Ita edidit quoque L. Charondas, qui hos titulos ſe ad MS. Phil. Gervaſii dicit reſtituiſſe: quod & Cujacio placuit. SCHVLTING.

19. *Obrogatur, id eſt, &c.*] Feſtus *v. obrogare* aliter dixit. *Obrogare eſt legis priori infirmanda cauſa legem aliam ferre.* Vt adeo non ſemper eodem modo ſint locuti veteres. Accurate tamen hic Vlpianus diſtinxit, tamquam Juriſconſultus, & proprietatis verborum ſtudioſus. IDEM.

20. *Mores ſunt tacitus &c.*] De moribus & jure non ſcripto agit Imperator §. 9. *Inſt. de jur. natural. gent. & civil.* & ad illum copioſe Interpretes.

21. *De Libertis*] Haec a prioribus diſtinxi quidem: at circa numeros tituli & paragraphorum nihil mutavi; ne haec editio a vulgatis in hiſce diſcreparet, ejusque uſus ſtudioſis eſſet difficilior. Dubitare quis poſſet, an non Vlpianus ſcripſiſſet *de Libertinis*: & mox *Libertinorum*: quia *libertini* frequentius dicuntur homines ex ſervitute manumiſſi: & *liberti*, quando de patronis ſimul eſt ſermo, vel ad eos ſaltem reſpicitur. Perperam tamen id eſſe non affirmo. SCHVLTING.

22. *Libertorum genera ſunt tria*] Quanquam haec Libertinorum differentia novo jure ſublata eſt: digna tamen mihi videtur, quam intelligere Juriſconſultus debeat, tum propter juris antiqui cognitionem, tum propter veterum J. C. reſponſa in Pandectas relata. CHARON D. De his quoque Cajus egit *Inſtit. lib. 1. tit. 1.* ad quem multa ſatis Interpretes congeſſere. Nec diſcrimen inter libertinos ſuſtulit Antoninus Caracalla, communicata cum omnibus, qui in orbe Romano ſunt, civitate Romana: id enim ad ſolos ingenuos pertinuiſſe, vel inde liquet, quod in Codice Theodoſiano etiam occurrant Latini *l. 1. de hereditat. petition. l. 1. de rap. virgin. & viduar.* Et in uſu eos ſuo tempore fuiſſe docet Salvianus *adverſus avaritiam* ſive *ad Eccleſiam lib.* III. ac ipſe Imperator Juſtinianus §. *ult Inſt. de libertin.* dum dicit, Latinorum nomen non fuiſſe frequentatum, ſatis innuit id jus non in totum abolitum fuiſſe. Imo ne quidem dediticii, etſi in uſu eſſe diſiiſſent, ipſo jure ſublati erant. Vnde & huic Imperatori viſum utramque illam inferiorem libertatem improbare *l. un. C. de dediticiis. libertat. tollend. & l. 1. C. de Latin. libertat. tollend.* SCHVLTING.

23. *Cives Romani &c.*] Hos manumittendi modos civiles & legitimos appellat Theophilus, quod legibus & jure Romano inſtituti civitatem eum libertate tribuerent. CHARON D. De illis Salvianus libro antea citato ita ſcribit. *In uſu quotidiano eſt, ut ſervi, etſi non optima, certe non improba ſervitutis, Romana a dominis libertate donentur: in qua ſcilicet & proprietatem peculii capiunt, & jus teſtamentarium conſequuntur: ideoque & viventes cui volunt res ſuas tradant, & morientes donatione tranſcribant.* SCHVLTING.

24. *Nullo jure impediente*] Nec lege Aelia Sentia, nec Fufia Caninia, de quibus in ſequentibus.

25. *Vindicta*] Vindicta erat virgula quaedam, a Vindicio forte, vel vindicando dicta, quam lictor manumittendi ſervi capiti imponens ipſum (ut ait Boetius) in libertatem vindicabat, ſolennia quaedam verba pronuncians. Vetus autem mos fuit, ut qui manumit-

8. [27] Censu manumittebantur [28] olim, qui lustrali censu [29] Romae, [30] jussu dominorum, inter cives Romanos censum profitebantur.

9. [31] Vt testamento manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum facit, [32] quae confirmat [33] quod datum legatum est. * * * * *

10. * * [34] Hodie autem ipso jure liberi sunt [35] ex lege Junia, qua lege Latini sunt nominati inter amicos manumissi.

11. De-

manumittebatur, impositâ ejus capiti manu, verteretur a domino. Illius meminit Arrianus *lib.* II. *cap.* 3. *de Epictet. dissertationib.* Persius,

Verteris hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama.

Sed eo antiquato non statim vindictæ solennitas absolvit, licet ex Augusti constitutione in Imperatore necessaria non esset, ut scribit Paulus *de Manumissionibus.* CHAROND.

26. *Apud Magistratum*] Nec hic opus cognitione causæ, nisi in casibus, quos postea habebimus.

27. *Censu*] Ad Topica Ciceronis adnotat Boëtius, censeri solitos olim solos cives Romanos: ideo qui domini jussu vel voluntate nomen suum detulisset in censum servus, quia factum civis usurpasset, & libertate & civitate donabatur. Verum non statim atque eum censeri jusserat dominus, plenam libertatem consequebatur. Nam expectandum erat, ut lustrum conderetur, quemadmodum Cicero in *libro* I. *de Oratore* ostendit. Vnde Vlpianus noster recte lustralem censum dixit, quo perfecto lustrum conditum erat: interim domino pœnitere licebat. CHAROND. Sed vide quæ notavimus ad fragmentum Regularum *ad fin.*

28. *Olim, qui lustrali censu*] Lustrum, quod quoque quinquennio condebatur, post Vespasiani tempora non amplius fuit conditum: non vero ipse census in totum ideo fuit sublatus. Confer dicta ad Cajum *lib.* I. *Inst. tit.* I. §. 2. Vlpianus etiam de *censibus*, libros edidit, ejusque meminit, qui incensus veniit *tit.* 11. §. 12. & in Codice Theodosiano est titulus *de censu, seu adscriptione*, & in Codice Justinianeo *de censibus & censoribus &c.* Ceterum lustro illo sublato, nec eodem forte modo & tempore censu instituto ac olim, manumissio illa non quidem expresso jure sublata est: adeoque & simpliciter, ut justa memoratur in fragmento Puteaneo, quod Collationi Mosaicarum & Romanarum legum subjectum est: insitatam tamen suo tempore fuisse indicat Vlpianus. SCHVLT.

29. *Romae*] Vbi censum tantum actum fuisse dicit fragmentum modo laudatum: in provinciis vero professiones usitatas fuisse. IDEM.

30. *Jussu dominorum*] Quin & res nostras in alium transferre possumus patiendo illum eas inter suas profiteri, *l.* 7. *C. de donationib.* Absque voluntate domini id non fit, *l.* 64. *D. de adquirend. rer. domin.* IDEM.

31. *Vt testamento*] Verbis legis XII. Tabul. his, VTI QVISQVE LEGASSIT SVÆ REI, ITA JVS ESTO. *Latissima* (inquit Pomponius) *potestas tributa videtur, & heredes instituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque constituendi. Sed interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel jura constituentium.* De lege Furia, quæ & Fusia dicitur, in catalogo legum antiquarum scribitur. CHAROND.

32. *Qua confirmat*] Desunt hæc verba, *Testamento datas libertates.* Quæ deinde sequuntur, abundant: nam ad legem Furiam pertinent, cujus sententia mox clarius explicatur. CVJAC. Postea vidit, hæc aliter esse constituenda.

33. *Quod datum legatum est*] In vulg. hæc verba desunt. CHAROND. Cujacius Observation. *lib.* XIX. *cap.* 30. scribit, in codice Tilii, quem authenticum vocat, hæc non exstare, non ausus tamen sum omittere; quia optimum referunt sensum, & in plerisque editionibus, quæ a Cujacio processere, mihique ad manum sunt, exstant. Et Charondas ex libro Gervasiano forte hæc habet: ac ideo supplementum, quod ex conjectura hic proponit Cujacius, non admisi. Vellem tamen, ut hic & alibi ubivis annotasset, quid ille codex haberet. SCHVLTING.

34. *Hodie autem*] Hic talia quædam desunt. *Olim liberi non erant, qui aliter, quam vindicta, censu, vel testamento manumittebantur.* CVJAC. † *Olim liberi non erant*, ut est in reliquis reg. IDEM. Desiderantur non pauca, in quibus actum est de iis, qui justam quidem libertatem olim non consequebantur, nec justo modo erant manumissi, sed tantum voluntate dominorum in libertate morabantur; quod facti erat, non juris: poterantque iterum a manumissoribus in servitutem revocari, etiam per vim: sed Prætor tamen interveniebat, nec sinebat manumissum servire. Adquirebant tamen omnia manumissoribus. Sed hi deinceps facti sunt liberi ex lege Junia, ut, nempe, illo Prætoris beneficio non amplius egerent. Atque ita quæ hic desunt, supplenda sunt ex sæpe citato fragmento: quod fecit etiam Cujacius *dict. lib.* XIX. *cap.* 30. hisce paucis. *Inter amicos manumissi olim non erant ipso jure liberi, sed voluntate domini in libertate morabantur, & eis servire non permittebat prætor.* SCHVLTING.

35. *Ex lege Junia*] De qua in scriptis ad Cajum quoque *Inst. lib.* I. *tit.* I. §. 2. aliqua leguntur: ubi & de his libertis plura occurrunt, de quibus agit Vlpianus *tit.* 3.

36. Qui

11. Dedititiorum numero ſunt, [36] qui [37] poenae cauſa [38] vincti ſunt [39] a domino: [40] quibus veſtigia ſcripta fuerunt: qui propter noxam torti, [41] nocentesque inventi ſunt: quive traditi ſunt, [42] ut ferro, aut cum beſtiis depugnarent: [43] vel in cuſtodiam conjecti fuerunt: deinde [44] quoquo modo manumiſſi ſunt: idque [45] lex Aelia Sentia facit.

12. [46] Ea-

36. *Qui poenae cauſa vincti*] Huc pertinet *l. fideicommiſſaria, 41. de fid. lib.* cujus ſenſus hic eſt. Fideicommiſſaria libertas non debetur ei, quem poſtea dominus ob delictum vinxit: quia Dedititiorum numero habetur. Secus eſt, ſi heres vinxerit, *arg. l. cenſura, 41. in fin. de leg. 1.* & hoc Paulus tradit *libr.* IV. *Sent. tit. 12.* ex quo detorta videtur *l. fideicommiſſaria.* Nam & ſententiæ ſpeciem habet. CVJAC.

37. *Poenae cauſa*] Hoc requiritur: poſſunt enim & nullius culpæ affines vinciri, verbi gratia, ne aufugiant. Imo & janitores vincti erant catena, ut & qui furi opus faciebant, qui ideo, ut hæc ex loco liquet, non fiebant poſt manumiſſionem dedititii, uti putabat D. Gothofredus *ad l. 7. §. 7. D. de dol. mal.* ubi multa habet de talibus ſervis. Debet quoque dominus exacti conſilii eſſe capax, ut docet Paulus *Sentent. lib.* IV. *tit. 12. §. 7.* SCHULTING.

38. *Vincti*] Non ſunt hic vincti, qui tantum ſunt carceri inclusi, *l. 216. D. de verbor. ſignification.* quamvis in edicto Prætoris, quo reſtituuntur majores viginti quinque annis, aliud ſit, *l. 9. D. ex quib. cauſ. major.* de quo plura habet Cujacius *ad d. l. 216.* & Alexander *ad Caji Inſt. lib. 1. tit. 1. §. 3.* IDEM.

39. *Domino*] Non ab herede, ſi ſit ſervus, cui per fideicommiſſum relicta ſit libertas, ſecundum Paulum *Sentent. diſſ. lib.* IV. *tit. 12. §. 4.* Imo nec a creditore vel debitore circa ſervum pigneratum aliquid mutari poſſe, idem docet Paulus *dict. loc. §. 6.* Dominus vero, ſi ſervum, cui per fideicommiſſum libertatem reliquit, vinxerit, non ideo dicitur libertas ſervo non deberi *l. 43. D. de fideicommiſſar. libertatib.* quia ille fiet dedititius; ſed quia dominus plane intelligitur receſſiſſe ab illa voluntate, ac libertatem tacite revocaſſe, *arg. l. 3. §. ult. D. de alimend. vel transferend. legat. l. 4. §. 10. D. de dol. mal. & met. exceptione.* Quod Cujacius putat, d. legem 43. ex Pauli Sententiis detortam eſſe, inſcriptio redarguit: de quo dixi ad Paulum *lib.* IV. *tit. 12. §. 4.* Non probandus quoque Balduinus *Juſtinian. lib.* IV. qui Tribonianum carpit, quod illam *l. 43.* in Pandectas retulerit; quaſi quæ pertineat ad legem Æliam Sentiam, quatenus, nempe, de dedititiis agit. Verum re vera lex illa non tollebat libertatem, ſed tantum deteriorem faciebat: hic illa judicio teſtatoris plane revocatur. IDEM.

40. *Quibus veſtigia*] Legendum videtur, *quibuſve ſtigmata*, niſi veſtigia ſint notæ. Seneca *lib. 1. de benefic. Sic non eſt beneficium, quod ſub oculos venit, ſed beneficii veſtigium & nota.* Ergo ſervi compuncti notis, manumiſſione Dedititii efficiuntur. CVJAC. Non diſplicet mihi emendatio Cujacii, ut legatur, *quibuſve ſtigmata ſcripta ſint*, quam & Hier. Alexander probat *ad Caji Inſtit. lib. 1. tit. 3. §. 2.* quamvis nec negare velim, vulgatam lectionem eſſe ab illo, qui hæc ex Ulpiano excerpſit. Ceterum quamvis conſtat, *veſtigia* vulnerum, flagellorum, & ſimilium, recte dici: etiam hæc poſſe dici *manere, conſpici, oſtendi*: imo & *veſtigia* ſumantur pro ipſis fodicationibus & lancinationibus *l. 1. Cod. Theod. de emendation. ſervor.* attamen *veſtigia ſcribi*, aut *ſcripta eſſe*, locutio eſt nova, nec, ut videtur, Ulpiani. Stigmatis vero vox non tantum huic rei eſt propria, (pro quo etiam apud Petronium occurrit *ſtigma* genere feminino *cap. 45. & 69.* quæ loca ſunt ex fragmento Tragurienſi. Alibi vero uſurpatur in genere neutro *cap. 103. & 105.*) ut oſtendunt Oſelii notæ ad Cajum *dict. loc.* etſi ipſe ab emendatione Cujacii recedit: verum ſcribi quoque dicuntur ſtigmata. Quinctilianus *Inſtitut. Orator. lib.* VII. *cap. 4.* dicit, *ſi quis fugitivo ſtigmata ſcripſerit.* Sic quoque Auctor carminum, quæ Phocylidi adſcribuntur, dixit.

Στίγματα μὴ γράφειν ἐπονείδιστον ἀνδράσιν.

Ne ſcribe ſtigmata, opprobrio afficiens famulum.

Quæ optime huic loco quadrant. Et ſolebat ſtigmatibus indi atramentum. Sed de notis inurendis plurime ad Cajum *lib. 1. tit. 1. §. 3.* ſcripta invenies. SCHULTING.

41. *Notatiſque inventi*] Id eſt, confeſſi. Nam qui torti, nec confeſſi ſunt, Cives Romani fieri poſſunt, ut Paulus *in eodem libro* ſcribit. CVJAC.

42. *Ut ferro*] Ad ludum gladiatorium. Ad ferrum in *l. ejus qui, 8. §. ult. qui teſta.* ad gladium, in *l. ſi quis mihi bona, 27. §. ſi quis plane, de adq. her. l. ſi quis a filio, 6. §. ſed & ſi, de injuſt. teſt.* IDEM.

43. *Vel in cuſtodiam*] In publicum carcerem. Igitur publicum carcer dedititium facit, non privatus; niſi corpori vincula adhibita ſint, & verum, *216. de verbor. ſign.* IDEM.

43. * *Vel in cuſtodiam conjecti fuerunt*] Id eſt, qui jam damnati in carcere aſſervantur, ut pœna tradantur. Nam, ut Ulpianus *lib. primo ad legem Æliam Sentiam* ſcribit: *Verum eſt tum, qui carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum neque in vinculis eſſe, niſi corpori ejus vincula ſint adhibita.* Noſtram ſententiam confirmat Paulus *lib.* IV. *Sentent. tit. de manumiſſ.* Verum de lege Ælia Sentia dixi in catal. leg. antiq. CHAROND. Sed quod Cujacius habet, videtur verius, ac probat quoque Theophilus *ad §. ult. Inſt. de libertinis.* SCHULTING.

44. *Quoquo modo*] Suetonius *Auguſt. cap. 40.* dicit, *ullo libertatis genere.*

45. *Ælia Sentia*] De tempore legis hujus latæ, & de auctoribus ad Cajum Interpretes quoque agunt *lib. 1. tit. 1. §. 5.*

12. "Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus, civis Romanus non fiat, nisi "apud "consilium causa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum "servum manere putat. "Testamento vero manumissum perinde haberi jubet, "atque si domini voluntate in libertate esset, "ideoque Latinus fit.

13. "Eadem lex eum dominum, qui "minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere, praeterquam si causam apud consilium probaverit. "In consilium autem "adhibentur Romae quinque Senatores, & quinque equites Romani, ex quibus

46. *Eadem lege cautum est &c.*] Ratio juris etiam infantem manumitti patitur, *l. 27. D. de manumissionib.* At lex voluit indistincte ad civitatem Romanam quosvis posse venire: quod ab Augusto fuisse institutum docet in ejus vita Suetonius *cap. 40.* & Dion. Cassius *lib. LV. p. 557.* Sustulit hoc Justinianus *§. nisi, Instit. de libertin. l. 2. C. communia de manumissionib.* SCHULTING.

47. *Apud consilium*] Mentio servi ad (hoc est apud) consilium manumissi apud Gruterum *Inscriptionum. p. DCXXXI. 2.* PERSICVS LIBERTVS MANVMISSVS AD CONSILIVM. Quod tamen an ob hanc causam factum sit, non definio. IDEM.

48. *Consilium*] Consilium appellat eorum consessum, quos magistratus vel in urbe, vel in provincia in consilium vocabat. Theophi. *in sit. 6. lib. 1. Inst.* qui etiam caetera, quae de dominii distinctione sequuntur, explicat. CHARONDA.

49. *Servum manere*] Sam. Petitus *Observ. lib. II. cap. 5.* dicit, expunctum esse a Cujacio post *servum* verbum *Caesaris*: quod tamen ego in nulla editione inveni, excepta Paris. clo Io LXXXVI; nec res ipsa admittit, quidquid dicat Petitus, qui quae habet, nihil sunt. Sic deberet non *manere*, sed fieri servus Caesaris: & nihil causae, cur talis fisco cedat, ut ille vult: quia, scilicet, non sit amplius in bonis domini, adeoque nullius, qualia vult fisco deferri. Ista quidem mera commenta sunt, omni auctoritate destituta. SCHULTING.

50. *Putat*] Hoc est, non quidem expresse sancit, ut vult. Ita Philo Judaeus *de judic. prine. clarus Latinus fieri lex putat oportere.* Plura talia notat Cujacius ad *sit. 2 §. 4.* Alibi quoque dicitur *lex fert l. 98. §. nisi. D. de solut.* vid. quod notavit Cujacius *ad l. 83. §. 5. D. de verbor. obligationib.* & Jac. Gothofredus, *ad legg. XII. tabb. tab. 6. & ejus Universa, Novell. XXXVIII. pr. §. 5.* & *non hoc vidit lex* apud Quinctilianum *avium declamation. CCCX.* IDEM.

51. *Testamento vero manumissum*] Et idcirco quos ad civitatem Romanam perduci volebant, iis ita testamento libertatem dabant, LIBERI MEVS CVM ANNORVM ERVNT XXX. *l. ex parte, 19. §. Stichus, fam. ercisc. l. Grist. 46. de manum. test. l. nisi, de verb. dub. l. si quis ita, 13. §. ult. de statulib.* In eo, qui consilio liberator, nulla aetatis habita est ratio. CVJAC. In testamento quoque idcirco addebatur forte manumissioni servi, *cum per leges licebit, liber esto, l. 28. D. de manumiss. testam.* Potest tamen quoque hoc respicere id, quod traditur *l. 22. D. de manumissionib.* cautum esse lege Fabia de servo, qui plagium admisit, & pro quo dominus poenam intulit, ne intra decem annos manumittatur; cujus mentio *l. 52. §. 16. D. de captivis & postlimin.* SCHULTING.

52. *Atque si domini voluntate in libertate esset, &c.*] Cujus conditionis erant manumissi non justo modo, qui tantum vivebant ut liberi, nec servichant, quod facti est, jure non erant liberi: donec lex Junia Norbana, quae longe post Aeliam Sentiam lata est, Latinos fieri voluit ita manumissos; ut docet fragmentum Collationi Mosaicarum & Romanarum legum subjectum, ac Cujacius *Obs. lib. XVIII. cap. 29.* ut adeo lex Aelia Sentia potestatem servatorum hic coarctaverit. Verum lex Junia Norbana, quae de hac re expresse nihil sancivit, omnibus non justo modo manumissis, adeoque & his certam conditionem adfixit. IDEM.

53. *Ideoque Latinus fit*] Manumissionis per censum, tunquam tempore Ulpiani non usitatae, nulla hic mentio; requirebatur tamen & hic aetas triginta annorum, ut docet fragmentum modo laudatum, ac intelligitur ex Theophilo *ad §. ult. Inst. de libertin.* quod postea etiam probavit Cujacius *Paratitl. tit. C. communia de manumiss.* qui quando ad hunc locum scribebat, nondum viderat illud fragmentum. IDEM.

54. *Eadem lex*] Senatusconsultum quoque ad hoc caput legis factum esse docet *l. 31. fin. D. de manumissionib. l. 4. C. qui manumittere non poss.* quod & citat alia hujus legis capita evenisse notat Cujacius *lib. XV. cap. 13.* IDEM.

55. *Minor viginti annorum*] Hujus aetatis consilium infirmum, *l. 9. D. de serv. exportand.* postea firmissimae juventuti est impressum, *l. 1. Cod. Theod. de his, qui veniam aetat. impetrarunt.* ubi tamen puellae biennio maturiorem aetatis firmatae esse incipiunt. Hic in re nulla est differentia. IDEM.

56. *In consilium*] Hunc eadem & Theophilus scribit *in sit. qui & quibus ex caus. manum. non poss.* CVJAC.

57. *Adhibentur Romae quinque Senatores, & quinque equites Romani*] Adhibiti hi sunt in consilium a Praetore: atque hos fuisse illos Decemviros litibus judicandis, qui hastae quoque centumviralis praeerant, existimant Viri Insignes, Jac. Raevardus *Praetermiss. cap. 18. & 19.* Ger. Noodt *de Jurisdict. & imper. lib. I. c. 12.* quamvis non in omnibus eadem statuant. Judicesque hos, qui in consilio erant, vocat Ulpianus, *l. 2. de manumiss. vindict.* SCHULTING.

Re-

quinque Equites Romani: in provincia viginti [58] recuperatores, [59] cives Romani.

14. Ab eo domino, qui ſolvendo non eſt, ſervus teſtamento liber eſſe juſſus, & heres inſtitutus; [60] etſi minor ſit triginta annis, vel in ea cauſa ſit, [61] ut dedititius fieri debeat, civis Romanus, [62] & heres ſit: ſi tamen alius ex eo teſtamento nemo heres ſit. Quod ſi duo pluresve liberi heredeſque eſſe juſſi ſunt, [63] primo loco ſcriptus liber, & heres ſit: quod & ipſum lex Aelia ſentia facit.

15. [64] Eadem lex in fraudem [65] creditoris, & patroni manumittere prohibet.

16. [66] Qui tantum in bonis, non etiam ex jure Quiritium ſervum habet, [67] manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicujus ſervus eſt, velut hoc modo; ſi civis Romanus a cive Romano ſervum emerit, isque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure ceſſus, [68] neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit: nam [69] quamdiu horum quid fiat, is ſervus in bonis quidem emptoris eſt, ex jure Quiritium autem venditoris eſt.

17. [70] Mu-

58. *Recuperatores*] Quos inde non male deducunt, quia per eos ſuum quisque recuperabat: quod facit quoque Theophilus *ad §. 4. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitter. non poſſ.* (qui male deinceps ſcribit, eos ita vocatos eſſe, *quia per eos mancipium naturalem libertatem recipiebat*) quo faciunt quoque quæ habet Feſtus *v. reciperatio.* IDEM.

59. *Cives Romani*] Non obloquitur Vlpiano Theophilus *dict. loc.* ut putavit Fabrotus, dum dixit, eos vocatos eſſe peregrinos recuperatores: id enim non alio ſenſu intelligendum eſt, quam quod judicarint inter peregrinos: quomodo & Prætor unus dictus eſt peregrinus, quia plerumque jus dicebat inter peregrinos, teſte Pomponio *l. 2. §. 28. D. de origin. jur.* IDEM.

60. *Etſi minor triginta annis*] Quique aliter teſtamento manumiſſus tantum Latinus fiebat, §. *12. hoc tit.* quod ad hereditatem capiendam non potuiſſet ſufficere *tit. 22. §. 3. & 4.* Infirma quoque ætas domini huic manumiſſioni non obſtabat, *l. 27. D. de manumiſſ. teſtament.* Non vero hoc procedere potuit in ſervo, qui tantum in dominio bonitario teſtatoris erat; eum enim teſtator non poterat civem Romanum facere, *§. 16. hoc tit. & tit. 22. §. 8.* IDEM.

61. *Ut dedititius fieri debeat*] Quod fiebat ob ſcelera ſervi, non ob defectum juris, quod dominus in ſervo habebat. Et placuit potius ſervo hic libertatem juſtam procedere, quam ignominia adfici defunctum, *arg. §. 1. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitter. non poſſ.* dum ſine herede moreretur. IDEM.

62. *Heres ſit*] Ita tamen, ut ipſum non magis patrimonium, quam infamia ſequi videatur: de quo plura notata ſunt ad Cajum *lib. II. tit. 3. §. 6.* IDEM.

63. *Primo loco ſcriptus liber & heres ſit &c.*] Idem docet Celſus *l. 60. D. de heredib. inſtituend.* Atque ita ſervabatur quoque ordo, ſi plures, quam lex Fuſia Caninia permittebat, eſſent in teſtamento manumiſſi: ut Cajus docet *Inſt. lib. I. tit. 2. §. 2.* In lege vero Ælia Sentia, quæ creditoribus præcipue proſpectum ivit, aliquando ordo ſcripturæ non ſervatur, ut conſtat ex *l. 55. D. de heredib. inſtituend. l 24. D. qui & a quib. manumiſſ. liber. non fiunt.* IDEM.

64. *Eadem lex in fraudem*] Cajus idem *lib. I. Inſt.* Porro in ceteris rebus alienatis in fraudem Reſciſſoria actione utimur, Pauliana, Fabiana, ſive Calviſiana. non etiam in libertatibus datis in fraudem. Nam libertates ipſo jure nullæ ſunt, id eſt, ex lege Ælia Sentia. CVJAC.

65. *Creditoris & patroni*] De utroque ſatis multa adnotata ſunt ad Cajum *lib. I. Inſt. tit. 2. §. 2. & 6.*

66. *Qui tantum in bonis*] Hunc Theophilus Bonitarium vocat, ſequentem Quiritarium. CVJAC.

67. *Manumittendo Latinum facit*] Non civem Romanum, qualem nemo facere poterat, niſi qui eſſet dominus jure Quiritium. Et hæc juſta libertas vocatur in *l. 29. pr. D. qui & a quib. manumiſſ. liber. non fiunt.* atque e diametro opponitur libertati nulli, quæ memoratur, *d. l. §. 1.* hoc eſt, quæ nec eſt juſta, nec Latina, nec dedititia. Ita recte illum locum interpretatus eſt Vir Egregius, Ant. Auguſtinus, *Emendation. lib. III. cap. 7.* SCHULTING.

68. *Neque ab ipſo anno poſſeſſus*] Qui enim rem mancipi per traditionem acceperat, uſucapione, quæ olim in rebus mobilibus anno abſolvebatur, dominium Quiritarium adquirebat: qua de re verba facienda erunt *ad tit. 19. §. 7.* Hic vero non excluduntur alii modi adquiſitionis civilis, uti oſtendi ad Cajum *Inſt. lib. I. tit. 6. §. 3.* IDEM.

69. *Quamdiu horum quid fiat*] Vir Magnus, Cl. Salmaſius

17. [70] Mulier, quae in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt.

18. [71] Communem servum unus ex dominis manumittendo [72] partem suam amittit: eaque adcrescit socio: [73] maxime si eo modo manumiserit, quo, si proprium haberet, civem Romanum facturus esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, [74] plerisque placet eum nihil egisse.

19. [75] Servus, in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus, liber non fit, [76] sed servus sine domino est.

20. [77] Post mortem heredis, aut [78] ante institutionem heredis testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis.

21. Inter medias heredum institutiones libertas data [79] utrisque adeuntibus

masius *Diatrib. de mutuo p. 91.* pro, *quid fiat*, reponit, *quid non fiat*. Verum *quamdiu* hic idem est, quod *quoad*: quomodo etiam *quamdin* accipitur *l. 15. D. quib. mod. usufruct. vel us. amittit. l. 1. vers. habebit, D. de pen. legat. l. 1. §. penult. D. de ventr. in possession. mittend.* Plura habet Brissonius *de verbor. significat.* IDEM.

70. *Mulier, quae in tutela est &c.*] Non potest, nempe, hoc facere sine tutoris auctoritate: quod de muliere docet fragmentum Collationi Mosaicarum & Romanarum legum subjectum §. *mulier.* est enim hoc negotium civile, ad quod mulieres egebant tutoris auctoritate, auctore Ulpiano nostro *tit. 11. §. 27.* IDEM.

71. *Communem servum*] §. *ult. de donat.* CUJAC.

72. *Partem suam amittit*] Ne hoc fiat, videmus in testamento ab uno socio manumitti servum sub conditione, *si eum socius manumiserit, l. 48. D. de manumiss. testament.* Atque ita manumissio quoque facta esse intelligenda est, ut & a socio fiat, *l. 4. §. ult. D. de manumiss. vindict. l. 13. §. 1. D. de stat. liber.* SCHULTING.

73. *Maxime si eo modo manumiserit, &c.*] His modis manumittens jus suum plane abdicabat, ex ratione juris civilis. Cum vero pro parte liberari non posset servus, necessario totus fiebat ejus, qui non manumittebat. Idem ex Paulo liquet *Sententiar. lib. IV. tit. 12. §. 1.* IDEM.

74. *Plerisque placet, nihil eum egisse*] Hoc ergo in casu non omnes idem senserunt: at in praecedenti specie satis indicant Ulpianus, & Paulus *dict. loc.* inter auctores bene convenisse. hic sane antiquitus libertas jure civili non competebat; sed ex facto tantum servus in libertate morabatur, uti antea vidimus. Quod vero V. C. Em. Merillius *ad L. Decision. Justinian. ad l. 1. C. de commun. serv. manumiss.* opinatur, circa utramque speciem dissensisse Sabinianos & Proculianos, prioresque existimasse, domino non manumittenti totum servum cedere: posteriores vero libertati favisse, ut servus fieret liber, ac non manumittenti pars pretii solveretur; id, inquam, Ulpiani & Pauli testimonio evertitur, & nihil habet, quo nitatur. Fuerit circa communem servum inter Auctores in nonnullis quaestionibus aliquid controversiae, veluti in speciebus *l. 30. D. de liberal. caus. l. 18. D. de vulgar. & pupillar. substitution.* quod nunc non excutio: verum non inde tamen recte sequitur, & hic eos dissensisse: & quidem ita, ut diversae sectae diversum tenerent. Ceteroquin tam Jurisconsulti, quam Principes hic interdum benigniorem sunt secuti partem, ut ostendit Justinianus *l. 1. C. de commun. serv. manumiss.* qui hoc jus mutat *d. l. & §. ult. Inst. de donationib.* ac servum jubet liberum fieri, data pretii portione illi, qui non vult manumittere. IDEM.

75. *Servus, in quo alterius est*] Hujus sententiae vestigia quaedam sunt in *l. quatenus, 9. in fin. de hered. inst. l. 2. de man. vind. l. si fructuarium, 6. de man. test.* Nam Justiniani constitutio in contrarium scripta est. CUJAC.

76. *Servus sine domino est &c.*] Ut in aliis quoque casibus fit, veluti si dominus servum pro derelicto habuerit, *l. 38. §. 1. D. de noxalib. actionib. l. ult. D. pro derelict. l. 36. D. de stipulation. servor.* Alius est in *l. 23. pr. D. de liberal. caus.* Hodie servus hic fit liber: sed fructuario debet servire quamdiu is vivit, & ususfructus durat, *l. 1. C. commun. de manumissionib.* SCHULTING.

77. *Post mortem heredis*] Post quam nec olim poterat relinqui legatum: quia ab herede heredis nihil poterat relinqui, teste Paulo *Sentent. lib. III. tit. 6. §. 1.* ubi plura adnotata sunt IDEM.

78. *Ante institutionem heredis*] Ante quam tamen tutor dari poterat, *§. 3. Inst. qui testament. tutor. dari poss.* Sed tutela non ita relinquitur, ut libertas & legatum, quae heredi decedunt; at tutor quasi instituitur. Imo & *tutorem instituere* dicit Cicero *de orator. lib. 1. cap. 53.* adeoque protinus a testatore proficiscitur, *l. 7. D. de testamentar. tutel.* & pleniore quodam modo, quam vel legata, etiam vindicationis, vel libertates, etiam directae. Ita V. C. Janus a Costa *ad §. 33 Inst. de legat.* IDEM.

79. *Utrisque adeuntibus non valet*] Quia data erat ante heredes postea scriptos, qui etiam adeunt: ac sic obsta-

bus non valet: ſolo autem priore adeunte, [80] jure antiquo valet. Sed poſt [81] legem Papiam Poppaeam, quae partem non adeuntis caducam facit, [82] ſiquidem primus heres vel jus antiquum habeat, valere eam poſſe placuit. Quod ſi non habeat, non valere conſtat, quod loco non adeuntis [83] ea lege aerarium partis heres fiat. [84] Sunt tamen, qui & hoc caſu valere eam poſſe dicunt.

22. Qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt, [85] mox quam unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit.

23. [86] Juſta libertas teſtamento poteſt dari his ſervis, [87] qui teſtamenti faciendi, [88] & mortis tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt.

24. [89] Lex Furia Caninia jubet teſtamento [90] ex tribus ſervis non plures quam

obſtabat vitium praepoſteri, quod hodie ſublatum §. 34. *Inſt. de legat.* IDEM.

80. *Jure antiquo*] Jus antiquum interpretantur jus XII. tabul. aut certe quod interpretatione prudentum ex illis profectum eſt. CHAROND. Intelligit illud jus antiquum, quo obtinuit jus adcreſcendi; quod ipſum inde mox dicitur *jus antiquum*, ut & *tit. 18.* §. 1. Per id autem hoc caſu priores erant quaſi ſoli heredes ſcripti. SCHULTING.

81. *Legem Papiam Poppaam*] Cujus mentio *dict. tit. 18.* §. 1. *tit. 19.* §. 17. *tit. 24.* §. 12. & alibi.

82. *Si quidem primus heres vel jus antiquum habeat*] Illud *vel* indicat, aliquid excidiſſe. Forte Ulpianus ſcripſerat: *ſiquidem primus heres liberos, vel jus antiquum habeat*: liberos enim habentibus caduca adcreſcebant, *tit. 25.* § 17. nec non quibuſdam cognatis, quibus jus antiquum relictum erat *tit. 18.* SCHULTING.

83. *Legatarii partis*] Hic locus admodum depravatus eſt *a*. Crediderim legendum *Praef. aerarii*. Praefectorum enim aerarii eſt, bona, quae fiſco deferuntur, ſpernere, vel agnoſcere, *l. ergo, 4.* §. *plane, de fid. lib. l. edicto. 13. de jur. fiſc.* Ph. Gervaſii liber habet, *ea lege aerarium partis heres fiat*. CUJAC. † *a* In archetypo, *patres*. IDEM.

83. * *Ea lege aerarium partis heres fiat*] Hanc lectionem cum habeat liber Gervaſii, quam etiam in ſua editione expreſſit Charondas, quaeque bonum habet ſenſum, ſequi malui, quam quod ex codice Tilii editiones aliae fere, etiam Cujacianae, habent, *legatarii partis heredes fiunt*: unde nihil recti exſculpi poteſt. Neque lectio bona eſt ed. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Gen. cIↃ IↃ LXXXVI. *erarium partis heredes fiunt*. Aerarium autem dicitur *heres fieri* improprie; quia neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſuccedit: hereditatis tamen partem adquirit, quales ſucceſſores heredum quoque nomine veniunt, *l. 170. D. de verbor. ſignification.* Et hic aerarium idem facit, quod verus heres faceret. SCHULTING.

84. *Sunt tamen, qui & hoc caſu valere eam poſſe dicunt*] Hi putarunt, non perinde hic habendum eſſe, quaſi poſteriores etiam adiiſſent, ſed quaſi non adiiſſent. Forte quia aerarium proprie non eſt heres. At contrariam ſententiam magis probatam fuiſſe indicat Ulpianus. IDEM.

85. *Mox quam unus ex heredibus adierit*] Idem docet *l. 23.* §. 1. *l. 25. D. de manumiſſ. teſtament.* Teſtamentum, ſcilicet, additione haec jam eſt confirmatum, dum aliquis hereditatem ſubiit. Si ſit ſuus heres, ſatis erit, ut heres exſiſtat, *arg. l. 1.* §. 7. *D. Si quis omiſſ. cauſ. teſtament. l. 27.* §. 3. *D. ad S. C. Trebell. l. 30.* §. 10. *D. de fideicommiſſar. libertatib.* IDEM.

86. *Juſta libertas*] Juſtam libertatem dicit legitimam, quae jus civitatis tribuebat, & quam cives Romani habebant. Ipſa vero revocari non poterat, niſi iis rationibus, quae a jure conſtitutae ſunt. In aliis autem locus poenitentiae relinquebatur: quod Tacitus *lib. 13.* teſtatur. CHAROND.

87. *Qui teſtamenti &c.*] Eodem modo, uti res ſeſe habuit in legato per vindicationem rei in ſpecie, *tit. 24.* §. 7.

88. *Et mortis tempore*] Vel intra diem cretionis, *l. verum, 58. de manum. teſt. & inſt. tit. 22.* Nam & qui intra diem cretionis hereditatis ſit, prope eſt, ut defuncti fuiſſe videatur mortis tempore. CUJAC.

89. *Lex Furia Caninia*] Quid fiet, ſi ſupra ſtatutum numerum ſervos in teſtamento manumittat? Et placet liberari eos, qui primo loco ſcripti ſunt, uſque ad legitimum numerum, quod & in lege Aelia ſervatur, *l. qui ſolvendo. 60. l. ſi non lex, 83.* §. 1. *de her. inſtit.* Quid fiet ſi in orbe, ſi permixte ſervorum nomina ſcripta ſint? Et placet impediri omnium libertatem, *l. qui ſolvendo. 42. & l. prox. eod. tit.* Quid fiet, ſi in codicillis quidam ſcripti ſint? Et Paulus *lib.* IV. *Sentent.* noviſſimum eis locum tribuit, quod puto verius dici. Rurſus quaero, cur per legem Furiam totam familiam inter vivos liberare liceat, non etiam in teſtamento; facilius enim quis in teſtamento totam familiam manumittit, quam inter vivos: & eadem ratione Senatus obligatae mulieri ſuccurrit, non donanti: lex Julia hypothecam praedii dotalis inhibet, non alienationem: Conſtitutio Theodoſii Decurionibus venditionem, non donationem aut permutationem; Novella Juſtiniani interceſſiones pro mari-

quam duos [91] manumitti: & usque ad decem dimidiam partem manumittere concedit: a decimo usque ad triginta tertiam partem, [92] ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, aeque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem; aeque ut decem [93] ex priori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos partem quintam, [94] similiter, ut ex antecedenti numero, viginti quinque possint fieri liberi. [95] Eademque praecipit, ne plures omnino quam centum ex [96] cujusquam testamento liberi fiant.

25. [97] Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur.

to, non pro extraneo. Quaero, an recte quis moribundus praetermisso testamento totam familiam manumittat? Et recte Cajus *lib.* 1. *Instit.* hoc tanquam in fraudem legis excogitatum respuit, cui simile est, quod ad legem Caniniam Paul. scribens tractat, *in l. si quis cum, 37. de cond. & dem.* Sed pugnat cum Paulo *l. si quis quis, 32. de lega. 11.* nisi dicamus, legati retentionem esse, non petitionem; ut in *l. Lucius, 88. §. rediciliis, eod. tit.* Et haec de lege Caninia ex jure antiquo adnotare libuit: quae, & si ea lex abrogata sit, nobis in aliis tamen partibus juris magno usui esse possunt. IDEM. De tempore legis hujus latae disputavimus *ad Caji Inst. lib.* 1. *tit.* 2 *pr.* ubi hae ipsa de re agitur: de qua etiam ex professo scribit Paulus *Sententiar. lib.* V. *tit. ult. §. ult.* ubi numeros distincte & plene Cujacius exputat. Inde libertates *intra legitimam numerum, l.* 28. *Cod. Theod. de Judaeis.* Quod attinet *l.* 37. *D. de conditionib. & demonstrationib.* de qua hic agit Cujacius, non mirum est servum in fraudem legis Furiae Caniniae legatum, ut manumitteretur, legatario deberi; quando hoc ipso, quod legatum effectum fortitur, lex nullo modo offenditur: at in *l.* 31. *D. de legat. lib.* II. necesse est poni aliquid fieri vere in fraudem legis: ac dici potest, servus a minore viginti annis, qui eos ob infirmitatem consilii manumittere non poterat, legatos esse, ut manumitterentur; atque hoc valere non magis potest, quam venditio & traditio hunc in finem inter vivos facta, *l.* 4. *D. de serv. exportand. l.* 7. *§.* 1. *l.* 16. *§.* 1. *D. qui & a quib. manumiss liber. non fiunt.* Atque ad hoc caput legis Aliae Sentiae, (de quo egit quoque Modestinus *l.* 16. *D. de manumissionib.* quae ex eodem est libro 1. Regularum, ex quo est d. l. 31.) referre malo cum D. Gothofredo dictam legem 31. quam ad illud, quod verat manumitti in fraudem creditorum, cum Ravardo *Conjectanear. lib.* 1. *cap.* 1. Sane qui aere alieno valde laborat, is non facile invenit heredem, ut sic legata quoque aeque facile corrumpat, ac libertates. SCHULTING.

90. *Ex tribus servis non plures quam duos*] Servatur in *l.* 22. *§.* 1. *D. de fideicommissar. libertatib.* IDEM.

91. *Manumitti*] Quovis modo, atque adeo nec per fideicommissariam libertatem, *d. l.* 37. *D. de conditionib. & demonstrationib. fac. l.* 22. *§.* 1. *D. de fideicommissar. libertatib.* IDEM.

92. *Ut tamen adhuc quinque &c.*] Hoc est, ita tamen, ut, quamvis numerus servorum non adsurgat ad quindecim, possint tamen hic manumitti saltem quinque, qui etiam ex decem poterant manumitti. IDEM.

93. † *Ex priori*] *Ex superiori numero lib.* 1. CUJAC. Fugit, *ut ex priori*: manumittuntur enim non ex priori numero, sed ex majori: ubi tamen & idem juris debet locum habere. SCHULTING.

94. *Similiter*] An, *ut similiter.* IDEM.

95. † *Eademque*] *Denique.* CUJAC. Edit. Paris. clɔ Iɔ LXXXVI. *Et denique*, quod a lectione vulgata parum abit, & rectius est. SCHULTING.

96. † *Cujusdam*] *Cujusquam.* CUJAC. Charondas edidit *cujusquam*, ac sic edd. Lugd. clɔ Iɔ LXVI. Paris. & Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. Pacii, & Gothofredi. *Cujusquam* vero, pagani, scilicet: nam in militum testamentis lex haec locum non habuisse videtur, *per l.* 11. *pr. D. de manumiss. testament.* ubi id observat Cujacius *ad Papinian. Responsor. lib.* XIV. SCHULTING.

97. *Eadem lex cavet*] §. *libertas, de legat.* CUJAC. Confer Paulum *Sententiar. lib.* IV. *tit. ult. §* 1. & quae illic notata sunt. Hodie id non amplius requiritur, §. 27. *Inst. de legat.* quamvis in *l. un. C. de lat. Fus. Caninia tollend.* id non tolli, Cujacio *Paratit. l. dict. tit.* C. non difficulter largiar. IDEM.

TITULUS II.

[1] *De Statu liberis.*

1 *Statu liberis*] Statuliber est, cui spes quaedam libertatis proposita est, licet interea servus sit, & (ut ait Paulus) qui staturam & destinatam in tempus vel in conditionem habet libertatem. Fit autem statuliber vel conditione expressa, vel vi ipsa. Conditione expressa, si sub hac conditione (exempli gratia) liber esse jussus sit, si centum haeredi dederit. Vi ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittitur. Nam dum incertum est, an creditor jure suo utatur, interim statuliber est: quoniam fraus in lege Aelia Sentia cum effectu accipitur. CHAROND.

2. Sub

1. Qui [a] ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt, ſtatu liber appellatur.

2. Statu liber, quamdiu pendet conditio, [b] ſervus heredis eſt.

3. Statu liber ſeu alienetur ab herede, ſive [c] uſucapiatur ab aliquo, [d] libertatis conditionem ſecum trahit.

4. Sub hac conditione liber eſſe juſſus, ſi decem millia heredi dederit, & ſi ab herede abalienatus ſit, [e] emptori [f] dando pecuniam, ad libertatem perveniet: [g] idque lex duodecim Tabularum jubet.

5. [h] Si per heredem factum ſit, quo minus ſtatu liber conditioni pareat, perinde ſit liber, atque ſi conditio expleta fuiſſet.

6. Extraneo pecuniam dare juſſus, & liber eſſe, ſi paratus ſit dare; & is, cui

a. *Sub conditione*] Sic & Feſtus *hoc verb.* Idem ſi ſit libertas poſt tempus data. *l. 1. pr. D. hoc tit.* modo id utiliter exſpectari poſſit: non ſi ſit liber eſſe juſſus, cum moreretur, *l. 17. pr. l. ult. pr. D. de manumiſſ. teſtament.* Conditio quoque non debet eſſe talis, quæ detrahatur, veluti impoſſibilis in ultimis voluntatibus, quo caſu eris pro pure manumiſſo: ſed nec talis, quæ quidem hominis poteſtatem per ſe non excedat, at a ſervo impleri nulla ratione poſſit, ut ſi heredi dederit millies, (ſive vicies & quinquies centum millia Philippeorum) *l. 4 §. 1. D. hoc tit.* ubi pro, *ut aliunde ea libertas obtingere non poſſit*, legendum eſſe, *ut illi inde ea lib. ob. n. poſſ.* rectiſſime vidit Vir Præclarus, Joh. Fred. Gronovius, *de pecun. veter. lib.* II. *cap 5.* Vt adeo multum interſit inter impoſſibile, quod naturæ humanæ impoſſibile eſt; ac difficile, quod hominis alicujus poteſtatem excedit, *l. 137. §. 4. D. de verbor. obligationib.* ad quem locum de hoc diſcrimine nonnulla profert Cujacius. SCHULTING.

b. *Servus heredis eſt*] Idque certiſſimum eſt, *l. 9. pr. D. hoc tit.* nec enim utrumque, ſervus, & liber, eſſe poteſt: nec libertatis dies cedere, antequam & veniat, *arg. l. 2. D. quand. dies legator. vel fideicommiſſor. ced. l. un. §. 6. C. de caduc. tollend.* IDEM.

c. † *Suſcipiatur*] *Vſucapiatur.* CUJAC. Legendum eſſe *uſucapiatur*, Cujacius quoque docuit *Obſervation. lib.* XIII. *cap. 16.* & recte: ac ſic legitur in edit. Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. idque recipere non dubitavi. SCHULTING.

d. *Libertatis conditionem ſecum trahit*] Vt, ſcilicet, ita cum ſua cauſa uſucapiatur, *l. 2 pr. D. hoc tit:* & uſucapiens ſit inter eos, in quorum perſona conditio poſſit impleri, *l. 3. §. 10. D. hoc tit.* Non idem, ſi uſusfructus tantum in eo alienetur, *l. 7. D. hoc tit.* ut adeo in fructuarii perſona conditio impleri nequeat: quod Cujacius quoque animadvertit *dict. lib.* XIII *cap. 16.* Vt vero illud in uſucapto habeat locum, uſucapio poſt hereditatem adiram debet eſſe impleta, *l. 2. pr. D. hoc tit.* Æquitas tamen id latius extendit, *l. 9. §. ult. D. hoc tit.* IDEM.

e. *Emptori*] Add. *l. 6. §. 3. l. 8. §. 1. l. 27. D. hoc tit.*

f. *Dando*] Non idem in conditione faciendi, *l. 6. §. ult. D. hoc tit.*

g. *Idque lex*] Modeſtinus ſcribit, putaviſſe leges XII. tabu. ſtatuliberos venundari poſſe. Sed ego ex hoc Vlpiani loco legi adjectum fuiſſe arbitror, ut eorum ſtatui venditio non noceret. CHAROND.

g. * *Idque lex* XII. *tabularum jubet*] In hac lege emptoris nomine continentur omnes, qui quoquo jure dominium in ſtatui libero nacti ſunt. Et hoc Pomponius ſcribit in *l. ſtatu liberi a ceteris, 29. de ſtatu lib.* Hac item lege ſignificatur vendi ſtatu liberos poſſe: & hoc eſt, quod Modeſtinus *in eod. tit. Statu liberos*, ait, *venundari poſſe leges* XII. *tab. putaverunt*: quaſi hæc fuerit ſententia XII. tab. Sic ſupra Vlp. de lege Ælia Sentia. *Ideo ſine conſilio manumiſſum, ſervum manere putat.* & M. Tull. *lib.* IV. *de Rep. Jurgare lex putat inter ſe vicinos, non litigare.* CUJAC. Optime mihi videntur eſſe hæc verba habere, quæ etiam ita exhibet Charondas. nec adeo probo ſcripturam, quam in Tiliano Codice exſtare ſcribit Cujacius *Obſervation. lib.* XVII. *cap. 28.* hanc, nempe. *Idem lex* XII. *tab. jubet his verbis*, SI PATER. Vltima verba forte nata ſunt ex illis, quæ hic ſequuntur, *ſi per.* Sane ad hanc rem nihil facere videntur. Illis vero forte aliquis, putans eſſe hæc verba legis, præpoſuit illa, *his verbis.* Veriſimilius eſt, caput tali fere modo fuiſſe conceptum in duodecim tabulis, uti illud concepit Jur. Gothofredus XII. *Tabb. in tab. 6.* ſcilicet. *Statuliber emptori dando liber eſto.* SCHULTING.

h. *Si per heredem factum ſit, &c.*] Idem docet Feſtus *v. ſtatuliber.* & Vlpianus *l. 3. §. 1. D. hoc tit.* ſecundum regulam *l. 24. de conditionib. & demonſtrationib. l. 161. D. de regul. jur.* Imo tandem viſum eſt ſatis eſſe, ut non ſtaret ſtatu liberum, *l. 55. D. de manumiſſ. teſtament. l. 3. §. 10. 11. l. 20. §. 3. l. 28. D. hoc tit.* IDEM.

cui jussus est dare, aut [10]nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, perinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

7. [11]Libertas & directo potest dari hoc modo, LIBER ESTO, LIBER ERIT, LIBERVM ESSE JVBEO: & per fideicommissum, ut puta, [12]ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI, VT STICHVM SERVVM MANVMITTAT.

8. Is, qui directo liber esse jussus est, [13]orcinus fit libertus: is autem, cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus.

9. Cujus fidei committi potest ad rem aliquam praestandam, [14]ejusdem etiam libertas fidei committi potest.

10. Per fideicommissum libertas dari potest tam proprio servo testatoris, quam heredis, aut legatarii, [15]vel cujuslibet extranei servo.

11. [16]Alieno servo per fideicommissum data libertate, si dominus eum justo pretio non vendat, extinguitur libertas, [17]quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest.

12. [18]Li-

10. *Nollet*] Rectius, *nolit*.

11. *Libertas & directo*] Libertas datur vel directis verbis, vel precariis. Directa appello ea, quæ ipso jure prodita libertatem ita relinquunt, ut recta (quod ajunt) via servus ad eam perveniat: precaria vel obliqua, quibus testator rogat, & alterius fidei committit, ut servum manumittat. CHARONDAS. De libertate directa, & fideicommissaria copiose agit Imperator §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideicommiss. relict.* & ad illum Interpretes.

12. *Rogo &c.*] Add. Paul. *Sentent. lib.* IV. *tit.* 1. §. 6. ubi plura in notis.

13. *Orcinus*] Orcinum libertum vocat, qui mortuo jam domino, & in orci potestate constituto liber fit, quasi ab ipso orco libertatem consequatur. CHARONDAS. Sine adspiratione hoc verbum edidit Charondas: & in jure nostro ubivis occurrit sine *h.* ac spiritu id carere dicit Cl. Deusquius *in Orthograph.* ut adeo editiones Cujacianas, aliasque, quæ habent *horcinus*, hic sequi visum non fuerit. De Orcinis libertis legi possunt plura apud Cujacium, *Observation. lib.* III. *cap.* 23. ubi de more, quo tales manumissi lectum, quo efferebatur dominus, prosecuti sunt: de quo etiam videri potest Joh. Kirchmannus *de funerib. Romanor. lib.* II. *cap.* 7. SCHULTING.

13. * *Horcinus fit libertus*] Non male *Horcinus*. Nam & *horcum* quidam dixere ἀπὸ τὸ ὄρυσσ. Hic autem nullius est libertus, *l. si arcum*, 4. *de bon. libert.* nisi Charontis, Plutonis, Orci. Quamobrem & Charonianus ab Theophilo dictus est, ea forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Sueto. Tranquillus) a Plutarcho in *M. Marcello* Charonitæ dicuntur. CUJAC.

14. *Ejusdem etiam libertas fidei committi potest*] Hinc colligit D. Gothofredus *ad h. loc.* ea, quæ habentur in *l.* 4. *pr. D. de fideicommissar. libertatib.* passive legenda esse, sine ratione: nil enim vetat credi, Vlpianum illic breviter primo voluisse docere, quinam possint libertatem fideicommissariam relinquere; quod erat dictu facile; præcipue, cum *in l.* 1. *pr.* & § *seqq. D. de legat.* III. quæ est ex libro I. Fideicommissorum, late egisset de iis, qui possent, vel non possent relinquere fideicommissum; ut de iis hic plura addi non foret opus: & tunc porro in hac *l.* 24. quæ est ex libro V. Fideicommissorum, accuratius ostendere, quibusnam possint eam relinquere. ut adeo nihil in *d. l.* 24. sit mutandum. SCHULTING.

15. *Vel cujuslibet extranei servo*] Modo cum domino ejus sit testamenti factio, *l.* 31. *pr. D. de fideicommiss. servor. libertatib.* Ac favor libertatis effecit, ut hic non distinguamus, an testator sciverit, an ignoraverit, alienum servum esse, *l.* 39. *pr. D. dict. tit.* ut adeo magnum sit discrimen inter fideicommissum pecuniarium, & fideicommissariam libertatem, *d. l.* 39. *pr. junct.* §. 4. *Inst. de legat.* Imo & homini libero libertas talis adscripta effectum sortietur, si is in servitutem redactus, & tempore mortis, vel conditionis existentis servus sit, *l.* 24. §. 3. *D. dict. tit.* IDEM.

16. *Alieno servo*] Si relinquatur res aliena, & si heres non possit eam redimere, non tamen extinguitur legatum aut fideicommissum. Nam justum rei pretium ex testamento debetur. Si relinquatur libertas servo alieno, quem nulla heres condicione redimere possit, extinguitur fideicommissum libertatis: propterea quod libertas inæstimabilis res est. Sed videamus, an hoc sit perpetuum: quid enim si ejus servi dominium heres quandoque nanciscatur? Et hoc constitutiones introduxerunt, *L. deberi*, 6. *C. de fid. lib.* CUJAC.

17. *Quoniam nec pretii*] Hæc Vlpiani verba diserte (quod vulgo dicitur) libertatem inæstimabilem rem esse, explicant. Ea enim tanti est momenti, ut nullo

12. [18]Libertas ſicut dari, ita & adimi, tam teſtamento, quam codicillis teſtamento confirmatis poteſt: ut tamen [19]eodem modo adimatur, quo & data eſt.

nullo precio digne æſtimari poſſit. Nam licet æſtimandorum ſervorum ratio definita ſit, tamen veteres libertatem tanti fecerunt, ut nullum ad eam æſtimandam pretium ſufficere arbitrati ſint. CHARONDA. Ipſe ſervus ſi alicui eſſet legatus, facilis foret ejus æſtimatio, ſi eum nollet juſto precio vendere dominus: at hic relicta eſt libertas ipſi ſervo, quæ ſane res eſt inæſtimabilis. At hodie non ſtatim coruere libertatem, ſed exſpectari, docet Imp. §. 2. *Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* SCHVLTING.

18. *Libertas ſicut dari, ita & adimi &c.*] Olim non potuiſſe eam adimi, ſed hodie poſſe, indicat Paulus *l. 20. §. 1. D. de manumiſſ. teſtament.* idque placuiſſe ſcribit Marcianus *l. 50. D. de fideicommiſſar. libertatib.* Idem liquet ex *l. un. D. de ademption. libertat.* IDEM.

19. *Eodem modo*] Adeoque nominatim, quomodo erat danda, *tit. 1. §. ult.* aut ſaltem apertiſſime, *l. 14. D. de legat. lib.* II. Alioquin ſi ſervus in eodem teſtamento ſit legatus, & manumiſſus, etiam neglecto ordine ſcripturæ, libertas prævalet; modo utiliter ſit relicta, *l. 37. D. eod. tit. l. 44. §. 7. l. 102. §. 9. D. de legat. lib.* I. IDEM.

TITVLVS III.

[1]*De Latinis.*

1. [2]La-

1. *De Latinis*] De hiſce Latinis libertis, ſive Latinis Junianis, forte nonnulla hic litteris conſignaverat Vlpianus, quæ in his exceptis non habemus. Multa tamen præter ea, quæ *tit. 1.* & *hoc tit.* tradita ſunt, in eiſdem ad hos pertinentia legimus, *tit. 2. §. 4. 9. tit. 7. §. 4. tit. 11. §. 16. 19. tit. 17. §. 1. tit. 19. §. 4. tit. 20. §. 8. 14. tit. 22. §. 3. tit. 23. §. 7.* Originem illorum enarrat fragmentum Collationi Moſaicarum & Romanarum legum ſubjectum. Multos quoque modos, quibus olim competebat talis libertas, perſequitur Imperator *l. 1. C. de Latin. libertat. tollend.* Cajus etiam de iis quædam habet *lib. I. Inſt. tit. 1. §. 2.* & qui ad illum ſcripſere, plura addiderunt. Inprimis vero accurate de illis egit Cujacius *Paratitl. tit. C. de Latin. libertat. tollend.* ac quædam de iis notat *Obſervation. lib. IV. cap. 5. lib. XVIII. cap. 29.* Quoniam vero Latini, dum vivebant, erant liberi, quamvis tamquam ſervi morerentur, *§. ult. Inſt. de ſucceſſion. libertor. l. 1. pr. C. de Latin. libertat. tollend.* non poteſt illos intelleziſſe Euſebius *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. VIII. cap. 2.* per eos Chriſtianos, quos dicit fuiſſe *ἐν ἀτιμίαις, in ſervitutibus*: de quibus videtur narrare, eos illa libertate privatos fuiſſe edictis Dioclatiani, uti exiſtimavit V. C. Henr. Dodwellus *Diſſertation. Cyprianic. XI. §. 72.* ubi eos ita deſcribit, quod fuerint in inferiore gradu libertatis. Nec probo quoque Virum Egregium, Henr. Valeſium *ad Euſeb. diſt. loc.* qui intelligit omnis generis plebejos, qui ſane non ſunt *ἐν ἀτιμίαις*. Ego Euſebii verba accipio de illis, qui ſerviunt, & in ſervitute ſunt: illosque ad libertatem pervenire non potuiſſe. Sed totus locus Juriſconſulti animadverſionem meretur. Verba Euſebii de edictis illis hæc, *τὰς μὲν τιμὰς ἀπωλωλέναι, ἀτίμους τὰς δὲ ἐν ἀνιαραῖς, ἐν ἀτιμίαις ἐν τῷ τῆ χειρὶ ἐνεῖναι προσέτι, ἀπολέξαι τιμᾶσθαι, πρωταγορεύοντα*, hoc eſt, *honoribus praditos, honore eſſe privatos: qui vero in ſervitutibus eſſent, ſi in Chriſtiana fidei propoſito manſiſſent, libertatem non conſequi jubentia.* Minus recte *ἄτιμους* reddiderunt *infames*, cum eo verbo notentur etiam homines plebeji, & nullius dignitatis; non ii tantum, qui juris vel facti infamia laborant. Atque ita ſolent illi puniri, qui in Senatu vel ordine ſunt, ut inter peſſimos & plebejos habeantur, *l. 12. C. de dignitatib. lib. XII.* Exempla habuimus apud Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 25. §. 5. & tit. 28. §. 2.* ubi nonnulla notavimus. Atque hoc egregie firmat Lactantius *de mortib. perſecutor. cap. 13.* ubi docet edicto cautum, *ut religionis iſtius homines carerent omni honore ac dignitate.* In poſterioribus verbis illa *ἀπολωλέναι τιμᾶσθαι* reddidi *libertatem non conſequi*, dum verbi *τιμᾶσθαι* vim magis exprimere volui, quam ordinariam ſignificationem, quæ eſt *privari*. Vſurpatur vero & alibi verbum *τιμᾶσθαι* vel *τιμᾶσθαι* de eo, quod quis non proprie perdit, at obtinere non poteſt: ut Heſiodus *Ἔργ. κ. ἡμ. lib. I. verſ. 209.* dicit de illo, qui cum potentiore vult contendere, *νίκης τιμᾶται*, victoria privatur, hoc eſt, *eam non adſequitur.* Nec aliter Euſebium accepit hic Ruffinus, poſteriora ita interpretans. *Si quis ſervorum permanſiſſet Chriſtianus, libertatem conſequi non poſſet.* Sed ſatis de hoc loco, quem ad Latinos libertos non pertinere, ex hiſce erit manifeſtiſſimum. SCHVLTING.

1. Latini jus Quiritium [a] consequuntur [b] his modis, beneficio Principali, liberis, iteratione, militia, nave, [c] aedificio, [d] pistrino: praeterea [e] ex Senatusconsulto, [f] veluti quae sit ter enixa.

2. Beneficio Principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab Imperatore jus Quiritium [g] impetraverit.

3. Liberis jus Quiritium consequitur Latinus, [h] qui minor triginta annorum [i] manumissionis tempore fuit: nam [k] lege Junia cautum est, ut si [l] ci-

2. *Latini jus Quiritium*] Igitur meliore condicione sunt Latini, quam Dediticii. Nam Dediticii nullo prorsus modo jus Quiritium consequuntur. Sed & Latini commercium habent, & testamenti factionem; Dediticii non item. Latini vera libertate potiuntur, quamdiu vivunt: Dediticii umbra & imaginibus libertatis. Cives autem Romani meliore condicione sunt, quam Latini. Connubium enim Latini, & patriam potestatem non habent: testamentum facere, tutore sve dari non possunt, denique moriuntur quasi servi. CVJAC.

3. *Jus Quiritium*] Jus Quiritium appellant, quod civium Romanorum proprium est, quod etiam jus civitatis a Cicerone dicitur; ut ferendi suffragii, petendi magistratus, & similia jura, quae nec Latini aliive socii, nisi civitate donati, sibi tribuebant, quemadmodum Cicero *lib.* XIV. *epistola. ad Atticum, pro Cecinna, in Pisonem*, Asconius Pedianus, Suetonius *in Augusto*, & alii ostendunt. Itaque Latini liberti, quos ad Latinorum sociorum exemplum introductos fuisse indicat Justinianus, eodem tantum jure, quod primum ipsis, qui in Latio habitabant, tributum fuit, utebantur: non eo, quo caeteri cives Romani. CHAROND. Civis Romani privilegium vocat Imp. Valentinianus *Novellar. tit. 6.* Mox Ulpianus vocat civitatem Romanam: adeoque ille haec duo promiscue ponit. Alibi tamen haec differunt: & jus Quiritium ad ea pertinet, quae juris sunt privati: civitas Romana continet etiam jus suffragii, & ea, quae sunt juris publici. Distinguit haec quoque Plinius *lib.* X. *epist. 4. & epist. 6.* de quo consuli possunt Viri Insignes, Car. Sigonius *de jur. civ. Roman. lib.* I. *a cap. 6. ad cap. 13. & de antiq. jur. Ital. lib.* II. *cap. 3.* Ez. Spanhemius *Orb. Roman. Exercitation.* I. *cap. 9. & 10.* SCHULTING.

4. *Consequuntur*] Contra quoque cives Romani ad Latinitatem poenae causa detrusi sunt, *l. 2. Cod. Theod. de poenis. hereditas.* IDEM.

5. *His modis*] Olim quoque coloni Latini certis modis civitatis Romanae jura consequebantur: qua de re agit Sigonius *de jure Ital. lib.* II. *cap. 3.* Dediticii vero nullo modo civitatem Romanam consequi poterant, auctore Cajo *Inst. lib.* I. *tit. 1.* §. 4. IDEM.

6. *Aedificio*] Roma, uti videtur, extruendo: quod quomodo intelligi debeat, docet Ulpianus noster *l. 239. D. de verbor. signification.* quam l. ad hanc ipsam speciem pertinere vult Cujacius *ad l. 2. D. eod. tit.* quod non ausim affirmare: quamvis non obstet, quod Ulpianus in *d. l. 239.* explicuerit leges, Juliam & Papiam, quae de Latinis loqui non potuerunt, cum Latina libertas demum sub Tiberio, M. Junio Silano, L. Norbano Coss. A. V. C. CIↃ. CCLXXII. inducta sit, adeoque decennio post latam legem Papiam Poppaeam: potuit enim lex haec de illis loqui, qui voluntate dominorum in libertate morabantur, ac postea Latini dicti sunt: de qualibus quoque egisse legem Aeliam Sentiam, quae Papia longe antiquior fuit, apparet ex *tit. 1. §. 12. tit. 7. §. 4.* ut adeo id in medio relinquam. IDEM.

7. † *Senatusconsulto*] Tertulliano forte. CVJAC. Tertullianum quoque intelligit Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. Pap. cap. 9. in not.* quod tamen incertum est. Gothofredus etiam eo refert *l. 237. D. de verbor. signification.* ubi de lege Julia & Papia agitur: & exponitur, quae videatur esse ter enixa. de qua lege simile quid hic dictum velim, ac modo de altera specie proposui. Multa etiam, de quibus leges statuerant, Senatusconsultis plenius sunt sancita. Recurre ad dicta *ad tit. 1. §. 13.* SCHULTING.

8. † *Veluti quae sit ter enixa*] Adde alium modum ex *l. 1. C. Theod. de nupt. virgin.* CVJAC.

9. † *Impetraverit*] Consentiente patrono: alioquin locus est edicto D. Trajani, de quo in §. *ult. Instit. de succeff. libert.* IDEM. Plinius *lib.* X. *epist. 4. & 6.* id petit a Trajano Imperatore nonnullis libertis: ac priore loco ait, se id petere, patrona petente: posteriore, patronis volentibus: & merito, ne in alicujus jus injuriam vertat beneficium Principis. SCHULTING.

10. *Qui minor triginta annorum &c.*] Marc. Vertranius Maurus *de jure liberor. cap. 7.* putat, idem adeos productum fuisse, qui per manumissionem Latini fiebant, ideo, quia in bonis tantum manumittentis fuerant, non in dominio Quiritario, de quibus egit Ulpianus *tit. 1. §. 13.* & quidem id inductum Senatusconsulto Largiano: quae tamen non probat: nec de eo Senatusconsulto usquam tale quid legitur. IDEM.

11. *Manumissionis*] Per testamentum: nam si vindicta esset manumissus, servus manebat, *tit. 1. §. 12.* IDEM.

12. *Lege Junia*] Vide C. Petr. Pithoeus *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. ult.* dubitat, an hoc jus non potius adscribendum sit legi Juliae, Papiae Poppaeae de maritandis ordinibus, quae de his egisse videtur, ex *l. 132. & l. 134. D. de verbor. significationib.* (eo modo tamen, quo antea diximus) Sed utraque lex de eo agere potuit, quod nec ille negat; diverso tamen nonnihil modo: ac forte

[11]civem Romanam, vel Latinam uxorem duxerit, [12]teſtatione interpoſita, quod [13]liberorum quaerendorum cauſa uxorem duxerit; poſtea filio filiave, nato natave, & [16]anniculo facto, poſſit apud Praetorem, vel Praeſidem provinciae [17]cauſam probare, & fieri [18]civis Romanus, tam ipſe, quam filius, filiave ejus, & uxor; ſcilicet, ſi & ipſa Latina ſit: [19]nam ſi uxor civis Romana ſit, partus quoque civis Romanus eſt, [20]ex Senatusconſulto, quod auctore Divo Adriano factum eſt.

4. [21]Iteratione fit civis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat [22]major triginta annorum, iterum juſte manumiſſus eſt ab eo, [23]cujus

forte novi etiam aliquid induxit lex Junia: quam ideo potius allegavit Ulpianus: quod cenſet etiam Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. Pap. cap. 9.* IDEM.

13. *Civem Romanam*] Non quod hoc eſſet juſtum conjugium, niſi id eſſet conceſſum, *tit. 5. §. 4.* uti nec erat cum Latina: at matrimonium tamen hoc erat, ſecundum ea, quae notavimus ad Cajum *Inſt. lib. 1. tit. 4. pr.* ac poſtea natis liberis, ad jus Quiritium poſt tempus parentes poterant pervenire. Adeoque ut hic nuptias juſtas interceſſiſſe, & ad eas Principis conſenſu opus fuiſſe, dicamus, nihil cauſae eſt. IDEM.

14. *Teſtatione interpoſita*] Hanc in actis debuiſſe fieri, ac jusjurandum a magiſtratu deferendum, dicit M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 7.* verum id ubinam cavetur? Cur non erit ſatis, id aperte & ſerio apud teſtes declarari: ac ita plane conſtare: majoris quoque cautionis gratia, in ſcripturam redigi? quamvis poſteritas illud ad nuptias non requiratur, *l. 4. D. de pignorib. & hypothec. l. 9. l. 13. l. 22. C. de nupt.* nec hic dicatur exigi. IDEM.

15. *Liberorum quaerendorum gratia*] Olim dicebant, *liberum quaerendum gratia*, ut eſt apud Feſtum. *v. quaeſo*: vel *quaerendum*, apud Gellium *Noct. Attic. lib. IV. cap. 3.* ubi legi utiliter poterunt quae notavit Vir Celeberrimus, & Collega jam quoque mihi honorandus, Jacobus Gronovius. Alibi, *liberorum procreandorum animo & voto, l. 220. §. ult. D. de verbor. ſignification.* Quinctilianus avus etiam *declamation.* CCXLVII. dixit, *liberorum creandorum gratia*: quae de teſtatione multa ex Cujacio *ad Novell. XXII.* aliisque cumulavit D. Gothofredus ad *l. l. 220 §. ult. D. de verbor. ſignification.* Contrarium eſt illorum votum, qui clandeſtina delectantur Venere, ubi proles contra votum naſcitur, ſecundum Auguſtinum *Confeſſion. lib. IV. cap. 2.* IDEM.

16. *Anniculo facto*] Exponitur hoc in *l. 134. D. de verbor. ſignification.* IDEM.

17. *Cauſam probare*] Probare, videlicet, ſe illa obſervaſſe, quae lex Junia praeſcribit. Alia eſt probatio cauſae ex lege Aelia Sentia, cum quis, vel qua per errorem matrimonium contraxit cum ea cove, cum qua quove non erat connubium, de quo *tit. 7. §. 4.* IDEM.

18. *Civis Romanus*] Sic edidit Charondas: alii *civem Romanum*, quod conſtruendi ratio reſpuit. IDEM.

19. *Nam ſi uxor civis Romana*] Partum Latinum naſci, argumento erat lex Menſia, de qua in *tit. 5.* propterea quod Latini non valde diſtant a peregrinis. CUJAC.

20. *Ex Senatusconſulto*] Adeoque antea aliud juris fuit, vel ex lege Menſia, quae volebat, ex alterutro peregrino natum, deterioris parentis ſequi conditionem, cujus meminit *tit. 5. §. 8.* quod placuit Cujacio *ad hunc loc. & Obſervation. lib. XV. cap. 23.* (a quo diverſum ſentit M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 7.* quia, videlicet, lex illa peregrinorum tantum mentionem faciat, a quibus differunt Latini, qui a peregrinis diſtinguuntur *tit. 5. §. 4. tit. 19. §. 4.*) vel ex alio quo jure conſtituto. Mera juris ratio volebat, extra legitimum matrimonium natos matris conditionem ſequi, auctore Ulpiano *tit. 5. §. 8. & l. 24. D. de ſtat. homin.* quod & in matis ex impare matrimonio obtinuiſſe docet Boëthius *in Topic. Ciceron. lib. II.* his verbis. *Illud quoque videndum eſt, quod ex impari matrimonio ſuſceptos non patrem, ſed matrem ſequuntur*: ac deinde etiam exemplum ponit in muliere Romana, quae Latino, vel peregrino, vel ſervo nupſit. Non poteſt vero hic Ulpianus intelligi de caſu, quo jus connubii Latinis erat conceſſum, ſecundum *tit. 5. §. 4.* ſic enim juſtae erant nuptiae: adeoque neceſſario liberi debuiſſent ſemper patrem ſequi. *tit. 5. §. 8.* SCHULTING.

21. *Iteratione*] Plin. VI. *Epiſt.* CUJAC. Illa fruſtra fit, quando civitas Romana competit, *l. 2. C. de vindict. libertat.* verum haec ex priori manumiſſione obtingere non potuerat. Fieri vero poterat, ut alicui domino facultas non eſſet manumittendi vindicta, cum non aderat magiſtratus, cujus poſtea erat copia; veluti apud Plinium *lib. VII. epiſt. 16.* idque maxime olim, quando non ita paſſim magiſtratibus minoribus data fuit legis actio. SCHULTING.

22. *Major triginta annorum*] Sed non juſte manumiſſus. Minor triginta annorum ſine conſilio inter vivos manumiſſus huc non pertinebat, cum ille plane maneret ſervus, *tit. 1. §. 12.* Meminit & Cajus *Inſtit. lib. I. tit. 1. §. 4.* IDEM.

23. *Cujus*

[23] cujus ex jure Quiritium servus fuit. [24] Sed huic concessum est [25] ex Senatusconsulto etiam liberis jus Quiritium consequi.

5. [26] Militia jus Quiritium accipit Latinus, si inter [27] vigiles Romae sex annis militaverit, ex lege [28] Visillia. Praeterea ex Senatusconsulto concessum est ei, ut, si triennio inter vigiles militaverit, jus Quiritium consequatur.

6. [29] Nave Latinus civitatem Romanam accipit, si non minorem, quam [30] decem millia modiorum navem fabricaverit, & Romam sex annis frumentum portaverit, ex edicto [31] Divi Claudii.

* * * *

23. *Cujus ex jure Quiritium servus fuit*] Aliter enim manumissionis modus nihil hic poterat mutare, cum jus manumittenti deesset. IDEM.

24. *Sed huic concessum est*] Qui minor XXX. annorum Latinitatem accipit, liberis jus Quiritium consequitur ex lege Junia. post hanc aetatem qui Latinitatem accipit, non nisi patroni beneficio: sed ex S. C. etiam liberis jus Quiritium consequitur. CVJAC.

25. *Senatusconsulto*] Largianum intelligit Marc. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 29.* verum nihil habet, quo id probet: nec in locis illis, ubi ejus Senatusconsulti fit mentio, *§. uls. Inst. de succession. libertor. l. 1. pr. & §. 12. C. de Latin. libertat. tollend. Novell.* LXXVIII. *princ.* tale quid indicatur. SCHULTING.

26. *Militia*] Vigilum septem cohortes D. Augustus in urbe ita constituit, ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueretur. Constat enim XIV. fuisse regiones urbis, *l. 3. de offic. praef. vig.* Inter eos, qui Latinus sex annis militasset, ex lege Visellia jus Quiritium consequebatur: tandem Senatui triennium visum est sufficere. *Visellia* malo, quam *Visillia*: quae D. Claudii temporibus lata est, rogante L. Visellio Varrone, *l. 1. C. ad legem Visel. l. 1. C. quand. civ. ac. cri. pra.* CVJAC. De militiae favore apud Romanos satis multa dici possent, sed hinc remotiora. Ad civitatem vero Romanam consequendam etiam peregrinis per allectionem in militiam temporibus Divorum Fratrum aditum fuisse constat ex Aristide *Oration. in Rom. p. 330.* ubi tamen indicat, id esse factum interveniente adsumptione in civitatem: de quo plura tradit Vir Inclytus, Exech. Spanhemius *Orb. Roman. Exercitation.* II. *cap. 2.* Exempla quoque alia illorum, qui post toleratam militiam in civitatem adsciti fuerint eodem saeculo, habet Gruterus *Inscription. p.* IↃ LXXIII. IↃ LXXIV. IↃ LXXV. Aliud temporum Philippi exstat apud Petr. Bellorium *Fragment. vestig. vet. Rom. in Thesaur. Antiquitat. Romanar. tom. 4. ad fin. p. 7.* & Sponium *Miscellan. p. 244.* quod ad libertinos quoque videtur pertinere. SCHULTING.

27. *Vigiles*] Hos ex libertinis constitisse docent Strabo *lib.* V. *p. 235.* Dion Cassius *lib.* LV. *p. 566.* Atque huc pertinet quod scribit Suetonius de Augusto, in ipsius vita *cap. 25.* libertino milite non usum Augustum, praeterquam Romae incendiorum causa; huic enim rei inserviebant vigiles, *l. 1. l. 2. l. 3. pr. D. de offic. praef. vigil.* quorum militia erat minus honorata: quo pertinet quod habemus in *l. 8. §. 4. D. de excusationib.* Vir Magnus *ad Sueton. d. l.* non recte intelligit servos ad id ipsum manumissos. IDEM.

28. *Visillia*] Et ego mallem *Visellia*. Lata creditur a L. Visellio Varrone, qui Consul fuit temporibus Tiberii anno IↃ CC LXXVI. IDEM.

29. † *Nave*] Navis etiam dat civi Romano vacationem publici muneris, *l. 3. D. de vacat. mun.* CVJAC.

30. *Decem millia*] Scribo, *decem millium*: uti quinquaginta millium, *l. 3. D. de vacation. & excusation. muner.* & alibi. Navium capacitas olim dijudicabatur per modios & amphoras, ut docet V. C. If. Vossius *ad Pompon. Mel. de sit. orb. lib.* III. *cap. 7.* SCHULTING.

31. *Divi Claudii*] Item Suetonius *in Claudio.* CVJAC. Claudio quantae curae fuerit res nautica, docet in vita ipsius Suetonius *cap. 19.* ubi hujus ipsius rei mentio: ac praemittitur occasio, annona, nempe, Romae arctior, ob quam multa indigna Claudius tulerat. Atque huic quoque studio ipsius accepto forte ferendum est Senatusconsultum de naufragiis ipsius tempore factum, *l. 3. §. 8. D. de incend. ruin. naufrag.* Quae vero de aedificio & pistrino hic addiderat Ulpianus, ea Excerptoris, vel librariorum vitio, intercidernnt. SCHULTING.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS IV.

De bis, qui ſui juris ſunt.

1. Sui juris ſunt familiarum ſuarum principes, id eſt, paterfamiliae, itemque materfamiliae.

2. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt, [2]ſpurii appellantur.

1. *Sui juris ſunt &c.*] Perſonarum aliæ ſunt ſui juris, aliæ juri & manui alterius ſubjectæ. Jure autem Romanorum conſtitutum erat, (quemadmodum Vlpianus *lib.* 1. *Inſtit.* ſcribit) ut alii patres, matreſve familiarum, alii filii filiæve famil. eſſent. Quod jus proprium civium Romanorum eſt. Ita vero uxor materfamil. fiebat, quia vir eam rogabat, (ut Boëtius *ad Topica Ciceronis* ait) an ſibi materfamil. eſſe vellet: illa reſpondebat velle: Sicque mulier in viri conveniebat manum, & princeps familiæ fiebat, acceptis ex veteri jure clavibus, quod Sext. Pompejus Feſtus teſtatur. CHAROND. De matribusfamilias, de quibus hic aliquid tradit Charondas, parum accurate ſcripſiſſe Boëthium, quo ille auctore utitur, apparet ex notis P. Pithœi *ad Collation. Moſaic. & Roman. legg. tit. 16.*

2. *Spurii appellantur*] Spurii ſunt, qui legitime quæſiti non ſunt. Originem verbi Juſtinianus explicat his verbis, *unde ſolent Spurii appellari, vel a Græca voce, quaſi σπορᾶδην concepti, vel quaſi ſine patre filii, in tit. de nupt.* ſic in *l. divus, 25. de captiv.* ſic Cajus *lib.* 1. *Inſtit.* ſic Theophilus, ſic libri ſcripti: impreſſi non ſic, quibus non aſſentior. CVJAC. De origine verbi *ſpurius* multa habet Æg. Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 19.*

TITVLVS V.

De bis, qui in poteſtate ſunt.

1. In poteſtate ſunt liberi parentum, ex juſto matrimonio nati.

2. [1]Juſtum matrimonium eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium ſit: & tam maſculus pubes, quam femina [2]potens ſit: & utrique conſentiant, ſi ſui juris ſunt; [3]aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt.

3. Connubium eſt uxoris jure ducendae facultas.

4. Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem, & peregrinis [4]ita, ſi conceſſum ſit.

5. Cum

1. *Juſtum matrimonium &c.*] De hoc plus ſatis ſcripſere Interpretes Caji *ad Inſt. lib.* 1. *tit.* 4. & Juſtiniani *ad Inſt. tit. de nupt.* Hæc vero ac ſequentia videntur poſita fuiſſe ſub titulo *de nuptiis*, ex quo citantur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 6. quæ hic legimtur §. 6. & 7.

2. *Potens*] Viripotentes dicuntur *pr. Inſt. de nupt. pr. Inſt. quib. mod. tutel. finit.* & alibi. IDEM.

3. *Aut etiam parentes*] Neque naturalis, neque civilis ratio permittit, ut abſque parentum conſenſu filium nuptias contrahat, *Inſt. lib.* 1. *de nupt.* ita ut injuſtas eſſe nuptias, nec legitimos juſtoſque liberos eſſe, qui ex matrimonio ſine parentum conſenſu contracto procreantur, Paulus reſponderit. Et certe filium, qui parentes ita negligit, exheredari poſſe non dubito: quamvis diſſentiant plerique. Miſerum eſt enim eorum hominum genus, qui, mulierecularum blanditiis allecti, eos contemnunt, quibus vitam acceptam ferre debent. CHAROND.

4. *Ita, ſi conceſſum ſit*] Olim a populo Exempla habet

Digitized by Google

5. Cum ſervis nullum eſt connubium.

6. [1]Inter parentes & liberos [6]infinite cujuſcunque gradus connubium non eſt. Inter cognatos autem ex tranſverſo gradu olim quidem uſque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: [7]nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere: [8]ſed tantum fratris filiam, [9]non etiam ſororis

bet Livius *lib.* XXXVIII. *cap. 36. lib.* XLIII, *cap. 3.* Poſtea id indulſit Princeps: quod notavit & Boëthius *in Ciceron. Topic. lib.* II. Exempla ſunt in inſcriptionibus, ubi hoc etiam conceditur cum uxoribus jam ductis, apud Gruterum *p.* DLXXIII. 2. DLXXIV. 5. DLXXV. 1. & in alia apud Bellorium *Fragment. veſtig. vet. Rom. in Theſaur. Antiquitat. Romanar. tom. 4. ad fin. p. 7.* quam inſcriptionem habet & Jac. Sponius *Miſcellan. p. 244.* De hoc jure plurima habet, quæ legi merentur, Vir Præclarus, Ezech. Spanhemius, *Orbe Rom. Exercitation.* II. *cap.* 22. SCHULT.

5. *Inter parentes*] Cum nulla major reipublicæ cura eſſe debeat, quam ut certa honeſtaque nuptiarum ineundarum ratio conſtituatur: ea ſemper apud Romanos lex æterna obſervata eſt, ut inceſtæ injuſtæque inter eos haberentur nuptiæ, qui ſibi parentes & liberi, aut parentum & liberorum loco eſſent. Verum de iis, qui ex cognatione per tranſverſum junguntur, dubitatum fuit, varieque & diverſæ leges latæ fuerunt. Prudentiores autem Romani in quarto gradu, id eſt, inter conſobrinos, nuptias permiſerunt, aliorum etiam populorum exemplis confirmati. Paulus *c.* III. *de ritu nup.* Arca. & Hono. AA. *c. 19. C. de nu.* Antoni. A. *c. 2. C. de inſtitu. vel ſubſt.* Cicero pro *Aul. Cecin.* Jul. Capitolinus de M. Antonino Philoſ. Plutarchus & alii. Juſtinia. *tit. de nup. Inſtit. lib.* 1. Graduum autem numerandorum facilis eſt ratio. Si cognationem (utar eo verbo, quod ut generale elegerunt I. C.) ita diſpoſuerimus, ut ſupra eum, de cujus cognatione agitur, ponantur ii, a quibus originem ducit: (quos vulgo aſcendentes appellamus) infra vero, qui ab eo deſcendunt: ex tranſverſo, qui ex communione quadam ſanguinis ipſi junguntur, communemque cum eo ſtirpem habent. Eos autem ſic diſtinxerunt juris authores, ut unaquæque generatio unum gradum conſtituat. Ita enim gradus vocant a ſimilitudine ſcalarum locorumque proclivium, quos ita (ut inquit Paulus) ingredimur, ut per ſingulos gradus proximum quenque numeremus. Non is quidem, de cujus cognatione quæritur, nullam in hac enumeratione cognationis appellationem habet, ſed ejus ratione ipſa cognatio explicatur: atque ita ad ipſum referri debet: ut cum eo, qui ſibi proximus eſt, unum gradum unamque generationem conſtituat, quæ ex duabus ſemper perſonis conſtat, altera quidem generante, altera vero generata. Verum facilis eſt aſcendentium & deſcendentium enumeratio. Nam ab eo, de cujus cognatione agitur, aſcendentes, illius patrem primum in ſuperiori ordine gradum occupare: deſcendentes autem, primum eſſe in inferiori filium, invenimus. Avum quoque in ſuperiori ſecundum, nepotem vero in inferiori, & ita deinceps. Sed ſi quam cognationem in tranſverſa linea quæramus, relicto inferiori ordine, gradatim ad eam uſque perſonam aſcendendum eſt, quæ eſt communis cauſa & origo cognationis, & ab ea in tranſverſum ad ipſum, quem deſideramus, deſcendendum. Quot in hac deſcriptione inveniuntur generationes, tot erunt gradus: ut duorum fratrum filii quatuor gradibus diſtant. Duo enim ſunt ad eorum avum, qui eſt commune ipſorum propinquitatis principium, gradus in linea recta. Ab eo ad patruum, & a patruo ad conſobrinum, de cujus ad alium cognatione agitur, duo etiam in tranſverſa linea. CHAROND. De his quoque talia habet Cajus *Inſt. lib.* I. *tit.* 4. & Paulus *Sentent. lib.* II. *tit. 19.* §. 3. & *ſeqq.* de quibus hic plura dicere, eſſet actum agere.

6. *Infinite*] Non exſtat in citata Collatione *dict. loc.* recte tamen ſeſe habet. Alibi *in infinitum*, §. 1. *Inſt. de nupt.*

7. *Nunc autem etiam ex tertio*] Hic locus ſic meo judicio reſtituendus eſt. *Nunc autem etiam ex quarto gradu licet uxorem ducere. Sed tamen fratris aut ſororis filiam, neptemve eorum, quamvis eodem gradu ſit, amitam vel materteram, eamque uxorem, quæ noverca, vel privigna, vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus.* Olim igitur inter ſe patrueles, amitini, conſobrini matrimonio jungi non poterant: id quod & Cajus ſcribit *lib.* 1. *Inſtit.* hodie ex Conſtitutionibus poſſunt. Perperam *ex tertio gradu*, nam jure civili ex tertio gradu uxorem ducere numquam licuit; neque vero nunc licet. Cetera quam inepte deſcripta fuerint, ex Caji & Juſtiniani Inſtitutionibus, & graduum ratione deprehendi poteſt. Sed vide *Obſ.* XIII. *cap. 16.* CUJAC.

8. *Sed tantum fratris filiam, &c.*] Locus hic antea miſere fuit depravatus & ita lectus. *Et tantum* (Charond. *tamen,*) *fratris filia, non etiam ſororis* (Char. *aut ſor.*) *filia, aut* (Char. addit *etiam*) *amita, vel materſera, quamvis eodem gradu* (hæc tria verba parentheſi incluſit Charond.) *ſit, eademque uxore; noverca,* (Char. *aut ex uxore: ſi nov.*) *vel privigna, vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, uxorem ducere* (Char. *ducere eam*) *non poſſumus.* Verum hæc ita, uti nos præſentavimus, exhibet ante laudata Collatio, nec non MS. Aured. ac probavit hoc Cujacius *Obſervation. lib.* XIII. *cap. 16.* adeoque ipſe ab emendatione hic propoſita receſſit. Ac ſic quoque fere habet editio Pariſ. clɔlɔLXXXVI. ac clara hic omnia. De nuptiis cum fratris filia olim licitis ad Cajum *lib.* 1. *tit.* 4. §. 3. multa ſatis dicta reperiri poterunt. SCHULTING.

9. *Non etiam ſororis filiam.*] Ultimum verbum non exſtat

ris filiam, nec amitam, vel materteram; [10] quamvis eodem gradu ſint. [11] Eam, quae noverca, vel privigna, vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, uxorem ducere non poſſumus.

7. Si quis eam, quam [12] non licet, uxorem duxerit, [13] inceſtum matrimonium contrahit: [14] ideoque liberi in poteſtate ejus non fiunt, ſed, quaſi vulgo concepti, ſpurii ſunt.

8. Connubio interveniente, liberi ſemper patrem ſequuntur: non interveniente connubio, [15] matris conditioni accedunt; excepto eo, qui ex peregri-

no

exſtat in Collatione: ſed cum editiones Vlpiani habeant hic *filia*, ex Pariſienſi admiſi *filiam*: quod tamen ſive adſit, ſive abſit, nihil intereſt. Ceterum ad hanc ſpeciem videtur pertinuiſſe lex Nervæ, qui, auctore Dione, vetuit ἀδελφιδῆν γαμεῖν: quomodo illud quoque accipiendum eſſe, poſt Cujacium & Hotmanum pluribus docuit Celeberrimus Vir, Ger. Noodt *Obſervation. lib.* II. *cap.* 3. quoniam nulla hic juris apparet mutatio: ac fratris filiam ducere, quod ſub Claudio inductum erat, & poſtea paſſim licuit. imo ipſe Marcus, qui juris religioſiſſimus Princeps dicitur Papiniano *l.* 67. §. *ult. D. de legat. lib.* II. filiam ſuam Vero fratri deſpondit, ut refert Capitolinus *Marc. Antonin. cap.* 7. Nerva vero id de ſororis filia conſtituere neceſſe forte habuit, quia quod de fratris filia cautum erat, nonnulli quoque de ſororis filia licere putabant. Quin & in Pandectis videmus, per errorem id creditum eſſe a quibuſdam, *l. ult. D. de condition. inſ. cauſ. l.* 57. §. 1. *D. de rit. nuptiar.* Et quod per ἀδελφιδῆν apud Dionem recte intelligi poſſit ſororis filia, inde quoque colligitur, quod idem Dion Marcellam, quæ ſororis Auguſti erat filia, ipſius dicat ἀδελφιδῆν *lib.* LIX. *p.* 527. ac tam de ſororis, quam de fratris filia hoc verbum uſurpari docet Pollux *lib.* III. *cap.* 2. IDEM.

10. *Quamvis eodem gradu*] Inter has quidem perſonas ideo nuptiæ prohibentur. nec enim honeſtas permittit, ut eas uxores ducam, quæ mihi vel filiarum, vel matrum loco ſunt, licet quarto atque etiam remotiori gradu a me diſtent. CHAROND.

11. *Eademque ex uxore*] Hæc verba ad affinitates pertinent. Eſt autem affinitas, conjunctio perſonarum, quæ citra cognationem per nuptias contrahitur, *Theophil. lib. Inſt. tit. de nup. l. non facile,* 4. *de grad. D. &* §. *affinitatis, Inſtitut. de nupt.* Et inter eos quidem affines jure civili prohibetur matrimonium, qui parentum, liberorumque loco habentur: ut ſunt Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Privignus, Noverca, & aliæ ſimiles perſonæ. De iis affinibus, qui ex tranſverſo conjunguntur, non tanta eſt ratio. Sed leviri conjunctio Imperatorum conſtitutionibus prohibita eſt, *l. fratris, 5. l. penul. l. ult. C. de inceſt. nupt.* IDEM. Lectionem aliam nos hic exhibemus, quam Charondas; uti jam diximus.

12. *Non licet*] Ob cognationem, nempe, vel affinitatem: alioquin enim quidem nuptiæ non valent, non tamen inceſtæ ſunt.

13. *Inceſtum matrimonium*] Ergo non tantum inter parentes & liberos inceſtæ ſunt nuptiæ, ſed & inter eos, qui ex tranſverſo, vel qui affinitate conjuncti ſunt: quod & Cajus ſcribit *lib.* 1. *Inſtit.* & Paulus in *l. ſororis, 39. de rit. nupt.* Et præterquam quod jure gentium inter parentes & liberos, ceterum jure civili inceſtæ ſunt nuptiæ. CVJAC.

14. *Ideoque liberi &c.*] Hæc traduntur quoque §. *pen. Inſt. de nupt.* & Cajo *Inſt. lib.* 1. *tit.* 4. §. 2. ubi tamen conſpicua eſt Aniani manus.

15. *Matris conditioni accedunt*] Quod naturali juri adſcribit Vlpianus *l.* 24. *D. de ſtatu homin.* Cicero huc alludit *de natur. Deor. lib.* III. *cap.* 28. his verbis. *Vt enim jure civili qui matre eſt liberta, liber eſt, item jure naturæ, qui Dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt.* Sunt, videlicet, liberi tales pro vulgo conceptis, §. 12. *Inſt. de nupt. l.* 3. *C. ſolut. matrimon. quemadmod. def. pet. l.* 6. *C. de ſuis legitim. libert.* quod & Cujacius notat *ad pr. Inſt. de ingen.* Nec probo quod idem Vir Maximus *not. poſterior. ad dict. princ. ac ad l.* 2. *D. ne de ſtat. defunctor. poſt quinquenn. querat. ad Papin. Reſponſor. lib.* XIV. & Janus a Coſta *ad idem pr.* exiſtimant, olim aliud juris fuiſſe; ac partum hunc deterioris parentis ſtatui fuiſſe obnoxium: idque jus demum mutatum eſſe ab Alexandro Severo *l.* 9. *D. de decurionib.* ſecundum Cujacium: vel a Septimio Severo & Antonino *l.* 1. *C. de captiv. & poſtlimin. reverſ.* ſecundum Janum a Coſta: qui recte notat, per Severum Auguſtum non debere in *d. l.* 9. Alexandrum Severum intelligi: uti nec debet alibi in ſcriptis Vlpiani, (de quo aliquid obſervavimus ad vitam Vlpiani a Bertrando deſcriptam) nec non Pauli, ac aliorum. Certe Alexander Severus non modo nunquam ſimpliciter vocatur *Severus Auguſtus:* ſed & Paulus in libris Decretorum, ex quorum primo eſt *d. l.* 9. decreta Severi & Caracallæ refert, (quod ipſe Cujacius notavit *Obſervation. lib.* II. *cap.* 26.) ac Papiniani meminit etiam tanquam vivi *l.* 97. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. ult. D. de jur. fiſc.* quæ loca ſunt ex libro III. quem tamen Papinianum a Caracalla longe ante imperium Alexandri conſtat fuiſſe

no & cive Romana peregrinus naſcitur: [16] quoniam [17] lex Menſia ex alterutro peregrino natum [18] deterioris parentis conditionem ſequi jubet.

9. Ex cive Romano & Latina [19] Latinus naſcitur: & ex libero & ancilla ſervus: quoniam, cum his caſibus connubia non ſint, partus ſequitur matrem.

10. [20] In his, qui jure contracto matrimonio naſcuntur, conceptionis tempus ſpectatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur, [21] editionis: [22] veluti ſi ancilla conceperit, deinde manumiſſa pariat, liberum parit: nam, [23] quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera ſit, partus quoque liber eſt.

trucidatum. Sed ad rem. In *d. l. 9.* definitur tantum, illum, qui ex matre libera, & patre ſervo natus eſt, poſſe decurionem fieri: ſpurii, quippe qualis hic eſt, ad id munus admittuntur, *l. 6. D. de decurionib.* Nihil hic novi: nec id agat Janus a Coſta; qui proinde argumentum petit ex *l. 1. C. de captiv. & poſtlimin. reverſ.* Verum & illic nihil novi: ſed id ſolum, natam in parentum captivitate apud hoſtes, & reverſam, patre ab hoſtibus interfecto, (quem, ſcilicet, lex Cornelia fingit mortuum jam ſtatim ex quo captus eſt) matris conditionem ſequi. Totum hoc regulis juris veteris optime congruit: nec etiam Iupp. jus novum conſtituunt, ſed ex veteri argumentantur. Magis aperte Papinianus *l 2. D. ne de ſtat. defunctor. poſt quinquenn. quaerat.* videtur probare, patris ſtatum hic ſpectatum etiam fuiſſe, dum indicat, propter eum libertatis quæſtionem liberis moveri poſſe. Verum id nihil nobis officit: cum non neget Papinianus, quæſtionem de ingenuitate, quæ ad natales pertinet, a ſolius matris ſtatu dependere, quo etiam referenda *d. l. 3. C. ſolut. matrimon. quemadmod. des petat.* at oſtendat, libertatis quæſtionem, quæ & aliunde, quam ex natalibus, naſci poteſt, etiam ex patris conditione interdum eſſe terminandam. Ponamus, patrem tamquam liberum vixiſſe, & filium ex ancilla, tamquam ſua procreatum manumiſſiſſe: an non, ſi hic pater non fuerit liber, filii quoque libertas nulla erit? Idem erit, ſi pater fuerit a domino heres inſtitutus, & tamquam heres domini, liberos, quos ante procreaverat, manumiſerit: verum teſtamentum poſtea ob vitium aliquod dicatur injuſtum vel nullum. Vt adeo non ſit hic ratio diſcriminis inter antiquum & recentius jus conſtituendi. SCHULTING.

16 *Quoniam lex Menſia*] *l. lex naturæ, 24. de ſtat. hom.* CUJAC. Legis ratio eſt, quia cum injuſtum ſit, & contra jus Romanorum matrimonium, filios quoque non legitimos eſſe conſtat: ideoque filiorum juribus carere eos oportet. CHAROND.

17. *Lex Menſia*] Quæ quidem de natis ex Latino & cive Romana non videtur locuta: dubium tamen, an non aliqui illam huc uſque produxerint. Saltem aliud cautum hic eſſe Senatuſconſulto docuit Vlpianus *tit. 4. §. 3.* Lex vero hæc civitatem non voluit adquiri per nativitatem, niſi uterque parens eſſet civis: adeoque civitatis per nativitatem conſequendæ jus nonnihil inhibuit contra veteris juris regulas. SCHULTING.

18. *Deterioris parentis*] Quod & in nato ex adſcriptitio & libera muliere obtinuit ante Juſtinianum, qui id mutavit *l ult. C. de agricol. cenſit. & colon. lib.* XI. Tamen id poſtea non perduraſſe liquet ex illis, quæ profert Cujacius *Obſervation. lib. IV. cap. 21.* Aliud exemplum in Novellis Severi *tit. 2.* IDEM.

19. *Latinus*] Qui tamen erit ingenuus, utpote non manumiſſus, ut apparet ex Paulo *Sentent. lib. IV. tit. 9. §. 8.*

20. *In his, qui juſto &c.*] Idem docet Cajus *Inſt. lib. 1. tit. 4. §. ult.* ubi multa ſatis ſunt adnotata.

21. † *Editionis*] *L. ejus qui, 9. D. ad municipal.* CUJAC.

22. *Veluti ſi ancilla conceperit*] Quod ſi libera conceperit, deinde ancilla pepererit, partus quoque ſervus eſt, ſi hanc juris civilis regulam ſequamur: quod & Cajus ſcribit *lib. 1. Inſtit.* ſed favore libertatis placuit eum liberum naſci. Et ita Marc. ſcribit in *l. & ſervorum, 5. de ſtat. hom.* & Paul. *lib. 11. Sent.* IDEM.

23. † *Quamvis*] *Quoniam.* IDEM. Illud *quoniam* exſtat in editionibus antiquiſſimis, quæ ad Tilianam ſunt expreſſæ, Lovan. cIↃ IↃ L. Lugd. cIↃ IↃ LIX. & cIↃ IↃ LXVI. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. quod ſenſus poſtulat: cum hic non fiet oppoſitio adverſus priora: ſed reddatur ratio ejus, quod dictum eſt: & addatur, quid ei ſit conſequens. SCHULTING.

TIT V.

Digitized by Google

TITVLVS VI.

[1]*De Dotibus.*

1. [2]Dos aut [3]datur, aut [4]dicitur, aut promittitur.

2. Dotem dicere potest mulier, quae nuptura est, & debitor mulieris, si jussu ejus dicat, [5]institutus, parens mulieris virilis sexus, per virilem sexum [6]cognatione junctus, velut pater, avus paternus. [7]Dare, promittere dotem omnes possunt.

3. Dos aut profectitia dicitur, id est, [8]quam pater mulieris dedit: aut adventitia, id est, ea, quae [9]a quovis alio data est.

4. [10]Mor-

1. *De Dotibus*] Varro dotem proprie dici scribit pecuniam, quæ nuptiarum causa datur: nec enim ea sine matrimonio esse potest. CHAROND.

2. *Dos aut datur*] Dos dicitur solemnibus verbis sine interrogatione. Dotis actio tam ex dictione nascitur, quam ex stipulatione: hodie etiam ex nuda pollicitatione & nudo pacto, *l. 2. C. Th. de inc. nupt. l. ult. C Th. de dotib.* Sublata autem est dicendæ dotis solemnitas: ideoque a *l. ad exactionem, 6. C. de dot. prom.* ut ex Cod. Theod. apparet, Tribonianus amovit hæc verba, *Dicis vel*, & quibus in locis prudentes scripserant, *Dari dicere*, subscripsit, *Dari promittere*, inusitata loquendi forma, *l. si rem, 31. §. ult. de novat. l. avus, 79. de ju. dot. l. si marito, 31. §. 2. l. si socer, 44. §. Lucius. solut. matr.* Denique in *l. 2. C. de jur. dot.* cum Severus Imp. scripsisset, *Dicis vel promissio:* de paulo post, *Ex dictione vel ex stipulatione*, (nec dum enim ex pollicitatione dotis actio erat) pollicitationem Tribon. adscripsit, & condictionem ex pollicitatione: cum tamen ex pactis, vel pollicitationibus præscriptis verbis, non condictio dari soleat. CVJAC.

2. * *Dos aut datur, aut dicitur*] Dos dicitur, quæ sine ulla stipulatione constituitur, vel etiam sine stipulatione promissa debetur. Nam & mulier, & parentes ejus paterna cognatione juncti si quam pecuniam dotis dixerint, illius solvendæ necessitate obligantur. Hujus dotis dicendæ consuetudinis meminit Cicero *pro Flacco*, & Cajus *lib. poster. inst.* Alii vero, quos extraneos appellant, si pro muliere dotem marito promisissent, communi jure obligati debebant, id est, ut & interrogati responderent, & stipulationem præmitterent. Sed nunc ob dotis favorem sola conventio actionem parit, *Lex ad exactionem, 6. C. de dot. promiss.* CHAROND.

3. *Datur*] Idque fieri potest ante nuptias, (quo tamen casu non ante vera erit dos, nec usucapioni pro dote locus, nisi matrimonio perfecto, *l. 1. §. 2. D. pro dot.*) & post, *§. pen. Inst. de donationib. l. ult. C. de donationib. ant. nupt.* Sic & Paulus *Sententiar. lib. II. tit. 21. B. §. 1.* Idemque de dotis dictione docet Marcianus Capella *lib.* IX. SCHULT.

4. *Dicitur*] De dictione dotis ejusque solennitate nonnulla scripsimus ad Cajum *Inst. lib. II. tit 9. §. 2.* Dictionis vero dotis, cujus in jure nomen passim sublatum, & aliud repositum esse, hic notat Cujacius, olim quoque meminisse Pomponium *l. 20. D. de pact. dotal.* ejusque verba mutata esse existimat idem Cujacius *Observation. lib.* XI. *cap. 29.* qui etiam id factum esse putat *in l. 1. D. solut. matrimon.* & illic ab Ulpiano scriptum fuisse, *neque dies dotis dicta.* Sic ille *ad l. 7. §. 2. D. eod. tit. ad Papin. Quæstion. lib.* XI. IDEM.

5. *Institutus*] Ad hanc rem constitutus. CVJAC. Verbum hoc non videtur ab Ulpiano esse: recte tamen in quibusdam editionibus per distinctionem a verbo præcedente separatur, ut *dicat* pertineat ad debitorem, hoc alio. Non displicet quod ad marginem edit. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. legitur, *jussus tutor.* Et alioquin omissa erit mentio tutoris, qui tamen a mulieribus, quæ non erant in potestate, ad hanc rem etiam est adhibitus, *tit. 11. §. 20.* nec litterarum ductus longe discrepant. SCHULTING.

6. *Cognatione*] Non opus, ut sit adgnatus: nec jus hic potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit, *l. 5. §. 11. D. de jur. dot.* IDEM.

7. *Dare, promittere*] Idem Paulus *in l. promittendo, 41. de jn. dot.* Dicendo igitur tres duntaxat personæ obligantur, promittendo omnes. CVJAC.

8. *Quam pater mulieris*] Adde, vel parens virilis sexus, per virilem sexum cognatione junctus. IDEM.

9. *A quovis alio*] Imo etiam illa, quam pater non dat tamquam pater, sed veluti extraneus, puta debitor filiæ, *l. 5. §. 11. D. de jur. dot.* SCHULT.

4. [10] Mortua in matrimonio [11] muliere, [12] dos a patre profecta ad patrem revertitur, [13] quintis in singulos liberos [14] in infinitum relictis penes virum. [15] Quod si pater non sit, [16] apud maritum remanet.

5. Adventitia autem dos [17] semper penes maritum remanet, praeterquam si is, qui dedit, ut sibi redderetur [18] stipulatus fuit: quae dos specialiter [19] receptitia dicitur.

6. Divortio facto, siquidem sui juris sit mulier, [20] ipsa habet actionem, id est, dotis repetitionem. Quod si in potestate patris sit, pater adjuncta filiae persona habet actionem [21] revera: [22] nec inter est, adventitia sit dos, an profectitia.

7. [23] Post

10. *Mortua*] Etiam civiliter, si matrimonium sit dissolutum, & dos petatur, *arg. l. 56. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat, l. 5. §. 1. D. de bon. damnator.* IDEM.

11. † *Muliere*] Vid. leg. *cum patrem, 19. C. de jur. dot.* CVJAC.

12. *Dos a patre profecta ad patrem revertitur.*] Ne pater duplex damnum, pecuniæ, & filiæ sentiret, *l. 6. pr. D. de jur. dot. l. 17. D. de S. C. Macedonian. l 10. pr. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat. l. 71. D. de evictionib.* absque distinctione, an fuerit filiafamilias, an sui juris mulier, *l 59. D. solut. matrimon. &c.* SCHULTING.

13. *Quintis in singulos liberos in infinitum relictis &c.*] Vt ita hoc casu deterioris conditionis dos fiat ob liberos: quod tum demum fieri potest, cum vel mortua est mulier, vel factum est divortium, *l. 1. §. 1. D. de dot. prælegat.* & hoc quidem culpa mulieris, §. 10. *hoc tit.* Retentionem hanc Justinianus sustulit *l. un. §. 5. C. de rei uxor. action.* una cum aliis, quæ mox memorabuntur ab Vipiano: adeoque hodie pater totam dotem repetere potest, licet filia relictis liberis decesserit: qua de re fuse disputant Doctores *ad tit. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat.* quos nolo compilare. IDEM.

14. *In infinitum*] Secus ac sit in specie divortii culpa mulieris facti §. 10. *hoc tit.*

15. *Quod si pater non sit*] *L. cum patrem, 19. C. de jur. dot.* CVJAC.

16. *Apud maritum remanet*] Hodie mulieris heredi cedet, *l. un. §. 6. C. de rei uxor. action.*

17. *Semper*] Sive sint liberi, sive non. CVJAC.

17. * *Semper penes maritum remanet*] Mortua muliere dotem adventitiam penes virum manere, constat quoque ex *l. 20. D. de conditionib. institution. l 23. D. de evictionib. l. 5. D. de bon. damnator. l. un. C. si adverf. dot.* Plura habet Cujacius *Observat. lib.* IX. *cap. 4.* Præter hæc vero, & alia quædam producuntur ex Pandectis; quæ tamen etiam ad illos casus possunt referri, cum vel profectitia dos deficiente patre marito cedit, vel viro ex pacto, veluti *l. 22. D. de religios. l. 10. §. 1. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat. l. ult. §. 1. D. ut legator seu fideic. servander. caut. caveat. l. 27. D. de jur. fisc. l. 11. §. ult. D. quod falf. tutor. gest. esse dicat. l. 42. D. de usurpationib. & usucap. l. pen. D. de fund. dotal.* Aliud quidem circa dotem adventitiam statuit Augustus in speciali casu, ac marito illam abjudicavit, apud Valerium Maximum *lib.* VII. *cap. 7. ex. 4.* sed is Princeps facti indignitate motus etiam nuptias improbavit; imo & testamentum mulieris: & quidem ut Princeps, magis ex bono & æquo decrevit, saltem circa dotem & nuptias, quam ex juris rigore vel fori usu. SCHULT.

18. *Stipulatus sit*] Nec stipulatio hæc effectum sortitur, nisi mulieri supervixerit is, qui stipulatus est, *l. 16. D. de reb. dub.* Idem pacto fieri potest, *l. 6. l. 24. C. de jur. dot. l. un. §. 13. C. de rei uxor. action.* unde est actio præscriptis verbis, *d. l. 6. & d. l. un. §. 13.* modo quis ab initio id egerit, & legem dixerit rei etiamnum suæ, *l. 20. §. 1. D. de pact. dotalib.* Pater vero ne quidem ab initio actionem ad dotem profectitiam filiæ repetendam adquirere potest, nisi per stipulationem, *l. 29. pr. D. solut. matrimon. &c. l. 6. l. 7. C. de jur. dot.* utpote magis ad dotem dandam pro filia obstrictus. IDEM.

19. *Receptitia*] *l. mortis causa, 31. §. sed & si dos. de donat. caus. mort.* Servus autem receptitius, de quo Aul. Gel. & Non. Marcellus scribunt, neque dotalis est, neque ex paraphernis: quia ad virum non defertur. Sunt hæc omnia diversa, bona receptitia, dotes, παράφερνα, ἐνεύφερνα, ἐπίφερνα, ὑπόβολα. Παράφερνα sunt, quæ extra dotem ad virum deferuntur, quæ & peculii nomine significantur, *l. si ego, 9. §. desis. de jur. dot. l. donationes, 31. §. species. de donat.* Ἐνεύφερνα sunt donationes propter nuptias, *l. ult. C. de donat. ante nupt.* quibus proxima sunt ἐπίφερνα, & ὑπόβολα, de quibus Constantinus Harmenopulus scribit. Vnde & Hypobolica instrumenta apud Sid. Apoll. *lib.* VII. *Epist.* quamquam sunt, qui legant *Hyperbolica*: alii quidam *Parapherna*, omnino male. CVJ.

20. *Ipsa habet actionem*] Nec distinguitur, qualis sit dos: & frustra tunc pater aget, *l. 22. §. 1. D. solut. matrimon. dos quemadmod. petat.* Adeoque filiæ emancipatæ pater uno tantum casu dotem repetit, *l. 71. D. de evictionib.* mortua, nempe, filia, §. 4. *hoc tit.* SCHULTING.

21. *Revera*] Legendum, *Rei uxoriæ.* CVJAC.

22. *Nec interest*] Obstare videtur *l 2. §. quod si in patris. sol. matr.* Govеanus *in li. var. lect.* Triboniani in eo §. facinus admotavit: Ant. Govеanus, cui ex

omnibus,

7. [23]Poſt divortium defuncta muliere, heredi ejus actio non aliter datur, quam ſi moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8. Dos ſi [24]pondere, numero, menſura contineatur, [25]annua, bima, trima die reddetur; niſi ſi, ut praeſens reddatur, [26]convenerit. [27]Reliquae dotes ſtatim redduntur.

9. [28]Retentiones ex dote [29]fiunt, [30]aut propter liberos, aut propter mores,

omnibus, quotquot ſunt aut fuere, Iuſtinianei juris interpretibus, ſi quæramus, quis unus excellat, palma deferenda eſt. Proinde dos adventicia communis eſt ex jure antiquo, mulieris propria ex jure novo. Actio dotis adventiciæ communis eſt etiam Jure novo, *l. ult. C. de bon. quæ li.* neque vero propriam eſſe actionem recte colligitur ex *l. Cajus, 45. Solut. mat.* quia non dicit ſoli filiæ actionem dari: verum ideo filiæ dicit, non patri, quia filiæ cautum fuit, non patri. ceterum per filiam patri quæritur actio. IDEM. Vlpianus *lib.* XXXV. ad Sabinum (cujus extat ſententia in *c. 2. D. Solu. matrim. &c.*) patrem a repetitione dotis adventitiæ excludere videtur, cum patrem quidem poſſe dotem a ſe profectam repetere dicat, nullum de adventitia verbum faciens. Sed certe cum in Pand. nulla harum dotium exprimatur differentia, equidem nihil inter eas jure antiquo interfuiſſe arbitror. Nam & filia, quæ in patris erat potestate, nihil eo non conſentiente agere poterat. CHARONDA.

22. * *Nec intereſt, adventitia dos ſit, an profectitia*] Nihil obſtat *l. 2. §. 1. D. ſolut. matrimon. dos quemadmod petat.* nec illic aliquid interpolavit aut turbavit Tribonianus, quod volunt Viri Egregii. Aliud illic agitur, ac hic: nec illic innuitur, de dote adventitia non agere patrem adjuncta filiæ perſona: verum, ut in principio *d. l.* quæſitum fuerat, quatenus vir dotem alii, cui delegatur, promittere debeat, vel non debeat in caſum ſoluti matrimonii; ita quoque in §. 1. explicatur, quid juris ſit circa ejusmodi delegationem, ſi mulier ſit filiafamilias, & dos profectitia; in qua vel maximum jus habet pater, & tamen ſine filiæ conſenſu nec dotem petere, nec virum alicui delegare poteſt: non vero inde inferri poteſt, contrarium eſſe in dote adventitia. SCHULTING.

23. *Poſt divortium*] Inde ſi poſt divortium maritus in reddenda dote moram fecerit, & heredi uxoris competit actio: ſi moram non fecerit ſecus eſt. Quamobrem & mortua in matrimonio uxore, heredi non competit actio, *l. uſufructu, 37. ſol. matr. l. cum in fundo, 78. §. ſi autem uſumfruct. de jur. dot.* CUJAC.

24. *Pondere, numero, menſura contineatur*] Hæ res ſunt quaſi mutuæ: & ſunt periculo viri, *l. 42 D. de jur. dot.* Ciceroni *dos numerata, pro Cæcina. c. 4.* SCHULT.

25. *Annua, bima*] Hodie annua die ex conſtitutione Juſtiniani: cui a Tribboniano aptata eſt *l. 1. de do. præleg.* in qua legitur, annua die pecuniam dotalem reddi. CUJAC.

25. * *Annua, bima, trima die*] Penſionis talis meminit Cicero *Epiſtolar. Familiar. lib.* VI. *epiſt. 18.* Quod vero mentionem in dote penſionum facit *ad Attic. lib.* XI. *epiſt. 4. 23. & ult.* id non ad reddendam dotem pertinet, in quem ſenſum a nonnullis hæc laudantur: ſed ad eam dandam pro ipſius filia Dolabellæ, quod jam alii viderunt: nam & hic easdem penſiones obtinuiſſe olim, quando pecunia in dotem erat promiſſa, docet Polybius *Excerpt. Peireſcian. p. 154.* quem locum quo pacto illuſtret Vir Præclarus, Ger. Noodt *de fœnor. & uſur. lib.* III. *cap. 6.* videri meretur. Quod autem Cicero *ad Attic. lib.* XII. *epiſt. 8.* primam penſionem memoret, hoc non ad dotem, ſed ad id, quod Cicero Cæſari debebat, pertinere, bene docuit Manutius. Hinc vero jam etiam liquet, merito in reddenda dote penſiones has ſervatas eſſe, quæ & in danda obtinebant. Nec etiam in gentes pecuniarum ſummæ, quales paſſim in dotem dantur, repræſentatu ſunt faciles. SCHULTING.

26 *Convenerit*] Ab initio, cum dos daretur; vel etiam tempore divortii, quod hic eſt inſtar contractus; uti & in *l. 42. D. de judic.* adeoque ex intervallo pactum non proderit, *l. 7. §. 5. verſ. ut puta, D. de pact.* ad quem locum hoc notavit Cujacius. Eſt hæc dilatio in actione rei uxoriæ ex forma juris, *l. un. §. 7. C. de rei uxor. action.* qualia non niſi in initio mutari poſſunt, *l. 27. D. de regul. jur.* Si ex ſtipulatu peteretur, ſecundum verba ſtipulationis ſtatim agi poterat, *d. l. un §. 7. C. de rei uxor. action.* IDEM.

27. *Reliquæ dotes*] Rerum in ſpecie; quæ etiam hodie, ſi immobiles ſint, ſtatim reddendæ ſunt; aliæ intra annum, *l. un. §. 7. C. de rei uxor. action.* ut ita ſit tempus quærendæ ac reddendæ pecuniæ, ſi ea data eſt ab initio, vel res aliæ æſtimato datæ, vel ſimpliciter datæ dein venditæ ſunt. IDEM.

28. *Retentiones*] Quas ex jure venientes appellat Imperator *l. 2. Cod. Theod. de dotib.* ubi inviolatæ jubentur ſervari. Ex illis formulæ in actione rei uxoræ verbis, *quantum æquius melius*, eas derivat Boëthius *in Topic. Ciceron. lib.* VI. quod de plerisque verum eſſe, uti facile crediderim, ita definitio partium retinendarum ob liberos, vel mores poteſtatem Jurisconſultorum excedit: adeoque ex legibus eſſe videntur: iisque etiam adſcribuntur a Theodoſio Juniore *Novell. tit. 17. de repudiis* A Juſtiniano, qui paſſim mulieribus favit, illæ omnes antiquatæ ſunt, *l. un. §. 3. C. de rei uxor. action* præter eam, quæ fit ob impenſas neceſſarias, *§ 37. Inſt. de act.* ubi illud *quaſi* non eſt in libris antiquis, nec apud Theophilum, nec in edit. Cujacii.

Ve-

res, aut propter impensas, aut [30] propter res donatas, aut propter res amotas.

10. Propter liberos retentio fit, si [31] culpa mulieris aut patris, cujus in pote-

Verum & viro, cui actio ob impensas utiles, nec non res donatas, vel amotas competit, compensatio, quæ ex causa liquida opponitur, ex *l. unic. C. de compensationib.* denegari non poterit, *per l. 2. pr. D. de dol. mal. & met. exception. l. 173. §. ult. D. de regul. jur.* quo plurimas leges pertinere docuit Cujacius *ad §. seq.* inter quas tamen referenda non fuit *l. 24. §. pen. D. solut. matrimon.* ubi alia de causa agitur, nempe, de re a viro uxori commodata. In reliquarum vero nonnullis, si non omnibus, pro retentione Tribonianus videtur compensationem reposuisse; & quidem incaute, ut existimat Jac. Gothofredus *ad l. 173. §. ult. D. de regul. jur.* imo id jus totum sublatum quoque esse existimat Fr. Duarenus *ad l. 7. §. 5. D. solut. matrim.* videlicet per *d. l. un.* quæ demum post Pandectarum editionem Codici repetitæ Prælectionis inserta est, utpote scripta post primam Codicis editionem: quo tendit & Sc. Gentilis *de donationib. int. vir. & uxor. lib. 1. cap. 37.* Verum hæc non ita admittenda sunt: &, ut iis aliquid reponamus, res erit salva, si dicatur Tribonianus in *l. 7. §. 5. l. 15. §. 2. l. pen. §. 2. D solut. matrimon.* & similibus, dum ibi verbum compensationis vel reliquit, vel reposuit, non cogitasse de *d. l. un.* in qua re vera videtur id agi, ut omni modo e vestigio restituatur dos, cujus & privilegia in aliis valde auxit Justinianus: at respexisse ad *l. ult. C de compensationib.* quæ ut & *§. 30. Inst. de actionib.* compensationi ex causa liquida actiones omnes subjiciunt, excepta actione depositi, & quidem *sola, d. §. 30.* (quod enim additur *d. l. ult.* de rerum alienarum occupatoribus, id non tam ad actionis genus, quam ad personas pertinet) adeoque actio de dote, utcumque retentionibus aliis non obnoxia, in causis tamen liquidis, & quando quantitas utrimque est debita, hac in parte regulam sequitur. Absurdum autem fuisset, quod statuit Duarenus, si Tribonianus, lata jam lege, aliquid illi contrarium in Pandectas retulisset, ideo tantum, quia nondum erat in Codicem illa relata: quid enim hoc pertinebat ad vim legis, & ad homines obligandos? an non post promulgationem illa statim vigorem suum exferebat? SCHULT.

29. *Fiunt*] Ex forma juris, & ita, ut ne quidem pacto hæ retentiones, vel actiones inhiberi possint, ob mores, res donatas, vel amotas: ut docet, & rationes quoque dat Paulus *l. 5. pr. & §. 1. 2. D. de pact. dotalib.* Idem circa impensas necessarias, quæ ipso jure dotem minuunt, *d. l. 5. §. 2.* ut adeo hic valeat regula de pactis, quæ contra jus facta, sunt invalida, *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 27. D. de regul. jur.* Quod & de ea retentione dicemus, quæ fit propter liberos, quippe, quæ ob culpam demum fit, quam remitti contra bonos esset mores. Aliud, si talia pacta fiant post divortium, tamquam de re tantum familiari, & cessante, quæ inter personas fuerat, conjunctione, ac peccandi occasione; tunc enim valent, *l. 20. pr. D. de pact. dotalib.* ut & in specie *l. 18. D. ditt. tit.* IDEM.

30. *Aut propter liberes*] Hæc verba in ed. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. alia litterarum forma sunt excusa, quasi in codice Tiliano non exstarent: sequentia tamen ostendunt, illa hic ab Ulpiano scripta fuisse, & edd. aliæ omnes, etiam illa Charondæ, ea habent. IDEM.

31. *Propter res donatas*] Mentio ejus in *l. 66. §. 1. D. de donationib. int. vir. & uxor. l. 15. §. 1. D. solut. matrimon.* Vir Insignis, Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de revocand. donationib.* existimat, hanc retentionem non primum a Justiniano sublatam fuisse *l. un. §. 3. C. de rei uxor. action.* sed jam ante a Theodosio, Arcadio & Honorio *in d. l. 3.* ubi jubent Impp. ut maritus donationes, quas instabiles esse testantur, formata legibus actione repetat. Verum inde non sequitur, retentione quoque uti non posse maritum, qui etiam olim actionem habuit, & retentionem. Imo de retentionibus egisse Impp. in constitutione majori, cujus dicta lex 3. particula est, & de iisdem plura sanciviſſe, quod ille existimat, nihil est, quod evincat; quamvis etiam illi legi 3. jungas *l. 4. Cod. Theod. de cognitorib. & procuratorib.* hæc enim docet tantum, procuratorem, etiam maritum, mandati fines non debere excedere. Nihil turbat *retinetur* in *d. l. 3.* nec probat, retentionem prohiberi: actione enim posita, non statim negatur retentio: & actio potest esse necessaria: quid si enim vir contra mulierem hic debeat mutua petitione agere? an non hic dici poterit *repetere?* eodem modo, quo dicitur persequi, *l. 6. C. de compensationib. l. 1. C. rer. amotar.* Quid si etiam dos jam sit reddita, vel intercideriſ, vel plus donatum fuerit, quam de dote restabat, vel etiam vir res ipsas voluerit recuperare? Imo qui utramque legem attente consideraverit, non difficulter credet, in utraque re vera nihil novi constitui: sed tantum ad relationem de certa lite Magistratui de jure certo scribi; quod in Codice Theodosiano non est infrequens. IDEM.

32. *Culpa mulieris*] Solius, quo pertinet *l. 12. §. ult. D. ad leg. Jul. de adulter.* non si etiam viri fuerit culpa, *l. 47. D. solut. matrimon.* Si nulla sit mulieris culpa, dos integra repetitur, secundum Paulum in fragmento ex lib. 11. Institutionum, quod Sententiis ipsius subjecimus. Viri culpa si id fuerit factum, nulla hic pœna apparet: sed nihil pro liberis manere oportet, uti scribit Cicero *in Topic. cap. 4.* Adeoque ad hanc retentionem pertinet illa quæstio, utrius culpa divortium factum sit, cujus meminit Quinctilianus *Institution. Orator. lib. VII. cap. 4.* Indicat vero Cicero satis *dict. loc.* non referre, quis nuncium miserit: sed quæri, penes quem esset culpa, ut mitteretur: ita enim scribit. *Si culpa viri factum est divortium, etsi mulier nuncium miserit, tamen pro liberis manere nihil oportet.* Hinc liquet quoque, ante leges Julias de maritandis ordinibus & de adulteriis hoc

jus

poteſtate eſt, divortium factum ſit: tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextae retinentur ex dote. [33] non plures tamen, quam tres ſextae, [34] in retentione ſunt, [35] non in petitione.

11. [36] Dos, quae ſemel [37] functa eſt; amplius fungi non poteſt; niſi aliud matrimonium ſit.

12. [38] Morum nomine, graviorum quidem [39] ſexta [40] retinetur: leviorum

jus in uſu fuiſſe. Cum vero olim tantum partes ex dote hoc caſu a viro retentæ ſint, mirum eſt, in veterum ſcriptis id legi de dote ſimpliciter, & quaſi de tota, ut in *l. 38. D. ſolut. matrimon. l. 24. C. de jur. dot.* Verum in *d. l. 38.* is, qui Marcellum conſulit, mentionem quidem facit ſimpliciter dotis: verum ipſe Marcellus tantum reſpondet mulieris culpam multandam eſſe; ſecundum id, nempe, quod hic tradit Vlpianus. In *l. 24. C. de jur. dot.* non ipſa mulier libertina, cujus culpa factum eſt divortium, dotem repetit; ſed patroni, qui eam dederant: & dubito, an non illic jam mulier illa fuerit mortua, quæ dicitur in patronos fuiſſe ingrata, nondum mota contra virum actione: ac ſi dos illa adventitia, de qua nihil aliud convenerat, penes maritum remanſerit, ſecundum §. 7. *hoc tit.* Dicta lex 24. eſt tantum reſcriptum, accommodatum ad ſpeciem facti expreſſam in libello ſupplici, quem ſi hodie haberemus, id forte appareret. Paulo aliter Cujacius *Obſervation. lib.* XXI. *cap.* 17. Balduinus vero *Juſtinian. lib.* II. & Briſſonius *ad legem Jul. de adulter. p.* 142. putant, loca illa eſſe a Triboniano interpolata, non recte: uti nec id admittendum de *l.* 11. §. 3. D. *ad leg. Jul. de adulter.* ubi per *commodum dotis* intelligi non debet lucrum totius dotis, ſed lucrum legitimum ex dote. Probatur vero hæc retentio ipſa quoque *l.* 2. *Cod. Theod. de repud. Novell. Theodoſ. tit.* 7. *&* 12. ut hodie eſt ſublata. IDEM.

33. *Non plures tamen, quam tres*] Ideſt, media pars, ut Paulus ait *lib.* 22. *Inſtit. tit. de doribus*, cujus verba Boëthius Severinus refert. Nam ſex ſextæ integrum conficiunt. CVJAC. Gravius non eſt viſa multanda mulier, ob hanc ſolam culpam: nec dos nimis minuenda, ut iterum poſſet nubere commode. SCHULTING.

34. *In retentione ſunt, non in petitione*] Facilius retinemus quod habemus: uti per varia exempla docet Cujacius *Obſervation. lib.* XVIII. *cap.* 10. Reliquæ retentionum cauſæ etiam actioni locum faciunt, ut de moribus &c. IDEM.

35. *Non in petitione*] Quæ ex aliis cauſis retinentur, & in petitione ſunt. Suſtulit vero Juſtin. quintas & ſextas, & alia omnia retentionum genera. Sunt tamen compenſationum ex eis cauſis leges quamplurimæ; *l. fructus*, 7. §. *ob donationes. l. rei*, 15. §. 1. *l. ſi conſtante*, 24. §. *ſi uxor. l. pen.* §. 1. *ſol. matr. l. utilium*, 8. *de impenſ. in res dot. l. neque*, 6. *C. de compenſ. l.* 1. *C. rer. amot.* Sed & de moribus actionem ſuſtulit *l. ult. C. de repud.* de qua in *l.* 1. *D. de pact. dot. l. ult. C. Th. de inc. nupt. l.* 1. *C. Th. vis. civ. cri. ag. non poſſ.* quæ & accuſatio dicitur in *l. vire*, 39. *l. cum mulier*, 47. *D. ſol. matr.* quemadmodum actio ſuſpecti, actio ingrati, actio inofficioſi, accuſatio ſuſpecti, accuſatio ingrati, accuſatio inofficioſi ſuis locis. CVJAC.

36. *Dos, quæ ſemel*] Niſi redintegratum ſit matrimonium, dos, quæ ſemel dos eſſe deſiit, dos effici amplius non poteſt. Redintegrato matrimonio, tacite redintegratur & dos, niſi ſit receptitia, *l. ſi mulier diverterit*, 19. *l. in inſulam*, 42. §. *ult. ſol. matr.* IDEM. Id eſt, pecunia, quæ in prius matrimonium data eſt, non poteſt amplius in dotem dari, niſi aliud matrimonium contrahitur. CHARONDA. Non ſuo loco hanc regulam poſitam eſſe, & ordinem turbare, bene vidit Pacius. Sane melius hoc traderetur poſt materiam de retentionibus abſolutam. SCHULTING.

37. † *Functa eſt*] Dos, quæ ſemel functa eſt oneribus matrimonii. Sed redintegrato matrimonio priorem functionem recipit, *l. dotem*, 30. *D. de jur. dot.* vel pone, ut in *l. cum patrem*, 19. *in fi. C. eod.* CVJAC. Sic monumentum etiam dicitur nondum *functum*, *l.* 43. *D. de rei vindication.* Sic quoque *functio dotis* apud Paulum *Sententiar. lib.* 1. *tit.* 1. *de pact. & conventionib.* §. 6. SCHULTING.

38. † *Morum nomine*] Ob temperamentum mores potius quam injurias dixerunt. CVJAC. Diſtinguuntur a moribus crimina *l.* 2. *Cod. Theod. de repud.* Ceterum verbo morum intelligi quoque adulterium docet hic Vlpianus. Præter vero loca de judicio de moribus a Cujacio prolata *ad* §. *præc.* mentio quoque morum & culpæ exſtitiſſe videtur in *l.* 20. *pr. D. de pact. dot. alib.* Baſilica ſaltem meminere pacti, quo fit remiſſio *κακοτροπίας καὶ βαναυσίας*. Vide Cujacium *Obſervation. lib.* XI. *cap.* 29. putat, ita legiſſe illic Græcos, *Ob mores quoque, & ob res donatas, vel abactas, vel impenſas factas tunc pactio valebit, id eſt, poſt diverſum.* Hoc vero judicium, quod coërcitionem morum continebat, *l.* 5. *pr. D. de pact. dot. alib. l.* 15. §. 1. *D. ſolut. matrimon.* ceſſabat, ſi vir accuſationem publicam adulterii contra uxorem inſtitueret, *l.* 11. §. 3. *D. ad leg. Jul. de adulter. l. un. Cod. Theod. vict. civilis. criminalis. ager. non poſſ.* ne bis ab eodem idem crimen coërceretur. Hodie hoc judicium eſt ſublatum, *l. un.* §. 3. *C. de rei uxor. action. l.* 12. §. 2. *C. de repud. & judic. de morib. ſublat.* ac graviores pœnæ utrique parti conjugum ob peccata graviora, imo ob & temeraria divortia, ſunt propoſitæ, *l.* 1. *l.* 2. *Cod. Theod. de repud. d. l.* 12. §. 2. *l.* 8. §. 4. *C. dict. tit. de repud. Novell.* CXVII. *cap.* 8. *& ſeqq.* CXXVII. *cap. ult.*

rum [41] autem octava. Graviores mores ſunt adulteria tantum, leviores omnes reliqui.

13. [42] Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, [43] quae annua, bima, trima, die [44] reddi debet, ita. Propter majores mores praeſentem dotem reddit: propter minores ſenum menſum die. In ea autem, [45] quae praeſens reddi ſolet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote [46] quadriennio [47] redditur: [48] quod repraeſentatio facit.

14. [49] Im-

CXXXIV. *cap.* 11. Olim quoque mulieres ob graviores mores dotem amiſiſſe totam, conſtat ex Plinio *Natural. Hiſtor. lib. XIV. cap.* 13. Plutarcho *in Mario p.* 247. Valerio Maximo *lib. VIII. cap.* 8. aliisque: & probat Jac. Gothofredus *ad l.* 1. *Cod. Theod. de jur. dot.* Quod vero idem juris fuiſſe de divortio ſine culpa mariti a muliere facto vult Deſid. Heraldus ad *Tertullian. Apologetic. cap.* 6. id non probant loca ab ipſo adducta. In *l.* 9. §. 3. *D. de minorib.* nihil de tali poena: ſed tantum docetur, non ſuccurri minori contra divortium ipſius culpa factum, ſecundum regulam de delictis, *d. l.* 9. §. 2. *l.* 37. §. 1. *D. dict. tit.* Alio quoque pertinet *l.* 5. *D. de divort.* nempe, ad ſpeciem, ubi pater ſtipulatus eſt dotem, mortua in matrimonio filia, ſibi reddi. Filia emancipata divortium facit, uti poteſt, *l.* 5. *verſ. emancipata. C. de repud.* ut pater fraudetur dote, quam hunc in caſum ſibi non erat ſtipulatus: cui Praetor tamen ſuccurrit, actione data. Tandem *l.* 3. *C. eod. tit.* loquitur de extraneo, qui eodem modo, dum dotem daret, ſibi proſpexerat, cuique mulier fraudem facere volebat divortio, ficto tantum, & animo ad virum brevi redeundi, ut ita ſtipulatio interciderit, matrimonio ſemel aliter ſeparato, ſecundum *l.* 26 §. *ult. D. de jur. dot.* Sed & huic contra callidum illud commentum actione data ſuccurritur. Bene id expoſuit Cujacius *Obſerv. lib.* XIII. *cap.* 25. SCHULTING.

39. *Sexta retinetur, leviorum autem octava*] Editiones antiquiſſimae habent, *ſexta retinentur, leviorum item octava.* Sed Charond. & edd. cum not. Cujacii, *leviorum autem octava.* Ipſe Cujacius *Obſerv. lib. XIX. cap.* 30. legit, *ſexta retinetur, leviorum autem octava:* hic enim una tantum praeſtatur ſexta pars, vel octava non plures, quod fit in ſpecie §. 10. *hoc tit.* Idem viſum Fr. Balduino *Juſtinian. lib.* 11. quod recepi poſt edit. Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. Et verbum *octava*, quod ex codice Tiljano profectum eſt, exigit, ut priore quoque in numero ſingulari legantur. IDEM.

40. *Retinetur*] Ab ipſo marito, heredi vero hoc judicium non datur, *l.* 15. §. 1. *D ſolut. matrimon. l.* 1. *Cod. Theod. de dotib.* utpote ad vindictam pertinens. IDEM.

41. *Item octava*] Legendum, *autem, octava.* CVJAC.

42. *Mariti mores*] Antiquo jure judicium de moribus dabatur, quod actio malae tractationis dicebatur. Competebat autem ad viri aut uxoris mores accenſandos, ut divortii culpam a ſe in alterum rejiceret. Ejus meminit Quintillanus *lib.* IV. *declamat.* VIII. & XVIII. CHAROND. Actio malae tractationis quoque occurrit apud Quintilianum *Inſtitut. Orator. lib.* VII. *cap.* 3. & Quintilianum avum *Declamation.* CCCLXXXIII. SCHULTING.

43. *Quae a die reddi debet. Ita propter*] Legendum, *quae annua bima trima die reddi debet, propter.* CVJAC.

43. * *Quae annua, prima, trima die*] Hoc modo edidit Charondas, quod & rectum viſum fuit Cujacio *in not. ad hunc loc.* idque conſonans ei, quod *dixit Ulpianus* §. 8. *hoc tit.* Cujacius tamen alibi *Obſerv. lib.* VII. *cap.* 20. reponit *annua die:* & interpretatur, *annua, bima, trima die:* docetque, & alibi ita locutos eſſe veteres. Pacius illud *a die*, quod edd. alias habent, exponit, *poſt diem*, nempe ſuum, vel legitimum; ſive annua, bima, trima die. Sed cur abibimus ab editione Charondae, quae ad MS. librum eſt aeque exacta, ac Tiliana? SCHULTING.

44. *Reddi debet, ita. &c.*] Sic interpungere malui poſt edit. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. & Salmaſium *de mod. uſurar. cap.* 4. *in fin.* in aliis ſic ſcriptum eſt, *reddi debet. Ita &c.* quaſi ſenſus eſſet, tantum in dote, quae per triennium eſt reddenda, poenam habere locum: quod non eſt verum. IDEM.

45. *Quae praeſens reddi ſolet*] Quae non conſiſtit in quantitate, §. 8. *hoc tit.* IDEM.

46. *Quadriennio*] An ergo in hac ſpecie poena erit gravior, quam in dote numerata, ubi quis tantum perdit fructuum vel interuſurium trium annorum? Ut reſponderent haec ſibi invicem, legendum videri poſſet *triennio.* IDEM.

47. *Redditur: quod repraeſentatio facit*] Sic edidit Charondas, quod ſecutus quoque eſt Cujacius in edd. cum ipſius notis. In aliis veteribus, etiam Lugd. CIↃ IↃ LXVI. & Gen. CIↃ IↃ LXXXVI. eſt *redditur* * *penſatio facit.* Sed Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. aſteriſcum habet in margine. Salmaſius *de mod. uſurar. cap* 4. *fin.* totum locum ita reſtituit: *quantum in illa dote quadriennii redituum repenſatio facit:* & per repenſationem intelligit aeſtimationem, vel pretium, quod aequivalet fructibus quadriennio percipiendis. Lectio noſtra explicari poteſt hoc modo: quia repraeſentatio hic omnino erat facienda, ne viri mali mores eſſent impuniti, debere illum praeſtare jam de ſuo id, quod alioquin ipſi debuiſſet abeſſe, ſi ab ipſo per ſolitas penſiones dos reſtituenda fuiſſet. IDEM.

48 † *Quod repraeſentatio facit*] Al. *Quod repenſatio facit.* CVJAC.

49. *Im-*

14. [49] Impensarum species sunt tres: aut enim necessariae dicuntur, aut utiles, aut voluptuosae.

15. Necessariae sunt impensae, quibus non factis dos deterior futura est, velut si quis ruinosas aedes refecerit.

16. Vtiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior dos effecta est, veluti si vineta & oliveta fecerit.

17. Voluptuosae sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret: neque factis fructuosior effecta est: quod evenit in [50] viridiariis, & [51] pictoriis similibusque rebus.

49. *Impensarum species &c.*] Similia in *l. 1. & seqq. D. de impens. in res dotal. fact. l. 79. D. de verbor. significat.*

50. *Viridariis*] In Pandectis Flor. *viridiaria* in *l. si cujus, 13. §. fructuarius. de usufruct. l. in instrumento, 8. de instr. vel instrum. leg.* & *viridia* in *l. quotiens, 11. §. servitutum. de servit. l. adiicia, 12. de ser. urb. l. impensa, 79. de verb. sign.* Vnde & *viridiaria* alii deduxere, alii *viridaria*. Sed nihil haec ad Vlpianum. CVJAC.

50. * † *Viridariis*] *Viridiariis.* IDEM. *Viridiariis* scriptum esse in Tiliano, Cujacius tradit *Observation. lib.* XVII. *cap. 28.* quod repraesentavi. SCHVLT.

51. *Pictoris*] Lego, *picturis*, & paulo ante, *deterior dos fuerit.* CVJAC. † *V. Obs.* VI. *37.* IDEM. Cujacius *Observation. lib.* VI. *cap. 37.* pro vulgato *pictoriis* legit *tectoriis.* at *lib.* XVII. *cap. 28.* scribit, in libro Tiliano legi *pictoris* pro *picturis* quod probat etiam: & sic ad primam emendationem redit. Verum vulgata lectio, *pictoriis*, quam & Charondas exhibet, non est incommoda: & *res pictoria* non male dici videntur. SCHVLTING.

TITVLVS VII.

[1] *De jure donationum inter virum & uxorem.*

1. [2] Inter virum & uxorem donatio non valet, nisi certis ex causis: [3] mortis causa, [4] divortii causa, [5] servi manumittendi gratia. Hoc amplius [6] Principalibus [7] constitutionibus concessum est mulieri in hoc donare

1. *De jure donationum inter virum & uxorem*] Sub hunc titulum congesta sunt ab illo, qui haec excerpsit, plura, quam ad illum pertinent, ut de rebus amotis, de cautione, quam mulier viro praestare debet, & de illis, qui in patria sunt potestate. SCHVLTING.

2. *Inter virum & uxorem donatio non valet &c.*] Receptam moribus donationum inter virum & uxorem prohibitionem Antoninus Caracalla Imperator confirmavit. Prohibitionis diversas causas & Jureconsulti & Philosophi adferunt: duae vero magis placent, una Vlpiani, ne conjuges ob mutuum amorem se invicem spolient: altera Plutarchi, ne bonorum, quae inter eos communia esse debent, societas levissimi munusculi acceptatione tolleretur. Sed & is ipse Antoninus voluit donationem ab altero ex conjugibus factam ejus morte confirmari, *l. 3. 32. 34. D. de donat. int. virum & uxor.* Durum enim & nimis avarum esset, heredem adversus supremam ejus qui donavit voluntatem venire: adeo ut res tradita ejus fiat, cui donata est, vel si stipulatio intercesserit, civilis obligatio competat. Multas etiam alias exceptiones adjecerunt I. C. quorum sententiae in Pan. referuntur. CHAROND.

3. † *Mortis causa*] *Id est, mortis causa.* CVJAC. Qualis haec sit, exponit Paulus *Sententiar. lib.* II. *tit. 23. §. 1. & 6.* Vbi plura notata sunt.

4. *Divortii causa*] Haec enim fit matrimonio jam soluto, vel jam jam solvendo, saltem in casum, quo solvetur, confer *l. 11. §. ult. l. 12. l. 60. §. 1. & ll. seqq. D. hoc tit.* modo secundum legitimam observationem divortium factum fuerit, *l. 31. D. eod. tit.* SCHVLTING.

5. *Servi manumittendi gratia*] Rationem dat Paulus *dict. lib.* II. *tit. 23. §. 2.* Atque hae exceptiones sunt ex ipso jure civili.

6. *Principalibus*] Antonini Imp. *l. nuper, 42. de don. inter vi. & ux.* CVJAC.

7. *Constitutionibus*] Constitutione Antonini *l. 42. D. hoc tit.* ubi Cajus videtur intelligere non Antoninum Caracallam, ad cujus tempora non pervenit: sed Pium, quod placet G. Grotio *de vit. Jurisconsultorum.* II. *cap. 7.* SCHVLTING.

nare viro ſuo, ut is ab Imperatore [9] lato clavo, vel [9] equo publico, ſimilive honore honoretur.

2. [10] Si maritus divortii cauſa res [11] moverit, [11] rerum quoque amotarum actione tenebitur.

3. Si maritus pro muliere ſe obligaverit, vel in rem ejus impenderit, divortio facto, eo nomine cavere ſibi ſolet [12] ſtipulatione tribunitia.

4. [13] In poteſtate parentum ſunt etiam ii liberi, quorum cauſa probata eſt, per errorem contracto matrimonio inter [14] diſpares conditione [15] perſonas: nam ſeu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam, quae dedititiorum numero eſt, [16] quaſi per ignorantiam uxorem duxerit, ſive civis Romana per errorem peregrino, vel ei, qui dedititiorum numero eſt, aut etiam [17] ſi Latino [18] ex lege Ælia Sentia nupta fuerit, cauſa probata, civitas

§. *Lato clavo*] Erat clavus linea, vel virga purpurea oblonga, quæ tunicæ intexta erat a ſumma parte ad imam: de qua, nec non anguſtis clavis ex profeſſo ante alios egere Viri Inſignes, Albertus Rubenius *de re veſtiar. veter. & præcip. de lat. clav. lib.* I. & Joh. Georg. Grævius *Præfation. tom.* VI. *Theſaur. Antiquitat. Romanar.* Inſigne vero erat latus clavus Senatoriæ dignitatis. IDEM.

9. † *Equo publico*] Vt in Sententiis Adriani. *Ἀγορεύεις τινὰς ἵππον δοῦναι &c.* CVJAC. Cajus *l.* 42. *D. hoc tit.* dicit, *ut equeſtris ordinis ſint.* Equi publici mentio crebra in Gruteri Inſcriptionibus. SCHVLT.

10. *Si maritus divortii*, Non tantum in uxorem, ſed & in virum rerum amotarum actio eſt, *l. contra*, 6. §. *item rer. amot.* CVJAC.

11. *Moverit*] An *amoverit*? ut paſſim loquuntur noſtri, & res *amovere*: unde actio rerum *amotarum*, de qua titulus eſt in Digeſtis & Codice, & de qua hic actum eſſe, & hæc ab Vlpiano etiam ſub titulo tali fuiſſe poſita videntur. SCHVLTING.

12. *Stipulatione tribunitia*] Vt in *l. cum mulier de dotis*, 55. *ſol matr.* Hæc ſtipulatio honoraria eſt, quia ex juriſdictione tribunorum venit: ut prætoria, ut ædilicia ex juriſdictione prætoris, ex juriſdictione ædilium. In Inſtitutionibus de ædiliciis vulgo male ſcriptum eſt, *quia ex juriſdictione praetoris veniunt.* Supereſt enim vox, *praetoris*, auctore Theop. & Pomponio in *l.* 5. *de verb. obl.* CVJAC. Ad hanc ſtipulationem pertinet quoque, quod habemus in *l.* 25. §. *ult. D. ſolut. matrimon.* Videntur vero tribuni plebis hanc ſtipulationem interponi juſſiſſe: hoc etenim & jus dixiſſe docet Pomponius *l.* 2. §. 34. *D. de origin. jur.* & indicat Gellius *Noct. Atticar. lib.* XIII. *cap.* 28. ac cognitionem tribuni memorat Juvenalis *Satyr.* VII. *vers* 227 Hanc autem exercuiſſe eos in ſubſelliis docet Aſconius Pedianus *ad Ciceron. Divination. in Q. Cæcil. cap.* 15. SCHVLTING.

13. *In poteſtate parentum*] Cum enim retinendi conjugii gratia, is qui peregrinus erat aut Latinus, efficiatur civis Romanus: convenit ut filii in parentum poteſtatem redigantur, utanturque ipſi parentesque jure patriæ poteſtatis: quod proprium eſt civium Romanorum. CHAROND. Hæc quoque non ex eo, ſub quo leguntur, ſed ex alio eſſe titulo, nemo non videt.

14. *Diſpares condignis*] Lego, *diſparis conditionis.* CVJAC.

14. * *Diſpares conditione*] Ita legitur in edit. Charondæ, ac Pariſ. clɔ Iɔ LXXXVI. aliæ exhibent *diſpares condignis*; quod vitioſum eſſe certiſſimum eſt. Idem erit ſenſus, ſi legas, *diſparis conditionis*, cum Cujacio; qui in poſteriore tamen nota inde recedit. SCHVLTING.

15. † *Perſonas*] Veter. *perſonarum* lege: *diſpares conditiones perſonarum.* CVJAC.

16. † *Quaſi per ignorantiam*] *Quaſi civem per ignorantiam. v. Obſ.* VI. 37. IDEM. Conjecturam hanc eſſe V. C. Petri Fabri, ſcribit Cujacius *dict. loc.* quæ recepta eſt in contextum in ed. Genev. clɔIɔ LXXXVI. quod non ſum auſus ſequi; quamvis valde eam probem. Deleto verbo *quaſi*, etiam bonus erit ſenſus: alterum tamen malim, idque habet MS. Aured. SCHVLTING.

17. † *Si Latino ex lege Ælia Sentia nupta fuerit*] Ex fragm. Inſtit. Cajî hoc loco leg. eſt, *ſi Latina nupta fuerit.* CVJAC. Vidit rectiſſime V. C. Petr. Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar legg. tit.* 16. verba hic eſſe tranſpoſita: & legendum, *ſi Latina nupta fuerit, ex lege Ælia Sentia cauſa probata, &c.* eoque nomine a Cujacio laudatus eſt *Obſervation. lib.* XV. *cap.* 13. Non hic nuptiæ fiunt ex lege Ælia Sentia, ſed cauſæ probatio, cujus crebra mentio in fragmentis veterum in modo laudata Collatione *dict. tit.* Vnde quoque patet, eadem de re Senatuſconſulto fuiſſe cautum. Quo pacto vero Lex Ælia Sentia non quidem mentionem fecerit Latinorum, ſed eorum, qui voluntate domini in libertate morarentur, liquet ex dictis *ad tit.* 1. §. 12. *tit.* 3. §. 1. SCHVLTING.

18. *Ex lege Ælia Sentia*] Vt in tit. de Latinis, *ex lege Junia*, id eſt, uti lege Junia comprehenſum eſt. Eſt autem ab hac ſententia non abſimile id, quod Impp. reſcripſerunt in *l. qui in provincia.* 37. §. *Divus. de rit. nup.* CVJAC.

19. † *Red-*

vitas [19] redditur, tam liberis, quam parentibus, [20] praeter eos, qui dedititiorum numero ſunt: & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.

19. † *Redditur*] Id eſt, datur. CVJAC. Idem monet *Obſerv. lib. XV cap 12.*

20. *Praeter eos, qui &c.*] Hoc ſpectare videtur parentes deditittios, qui ipſi cives non fiebant, quia civitate non videbantur digni: ſed quidem eorum liberi. SCHVLTING.

TITVLVS VIII.

[1] *De Adoptionibus.*

1. Non tantum naturales liberi in poteſtate parentum ſunt, ſed etiam adoptivi.

2. Adoptio fit, aut [2] per populum, aut per Praetorem, vel Praeſidem provinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, ſpecialiter [3] adrogatio dicitur.

3. Per populum qui ſui juris ſunt adrogantur: per Praetorem autem filiifamiliae a parentibus dantur in adoptionem.

4. [4] Adrogatio Romae tantum fit: adoptio autem etiam [5] in provincia apud Praeſidem.

5. Per Praetorem, vel Praeſidem provinciae adoptari tam maſculi, quam feminae, & tam puberes, quam [6] impuberes poſſunt. Per populum vero Ro-

1. *De Adoptionibus*] De his eſt quoque titulus apud Cajum *Inſt. lib* 1. *tit.* 5. ad quem, ac ad Inſtitutiones Juſtinianeas ſatis multa de his commentantur Interpretes.

2. *Aut per populum*] *L. 2. C. de adopt.* Hodie per Imperatorem. CVJAC. Repetit hoc §. *4. 5. hoc tit.* ac ita Cajus etiam *Inſt. lib.* 11. *tit. 3. § 3* & A. Gellius, qui eadem, qua Cajus, vixit aetate. *Noct. Attic. lib. V. cap. 19.* ac recte, dum, nempe, id tradunt, quod volebat mera ratio juris civilis, & moris antiqui, quod nunquam erat abrogatum: imo ſecundum quod etiam diu ſub Imperatoribus adrogationes eſſe factas lege curiata, certiſſimum eſt; & docent notata ad Cajum *Inſt. lib.* 1. *tit. 5. princ. & ad lib.* 11. *tit. 3. § 3.* Nec mihi veriſimile videtur, nullam mentionem populi factam eſſe ab eodem Cajo *l. 2. pr. & § 2. D. hoc tit.* adeoque etiam putem, a Triboniano illic eſſe, quod fiat mentio Principis: vel, ſi Cajus & populi, & Principis meminerit, prius ab illo eſſe inductum. Non idem dicam de *l 21. D. hoc tit.* ubi agitur de adrogatione feminae, quam ratio juris plane non permitteret, quando cum feminis comitiorum ulla erat communio, ut ſcribit Gellius *dict. loc.* quaeque adeo a Principibus primum eſt indulta. Incepiſſe vero videri poteſt adrogatio fieri auctoritate Principis, exemplo ſumpto a Galba, qui primus ita Piſonem adrogavit, pro poteſtate illa, quae ipſi in Republica competebat amplißima, praeter morem haetenus tantum uſitatum, ut id fieret lege curiata: ut ipſe Galba non obſcure indicat in oratione apud Tacitum *Hiſtoriar. lib.* 1. *cap. 15.* SCHVLTING.

3. *Arrogatio dicitur*] Arrogationem dicebant, quia populo rogato adoptabatur is, qui ſui juris erat. Poſtea haec populi poteſtas ad principem translata eſt: ipſam vero in curiatis comitiis trino nundino ante promulgatam fieri ſolitam fuiſſe & Cicero *pro domo ſua*, & Suetonius in *Auguſto*, & Gellius probant. Hic etiam rogationis verba refert: *velitis jubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam jure legeque filius ſibi ſiet, quam ſi ex eo patre matreque filius ejus natus eſſet? utique ei vita neciſque poteſtas ſiet, uti pariendo filio eſt? hoc ita, ut dixi, ita vos Quirites rogo.* Loquuntur de ea, quae poſtea principis authoritate fieri ſolebat, Jureconſulti, quorum exſtant in Pand. ſententiae. CHARONDA.

4. *Adrogatio Romae tantum fit*] Quoniam curiatis comitiis fit. CVJAC. Comitia curiata, in quibus adrogationes fiebant, alibi non poterant fieri, ut Livius docet *lib. V. cap. 52.* Adrogatio Principis auctoritate, de qua nihil hic habet Ulpianus, etiam alibi fieri poteſt, *l. 6 C. hoc tit.* Exemplum ſub Valeriano apud Vopiſcum *Aurelian. cap. 14.* SCHVLT.

5. *In provincia*] Pro *in provinciis.* Sic *tit. 2. §. 11. tit 11 §. 20.* & alibi.

6. *Impuberes*] Etiam infantes, *l. 42. D. hoc tit.* cum ſatis ſit, adoptatum non contradicere. Ac ſic Auguſtus Cajum & Lucium infantes adoptavit.

Romanam [7]feminae quidem non adrogant. Pupilli antea quidem non poterant adrogari: nunc autem poſſunt ex [8]conſtitutione Divi Antonini.

6. [9]Hi, qui generare non poſſunt, velut ſpado, utroque modo poſſunt adoptare. Idem juris eſt [10]in perſona coelibe.

7. [11]Item is, qui filium non habet, in locum nepotis adoptare poteſt.

8. [12]Si paterfamiliae adrogandum ſe dederit, liberi quoque ejus, quaſi nepotes, in poteſtate fiunt adrogatoris. Feminae vero neutro modo poſſunt adoptare: quoniam nec naturales liberos in poteſtate habent.

7. *Femina quidem non adrogant*] Legendum *adrogantur*. Cauſa illa eſt, quia nulla cum feminis comitiorum communio eſt. Ceterum per principem feminae adrogantur, *l. nam femina, 21. D. de adopt.* CVJAC. Emendatio Cujacii legentis *adrogantur*, quam firmat MS. Aured. eſt rectiſſima: cum hic tantum de iis fit ſermo, qui adoptari poſſunt, vel adrogari: de illis vero, qui poſſunt adoptare, aut adrogare, mox aget Vlpianus: & docebit neutrum eorum poſſe feminas. Non recte a Cujacio diſſenſit Jac. Gutherius *de veter. jur. pontific. lib.* II. *cap.* 7. cui reſpondit erudite Vir exacti judicii, Joh. Fr. Gronovius *ad Liv. lib. XXXIX. cap.* 19. Principis tamen reſcripto feminas adrogari poſſe, docet Cajus *l. 21. D. hoc tit.* ac tale quid hic quoque Vlpianum ſcripſiſſe, verbum *quidem* facit probabile: adde quod ſic quoque de pupillo ſtatim ſubjiciat, eum antea non potuiſſe adrogari, nunc poſſe. quae conjectura eſt valde verisimilis Viri elegantis ingenii & doctrinae, Joh. van de Water *Obſ. lib.* III. *cap ult.* SCHVLTING.

8. *Conſtitutione Divi Antonini*] Jure quidem antiquo (ut ait Gellius) neque pupillus, neque mulier arrogari poterat; ſed pupillum arrogari poſſe Vlpianus, & Cajus foeminam ex reſcripto principis ſcribunt. CHAROND. Hac de re, & Antonini Pii conſtitutione ſatis multa legi poſſunt in *§. 3. Inſt. l. 27. & ſeqq. D. l. 2. C. hoc tit.* & apud vulgatos Interpretes.

9. *Hi, qui generare non poſſunt*] Idem & in Paul. *tit. de adoptio.* ex lib. I. Inſtitutionum Caji *in cap. 2.* refertur: exſtat etiam in priore libro Inſtitutionum, qui Caji nomine inſcribitur (ejus demne, an alterius non affirmo.) Spadonum autem generalis eſt appellatio; quidam enim ſpecialiter dicuntur ſpadones, alii caſtrati, alii Thlibiae. Spadones ſunt, qui ob morbum, aut frigiditatem generare nequeunt: impedimento autem liberati, poſſunt. Caſtrati, quibus exciſi & evulſi ſunt teſticuli. Thlibiae, quibus attriti. Ita diſtinguit Theophilus: & mihi quidem de ſpadonibus ad res venereas aptis, non caſtratis intelligendus videtur Vlpianus, ut etiam ſcripſit Juſtinianus in Inſtitutionibus. CHARON.

10. † *In perſona coelibe*] *In perſona coelibis.* CVJAC. Edit. Pariſ. clo Io LXXXVI. habet etiam *celibe.*

11. *Item is, qui filium, &c.*] Idem docet *§. 5. Inſt. l. 37. D. hoc tit.*

12. *Si paterfamilias &c.*] Vide Cajum *Inſt. lib.* I. *tit. 5. §. 3. & 2.* & ad illum ſcripta.

TITVLVS IX.

De his, qui in manu ſunt.

1. [1]Far-

1. *De his, qui in manu ſunt*] In manu eſt uxor, quae convenit in manum. In manum aut confarreatione convenitur, aut coëmptione. Sed omiſſa eſt conferreandi adſuetudo, ut Cornelius Tacitus *lib.* IV. *Annalium* ſcribit. Omiſſa quoque tandem eſt coëmptio. Denique omiſſa eſt omnis conventio in manum. Quamobrem Tribonianus in *l. uxorem, 15. de rit. nupt. l. ex parte, 121. §. 1. de verb. oblig.* ſcripſit, *in matrimonium convenire*: cum tamen Pap. ſcripſiſſet, *in manum convenire*. Et in l. ſi concubina rer. amot. *convenit* pro *in manu convenit.* CVJAC. Pertinet hic titulus ad nuptias: cum enim tribus illae modis contraherentur (ut ſcribit Boëtius) uſu, farre, & coëmptione, per confarreationem ductae mulieres in viri poteſtatem veniebant, ut teſtatur Tacitus *lib.* IV. Sed hoc quidem matrimonii genus non adeo frequens erat, verum Pontificibus maxime conveniebat. CHARON.

2. *Qui in manu ſunt*] Videri poſſet legendum, *quae in manu ſunt*: de feminis enim in manum virorum convenientibus hic eſt ſermo tantum: quas etiam in manu mancipioque eſſe dixit Gellius *Noct. Atticar. lib.* IV. *cap. 3. & lib.* XVIII. *cap. 6.* & Servius *ad Virgil. Aeneid. lib.* XI. *verſ. 476.* Tales vero mulieres dicebantur matresfamilias, quae ita in familiam mariti, & ſui heredis locum veniſſent, ut docet idem Gellius *dict. lib.* XVIII. *cap. 6.* ac Servius *loc. cit.* & Iſidorus *Origin. lib.* IX. *cap. 5.* Ac proinde mulieri legata pecunia ſub conditione, ſi ei viro materfamilias eſſet, non debebatur, niſi in manum conveniſſet, Cicerone auctore *Topic. cap. 3.* Praeterea talium nuptarum, utpote filiarumfamilias, omnia bona marito adquirebantur dotis nomine, ut idem Cicero docet *Topic. dict. cap. 3.* & quae adquirebant, ad virum pertinebant. auctor Vlpianus *tit. 19. §. 18.* habebantque ipſae tantum peculium, cujus meminit Plautus *Caſin. act.*

1. FArre convenitur in manum, certis verbis, & teſtibus decem praeſentibus, & ſolenni ſacrificio facto, in quo [4]panis quoque farreus adhibetur.

* * *

act. II. *ſc.* 2. *verſ.* 26. adeoque ſuſtinebant ſpeciem liberalis ſervitutis, ut Servius ſcribit *ad Virgil. Æneid.* IV. *verſ.* 103. Exibat quoque mulier in manum conveniens ex patris poteſtate, cum in duorum poteſtate, & duobus filiafamilias eſſe ſimul non poſſet: idque de ea, quæ in manum Flaminis conveniebat, dicit Tiberius Cæſar apud Tacitum *Annal. lib.* IV. *cap.* 16. in qua tamen id non fuit ſpeciale, ut voluit Cujacius *ad tit. ſeq. §. ult.* & inde diſtinguitur filiafamilias alicujus ab ea, quæ ipſo volente in manum viri convenit, in lege Julia de adulteriis, capite ſecundo: cujus verba plus ſemel proferuntur in fragmentis veterum in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 4. In Pandectis vix ulla hujus juris veſtigia ſuperſunt: & videntur mulieres, poſtquam auctæ ſunt Romæ opes, ac emolliti mores, non ita amplius voluiſſe eſſe, & ſua omnia maritis ſubjicere: ſed ſimpliciter nuptias contrahere, ſive in matrimonium convenire; quo modo dixit Gellius *lib.* XVIII. *Noct. Attic. cap.* 6. matronam dictam propric, *quæ in matrimonium cum viro conveniſſet*, quam diſtinguit ab ea, quæ erat in manu mancipioque: & Arnobius *adverſ. gent. lib.* II. *p.* 91. dicit, *cum in matrimonia convenitis.* Sic quoque loquitur Servius *ad Virgil. Æneid. lib.* IV. *verſ.* 103. Adeoque & in *l.* 15. *D. de ritu nuptiar. & l.* 121. *§.* 1. *D. de verbor. obligationib.* non debet illa locutio adſcribi Triboniano, quod viſum Cujacio *ad hunc loc.* uti nec in *l.* 17. *pr. D. de action. rer. amotar.* ut aliis placuit. imo ſic reſtringerentur dicta in locis illis ad ſpeciem certam conjugii, cum in omnibus connubiis obtineant. Quin & Cicero in *Topic. dict. cap.* 3. diſtinguit inter eas, quæ in manum convenerunt, & quæ uxores tantummodo habentur. Ac tales habere poterant dotem, & bona alia paraphernalia, & receptitia. SCHULTING.

3. *Farre convenitur in manum &c.*] Hæc nihil aliud ſunt, quam particula eorum, quæ hic ex profeſſo Vlpianus docuit de conventione in manum; cujus mentio quoque in his fragmentis occurrit *tit.* 11. *§.* 13. *tit.* 23. *§.* 3. *tit.* 26. *§.* 7. *tit.* 29. *§.* 2. & de qua copioſe diſſerunt Vir Doctiſſimus, Petr. Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legum tit.* 16. ubi recte reprehendit Boëthium, qui eam vult factam eſſe ſola coëmptione, de qua Vlpianum dicit egiſſe in Inſtitutis: quaſi non etiam confarreatione, & uſu inita fuiſſet. Nec recte Boëthium ſecutus eſt Charondas cum aliis. Ceterum huic confarreationi opponitur diffarreatio, cujus meminit Feſtus. IDEM.

4. *Panis farreus*] Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* XVIII. *cap.* 3. ita ſcribit. *Quin & in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant.* ubi *farreum* eſt panis farreus, vel genus libi ex farre factum, ſecundum Feſtum. IDEM.

TITVLVS X.

Qui in poteſtate, mancipiove ſunt, quemadmodum eo jure liberentur.

1. LIberi parentum poteſtate liberantur [2]emancipatione, id eſt, ſi, poſteaquam [3]mancipati fuerint, manumiſſi ſint. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumiſſus ſui juris fit: [4]id enim lex duodecim

1. *Mancipiove*] Sive dominio, aut jure Quiritario, in quo ſunt filiifamilias, quos etiam pater vindicare poteſt, adjecta cauſa, *ex lege Quiritium, l.* 1. *§.* 2. *D. de rei vindication.* Eam quoque, quæ in manum convenerat, in mancipio fuiſſe, ex Gellio notavimus *ad tit. præcedent.* Ceterum quæ hic habemus, ea, quamvis alio ordine, traduntur a Cajo *Inſt. lib.* I. *tit.* 6. Paulo *Sententiar. lib.* II. *tit.* 25. & Juſtiniano *tit. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.* ad quos copioſe de iis diſputant Interpretes. SCHULT.

2. *Emancipatione*] Filii a poteſtate paterna emancipatione liberandi ſolennitatem explicat Cajus *tit.* 6. *lib.* I. *Inſt.* & nos in *comment. ad l.* 12. *tab.* de ea diximus. CHAROND.

3. *Mancipati*] Accurate loquitur, & diſtinguit inter *mancipari*, & *emancipari*. Minus accurate loquitur non tam Cajus forte, quam Anianus *lib.* I. *Inſt. tit.* 6. § 3. SCHULTING.

4. *Id enim*] Recte habet hæc lectio, quam etiam Charonda expreſſit: & minus bene edd. cum not. Cujacii præferunt *idem*, quod ipſe docet eſſe in codice Tiliano *Obſerv. lib.* XVII. *cap.* 28. Senſus tamen magis probat *id enim*; & alterum videtur eſſe ex abbreviatura. IDEM.

cim Tabularum jubet his verbis, [5]SI PATER FILIVM TER [6]VENVM DVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. [7]Ceteri autem liberi praeter filium, tam masculi, quam feminae, una mancipatione, manumissioneque sui juris fiunt.

2. Mort

5. SI PATER FILIVM TER VENVM DVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO] Legem hanc in quarta tabula exstitisse, & ex antiquiori jure, sive scripto, sive non scripto, desumptam esse refert Dionysius Halicarnassensis *Antiquitat. lib.* II. *cap.* 27. qui hoc de veris venditionibus, non imaginariis, accepit: an recte, dubitat Alexander *ad Cajum lib.* I. *tit.* 6. §. 6. & non bene Dionysium hoc caput intellexisse, & in hanc legem, tamquam duram & tyrannicam, invehi, scribit Jac. Gothofredus *in not. ad leges* XII. *tabb. tab.* IV. Sed re vera Dionysius legem non carpit: verum dicit, illam, tamquam duram & tyrannicam, admirationi futuram hominibus Graecis, & dissolutioribus moribus innutritis. Nec ego credo, Dionysium tale quid affirmaturum fuisse, nisi re bene & accurate explorata. Egit hoc ex professo Dionysius, ut ostenderet, Romam urbem esse Graecam & humanissimam *vid. lib.* I. *cap.* 89. adeoque institutum tale, quod barbariem redolere videatur, Romanis adfinxisse hunc Historicum, non est verisimile. Exstabant quoque Dionysii tempore antiquae leges ipsae, praecipue XII. tabularum: ac Dionysius, qui ultra viginti annos linguae & antiquitatibus Romanis pernoscendis in ipsa Vrbe impendisse se testatur *lib.* I. *c.* 7. facile genuinum legum illarum sensum plerumque intelligere potuit. Et quid quaeso notat *venum dare*? An hoc obscurum, aut ambiguum? & an lex ad veram & solam imaginem respexit? (nec enim haec vera venditio est *l.* 16. *D. de regul. jur.*) id nec verba ferunt: ac sic non multum hac in parte patri tributum fuisset. Itaque simpliciter accipi videntur debere verba, ut vere filium pater vendere ter debuerit, ut is ab ipso esset liber. Adde, quod leges non soleant inducere fictiones contra subtilitatem juris civilis, sed id potius tollant, quod facillime possunt. Tunc demum leges inducunt fictiones, quando aequitati obstat veritas, & ordo naturalis rerum: veluti in fictione Legis Corneliae, quae illum, qui apud hostes in captivitate est mortuus, fingit statim fuisse mortuum, quando fuit captus. Sic in casu *l. un.* §. 1. *C. d. rei uxor. action.* stipulatio, quae facta non est, facta fingitur. Sed Jurisconsulti & Praetores, cum jus civile non possint tollere, fictionibus egent, ad declinandas & eludendas ejus subtilitates. Sic Praetor emancipatos vocat ad bonorum possessionem contra tabulas, insuper habita capitis deminutione, *l.* 6. §. 1. *D. de bonor. possessionib.* adeoque fingens eos in potestate mansisse. Ita actiones Publicianae & rescissoriae fictitiae sunt. Atque ita hic Prudentum solertia & commentis hoc ἐφευρετικὸν repertum videtur fuisse, ut imaginariis venditionibus & manumissionibus filiusfamilias posset evadere patris potestatem, ac sui juris fieri: quo pacto rem quoque recte accepit Oiselius *ad Cajum lib.* I. *tit.* 6. §. 3. Et nisi de vera venditione jam inde ab initio urbis conditae hoc intellectum fuisset, quem inepte sancitum fuisset a Numa Pompilio, ne patri, qui filio permisisset uxorem ducere, participem sacrorum & bonorum futuram, jus esset filii venumdandi? quam, inquam, inepte? sic enim non potuisset talis vivo patre sui juris fieri; quod tamen in aliis licuisset: cum dubio procul is fuerit legis sensus, ne posset a patre vendi & alienari. Et hanc quoque ipsam Numae legem citat Dionysius *dict. lib.* II. *cap.* 27. In hac vero valde sese torquet Alexander; nec sine causa: ac tandem rem relinquit incertam. Re vera Numa id voluit, ne matrimonium tali modo posset dirimi, & vir aut mulier, quae in ejus manu erat, successione & jure suorum heredum possent defraudari. Auctoritas Imp. Constantini *l. ult. C. de patr. potest. lib.* negantis, majores permisisse parentibus eripere liberis libertatem, in re historica, scriptori multis saeculis antiquiori & accuratissimo opponi non potest. Et quod is Imp. de majoribus tradit, adscribi illis potest, qui diu post Vrbem conditam & leges XII. Tabb. vixere. Quod porro objicitur, crudelius esse servitutem servire, quam mortem obire, oratorie dicitur, non ex vero: ac mortem ordinarie duriorem esse existimant sapientiores: de quo plura tradit H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* 24. §. 6. Quamvis quoque jus illud rigidum a posteriorum temporum benignitate plane abhorruerit, non tamen ideo non potuit esse olim sancitum. Quin si omnia, quae hodie barbara habentur ac inhumana, Romanis antiquis abjudicata velimus, multum erit nobis laborandum; scriptorumque verbis non raro alius adfingendus erit sensus, quam illa ferre possint, quique aliis auctoribus saepe plane adversetur. Ego in talibus nec de gloria populi Romani, alteriusve, nec de quoquam commodo laboro: sed quid quaque in re veri sit, vel falsi, id unice sequi studeo. IDEM.

6. † VENVM DVVIT] Id est, *duit*, ut in legibus Numae, *si quis hominum liberum mortui duit*. CVJAC. Cujacii edd. cum notis habent *venum duit*: in aliis est, *venum davit*. Scripsi *venum duit*: ita enim olim loquebantur, & sic MS. Aured. SCHVLTING.

7. *Ceteri autem liberi praeter filium &c.*] Non cavit hac de re lex duodecim tabularum: uti vidit & Jac. Gothofredus *ad legg. XII. tabb. prolusionib. tab.* IV. at cum non pateretur ratio juris, ut absque ulla venditione ac manumissione a parentum potestate quis liberaretur, visum est prudentibus, una vice venditio & manumisso aliquo, solemnitati juris satisfieri posse. IDEM.

8. *Nepo-*

2. Morte patris filius & filia ſui juris fiunt: morte autem avi [8] nepotes ita demum ſui juris fiunt, ſi poſt mortem avi in poteſtate patris futuri non ſunt: velut ſi moriente avo pater eorum aut jam deceſſit, aut de poteſtate dimiſſus eſt: nam ſi mortis avi tempore pater eorum in poteſtate ejus ſit, mortuo avo, in patris ſui poteſtate fiunt.

3. Si patri, vel filio aqua & igni interdictum ſit, patria poteſtas tollitur; quia [9] peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum eſt; neque autem peregrinus civem Romanum, [10] neque civis Romanus peregrinum in poteſtate habere poteſt.

4. Si pater ab hoſtibus captus ſit, quamvis ſervus hoſtium fiat, tamen cum reverſus fuerit, omnia priſtina jura recipit jure poſtliminii. Sed quamdiu apud hoſtes eſt, patria poteſtas in filio ejus interim pendebit: & cum reverſus fuerit ab hoſtibus, in poteſtate filium habebit. Si vero ibi deceſſerit, ſui juris filius erit. Filius quoque ſi captus fuerit ab hoſtibus, ſimiliter propter jus poſtliminii patria poteſtas interim pendebit.

5. In poteſtate parentum eſſe deſinunt [11] & hi, [12] qui Flamines Diales inaugurantur, & [13] quae virgines Veſtae [14] capiuntur.

8. *Nepotes*] Scio, ſub nepotibus & neptes contineri: dubito tamen, an non Vlpianus, uti filii & filiæ meminerat, ita hic quoque ſcripſerit *nepotes neptesque*: uti & Imperator de utriſque loquitur *tit. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.* IDEM.

9. *Peregrinus*] Et quidem ſine civitate nullo, ἄπολις; de qualium, & aliorum peregrinorum diſcrimine quædam habebimus *ad tit. 20. §. 14.*

10. *Neque civis Romanus peregrinum*] Nec enim jure civili (ut Boëtius *ad Topica Cicer.* ait) fieri aliquid inter alios, quam cives Romanos poteſt. CHARONDD.

11. † *Et hi*] Et ideo vivo patre teſtamentum facere poſſunt. Plutarchus *in Numa.* CVJAC.

12. *Qui Flamines Diales*] Qui morte parentis ſui juris fit, capite non minuitur, *l. 3. §. ult. ad Macedd.* Adjungo etiam eum, qui Flaminio Diali, aut Veſtali ſacerdotio ſui juris fit, *l. 2. quod cum eo. l. 1. §. ſed etſi alio. quand. de pecul.* auctore Gellio *lib. 1. cap. 13.* Et hoc nimirum eſt, quod ait Vlpianus in *d. l. 3. vel alias ſui juris, &c.* Idem & in eo Juſtinianus conſtituit, qui dignitate ſui juris fit, in *Novell.* LXXXI. At is profecto, qui emancipatione ſui juris fit, capite minuitur: credo, quia in imaginariam ſervitutis formam deducitur, *l. liberos, 3. de cap. minutis:* immo quia ſublata eſt legitima emancipatio, vigetque aut Anaſtaſiana, aut Juſtiniana emancipatio, qui emancipatur hodie, capite non minuitur. Proinde merito ex Juſtiniani conſtitutionibus ſuo exæquatur emancipatus. Vſusfructus emancipatione non finitur. Id denique reſtat, ut capite non minuantur hodie, qui cum alieni juris forent, ſui juris efficiuntur. His autem, quæ in hoc loco dicuntur ab Vlpiano, addenda eſt, quæ in manum flaminis convenit. Cornelius Tacitus *lib. IV. quando exiret e jure patrio, qui id flaminium apiſceretur, quaque in manum flaminis conveniret.* IDEM. Quod exiſtimat Vir Maximus, emancipationem Anaſtaſianam & Juſtinianam non inducere capitis deminutionem, id verum erit quod ad edictum Prætoris de capite minutis: quoniam hodie non amplius emancipandi deducuntur in imaginariam ſervitutem; uti olim factum eſt: quo pertinet *l. 3. §. 1. D. de capit. minut.* Attamen hodie quoque emancipati familiam mutant, ac ſic capite minuuntur, *arg. l. ult. D. dict. tit.* nec manent ſui heredes, nec ipſo jure parentibus heredes exiſtunt magis hodie, quam olim: quamvis ad hereditatem quoque vocentur una cum ſuis ab ipſo Imperatore *Novell.* CXVIII. Quod de uxore Flaminis addit Cujacius, de eo diximus ad *tit. precedent.* SCHVLTING.

13. *Virgines Veſtæ*] Virgo Veſtalis (ut inquit Gellius *lib. 1.*) ſimulatque capta, & in atrium Veſtæ deducta, & pontificibus tradita eſt, eo ſtatim tempore ſine emancipatione ac ſine capitis minutione, e patris exit poteſtate. CHARONDD.

14. *Capiuntur*] Proprium rei verbum. cauſam dat Gellius *Noct. Atticar. lib. 1. cap. 12.* dum ita ſcribit. *Capi autem virgo propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manus prehenſa ab eo parente, in cujus poteſtate eſt, veluti bello capta abducitur.* Plura dabit Lipſius *de Veſt. & Veſtalib. cap. 5.* Sed & Flaminis Dialis capti inauguratique meminit Livius *lib. XXVII. cap. 8.* unde & hunc in Vrbe captum fuiſſe colligit Jac. Gutherius *de vet. jur. Pontific. lib. 1. cap. 32.* idem de Flamine & auguribus docet Gellius *eod. loc.* SCHVLTING.

TITVLVS XI.

De Tutelis.

1. Tutores conſtituuntur tam maſculis, quam feminis. Sed maſculis quidem impuberibus dumtaxat, propter aetatis infirmitatem: [1] feminis autem [2] tam impuberibus, quam puberibus, [3] & propter ſexus infirmitatem, & propter forenſium rerum ignorantiam.

2. Tutores [4] autem [5] legitimi ſunt, aut Senatuſconſultis conſtituti, aut moribus introducti.

3. [6] Legitimi tutores ſunt, qui ex lege aliqua deſcendunt: per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim Tabularum introducuntur, ſeu [7] propalam, quales ſunt adgnati, ſeu [8] per conſequentiam, quales ſunt [9] patroni.

4. Ad-

1. *Fœminis*] Fœminæ perpetua tutela (ut ait Boëtius) continebantur, a qua recedebant, quæ in viri manum convenissent. Et Cato pro lege Oppia (ut eſt apud Livium) majores voluiſſe dicit nullam ne privatam quidem rem ſine authoritate fœminas agere, ſed in parentum fratrumve, aut liberorum poteſtate eas eſſe. CHAROND.

2. *Tam impuberibus, quam puberibus*] Pro, *tam puberibus, quam impuberibus.* Similis ὑστερολογία *pr. Inſt. de heredib. inſtituend. §. 3. Inſt. de leg. Aquil. l. 1. D. de verbor. ſignification. l. 7. §. 8. D. de pact.* Plura notarunt L. Charondas *ad d. l. 7. §. 8.* Cujacius *Obſervation. lib.* III. *cap. 3.* Petr. Faber. *Semeſtr. lib.* I. *cap. 23.* SCHVLTING.

3. *Et propter ſexus infirmitatem, & propter &c.*] Cicero *pro Murem. cap. 12.* dicit, ob infirmitatem conſilii, majores voluiſſe, ut omnes mulieres in tutorum eſſent poteſtate: nempe, quæ non erant in parentum, vel maritorum manu. unde dicit Cato apud Livium *lib.* XXXIV. *cap. 3. Majores noſtri nullam, ne privatam quidem rem, agere feminas ſine auctore voluerunt: in manu eſſe parentum, fratrum, virorum.* Meminit vero fratrum, tamquam tutorum legitimorum. Duplex itaque feminarum olim fuit tutela: una pupillaris, quam pubertas finiebat: altera perpetua, uti illam vocat Boëthius *in Topic. Ciceron. lib.* IV. ſive muliebris, quam a majoribus pupillari prælatam eſſe ſcribit Sabinus apud Gellium *Noct. Atticar. lib* V. *cap. 13.* Diſcrimina quædam inter has duas dedit Vlpianus §. *25 & 27. hoc tit.* In veterum quoque ſcriptis in Pandectis hujus tutelæ veſtigia alicubi reperit Cujacius *Obſervation. lib.* VII. *cap. 11. & lib.* XXII. *cap. 20.* veluti in *l. 2. §. 2. D. de capit. minut. l. 11. §. 2. D. quod falſ. tutor. auctor. geſt. eſſe dicat.* Quod vero Jac. Rævardus *Variar. lib.* II. *cap. 10.* Tribonianum erraſſe putavit in eo, quod ſcribat *pr. Inſt. quib. mod. tutel finit.* puellas poſt pubertatem a tutela liberatas fuiſſe: ac ad annum viceſimum quintum curatores accepiſſe, *pr. Inſt. de curatorib.* cum tamen mulieres in perpetua fuerint tutela; id omne non ita facile admittendum eſt. Sane abſurdum eſt ſtatuere, Tribonianum ignoraſſe jus ſui temporis in ea re, quam ne vulgus quidem hominum ignoravit: ac Tribonianus non de vetuſto, ſed de uſitato jure loquitur. Præterea, ſi puellæ ſine curatoribus potuiſſent agere, multa illis licuiſſent, quæ maribus puberibus ſunt denegata, quæque attigimus ad Paulum *Sententiar. lib.* II. *tit. 19. ad fin.* & per quæ patrimonium ſuum potuiſſent evertere. Vnde verisimile eſt, & ſub tutoribus, & ſub curatoribus mulieres minores annis viginti quinque fuiſſe: niſi idem homo utroque officio functus fuerit: ut tutor ea peregerit, quæ Vlpianus enumerat *hoc tit. §. 25.* curator bona adminiſtraverit. Hæc vero cum ita ſint, non ſequitur quoque, quod opinatur Rævardus, ubi in Pandectis mulieribus curatores tribui videmus, in illis omnibus locis ex Prudentium intentione, & vera ſententia eſſe reponendum *tutores*: de quo ſententiam dixi ad Paulum *dict. loc.* Quod vero idem Vir Doctus in *l. 60. pr. D. rit. nuptiar.* intelligat triplicem tutelam feminarum, pupillarem, ceſſitiam, Prætoriam, id plane a re eſt alienum, cum ibi de tribus tutelis agatur, quarum onus excuſationem præſtat ab alia, §. *5. Inſt. de excuſationib. tutor.* IDEM.

4. *Autem*] Mallem *aut*, cum Jano a Coſta *ad §. 1. Inſt. de legitim. adgnator. tutel.* niſi quis mallet, *autem aut.* IDEM.

5. *Legitimi ſunt, &c.*] Boëthius *ad Ciceron. Topic. lib.* IV. tutelam facit quadruplicem, quæ defertur gradu conſanguinitatis, jure patronatus, teſtamento, aut Prætoris Vrbani juriſdictione. In jure Juſtinianeo habemus tres ſpecies, teſtamentariam, legitimam, dativam. Vlpianus hic longe aliter dividit; uti & alibi genus unum diverſimode diſpeſcitur: unde tamen non opus eſt in re ipſa eſſe diſſenſum. IDEM.

6. *Legitimi tutores*] Sub quibus hic comprehendit etiam teſtamentarios §. *14. hoc tit.* & aliquos dativos.

7. *Propalam*] Id eſt, ex verbis legis. CHAROND.

8. *Per conſequentiam*] Id eſt, ex interpretatione. *Vide Inſtitut. lib.* I. *tit. 17.* IDEM.

9. *Patroni*] Quin & patronus ac libertus conſide-

rantur

4. Adgnati ſunt, a patre cognati, [10] virilis ſexus, per virilem ſexum deſcendentes, [11] ejuſdem familiae, [12] veluti, [13] fratres, [14] filii fratris, patrui, patrueles.

5. [15] Qui [16] liberum caput mancipatum ſibi, [17] vel a parente, vel a [18] coëmptore manumiſit, per ſimilitudinem patroni tutor efficitur, qui [19] fiduciarius tutor appellatur.

6. Legitimi tutores alii tutela [20] in jure cedere poſſunt.

7. Is,

rantur ut adgnati: ac Juſtinianus dicit, patronos eſſe *συγγενεῖς* eorum, quos manumiſere, in conſtitutione de jure patronatus, quam luce donavit Cujacius *Obſervation. lib.* XX. *cap.* 34. quæque exſtat in Baſilicis *lib.* XLIX. *tit.* 2. de quo plura habet Janus a Coſta *ad* §. 4. *Inſt. quib. mod. tutel. finit.* SCHULTING.

10. *Virilis ſexus*] In tutelarum quæſtione ita definiuntur agnati: propterea quod tutela virile munus eſt. Ceteroquin & feminæ agnatæ ſunt. Eadem eſt agnatorum definitio in quæſtione inteſtatæ ſucceſſionis, *l.* 2. §. *agnati. de ſuis & leg. her.* & *l. tit.* 26. quia etſi conſanguinea conſanguineo inteſtato heres exiſtat, agnata tamen agnato cuiquam inteſtato ex lege Voconia heres non eſt, §. *ceterum. de legit. agnat. ſucc.* Sic in lege Vellea, *Qui teſtamentum faciet, is omneis virilis ſexus, qui ei ſui heredes futuri erunt, &c. etiam ſi parente vivo naſcantur.* Ideo ait, *Virilis ſexus*, quia ſequuntur hæc verba, *Vt nominatim eos exheredet, vel inſtituat*, §. *poſtumorum, in fi. de exher. li.* Soli autem poſtumi mares nominatim exheredandi ſunt, §. *poſtumi quoque.* §. *poſtumorum, de exheredat. li.* Vnde & in *l.* 3. *de injuſto rupt.* ajo, Vlpianum ſic ſcripſiſſe, *Poſtumi virilis ſexus*: & ex Juſtiniani conſtitutione id Tribonianum immutaſſe. CVJAC.

11. *Ejuſdem familiae*] *L. pronuntiatio, 195.* §. *communi. de verborum ſignifi.* IDEM. Ne videatur includere etiam emancipatos, qui non ſunt amplius in familia, *l.* 195. §. 2. *D. de verbor. ſignification.*

12. *Veluti fratres, filii fratris, patrui, patrueles*] Sic edidit Charondas; nec dubito quin recte: adeoque hunc ſequi viſum eſt. In aliis eſt, *veluti patrui, fratres, filii fratris patruelis.* SCHULTING.

13. *Fratres*] Legendum, *Fratres patruelis, filii fratris patruelis.* CVJAC.

14. *Filii fratris*] Juriſconſultis non placuit, quod hodie dicitur, *nepos ex fratre*: quo modo tamen veteres interdum locutos eſſe docet V. C. Is. Caſaubonus *ad Spartian. Hadrian. cap.* 2. Imo hos habere nomen ſpeciale cognationis negat Paulus *l.* 10. §. 14. *D. de gradib. & adfinib.* unde & apud Plautum *Pœnul. act. V. ſc.* 4. *v.* 25. ubi blandius alioquin nomen recte uſurpatum fuiſſet, ita patruus fratris filium alloquitur,

Quid eſt, fratris mei gnate? mi gnate, quid vis? expedi.

ac ſic ſæpius in eadem comœdia occurrit *fratris filius.* SCHULTING.

15. *Qui liberum caput*] Agnatus eſt tutor ex l. XII. tabb. patronus ex interpretatione legis: pa-

rens ex contractu fiduciæ. Cur non & parens ex interpretatione legis? Quia nulla talis in lege interpretatio adhiberi potuit. Nec enim ut patronis, ſic parentibus nominatim lege defertur hereditas. Igitur duæ tantum ſunt ſpecies legitimæ tutelæ, Agnatorum & Patronorum: id quod Vlpianus tradit in *l.* 1. *de leg. tut.* Verum in *l.* 3. §. *ult. eod. tit.* parentem emancipatorem, non legitimum, ſed vicem ait legitimi tutoris obtinere, id eſt, fiduciarium tutorem eſſe. Non nego moribus inde receptum, ut nominetur legitima, quæ proprie eſt fiduciaria, *tit. de leg. par. tut.* fiduciariæ tutelæ nomen ad liberos transmitti, legitimæ non transmitti: denique liberos patronorum diſtare a liberis parentum. Ceterum ratio differentiæ tradita a Juſtiniano *in tit. de fiduciar. tut.* falſa eſt in patre & avo: certe ſubtilior eſt, quam verior. An igitur, quia non ut liberis patroni, ita liberis emancipatoris lege debetur hereditas? *l.* 1. §. *liberos. ſi quis a par. fuerit manu.* ſed de his ſatis. CVJAC.

16. *Liberum caput*] Sic in definitione tutelæ, *in capite libero.* Intelligo vero hoc non tantum de pupillo, ſed & de muliere. SCHULTING.

17. *Vel a parente, vel a coëmptore*] Qui a parente, is eſt pater fiduciarius: qui a coëmptore, is eſt pater naturalis. CVJAC.

18. *Coëmptore*] V. C. Barn. Briſſonius *lib. ſingular. de rit. nuptiar.* intelligit eum, qui a marito, in cujus manum uxor convenit per coëmptionem, illam mancipio accepit: cujus meminit Feſtus *verb. remancipatam.* at tutela talis muliebris auctoritate nulla munita eſt. SCHULTING.

19. *Fiduciarius*] Videtur tutela hæc nomen accepiſſe fiduciariæ ex eo, quod plerumque pater emanciparet liberos contracta fiducia: de qua plura legere eſt in Inſtitutionibus Caji *lib.* 1 *tit.* 6. §. 2. Alioquin ſi extraneus filium alienum ſibi venditum ſine fiducia, manumitteret, fiduciaria non erat proprie tutela: etſi id velit Cujacius *Paratitl. tit. C. de legitim. tutel.* Hodie per fiduciariam intelligitur, quæ liberis emancipatoris defertur poſt ipſius mortem, de qua eſt titulus *Inſt. de fiduciar. tutel.* IDEM.

20. *In jure cedere*] Quaſi re jure Quiritium ſibi propria. Vnde alia legitima tutela erat principalis, alia ceſſitia, ut Cujacius idem ſcribit *loc. cit.* 21. Hereditas quoque legitima olim poterit cedi, licet necdum adita, *tit.* 19. § 11. 12. 13. 14. ubi plura de ceſſione. IDEM.

7. Is, cui tutela in jure ceſſa eſt, [21] Ceſſicus tutor appellatur: qui ſive mortuus fuerit, ſive [22] capite minutus, [23] ſive alii tutela ceſſerit, [24] redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & ſi legitimus deceſſerit, aut capite minutus fuerit, [25] ceſſitia quoque tutela extinguitur.

8. Quantum ad adgnatos pertinet, hodie ceſſitia tutela non procedit: quoniam permiſſum erat in jure cedere tutela [26] feminarum tantum, non etiam maſculorum: [27] feminarum autem legitimas tutelas [28] lex Claudia ſuſtinet.

9. [29] Ex-

21. *Ceſſicus*] Vir Eruditus, Joh. van de Water *Obſervation. lib.* III. *cap.* II. ambigit, num legendum ſit *ceſſitius*; uti *ceſſitia tutela*, cujus ſtatim mentio fiet, & ſic MS. Aured. In re nihil diſcriminis. IDEM.

22. *Capite minutus*] Deminutione ſaltem maxima mediaque. Aliud videri poſſet dicendum de minima, quæ quidem tutelas tollebat legitimas, §. *10. hoc tit.* §. *4. Inſt. quib. mod. tutel. finit.* at hæc tutela ex ceſſione obveniebat; niſi & hæc ceſſio adgnatis tantum facta fuerit. IDEM.

23. *Sive alii tutela ceſſerit*] In jure, ſcilicet, ceſſio jus cedentis tollebat; utcumque in alium nihil transiret: quod & de ceſſione uſusfructus extraneo facta vidimus procedere *not. ad Paul. Sentent. lib.* III. *tit.* 6. §. 32. IDEM.

24. *Redit ad legitimum tutorem tutela*] Hunc, videlicet, vocat ipſa lex: & quamdiu hic adeſt, alius non vocatur. Imo nec ceſſio tutelæ hunc cedentem plane liberabat, quemadmodum non poterat ſeſe tutela abdicare, §. *17. hoc tit.* IDEM.

25 *Ceſſitia quoque tutela exſtinguitur*] Cum cedens non plus in alium transferre potuerit, ac ipſe habuit: ac jam remotiori fit locus, *l.* 3. §. 9. *D. de legitim. tutorib.* ſi nemo in eo gradu ſuperſit. Habere hoc ceſſionem tutelæ mandato ſimile, quod, uti illud morte mandantis, ſic hæc morte cedentis exſtinguatur, Cujacius notat *Paratitl. tit. C. de legitim. tutel.* At hujus rei alia eſt ratio, non a perſonarum voluntate, ſed ab ipſa rei natura profluens. IDEM.

26. *Feminarum tantum, non etiam maſculorum*] Non tantum intelligit perpetuam illam tutelam feminarum, quæ longe minoris erat momenti, quam tutela pupillorum, §. *25. & ſeqq. hoc tit.* ſed etiam feminarum impuberum: cum tantum inter ſexum diſtinguat. Pro arbitrio tamen hoc a tutoribus fieri potuiſſe, etiam in præjudicium pupillarum, vel aliarum feminarum, non dicit: nec id eſt verſimile. Imo ſoli adgnato cedi potuiſſe, putat Jac. Gothofredus *ad l.* 2. *Cod. Theod. de tutorib. & curatorib. creand.* quod non improbabile. Illa vero ceſſio ab abdicatione erat plane diverſa, §. *17. hoc tit.* IDEM.

27. *Feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia ſuſtinet.*] Sequentia tria verba, quæ perperam principium faciunt ſequentis ſententiæ, huic ſunt addenda, ac ſcribendum, *feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia ſuſtinet, excepta tutela patronorum*: quicquid enim Cujacio aliiſque videatur, re vera tamen certum eſſe debet, legitimam tutelam patronorum, quæ ex interpretatione duodecim tabularum venit, capitis deminutione etiam minima tolli, ſecundum regulam de legitimis tutelis, §. 4. *Inſt. quib. mod. tutel. finit. l.* 5. §. *ult. D. de legitim. tutorib.* quæ & in patronis eorumque liberis procedit, cum & ita hereditatis jus ex XII. tabulis amittant, *tit. 27.* §. *ult. l.* 3. §. 4. & 5. *D. de adſignand. libert.* imo & jus quoddam hic eſt adgnationis, de quo dicere anteverti ad §. 3. quin & familiæ patroni meminerat lex XII. Tabularum, teſte Ulpiano *l.* 195. §. 1. *D. de verbor. ſignification.* quo reſpicitur in *l.* 3. §. 7. *D. de legitim. tutorib. l.* 17. *D. de jur. patronat. l.* 37. *pr. D. de bon. libertor. l.* 5. *D. de adſignand. libert.* uti notavit Jac. Gothofredus *ad legg.* XII. *tabb. tab.* V. Familiæ vero jus deminutio capitis tollit: quamvis jura, quæ patronis ex legibus novis, Senatuſconſultis, ac Prætorum edictis, non nominibus juris civilis, ut familiæ: ſed naturalibus appellationibus deferuntur, non ſic intereant, *l.* 7. *pr. verſ. ex novis, D. de capit. minut. l.* 11. *D. de ſuis & legitim. hereditib.* §. 2. *Inſt. de S. C. Orphitian.* ſed & interdum adverſus illam juris civilis ſcrupuloſitatem patroni, illorumque liberi admittantur, *l.* 3. §. 3. 4. *D. de adſignand. libert. l.* 2. §. *ult. D. de bon. libert. l.* 22. *D. de jur. patronat. l.* 23. *l.* 39. *D. de bon. libertor.* idque fiet tuitione Prætoris. Atque ita locum hunc accepit acutiſſimi Vir ingenii, Janus a Coſta *ad* §. 4. *Inſt. quib. mod. tutel. finit.* Verum de ſenſu legis Claudiæ valde controvertitur, ac de verbo *ſuſtinet*: pro quo Cujacius reponit, *ſuſtulit*: a quo merito diſſentiunt Viri Clariſſimi, Jac. Rævardus *Variar. lib.* I. *cap.* 10. Theod. Marcilius *Interpretament. leg.* XII. *tabb. p.* 143. Janus a Coſta *ad tit. Inſt. de legitim. patronor. tutel.* Jac. Gothofredus *ad l.* 2. *Cod. Theod. de tutorib. & curatorib. creand.* qui tamen in explicatione loci hujus non conveniunt. Auctoritate certe veteris libri conjectura illa caret: nec librarii verba explicatu facilia in difficiliorem ſenſum ſolent mutare: at quæ non intelligunt, clariori, ut putant, modo exprimere. Ulpiani autem tempore legitima tutela feminarum puberum, imo & majorum, non abrogata, verum in uſu fuit, §. *20. hoc tit.* Nec rationem habet, quod incidit M. Verranio Mauro *de jur. liberor. cap.* 31. illam ſublatam quidem fuiſſe lege Clau-

9. "Excepta tutela patronorum, "legitima tutela capitis deminutione amittitur.

10. "Ca-

Claudia, sed posteà reductam: sic enim Ulpianum excusari non posset, quod scripsisset, jus esse sublatum simpliciter; quod tamen usu vigeret. Quid ergo voluit lex Claudia? an sustulit tutelam legitimam puellarum impuberum, ac illam sustinuit, sive distulit in tempus pubertatis? Ita sentit Janus a Costa *loc. cit.* Ac Claudium etiam circa tutelas puellarum impuberum aliquid tale constituisse, colligi potest ex *2. Cod. Theod. de tutorib. & curatorib. creand. junct. l. 3. C. de legitim. tutel.* etsi in patronis jus vetus mansisse, argumento est *l. 13. pr. & §. 1 D. de tutor. & curatorib. dat.* Verum id factum esse potuit alio illius legis capite: quæ mens est Jac. Gothofredi *loc. dict.* (qui id caput vult egisse de patruo, & non deferenda ei quavis tutela muliebri: ac Triboniano quædam imputat, quæ hic non excutimus) Ceteroqui, si id, quod hic scribit Ulpianus, accipias tantum de tutela impuberis, sic non erit inhibita cessio tutelæ post pubertatem per Claudii legem, quam tamen suo tempore plane & omni tempore cessasse, & quidem ob illam legem, ex Ulpiano est evidens. Nihil vero (ut & hoc obiter addamus) commune habet caput illud de legitima feminarum tutela adgnatis non delata, cum eo, quod idem Claudius constituit, ut pupillis a Consulibus extra ordinem tutores darentur, auctore Suetonio *Claud. cap. 23.* etsi aliud volunt Rævardus & Marcilius: cum Suetonius loquatur de tutore dativo, & a quo is deberet dari: hoc vero legis Claudiæ caput egerit de legitimo. Ut autem ad Ulpiani verba redeam, nihil rectius video, quam ut verbum *sustinet* accipiatur pro *continuat, prorogat, retinet*; ita, scilicet, ut nolit tutelas cedi, cum Jac. Gothofredo *ad dict. l. 2.* qui exempla allegat nonnihil quidem discrepantia, & de rebus nonnihil diversis, veluti, *judicium sustineri*, in *l. 42. D. de noxalib. actionib.* & alia: sed unde tamen liqueat, verbum *sustinet* explicationem talem non respuere. Addi illis possit Ovidius *epist. 2. vers. 113.*

Respice Laërten, ut jam sua lumina condas,
Extremum fati sustinet ille diem.

ubi *sustinet* est, *prorogat*. Et quod Gothofredus allegat ex Pedone Albinovano *eleg. de mort. Drusi vers. 370.* ubi loquitur sic de fortuna,

Illa rapit juvenes, sustinet illa senes.

id ita expressit Symposius ab Inclyto Viro, Nic. Heinsio laudatus,

Hæc aufert juvenes, & retinet senes.

Sic ergo legitima tutela sustinetur, ac cedi nequit; excepta tamen tutela patronorum, sive *libertæ*, uti quidam legunt in *tit. 19. §. 11.* ut hoc modo lex benignius cum patronis, quam cum adgnatis agi voluerit. IDEM.

28. *Lex Claudia sustinet.*] Lege, *Sustulit*. Rursus vero lex Claudia sublata est constitutione Constantini, *l. 3. C. de leg. hæred. l. 2. Th. C. de tut. & cur. ord.* Ait Constantinus, *in fœminis tutelam legitimam consanguineus vel patruus non recusset.* CUJAC.

29. *Excepta tutela patronorum*] Hoc est, quod ait *l. tutelas, 7. de cap. minutis. Tutelas etiam non amittit capitis deminutio, exceptis his, quæ Ff. A. P. P. deferuntur*, i. *quæ jure agnationis proximis potissimum deferuntur.* Triboniano non sic. Equidem scio Tribonianum, cum multa in libris prudentum notis perscripta essent, auctore Justiniano in *l. 2. C. de vet. jur. enucl.* in eis explicandis cadere frequenter & labi. Ceterum tutela patronorum minima capitis deminutione non perit, quia nec jus patronatus perit. Æque testamentaria & dativa tutela non perit. At quia minima capitis deminutione jus agnationis perit, & legitima agnatorum tutela perit. Dixi, *proximis potissimum*, ut in edicto translaticio Verris, *Tum ei proximum quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestato moritur esset.* Unde eximenda non sunt posteriora verba *ex. unde legit.* Quinimmo in Asconio ita male leguntur, quasi si Asconii essent, non Tullii. Item alio in edicto, *Sec. sub. testamenti potissimum hæredi tutorem dato.* IDEM.

30. *Legitima tutela capitis deminutione amittitur.*] Quod antea ostendimus in ea etiam procedere, quæ ex XII. tabulis patronis defertur eorumque liberis verbo juris civilis, familiæ, sive adgnationis: non vero idem obtinuisse circa jura, quæ aliunde veniunt, ac naturalibus personarum appellationibus delata sunt: imo & Prætorem contra rigorem juris aliquando patronis subvenisse. Atque huc respexisse Tribonianum in *l. 7. pr. D. de capit. minut.* putat Janus a Costa *ad §. 4. Inst. quib. mod. tutel. finit.* dum mentionem illic reliquit, vel fecit tutelarum, quæ personis in alieno jure positis deferuntur: fieri enim id in casu, quo patronus est adrogatus, cui ex benignitate defertur hereditas, *l. 3. §. 3. D. de adsignand. libert.* adeoque & tutela. Sic ille; quamvis aliter emendationem Cujacii probet. Verum explicatio illa haberet speciem, si talibus solis in casibus, qui erunt rari, filiifamilias ad tutelam vocarentur. Sed præcipue his testamentariæ tutelæ ac dativæ obveniunt, quas certum est minima capitis deminutione non perimi. Nec Cujacii emendatio probanda est, cum in ea non tantum negligatur τὸ *in*; ac plane reredatur in quatuor verbis a veteri scriptura: sed & tutela ex XII. tabulis non solum proximis personis potissimum deferatur; verum & patronis, eorumve familiæ, secundum id, quod modo habuimus. Simplicissima est emendatio Fr. Balduini *in Scævol. p. 119.* quam; tamquam propriam, proponit ac probat Jac. Gothofredus *ad legg. XII. tabb. not. ad tab. V.* ut pro *aliene* legatur *antique*. Jus *antiquum* est jus legis XII. tabularum, quæ lex vocatur *antiqua l. 2. §. 1. D. de noxalib. actionib.* sic jus *vetus l. 1. D. de hereditat. petition.* hereditas *vetus l. 1. §. 8. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* Basilica locum illum bene reddiderunt, πλὴν τῶν ἐκ τῆς διαθήκης *præter eas, quæ sunt ex lege duodecim tabularum*: sed Scholiastes illorum lectionem

10. [31]Capitis minutionis ſpecies ſunt tres, maxima, media, minima.

11. Maxima capitis deminutio eſt, per quam & civitas, & libertas amittitur: [32]veluti cum incenſus aliquis venierit, [33]aut cum mulier alieno ſervo ſe junxerit, [34]denuntiante domino, & ancilla facta fuerit ex Senatusconſulto Claudiano.

12. [35]Media capitis deminutio dicitur, per quam, ſola civitate amiſſa, [36]libertas retinetur: quod fit in eo, cui aqua & igni interdicitur.

13. Minima capitis deminutio eſt, per quam, & civitate, & libertate ſalva, [37]ſtatus dumtaxat hominis mutatur: quod fit adoptione, & [38]in manum conventione.

14. Te-

vulgarem ſequitur. Sane in his tutelis id verum fuit, & quidem ſolis, quod minima capitis deminutione intercideriut. SCHULT.

31. *Capitis minutionis*] De his Imperator *tit. Inſt. de capitis deminut.* & Paulus *l. ult. D. de capit. minut.*

32. *Veluti cum incenſus aliquis venierit*] Hoc M. Tullius explicat in extremo orationis *pro Cacinna*, Dionyſius IV. CVJAC.

33. *Aut cum mulier alieno ſervo ſe junxerit &c.*] Hac de re copioſe ſcripſit Paulus *Sententiar. lib.* II. *tit. 21. A.* ubi multa quoque adnotata ſunt.

34. *Denuntiante domino*] Trina denuntiatione opus eſt: denuntiari etiam teſtato oportet, idque denuntiari, ut ſervo abſtineat. Denuntiationem ſequitur prætoris, aut præſidis ſententia. Inde Tertull. *lib.* II. *ad uxorem. Nonne inſuper conſuerunt ſervituti vindicandos, qui cum alieno ſervo poſt dominorum denuntiationem in conſuetudine perſeverarunt?* Exemplo S. C. ſi ingenuæ, quæ ad gynæclarium ſe vel monetarium applicat, ſimilis denuntiatio fiat, niſi dicto audiens fuerit, ejusdem ipſa condicionis ex conſtitutionibus efficitur, *l. edicimus, 10. C. Th. de murilegul. l. Senatusconſult. 178. C. Th. de decur.* Sed hæc a Juſtiniano mutata ſunt *in tit. de S. C. Claud. toll.* CVJAC.

35. *Media capitis diminutio*] Videntur Juriſconſulti non eodem modo ſpecies capitis diminutionis conſtituiſſe. Nam Calliſtratus *cap. 3. de extraord. cognit. D.* conſumi exiſtimationem ſcribit, quoties magna capitis diminutio intervenit, id eſt, cum libertas adimitur: veluti cum aqua & igni interdicitur, quod in perſona deportatorum evenit. Sed certe obſervandum eſt non eo reſpexiſſe Calliſtratum, ut capitis diminutionis ſpecies diſtingueret: tantum enim diſputat de exiſtimatione alicujus, quomodo ea minuatur aut conſumatur. Verum quod hic Ulpianus noſter dicit, Paulo & aliis J. C. etiam placuit. Nam ille *lib.* II. *ad Sabinum, cap. ult. D. de cap. minut.* tria capitis diminutionis genera conſtituit. Tria enim ſunt quæ habemus, libertatem, civitatem, & familiam: quæ cum amittimus, in maximam capitis diminutionem incidimus; cum vero amiſſa civitate communis illa libertas nobis remanet, in mediam. Sed cum familia tantum mutatur, in minimam. CHAROND.

36. *Libertas retinetur*] Libertas retinetur, quæ juris eſt gentium: ut & alia, quæ juris gentium ſunt. Eſt & libertas juris Quiritium, quæ nulli competit, niſi civibus Romanis, ut docet Cicero *pro Cacin. cap. 33.* Boëthius quoque in *Topic. Ciceron. lib.* II. ſic de deminutionibus capitis ſcribit. *Maxima eſt, cum libertas & civitas amittitur, ut deportatio. Media vero, in qua civitas amittitur, retinetur libertas, ut in Latinas colonias migratio.* Imo movere omnibus tribubus, nihil aliud eſſe, quam civitatem, libertatemque eripere, contendit Claudius apud Livium *lib. XLV. cap. 15.* Ac de libertate hac ipſa juris Quiritium intelligi poteſt Calliſtratus *l. 5. §. 3. D. de extraordinar. cognitionib.* qui dicit, exiſtimationem conſumi magna capitis minutione, *cum libertas amittitur, veluti, cum aqua & igni interdicitur, &c.* idque placuit Viris Eruditiſſimis, Jac. Cujacio, & Em. Merillio *ad §. 2. Inſt. de capitis deminution.* Jano a Coſta *ad pr. Inſt. dict. tit.* Alii apud Calliſtratum pro *veluti* legunt *velueri*, aut *vel*, ſenſu ſane etiam bono. SCHULTING.

37. *Status dumtaxat hominis*] Salvo ſtatu publici juris, *l. 1. §. capitis. ad S. C. Tertyll.* privatus hominis ſtatus commutatur. CVJAC. Sic quoque *ſtatus hominis* dicitur *§ 3. Inſt. de capit. deminution.* Diſcrimen quoque hoc inter ſtatum publicum, ſive civis: & ſtatum privatum, ſive ſtatum hominis, exponit Janus a Coſta *ad pr. Inſt. dict. tit.*

38. *In manum conventione*] Quæ convenit in manum mariti, capite minuitur: quia in familiam ejus, & ſui heredis locum venit, ut in *tit. 23.* & apud Gellium *lib. XVIII. cap. 6.* CVJAC. De hac in manum conventione egit *tit. 9.*

39. Ne-

14. Teſtamento quoque [39]nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim Tabularum, his verbis, [40]VTI LEGASSIT [41]SVPER PECVNIA, TVTELAVE SVAE REI, [42]ITA JVS ESTO: [43]qui tutores dativi appellantur.

15. Dari teſtamento tutores poſſunt liberis, qui in poteſtate ſunt.

16. Teſtamento tutores dari poſſunt hi, cum quibus teſtamenti faciendi jus eſt, praeter Latinum Junianum: nam Latinus [44]habet quidem teſtamenti factionem, ſed tamen tutor dari non poteſt: id enim lex Junia prohibet.

17. Si capite [45]deminutus fuerit tutor teſtamento datus, non amittit tutelam: ſed ſi abdicaverit ſe tutela, deſinit eſſe tutor. [46]Abdicare autem eſt,

39. *Nominatim tutores dati confirmantur, &c.*] Ergo & hos ſub legitimis comprehendit §. 2. *hoc tit.* verbo lato ſenſu ſumpto: quod & fieri in *l. 7. Cod. Theod. de naviculat.* obſervat Doctiſſimus illius Codicis Interpres. Alioquin hi a legitimis diſtinguuntur. Mox Vlpianus dicet, eos appellari dativos. SCHULT.

40. VTI LEGASSIT] Integra lex eſt, *Paterfamilias uti legaſſit*, auctore Cornificio *lib. 1. ad Herennium.* Ait, *Paterfam.* atque ideo filiusfamil. teſtamentum facere non poteſt, etiamſi hoc velit pater: quod tamen in donatione nulla lex vetat. Ait, *Super pecunia tutelave ſuae rei.* Quae verba conjunctim accipienda ſunt. Nam tutorem inſtituere filiis ſuis pater, niſi in teſtamento, non poteſt, in quo & pecuniae ſuae heredem inſtituat, *l. ſepe, 53. de verb. ſignif.* CVJAC.

41. SVPER PECVNIA TVTELAVE SVAE REI.] Apud Paulum *l. 53. D. de verbor. ſignification.* ſcriptum eſt, *ſuper pecunia tutelave ſua*, Graeco more: quod notat Eruditiſſimus Ger. Joh. Voſſius *de art. Grammatic. lib VIII. p 65.* Diverſimode vero hoc caput profertur a veteribus, non tantum ab Auctore ad Herennium *lib 1. cap. 13.* & Cicerone *de inventione. lib.* II. *cap. 50.* qui tamen leges non raro confingunt, vel verba immutant: ſed & a Paulo *d. l. 53. D de verbor. ſignification.* Pomponio *l. 220 D. eod. tit.* Juſtiniano *pr. Inſt. de leg. Falcid. Novell. XXII. cap. 2.* dum forte magis de ſenſu, quam de ſingulis verborum apicibus laborant. Sed quo pacto haec ſtare poſſunt, *tutelave ſuae rei?* cum certo certius ſit, tutelam non eſſe rerum, ſed perſonarum, §. 4 *Inſt. qui teſtament. tutor. dar. poſſ. l. 14. D. de teſtamentar. tutel* & poteſtatem in corpore libero. nec illud *rei* eſt apud Paulum. Vnde Vir Celeberrimus, Ger. Noodt *Obſerv. lib.* II. *cap. 19* ita legit, *ſuper pecunia tutelave ſua*: ut *ſua tutela* ſit tutela ejus, qui ſuus eſt teſtatori heres, quique pro eadem cum ipſo perſona eſt, *fac. l. 73. §. 1. D. de regul. jur.* bono ſane ſenſu: niſi ſcriptum fuerit, *ſuper pecunia, reive, tutelave ſua.* quod non deſinio. Sane τὸ *rei* habet hic Vlpianus, ut & Pomponius, & Juſtinianus *dictis locis.* SCHULTING

42. ITA JVS ESTO] Hoc eſt, *habeto vim legis.* Priſcus *in excerpt. de legationib. p. 62.* de ultima voluntate dicit, νόμος ἐστί, *lex eſt*: ac primis quoque temporibus ad inſtar legum in calatis comitiis teſtamenta condebantur, *§. 1. Inſt. de teſtament. ordinand.* Itaque & legi teſtamentum comparat Cicero *Philipp.* 11. *cap. 42* his verbis. *In publicis nihil eſt lege gravius: in privatis firmiſſimum eſt teſtamentum.* Quin & ipſi teſtatores dicuntur *legem ferre*, νομοθετεῖν. Ita non tantum loquitur Chryſoſtomus *ad Act. Apoſtolor. ſerm 1. p. 615.* ſed & Juſtinianus *Novell. XXII. cap. 2.* Quatenus tamen hoc ſit reſtrictum poſtea, exponit Pomponius *l. 120. D. de verbor. ſignif.* IDEM.

43. *Qui tutores dativi*] Legitimi non dantur, ſed ipſo jure fiunt tutores, *l. legitimos, 5. D. de legit. tutor.* Teſtamentarii, Attiliani, Juliani datione tutores fiunt. Plerumque autem Attiliani, & Juliani dativi tutores appellantur, *l. dativus, 7. D. rem. pup. ſal. for. l. generaliter, 12. C. de epiſc. & cle. l. ult. C. de leg. tut.* CVJAC.

44. *Habet quidem teſtamenti factionem*] Sed quo effectu *vid. tit. 17. §. 1. tit 22. §. 3.*

45. *Deminutus*] Minima capitis deminutione: ſecus ſi maxima aut media, §. 4. *Inſt. quib. mod. tutel. finit.*

46. *Abdicare autem*] M. Tullius *lib.* VI. *ad Att. Itaque aut tutela tegito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scaevola, foenus & impudium recuſare.* Nihil ab abdicatione diſtat excuſatio. Excuſatione dativi duntaxat utuntur, *l. illitae, 13. D. de exc. tut. §. qui excuſare, Inſtit. eod* Nullum vero in jure civili excuſationis proximis agnatis datae exſtat exemplum. Proinde recte ait legitimos tutela ſe abdicare non poſſe. Ratio illa eſt, quia ipſo jure tutores exiſtunt. Quae ratio etiam efficit, ut ſui heredes repudiare hereditatem non poſſint. Verum enim ut in jure, hi ſe hereditate abſtinere, ita & illi in jure, i. apud praetorem, tutela feminarum cedere poſſunt. In pupillis maribus, ut jam ſuperius ab Vlpian. dictum eſt, ceſſicia tutela non procedit. CVJAC.

46. * *Abdicare autem eſt dicere &c.*] Abdicari videtur tutela ſuſcepta: excuſatio maxime pertinet ad eam, quae tantum eſt delata: adeoque haec non ſunt plane eadem: quod notat quoque V. C. Vir. Huberus

Pre-

Digitized by Google

eſt, dicere nolle ſe tutorem eſſe. [47]In jure autem cedere tutela teſtamento datus non poteſt: nam & legitimus in jure cedere poteſt, abdicare ſe non poteſt.

18. Lex [48]Atilia jubet [49]mulieribus, pupilliſve non habentibus tutores dari a Praetore, & majore parte Tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. Sed quia lex Atilia [50]Romae tantum locum habet, lege [51]Julia

Prælectionib. ad tit. Inſt. de excuſationib. n. 22. Quod vero Vir Summus exiſtimat, tutores legitimos excuſare ſeſe non poſſe, niſi ad tempus, quæ proprie excuſatio non eſt, quia tutelam non ſolvit, ut ipſe ſcribit *ad l. 13. pr. D. de excuſationib.* quodque nonnullis quoque aliis Doctiſſimis Viris probatur, id ex eo non ſequitur, quia legitimi ipſo jure tutores exiſtunt. Sane quemadmodum ne ſuis quidem, qui ipſo jure ſunt heredes, denegatur a Prætore abſtentio ab hereditate: (adgnatis vero, qui nec ipſo jure ſunt heredes, etiam jure civili licet repudiare hereditatem) ita nec ex eo, quod ipſo jure adgnati tutores ſunt, ſequitur, eis a legibus vel conſtitutionibus non eſſe indultam excuſationem a tutela ſuſcipienda, non ad tempus tantum, quod nemo negat, ſed & in perpetuum. Ita quod de excuſatione ob liberos cautum eſt, id non in teſtamentario tantum, ſed & omni alio obtinere ſcribit Modeſtinus *l. 2. §. 5. D. de excuſationib.* & de legitimis nominatim Papianus *Reſponſor. tit. 36.* ac ſimpliciter legitimos a tutela excuſari, docet *l. 1. C. de legitim. tutel.* & quidem ob privilegium, *l. 9. C. qui dar. tutor. vel curator. poſſ.* in ſpecie etiam id datur navicularii, *l. 7. Cod. Theod. de navicular.* Idem generaliter probatur *Novell. CXVIII. cap. 6.* & in Conſtitutione Juſtiniani de jure patronatus, quam edidit Cujacius *Obſervat. lib. XX. cap. 34.* quæque invenitur in Baſilicis *lib. XLIX. tit. 1.* ita ſcriptum eſt. Τοῦτο γὰρ νῦν ἐπὶ τῶν ἐγγενῶν πρώτου, ἐκεῖθεν νῦν τὸ παλαιὸν, ὅτε ἐπὶ τῆς κληρονομίας οὐκ ἦν ὑποστάσεως τῶν μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς ἐπιτροπῆς ἐφυλάττετο, νῦν τῷ πρώτῳ τυχὸν καλουμένῳ ἐξουσιάσαντος ἑαυτὸν, ὁ μετὰ ταῦτα ἐκαλεῖτο. Id eſt, interprete Fabroto. *Hoc enim & in ingenuis obtinet: quoniam etiam antiquitus, cum in hereditate non erat ſucceſſio, id in tutela obſervabatur: et, ſi proximior gradu ad tutelam vocatus ſe excuſaret, ſequens vocabatur.* Quid his eſſe poteſt evidentius? adeoque in §. 16. *Inſt. de excuſationib. tutor. vel curator.* per tutores cujuscumque generis, id eſt, qualitercumque datos, intelligemus cum Theophilo ac vulgo Doctorum etiam legitimos, qui alioquin proprie non dantur. Argumentum, quod Cujacius petit ex *d. L. 13. pr. D. de excuſationib.* infirmum eſt: id enim tantum illic docetur, neque teſtamentarios, neque dativos tutores neceſſe habere provocare. Verum inde non ſequitur non poſſe legitimos ſe excuſare, utcumque, quia nullius hominis facto gravati ſunt, non poſſit hic eſſe locus appellationi, ex ipſa rei natura. Abdicationis, quæ teſtamentariis olim permiſſa fuit, cauſa tamen, uti videtur, cognita, veſtigia in jure Juſtinianeo non habemus. SCHULTING.

47. *In jure cedere autem*] Lego, *In jure autem cedere.* CUJAC. Ita hæc diſtincta ſunt in ed. Charondæ, *eſſe: in jure autem cedere.* Sane illud *in jure* ad ceſſionem pertinet. Inde hæc etiam conjunxi. SCHULTING.

48. *Atilia*] Ita pleræque edd. vett. Paucæ, nec non eum not. Cujacii *Attilia.* In Inſtitutionibus quoque in *tit. de Atilian. tutor. & pr. diſſ. tit.* in edd. Cujacii & Charondæ ſcriptum eſt *Atilia.* Sic Atilius Regulus dicitur *l. 5. §. 3. D. de captiv. & poſtlimin.* & apud Ciceronem, Livium, Tacitum, alioſque Atilii memorantur. Ne dicam de nummis gentis Atiliæ apud F. Vrſinum *in Famil. Roman.* IDEM.

49. *Mulieribus, pupilliſve non habentibus*] Mulieribus, nempe, quæ in patris, vel mariti manu non erant. Exemplum tutoris ita dati Livius refert *lib. XXXIX. cap. 9.* de Fecenia Hiſpala, his verbis. *Quin eo proceſſerat, conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia nullius in manu erat, tutore a tribunis & Prætore petito, &c.* Ab ipſis quoque maritis datam fuiſſe uxoribus tutoris optionem teſtamento, indicat Livius *eod. lib. cap. 19.* ubi refert, illam eidem mulieri per legem ſpecialem eſſe conceſſam. Optio autem hæc inducta videtur fuiſſe a Jurisconſultis, argumento ducto a lege XII. tabularum, quæ de tutela liberam patrifamilias legendi poteſtatem dabat. Unde Cicero *pro Murena. cap. 12.* ſcribit, eos inveniſſe genera tutorum, quæ mulierum poteſtate continerentur: atque eos hos ipſos tutores fuiſſe, non improbabilis eſt opinio Cujacii *Obſervat. lib. VII. cap. 11.* Cum vero Livius rem illam referat ad annum Urbis conditæ LXV. appareret, jus hoc valde eſſe antiquum: at tempus legis hujus latæ aſſignari non poteſt: quod enim ad annum CCCC LX. quo Prætor fuit M. Atilius Regulus, illam referendam putat Steph. Vin. Pighius *Annalib. ad diſſ. ann.* id ut incertum merito ponit. Idem de aliorum conjecturis dictum eſto. Jus vero hoc circa pupillos mutavit Claudius, dum juſſit illis extra ordinem tutores a Conſulibus dari: ſed circa mulieres nihil novi induxit, ut antea quoque oſtendimus, niſi quod tutelas illarum cedi noluerit. IDEM.

50. *Romæ tantum locum habet*] Non ſtatim quæ Romæ ſtatuta ſunt, etiam in provinciis locum habuere: at ſæpe eo producta ſunt. Exemplum mox habebimus §. 20. Plura in *L. 4. C. qui bon. ceder. poſſ. L. ult. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrahit.* Plura dabit Cujacius *Paratit. l. tit. C. de ſerv. reipublic. manumittend.* & aliud ex Suetonio *in Claud. cap. 23.* huc refert Cl. Noodt *Obſervat. lib. II. cap. 5.* IDEM.

51. Ju-

"Julia & Titia prospectum est, ut in "provincia quoque similiter a Praesidibus earum dentur tutores.

19. Lex Junia tutorem fieri jubet Latino, vel Latinis impuberibus "eum, "qui etiam ante manumissionem ex jure Quiritium fuit.

20. Ex lege Julia de maritandis ordinibus "tutor datur "a Praetore Vrbis ei mulieri virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, "ad dotem dandam, dicendam, promittendamve, "si legitimum tutorem pupillum habeat. Sed postea Senatus censuit, ut etiam in provincia quoque similiter a Praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur.

21. Prae-

51. *Julia & Titia*] Legem hanc latam anno V. C. Ↄ CCXXII. censet V. C. Henr. Valesius *ad Excerpt. Peireſcian. p. 61.* eo enim anno Consul fuit Augustus III. & M. Titius Conſ. ſuff. Eius Jam ante tamen diu in Sicilia Praetores tale quid fecisse, ut pupillis & mulieribus, quibus nulli erant adgnati, tutores darent, scribit Diodorus Siculus *in Excerpt. iisd. Peireſcian. p. 397.* quod forte non fuit ita in omnibus provinciis, & illic obtinuit speciali jure. IDEM.

52. *In provincia*] Pro *in provinciis*, ut scriptum *fr. Inſt. de Atilian. tutor.* Sic tamen etiam §. *20. hoc tit. & tit. 1. §. 13. tit. 8. §. 4.* intellexit autem provincias generaliter: unde & mox & §. *21.* dicit *Praesidibus earum*, per syllepsin numeri: de qua loquendi ratione plura tradunt Viri Litteratissimi, Franc. Sanctius *Minerv. lib. IV. cap. 10.* & ad illum Jac. Perizonius. IDEM.

53. † *Eum, qui etiam ante manumiſſionem ex jure Quiritium fuit*] *Eum, cujus etiam ante man. jus Quiritium fuit.* CVJAC. Lectio vulgata est in omnibus, quas vidi, edd. praeter Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. in qua pro *qui* exaratum est *cujus*. Verum forte excidit verbum *dominus*, & tunc *qui* recte se habet. Quod in nota Cujacii pro *ex jure* est scriptum, *jus*, forte est lapsus calami. Ceterum debet hic intelligi Latinus non manumissus justo modo: quod expositum est *tit. 1. §. 10.* Ad hos libertinos lex duodecim tabularum non pertinebat: at lex Junia Norbana hunc defectum supplevit. De illis vero, qui ideo Latini fiebant, quia non fuerant in dominio Quiritario, de quibus actum est *tit 1. §. 16.* tale non procedere, Vlpianus videtur innuere. SCHVLTING.

54. *Qui etiam ante manumiſſionem*] Non eum solum qui in bonis, sed etiam qui ex jure Quiritium dominus fuit. CVJAC.

55. *Tutor*] Pro quo Tribonianum alicubi in Digestis repositum verbum curatoris, jam dictum est ad Paulum *Sententiar. lib. II. tit. 19. ad fin.*

56. *A Praetore Vrbis*] Dubito, an non Vlpianus hic & §. 24. scripserit, *Vrbano*, quo modo hic Praetor vocari solet *Vrbanus*. Hic vero Praetor solus tutorem dedit, non adhibitis tribunis plebis. SCHVLTING.

57. *Ad dotem dandam, dicendam, promittendam*] Sic quoque haec tria jungit *tit. 6. §. 1.* Sine tutore vero talia explicari non potuisse, Cicero ostendit *pro Flacc. cap. 34. & 35.* his verbis. *Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem ſuam dixerat. Nihil iſtorum explicari poteſt, niſi oſtenderis, illam in tutela Flacci non fuiſſe. Si fuit, quaecunque ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt.* Adeoque nec maritus dotem aliter proprietatem poterat petere, eodem teste Cicerone *pro Gaecin. cap 23.* Erat hic actus civilis ac solennis, ad quales tutore auctore opus erat mulieribus, §. *27. hoc tit.* uti & pupillis opus est, *l. 19. D. de auctoritat. tutor.* De modo vero dotis quod quidam volunt egisse quoque hanc legem, id nullo argumento idoneo probatur. Tangit hoc Em. Merillius *Obſervation. lib. III. cap. 6.* IDEM.

58. *Si legitimum tutorem pupilla non habeat*] Delenda est vox *pupilla*: nam de pubere hic agitur, non de pupilla. Ceterum quamvis regula juris haec sit, Certae rei vel causae tutorem non dari, ex lege tamen Julia & Senatusconsultis tutor ex causa datur ad dotem constituendam. Item ut paulo post tradit, ad adeundam hereditatem specialis tutor datur: quod etiam confirmat *l. impuberi, 9. D. de tutor. & cura. datis. l. cum in una, 17. §. tutor. de appellat.* CVJAC.

58. * *Si legitimum tutorem pupillum habeat*] Hanc lectionem in ipso codice Tiliano reperisse sese Cujacius testatur, ac probat *Obſervation. lib. XVII. cap. 28.* quam etiam exhibent edd. Paris. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. aliae pro *pupillum* habent *pupilla non*: verum non hic de pupilla, sed de muliere, vel virgine saltem adulta, agitur. Charondas edidit, *illa non*: sed & sic inepta est lectio: quid enim fuit opus praecise, ut haberet legitimum tutorem? an non satis fuisset, ut haberet qualemcumque, etiam dativum? Pupillis vero legitimam tutelam olim quoque delatam fuisse testatur Imperator §. *13. Inſt. de excuſationib. tutor. vel curator. l. ult. C. de legitim. tutel.* tamquam verbis generalibus legis XII. tabularum vocatis ad tutelam, eodem modo ac ad hereditatem: cum excipercentur tantum feminae, *l. 73. pr. D. de regul. jur.* Ac sic patroni filius pupillus tutor occurrit §. *22. hoc tit.* Hodie ab omni tutela & cura arcentur non tantum impuberes, sed & minores, *d. §. 13. d. l. ult.* ad quod jus Tribonianum accomodasse responsa veterum in *l. 16. §. 1. D. de tutel. l. 4. l. 8. D. de legitim. tutorib. l. 1. D. de fidejuſſorib. & nominatorib & heredib. tutor.* apertum est: ac a Cujacio *ad tit. Inſt. de fiduciar. tutel.* & ab aliis observatum. SCHVLTING.

21. Praeterea etiam in locum [59] muti, furioſive tutoris, alterum dandum eſſe tutorem [60] ad dotem [61] conſtituendam [62] Senatus cenſuit.

22. Item ex Senatuſconſulto [63] tutor datur mulieri ei, cujus tutor abeſt, praeterquam ſi patronus ſit qui abeſt: nam in locum patroni abſentis [64] alter peti non poteſt; niſi [65] ad hereditatem adeundam, [66] & nuptias contrahendas. [67] Idemque permiſit in pupillo patroni filio.

23. [68] Hoc amplius Senatus cenſuit, ut, ſi tutor pupilli pupillaeve [69] ſuſpectus, a tutela ſubmotus fuerit, vel etiam juſta de cauſa excuſatus, in locum ejus tutor alius detur.

24. [70] Moribus tutor datur mulieri, pupillove, qui cum tutore ſuo [71] lege, aut legitimo [72] judicio agere vult, ut auctore eo agat: (ipſe enim tutor in rem ſuam auctor fieri non poteſt) qui [73] Praetorianus tutor dicitur; quia a Praetore Vrbis dari conſuevit.

25. Pu-

59. *Muti, furioſive*] Qui tales erant facti tutela durante: alioquin enim mutus non dari tantum tutor nequit, *l. 1. §. 2. D. de tutel.* ſed nec eſſe poteſt tutor legitimus, *l. 10. §. 1. D. de legitim. tutorib.* SCHULTING.

60. *Ad dotem conſtituendam*] Si ad dotem conſtituendam, erit hoc contrarium ſuperiori regulæ juris, quæ dictat, Certæ rei tutorem non dari: ſi generaliter (quod & ipſum, ſi mutus aut furioſus ſit legitimus tutor, ex S. C. fieri poteſt, *l. pen. D. de tutel.*) obſtat illa regula, qua cavetur, Tutorem habenti tutorem non dari: ideoque S. C. opus fuit. CUJAC.

61. *Conſtituendam*] Supra *§. 20. dandum, dicendam, promittendam.*

62. *Senatus cenſuit*] Imo & ſimpliciter in talium locum alios poſſe dari tutores, variis Senatuſconſultis cautum eſt, *l. 17. D. de tutel.*

63. *Tutor datur*] In omnem rem, uti loquitur Paulus *l. 13. D. de tutorib. & curatorib. dat.* Hic autem petendus eſt non ut non habenti, ſed ei, cujus tutor abeſt, *l. 20. D. dict. tit.*

64. *Alter peti non poteſt*] Generalis, nempe, non poteſt peti, ne patrono aliquid videatur juris adimi ſine gravi cauſa.

65. *Ad hereditatem adeundam*] Non ut tutor adeat, quod nec tutor pupilli poteſt, *l. 5. C. de jur. deliberand.* ſed mulieri adeunti auctoritatem præſtet: & ad hunc actum etiam pupillo omnino opus eſt auctoritate tutoris, *l. 9. D. de tutorib. & curatorib. dat. l. 17. §. 1. D. de appellationib.* de quo ex profeſſo agit Cujacius *Obſervation. lib. 1. cap 34.* SCHULTING.

66. *Et nuptias contrahendas*] Hæc verba indicant, libertinas etiam tutoris auctoritatem in nuptiis olim adhibere debuiſſe: forte ne patrono hic pro lubitu poſſent præjudicare. Vti & aliquando non ſine ejus auctoritate illæ poterant teſtari: quod colligitur ex *tit. ult. §. 9.* Vt hæc intelligamus de ſola dote conſtituenda, ſine qua ſæpe nuptiæ commode iniri non poſſunt, uti cenſet cum aliis M. Vertranius Maurus *de jur. lib. cap. 31.* verba Vlpiani non ſinunt. Aliud eſt, nuptias contrahere, aliud dotem conſtituere. Ac multa libertis obſervanda ſunt, & ab iis obſervantur, quæ in ingenuis locum non inveniunt. IDEM.

67. *Idemque permiſit in pupillo patroni filio*] Malo, *Idemque permiſit in patroni filio*, nimirum ut in ejus locum non niſi ad adeundam hereditatem, vel dotem conſtituendam tutor detur. Quod & generaliter in tutoribus pupillorum jure civili locum obtinet. Vel hic eſt ſenſus, ut in locum pupilli filii patroni, & tutoris legitimi liberti paterni, alius tutor detur. CUJAC. Emendationi ſuæ renuntiat Cujacius ipſe *Obſervation. lib. XVII. cap. 22.* Adde quæ dicta ſunt *ad §. 20.*

68. *Hoc amplius*] Hujus S. C. fit mentio in *l. ſi quis ſub condicione, 11. de teſtam. tut.* & hi quidem ſunt tutores, qui ex S. C. dantur: de quibus intelligenda eſt *l. tutelas, 7. de cap. minutis.* Sequuntur hi, qui moribus dantur. CUJAC.

69. *Suſpectus &c.*] Adde *l. 2. l. 4. C. in quib. caſib. tutor. vel curatob. habent. tut. vel curat. dar. poſſ.*

70. *Moribus tutor*] Hodie quia extraordinaria ſunt judicia, curator datur, *§. ult. de auctor. tut.* In ordinariis judiciis tutor exigitur, *l. curatorem, 19. D. eod. l. ult. C. de in lit. dan. tutor.* CUJAC.

71. *Lege aut legitimo judicio*] Lege agere latius patet, quam legitimo judicio agere. Nam ſine judicio lege agi poteſt. IDEM. Sic *§. 27. hoc tit.* Lege agimus etiam in negotiis jurisdictionis voluntariæ, ut in manumiſſione vindicta, aliiſque, quæ a judiciis multum differunt. Dicitur quoque *lege, vel quo alio jure agere, l. 3. D. de offic. Prætor.* SCHULTING.

72. *Judicio*] Non tutelæ, quod locum non habet tutela durante, *l. 9. §. 4. D. de tutel. & rationib. diſtrahend.* ſed alio quodam. IDEM.

73. *Prætorianus*] Sive *Prætorius, §. ult. Inſt. de auctoritat. tutor.* pro quo tutore in Pandectis Tribonianus ſubſtituit curatorem *l. 3. §. 2. l. 4. l. 5. D. de tutel. l. 24. D. de teſtamentar. tutel. l. 9. §. 4. D. de tutel. & rationib.*

25. Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerunt, [74] & auctoritatem interponunt: [75] mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt.

26. Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, praeter eos, [76] qui [77] testamento dati sunt: [78] nam ex his vel unius auctoritas sufficit.

27. Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem [79] in his rebus, si lege, aut legitimo judicio agant, [80] si se obligent, [81] si civile negotium ge-

rationib. distrahend. l. 1. l. 2. l. 3. l. ult. C. de lit. dand. tutor. vel curator. quod recte docuit V. C. Hub. Giphanius *ad d. §. ult. Inst. de auctoritat. tutor.* IDEM.

74. *Et authoritatem interponunt*] Propter ingenii pupillorum imbecillitatem constitutum est, ut non nisi tutore authore contrahere possint, quod certe cum ad eorum utilitatem introductum sit, ipsis nocere non debet. Itaque meliorem conditionem eis facere licet, etiam sine authoritate tutoris: deteriorem vero non aliter, quam tutore authore. Non igitur ne natura quidem obligari poterunt, nisi ex iis causis, ex quibus melior & locupletior eorum fit conditio: nec enim aequum est ipsos ex aliorum jactura suum augere commodum. Sed etiam si deterior eorum conditio non fiat, nihilque detrimenti accepisse dici possint: equidem non video, in quo eorum infirmitas laedatur, si quem juris gentium effectum obligationi tribueris. Atque ita conciliandas semper existimavi J. C. sententias, quae pugnare plerisque videntur. CHARONDA.

75. *Mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt.*] Ad negotia vero ipsae mittuntur, postquam viri potentes esse coepere, a duodecim annis, ut notum est ex Tertulliano *de veland. virginib. cap. 12.* Itaque & mulieri adultae poterat recte solvi: saltem antequam omnes minores sunt jussi esse sub curatoribus a Divo Marco. Inde Cicero *in Topic. cap. 11.* ita scribit. *Non, quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutore solvas, ita quod aut pupilla, aut pupillo debeas, recte possis eodem modo solvere.* Imo & plura mulieribus licuisse Ulpianus in sequentibus ostendet. Ut adeo a pupillis in multis distiterint mulieres. Unde & Quinctilianus *Institution. Orator. lib. V. cap. 10.* ita recte scribit. *Non quod mulieri, idem pupillo.* Ut proinde oratorie mulierum causa deprimatur a Catone apud Livium *lib. XXXIV. cap. 3.* dum ait. *Majores nostri nullam ne privatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt.* Nisi tamen prisco illo aevo rigidius cum mulieribus actum fuerit. SCHULTING.

76. *Qui tunc dati sunt*] Legendum, *Qui testamento dati sunt, l. ult. C. de auct. praest. l. 4. l. 5. in principio. & §. item ipse. l. quod dicimus, 7. §. 1. D. eod.* M. Tullius *pro Flacco, nihil potest de legitima tutela sine omnium tutorum auctoritate deminui.* CUJAC.

77. *Testamento*] Sic edidit Charondas; idque sensus plane exigit: adeoque duxi hoc esse recipiendum in contextum. SCHULTING.

78. *Nam ex his vel unius auctoritas sufficit.*] Quod hodie ordinarie obtinet ex Justiniani constitutione *l. ult. C. de auctoritas. praestand.*

79. † *In his rebus*] Si dotem dicant. Cicero *pro Flacco.* Si testimonium ferant, ut *tit. 20. & tit. ult.* vel manumittant, ut in fragm. Cl. Puteani, non si iis solvatur, ut Cic. *in Topicis.* CUJAC. Forte, pro *testimonium ferant*, scripserat Cujacius, *testamentum faciant*: eo enim pertinent ea, quae allegat.

80. *Si se obligent*] Non si alium tantum obligent sibi, *per l. 7. C. de contrahend. & commitend. stipulation.* cui jungenda *l. 2. C. de auctoritat. praestand.* de quibus legibus nonnulla notat Cujacius *Observation. lib. XIX. cap. 39.* Quod vero mulier sine tutore auctore promisit, id non deberi, dicit Cicero *pro Cacin. cap. 23.* ut adeo in hisce mulierem inter & pupillum non sit discrimen. Apud Graecos quoque tutoris nomen adscribendum contractibus fuisse, idem Cicero docet *pro Flacc. cap. 30.* Moribus vero & juri Romanorum convenit, quod Apulejus *in Apolog.* refert de uxore sua Pudentilla, emisse illam praedium, auctore tutore: quod minus recte V. C. Scip. Gentilis *ad Apul. Apolog. n. 1020.* ex Graecorum moribus deducit; quia, ut putat, mulieres nuptae jure Romano erant in maritorum tutela, utique illae, quae in manum convenissent, aliae enim erant solutae: quod vult postea esse mutatum. Ita ille. At distinguendum est inter mulieres, quae in manum maritorum convenerant, quae non erant proprie in maritorum tutela, sed in manu & mancipio: de quibus actum est *tit. 9.* & alias, quae erant tantum in matrimonio, sui juris ac rerum suarum dominae, praeter dotem, quam viro dederant, sed in tutela. Ita Pudentilla, quae non convenerat in manum Apulejo: sed dederat illi modicam tantum dotem, ut obligari posset, tutore auctore illi erat opus. Sic quoque intelligi forte potest inscriptio apud Gruterum p. 1019. 2. ubi mulier aliqua monumentum fecit sibi, conjugi, & tutori suo. Inde quoque Liviae, Augusti conjugi lege opus fuit speciali, ut res suas administrare posset sine tutore, *δικαιον χωρις τυτορος*, ut loquitur Dion Cassius *lib. XLIX. p. 414.* quo modo Athenis etiam *κυριος* vocabatur is, in cujus tutela perpetua erat mulier: quod ostendit Salmasius *de mod. usurar. cap. 4. p. 165.* Atque haec poterunt dubia quae-

gerant, [81] si libertae suae permittant in contubernio alieni servi morari, si [82] rem mancipi alienent. Pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

28. Liberantur tutela masculi quidem pubertate. [84] Puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubes apparet, id est, qui generare [85] potest: [86] Proculejani autem, [87] eum, qui quatuordecim annos explevit. Verum [88] Priscus eum puberem esse, [89] in quem utrumque

dam circa nonnulla veterum loca tollere. SCHULTING.

81. *Si civile negotium gerant*] Sunt quædam negotia non juris civilis, sed juris gentium, *l. 17. § 1. D. de pœn. l. 15. D. de interdict. & relegat.* quæ peragere poterat mulier sua auctoritate; modo se non obligaret. Atque inde ei recte potuit solvi, quod jam attigimus. Ad negotia vero civilia pertinebat quoque testamenti factio, ad quam tutoris auctoritas erat necessaria, *tit 22. §. 15.* manumissio, de qua *ad tit. 1. §. 17.* IDEM.

82. *Si libertæ suæ permittant in contubernio alieni servi morari*] Contra Senatusconsultum Claudianum; quo casu liberta ancilla fiebat ejus, cujus erat servus, auctore Paulo *Sententiar. lib. II. tit. 21. A. §. 21.* ubi id quoque notavit Cujacius. IDEM.

83. *Rem mancipi*] Pleræque edd. habent *mancipio*: nostra lectio est ipsius codicis Tiliani, teste Cujacio *Observation. lib. XVII. cap. 28.* quam evidentissime probat oppositio pupilli, quæ sequitur, ac docet, hunc ne res quidem nec mancipi alienare posse. Ac ita legitur in edd. Paris. & Genev. cIↃ IↃLXXXVI. Vbivis mancipi rerum rationem maxime habuit jus civile antiquum: cum res nec mancipi minus curaret. Alienatio quoque proprie credebatur esse rei, quæ mancipi erat, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, definiente Cicerone *Topic. cap. 5.* IDEM.

84. *Puberem autem Cassiani &c.*] Quæstio illa, an pubertas annis, an habitu corporis æstimetur, juris est: & fuit olim in centumviralibus judiciis agitata, ut Quinctilianus docet *Institution. Orator. lib. IV. cap. 2.* IDEM.

85. † *Potest: Proculeji autem*] *Possit. Proculejani a.* CVJAC.

86. *Proculeji*] Quorum sententia Justiniano placet. IDEM.

86. * *Proculejani*] Ita exaratum esse in libro Tiliano testatur *λυτόγλυφος* Cujacius *Observation. lib. XVII. cap. 28.* atque ita scriptum est quoque in codice Florentino *l. 2. §. ult. D. de origin. jur.* nec aliter excusum est in edd. Paris. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. in aliis, *Proculeji.* SCHULTING.

87. *Eum, qui quatuordecim annos explevit*] Hanc Stoicorum quoque sententiam fuisse constat ex Plutarcho *de placit. Philosophor. lib. V. cap. 24.* & Jamblicho apud Stobæum *in Physic.* Plura congessit Em. Merillius *Observation. lib. I. cap. 22. & lib. VIII. cap. 29.* Et Festus *v. pubes*, idem tradit, addens, quosdam hoc putasse: hæcque sententia Justiniano placuit, *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit. l. ult. C. quand. tutor. vel curat. esse desin.* IDEM.

88. *Priscus*] An Neratius, an Javolenus? utrique hoc cognomen fuit: uterque clarus Jurisconsultus, scriptis celebratus, & magnæ dignitatis, ac scholæ suæ caput, *l. 2. fin. de origin. jur.* quod aliis decidendum relinquo. IDEM.

89. *In quem utrumque concurrit, &c.*] Hanc sententiam solam, ut veterem, Imperator refert *pr. Inst. quib. mod. tutel. finit.* ubi pro *quidem* reponendum esse *quidam*, existimat Amplissimus Senator, Corn. van Bijnkershoek *Observation. lib. III. cap. 24.* quo loco hac de materia copiosius disputat. Ac sic in jure ex utroque pubertatem dijudicatam olim esse, docet Servius *ad Virgil. Æneid. lib. VII. vers. 53.* ubi ad hunc versum

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis,

ita commentatur. *Non est iteratum, sed secundum jus dictum: in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ætas* (pro pubertate) *probatur.* Similia habet *ad Eclog. VIII. vers. 34.* Sic ergo utraque sententia, Cassianorum, & Proculianorum, est conjuncta: atque ad Justiniani usque tempora non fuit certum; saltem non ubivis, pubertatem in maribus ex solis annis colligendam esse: adeoque non fuit plane in maribus inusitata inspectio corporis, ac partium illarum, quas finus abscondit, quam improbavit Justinianus *l. ult. C. quand. tutor. vel curator. esse desin.* cui factum tale narranti, in re, cui natura non repugnat, fides non debet denegari: utcumque jam olim etiam ex solis annis pubertas computata sit, saltem in materia testamentaria: quod veluti certum tradit Paulus *Sententiar. lib. III. tit. 4. A. §. 1.* &, tamquam verius, Ulpianus, *l. 5. D. qui testamens. facer. poss.* ac inspectio illa marium fere tantum, si non unice, in nuptiis quandoque usitata fuisse videtur; sicuti existimat modo laudatus Bijnkershoek. Quod vero in Pandectis occurrat quoque mentio annorum sedecim, post quos alicui restituendum sit fideicommissum, id non pertinet ad jus: sed ex libera voluntate testatorum proficiscitur, *l. 34. §. 2. D. de legat. lib. III. l. 36. §. 1. l. 48. D. de conditionib. & demonstrationib. l. 46. D. ad S. C. Trebellian. l. 42. §. 10. D. de fideicommissar. libertatib.* adeoque nihil in talibus locis facile est mutandum, etsi id

Cuja-

que concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum. [90]Feminae autem tutela liberantur.

Cujacius voluerit *ad l. 5. D. qui testament. facer. poss. & Observation. lib. II. cap. 1.* nisi forte in *d. l. 41. §. 13.* IDEM.

90. *Feminae autem tutelâ liberantur.*] Imperfecta oratio est. Ceterum unus ponitur casus in *tit. ult.* in quo libertæ tutela patronorum liberantur. Denique omnes feminæ conventione in manum liberantur, auctore Boëthio *in Topic. Cicer.* CVJAC. † Et jure trium liberorum. Vide Plutarch. *in Numa.* & quæ Vestales capiuntur. IDEM. Hic deesse videtur etiam, quod omni capitis deminutione tutela feminarum sublata fuerit, uti fit in pupillis, §. 4. *Inst. quib. mod. tutel. finit.* cum etiam minima illas faceret filiasfamilias. Jus quoque trium liberorum a tutela feminas liberabat: quod quidem Plutarchus *in Num. p. 66.* refert & Virgines Vestales habuisse, adeoque sine tutore omnia agere potuisse: at non dedit illis hoc Numa, cujus tempore jus illud ignotum fuit: verum Augustus; ut docuit V.C. Just. Lipsius *de Vest. & Vestalib. cap. 12.* ex Dione Cassio *lib. LVI. p. 578* ubi pro eo, quod dicitur, Augustum iis tribuisse πάντ' ἔσα περ ἀν τριτοῦται τέκνα, *omnia, quæ habebant illæ, quæ peperissent,* recte observavit Sc. Gentil. *ad Apul. Apolog. n. 102.* videri scribendum, ἔσα περ ἀν τρεῖς τοιοῦται τέκνα, *quæ haberent, quæ ter peperissent:* ut veritati, & etiam Plutarcho consentanea dicat Dion: non enim satis erat peperisse; sed opus erat trino partu. Unde & Livia Augusti conjux, quæ duos pepererat liberos, Tiberium & Drusum, hoc jure tamen indiguit: idque ei privilegii loco datum est, primum, ut sine tutore res posset gerere. Dion. *lib. XLIX. p. 414.* & tandem plenum jus trium liberorum. Dion. *lib. LV. p. 549.* Eadem ratione Pudentillâ, Apuleji uxor, quæ duos habebat liberos, tamen tutore indiguit ad prædium emendum, ut ipse docet Apulejus *Apolog.* quod jam attigimus. Non nego tamen, interdum hoc jus quoque simpliciter vocari *jus liberorum:* sed ex subjecta materia tunc apparet, de tali jure agi. Ita in præclara inscriptione apud Gruterum p. MLXXXI. quam copiose illustravit Vir Eruditissimus, Frid. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 14.* Statia Irene monumentum mancipans M. Licinio Timotheo dicit, STATIA IRENE JVS LIBERORVM HABENS: & postea sæpius repetitur per siglas, I. L H. Sic quoque sine tutore mulierem manumittere posse, quæ liberorum jus habet, patet ex fragmento Collationi Mosaicarum & Romanarum legum subjecto, quod & Brummerus notavit. SCHVLTING.

TITVLVS XII.

De Curatoribus.

1. [1]Curatores aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut [2]honorarii, id est, qui a Praetore constituuntur.

2. [3]Lex duodecim Tabularum furiosum, itemque prodigum, [4]cui bonis interdictum est, in curatione [5]jubet esse adgnatorum.

3. [6]A

1. *De Curatoribus*] De hisce etiam paucula habet Caji Epitomator *Inst. lib. I. tit. ult.*

2. *Curatores aut legitimi sunt &c.*] Nulli curatores sunt testamentarii: nec lex XII. tabularum parentibus hos liberis dare permisit: quod plenius docet Cujacius *Paratitl. Cod. ad tit. de legitim. tutel. & Observation. lib. VII. cap. 6.* qui & alias differentias inter tutores, & curatores adnotat *Observat. lib. XVII. cap. 7.* SCHVLTING.

3. *Honorarii*] Qui originem habent ex Edicto Prætoris: quales nulli sunt tutores.

4. *Lex duodecim Tabularum*] Idem alio loco Ulpianus scribit, idque moribus ab initio introductum esse. Quamvis autem lex XII. tabul. constituerit, prodigo interdici suorum bonorum administratione: magistratus tamen sententia requirebatur: ut Valerius Maxim. *lib. VII. cap. 7.* ostendit. Et Paulus *lib. III. Sentent. tit. 7.* solennem verborum formam, qua prætor prodigo bonis interdicere solebat, refert. CHARONDA.

5. *Cui bonis interdictum est*] De hac interdictione ejusque formula videatur Paulus *Sententiar. lib. III. tit. 4. A. §. 7.* ad quem locum expositimus etiam, quo sensu hoc jus dicatur ab initio moribus esse inductum.

6. *Jubet*] Hoc verbum evincit, non ex ratione tantum legis XII. tabb. sed ex verbis ipsis hanc curam inductam esse, quidquid reniteatur V. C. Franc. Hotmanus *Observ. lib. VIII. cap. 6.* ac proinde recte Eruditissimus Jac. Gothofredus ita verba duodecim tabularum proposuit, ut & prodigi fiat mentio *in tab. V.* SCHVLTING.

3. [7]A Praetore conſtituitur curator, [8]quem ipſe Praetor voluerit, libertinis prodigis, itemque ingenuis, qui ex teſtamento parentis heredes facti, male diſſipant bona: [9]his enim ex lege curator dari non poterat: cum ingenuus quidem non ab inteſtato, ſed ex teſtamento heres factus ſit patri; libertinus autem nullo modo patri heres fieri poſſit, qui nec patrem habuiſſe videtur, [10]cum ſervilis cognatio nulla ſit.

4. [11]Praeterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idonee negotia ſua tueri non poteſt.

7. *A Praetore*] Qui eum dedit illis etiam, quibus non proſpexerat lex: quæ, uti mox docebit Vlpianus, de multis ſpeciebus nihil plane caverat; quod & Cujacius obſervat *not. poſteriorib. ad §. 3. Inſt. hoc tit.* Quin & dementibus, mutis, ſurdis, quique ob perpetuum morbum rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, curatores Prætor dat, *§. 4. Inſt. de curatorib. l. 8. §. 3. l. 12. pr. D. de tutorib. & curatorib. dat.* IDEM.

8. *Quem ipſe voluerit.*] Aliud in curatore minoris, qui ipſe eum petit, *l. 2. §. 4. & 5. D. qui pet. tutor.* IDEM.

9. *His enim ex lege curator dari non poterat*] Hæc indicant, non aliis prodigis leges duodecim tabularum proſpexiſſe, niſi qui jure civili ab inteſtato parentibus erant heredes. Vnde hoc caput, quo lex de hac cura egit, partem fuiſſe legis, quæ de adgnatorum ab inteſtato ſucceſſione cavit, exiſtimat Jac. Gothofredus *ad leges XII. tabb. probationib. ad tab. V.* qui idem quoque putat de furioſis. IDEM.

10. *Cum ſervilis cognatio nulla ſit*] Jure civili ad ſucceſſionem non proderat: quod mutavit Juſtinianus *pr. Inſt. de ſervil. cognation.* IDEM.

11. *Praeterea dat curatorem ei etiam, &c.*] Non hic dicit, Prætorem dare quem vult, uti §. *prec.* ceteroquin pubertate tutela quidem ipſo jure finitur: non tamen tutorum officium ſtatim finem accipit, ſed demum curatoribus conſtitutis, *l. 33. §. 1. D. de adminiſtration. & pericul tutor. & curator.* quos etiam ut petant adulti, tutores debent eos admonere, *l. 2. §. 5. D. dict. tit.* Atque ad hoc tempus, quo curatores incipiunt dari, hæc pertinent. Hi vero olim quidem puberibus non dabantur: ac duodecim tabulæ ſibi ipſis illos committebant: at adoleſcentibus diſſolutioribus dabantur curatores ex lege Laetoria: de quibus inſpici poſſunt, quæ ſcripta ſunt ad Cajum *Inſt. lib. I. tit. ult. pr.* Sed poſtea Imperator Marcus Aurelius Antoninus conſtituit, ut omnes adulti acciperent indiſtincte curatores, non redditis cauſis. Capitolinus *Marc. Antonin. cap. 10.* non quidem ut alii ipſis hos poſſent petere; quo ſenſu negatur inviti eos accipere, præterquam in litem, *§. 2. Inſt. de curatorib.* (hic enim, ſi ipſi eos non petant, adverſarii petere poſſunt, ut iis curatores dentur, *l. 1. l. 7. C. qui pet. tutor.*) verum ipſi, utpote nondum ejus ætatis, ut res ſuas poſſint tueri, *pr. Inſt. de curatorib. l. ult. D. de conditionib. & demonſtrationib.* eos petere debent, *l. 2. §. 4. 5. D. qui petant. tutor.* ac ſic accipere, *l. 36. §. 1. D. de excuſationib.* non vero res ipſis ſuæ adminiſtrandæ committi debent, quamvis rem bene gerentibus, *l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. pr. D. de minorib.* licet multos occurrere in jure, qui ſine curatoribus vixerint, nullus equidem negaverim. Quin & qui curent rebus adminiſtrandis, hoc auxilio non egent. Verum pluribus hæc exſecutus eſt inſignis Jurisconſultus, & quondam in hac Academia Anteceſſor, Georg. Conr. Cruſius in elegantiſſima Diſſertatione ad Conſtitutionem Divi Marci. IDEM.

TITVLVS XIII.

[1]*De Coelibe, Orbo, &* [2]*Solitario Patre.*

1. [1]Lege

1. *De Coelibe, Orbo*] De horum pœnis dicetur *ad tit. ſeqq.* Sunt vero cœlibes hic etiam, qui uxores amiſere. Sic Martialis dicit aliquem cœlibem factum *libr. IV. epigr. 69.* Ita vitam cœlibem dixit Tacitus *annal. lib. XII. cap. 4.* cœlibatum Suetonius *Claud. cap. 26. Galb. cap. 5.* SCHVLTING.

2. *Solitario Patre*] Qui unum habet filium: adeoque non eſt ſolitarius is, quem Græci vocant ἔρημον: is enim nullos habet liberos. Talis vero pater ex teſtamentis aliorum ſolidum capere poterat. Inde adulter maritum, cujus uxorem impregnaverat, & cui filius erat natus, ſic alloquitur apud Juvenalem *Satyr. IX. verſ. 86.*

Jura parentis habes: propter me ſcriberis heres:
Legatum omne capis, nec non & dulce caduceum.

quem locum recte ſic accepit Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod Theod. de infirmand. pœn. cœlibat. & orbitat. & in not. ad leg. Jul. caducar. cap. 29.* idque & Vlpianus indicat *tit. 22. §. 17.* Et habere liberos intelliguntur, qui vel unum habent, *l. 142. D. de verbor. ſignif.* qui locus ad hoc ipſum caput legis Juliæ recte videtur referri ab eodem Jac. Gothofredo, id ſuadente inſcriptio-

1. 'Lege Julia prohibentur uxores ducere 'Senatores quidem, liberique eorum, libertinas, & quae ipsae, quarumve pater, materve artem ludicram fecerit: item corpore quaestum facientem.

2. 'Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, a lenone lenave manumissam, & in adulterio deprehensam, & judicio publico damnatam, & quae artem ludicram fecerit. Adjicit [6] Mauricianus, & [7] a Senatu damnatam.

scriptione. Huc pertinet quoque locus Tertulliani de *Monogam. cap. 16.* his verbis. *Aliud est, si apud Christum legibus Juliis agi credunt, & existimant, coelibes & orbos ex testamento Dei solidum capere non posse.* Non ergo tribus liberis, aut trium liberorum jure ad capiendum ab aliis, quam ab uxore, viris erat opus: quamvis jus trium liberorum impetratum sit a Principe, tam hunc in finem, quam ad alia plura consequenda. Qua de causa illud Suetonio Tranquillo petit ab Imperatore Trajano Plinius *lib. X. epist. 95.* Feminis, quibus circa hereditates capiendas jam inde a lege Voconia leges minus faverunt, hic opus fuit tribus liberis, eorumve jure, ut legis Papiae privilegiis gauderent, *l. 9. Cod. Theod. de bon. damnator.* idque jus vocatur, *jus liberorum*, *l. 8. Cod. Theod. eod. tit.* quod notavit Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 14.* sed loca, quae ex Dione adducit *lib. LV. & lib. LVI.* nihil certi probant. At bene videtur id, quod diximus de feminis, intelligere de ingenuis: libertinae enim demum per quatuor liberos dicuntur adquirere jus liberorum a Paulo *Sententiar. lib. IV. tit. 9. §. 7.* & alibi. IDEM.

3. *Lege Julia prohibentur &c.*] Haec quidem Vlpiani sunt, & sunt vera: at non sub hoc titulo ab ipso Vlpiano fuere posita. Interpretantur hae Jurisconsulti *l. 42. §. 1. & ll. seqq. D. de rit. nuptiar.* ac ex recentioribus ex professo haec illustrarunt Barn. Brissonius *de jur. connubior.* Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 1.* IDEM.

4. *Senatores, liberique eorum &c.*] Multas fuisse inter patres & plebejos controversias de connubii societate Livius, & alii historiographi testantur. Sed lege Papia cautum esse, ut omnibus ingenuis praeter Senatores eorumque liberos, libertinam uxorem habere liceret. Dion. *libr. LIV.* scribit. CHAROND. Viri tamen & uxoris, & matrimonii nomen de talibus usurpavit lex, & eos inter se quidquam capere vetuit *tit. 17. §. 2. junct. §. 1.* quae sane non possent dici, si nec nuptiae, nec matrimonium hic fuisset. Vt adeo verissimum esse videatur, quod putat Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. & Pap. de maritand. ordinib. cap. 1.* legem illam non fuisse in hoc perfectam. Dicuntur quidem nuptiae tales esse nullae *l. 16. pr. l. 42. §. 1. D. de rit. nuptiar.* & inhiberi *l. 16. D. de sponsalib.* ac mulier talis non fieri uxor *l. 34. §. ult. D. de rit. nupt.* verum id jus non huic legi, sed diserte adscribitur orationi Divi Marci & Commodi, *d. l. 16. D. de sponsalib.* quam secutum est Senatusconsultum, *d. l. 16. pr. D. de rit. nuptiar.* atque adeo Senatusconsulto *l. 3. §. 1. D. de donationib. int. vir. & uxor.* Justinianus quidem scribit, legem Papiam non pati stare tale connubium *l. 28. C. de nupt.* verum id intelligendum eatenus, ne sint justae nuptiae, & connubium, quod est nomen juris civilis: vel legi Papiae adscripsit, quod postea inductum est ad illam uberius roborandam: qualium frequentia sunt exempla; maxime *in tit. Just. de public. judic.* ubi quae legibus adferibuntur poenae, plerumque postea inductae fuerunt. SCHVLT.

5. *Ceteri autem ingenui*] Et has quoque senatores non ducent, *l. Julia, 44. §. ult. de ritu nupt.* non tamen idem est e contrario: nam ingenui libertinas ducent, *l. lege Papia, 23. eod.* Est in eandem rem auctoritate Marci & Commodi factum plenius S. C. de quo in *l. oratio, 16. de sponsal. l. oratione, 16. l. palam, 43. §. senatus. de ritu nupt.* Extat & de eadem re Constantini constitutio *l. 1. C. de nat. lib.* & No. Marciani, *de mat. senat.* quae tamen ambae sublatae sunt in Novell. Justiniani CXVII. & LXXXIX. ex qua id etiam videmus, corrupte in dicta lege scriptum esse, *Praefectos*, legendum enim est, *perfectissimos*, id est, διασημοτάτους: atque ita constanter habent omnes veteres codices. Error manavit ex errore Novell. Marciani. Lex quoque Julia de senatorum & libertinarum nuptiis a Justiniano sublata est. CVJAC.

6. *Mauricianus*] Qui ad leges Julias libros scripsit. IDEM.

7. *A Senatu damnatum*] A judiciis publicis diversa fuere judicia de criminibus extraordinariis, ut & Senatus. Vnde & alia, quae in publicis obtinebant, ad haec, partim constitutionibus, partim Prudentum auctoritate, produci debuere. Haec de illo discrimine, iisque, quae eo pertinent, disputavi in *Dissertation. de recusation. judic. cap. 7. §. 9.* SCHVLTING.

TIT V-

TITVLVS XIV.

De Poena legis Juliae.

Feminis lex Julia [a] a morte viri anni [b] tribuit vacationem: a divortio, sex mensium: lex autem Papia a morte viri, [c] biennii: a repudio, anni & sex mensium.

TIT V.

1. *De pœna legis Juliæ*] Pœna legis Juliæ hæc est, ne cœlibes, ne orbi ex civium Romanorum testamentis capiant, *l. si is qui heres, 11. de vulg. substit.* Tertullian. *in lib. de monogamia. Aliud est, si & apud Christum legibus Juliis agi credunt, & existimant cœlibes & orbos ex testamento Dei solidum capere non posse.* Sed hæc pœna sublata est a *l. 1. C. de infir. pœn. cœl. & orbit.* CVJAC.

2. *Pœna*] Cœlibatus, nempe, & orbitatis, quæ ita vocatur *l. 11. D. de vulgar. & pupillar. substitution. & tit. C. de infirmand. pœn. cœlibat. & orbitat.* & cœlibum *pœna* apud Tacitum *Annal. lib.* III. *cap. 25.* ac legis *pœna* apud Suetonium *August. cap 34.* atque ita verbum τιμωρεῖσθαι hac de re usurpavit Eusebius *de vit. Constantin. lib. IV. cap. 28.* Dion vocat ἐπιτίμια *lib. LIV.* etiam *damnum* sic dicitur *l. 135. D. de verbor. signification. l. 1. C. de infirmand. pœn. cœlibat.* quin & *multa* vocatur in Panegyrico incerti auctoris Constantio dicti *cap. 2.* Certe pœna merito dicitur, cum hic alicui recte relicta, ipsi auferrentur, ærarioque populi, vel fisco Principis cederent. Cœlibi vero eripiebatur totum, nisi intra centum dies, sive diem cretionis, legi pareret, *tit. 17. §. 1. tit. 23. §. 3.* contractis, nempe, nuptiis. Orbo vero, sive liberis carenti, tantum dimidium licebat capere, teste Sozomeno *Histor. Ecclesiastic. lib. 1. cap. 9.* ut esset ita melioris conditionis, qui legi parebat, quantum in ipso erat; quam is, qui illam plane negligebat. Inde mentio ejus, qui partem capere poterat, *l. 42. D. de legat. lib.* II. aut non solidum, *l. 16. §. 15. D. ad S. C. Trebellian. l. 13. §. ult. D. de jur. fisc. add. l. 72. §. ult. D. de hered. instituend.* Ideo quoque interdum bona relicta aliquibus in tempus, quo possent capere hereditatem *l. 62. D. de heredib. instituend.* Atque ita Cujacius distinctius, quam hoc loco, rem exponit *Paratitl. tit C. de infirmand. pœn. cœlibat. & orbitat.* & Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 23. & ad l. un. Cod. Theod. de infirmand. pœn. cœlibat. & orbitat.* Excipiebantur vero ab hac lege aliqui proximi cognati, teste Sozomeno *dict. loc.* Alioquin matrimonia ineunda erant, & quærendi liberi Romanis, non tam ut quis heredes posset habere, quam ipse aliis heres fieri: ut Plutarchus notat in libro περὶ Φιλοτεκνίας. Sustulit hoc jus, ac cœlibatum & orbitatem nulli damnosam esse debere, putavit Constantinus Magnus *d. l. un. Cod. Theod.* cui hoc quoque tribuit Sozomenus *loc. cit.* adeoque non recte se habere inscriptionem in *l. 2. C. dict. tit.* censet Jac. Gothofredus: idemque erit de subscriptione. Ita sublatæ pœnæ, non etiam præmia patrum matrumque eodem modo promiscue sunt indulta: quod perperam tradit sæpe mihi citatus Sozomenus *dict. lib. 1. cap 9.* quem, nec non Eusebium *de vit. Constantin. lib. IV. cap. 26.* plus semel errasse docet sæpe laudatus Jac. Gothofredus *ad d. l. un. Cod. Theod.* Sane adhuc reliquit Constantinus jus, quod inter conjuges obtinuerat olim, *d. l. un. Cod. Theod.* & quod sequentibus titulis exponet Ulpianus. Imo ne matribus ex Senatusconsulto Tertulliano ad liberorum successionem venientibus trium liberorum jure esset opus, primus Justinianus effecit *§. 4. Inst. de S. C. Tertullian. l. 2. C. de jur. liberor.* Pluribus hæc exposuit Jac. Gothofredus *ad l. 2. & 3. Cod. Theod. de jur. liberor.* SCHULTING.

3. *Legis Juliæ*] Lex hæc lata est ab Augusto anno V. C. IↃCCXXXVI. eoque jam seniore, lex Papia Poppæa a M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo Sabino, Consulibus suffectis anno IↃCCLXII. & quidem incitandis cœlibum pœnis, ut scribit Tacitus *Annal. lib.* III. *cap. 25.* hoc est, augendis: ac severius legem priorem esse emendatam, quamvis aliquid de rigore debuerit remitti, docet Suetonius *August. cap. 34.* In eo tamen, quod hic traditur, lex Papia fuit benignior. Iurisconsulti veteres plures ad leges illas commentati sunt, Cajus, Marcellus, Terentius Clemens, Paulus, & Ulpianus: ex quorum fragmentis ac aliis antiqui juris reliquiis leges has alicui ordini restituit Jac. Gothofredus. IDEM.

4. † *A morte viri biennii*] *V. Observ.* VI. *37.* CVJAC. Cujacius *Observ. lib. VI. cap 37* dubitat, an viris quidem ullum tempus sit datum a morte uxorum: & putat, nullum datum, præter, videlicet, centum dies, de quibus *tit. 17. §. 1.* quia Ulpianus mulierum tantum meminit, ac leges circa feminas hic fuere mitiores. Per mortem vero intelligenda est etiam mors civilis, quo pertinere *l. 29. D. de pœn.* ex inscriptione colligit Jac. Gothofredus *leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 3.* SCHULTING.

5. *Tribuit vacationem*] Hoc est, ut interim, etiam si cœlibem vitam agant, capere ex aliorum testamentis possint. CVJAC.

6. *Biennii*] Legendum, *triennii.* Ut enim altero tanto a morte viri vacatio, quæ lege Julia tribuitur, eam superat, quæ a divortio tribuitur, eadem ut sit proportio necesse est in lege Papia, quæ tempora legis Juliæ prorogavit. Denique triennium Augusti lege tribui Suetonius auctor est: nimirum enim lex Papia Poppæa lata est auctore D. Au-

D. Auguſto poſt Julias rogationes, M. Papio. Q. Popæo COSS. ſuffectis, non ordinariis, ut Dion & Iſidorus ſcribunt. CVJAC. Emendationem Cujacii, legentis *triennii*, ſequitur quoque Caſaubonus *ad Sueton. Auguſt. cap. 34.* At nihil nos cogit credere, legem Papiam eodem modo, quo tempora poſt divortium lege Julia data auxit, etiam ſic tempus poſt mortem produxiſſe. ac triennium, cujus meminit Suetonius *dict. loc.* & Dion. *lib.* LVI. alſo pertinuit, ad tempus, nempe, quo lex lata eſt, ne illa antea vim ſuam exſereret. Ita recte hoc expoſuit Jac. Gothofredus *in not. ad leg. Jul. & Pap. ad cap. 3.* SCHVLT.

TITVLVS XV.

[1] *De Decimis.*

[2] Vir & uxor inter ſe matrimonii nomine [3] decimam [4] capere poſſunt. [5] Quod ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, [6] totidem decimas, pro nu-

1. *De Decimis*] Hic jam non tam de pœna agitur, quam definitur, quid conjuges a ſe invicem poſſint capere. Non vero proprie fuit lex decimaria: ſed caput legum, Juliæ & Papiæ Poppææ, quod de decimis cavit. id tamen eo nomine vocatur a Thalelæo Baſilicorum interprete *ad l. un. C. und. vir. & ux.* ac olim videntur quoque dixiſſe leges decimarias: & inde ita ſcriptum eſſe *in rubr. C. de infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis, & decimariis* (legibus, ſcilicet,) *ſublatis.* SCHVLTING.

2. *Vir & uxor inter ſe decimam &c.*] Lege Julia conjuges, præter ea, quæ in hoc titulo enumerantur, inter ſe capere nihil poſſunt. Et hoc in uxore manifeſto tradit *l. 1 C. de his qui ſe def. lib.* X. Sunt & multa hujus rei veſtigia in C. Theod. *l. ult. de inoff. dot. l. ult. de leg. her. l. 1. l. ſi aliquis, 9 de bon. proſcr. l. pro commoditate, 7. de navicul.* & in Nov. Valent. *de teſta.* Sed in lege *pro commoditate* pro *liberis*, perperam ſcriptum eſt *luveris.* Interdum vero ne decimas quidem capere poſſunt. Contra interdum & ſolidum capere poſſunt: hodie omnimodo, *l. 2. C. de inf. pœn. cœl. & orbit. & decimis ſublatis.* CVJAC. Conjugum fallaces blanditias ita viſas eſſe cohibendas ſcribit Conſtantinus Magnus *l. un. Cod. Theod. de infirmand. pœn. cœlibat. & orbitat.* qui ideo hoc jus reliquit, etſi quod ad alios cœlibatus & orbitatis pœnas tolleret: atque ita pejoris conditionis fuere, hac in parte & aliis, conjuges, quam extranei, *l. ult. Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* SCHVLTING.

3. *Decimam*] Cujus mentio apud Quinctilianum *Inſtitution. Orator. lib.* VII. *cap.* 3. quem laudarunt jam alii. Huc quoque pertinet reſponſum Scævolæ *l. 19. pr. D. de aur. & argent. legat.* ubi etiam quæ ultra decimam legata ſunt a viro uxori, valent; non quia mulier habuit jus liberorum, ut ſine aliquo argumento ſuſpicabatur M. Valerianus Maurus *de jur. liberor. cap. 4.* ſed quia id alteri erat reſtituendum. *confer §. 1. d. l. 18.* eodem modo, ac fit in *l. 42. D. de legat. lib.* II. *l. 28. D. de legat. lib.* III. nec enim mulier hoc proprie capit, *l. 71. D. de verbor. ſignification.* Vidit hoc Cujacius *Obſervation. lib.* X. *cap. 17.* Refert huc quoque Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. Pap. cap. 12.* hæc loca, *l. 72 D. de heredib. inſtituend l. 6. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution l. 67. D ad leg. Falcid.* ubi decimæ quidem non fit mentio: occaſione tamen juris hic relati, quæ illic leguntur, ſcripta fuiſſe poſſunt. IDEM.

4. *Capere*] Quovis modo, etiam mortis cauſa capione: quo pertinet *l. 33. l. 36. l. 38. D. de mort. cauſ. donationib.* nec non donatione inter vivos, quæ donantis morte confirmatur, *l. 1. Cod. Theod. de bon. proſcripter.* Idem in dote poſt mortem uxoris a viro retinenda, *l. ult. Cod. Theod. de inofficioſ. dotib.* in qua lege dos dicitur conſtitui in fraudem legis Papiæ, videlicet, quatenus inter conjuges capiendi jus definit: quomodo illam accepit Eximius ille Jacobus Gothofredus *ad d. l. & ad leg. Jul. Pap. loc. cit.* Alia eſt mens Jani a Coſta *ad §. 3. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitt. non poſſ.* illic, nempe, de muliere agi, quæ ex patrono liberos procreavit, qui matris ſunt patroni; in quorum fraudem illa vult dotem conſtituere. Sed nihil tale ex ea lege colligi poteſt. Ad ſucceſſiones ab inteſtato lex non pertinuit, ſed teſtamentarias tantum, *l. 7. Cod. Theod. de navicular. l. 2. C. de infirmand. pœn. cœlibat.* Ita recte Cujacius *Obſervation. lib.* III. *cap. 12.* IDEM.

5. *Quod ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habeant &c.*] In qualem caſum etiam vir mulieri expreſſe poterat legare, *l. 62. pr. D. de conditionib. & demonſtrationib.* verum id intelligi nequit impletum, ſi vivo marito poſt divortium ex alio liberos edidiſſet, *l. 25. D. eod. tit.* IDEM.

6. *Totidem decimas*] Non ergo totum, niſi liberi eſſent novem ſuperſtites. Hinc vero jam quoque liquet, quare Livia, utcumque trium liberorum jure honorata, teſte Dione *lib.* LV. *princ.* non potuerit tamen ex teſtamento Auguſti ſine ſpeciali Senatus permiſſu trientem percipere, quod ille refert *lib.* LVI. *p. 590.* cum non niſi unum filium Tiberium ex alio matrimonio haberet ſuperſtitem, nec Auguſto liberos peperiſſet. Si ex Auguſto filium filiamve habuiſſet ſuperſtitem, ſecundum legem ſolida fuiſſet capax, *tit. ſeq. §. 1.* IDEM.

numero liberorum, accipiunt. Item [7]communis filius, filiave, poſt [8]nonum diem [9]amiſſus, amiſſave, unam decimam adjicit: [10]duo autem, poſt nonum diem amiſſi, duas decimas adjiciunt. Praeter [11] decimam, etiam [12]uſumfructum tertiae partis bonorum ejus capere poſſunt: & [13] quandoque [14] liberos habuerint, ejuſdem partis proprietatem. [15]Hoc amplius mulier praeter decimam dotem petet legatam ſibi.

7. *Communis filius, filiave*] Qui ſi fuiſſet ſuperſtes, ſolidi capiendi jus dabat, *tit. ſeq. §. 2.* Portentoſus hic quoque proderat, *l. 135. D. de verbor. ſignification.* etiam apud hoſtes ſuſceptus, & reverſus, *l. 9. D. de captiv. & poſtlimin.* vel in ſervitute, ſi redigeretur in patris poteſtatem beneficio Principis, *l. ult. D. de adoptionib.* Addatur Jac. Gothofredus *leg. Jul. de maritand. ordinib. cap. 12.* IDEM.

8. † *Nonum*] Al. *nominum.* CVJAC. In codice Tilii MS. legi *nominum*, teſtis eſt Em. Merillius *Obſervation. lib. II. cap. 33.* addens tamen, in verbis ſequentibus in illo libro etiam ſcriptum eſſe *Non.* Mihi valde placet *nominum*, unde librarii facili lapſu fecerunt *nonum.* Per nonum vero diem intelligunt quoque Viri Eruditi, etiam Cujacius *Paratit. tit. C. de infirmand. pœn. cœlibat.* diem luſtricum, ſive nominalia: qui tamen dies non ſemper fuit nonus, verum puellis erat octavus, maribus nonus, auctore Feſto *verb. luſtrici.* Plutarcho *Quæſtionib. Roman. p. 288.* Macrobio *Saturnal. lib. 1. cap. 16.* De ejus computatione videri poteſt Is. Caſauboni commentarius ad Perſium *Sat. II. verſ. 31.* Ante ergo nominis impoſitionem mortui pro non ſuſceptis habebantur, ut ſcribit Cujacius *loc. cit.* SCHULTING.

9. *Amiſſus*] Jac. Gothofredus huc refert *l. 202. & l. 209 D. de regul. jur.* & caſum ponit in commentario ad illas leges.

10. *Duo autem*] Tres poſt nonum diem amiſſi ſolidum adjiciunt, *tit. prox.* CVJAC.

11. *Decimam*] Quam matrimonii nomine quis capere poterat.

12. *Uſumfructum tertiæ partis bonorum*] Veſtigia hujus juris in Pandectis notavit Cujacius *Obſervation. lib. X. cap. 17.* videlicet, in *l. 10. D. de præſcript. verb. l. pen. D. de uſur.* nec non *l. ult. D. de uſu & uſufruct. legat.* in quo proinde nihil eſt cauſæ, ut pro *tertia partis* legatur *certa partis*, quod viſum erat Viris Eruditis, Deſ. Heraldo *de Rer. judicatar. auctoritat. lib. II. cap. 3. n. 14.* & Hug. Grotio *Florum ſparſion. ad dict. l.* Sed de illo loco toto pluribus diſputant Juriſconſulti Eximii, Ger. Noodt *Obſervation. lib. II. cap. 12. & de uſufruct. lib. I. cap. 23.* Corn. van Bijnkershoek *Obſervation. lib. III. cap. 24.* inter quos tamen non plane convenit: quod hic non excutimus. SCHULTING.

13. † *Quotcumque*] Alias *quandoque. V. leg. Lutius, 78. §. maritus. ad S. C. Trebell. l. 4. C. quand. di. leg. cod.* CVJAC.

13. **Quandoque*] Sic ſcriptum eſſe in codice MS. Tilii, adteſtatur Cujacius *Obſervation. lib. XVII. cap. 28. & lib. XVIII. cap. 16.* idque ſervatum in ed. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. ſed in Genev. ejuſdem anni legitur *quandocumque.* Verum *quandoque* hic idem eſt, quod *quandocumque*, uti in *l. 25. D. de conditionib. & demonſtrationib.* qui locus ad hanc ſpeciem ipſam pertinet. Ac ſæpe ita veteres loquuntur, ut docuere Viri Egregii, Ant. Auguſtinus *Emendation. lib. III. cap. 7.* de juriſconſultis: ac Joh. Fred. Gronovius *ad Liv. lib. I. cap. 24.* de Livio aliiſque. SCHULTING.

14. *Liberos habuerint*] Conditio hæc in legato a marito mulieri relicto dicitur fuiſſe in ea neceſſaria *l. 24. D. de adimend. vel tranſferend. legat.* Ad hoc vero jus recte referuntur *l. 23. D. de conditionib. & demonſtrationib. l. 4. C. quand. di. legator. vel fideicommiſſor. cod.* non vero *l. 78. §. 24 D. ad S. C. Trebellian.* quod viſum eſt Cujacio *not. poſt. & Obſervation. lib. X. cap. 17. & lib. XVIII. cap. 16.* illic enim filius communis erat ſuperſtes: adeoque jus etiam ſolidi capiendi, *tit. ſeq. §. 2.* IDEM.

15. † *Hoc amplius mulier petere praeter decimam dotem poteſt legatam ſibi*] *Hoc amplius mulier praeter decimam dotem petet legatam ſibi.* CVJAC. Lectio, quam hic profert Cujacius, eſt ipſius codicis Tiliani, ipſo teſte *Obſervation. lib. XVII. cap. 28.* quam, utpote ſatis rectam & concinnam, poſt edd. Pariſ. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. in contextum admiſi. Ratio vero, ob quam dos non imputetur decimæ mulieris, evidens eſt, quia dos non tam mulieri datur, vel legatur, quam relegatur, vel prælegatur, ut res ipſi propria; quod exponit Cujacius *Obſervation. lib. IV. cap. 23. fin.* Idem ſi pro dote res alia legetur, ut in *l. 33. D. de legat. lib. II.* Obiter addamus, fraudem quoque legi decimariæ factam eſſe indicio eſt *l. uls. D. de his, quæ ut indign. auferunt. l. un. C. de his, qui ſe defer.* quod obſervatum Jac. Gothofredo *in not. ad cap. 12. leg. Jul. & Pap. & ad l. un. Cod. Theod. dict. tit. de his qui ſe defer.* SCHULTING.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XVI.

De [1] Solidi Capacitate inter virum & uxorem.

1. Aliquando [2] vir & uxor [3] inter ſe ſolidum capere poſſunt: velut ſi uterque, vel [4] alteruter eorum nondum ejus aetatis [5] ſunt, qua lex [6] liberos exigit: id eſt, ſi vir minor annorum viginti quinque ſit, aut uxor annorum viginti minor: item ſi utrique lege Papia [7] finitos annos [8] in matrimonio exceſſerint, id eſt, vir [9] ſexaginta annos, uxor quinquaginta: item ſi cognati inter ſe coierint [10] uſque ad ſextum gradum: aut ſi vir abſit, & donec [11] abeſſet, intra annum, poſtquam abeſſe deſierit, libera

1. *Solidi capacitate*] Quæ continetur etiam ſub vacatione legis Papiæ Poppææ, quam naves fabricantibus dedit Claudius, memorante Suetonio *Claud. cap.* 20. naviculariis Conſtantinus Magnus *l. 7. Cod. Theod. de navicular.* [illegible]itibus quoque ſolidi capiendi jus dediſſe Hadrianum, colligere licet ex *l. 13. & l. 16. D. de caſtrenſ. pecul.* Quod & Cujacio animadverſum *ad d. l. 16. ad Papinian. Reſponſor. lib.* XIX. SCHVLTING.

2. *Vir & uxor*] Inter quos jus capiendi magis reſtrictum fuiſſe, quam inter alios, notavimus *ad tit. 15.*

3. *Inter ſe ſolidum capere poſſunt*] Alludit Tertullianus *ad uxor. lib.* I. *princ.* his verbis. *Tu modo ut ſolidum capere poſſis hoc mea admonitionis fideicommiſſum, Deus faciat.* IDEM.

4. *Vel alteruter*] Qui tunc ſolus capere ſolidum potuit.

5. † *Sit, qua quidem liberos*] Al. *ſunt, qua lex liberos.* Vide Sozom. I. *cap. 5.* CVJAC. Lectio, quam hic proponit Cujacius, ipſo teſte *Obſervation. lib.* XVII. *cap. 28.* eſt ipſius Tiliani codicis, quæ expreſſa eſt in edd. Pariſ. & Genev. eIↃ IↃ LXXXVI. (niſi quod in poſteriori pro *ſunt* quoque legatur *ſit*) quamque & nos exhibuimus.

6. *Liberos exigit*] Non id tantum, ut matrimonium eſſet initum, ut minus vere ſcribit Sozomenus *Hiſtor. Eccleſiaſtic. lib.* I. *cap. 9.* quem, ut & Euſebium erroris merito accuſari a Jac. Gothofredo, qui hæc diſtinctius enarrat, jam monuimus. Circa ætatem vero in genere conſtat, benignius egiſſe legem Juliam, ſeverius Papiam: hancque prius liberos voluiſſe ſuſcipi, quam Julia matrimonium iniri: quod ſcribit Tertullianus jam dudum ab aliis laudatus *Apologetic. cap. 4.* ubi docet, hanc legem Papiam a Severo Imperatore eſſe excluſam, hoc eſt, antiquatam: ut adeo inde videatur colligi poſſe, id reductum eſſe tempus viginti quinque annorum in maribus, viginti in feminis, quod lege Julia fuerat definitum: idque hic expreſſum eſſe, quatenus egit de liberis procreandis: quod ſane minime huic rei præmaturum eſt. Quid vero circa nuptias deſinierit lex hac in parte, nondum liquet. Atque ita de his recte ſcribit Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. Pap. cap. 23. in fin.* at minus recte Vir ille Præſtantiſſimus in præcedentibus verbis ſcripſerat, ætatem, quæ hic proponitur, lege Papia liberis ſuſcipiendis definitam fuiſſe, quod cum altero ſtare ſimul non poteſt, cum lex Papia ante exegerit liberos, quam Julia matrimonium. SCHVLTING.

7. *Finitos*] Hoc eſt, *definitos.* Ita Feſtus *verb. annaria* ſcribit, legem annariam eſſe, *qua ſiniuntur anni magiſtratus capiendi.* Sic Ovidius *Faſtor. lib.* V. *verſ. 65.*

- - - - - *finitaque certis*
Legibus eſt ætas, unde petatur honos.

IDEM.

8. *In matrimonio*] Soli ergo hi anni non ſufficiebant, *add. §. 3.*

9. *Sexaginta annos*] Ætati hæc credita liberis generandis non amplius eſſe habilis. Ita ſcribit Seneca de Jove, jam non amplius, ita ut olim, ſalace, apud Lactantium *Divinar. Inſtitution. lib.* I. *cap. 16. Verum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fabulam impoſuit!* SCHVLTING.

10. *Vſque ad ſextum gradum*] Nam a ſexto gradu cognatio nulla eſt, *§. uit. de ſucceſſ. cog.* CVJAC. Vide dicta *ad tit. 1. §. 1.* Inter hos quoque cognatos pœnas legis Papiæ ceſſaſſe, relictaque capi potuiſſe exiſtimat Cujacius *Paratitl. tit. C. de infirmand. pœn. cælibat.* Hoc autem ulterius producere velle interpretatione, officium Juriſconſulti excedit: nec recte id nuper tentavit Vir Eruditus. SCHVLTING.

11. *Abeſſet intra*] Lego, *Abeſt & intra.* Credo hæc vera eſſe, ſi abſit Reipub. cauſa. Nam annus eis tantum dari ſolet, qui reip. cauſa abeſſe deſierunt. CVJAC. † Et ob id ad leg. Jul. & Pap. auctores tractant, qui dicantur abeſſe reip. cauſa, *l. 33. & ſeq. D. ex quib. cauſ. maj.* IDEM. Videtur hic excidiſſe, *Reip. cauſa*: quod etiam exiſtimat Jac. Gothofredus, & addit capiti hujus legis 18. At non video, cur præmiſerit hæc verba, tamquam legis, *Si*

ra inter eos testamenti factio est: [12] si [13]jus liberorum [14] a Principe impe-

vir commodi sui causa absit, ex bonis uxoris sue solidum ne capito. Nihil est, quod hoc exigat: ac satis erat excipi a lege absentiam reip. causa, ad quam pertinent quatuor leges in *tit. D. ex quib. caus. major.* nempe *l. 35. 36. 37. 38.* alterum est interpretationis certæ. Quod etiam ex Martialis *lib.* VIII. *epigr. 31.* colligit, illos, qui diu ab uxoribus sui commodi causa aberant, vel abfuturi erant, jus liberorum a Principe petiisse, non bene inde sequitur. ea verba Martialis.

Nescio quid de te non belle, Dento, fateris,
Conjuge qui ducta jura paterna petis.
Sed jam supplicibus Dominum lassare libellis
Desine: & in patriam fervus ab Urbe redi.
Nam dum tu longe, deserta uxore domoque,
Tres quæris natos, quatuor invenies.

Hic Dento abest quidem, & Romæ moratur, ut obtineat jus trium liberorum: non vero id petit, quia erat abfuturus. SCHULTING.

12. *Si jus liberorum*] Isidorus, auctor sane vel eo nomine probandus, quod, ut ex hoc libello nonnulla, ita ex optimis auctoribus, quibus nunc destituti sumus, descripta quam plurima contineat, *lib.* V. *Jus*, inquit, *liberorum est conjugum sine liberis invicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio.* Quam definitionem confirmat Nov. Valent. *de testam. & l. valeat, 9. C. Th. de infirm. his, quæ sub tyran.* Et hoc quidem jus liberorum Iupp. omnibus dant, *in l. 1. C. de jur. lib.* Nec enim se jus trium dicunt, aut quatuor liberorum dare, sed jus liberorum: id nempe, quod superius exposuimus, idemque conjuncta ea lege cum *l. 2. C. de infr. pœn.* ex qua ea l. pendet, uti perspici ex inscriptionibus & subscriptionibus potest, clarius demonstratur: alioquin supervacua est constitutio Justiniani de jure trium, aut quatuor liberorum, *l. 2. C. de jur. lib.* Si igitur jus liberorum a principe impetraverint, liberam inter se conjuges, ut Ulpianus noster ait, testamenti factionem habent. Denique uno filio filiave communi superstite, aut uno filio XIV. filiave XII. annorum amisso amissave, tribus post nonum diem amissis, duobus trimis amissis, uno cujuscunque ætatis impubere amisso intra annum matrimonii & sex menses, idem jus habent. CUJAC.

13. *Jus liberorum*] Ita etiam vocatur in Novella Valentiniani *tit. 4.* intelligitur autem non trium, sed etiam unius communis filii aut filiæ: adeoque jus communium liberorum: quod qui haberet, a conjuge solidum capere poterat: cujus juris mentio *l. ult. Cod. Theod. de jur. liberor. l. 9. Cod. Theod. de infirmand. his, quæ sub tyran &c.* Occurrit quoque *jus communium liberorum* in inscriptione apud Gruterum *p.* CCCXXII. 8. ubi tamen pro COMMVNE scriptum esse COMMVNI. pro COMMVNIVM. existimat Jac. Gothofredus *ad d. l. ult.* quod sane rei magis conveniret, verum & in novissima editione Inscriptionum Gruterianarum ita legitur.

ALBIAE. C. F. BALBINAE
FLAMINICAE. PISAURI. ET
ARIMINI. PATRONAE. MUNICIPI
PITINATIUM. PISAURENSIUM
HUIC. ANNO. QUINQUENNAL. PETINII
PRISCI. MARITI. EIVS. PLEBS. URBANA
OB. MERITA. EORUM : : : : : : : : : : : :
: : : : : : : : CUI. IMP. : : : : : : : : : : :
: :
IUS. COMMUNE. LIBERORUM. CONCESSIT
L. D. D.

Subjectæ sunt quidem illic variationes lectionis in aliis verbis, aut nulla in hoc: & ab ipso scalptore error esse potest. Minus vero recte ibidem adnotatur, cum nomen non additur, generale esse jus liberorum duorum aut trium. Sane & unius filii aut *filiæ* jus hic satis fuisse, constat ex hoc ipso loco Ulpiani. Lapsus quoque est Vir Magnus, Jos. Scaliger in Indice Inscriptionum Gruteri *cap. 18.* notans hæc, *jus commune liberorum concessum a plebe urbana* CCCXXII. 8. Re vera id dari non potuit, nisi a summa potestate, quæ privilegia potest concedere. Imo & Imperatoris hic erat facta mentio: sed cujus nomen, aliaque de industria deleta esse, testantur, qui lapidem viderunt. SCHULTING.

14. *A Principe*] Olim jura talia indulsisse Senatum, postea Principes, scribit Dion Cassius *lib.* LV. *p. 549.* Exempla impetrati juris liberorum ab Imperatore plus semel occurrunt apud Plinium *Epistolar. lib.* X. & Martialem: qui quidem de jure trium liberorum agunt: at quod ad illum, qui concedit, nulla est differentia. Ceterum illis, qui vere liberos haberent, etiam opus fuisse eo jure a Principe impetrato, quasi lex id tantum promitteret, at a Principe fuisset etiam obtinendum, existimant Viri Doctissimi, Fr. Duarenus *Disputation. Anniversar. lib.* I. *cap. 40* M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 2. cap. 45. & 46.* aliique: idque jus demum volunt sublatum esse ab Honorio & Theodosio Juniore, Imperatoribus, *l. 3. Cod. Theod. de jur. liberor. l. 1. C. eod. tit.* Hoc tamen vel solo testimonio Dionis Cassii evertitur *lib.* LV. *princ.* docentis, illis demum viris feminisque talia a Senatu ac Principe indulgeri, quibus liberos natura negasset. Aliter quoque hoc onerosum fuisset hominibus. Adde, quod leges præmia dantes civibus sub certis conditionibus, non solent amplius exigere Principis beneficium singulare. verum satis erit, posse quem judici fidem facere, ad se quoque id jus pertinere: uti fit in *l. 1. D. de vacation. & excusation. numer.* & circa excusationes a tutela, ac similia fieri notissimum est. Sed hos jam refutavit satis Jac. Gothofredus *ad l. 3. Cod. Theod. de jur. liberor. & ad l. un. Cod. Theod. de his, qui numer. liberor. vel paupertat. excusation. merner* quamvis aliquos id quoque a Principe obtinuisse, alienis liberis pro suis oblatis, ad obtinendam vacationem personalium munerum, provocatione forte ad eum facta, colligi possit ex *d. l. un. Cod. Theod.* Ceterum conjugibus solidi capiendi jus dedit

traverint: aut ſi filium filiamve communem habeant: aut quatuordecim annorum filium, vel filiam [15] duodecim amiſerint: vel ſi [16] duos trimos, vel [17] ſi tres poſt [18] nonum diem amiſerint: [19] ut [20] intra annum tamen & ſex menſes etiam unus cujuscunque aetatis impubes amiſſus ſolidi capiendi jus [21] praeſtat. Item ſi poſt mortem viri intra decem menſes uxor ex eo peperit, ſolidum ex bonis ejus capit.

2. Aliquando [22] nihil inter ſe capiunt, id eſt, [23] ſi contra legem Juliam, Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium: verbi gratia, ſi [24] famoſam quis uxorem duxerit, [25] aut libertinam Senator.

3. Qui

dedit promiſcue Theodoſius Junior A. C. CCCCX. in *l. 2. & 3. Cod. Theod. de jur. liberor.* quas leges male divulſas eſſe, cum membra ſint ejusdem conſtitutionis, notat Jac. Gothofredus. Verum hoc tantum pertinuit ad Orientem: uti & alibi fit in Codice Theodoſiano, ut, quamvis Imperatorum Orientis & Occidentis nomina in inſcriptionibus ſimul praeponantur, ad unum tamen Imperium leges pertineant. *vid. l. 48 Cod. Theod. de haeretic. Novell. Theodoſ. tit. 2. Novell. Valentinian. tit. 13.* In Occidente ſane fine ſpeciali impetratione jus hoc non competiit, non tantum ſub Honorio A. C. CCCCXII. *l. ult. Cod. Theod. dict. tit.* (quae lex Ravennae data eſt) ſed & imperatum id ſub Valentiniano III. A. C. CCCCXLVI. *Nov. Val. tit. 4.* Juſtinianus in Codicem referri voluit conſtitutionem Theodoſii *l. 1. C. de jur. liberor.* eumque Imperatorem eo nomine laudat *Novell.* LXXVIII. *cap 5.* Aliter haec exponit M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 46.* Fandem addamus, jus trium liberorum, quod Senatusconſultum Tertullianum exigebat, ut mater liberis ab inteſtato ſuccederet, ex Juſtiniani demum conſtitutione neceſſarium non fuiſſe, nempe, ex *l. ult. C. de jur. liberor. §. 4. Inſt. de S. C. Tertullian.* IDEM.

15. *Duodecim*] V. C. Em. Merillius *Obſerv. lib.* II. *cap. 37.* teſtatur, in MS. Tilii hoc verbum non exſtare: adeoque eamdem in filio, & filia aetatem praetiniri. At non tantum alibi circa aetatem ita diſtinguitur: ſed & Charondas hoc verbum non omiſit. IDEM.

16. *Duos trimos*] An quod tunc ablactarentur; de quo more aliqua habet Cujacius *Obſervat. lib. XIX. cap. ult.* an potius, quia creduntur trimi ad dimidium futurae menſurae perveniſſe, ut ſcribit Plinius *Natural. Hiſtor. lib. VII. cap 16.* ut hac ratione duo uni puberi aequari fuerint. Ita Merillius *loc. cit.* Plinii locus in editione Doctiſſimi Viri, Joh. Harduini paulo aliter, quam olim legebatur, expreſſus eſt, ita videlicet. *In trimatu ſue cuique dimidiam eſſe menſuram futurae certum eſt.* In aliis pro *futurae* legitur *ſtaturae.* IDEM.

17. *Si tres*] Duo amiſſi duas tantum decimas adjiciunt, *tit. prae.*

18. *Nonum*] Merillius legit *nominum*, quod rectius. Vide notata ad *tit. prae.*

19. *Vt intra annum*] Lego, *ut intra annum, & ſex menſes etiam unus, &c. praeſtet.* CUJAC Vel pro *ut* legi debet *es*: vel cum Cujacio poſtea legendum erit *praeſtet.* nec diſtinctione poſt *menſes* haec putavi eſſe divellenda, quod factum eſt hactenus. SCHULTING.

20. *Intra annum quoque & ſex menſes*] Quod tempus quoque mulieribus poſt divortium per leges indulgebatur liberum, *tit. 14.* Qui ergo mortuus eſt intra hoc tempus parentibus ita prodeſt, quaſi etiamnum viveret. IDEM.

21. *Praeſtat. Item ſi &c.*] Merillius legit, *Praeſtat: ita ſi poſt &c.* ut ita ex praecedentibus concludat aliquid Ulpianus, nempe, quemadmodum unus cujuscunque aetatis amiſſus poſt repudium intra tempus vacationis prodeſt, ita, ſi uxor poſt mortem viri pareret, id ei ad ſolidum capiendum prodeſſet. Verum Ulpianus hic non tam videtur ratiocinari, quam legis contenta referre: & quod Merillius putat, in antecedentibus verbis hic agi de amiſſis poſt repudium, id non eſt in verbis Ulpiani, nulloque nititur fundamento: licet enim temporis idem detur hic terminus, qui mulieri poſt divortium *tit. 14.* inde tamen tale nihil conſequitur: ac commode hoc de pariente poſt mortem ſeparatim additur. IDEM.

22. *Nihil inter ſe capiunt*, Ne quidem decimam, de qua *ſuper. tit.*

23. *Si contra legem Juliam Papiamque contraxerint matrimonium*] Legum enim privilegiis indigni ſunt, qui in eas peccant. Talis forte fuit mulier, quam Quinctilianus *Inſtitution. Orator. lib. IX. cap. 2.* narrat a ſe eſſe defenſam: quamque dicit heredem non potuiſſe inſtitui, & quae dicebatur marito ſubjeciſſe teſtamentum: heredeſque (male editiones quaedam nuperae habent *heredibus*, pro *heredes*) in eo teſtamento ſcriptos marito exſpirante chirographum dediſſe, quo videlicet, bona, quae in fraudem legum erant obligata tacito commiſſo, ad eam pervenirent. Qualia chirographa ſive cautiones occurrunt *l. 10. pr. D. de his, quae ut indign. auferunt. l. 3. pr. l. 42. pr. D. de jur. fiſc.* IDEM.

24. *Famoſam*] Vid. *tit. 13. §. 2.*

25. *Aut libertinam Senator*] Quales nuptiae jam inde a lege Julia & Papia injuſtae fuerunt: at non videntur fuiſſe nullae, ſecundum dicta *ad tit. 13. §. 1.*

3. Qui intra ſexageſimum, vel quae intra quinquageſimum annum [26] neutri legi paruerit, [27] licet ipſis legibus poſt hanc aetatem liberatus eſſet, [28] perpetuis tamen poenis tenebitur, ex Senatusconſulto [29] Perniciano: ſed [30] Clau-

26. *Neutri legi*] Si neque liberos ſuſceperit, neque matrimonium contraxerit. Julia eſt de contrahendo matrimonio: Papia, de procreandis liberis. Inde Tertullianus *in Apologetico*. *Nonne vaniſſimas Papias leges, quae ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Julia matrimonium contrahi, poſt tanta auctoritatis ſenectutem heri Severus conſtanciſſimus princeps excluſit*? Definiti autem ſunt in viro anni ſexaginta: in muliere quinquaginta, *l. pen. C. de nup. l. ſi major, 12. C. de leg. her.* quae definitio S. C. Claudiano in feminis probatur. Nam mulier poſt quinquageſimum annum non gignit, *l. ſi ſterilis, 21. in princ. de act. emp.* in maribus non probatur: nam & ſexagenarii idonei ſunt ad generandum. Ariſt. *lib. V.* Περὶ ζώων ἱστορίας. Γονὴ δὲ ἀνθρώπου τὸ ἔσχατον μίσχει ἐβδομήκοντα ἐτῶν ὁ ἄῤῥην, γυνὴ δὲ μέχρι τεττάρακοντα. CVJAC.

26. * *Neutri legi paruerit*] Non probo, quod Cujacius putat, legem Juliam caviſſe de matrimonio contrahendo, Papiam de procreandis liberis. Non ea eſt mens Tertulliani ab ipſo laudati, qui tantum docet, circa tempus, poſt quod debebant homines eſſe maritari, ac liberos habere, inter leges illas diſcrimen fuiſſe: legemque Papiam admodum rigide egiſſe, & nimis mature liberos exegiſſe: qua in parte Severus illam ſuſtulit. Alioquin Juliam quoque tam patribus ac matribus praemia, quam orbitatis poenas ſanciſſe, certiſſimum eſt: ac ipſe Ulpianus pluribus egiſſe videtur *tit. 14.* de poenis legis Juliae. Nec lex Papia novas conſtituit, ſed quaedam in lege Julia ſeverius emendavit: quod docet Suetonius *Auguſt. cap. 34.* Dion quoque Caſſius *lib. LV. p. 549.* harum poenarum meminit in hiſtoria rerum geſtarum diu ante legem Papiam: atque ipſe Auguſtus cum lex Papia ferretur, illas jam propoſitas eſſe indicat apud eumdem Dionem *lib. LVI. p. 574.* Viderint Eruditi, an non is dicatur neutri legi paruiſſe, qui neque nuptias contraxerit, neque ſponſalia. Saltem lex Julia ſponſis quoque multa largita eſt, quae quidam etiam ut perciperent, deſponſabant ſibi infantes, auctore Dione Caſſio eodem *lib. LIV. p. 532.* idque permiſiſſe ſeſe, dicit Auguſtus apud illum ipſum Dionem *lib. LVI. p. 577.* qui, poſtea tempus ſponſas habendi coarctatum eſſe, ſcribit: quod etiam tradit Suetonius *Auguſt. cap. 34.* & ad quod pertinet *l. 17. D. de ſponſalib.* SCHULTING.

27. *Licet ipſis legibus*] Auguſtinus III. *contra Jul. Jure etiam fuit conſtitutum, ne quiſquam jus liberorum haberet, niſi cum amborum anni computati & ſimul ducti, centum non tranſiſſe decerentur.* CVJAC.

27. * *Licet ipſis legibus poſt hanc aetatem liberatus eſſet*] Ergo verbis ipſis legum id cautum videtur fuiſſe, ut tales legibus Julia & Papia non tenerentur. Locus autem Auguſtini *contra Julia. l. III. p. 372.* a Cujacio adductus non pertinet ad hoc jus: ſed ad impetrationem juris liberorum a Principe, ad quam certa requirebatur aetas ante *l. 1 Cod. Theod. de jur. liberor.* In loco vero Auguſtini nihil cauſae eſt, ut pro *haberet* reponatur *averet*, quod vult Jac. Gothofredus *in not. ad leg. Jul. Pap. cap. 2.* Sed & negatio in fine abeſſe debet, & abeſt ab editione Benedictinorum, ratione apertiſſima: poſtquam enim Auguſtinus ſcripſit, non poſſe conjuges, quando amborum anni in ſummam ducti centenarium numerum exceſſerint, liberos procreare, haec addit: *ut jure fuerit etiam conſtitutum, ne quiſquam jus liberorum haberet, niſi cum amborum anni computati. & ſimul ducti centum tranſiſſe decerentur.* SCHULTING.

28. *Perpetuis tamen poenis tenebitur*] Ita, ut nec per matrimonium poſtea initum poſſent evitari poenae ab iis, qui legibus non paruerant. IDEM.

29. *Perniciano*] Nuſquam in veterum monumentis nomen hactenus inventum eſt, a quo hoc cognomen huic Senatusconſulto poſſet eſſe inditum. Mallet itaque Eruditiſſimus Vir, Jac. Perizonius in *Diſſertatione de lege Voconia*. ubi plura habet lectu digna de lege Papia, & Senatusconſultis ab Ulpiano memoratis, hic legere *Perſiciano*, ut appellatum ſit a Flavio Perſico, qui Conſul fuit ſub Tiberio anno V. C. IↃCC LXXXVII. Recte vero huc refertur Suetonius *in Claud. cap. 23.* ubi ita ſcribit. *Capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caeſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, addita, obrogavit.* Sexagenarii, quippe, & quinquagenariae, qui antea legibus non paruerant, duobus modis videntur hoc Senatu-conſulto eſſe coërciti, & ne iis poſtea liceret poenas legis Papiae evitare; quod hic docet Ulpianus: & ſimul cautum, ne minores quinquagenariis feminas poſſent ducere, vel minoribus ſexagenariis nubere, tamquam ad generandum ipſi inidonei: at non ne prorſus poſſent matrimonia inire: idque evidenter apparet ex *l. 29. C. de nupt.* ubi id adſcribitur legi Juliae vel Papiae, quod illi poſtea eſt additum: & ubi illa, *vel minores*, male expungit Fr. Balduinus *Juſtinian. lib. III.* Atque ita Tiberius initio quidem Principatus ſui levamentum aliquod legi Papiae attulerat, ut conſtat ex Tacito *Annal. lib. III. cap. 25.* qui ait, exſolutos tunc plerosque legis nexus: (male Jac. Gothofredus ex editione Vertraniana legit, *exſoluti plerique legis nexu*, quaſi in lege nihil eſſet mutatum, ſed privatis gratia eſſet facta) poſtea vero idem Princeps eamdem legem ampliavit. Egregie haec expoſuit is, quem modo laudavi, Perizonius; qui merito cum alios, tum quoque notat dictum Jacobum Gothofredum *ad leg. Jul. Pap. cap. 2.* putantem, hac de re actum quoque eſſe in ipſa lege Julia & Papia: ac apud Suetonium pro *addito obrogavit*, legentem *adaucto abrogavit*: quaſi jus hoc a Tiberio tantum auctum fuiſſet: idque a Claudio, vel eodem Tiberio ſublatum. Sed Claudius id non abrogavit: ſed ei obrogavit, cum ſequentia doceant, in viris hoc tantum mutatum fuiſſe,

[a] Claudiano Senatusconsulto major sexagenario, si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem.

4. [31] Quod si major quinquagenaria minori sexagenario nupserit, [32] impar matrimonium appellatur: & Senatusconsulto [33] Calviciano jubetur [34] non proficere ad capiendas hereditates, & legatas dotes. [35] Itaque mortua muliere,[36] dos caduca erit.

fuisse, quod Senatusconsulto sub Tiberio cautum fuerat. IDEM.

30. *Claudiano*] Hoc illud est, cujus Suetonius meminit in verbis modo adductis. Hoc vero obrogavit illi, quod sub Tiberio factum fuerat. Ac sic sexagenarii etiam potuerunt per nuptias poenas legis Papiæ evitare. Minus recte hæc exponit Jac. Gothofredus, ac hoc Senatusconsultum Tiberio, Augusti successori, adscribit: adeoque hæc duo Senatusconsulta non distinguit. IDEM.

31. *Quod si major quinquagenaria &c.*] De hoc casu Senatusconsultum Claudianum non loquebatur, forte, quia frequentius est, ut viri sexagenarii majores procreent liberos, quam feminæ post annum quinquagesimum: adeoque Perficiano Senatusconsulto vis sua in feminis manebat. IDEM.

32. *Impar matrimonium appellatur*] Jacobus Gothofredus censet, nuptias omnes contra legem Juliam & Papiam initas impares esse: adeoque verba capitis quarti legis hæc comminiscitur. *Si quis sciens D. M. (dolo malo) contra hanc legem impares, ut supra dictum, nuptias contraxerit &c.* Verum nullus veterum id prodidit: & hic loci nuptiæ solæ inter feminam quinquagenaria majorem ac virum sexagenario minorem impares appellantur, ut & a Justiniano *l. 22. C. de legitim. hered.* Nuptiæ *impares* & *non impares* apud Apulejum *Metamorphos. lib. VI.* nihil huc faciunt; cum tales illic sint ratione generis & conditionis conjugum: ac eodem modo dicitur conjugium *non aequale* l. 1. *C. Theod. de collegiat.* nempe, ratione conditionis: uti & interpres vetus ibidem notavit, & probat ipse Jac. Gothofredus. IDEM.

33. *Calviciano*] Vide, num legendum sit, *Claudiano*: ut supra. CUJAC. Mallem *Calvisiano*, cum eo, quem sæpe jam laudavi, Doctissimo Perizonio. Ignoti Calvitii, notissimi Calvisii. Ut legamus *Claudiano* cum Cujacio, nihil est causæ. SCHULTING.

34. *Non proficere ad capiendas hereditates*] Forte dubium hoc motum est, dum feminæ quinquagenariis majores contenderunt, etiam sibi simile quid esse concedendum, ac viris sexagenariis majoribus. Non ergo ipso jure statim matrimonium fuit nullum: in quo & doti locus fuit, quæ non est, ubi nullum est matrimonium, *l. 3. D. d. jur. dot.* sed pœnis coercitum, tam hic expressis, quam forte & aliis: adeoque lex hæc minus, quam perfecta fuit, secundum illa, quæ Ulpianus scribit *tit. 1. §. 2.* Hodie nuptiis ætas non obstat, ex Justiniani constitutione, *l. 26. C. de nupt.* IDEM.

35. *Itaque mortua muliere dos caduca erit.*] Ergo non statim publicatur; sed demum post mortem. Imperator vero §. *pen. Inst. de nupt.* ait, exactioni ejus non esse locum, dissoluto tali coitu; atque adeo generalius: sed is agit de nuptiis ipso jure plane nullis. IDEM.

36. *Dos caduca erit*] Ut in *l. si quis officium, 32. §. uxorem. l. dese, 16. de rit. nupt.* CUJAC.

TITULUS XVII.

De Caducis.

1. Quod quis sibi testamento relictum, ita ut [a] jure civili capere possit,

1. *De Caducis*] Eorum, quæ in testamentis scribuntur, quædam pro non scriptis sunt, quædam in causa caduci, quædam caduca. Pro non scriptis hæc sunt, quæ in capacibus relinquuntur: quæ non intelliguntur: quæ sibi testamentarius adscribit: quæ sunt capiatoria: quæ ei, qui in rebus humanis non est, adscribuntur. Pro non scriptis igitur sunt, quæ in ipso initio deficiunt. In causa caduci sunt, quæ paulo post testamentum vivo testatore deficiunt: utputa si legatarius vivo testatore decedat, aut condicione excludatur. Caduca sunt, quæ mortuo testatore deficiunt: utputa si heres vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel alias ineapax factus fuerit. Caduca, & in causa caducorum legibus Juliis Fisco vindicantur: legibus Justiniani apud heredem remanent cum onere. Quæ pro non scriptis habentur, & novo, & antiquo jure apud heredem remanent sine onere. CUJAC. Caducorum materiam non hic tantum tractavit Cujacius, sed fuse de ea differit *in Parasitl. sit. Cod. de caducis tollendis.*

2. *Jure civili*] Jure antiquo, semota lege caducaria.

3. *Velut*

Digitized by Google

possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, [3] veluti cecidit ab eo: verbi gratia, [4] si coelibi, vel Latino Juniano legatum fuerit, nec intra [5] dies centum vel [6] coelebs legi paruerit, vel Latinus jus Quiritium consecutus sit: [7] aut si ex parte heres scriptus, vel legatarius [8] ante apertas tabulas decesserit, [9] vel [10] pereger factus sit.

2. [11] Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur: sed [12] servato jure antiquo liberis, & parentibus.

3. [11] Ca-

3. *Veluti cecidit*] Malim, *veluti ceciderit.* Constantinus dixit, cadere in casum, *l. omnes, s. C. de dolat.* CVJAC.

4. *Si cœlibi, vel Latino Juniano*] Ergo & cum cœlibe & cum Latino testamenti factio est: & hoc de Latino nominatim proditum est *in tit. 11. & 20.* Nam neque cœlibem lex Julia, neque Latinum lex Junia heredem instituI, aut ei legari quidpiam vetat: sed ex iisdem legibus caduca fiunt ea, quæ ipsis relinquuntur: nisi intra centum dies, hic civis Romanus fiat, ille matrimonio jungatur, ut *in tit. 22.* IDEM.

5. *Dies centum*] Olim heredi instituto dies centesimus erat dies cretionis *tit. 22. §. 3. add. §. 24.* & videntur etiam hi dies computandi a tempore scientiæ. SCHULTING.

6. *Cœlebs legi paruerit*] Ducta, videlicet, uxore, quo pacto dimidium lucrabatur. Ad hosce autem, qui legis causa nuptias contrahebant, pertinet Martialis epigramma *lib. V. ep. 75.*

Quæ legis causa nupsit tibi Lalia, Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

cujus elegantiam non satis adsecutus est M. Verranius Maurus *de jure liberorum cap. 43.* ubi intelligit uxorem, quæ ex lege descendit, vel lege defertur, ut dicitur legitima hereditas: qui sensus huic loco non quadrat. Sed an & orbis dimidiam licuit retinere, si liberos deinceps post testamentum conditum procreassent? omnino modo ante aditionem, vel diem legati cedentem liberi illis essent nati. An vero & legatariis intra centesimum diem eos nasci sufficerit, non definio. Id constat, non pertinuisse Catonianam regulam ad hasce aliasque novas leges, *l. ult. D. de regul. Catonian.* ex quibus dies legatorum demum ab apertis tabulas cedebat, *tit. 24. §. 31.* IDEM.

7. † *Aut si ex parte scriptus*] Vid. *Obs. VI. 37.* CVJAC. Heres ex asse scriptus etiam ante apertas tabulas hereditatem suscipere potuit: non vero ex parte scriptus: adeoque, eo antea mortuo, pars facta est caduca, *l. un. §. 5. C. d. caduc. toll.* quo pertinet *l. 1. §. ult. D. de jur. & fact. ignorant. l. 3. C. de jur. deliber.* quod dudum notavit *Cujacius Observation. lib. VI. cap. 37. & Paratitl. tit. C. de caduc. tollend.* id enim egerunt leges caducariæ, ut jus aderesceudi tollerent; cui locus non est, quando unus tantum est institutus heres: nam eo deficiente, successioni ab intestato locus erat, *tit. 20. §. 5.* de quo dictum jam aliquid est ad Paulum *Sententiar. lib. IV. tit. 8. §. ult.* SCHULTING.

8. *Ante apertas tabulas decesserit*] Hæc proprie dicebantur caduca, quæ post mortem testatoris ante apertas tabulas deficiebant: quæ vero intra tempus testamenti facti ac mortis, per mortem personæ honoratæ, vel defectum conditionis, in causa caduci esse dicebantur, *l. un. §. 2. C. de caduc. tollend.* At de his, quæ post apertas tabulas deficerent, lex non disposuit: adeoque jus antiquum in illis permansit. *L. 27. D. de vulgar. & pupillar. substitution. l. 59. l. 59. D. de adquir. vel amitt. hereditat. l. 2. §. 8. D. de bonor. possession. secund. tabb. l. 26. §. 1. D. de conditionib. & demonstrationib. l. 6. C. de impuber. & al. substitution.* Ita recte Viri Egregii, Janus a Costa *ad §. ult. Inst. de S.C. Orphitian.* Em. Merillius *Obs. lib. V. c. 4. & c. 22.* Jac. Gothofredus *not. ad L. Jul. caducar. cap. 34.* IDEM.

9. *Vel pereger factus sit*] Non recte edd. vulgatæ habent *pereger.* Rectius Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. & Fabrot, *peregr*, hoc est, *peregrinus:* quod non ausim damnare. Sane Ausonius *epistola 17. ad Symmachum* dixit, *ne dum peregrum existimes.* ad quem locum Jos. Scaliger & hunc Ulpiani adducit. Aliud autem juris fuit, si quis ante mortem testatoris, post testamentum tamen factum, peregrinus fieret, vel in metallum damnaretur, *l. 9. § 1. D. de his, quæ pro non script. habent. l. 12. D. de jur. fisc.* quia scilicet, in casibus caducorum lex generalius est locuta, quam in iis, quæ in causa erant caduci. Sic existimat Merillius *Observ. lib. V. cap. 13.* pro quo facit *l. un. §. 2. C. de caduc. tollend.* Sed distinctius & plenius hæc exsequitur Cujacius *Observ. lib. XVIII. cap. 13.* IDEM.

10. *Pereger*] Malim, *peregrinus.* CVJAC.

11. *Hodie ex constitutione Imp. Antonini*] Imo ex lege Papia. Quamobrem videntur mihi hæc esse transposita, atque restituenda esse in hunc modum. *Omnia caduca fisco vindicantur, sed servato jure antiquo liberis & parentibus. Hodie ex constitutione Imp. Antonini, caduca cum suo onere sunt:* & quæ sequuntur: ut intelligatur constitutio ea, cujus fit mentio in *l. licet, 74. de leg. 1. l. 4. C. ad Trebell.* Quæ enim ille de substitutis, ad coheredes & ad fiscum transferuntur, *l. si Titio, 61. §. 1. de legat. 1. l. quidam, 96. §. quotiens. de leg. 1. l. in fatto, 60. §. ult. de condit. & demon.* CVJAC. Discrimen inter ærarium, ac fiscum Ulpiani tempore etiamnum observabatur: de quo aliquid notatum ad Paulum *Sentent. lib. V. tit. 12. princ.* quamvis Præfecti ærarii etiam de rebus fiscalibus judicarint: quod pluribus docet Jac. Gutherius *de Offic. dom. August. lib. III. c. 32.* Ad ærarium vero caduca perti-

Digitized by Google

3. "Caduca cum ſuo onere fiunt: ideoque libertates, & legata, & fideicommiſſa ab eo data, ex cujus perſona hereditas caduca facta eſt, ſalva ſunt. [14] Scilicet & legata, & fideicommiſſa cum ſuo onere fiunt caduca.

pertinuiſſe docet Vlpianus *tit. 1. §. 21.* idem docent *l. 13. pr. l. 15. §. 3. D. de jur. fiſc.* ut & vacantia, lege caducaria, *tit. 28. §. 7.* imo legem Papiam augendo ærario latam eſſe tradit Tacitus *Annal. lib.* III. *cap. 25.* Ad fiſcum tamen illa pertinuiſſe indicat *l. 20. §. 6. D. de hereditat. petition.* ubi oratio Imper. Hadriani exhibetur. Ac, niſi pro ærario repoſitum ſit nomen fiſci, videri poſſet, ex jure poſt legem Papiam inducto, quædam caduca jam ante Antoninum fiſco ceſſiſſe: hunc vero ſine diſtinctione ea omnia fiſco attribui juſſiſſe. Non admittenda igitur eſt emendatio Cujacii, quam merito improbavit Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. caducar. cap. 30.* Antonimus vero, qui Imperator dicitur Vlpiano, eſt Baſſianus, ſive Caracalla, qui poſt mortem Severi, quæ accidit prid. Non Febr. anno a nato Chriſto CCXI. imperavit per annos ſex duoſque menſes. Hunc ſimpliciter nominat Imperatorem, & quaſi viventem: uti & ſæpiſſime ejus meminit in ſcriptis ſuis hoc nomine: ac ſub eo pleraque ſcripta condidit: quod ex profeſſo oſtendimus ad vitam Vlpiani a Joh. Bertrando deſcriptam: & ſic quoque hinc liquet, quando hic liber ab Vlpiano ſit compoſitus. Ille vero Princeps non hoc tantum induxit, quod privatis per ſe non nocebat: cum, ſive ærario, ſive fiſco caduca cederent, ipſi ſaltem iis deberent carere: ſed & vectigal viceſimæ hereditatium auxit, & ex eo fecit decimam: utque plures illi vectigali ac caducariis legibus, quibus ſoli cives Romani tenebantur, ſubjiceret, omnes ingenuos in orbe Romano fecit cives Romanos: quod Antonino Pio non vere adſcribitur a Juſtiniano *Novell.* LXXVIII. *cap. 5.* Sed de his dixi ad Paulum *Sententiar. lib.* IV. *tit. 6. §. 1.* SCHULTING.

12. *Servato jure antiquo liberis ac parentibus*] Hoc eſt jure adcreſcendi: de quo titulo ſequenti. Ceterum etiam qui liberos habuere, jure adcreſcendi gaviſi ſunt: & relicta ſibi in ſolidum cepere, de quo *tit. 25. fin.* quod pariter ab Imperatore hoc ſublatum fuiſſe non videtur, cum Vlpianus id adhuc juris eſſe doceat *dict. loc.* IDEM.

13. *Caduca cum ſuo onere fiunt*] Olim quidam hoc negabant, ſi hereditas ex S. C. Silaniano fiſco eſſet vindicata: quod improbat Cajus *l. 14. D. de jur. fiſc.* Juſtinianus autem, qui caduca ſuſtulit, hoc idem conſtituit, quando talis portio, quæ olim caduca fiebat, alicui adcreſcit: diſtinctione tamen adhibita inter conjunctos, quibus etiam onera incumbunt, & disjunctos, ſive re conjunctos, qui ab illis liberi ſunt, *l. un. §. 11. C. de caduc. toll.* Præterea, quemadmodum olim omnia caduca, ſic etiam hodie ea, quæ ut indignis auferuntur, circa quæ nihil mutavit Juſtinianus, *d. l. un. §. 12.* cum ſuo onere fiſco adquiruntur, *l. 12. l. 16. §. 2. D. de his, quæ ut indign. auferuntur. l. 12. §. 2. D. de fideicommiſſar. libertatib. d. l. 14. D. de jur. fiſc.* IDEM.

14. *Scilicet &*] Scribendum, *Sed &.* CUJAC. Etiam Cujacius *Obſervation. lib.* XIII. *cap. 16.* legit *ſed et.* quod tamen non opus. *Scilicet & legata* hic idem eſt, ac, *nimirum & legata:* ut *§. 3. Inſt. de uſu & habitation.* dicitur, *Idem ſcilicet juris eſt in jumento.* SCHULTING.

TITULUS XVIII.

Qui habeant [1] jus antiquum in caducis.

[2] Item liberis, & parentibus [3] teſtatoris [4] uſque ad tertium gradum lex Papia

1. *Jus antiquum*] Quod obtinuit ante legem Iuliam & Papiam: nihilque aliud hic eſt, quam jus adcreſcendi: nec non *tit. 1. §. 21. l. un. pr. C. de caduc. toll.* ut eo recte ſiſſime ſeſe habeat lectio *l. 29. §. ult. D. de legat. lib.* II. nec debeat illic pro, *jure antiquo*, reponi *jure adcreſcendi*, quod aliquando tentatum eſt. Alibi alio ſenſu accipitur, prout, nempe, diverſo juri poſteriori opponitur. SCHULTING.

2. *Item liberis, &c.*] Ea quæ mortuo teſtatore deficiunt, ex jure antiquo apud heredem remanent, poſt legem Juliam & Papiam caduca fiunt: jus tamen ea lege antiquum ſervatur liberis & parentibus uſque ad tertium gradum, *§. & cum lex, C. de caduc. toll.* quod & in *tit. proximo, & tit. 1. & tit. 25.* Vlpianus notat. Inde Celſus *in l. pater meus, 29. §. ult. de leg. 11. Si filio*, inquit, *heredi pars ejus, a quo nominatim legatum eſt, accreſcit, non præſtabit legatum, quod jure antiquo capit.* Id vero immixtum portioni hereditatis eo jure capit, quod legem Papiam anteceſſit, quoniam filius eſt. Ceterum ut de Iuliano Vlpianus *in l. ſi Titio.* ita nos de Celſo dicere poſſumus. Celſus quidem ait legatum non prætari. Sed poſt conſtitu-

Papia jus antiquum dedit, ut [5] heredibus illis inſtitutis, quod quis ex eo teſtamento non capit, ad hos pertineat, [6] aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſit.

tionem Severi & Antonini alio jure utimur: ac fruſtra noſtri interpretes Celſum, qui Hadriani temporibus floruit una cum Iuliano, cum reſcripto D. Severi in concordiam adducere conantur. Sed hæc alias ſubtilius. CVJAC. Intercidit hic mentio aliorum, qui eodem jure poſt legem Papiam ſunt gaviſi, forte qui haberent liberos, de quibus *tit. 25. §. 17.* Ceterum qui ob annos non tenebantur pœnis legis Papiæ, de quibus plura habuimus *tit. 16. §. 1.* non etiam hoc commodo ideo gaviſi fuiſſe videntur. SCHULTING.

3. *Teſtatoris*] Ita legendum omnino eſt; idque vult Cujacius *Obſervation. lib.* XIX. *cap. 30.* quod recte receptum eſt in ed. Genev. 1585 LXXXVI. in aliis eſt *teſtatores*, perperam. Pariſ. ejusdem anni quoque in margine habet *teſtatoris*. IDEM.

4. *Uſque ad tertium gradum*] Ergo & in recta linea aliquando obſervatur determinatio graduum, quibus quid includatur. Imperator hujus juris meminit *l. un. §. 7. C. de caduc. tollend.* Non diſſimili modo jus variandi in hereditate adquirenda vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſi teſtamentum habeat clauſulam codicillarem, datur liberis & parentibus uſque ad quartum gradum *l. ult. §. 2. Cod. de codicill.* Ita & ad bonorum poſſeſſionem contra tabb. liberti vocantur patroni liberi ad quintum gradum in conſtitutione Juſtiniani Græca, quam ex Baſilicis protulit Cujacius *Obſervation. lib.* XX. *cap. 34.* & quæ in ipſis Baſilicis reperitur *lib.* XLIX. *tit. 1.* Inde Ulpiano etiam viſum eſt adnotare, quod Prætor in edicto de legatis præſtandis bonorum poſſeſſione contra tabulas petita, generaliter excipiat parentes & liberos, nulla facta graduum enumeratione. *l. 1. §. 1. D. de legat. præſtand. contr. tabb. bonor. poſſeſſion. petit.* Imo & circa bona damnatorum cognatis in linea recta concedenda perſonæ, & gradus definiuntur *l. 6. C. de inceſt. & inutil. nupt. l. 9. l. 23. Cod. Theod. de bon. damnator.* Ac proinde mirum videri non debet, quod Juſtinianus Imp. bona damnatorum capitis largiatur quidem liberis abſque gradus diſcrimine: at illis deficientibus concedat ea parentibus tantum ad tertium gradum *Novell.* CXXXIV. *cap. ult.* Hæc eſt vera Cæſaris mens, quam clare exhibent verba Græca. Ἀλλ' εἰ μὲν ἔχοιεν κατιόντας, ἐκεῖνοι ἔχειν τὰ ὄντα, χωρὶς τῶν ἐκ τούτου ἀμαρτήματος ἐκείνοις προσγεγενημένων· εἰ δὲ μὴ ὄντων κατιόντων, ἀλλ' ἀνόντων ἄχρι τρίτου βαθμοῦ, ἐκείνους ἔχειν. Quæ nec plene, nec accurate vulgatus Interpres reddidit hoc modo. *Sed ſi quidem habeant deſcendentes, & aſcendentes ad tertium gradum, eos habere.* Rectius Haloander. *Sed ſi quidem deſcendentes habeant*, (damnati) *ut his bona obtineant, exceptis iis, quæ per talia ipſis delictum acceſſere. Si nullis deſcendentes ſubſint, ſed aſcendentes, uſque ad tertium gradum, & ipſi obtineant.* Quod non attigiſſem; niſi viderem hujuſmodi exemplorum ignorationem effeciſſe, ut is, qui ex Novellis epitomas ſubjecit legibus Codicis, quæ hodie valde abuſive dicuntur authenticæ, putaret, in *Auth. bona damnatorum, C. de bon. damnator.* eſſe faciendum mentionem cognatorum a latere, inter quos crebrius de graduum numero quæritur. Nihil vero cauſæ eſt, ut de integritate Græci Novellarum contextus controverſia moveatur, ejve quid intrudatur. Stat pro eo Julianus, antiquiſſimus Interpres, ut & Baſilica *lib.* VI. *tit. 9.* Sed hæc ab Ulpiano nonnihil abeunt: ideoque ulterius hic non procedemus. IDEM.

5. *Heredibus illis inſtitutis*] De inteſtatis non loquebantur leges caducariæ, ut jam monitum *ad tit. præc.* IDEM.

6. *Aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſit.*] Totum videtur iis conceſſum quod erat caducum, ſi nullos haberent coheredes, vel collegatarios, qui partes ſuas adquirerent: hos vero ſi haberent, ita videtur ex lege Papia obtinuiſſe, ut parentes liberique id conſequerentur, quod habere potuerant jure antiquo: quod vero adcreſcere debuerat aliis, quibus hoc jus non competebat, id cederet ærario vel fiſco: ut ita leges quidem reliquerint jus antiquum liberis & parentibus, non etiam eorum conditionem meliorem fecerint, quam antiquitus fuerat. IDEM.

TITVLVS XIX.

De Dominiis, & Adquiſitionibus rerum.

1. [1] Omnes res aut [2] mancipi ſunt, aut nec mancipi. Mancipi res ſunt

1. *Omnes res aut mancipi*] Mancipium pro dominio a Latinis uſurpari ſolet, quod a ſervis profectum videtur, qui quod manui & poteſtati dominorum ſubjicerentur, ob primam originem mancipia dicebantur, quaſi manu capti fuiſſent. Quod poſtea ad omne jus dominii translatum eſt. Res autem mancipi Ulpianus appellat, quæ in communi noſtro uſu verſantur, & quas manu quodammodo capimus & tractamus. Aliter Cajus *libr. poſteriori Inſtitut.* res dividit. CHARONDA.

2. *Man-*

sunt [3] praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus. [4] Item [5] jura praediorum rusticorum: velut via, iter, actus, & aquaeductus. Item servi, & quadrupedes, quae [6] dorso, collove

2. *Mancipi*] Pro *mancipii*: ac hoc verbum non esse ἅπαξ λεγόμενον, sed genitivi casus, bene notarunt Insignes Viri, Ger. Joh. Vossius *de art. Grammat. lib.* III. *sive de Analog. lib.* I. *cap.* 46. *& in Etymologic. v. mancaps.* & Cl. Salmasius *de usur. cap.* 2. Jac. Perizonius *ad Sanct. Minerv. lib.* IV. *cap.* 4. *n.* 12. Nihil vero aliud hic *mancipium*, sive, ut loquebantur olim, *mancupium*, est, quam dominium, proprietas vera, jure civili probata, a *manceps*, qui hic est, qui proprio jure quid possidet. Quomodo Tertullianus *Apologetic. cap.* 11. dixit, *Sublimiorem Deum, & quasi mancipem Divinitatis.* Huic mancipio opponitur usus. Ita Lucretius *lib.* III.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Curius ad Ciceronem *Epist. famil. lib.* VII. *epist.* 29. & Cicero ad Curium *dict. lib. epist.* 30. distinguunt *mancipium*, & *fructum*: κῆσιν, & χρῆσιν, quae jam multi notarunt. Boëthius *in Topic. Ciceron. lib.* III. res mancipi fuisse dicit, *quae ita abalienabantur, ut ea abalienatio per quamdam nexus fieret solennitatem.* Quae tamen definitio non est satis perfecta, cum nec sit desumpta ex ipsa rei natura: & non tantum mancipatione haec potuerint alienari, sed etiam in jure cessione, auctore Cicerone *Topic. cap.* 5. & Ulpiano *hoc tit.* §. 9. imo & modis aliis juris civilis, *hoc tit.* §. 8. 16. 19. de quibus aliquid dictum ad Cajum *Inst. lib.* I. *tit.* 6. §. 3. quamvis privato actu statim inter vivos non potuerit dominium Quiritarium transferri sine mancipatione. Quo pertinent verba alia Boëthii *dict. loc. Quaecumque igitur res lege duodecim tabularum aliter, nisi per hanc solennitatem abalienari non poterat, mancipi vocabatur: catera autem res nec mancipi vocabantur.* Ita haec leguntur apud Cynum *ad l. un. C. de usucapion. transformand.* qui sua desumpsit ex scriptis Jacobi de Ravani, ac proponit, quasi hausta essent ex Cajo: qua de re notavi aliquid ad Cajum *dict. lib.* I. *Inst. tit.* 6. §. 3. In editis Boëthii exemplaribus legitur *non poterat. Sui autem juris catera &c.* quae plane non cohaerent. Aliter Boëthii verba emendat Cujacius *Parattl. tit. C. de usucapion. transformand.* qui legit, *non poterant (sunt autem certa) haec mancipi vocabantur.* Jac. Gothofredus *ad legg.* XII. *tabb. probation. ad tab.* V. legit, *Quaecumque igitur res mancipi lege &c.* non recte: nec in principio, sed in fine haeret vulnus. Salmasius *de usur. cap.* 8. reponit, *non poterant, erant mancipii, catera nec mancipii vocabantur*, optime quod ad rem ipsam: sed nos Cyni scripturam sequimur. SCHULTING.

3. *Praedia in Italico solo*] Non in sola Italia, verum etiam in provinciis, quando locis erat datum jus Italicum: quales civitates multae enumerantur in titulo *D. de censib.* Dicebantur quoque hi agri olim *censui censendo.* Festus. *Censui censendo agri propria appellantur, qui & emi, & venire jure civili possunt.* Ut haec proinde praedia antiquitus sola in censum relata fuerint. Cicero *pro Flacc. cap.* 32. ita scribit. *Illud quaero, sintne ista praedia censui censendo: habeant jus civile: sint, nec ne sint mancipi: subsignari apud aerarium, apud Censorem possint.* Videri poterunt quae ad illa verba notavit Eximius ille Vir, Joh. Georg. Grævius, post Cujacium *ad L.* III. *D. de verber. signification.* Ceterum habebant quoque cives Romani in provinciis praedia non donata jure Italico; quae possessiones dicebantur, quaeque usu tenebantur, non mancipio. Festo auctore *v. possessiones*: sive non nexu, ut loquitur Simplicius, inter Auctores rei agrariae. Adeoque erant nec mancipi, ac tantum in bonis, & stipendiaria, & tributaria, §. 40. *Inst. de rer. division.* tamquam bello capta, & in dominio populi Romani: de quo plura legi possunt apud Theophilum *ad d.* §. 40. unde haec non poterant usucapi, *l.* 12. §. 1. *D. de Publician. in rem action.* Nec conditio possessorum aliquid mutavit circa jura harum rerum, ut visum fuit Jac. Revardo *ad legg.* XII. *tabb. cap.* 16. qui tamen nihil habet, quo id probet. Plinius *lib.* VI. *epist.* 19. ab eo adductus, agit tantum in genere de rebus soli comparatis: & Cicero *pro Flacc. loc. cit.* non dicit, provincialia praedia jure mancipii possideri: sed id quaerit, an praedia sint censui censendo, & mancipi: ac id potius negat. Imo ne quidem post communicatam cum omnibus ingenuis civitatem Romanam ab Antonino Caracalla haec rerum distinctio sublata est: sed demum abolita a Justiniano §. 40. *Inst. de rer. division. l. un. C. de nud. jur. Quirit. tollend. l. un. C. de usucapion. transformand. & sublat. different. rer. mancip. & nec mancip.* IDEM.

4. *Item jura praediorum rusticorum*] Cur non urbanorum quoque? an quia non tam sunt soli, quam superficiei? Ita sane loquuntur Jurisconsulti *l.* 3. *D. de servitutib. l.* 20. *pr. D. de servitutib. praedior. urbanor.* Ex hac vero ratione admissa videtur olim harum servitutum usucapio, de qua videri poterunt notae ad Paulum *Sententiar. lib.* I. *tit.* 17. § 2. IDEM.

5. *Jura praediorum*] Recte Ulpianus servitutes jura praediorum appellat, eadem quidem significatione, qua jus agendi, jus petendi, aut quid simile dicimus. Sunt enim servitutes, quaedam praediorum qualitates, *l. quid aliud, 86. de verbor. signific.* quae ipsis inhaerent, jusque tribuunt: ut eorum dominus vel sibi jus in vicini praedio vindicet, vel vicinum nihil juris habere in eo, quod ipse possidet, intendat. CHARONDA.

6. *Dorso, collove domantur*] Non quae domari possunt: sed quae domari sic solent, & operas sic praestare. Non satis est, ut res sint semper in nostro dominio, quod putat Revardus *ad legg.* XII. *tabb. cap.* 16. tales enim sunt quoque canes, feles, aliaque animalia, saltem in dominio juris gentium: & has tamen res fuisse mancipi nemo dixerit. Isidorus quidem *Origin. lib.* IX. *cap.* 4. Revardo videtur favere: sed Ulpiani potior est auctoritas. SCHULTING.

love domantur, velut boves, muli, equi, aſini: [7]caeterae res nec mancipi ſunt: [8]Elephanti, & [9]cameli, quamvis collo dorſove domentur, nec mancipi ſunt: quoniam beſtiarum numero ſunt.

2. Singularum rerum dominia nobis [10]adquiruntur, mancipatione, traditione, uſucapione, in jure ceſſione, adjudicatione, lege.

3. [11] Mancipatio [12] propria ſpecies alienationis eſt, [13] & [14] rerum mancipi:

7. *Ceterae res nec mancipi ſunt*] Ergò & reliqua animalia, veſtes, metalla, gemmæ, quæque pondere, numero, menſura conſtant: quæ Papianus enumerat, & traditione tranſferri in alios poſſe docet, *Reſponſ. tit. 23. de donationib.* IDEM.

8. *Elephanti & cameli*] Videntur quidem mancipii eſſe, non ſunt tamen: quia feræ beſtiæ ſunt, *l. 2. §. uls. ad leg. Aquil.* Iſidorus, *Mancipium*, inquit, *eſt quidquid manu capi ſubdique poteſt, ut homo, equus, avis: hæc enim animalia ſtatim ut nata ſunt, mancipium eſſe putantur. Nam & ea, quæ in beſtiarum numero ſunt, tunc videntur mancipium eſſe, quando capi, ſive domari cœperunt.* Tollitur vero hæc rerum differentia in *tit. de uſucap. tranſfor.* C. CVJAC.

9. *Cameli, quamvis dorſo, collove domantur*] Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* VIII. *cap. 18.* de camelis. *Omnes autem jumentorum miniſteriis dorſo funguntur.* Ita Harduinus edidit. ab aliis abeſt *miniſteriis.* SCHVLTING.

10. *Adquiruntur &c.*] Aliter modos enumerat, ſed non perfecte, Varro *de re ruſtic. lib.* II. *cap. 10.* Vlpianus de modis illis ſingularibus adquirendi non agit, quibus per acceſſionem aliquid nancifcimur. IDEM.

11. *Mancipatio*] Mancipationem eſſe manus traditionem Cajus *lib.* I. *Inſtitut. tit. 6.* oſtendit. CHABOND.

12. *Propria ſpecies alienationis, & rerum mancipi*] Salmaſius *de uſur. cap. 8.* pro hiſce mallet, *propriæ ſpecies alienationis rerum mancipi*, bono ſenſu: & Cujacius quoque tolli vult &. Verum *propria* hic non diſplicet: ac ſic §. 7. etiam dicitur de traditione, quod ſit *propria alienatio rerum nec mancipi.* Non videtur vero mancipatio orta fuiſſe ex duodecim tabulis, ſed antiquior: ac duodecim tabulæ meminerunt ejus, qui nexum facit mancipiumque, Feſto teſte *v. mancipatu.* Et videtur jam quoque antea fuiſſe cautum, ut rei dominium tranſiret plane, pretio numerato, quod hic fiebat imaginarie. Attigi id ad Cajum *Inſt. lib.* I. *tit 6. §. 3.* Erat vero mancipatio traditio quædam civilis ac legitima, interveniente ære & libra, nec non nexu, & obligatione de evictione, ni res eſſet mancipantis, quod expoſui *not. ad Paul. Sententiar. lib.* II. *tit. 17. §. 3.* SCHVLTING.

13. *Et rerum mancipi*] Supereſt, Et. CVJAC.

14. *Rerum mancipi*] Non aliarum: alioquin nec ex ea dominium adquiritum, nec obligatio ex nexu, ut Cicero oſtendit *Topicor. cap. 10.* Quo etiam pertinent verba Boëthii antea adducta. Si res mancipi eſſent tantum traditæ, in bonis ſolummodo erant accipientis, *tit. 1. §. 16.* niſi modo quoque adquirendi juris civilis dominium acceſſiſſet, quod & Boëthius docet *dict. lib.* III. cujus tamen rei effectus erant magni, *§. 20. hoc tit. l. 52. D. de adquirend. rer. domin.* Atque huc referri poſſunt verba Horatii *lib.* II. *epiſt.* II. *verſ. 158.*

Si proprium eſt quod quis libra mancipatus & ære eſt,
Quadam, conſultis ſi credas, mancipat uſus.

Agit ſane de rebus mancipi, quæ ut etiam ſine mancipatione per uſucapionem plane poſſent adquiri, a juriſconſultis inductum fuiſſe videtur. Ac ſic uſucapio procedere poterat rei a domino emptæ, *l. 32. pr. D. de uſurpationib. & uſucapionib. l. 84. D. de furt.* & traditio, ac inſuper uſucapio requirebantur ad dominium adquirendum, *l. 20. C. de pact.* quæ notat Merillius *Obſervation. lib.* VIII. *cap. 38. & ad §. 40. Inſt. de rer. diviſion.* Quamvis *dict. l. 20.* ex mente Triboniani ſic accipi poſſit hodie, dominium ſtatim tranſire, ſi res a domino ſit tradita: ſi ab alio, uſucapione: non vero ſolis conventionibus. Videtur tamen etiam poſtea admiſſa fuiſſe mancipatio rerum, quæ natura ſui non erant mancipi: quod placet quoque Jano a Coſta *ad §. 40. Inſt. de rer. diviſion.* & Frid. Brummero *ad leg. Cinc. cap. 13.* ſi eſſent naturæ talis, ut non facile perirent. Plinius *Hiſtor. Natural. lib.* IX. *cap. 35.* poſtquam dixit, unionum nomen maxime grandibus margaritis impoſitum fuiſſe, ſubjicit. *Et hoc tamen æterna prope poſſeſſionis eſt, ſequitur hæredem, in mancipatum venit, ut prædium aliquod.* Idem in præcedentibus, ubi retulerat, Lolliam Paulinam, Caji, Principis uxorem tot gemmis ornatam fuiſſe, ut ſumma quadringentes ſeſtertium colligeret, addit; *ipſa confeſtim parata mancupationem tabulis probare.* Ita edidit Harduinus ex veſtigiis librorum veterum. in aliis pro *mancupationem* legitur *nuncupationem*, ſine ſenſu. Verum cum non illic ſermo ſit de probanda mancupatione, ſed ſumma pecuniæ, legere malim *mancupationum.* Ex tabulis, videlicet, mancupationum ſumma illa apparebat. Atque ita hæc explicare malo, id ſuadentibus ipſis Plinii verbis priori loco propoſitis, quam dicere, has quoque res fuiſſe mancipi, imo & omnes pretioſas, aut auro contra caras, quarumque nomine dupla eſt promittenda, ſecundum *l. 37. §. 1. D. de evictionib.* quod opinatur Cujacius *Paratitl. tit. C. de uſucapion. tranſformand.* Non poteſt hoc ſtare cum eo, quod hic tradit Vlpianus, res omnes præter eas, quas excepit, eſſe nec mancipi, quibus gemmas accenſet Papianus modo laudatus. SCHVLTING.

15. Et-

Digitized by Google

cipi: [15]eaque fit [16]certis verbis, libripende, & quinque testibus [17]praesentibus.

4. Mancipatio locum habet [18]inter cives Romanos, & [19]Latinos colonarios, Latinosque Junianos, [20]eosque peregrinos, quibus commercium datum est.

5. [21]Commercium est [22]emendi, vendendique invicem jus.

6. Res mobiles [23] non nisi praesentes mancipari possunt; & non plures, quam quae manu capi possunt: [24] immobiles autem, etiam plures simul, & quae diversis locis sunt, mancipari possunt.

7. [25] Tra-

15. *Eaque fit certis verbis*] Exemplo sunt in §. *praterea. quibus mod. jus potest. sol. & §. 2. de rest. cred.* quae, cum explicata sint a multis, longiora non faciam. CVJAC.

16. *Certis verbis*] Verba haec videntur jam olim Prudentibus inventa: quae, ut & totum ritum hujus negotii, invenimus apud Cajum *inst. lib.* 1. *tit.* 6. §. 3. ubi multa satis adnotata reperientur. Fuit vero mancipatio actus legitimus, *l.* 77. *D. de regul. jur.* Ad legis actiones etiam pertinuisse haec solennia, putat Jac. Gothofredus *ad legg. XII. tabb. not. ad tab. VI.* verum legis actionibus adscribi non solent quae privatim peraguntur, ut plerumque peragebatur mancipatio: nec Boëthius in *Topic. Ciceron. lib.* III. id dicit de mancipatione, sed de cessione in jure, quae magistratus jurisdictionem desiderabat, ut & mancipatio, quae occasione adoptionis, & emancipationis fiebat: ac de illa id nullus negaverim. SCHULT.

17. *Praesentibus*] Antestati quoque meminit Cajus, ac ex eo Anianus, *dict. loc.* de quo illic actum est. IDEM.

18. *Inter cives Romanos*] Qui juris civilis sunt participes, & inter quos solos aliquid eo jure fieri potest, auctore Boëthio *cod. lib.* III. res enim ab eo debebat accipi, a quo jure civili poterat, ut Varro scribit *de re rustic. lib.* III. *cap* 10. & accipiens quoque debebat ejus esse capax. IDEM.

19. *Latinos colonarios*] Horum exemplo Juniani introducti sunt, ut Justinianus scribit in *tit. de lat. lib.* CVJAC. Qui, cum essent cives Romani, missi erant in colonias Latinas: quos capitis deminutionem mediam subiisse scribit Boëthius *in Topic. Ciceron. lib.* II. ac mutationem civitatis: ut Cicero quoque docet *pro Caecin. cap.* 35. exceptis, ut videtur, quibusdam, quae privati erant juris; saltem jure mancipii; quod vel hic locus evincit: ut adeo non ex omni parte jus civium perdiderint, quod volebat Sigonius *de jur. Ital. lib.* II. *cap.* 3. contra quem disputat Vir Inclytus, Exech. Spanhemius *Orb. Roman. exercitation* 1. *cap* 8. Ceterum post civitatem ab Antonino Caracalla cum omnibus ingenuis communicatam, hujus Latinitatis usus non superfuit. Pluribus hoc exutit idem Spanhemius *exercitation. 11. cap. 10.* SCHULTING.

20. *Eosque peregrinos, quibus commercium datum est*] Simile de connubio habet *tit.* 5. §. 4. Exempla debit Livium *lib. VIII. cap. 19. lib. XLV. cap. 24.* Quin & jus nexi ac hereditatum relictum est aliquando illis, quibus civitas erat adempta. Narrat tale quid Cicero *pro Caecin. cap 36.* Fuit vero & huic concessioni locus post civitatem omnibus ingenuis in orbe Romano concessam: idque dari potuit non tantum barbaris, sed & civibus liberarum urbium; quales multae non tantum antea fuere, sed etiam postea in orbe Romano manere. Copiam talium habet laudatus Spanhemius *dict. exercitation. 11. cap. 13. & seqq.* IDEM.

21. *Commercium*] Commercium est permutatio, *l. ex hoc jure, 5. de just. & jure.* Ex permutatione originem cepit emptio & venditio: in qua & si utrinque merx non sit, ut in permutatione, sed aliud pretium, aliud merx, de ea tamen commercium dicitur frequentissime: inde & mercari, & promercium, & promercalis res. CVJAC. Commercii appellatione omnem contractum intellexisse videtur: ut Cajus *Inst. lib.* 1. & Varro *lib.* II. *de re Rustica*, emptionis nomine omnem alienationem complexi sunt. Itaque J. C. aliquid in commercio hominum esse, & Paulus etiam *lib.* II. *Sentent.* prodigis interdici res sua commercioque, & noster Ulpianus *seq. tit.* interdictum prodigo commercium esse scribunt. CHARON D.

22. *Emendi, vendendique*] Quo negato non tamen locatio conductio exclusa est. Cicero *in Verr. lib.* III. *cap.* 4. *Is agrum in Segestano* (*nam commercium in eo agro nemini est*) *conductum habebat.* Nimis generaliter exponit hoc verbum hoc loco Charondas; quamvis Paulus id latius sumat *lib.* III. *tit.* 4. *A.* §. 7. ubi de interdictione, quae sit prodigo. SCHULT.

23. *Non nisi praesentes &c.*] Ut ita possent manu capi, & teneri: unde & mancipatio nominata est. Recurre ad notata ad Cajum *Inst. lib.* 1. *tit.* 6. §. 3. *not.* 28. IDEM.

24. *Immobiles autem, etiam plures simul*] Quoniam hic absentium rerum mancipatio admittenda esse visa etiam est: nec semper commodum est in rem praesentem venire; consequens fuit, ut etiam plures simul possent mancipari. Quin nec interesse potuit, eodem, an alio loco essent litae. Ceterum singulae res in hoc modo adquirendi singulari nominandae fuere, ut & in cessione in jure: unde & pars bonorum do-

7. [25] Traditio, [26] propria est alienatio [27] rerum nec mancipi. Harum rerum dominia ipsa traditione [28] adprehendimus, scilicet, si ex justa causa traditae sunt nobis.

8. Vsucapione dominia [29] adipiscimur, tam [30] mancipi rerum, quam [31] nec mancipi. [32] Vsucapio est autem domini adeptio, per continuationem possessionis [34] anni, vel biennii: [35] rerum mobilium anni, immobilium biennii.

9. [36] In

nari non poterat, *l. 1. l. 2. Cod. Hermogenian. de donationib.* quod mutatum *l. 35. §. 4. C. de donationib.* Accedere quoque mancipationi fuit solita cessio vacuæ possessionis. Sic in inscriptione aliquoties a me laudata apud Gruterum *p.* CIↃ LXXXI. Statia Irene mancipans monumentum Licinio Timotheo, dicit, IN QVE. VACVA. CVAM. POSSESSIONEM. MONVMENTI. S. S CESSIT. ubi sculpi debuisse, EIQVE. VACVAM. POSSESSIONEM, nemo non videt. Eodem pertinet *l. 48. D. de adquirend. vel amittend. possession.* ut recte notavit Frid. Brummerus *ad leg. Cinc. cap. 13.* ubi plura habet eo pertinentia. IDEM.

25. *Traditio*] Legendum. *Traditio propria est alienatio rerum nec mancipii. Nec mancipii rerum &c.* CVJAC. † *2 Nec mancipi. Harum rerum.* IDEM.

26. *Propria*] Ita exaratum in codice Tiliano se invenisse Cujacius testatur *Observat. lib. XVII. cap. 28.* idque repræsentatum in edd. Charond. ac Paris. & Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. in aliis est *propria*. De traditione plura habet Imperator §. *40. Inst. de rer. division.* & ad illum Interpretes. Definiri quomodo debeat, docet Cujacius *Observ. lib. XI. cap. 19.* SCHVLTING.

27. *Rerum nec mancipi. Harum rerum &c.*] Et hæc lectio est libri Tiliani, a Cujacio probata *Observation. lib. XVII. cap. 28.* nec aliter habet ed. Paris. CIↃ IↃ LXXXVI. Gen. ejusdem anni *r. n. mancipi, harum dom.* Charond. *rerum nec mancipi. Nec mancipi r. d.* in aliis est, *rerum. Nec m. r. dom.* minus bene. Res an mobiles essent, an immobiles, nihil referebat, *d. §. 40.* nec probari potest, quod Vir Eruditus nuperrime scripsit, res immobiles nec mancipi translatas esse per cessionem in jure, mobiles per nudam traditionem: cum tamen utrasque & traditionem, & in jure cessionem admisisse sit certissimum: & jus hanc distinctionem ignoret. Ceterum huc respexit Jurisconsultus *in l. 9. §. 3. D. de adquirend. rer. domin.* Res mancipi si esset ex justa causa tradita, in bonis tantum erat, nisi esset usucapta, de quo dictum *ad §. 3.* IDEM.

28. *Adprehendimus*] Sic edd. optimæ pleræque: nec aliter esse in MS. Tilii docet Cujacius *Observation. lib. XVII. cap. 28.* quædam habent *deprehendimus*, & male. IDEM.

29. *Adipiscimur*] Modo ex causa illa, ex qua res nobis obvenit, adquirere possimus, *l. 7. D. pro legat.* De usucapione copiose commentantur Interpretes *ad tit. Inst. de usucapionib. & long. tempor. possessionib.* IDEM.

30. *Mancipi rerum*] Etiam traditarum a domino. Vide dicta *ad §. 3.* IDEM.

31. *Nec mancipi*] Mobilium, videlicet. Res immobiles nec mancipi non admiserunt usucapionem, *pr. Inst. de usucapionib. l. 12. §. 2. D. de Publician. in rem action.* sed longi temporis præscriptionem, *§. 2. Inst. eod. tit.* IDEM.

32. *Vsucapio*] Vsucapionem Cicero & *in Topicis, & in Oratione pro Caecina*, usus authoritatem appellat, id est, jus dominii utenti acquisitum. Distinxerant autem veteres in præsinitione temporis usucapiendi res, quæ extra Italiam erant, ab Italicis: sed has subtilitates sustulerunt Imperatores: atque tempus usucapiendarum rerum mobilium triennium, immobilium vero longi temporis possessionem, id est, X. ann. inter præsentes, ut XX. inter absentes. CHAROND.

32. * *Vsucapio est autem domini adeptio*] Modestinus ait in *l. 3. de usurp. & usucap. adjectio dominii.* Malim, *adeptio*, ut in hoc loco: constituerunt enim Jurisconsulti eisdem rerum definitionibus uti. Equidem quia hæc duo verba tantam inter se affinitatem habent, ut alterum pro altero facile potuerit obrepere: quod etiam possum Vlpiano auctore; non metuo emendare in Modestino, *adeptio dominii*. Nam & capionis verbo adeptio significatur, non adjectio. CVJAC.

33. *Adeptio*] Ita quoque ex bono auctore scribit Isidorus *Origin. lib. V. cap. 25.* idque melius respondet verbo *capio*, quam *adjectio*, quod est apud Modestinum in *l. 4. D. de usurpationib. & usucapionib.* ut adeo non videam, cur posterius priori prætulerit Ant. Contius *Disputation. lib. 1. cap. 12.* quamvis non negem, commode defendi posse, cum Guil. Fornerio *Selection. lib. II. cap. 17.* & aliis, illud *adjectio*: cum & *adjici* dicatur pro *adquiri*, §. 4. *Inst. per quas person. cuiq. adquirit.* Nec novum, ut unus aliter rem eandem definiat, quam alius. Ita aliter testamentum definit Vlpianus *tit. seq. §. 2.* quam Modestinus *l. 1. D. qui testament. facer. poss.* Sic nuptiæ non eodem modo definiuntur *l. 2. D. de rit. nuptiar.* ac *§. 1. Inst. de patr. potestat.* Idem de legato *§. 1. Inst. de legat. l. 36. D. de legat. II. junct. l. 116. pr. D. de legat. 2.* & aliis pluribus. SCHVLTING.

34. *Anni, vel biennii*] Hoc idem est, quod tempus definitum lege, nempe, duodecim tabularum, *l. 3. D. de usurpationib. & usucapionib.* in qua non video, cur illa verba, *temporis lege definiti*, Triboniano adscribat Cujacius *ad d. l.* Nihil est, quod non a Modestino recte scribi potuerit. Ac forte Tribonianus, si quid mutasset, mentionem fecisset potius *temporis constituti*, nempe, a Justiniano, quam *lege definiti*. IDEM.

35. *Rerum mobilium anni*] In jure civili quæriplerumque solet, utrum continuus, an utilis annus sit. Idem

9. [36]In jure cessio quoque communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi; quae fit per tres personas, in jure cedentes, vindicantes, addicentes.

10. In jure cedit dominus: vindicat is, cui ceditur: addicit Praetor.

11. In jure cedi [37] res etiam incorporales possunt, [38]velut [39]ususfructus, & hereditas, & [40]tutela legitima, [41]& libertas.

12.[42] He-

Idem & in hoc loco quæri potest. Sed verius est continuum annum numerari: & hoc Paulus scripserat in *l. nunquam, 31. §. 1. de usurpat. & usucap.* Quia tamen annus in triennium mutatus est, Tribonianus scripsit *continuum tempus*: sed debuit & vocem hanc *mobilium* circumscribere. Nam idem prorsus est in usucapionibus rerum immobilium. Scitum plane est hujus erroris causam in Tribonianum conferre. CVJAC. Non videtur dubitandum, quin æque in usucapione immobilium, quam mobilium continuum tempus jam olim requisitum fuerit: id definitio ipsa, quæ continuatæ possessionis meminit, clare evincit: ac lex vetus non, nisi circa temporis longitudinem, inter res mobiles, & immobiles distinxit. Adeoque quod in *l. 31. §. 1. D. de usurpationib. & usucapionib.* dicit Paulus, *continuum tempus numeratur*, ei controversiam non moveo: verum illud, *rerum mobilium*, vel saltem *mobilium* a Triboniano non relictum, sed adjectum esse existimant Hub. Giphanius *ad l. un. C. de usucapion. transformand.* & Eun. Merillius *Obs. lib. V. cap. 32.* recte omnino. Et sane Tribonianus, ubi occurrebat usucapio rerum immobilium, reposuit longi temporis possessionem, *l. 48. §. 1. D. de adquirend. rer. dominio. l. 20. §. 1. l. 19. §. 2. l. 18. l. 21. D. de usurpationib. & usucapionib.* & alibi. verbum vero *usucapio* usurpat de rebus mobilibus, *§. 7. Inst. de usucapionib.* (ad quem locum id notavit Janus a Costa) nec non *l. un. C. de usucapion. transformand.* Sed & sic quod de continuo tempore dicitur *in d. l. 31. §. 1. D. de usurpationib. & usucap.* de usucapione non tantum rerum mobilium, sed & de longi temporis possessione in rebus immobilibus verum erit: ac proinde nihil in mobilibus erit speciale, aut notatu dignum. Quod autem censet Janus a Costa *ad §. 12. Inst. de usucapionib.* illa verba, *rerum mobilium*, id velle, quod jure antiquo mala fides possidenti vel successori superveniens, rerum mobilium usucapionem interruperit, quasi res jam facta esset furtiva, dum quis illam contra domini voluntatem contrectat, ex sententia veterum *l. ult. vers. omnes, C. unde vi.* a qua tamen recessit Imperator *d. §. 12. l. un. C. de usucapion. transformand.* id nec unquam probabitur: & si ita esset, non debuerat hoc jus vetus quoque in Pandectis relinqui. Sed & diversa sunt, continuata possessio, & continua bona fides. Præterea indistincte leges tantum ab initio bonam fidem exigunt, absque rerum discrimine, *l. 43 pr. D. de usurp & usucapionib. l. 2. §. 19. D. pro empt.* ac sic heredem ejus, qui bona fide emit, propria mala fides non privat actione Publiciana, *l. 7. §. 12. D. de Publician. in rem action.* quæ illis datur, qui in conditione sunt usucapiendi. Nihil autem juvat Virum Egregium *l. ult. C. unde vi*, quæ de hac specie non loquitur, ubi quis juste accepit, ac usucapere incepit. Idem dictum esto de *l. 1 D. de distraction. pignor. & hypothecar l. 47. D. de adquirend. vel amittend. possession.* Tandem quoque huc non pertinet *l. 21. D. de diverss. temporalib. præscriptionib.* ubi heredi bona fides propria non prodest, ob malam fidem defuncti: quod nemo negat. Obiter notemus, in *d. l. 21.* pro illic, *veluti cum sciens alienum, illum ille, vel precario possedit*, legendum, *v. c. sc. al. vel vi, vel prec. possedit*, cum Cujacio *ad d. l. 21. ad Papinian. Definition. lib. 11* aut *v. c. sc. al. illum vi, dolo, v. pr. poss.* cum Jac. Gothofredo *ad l. 83. D. de regul. jur.* vel, uti pridem ego tentaveram, *v. c. sc. al. ille* (defunctus) *vi, clam, vel pr. possedit.* Vitia hæc tria possessionis, *vi, clam, & precario*, conjungi notissimum est. Sed *vi, dolo, vel precario*, non ita legitur: quamvis id propius accedat ad vulgatam scripturam. SCHULTING.

36. *In Jure*] Id est apud eum, qui juri dicundo præest. CHAROND.

36. * *In jure cessio*] Tribus verbis omne officium prætoris contingitur, Do, dico, addico, Dat judices, Dicit jus, Addicit, exempli gratia, in cessionibus. Addicit bona libertatum conservandarum causa. Unde & in antiquis legibus Manilia, Peducea, Alliena, Fabia de finibus agrorum ita legitur, DEQVE EA RE CVRATORIS, QVI HAC LEGE ERIT, IVRISDICTIO, RECIPERATORVMQVE DATIO, ADDICTIO ESTO. SI CVRATOR HAC LEGE NON ERIT, TVNC QVICVMQVE MAGISTRATVS IN EA COLONIA, MVNICIPIO, PRÆFECTVRA, FORO, CONCILIABVLO IVRI DICVNDO PRÆERIT, MAGISTRATVS DE EA RE IVRISDICTIO, IVDICISQVE DATIO, ADDICTIO ESTO. CVJAC. Hæc quo pacto peracta fuerit, describit Cajus *Instit. lib. II. tit. 1. pos §. 6.* ubi satis multa in notis dicta sunt.

37. *Res etiam incorporales*] Atque has in parte latius patebat cessio in jure, quam mancipatio.

38. *Velut ususfructus*] Ususfructus sive domino cedatur, sive extraneo, cessione finitur. Nam & extraneo cessus, ad proprietatem recurrit, *l. si ususfructus, 66. de jure dot.* Nihil vero agitur in persona extranei. CVJAC.

39. *Ususfructus*] Hunc dominus cedere poterat alteri, qui ita illum adquirebat jure civili, sive jure Quiritario, quod jus etiam dicitur dominium ususfructus: & opponitur possessioni ejus, quæ sola adquirebatur olim, si modo adquirendi juris gentium,

non

12. "Hereditas in jure ceditur, vel antequam adeatur, vel poſteaquam adita fuerit.

13. "Antequam adeatur, in jure cedi poteſt "a legitimo herede: poſteaquam adita eſt, tam a legitimo, quam ab eo, qui teſtamento heres ſcriptus eſt.

14. Si antequam adeatur hereditas, in jure ceſſa ſit, "perinde heres ſit cui ceſſa eſt, ac ſi ipſe heres legitimus eſſet. Quod ſi poſtea quam adita fuerit, in jure ceſſa ſit, "is, qui ceſſit, "permanet heres: " & ob id creditoribus

non civilis, uſusfructus conceſſus fuiſſet, *per l. 3. D. ſi uſusfruct. petet.* Atque hoc modo uſusfructus aliquando ipſo jure conſiſtebat, aliquando tuitione Prætoris, *l. 1. pr. D. quib. mod. uſufruct. vel uſ. amittit. l. 9. §. 1. D. uſufructuar. quemadmod. cav.* Ceſſio autem uſusfructus a fructuario ſi ſit domino facta, amittitur uſusfructus, Paulo auctore *Sententiar. lib.* III. *tit. 6. §. 32.* extraneo quoque in jure ceſſus neceſſario amittitur: nec cedens in jure, id quod coram Prætore ſolenniter ceſſit, retinere poteſt, cum id ab eo debeat abire: & quoniam ad alterum tranſire nequit, intereat neceſſe eſt: uti & amittitur hereditate ceſſa jus contra creditores, *§. 14. hoc tit.* Simplex ceſſio, quali hodie tantum indigemus, ſublato penitus a Juſtiniano jure Quiritario, *l. un. C. de nud. jur. Quirit. tollend.* (unde & ejus, quæ in jure fit, mentio videtur a juris noſtri compoſitoribus conſulto eſſe omiſſa) id non efficiet. De quibus nonnulla notavi ad Paullum *hoc. cit.* poſt quæ ſcripta prodiere elaboratiſſimi libri de Vſufructu Viri Juris peritiæ nulli ſecundi, Gerardi Noodt, qui hanc ſententiam erudite defendit *lib.* II. *cap. 10.* Ceterum a ceſſione, qui modus eſt juris transferendi, & quidem modus civilis, immane quantum differt conceſſio qualiscumque utendi fruendi, ſive perceptionis fructuum, uti illam vocat Pomponius *l. 66. D. de jur. dot.* quæ & perceptio uſusfructus vocatur *l. 27. §. 11. D. ad leg. Jul. de adulter.* quæque fieri poteſt ex quavis juſta cauſa, venditionis, donationis, ſimilive, *§. 1. Inſt. de uſ. & habitation.* qua facta, ipſe fructuarius adhuc frui intelligitur; modo vel ipſe aliquid percipiat, vel donatarius, a quo nihil accepit, ipſe utatur, *l. 12. §. 2. l. 38. l. 39. l. 40. l. 67. D. de uſufruct.* Sed & res ipſas fructuarias locare, vel utendas dare poteſt, *d. l. 12. §. 2.* SCHULT.

40. *Tutela legitima, & libertas*] De tutela ceſſicia *tit. 11.* dictum eſt. Libertas ceſſicia ea eſt, quæ vindicta datur: cedit enim libertatem dominus, vindicat ſervus, addicit prætor: & inde ſelpinni lictoris, quem liberandis ſervis gerit, vindictæ nomen. CVJAC.

41. † *Et libertas*] Al. *liberta.* IDEM. Manumiſſio per vindictam nullam continet ceſſionem: nec Prætor in ea quidquam addicit, ſed tantum dicit. Recurre ſis ad ea, quæ ſcripſi ad Cajum *Inſt. lib. 1. tit. 1. §. 1.* Ed. Pariſ. ciɔ Iɔ LXXXVI. exhibet, *& liberta.* Cujacii nota poſtuma pro his verbis duobus habet *liber-*

ta. Vellem addidiſſet, an ita habeat codex Tilii. Optimus inde evaderet ſenſus, legitimam tutelam libertæ, quæ patrono defertur, cedi poſſe, quod verum eſt: aliæ vero non poſſunt, *vide tit. 11. §. 2.* & illic notata. In genere omnem legitimam tutelam cedi poſſe, quod vult lectio vulgata hujus loci, id ſcribi non recte potuit ab Vlpiano, poſt legem Claudiam, quæ aliarum tutelarum legitimarum ceſſiones inhibuit. SCHULTING.

42. *Hereditas in jure ceditur*] De ceſſione hereditatis diſputat Cujacius *Obſervation. lib. XVIII. cap. 11.* IDEM.

43. *Antequam adeatur, in jure cedi poteſt a legitimo herede*] Jus ergo a lege delatum, quamvis nondum vere adquiſitum, ab adgnato cedi potuit: atque ita cedens plane pro herede non erat, qui etiam non niſi volens hereditatem ſuſcipiebat. Secus ſi jam hereditatem ſuſcepiſſet, §. *ſeq.* ſuus id non poterat facere, quia ipſo jure erat heres: quod diſcrimen notavit Cujacius *Obſerv. dict. lib. XVIII. cap. 11.* IDEM.

44. *A legitimo herede*] Quia lex ad eum hæreditatem defert, ſitque ex ea hæres. In jure autem ceſſionis meminit Varro. CHAROND. Ita edidit Charondas, & recte. primo ſuerat editum, *legitimo ab herede.* quod vett. multæ edd. retinent. Edd. cum not. Cujacii, Pacii, aliæque vulgo habent, *legitimo ab herede.* Fabroti, *ab herede legitimo:* quæ eodem redeunt, quo id, quod nos exhibuimus. SCHULTING.

45. † *Perinde ſit heres*] *Proinde heres.* CVJAC.

46. *Is, cui ceſſa eſt*] Videtur legendum, *is, a quo ceſſa eſt*, quoniam ſubinfert, *Permanet heres.* Atque facit quidem ab hac conjectura ipſa juris ratio. Ideo enim tenetur creditoribus, quod adeundo cum eis contraxiſſe videatur, *l. 3. in fin. l. 4. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* Ideo ei debitores non tenentur, quod ſe omni heredis jure abdicaverit. Sed neque ceſſicio heredi tenentur, quia ei non ſunt obligati: attamen emptori hereditatis utiles actiones dantur, venditori directæ, *l. emptor. 1. C. de hered. vend.* Aliud ergo eſt cedere hereditatem in jure, longe aliud vendere hereditatem. De ceſſicia hereditate in libris Juſtiniani mentio, quod ſciam, nulla fit. CVJAC. † *Is, qui ceſſit, perm.* Servius *in* III. *Æneid. Cedi hereditas dicitur.* Varro III. *d.* R. R. IDEM.

46. * *Is, qui ceſſit*] Ita edd. Pariſ. & Genev. ciɔ Iɔ LXXXVI.

toribus defuncti manet obligatus: [49] debita vero pereunt, id est, debitores defuncti liberantur.

15. [50] Res autem corporales, quoties singulae in jure cessae sunt, transeunt ad eum, cui cessa est hereditas.

16. [51] Adjudicatione dominia nanciscimur, per [52] formulam familiae erciscundae, quæ locum habet inter coheredes: & per formulam communi dividundo, cui locus est inter [53] socios: & per formulam finium regundorum, quae est inter vicinos. Nam si judex uni ex heredibus, aut sociis, aut vicinis [54] rem aliquam adjudicaverit, statim illi adquiritur, [55] sive mancipi, sive nec mancipi sit.

17. Lege nobis adquiritur, [56] velut caducum, [57] vel [58] ereptitium ex lege Pa-

cIↃIↃLXXXVI. imo sic habere codicem Tilii scribit Cujacius *Observation. lib.* XVII. *cap.* 28. idque sensus exigit. SCHULTING.

47. *Permanet heres*] Nec tutor legitimus tutela cedendo, prorsus ea in perpetuum liber est, *tit.* 11. §. 17. Multo minus fiduciarius heres restituta tantum hereditate privato actu, efficere potuit, ne maneret heres, quod juris ratio non patiebatur, *l.* 88. *D. de heredib. instituend. l.* 7. §. 10. *D. de minorib.* verum huic, qui etiam invitus ad restitutionem cogitur, §. 1. *Inst. de fideicommissar. hereditatib.* merito succurrit Senatusconsultum Trebellianum, *l.* 1. §. 1. *D. ad S. C. Trebellian.* ubi cur Cujacius *Observation. lib.* XVIII. *cap.* 11. velit abundare, *fideicommissariis*, causam non video. IDEM.

48. *Et ob id creditoribus defuncti manet obligatus*] Adde, quod jura cedi quamvis possint, non tamen id procedat in oneribus, quibus quis obnoxius est, qui etiam pactis jus creditorum deterius non potest reddere, *l.* 25. *C. de pact.* IDEM.

49. *Debita vero pereunt, &c.*] Quia cessio in jure id operabatur, ut cedens jure suo caderet, utcumque id in alium non transiret; quod & in usufructu extraneo cesso obtinuisse jam vidimus. Non hic de pœna, vel scientia est quæstio: sed de ipsius cessionis natura, & consequentibus. IDEM.

50. *Res autem corporales*] Dixit de rebus incorporalibus quæ ceduntur in jure, nunc de rebus corporalibus. Quid est igitur, quod ait in extremo hujus sententiæ, *cui cessa est hereditas?* Malim, *Cui cessa sunt.* CVJAC.

50. * *Res autem corporales quoties singulæ in jure cessa sunt, transeunt ad eum, cui cessa est hereditas*] Lectionem hanc stare non posse recte vidit Cujacius: & quam facit medicinam legendo, *cessa sunt*, & delendo verbo *hereditas*, eam probare non possum. Certe non opus est indistincte res cedere singulas: & cur non æque plures res immobiles poterunt cedi, ac potuerunt mancipari? §. 6. *hoc tit.* Puto hic aliud latere: ac dubito, an non id voluerit, vel scripserit Ulpianus. *Res autem corporales, quamvis singula in jure cessa non sunt, transeunt ad eum, cui cessa est hereditas*, hoc sensu: quemadmodum omnium rerum corporalium dominus fit is, qui hereditatem adquisivit, *l.* 23. *pr. D. de adquirend. vel amittend. possession.* vel bonorum possessionem admisit, *l.* 1. *D. de bonor. possessionib.* nec non is, cui ex fideicommisso hereditas restituta est, *l.* 63. *pr. D. ad S. C. Trebellian.* sic hereditate cessa, rerum corporalium hereditariarum dominium transit ad eum, cui est cessa hereditas. Sigiæ occasionem ex parte errori potuerunt dare, & Q V I *quamvis*, accipi pro Q T *quoties*: sic enim exprimuntur hæc in notis Magnonis. Huic vero consequens fuit, ut negatio sensum plane turbaret: unde & illa omissa videtur. Optimus saltem horum est sensus. Melius suggerenti libenter aurem præbebimus. IDEM.

51. *Adjudicatione*] Idem Justinianus scribit in *extremo tit. de offic. jud.* neque vero ullus est alius casus, in quo judicis sententia dominium adquiratur. CVJAC. Sententia jus non dat ordinarie, sed declarat, id alicui competere, *l.* 8. §. 4. *D. si servit. vindicet.* Adjudicatio vero traditioni, ac usucapioni æquiparatur *l.* 6. §. 3. *D. de statuliber.* SCHULTING.

52. *Formulam*] Hoc est, actionem, de qua olim dabatur formula, ut notissimum est.

53. *Socios*] In genere omnes intelligit, qui singulares res habent communes: quod in Pandectis frequens.

54. *Rem aliquam*] Quatenus in judicium est deducta, *per l.* 54. *D. famil. erciscund. l.* 18. *D. commun. dividund. l.* 9. *C. commun. utriusq. judic.*

55. *Sive mancipi, sive nec mancipi*] Uti & utræque cessionem in jure admiserunt, § 9 *hoc tit.* In usucapione quo pacto inter res mobiles, & immobiles distinguendum fuerit, vidimus *ad* §. 8.

56. *Velut caducum, vel ereptitium*] In ed. Paris. cIↃIↃLXXXVI. est *erepturium*: & in archetypo testatur Cujacius *ad l. pen. D. d. jur. fisci.* leg] *ereptorium.* Intelligo autem caduca, quæ adquiruntur nobis, privatis, scilicet, nimirum, si quis haberet jus antiquum, de quibus *tit.* 18. vel liberos, qui legatum omne ca-

 piebant,

Papia [59] Poppæa. [60] Item legatum ex lege duodecim Tabularum, ſive mancipi res ſint, ſive nec mancipi.

18. [61] Adquiritur autem nobis etiam per eas perſonas, quas in poteſtate, manu, mancipiove habemus. Itaque ſiquidem (mancipio puta) acceperint, aut traditum eis ſit, vel ſtipulati fuerint, ad nos pertinet.

19. Item ſi heredes inſtituti ſint, legatumve eis ſit, & herditatem juſſu noſtro adeuntes, nobis adquirunt, & legatum [62] ad nos pertinet.

20. [63] Si ſervus alterius in bonis, alterius ex jure Quiritium ſit, ex omnibus cauſis adquiret ei, cujus in bonis eſt.

21. Is, quem bona fide poſſidemus, ſive liber, ſive alienus ſervus ſit, nobis adquirit, ex duabus cauſis tantum, id eſt, quod ex re noſtra, & quod [64] ex operibus ſuis adquirit. Extra has autem cauſas, aut ſibi adquirit, ſi liber ſit: aut domino, ſi alienus ſervus ſit. Eadem ſunt & in eo ſervo, in quo tantum uſumfructum habemus.

piebant, *nec nam & dulce caducum*, uti Juvenalis loquitur *Sat.* IX. quæ expoſita ſunt *ad dict. tit. 18.* Ereptitium puto eſſe, quod indigno aufertur: quomodo & Vir Magnus id explicat ipſe *Obſervation. lib.* VI. *cap. 37.* quod dicitur eripi *l. pen. D. de jur. fiſc. l. 26. D. de L. Cornel. de falſ.* Hoc quidem plerumque fiſco vindicatur: interdum tamen etiam privatis conceditur, uti notavit idem Cujacius *ad Novellam.* 1. adductis *l. un. §. 12. C. de caduc. tollend. l. 5. §. 2. D. de his, quæ ut indign. auferunt. l. pen. C. de legat. l. 7. C. de donationib. inter vir. & uxor. l. 10. §. 1 D. ſolut. matrimon. dos quemadmod. petat. l. 55. §. 2. D. ad S. C. Trebellian. Nov.* CXV. *cap 3.* quales ſpecies pluribus exponit Scip. Gentilis *de jure adcreſcend. cap. 10.* Ac ſic quoque hoc explicat Jac. Gothofredus *ad leg. Jul. caducar. not. ad cap. 31.* Aliter Hotmanus *Obſervation. lib.* IV. *cap. 9.* qui hic delet *vel:* & reponit, *caducum receptitium:* per quod illa intelligit, quæ caduca liberis ac parentibus ad tertium gradum cedebant, *tit. 18.* & *receptitia* hic vult dici, uti dicimus receptitium ſervum, qui quis ſit Gellius ex Servio Sulpicio exponit *Noct. Atticar. lib.* XVII. *cap. 6.* & notum hodie juris tironibus. Sed nullo modo probanda eſt illa emendatio: & illud de receptitio ſervo, vel receptitiis bonis, quæ mulier nupta ſibi retinet, hinc plane eſt alienum. Hic non retinetur, ſed adquiritur. SCHULT.

57. *Vel ereptitium*] Neſcio quid ſit ereptitium: niſi id forſitan ſit, quod aliam in cauſa caduci eſſe dicitur. Neque enim id cadit a nobis (quandoquidem vivo teſtatore deficit) ſed heredi eripitur: caduca cadunt a nobis. CUJAC.

58. † *Ereptitium*] V. *Obſ.* VI. *37. Paræt. in lib. D. lib.* XXXIV. *tit. 9. & Par. in Cod. de caduc. toll.* IDEM.

59. *Poppæa*] Ita paſſim repoſui pro *Popea*, vel *Popæa*: cum conſtet dictam eſſe legem a Poppæo Sabino. SCHULTING.

60. *Item legatum ex lege* XII. *tab.*] *L. verbis legis, 120. de verb. ſignif. l. quotiens, 47. §. ult. D. peculi.* CUJAC. Legatum eſt modus adquirendi civilis. Debuit autem tempore Ulpiani, ut res directo adquireretur, fuiſſe legatum vindicationis, ſinendi modi vel præceptionis: & quidem rei in ſpecie, ſecundum ea, quæ *tit. 25.* traduntur. SCHULTING.

61. *Adquiritur autem nobis &c.*] De his plura invenientur apud Cajum *Inſt. lib.* II. *tit. 1. §. 7. & ſeqq.* & in *tit. Inſtit. per quas perſonas cuiq. adquirit.* IDEM.

62. *Ad nos pertinet*] Ipſo jure, etiam invitos & ignorantes, *§. 3. Inſt. diſſ. tit. l. 32. D. mandat.* cum hic nullum ſit onus: quamvis poſtea liceat repudiare: ac tunc erit quaſi non adquiſitum. IDEM.

63. *Si ſervus alterius in bonis*] Dominus Bonitarius præfertur domino Quiritario. CUJAC.

64. *Ex operibus ſuis*] Alii dicunt *ex operis*: ſed hoc quoque rectum eſt, ut auctoribus ſcriptis libris, *in §. de his, per quas perſ. nob. adq. §. item per quas perſ. obligat. nob. adq.* & auctoribus Florentinis, *in l. quod ſervus, 36. de ſtip. ſer.* IDEM.

TIT V.

Digitized by Google

TITVLVS XX.

[1]*De Teſtamentis.*

1. [2]Teſtamentum eſt mentis noſtrae juſta [3]conteſtatio, in id ſolenniter [4]factum, ut poſt mortem noſtram valeat.

2. [5]Teſtamentorum [6]genera fuerunt tria, unum, quod calatis comitiis: alterum, quod in procinctu: tertium, quod per aes & libram appellatum eſt. Illis duobus teſtamentis abolitis, hodie ſolum in uſu eſt, quod per aes & libram fit, id eſt, per [7]mancipationem imaginariam: in quo teſtamento libripens adhibetur, & familiae emptor, & [8]non minus quam [9]quinque [10]teſtes, cum quibus teſtamenti factio eſt.

3. Qui in [11]conteſtate teſtatoris eſt, aut familiae emptoris, teſtis, [11]aut libripens adhiberi non poteſt: quoniam familiae mancipatio [12]inter teſtatorem,

1. *De Teſtamentis*] De his egit Cajus *Inſt. lib.* II. *tit.* 2. Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit.* 4. *A.* qui poſſunt conferri.

2. *Teſtamentum*] Teſtamentum ex eo dicitur, quod teſtatio mentis fit, id eſt, declaratio & ſignificatio teſtato facta. Solebant autem veteres vel calatis, id eſt, vocatis comitiis, vel in procinctu, ex caſtris ſcilicet in prælium exeuntes, quaſi togis jam præcincti, & expediti, vel per æs & libram teſtamentum facere: quemadmodum & ex Sex. Pompejo Feſto, & Gellio, aliiſque intelligere licet. In quibus omnibus is, qui teſtabatur, voluntatem ſuam certis verbis & clara voce exprimebat, teſtes eos appellans, qui teſtamenti factioni aderant: ut recte Ulpianus eadem ſignificatione teſtationem & nuncupationem poſtea dixerit. *Nuncupare* enim eſt (ut Varro & Feſtus ſcribunt) *nominare*, ſive *nominatim pronunciare*. Juſtam denique ſive teſtationem, ſive ſententiam dicit, quæ ſecundum præſcriptam a jure Romano ſolemnitatem facta eſt. CHAROND.

2. * *Teſtamentum eſt &c.*] Definitio hæc eodem redit, quo vulgata Modeſtini *l.* 1. *D. qui teſtament. facer. poſſ.* Pertinet vero tantum ad teſtamentum ſolenne: non ad privilegiatum: ac ſatis etiam ſic diſtinguit Ulpianus teſtamentum a codicillis, qui ipſius tempore nullam requirebant ſolenniratem; quo pertinet §. *ult. Inſt. de codicill.* SCHULTING.

3. *Conteſtatio*] In manuſcr. legitur *teſtatio*, id eſt, declaratio. CHAROND. Dicitur quoque eſſe *teſtatio mentis pr. Inſt. de teſtament. ordinand.*

4. *Factum*] Et hoc referri poteſt ad *teſtamentum*. Poſſet & legi *facta*, ut referatur ad *teſtatio*. SCHULTING.

5. *Teſtamentorum genera fuerunt tria*] Jure civili. Fuit & quartum jure prætorio. Eſt & quintum, civili, prætorio, & principali jure permixto. CUJAC.

6. *Genera*] De quibus plura habet A. Gellius *Noct. Attic. lib.* XV. *cap.* 27. Imperator §. 1. *Inſt. de teſtamens. ordinand.* ac Theophilus, vulgatique Interpretes. SCHULTING.

7. *Mancipationem imaginariam*] Ipſa mancipatio erat venditio imaginaria, ut Imperator ſcribit etiam §. 1. *Inſt. dict. tit.* ſed per illam verum jus conferri ordinarie in alios ſolebat: per hanc nihil adquiſivit familiæ, ſive hereditatis, emptor, qui alius erat ab herede. IDEM.

8. *Non minus quam*] Sic Verres apud Ciceronem *lib.* I. *in Verr. cap.* 45. in edicto ſcripſerat: *non minus multis ſignis, quam ex lege oporteat.* Major numerus non nocet. Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit.* 4. *A.* §. 10. IDEM.

9. *Quinque teſtes*] Jure Prætorio ſeptem teſtes deſiderabantur: non vero libripens, aut familiæ emptor, §. 2. *Inſt. dict. tit.* Manſit vero diſtincta utraque hæc teſtandi forma, juris civilis, & Prætorii, diu poſtea, *l.* 1. *Cod. Theod. de teſtament. & codicill.* & meminit utriuſque Papianus *Reſponſ. tit.* 43. At tempore Theodoſii Junioris, per *l.* 21. *C. hoc tit.* cœpit in unam conſonantiam jus civile, & Prætorium jungi, ut ſcribit Juſtinianus §. 3. *Inſt. dict. tit.* Accuratius hoc exponit Jac. Gothofredus *ad d. l.* 1. *Cod. Theod. de teſtament. & codicill.* Quod in Pandectis, & Codice hæc forma non ita occurrat, id illorum compilatoribus adſcribendum eſt. IDEM.

10. *Teſtes*] In manuſcript. marg. additur, *cives Romani puberes*. CHAROND. Hæc, quæ in margine Ms. addita ſunt, dubito, an non ſint ab aliquo ſtudioſo adjecta. SCHULTING.

11. *Ad libra penſa*] Lege, *Aut libripens*. CUJAC.

11. * *Aut libripens*] Sic jam edidit Charondas: idque ſenſus exigit. alix edd. *ad libra penſa*. SCHULTING.

12. *Inter teſtatorem, & familiæ emptorem*] Et ideo ſeorſim in tabulis heres ſcriptus (plerumque enim cui fit mancipatio, non fit nuncupatio) ad teſtamentum

rem, & familiae emptorem fit: & ob id domestici testes adhibendi non sunt.

4. [11] Filio familiae emente, pater ejus testis esse non potest.

5. Ex duobus fratribus, [14] qui in eadem patris potestate sunt, alter familiae emptor, alter testis esse non potest: quoniam quod unus ex his [15] mancipium accipit, adquirit patri, [16] cui filius suus testis esse non debet.

6. [17] Pater, & qui in potestate ejus est constitutus: [18] duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique, [19] vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente, quoniam nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

7. [20] Mutus, surdus, furiosus, [21] pupillus, [22] femina, [23] neque familiae emptor, neque testis, libripensve fieri potest.

8. [24] Latinus Junianus & familiae emptor, & testis, & libripens fieri potest: [25] quoniam cum eo testamenti factio est.

9. In

tum testis adhiberi potest: at sublata mancipatione, sane creditur hodie, ut recte Justin. ait in §. *sed neque. de testa. ord.* totum hoc negocium inter testatorem & heredem agi. Proinde heres, aut qui per potestatem heredi conjunctus est, testis adhiberi non potest. CVJAC.

13. *Filio familiae emente*] Familiam, scilicet. Posset tamen & legi, *filio familiam emente.* SCHULTING.

14. † *Qui in eadem patris*] *Qui ejusdem p.* CVJAC. Sic & *ejusdem* est in margine ed. Paris. ciɔIɔLXXXVI. idque rectum. SCHULTING.

15. *Mancipium*] Non accipit *mancipium* proprie: sed *mancipio*: ac si melius scriberetur. IDEM.

16. *Cui filius suus testis esse non debet*] Et sic ergo res haec imaginaria imitabatur etiam hac in parte veritatem. IDEM.

17. *Pariter, & qui in potestate*] Lego, *Pater, & qui in potestate ejus est constitutus, & duo fratres, &c.* vide *l. pater. de test.* CVJAC.

17. * *Pater, & qui in potestate &c.*] Haec ita a praecedentibus distinximus, ac repraesentavimus, post edit. Paris. ciɔ Iɔ LXXXVI. quae priori regulae perperam in aliis cohaerent: & pro *pater* legitur illic *pariter.* Ac *pater*, quod ratio exigit, scriptum est quoque in *l. 17. D. de testib.* qui locus ex hoc ipso est desumptus, & in §. 8. *Inst. de testament. ordinand.* SCHULTING.

18. *Duo fratres*] In *d. l. 17. & d. §. 8.* scriptum est, *item duo fratres*, recte. IDEM.

19. *Vel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente.*] Pro his Tribonianus reposuit, *in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt*: ablata enim erat familiae emptio. IDEM.

20. *Mutus, surdus &c.*] Add. §. 6. *Inst. de testament. ordinand. l. 20. §. 4. 6. D. qui testament. facer. poss.* IDEM.

21. *Pupillus*] Livius apud Priscianum *lib.* VIII. *p. 792.* ita scribit. *Impubes libripens esse non potest, neque antestari*: ubi quid sit *antestari*, dictum est ad Cajum *Inst. lib. I. tit. 6. §. 3.* IDEM.

22. *Femina*] De feminae testimonio rata haec sunt. femina *ἐν ταῖς ἀνοΐαις ταῖς*, testis loco produci potest, *l. ex eo, 18. de test. l. qui testam. 20. §. mulier. de testam.* Femina, *ἐν ταῖς εὐφυΐαις* testis adhiberi non potest. & hoc Graecus interpres tradit. CVJAC.

23. *Neque familiae emptor, neque testis, libripensve fieri potest*] Sunt haec officia, non quidem publica, sed tamen ex iis, quae vocantur civilia, *l. 2. D. de regul. jur.* vel virilia, *l. 1. §. 1. D. de postuland. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. D. ad S.C. Vellejan.* Quin & Seneca testimonii perhibitionem in testamento aequiparat officio advocati, & candidatum adjuvantis. Verba ejus *epist.* VIII. haec sunt. *Si hoc mecum, si hoc cum posteris loquor, non videor tibi plus profuisse, quam cum ad vadimonium advocatus descenderem, aut tabulis testamenti annulum imprimerem, aut in Senatu candidato vocem & manum commodarem.* ut adeo non tantum inde arceantur muti, surdi, furiosi: sed & pupilli; imo & feminae: quarum operam olim putabant comparatam esse ad domesticam diligentiam, secundum Columellam *de re rustic. lib.* XII. *praefation.* Atque ex his dijudicari potest, an, postquam jure novo codicilli quoque solenniter conficiuntur, *l. ult. C. de codicill.* in iis mulieres testes liceat adhibere. Sed hoc obiter. SCHULTING.

24. *Latinus Junianus & familiae*] Quoniam commercium habet, ut supra *tit. prox.* CVJAC.

25. *Quoniam cum eo testamenti factio est*] Ita & *tit. 11. §. 16.* & haec ratio fortior est, quam quod cum eo est commercium: quid enim vetat, alicui concessum esse commercium, non tamen etiam jus ex testamento capiendi? quomodo videmus dari, quibus facultas est usucapiendi; qui tamen ex testamento aliquid accipere,

9. In teſtamento, quod per aes & libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio, & nuncupatio teſtamenti. [26] Nuncupatur teſtamentum in hunc modum. Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit. [27] HAEC VTI [28] IN HIS TABVLIS, CERISVE SCRIPTA SVNT, [29] ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR: [30] ITAQVE, VOS QVIRITES, TESTIMONIVM [31] PRAEBITOTE: quae nuncupatio, & teſtatio vocatur.

10. [32] Fi-

pere, idve uſucapere prohibeantur: ad quos pertinet reſponſum Javoleni *l. 7. D. pro legat.* cum Latino autem Juniano quatenus fuerit teſtamenti factio, patet ex *tit. 17. §. 1. tit. 22. §. 2.* SCHVLTING.

26. *Nuncupatur teſtamentum in hunc modum, &c.*] Alibi *nuncupari* dicuntur quæ verbotenus enunciantur, ut in quadam lege XII. tabularum, *uti lingua nuncupaſſit, ita jus eſto.* quo pacto & vota dicebantur *nuncupata*, quæ magiſtratus in provincias ituri faciebant: quæque in tabulas referebantur, multis præſentibus, Feſto teſte *v. nuncupata pecunia.* Hic vero non pronunciatur tenor ipſius teſtamenti: ſed generaliter, hic contineri voluntatem teſtatoris. Atque hanc formulam, quam Vlpianus ſubjicit, ex ipſis tabulis teſtatorem recitaſſe non dicit Vlpianus: quamvis id factum eſſe, videatur poſſe colligi ex Iſidoro *Origin. lib. V. cap. 24.* verum nec is dicit, id recitatum *ex tabulis*, at *in tabulis*: quod tamen non recte dicitur: & forte negligentius eſt ſcriptum ab Iſidoro, qui aliqua ibidem habet, ne juris quidem tironi placitura. Iſidorum vero deſcripſit Auctor Gloſſarii, cujus ſcheda membranacea MS. apud me ita habet. *Nuncupatio, quam in tabulis teſtator recitat.* Longe vero hinc diſtat illud, quod in teſtamento *nuncupatum* dicitur *l. 9. §. 2. D. de heredib. inſtituend.* quod nihil aliud eſt, quam dictatum librario. Hoc non monerem, niſi incidiſſem in ſcriptorem, qui in eo eſſet lapſus. IDEM.

27. HAEC VTI IN HIS TABVLIS, CERISVE SCRIPTA SVNT *&c.*] Cl. Salmaſius *de ſubſcribendis & ſignandis teſtamentis cap. 19. & 20.* per ceras intelligit ceras exteriores, quibus ſigna impreſſa ſunt. Sed an in illis aliquid datur & relinquitur? Ego intelligerem potius interiorem partem, vel illam, in qua teſtator animi ſui judicium expoſuit. Et ipſe Salmaſius alibi, *cap. 24.* fatetur, in exteriore parte lignearum tabularum, ſive ſumma ſuperficie, nullas ceras fuiſſe. Nec verum eſt, quod idem Vir Præclarus ſcribit *cap. 26* tales tabulas ceratas in ſcriptis Jurisconſultorum non apparere. occurrunt certe cerati codicilli, *l. 32 pr. D de legat. III.* bonorum poſſeſſio *contra lignum, l. 19. D. de bon. poſſ. contr. tabb.* ligneæ tabulæ *l. 1. D. de bon. poſſ. ſec. tabb.* etſi talium uſum procedente tempore minorem fuiſſe nullus infitias ivero. Sed tamen & poſt Conſtantini tempora, contra ac ille exiſtimat, invenimus apud Themiſtium non tantum *πινακίδια Oratione XVI. princ.* ſed & *Or. XVIII. de audiendi cupiditate Theodoſii, p. 221.* memini pugillarium & ſtyli. Verba hæc Ταῦτα ἂν μοι δοκῶ ἅπασιν ἐπιστατοῦντι ἀκριβῶς χρῆσθαι δυνήσεσθαι πινακίδι καὶ τῷ αὐτῷ. Hoc eſt, interprete D. Petavio, *Hæc igitur cum ſingillatim conſidero, pedetentim uti pugillaribus ac ſtylo neceſſe eſt.* evidenti indicio, adhuc ſub Theodoſio ceratas tabulas in uſu fuiſſe. & Imperator *§. 12. Inſt. de teſtament. ordin.* earum meminit, ut rei uſitatæ. IDEM.

28. IN HIS TABVLIS, CERISVE] Ita in *l. 1. §. 4. D. de leg. Cornel. de falſ.* ubi ſcriptum eſt, *cereisve*, pro quo tamen malim *cerisve*, quod habent antiquæ editiones quædam, cum Amplisſimo Bynkershoeck *Obſervation. lib. III. cap. 21.* aut dicendum, *cereisve* ſcriptum eſſe antiquo more pro *cerisve.* Sic autem quoque Livius *lib. I. cap. 24.* dixit, *ex illis tabulis, cereve*, quem laudat idem Vir Inſignis, addens, ita locutos veteres, evitandæ captionis ergo: proprie enim non inſcribebatur tabulis, ſed ceræ iis inductæ. IDEM.

29. ITA DO] Iſidorus habet, *ita dico*, quod legitur etiam ad marginem ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. Recte habet *do.* IDEM.

30. ITAQVE, VOS QVIRITES, TESTIMONIVM PRAEBITOTE] Huic dicto accedebat antetſtatio, auresque teſtium tangebantur. Id docet Clemens Alexandrinus loco a nonnullis laudato *ſtrom. lib. V. p. 574.* ubi ſcribit, a Romanis quædam circa teſtamenta obſervata eſſe: eoque pertinentia ab ipſo referuntur, ζυγὰ, καὶ λοιπὰ, καμπυλόν τε, καὶ τὰ ἄλλα ἐπιφέροντα, *libra, aſſes, mancipationeſque, & aurium adtreſtationes.* Attigi hoc ad Cajum *Inſt. lib. I. tit. 6. §. 3.* Nihil de ſubſcriptione: quam etiam jus civile non exigebat, ut nec ſigna, *§. 3. Inſt. de teſtament. ordinand.* ut adeo res hæc commiſſa videatur primo prudentiæ teſtantium, quo quiſque modo voluntatem ſuam vellet ſervare ſecretam. Sed Prætor ſigna quoque exegit, *§. 2. Inſt. dict. tit.* ac quod de fide tabularum cautum eſt Senatusconſulto a Paulo relato *Sentent. lib. V. tit. 25. §. 6.* ad has quoque tabulas pertinuiſſe videtur; ſicuti ibidem notavimus. IDEM.

31. † PRAEBITOTE] *perhibetote. V. Obſ. VI. 37.* CVJAC. Non nego, defendi poſſe *prabitote*, vel *prabetote*: verbum tamen *perhibere* frequens eſt in hac materia: ac ſic *l. 20. §. 3. l. 21. §. 2. D. qui teſtament. facer. poſſ. l. 9. C. de teſtib.* Sic Paulus *Sentent. lib. III. tit. 4. A. §. 4.* ita Theodoſius Imp. *Novell. tit. 9.* ſcribit hac ipſa de re. *Ideo veteres teſtamenta ſcripta teſtibus offerebant; oblatarumque eis tabularum perhibere teſtimonium poſtulabant.* Vt proinde alienus non ſim ab emendatione Cujacii *ad Paul. Sentent. dict. loc. & Obſ. lib. VI. c. 37.* legentis *perhibetote*, quod in ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. receptum eſt, & ita MS. Aured. SCHVLT.

10. [32] Filius familiae teſtamentum facere non poteſt: quoniam nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit. [33] Sed Divus Auguſtus [34] Marcus conſtituit, ut filius familiae miles de eo peculio, quod in caſtris adquiſivit, teſtamentum facere poſſit.

11. [35] Qui de ſtatu ſuo incertus eſt, (facito, quod patre peregre mortuo, ignorat, ſe ſui juris eſſe) [36] teſtamentum facere non poteſt.

12. Impubes, licet ſui juris ſit, teſtamentum facere non poteſt: [37] quoniam nondum plenum judicium animi habet.

13. [38] Mutus, ſurdus, furioſus, itemque prodigus, cui lege bonis interdictum eſt, teſtamentum facere non poſſunt: mutus, [39] quoniam verba nuncupationis loqui non poteſt: ſurdus, [40] quoniam verba familiae emptoris exaudire non poteſt: furioſus, quoniam mentem non habet, ut teſtari de ea re poſſit: prodigus, [41] quoniam commercium illi interdictum eſt, & ob id familiam mancipare non poteſt.

14. [42] Latinus Junianus, item is, qui deditiorum numero eſt, teſtamen-

32. *Filius familiæ*] De hoc agitur *pr. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtament.* & fuſe ab interpretibus.

33. *Sed divus Auguſtus Marcus*] Supereſt, *Marcus*, §. *1. quib. non eſt per. fac. teſt.* CVJAC.

34. *Marcus*] Non Marcus, ſive Marcus Antoninus filiisfamilias jus de peculio caſtrenſi teſtandi dedit: ſed Auguſtus, Nerva, Trajanus, Hadrianus, *pr. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtament.* ut proinde hoc verbum ſupereſſe recte exiſtimet Cujacius. Sed V. C. Marc. Aurel. Galvanus *de uſufruct. cap. 9. n. 6.* reponit *Magnus*: quia id nomen Imperatoribus paſſim tribuitur. At in jure id quidem tribuitur Antonino Baſſiano, ſive Caracallæ a Marciano *l. ult. §. 11. D. de publican. & vectigalib. l. 9. D. de diverſ. temporalib. præſcriptionib. l. ult. C. ad leg. Jul. majeſtat.* ac a Paulo *l. ult. D. de veteran. l. 11. §. 1. D. de legationib.* ut & in nummo apud Illuſtrem Virum, Ezech. Spanhemium *Orb. Roman. Exercitation. 11. cap. 4.* Sed Octavianum Cæſarem Auguſtum ſibi hunc titulum tribuiſſe nunquam quis probaverit. SCHVLTING.

35. *Qui de ſtatu*] *L. de ſtatu, 13. de teſtam.* CVJAC.

36. *Teſtamentum facere non poteſt*] Quia hic legare, & jubere non poteſt, qui neſcit, an voluntas ſua ullius ſit momenti. Exceptio eſt in milite, quia de rebus caſtrenſibus, etiam ſi ſit filius familias, teſtari poteſt, *l. 11. §. 1. D. teſtamen. milit. l. 9. D. de jur. codicillor.* SCHVLTING.

37. *Quoniam nondum plenum judicium animi habet*] Ita Ulpianus accurate loquitur. Nec aliter intelligendum eſt, quod dicitur §. *1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facer. teſtamens.* impuberibus nullum eſſe animi judicium, hoc eſt, non ſufficiens, quod non plus hic juris dat, quam ſi eſſet nullum. Exceptæ fuerunt olim ab hac regula Virgines Veſtales: ac poſtea a Conſtantino, qui quæve in virginitate ac continentia vitam agerent, Sozomeno teſte *Hiſtor. Eccleſiaſtic. lib. 1. cap. 9.* IDEM.

38. *Mutus ſurdus*] Surdus mutus ita natus, teſtamentum facere non poteſt. Surdus mutus ita factus, teſtamentum facere poteſt, ſi ſciat litteras. Æque ſurdus ita natus aut factus teſtamentum facere poteſt: itemque mutus ita natus aut factus, ſi ſciat litteras. Ceterum hæc eſt Juſtiniani conſtitutio, ex qua in *l. mutu, 27. de legat. III.* additum eſt, *niſi ſupervenions morbus ei impedimento ſit.* CVJAC. Vide §. *3 Inſt. diſſ. tit.* ubi hæc exponuntur.

39. *Quoniam verba nuncupationis loqui non poteſt*] Nec teſtes rogare.

40. *Quoniam verba familiæ emptoris exaudire non poteſt*] Quando is dicebat: *Ajo, hanc familiam mihi emptam eſſe hoc ære, & hac æneâ libra.* Sed nec teſtium, quando anteſtatio fiebat, de qua antea diximus, verba exaudire poterat. SCHVLTING.

41. *Quoniam commercium*] Quanquam hæc ratio deficiat hodie, non tamen habet prodigus teſtamenti factionem: nimirum quia non tantum commercio ei, ſed etiam bonis ſuis interdicitur. Ait enim prætor, ut eſt in formula interdictionis: OB EAM REM TIBI EA RE COMMERCIOQVE INTERDICO. *Ea re*, id eſt, bonis paternis avitisque. CVJAC.

42. *Latinus Junianus &c.*] Idem docet Cajus *Inſt. lib. 1. tit. 1. §. 4.* quamvis ei eſſet commercium, *tit. 19. §. 4.* & cum eo eſſet teſtamenti factio, §. *2. hoc tit. & tit. 11. §. 16.* Latini vero vivebant quidem ceu liberi, at ceu ſervi moriebantur, eorumque bona patronus occupabat jure peculii, §. *4. Inſt. de ſucceſſion. libertor.* ſed de his libertis actum titulo ſpeciali, 4 & ſæpe alibi. SCHVLT.

43. *Hoc*

Digitized by Google

mentum facere non poteſt: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus eſt: is autem, qui dedititiorum numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus: [43]nec quaſi peregrinus, quoniam nullius [44]certae civitatis ſciens, [45]ut adverſus leges civitatis ſuae teſtetur.

15. [46]Fe-

43. *Nec quaſi peregrinus*, &c.] Quales etiam poſt communicatam cum omnibus ingenuis in orbe Romano civitatem ab Antonino Caracalla ſatis multi in Imperio Romano manſere, quando ſupererant variæ civitates liberæ: de quo dictum obiter *ad tit. 19. §. 4.* IDEM.

44. *Certæ civitatis ſciens*] Lego *certæ civitatis civis eſt.* vel *certæ civitatis ſit.* CVJAC. Cujacius reponit *certæ civitatis civis eſt*: vel, ut & Charondas edidit, *certæ civitatis ſit.* probo, *certæ civitatis civis eſt*: & vulgatum *ſciens* videtur eſſe natum ex *civis eſt.* Sed ad rem. nimirum quod ad illa, quæ juris civilis ſunt, ſive apud Romanos, ſive apud alios, qualia ſunt nuptiæ, patria poteſtas, teſtamenti factio, jus legitimarum hereditatum, aliaque plura, magnum inter ipſos peregrinos eſt diſcrimen: nonnulli enim omni prorſus civitate carent, alii jus civitatis alicubi habent. Priores vocantur ἀπόλιδες, *ſine civitate*, *l. 1. § 2 D. de legat.* III. *l. 17. §. 1. D. de pœn.* (quo modo Chryſoſtomus *in Geneſ. ſermon.* LII. Iſaacum dicit fuiſſe ξένον τῇ ἀπολιδα: qui & alibi eo verbo utitur *de ſtatuis* IV. *p. 488. in Pſalm.* VIII *ad Eſai. cap. 3. p. 1050. in Matth. Serm.* LXXXIX. *p. 545. & alibi*) ac, quoniam nullius ſocietatis civilis membra ſunt, nullam quoque juris civilis habere poſſunt communionem: ſed illa tantum habere & agere, quæ juris ſunt naturalis gentiumve: illoque modo, quem dictat ejuſdem juris ſimplicitas: quoniam in ſocietate hominum ſaltem ſunt: idque recte tradunt Juriſconſulti *l. 17. §. 1. D. de pœn. l. 15. D. de interdict. & relegat.* De aliis peregrinis, qui ad certam pertinent civitatem, ſtatim videbimus. De peregrinis in genere quædam commentatur Barn. Briſſonius *Selectar. ex jur. civil. antiquitat. lib. 1. cap. 13.* unde multa habet Gothofredus *ad l. 1. C de heredib. inſtituend.* SCHULTING.

45. *Ut adverſus leges*] *Adverſus*, pro *ſecundum*, poſitum eſt: ut ſit *ſecundum leges.* Sic in *tit. 28.* Bonorum poſſeſſio *adverſus tabulas*, quæ *juxta tabulas* in *tit. 23.* Sic in *l. naturaliter, 5. de uſu. & uſuc.* Cajus ait, poſſeſſionem non tantum adverſus eum interrumpi, qui eripit, ſed adverſus omnes: id eſt, non ei tantum utilem eſſe uſurpationem, qui eripit, ſed etiam omnibus: id quod intelligi poteſt ex tit. *quemad. ſervit. amitt.* in quo multis in locis oſtenditur, ſervitutes uſurpari per ſocium, & quemcunque poſſeſſorem, per eum etiam, qui ſe ſuo jure uti non putat. CVJAC.

45.* *Ut adverſus leges civitatis ſuæ teſtetur*] Probo interpretationem Cujacii *ad hunc loc. & ad l. 5. D. de uſurpation. & uſucapionib.* ut *adverſus* accipiatur pro *ſecundum*, uti ſit *tit. 22. § 1.* quam ſequitur quoque Janus a Coſta *ad pr. Inſt. de teſtament. ordinand.* quidquid Cujacio obloquatur Joh. Robertus *Receptar. lection. lib. 11. cap. 32.* Hinc vero liquet, peregrinos quoque poſſe teſtamenta condere, non jure quidem Romano, ſed ſuæ civitatis. Inde Cicero *pro Arch. poët. cap. 5.* ut oſtendat, Archiam vixiſſe ut civem Romanum, non ſimpliciter allegat, quod is ſæpe fecerit teſtamentum: ſed addidit, *fecit noſtris legibus.* Quin & interdictos aqua & igni (quos tamen ſtatim civitate excidiſſe jam olim placuit, *l. ult. D. de legationib.* quamvis cum nonnullis aliud velit Cicero *pro Cæcin. cap. 34. pro dom. ſua ad Pontif. cap. 30. pro Balb. cap. 11.* & alibi) teſtari potuiſſe ad Tiberii tempora uſque, inde colligitur, quod illum id prohibuiſſe, idque poſtea obſervatum eſſe, tradat Dion Caſſius *lib.* LVII. *p. 618.* Sub eodem tamen Tiberio ſingulare exemplum teſtamenti talis, quod effectum habuit, refert Tacitus *Annal. lib.* IV. *cap. 43.* Facta vero dubio procul illa ſecundum jus civitatis, ubi quis vivebat ut civis: quomodo & adrogationes a talibus eſſe factas, apparet ex Cicerone *Epiſtol. familiar. lib.* XIII. *epiſt. 19.* qui etiam, quo pacto circa hereditates ab inteſtato legibus ſuis peregrini uſi ſint, oſtendit *in Verr. lib. II. cap. 22.* Quæ cum ita ſint, non ſtatim, cum legimus, aliquid ſolis civibus Romanis adſcribi, inde colligendum eſt, non eſſe quoque talia alibi uſitata: pleraque enim & alibi locum inveniunt, illicque ſuam iis quoque formam aſſignarunt legum conditores. Unum vero hic notemus ex verbis Ulpiani, non ſufficere in jure noſtro, ut teſtamentum a cive Romano, aliove ordinetur ſecundum legem loci, in quo illud fit: ſed in eo tenenda eſſe juris civilis, cui quis obſtrictus eſt, placita ac regulas; alioquin illud non valebit: idque in jure noſtro clare cavetur, *l. 4. D. qui teſtament. facer. poſſ.* nec privata voluntate quis inde recedere poteſt, *l. 3. D. eod. tit.* quod fieri ſane poſſet, ſi alius, & illo jure improbatus modus effectum hic ſortiretur. Inde & cives Romani peregrinantes ſæpe non poterant condere teſtamenta: ac viſus eſt neceſſarius uſus codicillorum, *pr. inſt. de codicill.* quo non ita fuiſſet opus, ſi ſecundum jus loci, ubi quis moraretur, teſtari licuiſſet. Atque hinc manifeſtum fiet, non recte probari ex jure civili, teſtamentum fieri poſſe ſecundum formam eo loco, ubi fit, obtinentem. Quin &, ne in talibus jurium civilium varietas in rebus humanis difficultates pareret, Romani neminem duarum plurimumve civitatum civem eſſe patiebantur. Unde Cicero *pro Balb. cap. 13.* ita ſcribit. *O jura præclara, atque divinitus jam inde a principio Romani nominis a majoribus noſtris comparata, ne quis noſtrum plus quam unius civitatis eſſe poſſet: diſſimilitudo enim civitatum varietatem juris induxit neceſſe eſt.* Ut vero aliquid hic addam de hodierno jure, & ego exiſtimo, hodie

15. [46] Feminae post duodecimum annum aetatis testamenta facere possunt, [47] tutore auctore, [48] donec in tutela sint.

16. [49] Servus publicus [50] Praetoriani [51] parte dimidia testamenti faciendi habet jus.

TITV-

hodie testamentum recte factum secundum jus loci, ubi conditum est, ubivis, ubi non obstant specialia jura, vim suam sortiri debere, non quia in jure actus omnes valent, modo sint gesti secundum jus loci, ubi peracti sunt: verum quia jus testamentorum, ut & herediratum, nec non nuptiarum, aliorumque plurium, non ita restrictum est hodie, quam quidem fit jure Romano, ad solos cives: ac sic considerari testamentum potest hodie tamquam actus aliquis juris gentium: quales etiam in jure civili judicantur secundum jus loci, in quo sunt celebrati, *arg. l. 6. D. de evictionib.* Atque ita re considerata, cum ratione juris civilis optime convenit illa, quam vulgo hodie tenent, sententia, auctoritate supremarum curiarum confirmata: ut docent Viri Juris Consultissimi, Joh. a Sande *Decision. lib.* IV. *tit. 1. definition. 14.* & Joh. Voet. *ad tit. D. de constitutionib. Princip. part. 2. de statut. n. 13.* Discrimen illorum, quae juris gentium sunt, & quae juris civilis, reperitur in *l. 17. §. 1. D. de pœn. l. 15. D. de interdict. & relegat.* idque jam attigimus *ad tit. 11. §. 27.* SCHVLTING.

46. *Feminae*] Sui juris: adeoque non quae in manu erant virorum, ac loco filiarumfamilias: de quibus actum *ad tit. 9.* Nec admitti potest, quod putat Cujacius *Observation. lib.* VII. *cap. 11.* & Aleander *ad Caj. Inst. lib.* II. *tit. 2. §. 1.* tales testari potuisse. Repugnat notissima de filiisfamilias regula. Induxere eos Ciceronis *in Topic. cap. 4.* verba haec. *Si ea mulier testamentum fecit, quae se capite nunquam deminuit, non videtur ex edicto Praetoris secundum eas tabulas possessio dari.* At si inde concludas, eam mulierem tantum, quae convenit in manum, potuisse testari, ut verba videntur velle, sequetur, nec illam, quae erat in tutela, quae debebat esse sui juris, testamentum condere potuisse: quod absurdum erit, ac ex hoc Ulpiani loco evertitur. Rectius Boëthius Ciceronis verba intelligit de muliere, quae testamentum facit sine tutoris auctoritate: ac sic nihil inde difficultatis. Sic Ulpianus *tit. 1. §. 17.* dixit mulierem, quae in tutela est, non posse manumittere, scilicet, sine tutoris auctoritate. IDEM.

47. *Tutore auctore*] Hoc enim est civile negotium, ad qualia opus erat auctore tutore, *tit. 11. §. 27.* Olim quoque liberta patroni auctoritatem debebat adhibere, *tit. uls. §. 3.* Non est vero mirum, plus hic posse auctoritatem tutoris, quam circa filiumfamilias efficit patris permissio, quae nihil juvat, *pr. Inst. quib. non est permiss. facer. testament. l. 6. pr. D. qui testament. facer. poss.* non enim hic tam permittentis, vel auctorantis persona est considerandа, quam ejus, qui testabitur: ad hoc vero nequaquam admittendus est filiusfamilias: nec privatorum voluntate mutari potest hoc jus, tamquam publicum, *l. 3. D. diff. tit. junct.* *l. 38. D. de pact.* at mulier haec est persona sui juris, quae tamen, ob infirmitatem consilii, tutoris auctoritatem adhibet. Quando vero mulieribus fit data testamenti factio, quam sane ab initio habere non potuerunt, cum in comitiis, aut in procinctu testamenta fierent, non constat: quamvis Ciceronis tempore eas hanc habuisse certum sit ex ipsius testimonio *pro Cacin. cap. 6.* ubi, quae testabatur, *in matrimonio* fuisse dicitur quidem, *cap. 5.* & nupsisse, *cap. 6.* at nihil de in manum conventione. IDEM.

48. *Donec in tutela sint*] Illa vero per *in manum* conventionem finita, cum essent jam *filiarumfamilias* instar, testari non potuerunt: ut recte hoc accipit V. C. Marc. Aurel. Galvanus *de usufruct. cap. 9. n. 8. nis.* IDEM.

49. *Servus publicus*] Servum publicum appellat eum, quem vulgo tabellionem aut notarium dicimus, qui idem magistratuum decreta, judicia, & alia ejus generis excipiebat: unde etiam eorum servus vocabatur. Ideo enim munus illud servis mandabatur, quia Romanorum jure non licuit per liberas personas sibi quaerere vel contrahere, sed per eas tantum, quae sunt in nostra potestate. Et servus quidem publicus totius erat civitatis, ipsiusque P. R. Postea id muneris Arcadius per liberos homines exerceri voluit. Ejus extat constitutio *lib.* X. *C. de tabul.* CHAROND. Publicos servos Respublica habuit olim multorum generum. videatur Laur. Pignorius *de serv. p. 60. & seqq.* inter quos fuere quoque tabularii, qui rationes tractarent: & qui notis scriberent, sive notarii: & qui instrumenta possent concipere, quod tabellionum est: (nec enim hi confundendi sunt, cum inter se differant. Pater hoc ex iis, quae tradit Cujacius *ad l. 15. C. de decurionib. lib.* X. *ad Novell.* XLIV. *& Observation. lib.* XII. *cap. 11. fin.*) ac non recte simpliciter Charondas servos publicos pro tabellionibus, aut notariis accepit, & hos confudit. SCHVLTING.

49. * *Servus publicus praetorisve*] Legendum, *servus publicus, P. Romani.* cui non absimilis error est in *tit. ul. 25.* Plus ergo juris habent servi publici P. Romani, quam aut civitatum, aut privatorum servi. CVJAC.

50. *Praetoriani*] Ita habet codex Tilii, (non *Praetorisve*, ut edd. primae, & aliquae recentes, tam hic, quam *tit. 25. §. 28.*) adtestante Cujacio *Observation. lib.* XVII. *cap. 28.* ubi quoque probat, legendum esse *populi Romani.* Quam facile ex notis *P. R.* hoc est, *populi Romani*, fieri possit *PR.* hoc est, *Praetor*, vel *Praetoris*, indicat Marius Victorinus *Art. Grammatic. pag. 2468.* dum ita loquitur. P. R. *quoties Praetorem significare vultis, nolite interpungere, ne fiat* Populus Romanus. Hic ex P. R. factum fuit PR. id est, *Praetoris:* ac inde *Praetoriani*, dum neglecta est interpunctio.

Glio. Pluribus hanc emendationem Cujacianam, aliaſque adſtruit, ac contra iniquam non neminis reprehenſionem tuetur Elegantiſſimus Juriſconſultus, Ant. Fouquelinus *ad §. uls. Inſt. de vulgar. ſubſtitut.* SCHULTING.

51. *Partis dimidiæ teſtamenti faciendi habet jus*] Pro pœna ob crimen hoc ſtatuitur, ne is, qui alioquin in ſolidum id poſſet facere, nunc uberius poſſit, apud Paulum *Sententiar. lib.* II. *tit. 26 §. 13.* Hic eſt hoc beneficii, quo pertinentia plura habet V. C. Petr. Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 5.* IDEM.

TITVLVS XXI.

Quemadmodum Heres inſtitui debeat.

1. Heres inſtitui recte poteſt his verbis, TITIVS HERES ESTO, TITIVS HERES SIT, TITIVM [1] HEREDEM ESSE JVBEO. Illa autem inſtitutio, [2] HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO, pleriſque improbata eſt.

1. HEREDEM ESSE JVBEO] Verbum *jubeo* directum eſt, *tit. 24. §. 4.* ſive imperativum, & civile, quo quis legat, ut loquebantur XII. tabulæ, ſeu imperat legis modo. Interdum tamen precarium, *l. 28. §. 13. D. de liberation. legat.* Vt adeo de eo videatur eſſe dubitatum: & Imperator *l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* id dicit eſſe directum *forte.* Exponit hæc Cujacius *Obſervation. lib.* XI. *cap. 25. lib.* XVII. *cap. 21.* SCHULTING.

2. HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO] Cur hæc inſtitutio pleriſque improbata eſt, HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO? utrum, quia ſola lex heredem inſtituit, heredem facit? an quia hæc verba pleriſque videntur non eſſe directa? ſed hæc verborum ſolemnitas abolita eſt, *l. quoniam, 15. C. de teſtam.* CVJAC. Ratio, ob quam hæ formulæ improbatæ fuerint, videtur fuiſſe, quia hic teſtator refert, narrat, & indicat, nec verba hæc habent vim imperandi, ut *legi, tit. 24 §. 3. junct. §. 1.* Ita Anton. Faber *de errorib. Pragmaticor. decad.* XLIX. *error. 10. n. 10. 11.* clarius, quam Cujacius *hic*, & rectius. Vtraque hæc formula proponitur quoque ab Imp. Conſtantino *l. 15. C. de teſtament.* ubi hanc ſcrupuloſitatem improbat. SCHULTING.

TITVLVS XXII.

Qui Heredes inſtitui poſſunt.

1. Heredes inſtitui poſſunt, [1] qui teſtamenti factionem cum teſtatore habent.

2. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt; [2] quia [3] peregrinus eſt, [4] cum quo teſtamenti factio non eſt.

3. [5] *Latinus Junianus*, ſiquidem mortis teſtatoris tempore, vel intra [6] diem

1. *Qui teſtamenti factionem*] Teſtamenti factionem appellant J. C. facultatem faciendi teſtamenti vel aliquid ex teſtamento jure Quiritium capiendi. CHAROND.

2. *Quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt, ſiquidem*] Ex his, quæ diximus in *tit. 17.* apparet, ita hunc locum emendari oportere, *quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt. Latinus Junianus, ſiquidem mortis, &c.* Nam cum Latino proculdubio teſtamenti factio eſt: alioquin, nec ſi intra diem cretionis civis Romanus fiat, recte heres inſtituitur, *§. in extraneis de her. qual. & diff.* CVJAC.

3. *Peregrinus*] Et nullius civitatis quoque, *tit. 20. §. 14.*

4. *Cum quo teſtamenti factio non eſt*] Exemplum tamen, ubi, adempta civitate, jus nexus, & hereditatum capiendarum relictum eſt, exſtat apud Ciceronem *pro Cæcin. cap. 35.* SCHULTING.

5. *Latinus Junianus*] Hæc verba ex emendatione Cujacii recepi, oſt Pacium, & D. Gothofredum: ſed alia litterarum forma repræſentavi. In aliis edd. (præter Charond. in qua ex duabus ſententiis facta eſt tantum una) ita hæc regula incipit. *Cum quo teſtamenti factio non eſt, ſiquidem &c.* Verum nihil faltius eſt, quam ab initio plane incapacem poſſe ex poſtfacto capacem fieri. contrarium evidens ex *§. 4. Inſt. de hered qualitat. & differens. l. 49. §. 1. D. de hered. inſtituend.* De Latino vero Juniano hic agi, indicant ſequentia. IDEM.

[6] diem cretionis, civis Romanus sit, heres esse potest. Quod si Latinus manserit, lege Junia capere hereditatem prohibetur. Idem juris est in persona coelibis, propter legem Juliam.

7. [7] Incerta persona heres institui non potest, velut hoc modo, QVISQVIS PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES ESTO: quoniam certum consilium debet esse testantis.

5. [8] Nec municipia, nec municipes heredes institui possunt: [9] quoniam incertum corpus est, ut neque cernere universi, [10] neque pro libito de herede cernere possint, ut heredes fiant. [11] Senatusconsulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. Sed [12] fideicommissa hereditas mu-

6. *Diem cretionis*] Centesimum, §. 27. *hoc tit.* Exponuntur hæc quoque *tit. 17. §. 1.* IDEM.

7. *Incerta persona heres institui non potest*] Nisi subserta demonstratione, sive incerta esset inter certas, §. 25. *Inst. de legat.* Hoc mutatum ab Imp. Justiniano §. 27. *dict. tit.* Non autem ideo culpandus Tribonianus, quasi in *l. 9. §. 9. D. de heredib. instituend.* reliquisset vestigium juris antiquati, uti existimat Cujacius *in Paratitl. tit. Cod. de inoert. person.* commode enim locus ille, ex mente saltem Triboniani, intelligi sic potest, ut, licet hodie persona incerta possit heres institui, tamen debeat testator talem addere demonstrationem, unde possit dignosci, quemnam voluerit. aliter valere non poterit institutio. veluti si multi sint ejusdem nominis, nec quis vocatus sit, pateat, *l. 62. §. 1. D. de heredib. instituend. add. l. 3. §. 7. D. de adimend. vel transferend. legatis.* Magis olet jus antiquatum quod dicitur, cum testator substituit impuberi filio eum, qui sibi heres fuerit, admitti solum heredem primum, non heredis heredem, ideo, *quia incertus est, l. 70. D. de verbor. signification.* Novo juri convenientior foret ratio, quod testator voce heredis hic tantum intellexerit illum, qui ex ipsius institutione & judicio venit, *l. 8. §. 1. D. de vulgar. & pupillar. substitution.* Ceterum quatenus jus vetus hac in parte mutatum sit, differit Scipio Gentilis *de errorib. testamentor. cap. 9.* IDEM.

8. *Nec municipia, nec municipes*] Plinius *lib. V. epist.* *nec heredem institui, nec præcipere posse Respub. constat.* CVJAC.

8. * *Nec municipia, nec municipes &c.*] Hæc verba Ulpiani, ac Plinii *lib. V. epist. 7.* Tacito *Annal. lib. IV. cap. 43.* opponit Muretus *ad Tacit. dict. loc.* Scribit illic Tacitus, Volcatium Moschum, exsulem in Massilienses receptum, bona sua reipublicæ eorum reliquisse. At illud factum ad jus civile Romanum non pertinuit, cum Massilienses suis legibus, Jonicis, nempe, tunc uterentur, ac viverent liberi, ut Strabo docet *lib. IV. p. 179. & seqq.* Eodem modo subtilitas juris civilis non obstitit populo Romano, quo minus Attali, aliorumque hereditates potuerit adire, usus hac in parte jure gentium. Exempla sunt apud Grotium *de jur. bell. ac pac. lib. 1. cap. 3. §. 12.* SCHULT.

9. *Quoniam incertum corpus est, ut neque cernere uni-*

versi &c.] Obstat sane municipibus & illa ratio, quia testatoris consilium circa omnes ac singulos hic non est certum, quam modo, cum de incertis personis ageret, adduxit Ulpianus: tum vel maxime, quod res exitum habere non posse videatur, cum ad hereditatem cernendo, adeundo, vel pro herede gerendo adquirendam animo & voluntate omnium opus sit: quales actus per municipes stricto jure effici non posse existimantur: uti nec petitio bonorum possessionis, quam tamen per alium possunt peragere, *l. un. §. 2. D. de libert. universitat.* ut nec per se possunt possidere, *l. 1. §. ult. D. de adquir. vel amitt. possess.* ubi additur ratio, quia universi (sic enim recte legitur in editione vulgata & Haloandri, male in Florent. *uni.*) non possunt consentire. Dico *per se*: nam per alium, servum liberumve, adquirere possessionem, & usucapere possunt: idque ita in usu esse docet Ulpianus *l. 2. D. eod. tit.* Legari tamen civitatibus jam potuisse tempore suo Ulpianus testatur *tit. 24. §. 28. l. 121. D. de legat. 1.* quod facilius debuit admitti, cum hic nulla aditio, aut cretio, vel gestio pro herede requiratur. imo & hereditas per fideicommissum universale potuit iis relinqui, ut mox dicet Ulpianus: & hereditas a suis libertis. Jure Codicis quoque inductum, ut civitates possint hereditates adquirere, *l. 12. C. de heredib. instit.* & hodie incertitudo heredis ejusmodi non obstat, *§. 27. Inst. de legatis.* IDEM.

10. *Neque pro libito de herede cernere*] Videtur legendum, *neque pro herede gerere*: nam aut cretione, aut pro herede gestione heredes fiunt. CVJAC. Charond. ed. *neque pro libito omnes pro herede gerere possint*, non incommode: genuinam tamen ab omni parte Ulpiani ipsius hanc esse scripturam non audeo adseverare. Pro illis, *pro libito*, in Paris. ela lo LXXXVI. ac, ut puto, in ipso codice Tilii, cujus lectionem ille editio passim exprimit, est *prohite*, & asteriscus in margine. Illud autem *prohite* videtur esse factum ex *pro libito*. SCHULTING.

11. *Senatusconsulto tamen*] *L. 2. de libert. universit.* CVJAC.

12. *Fideicommissa hereditas*] Aquecumque relicta: in fideicommissis enim subtilitates juris facilius insuper sunt habitæ, quam in iis, quæ directo relinquuntur, *tit. 25. §. 1. §. 3. Inst. de legat.* SCHULTING.

13. *De-*

municipibus reſtitui poteſt: [13] denique hoc Senatuſconſulto proſpectum eſt.

6. [14] Deos heredes inſtituere non poſſumus, [15] praeter eos, quos Senatuſconſulto, conſtitutionibus Principum inſtituere conceſſum eſt: [16] ſicuti Jovem Tarpejum, [17] Apollinem Didymaeum, ſicuti [18] Martem in Gallia, [19] Minervam

13. *Denique hoc S. C.*] Senatuſconſulto Aproniano, quod factum eſt temporibus D. Marci, *l. omnibus 26. ad Trebel.* CVJAC. Ita habent edd. Lovan. cIↃ IↃ L. Lugd. cIↃ IↃ LIX. & cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. imo & ſic Cujacius in nota ſua ſcribit, praterquam in ed. Fabroti, ubi in nota Cujacii pro *denique* eſt *idque*, quod exſtat in contextu edd. cum not. Cujacii, in edd. Charondæ, Pacii & Gothofredi. Verum ſi legas *idque*, quo pertinebit illud *hoc?* Non poterit ſana referri ad S. C. ante memoratum, cum hoc ab illo ſit diverſum, *l. un. §. 1. D. de libert. univerſit.* Magis eſt, ut *denique* hic notet *quin etiam*: & ſic alibi quoque illud in principio ponitur orationis, ac ubi nihil præceſſit, apud Juſtinum *lib.* IX. *cap. 4. n. 1. lib.* XXIII. *cap. 1. n. 15.* Papinianum *l. 19. D. de adoptionib.* Paulum *l. 48. pr. verſ. denique, D. de adquirend. rer. domin.* quod ignoratum forte effecit, ut aliquid mutaretur hic, & alibi. Videri poterunt Cl. Salmaſius *in Solin. p. 382.* Joh. Freinshemius *ad Flor. lib. 1. cap. 16. n. 3.* Intelligit autem Senatuſconſultum Apronianum, cujus mentio *l. 26. D. ad S. C. Trebellian.* quod non ſub Marco, ſed ante illius imperium factum fuiſſe videtur. Jus certe per illud inductum novit Julianus *l. 27. pr. D. eod. tit.* qui, ſi rerum potiente Marco non fuerit fato jam functus, ſaltem libros ſuos dudum ediderat: ſed & a Divis Fratribus allegatur ſententia, quæ ejus dicitur *fuiſſe* (non *eſſe*) *l. 17. D. de jur. patronat.* & ita quoque de ætate Juliani exiſtimat Vir Eruditus, Guil. Grotius *de vit. Juriſconſultor. lib.* II. *cap. 6.* Adeoque hoc S. C. referre malo ad tempora Hadriani, ſub quo occurrit Conſul Apronianus A. C. CXVII. & CXXIII. uti hoc viſum quoque Ant. Auguſtino *de Senatuſconſult.* quam ad tempora Divi Marci, cum Cujacio *ad hunc loc. & ad l. l. 27. pr. D. ad S. C. Trebellian. ad Julian.* qui id collegit *ex l. 20. D de reb. dub.* Verum Senatuſconſultum illic memoratum non loquitur de civitatibus, ſed de collegiis, quibus legari permittitur: ac nihil vetat dici, civitatibus prius talia conceſſa fuiſſe, quam collegiis. SCHULTING.

14. *Deos heredes inſtituere non poſſumus, praeter eos &c.*] Non pertinent hæc ad religiones privatas non ſuſcipiendas, Deosve conſecrandos, colendosve, niſi ex Senatus auctoritate; in tantum, ut id nec Imperatori licuerit, ut exiſtimat, & prolixe de eo diſſerit Vir Inſignis, Petr. Faber *Semeſtr. lib.* III. *cap. 1.* Sed id non dicit Ulpianus: verum non licere Deos heredes facere, niſi certos. Obſervavit hunc Fabri errorem quoque Vir illuſtris, Gisbertus Cuperus in litteris ſuis ad me ante quadriennium circiter datis. Non fuere vero Romani difficiles in permittendis etiam ineptiſſimis & impiis religionibus in locis ſibi ſubjectis, ut docent Athenagoras *in legation. pro Chriſtian. p. 14.* Tertullianus *Apologetic. cap. 24.* alique; at non facile conceſſere, ut liceret Deos heredes inſtituere. IDEM.

15. *Praeter eos, quos Senatuſconſulto, conſtitutionibus &c.*] Diis hunc in finem Romani dabant jus liberorum, ut ita eſſent capaces eorum, quæ ipſis relicta erant. Auctor Dion Caſſius *lib.* LV. *princ.* quod primum (etiam ſub Cæſaribus, ſub quibus talia demum inducta ſunt, lege, nempe, Julia de maritandis ordinibus ſub Auguſto) a Senatu, poſtea a Principe conceſſum fuiſſe ibidem docet. Atque adeo illa, *Senatuſconſulto, conſtitutionibus*, accipienda disjunctive, ut & circa alia conjuncta fit, *l. 53. D. de verbor. ſignification.* IDEM.

16. *Sicuti Jovem Tarpejum*] Videtur Ulpianus hic exempli cauſa aliquos referre, non id agere, ut omnes enumeret. Hic vero [nec omnes Dii majorum gentium nominantur: ac Hercules quoque contra, qui ſub illis non fuit comprehenſus, capax eſt. imo nec ipſi Dii hi ſimpliciter, at certo loco adſignati. Non autem Romæ tantum cultus admiſſos eſſe, verum & alibi, modo tali eſſent cognomine, Ulpianus indicat in verbis ſequentibus. De Jove Tarpejo, ſive Capitolino, qui ſatis eſt notus, & Romæ cultus eſt, multa cumulavit laudatus Petr. Faber *Semeſtr. lib.* III. *cap. 4.* IDEM.

17. *Apollinem Didymaeum*] Apte Jovi jungitur Apollo, cui fulmen quoque veteres adtribuunt: ac uterque in eodem alicubi templo cultus: quod docet Vir Eruditiſſimus, Petr. Burmannus *Jov. Καταιβάτης p. 109.* Dictus eſt Διδυμαῖος, vel Διδυμεύς, quaſi geminus, vel quia ſolem & lunam illuſtrat, quod vult Macrobius *Saturnal. lib. I. cap. 17.* vel quod uno partu cum Diana eſt editus. Cultus eſt Mileti hic Apollo: & in nummis Mileſiorum occurrit unus cum imagine Apollinis, & hac inſcriptione, ΔΙΔΥΜΕΥΣ ΜΙΛΗΣΙΩΝ, apud Car. Patinum *in Numiſmatib. Impp. Romanor. e ær. med. & minim. form. p. 73.* ubi plura de illo habet Eruditiſſimus ille Antiquarius. IDEM.

18. *Martem in Gallia*] Martem Gallorum Deum fuiſſe docet Cæſar *de bell. Gallic. lib.* VI. *cap. 17.* & alii. De Gallorum Diis plura collegit Petr. Pithœus *Adverſarior. lib. I. cap. 3.* IDEM.

19. *Minervam Milienſem*] Ita ed. Pariſ. cIↃIↃLXXXVI. quæ in his fragmentis Ulpiani ſecuta eſt codicem Tullianum: & pro *Milienſem* in marg. habet *Ilienſem*, quo pacto rectiſſime emendaverat Præſtantiſſimus Criticus, Adr. Turnebus *Adverſarior. lib.* VII. *cap. 21.* quem probarunt Cujacius *Obſervation. lib.* X. *cap. 3.* recedens ab eo, quod hic notaverat, & Petr. Faber *Semeſtr. lib.* III. *cap. 4.* ſic quoque habet MS. Aured.

nervam [20] Milienſem, [21] Herculem Gaditanum, [22] Dianam Epheſiam, [23] Matrem Deorum [24] Sipelenſim, [25] quae Smyrnae colitur, & [26] Coeleſtem Salinenſem Carthaginis.

7. Ser-

ac lapſus tales in littera male repetita ſunt frequentes. Adde, quod qui aliquo dictante ſcribit, ut factum ſæpiſſime eſt olim, ſæpe non bene ex auditu ſit diſtincturus hæc, *Minervam Milienſem*, & *Minervam Ilienſem*. De Minerva Ilienſi, quæ Græce dicta Ἰλιὰς, vel Ἰλία, quædam habet Vir Doct. ſſimus, Luc. Holſtenius *ad Stephan. v.* Ἴλιον. Hanc vero Romani etiam coluere, ejuſque ſimulacrum nomine Palladii erat in templo Veſtæ: ac in nummis Veſta expreſſa eſt tenens Palladium manu, apud Juſt. Lipſium *de Veſt. & Veſtalib. cap. 9.* alioſque. Antea hic legebatur *Melienſem*, quod defendere conatur Rad. Fornerius *Rer. Quotidianar. lib.* II. *cap.* 8 nihil dicens obſtare, quominus ea intelligatur, quæ dicta eſt a Melia Cariæ urbe, cujus urbis meminit Stephanus. Verum omnes Dii hic memorati in antiquitate ſunt celebres: Minerva Melienſis ignota. Præterea plurima in Ilienſes, ceu progenitores ſuos, contulere Romani, quæ recenſuere Cujacius *dict. lib.* X. *cap.* 5. Lipſius *ad Tacit. Annal. lib.* XII. *cap.* 58. IDEM.

20. *Melienſem*] Aut *Melitenſem*, aut a Melio urbe non procul ab Euphrate. CVJAC.

21. *Herculem Gaditanum*] Gaditani Tyro oriundi, ſacra Herculis in Hiſpaniam tranſtulere, ut docet Juſtinus *lib.* XLIV. *cap.* 5. Templum ejus apud columnas fuiſſe, ac Herculem non Thebanum, ſed Tyrium illic Phœnicum more cultum eſſe ſcribit Appianus *Punic. p.* 256. (ubi Ἡρακλεῖ ſcribendum fuiſſe, non Ἥρᾳ, dudum adnotatum eſt.) Aliis vocatur Ægyptius; de quo multa habet Vir Inclytus, Sam. Bochartus *Geograph. Sacr. part.* 1. *lib.* III. *cap.* 7. *& part.* II. *lib.* 1. *cap.* 38. SCHULTING.

22. *Dianam Epheſiam*] Hanc fuiſſe celeberrimam notiſſimum eſt vel ex Divo Luca *Actor. Apoſtolor. cap.* 19. Legi de illa poteſt ante laudatus Petr. Faber *Semeſtr. lib.* III. *cap.* 3. qui non recte ſuſpectam habet, quod Diana hæc dicatur multimammia, ſive πολύμαστος ab Hieronymo, & cum mammis multis atque uberibus exſtructa, a Minucio Felice; quia a virgine, & venatrice hæc videntur aliena. At multiplicia officia Dianæ vetuſtas adſignavit: ac nummi antiqui, & ſtatuæ hujus Dianæ, quorum ectypa Antiquarii dedere, id non ſinunt hodie in dubium revocari. Videantur (ne plures eitem) Jac. Menetrejı Symbolica Dianæ Epheſiæ ſtatua, & Lucæ Holſtenii epiſtola *de fulcris, ſeu verubus Dianæ Epheſiæ ſimulacro appoſitis.* Exſtat utrumque opuſculum in Theſauro Antiquitatum Græcarum *tom.* VII. cujus editor Celeberrimus, & Collega mihi amiciſſimus, Jac. Gronovius, In Præfatione inſignem quoque talem ſtatuam in hiſce oris conſpicuam repræſentavit. IDEM.

23. *Matrem Deorum Sipelenſim*] Ita ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. & ita fere Cujacii nota poſtuma. In aliis pro *Sipelenſim* legitur *Cybelem eam*. Legendum vero vel *Sipylenſem*, cum Viro Eruditiſſimo, Joh. Marſhamo *Canon. Chronic. ad ſæcul.* IX. & ab urbe Sipylo in Magneſia (in qua & mons eodem nomine) gentilitium Σιπυλῆνος *Sipylenſis* inveniri apud Dionyſium Halicarnaſſenſem περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, notavit V. C. Luc. Holſtenius *ad Stephan. v.* Σίπυλος: vel ſcribendum *Sipylenem*, quæ terminatio Aſiæ eſt propria: & a Σίπυλος gentile Σιπυληνὸς habet Stephanus Byzantinus *v.* Σίπυλος. Ita *Antiocheni, Laodiceni, Pergameni, Philadelphini*, aliique: ac ſic vocatur ΜΗΤΗΡ ΣΙΠΥΛΗΝΗ in fœdere Smyrnæorum ac Magnetum, inter marmora Arundelliana *p.* 11 *&* 12. & in inſcriptione apud Th. Reineſium *claſſ.* 1. *inſc* 43. aliaque apud Jac. Sponium *Miſcellan. p.* 350. Error hic quoque ſcriptori hujus libelli obortus videtur ex eo, quod is, quo dictante ſcripſit, non ſatis aperte hoc verbum pronunciavit. Nomen vero huic Deæ fuit Cybele, prioribus duabus ſyllabis brevibus; vel Cybebe, ſola prima brevi: quod plures Egregii Viri notarunt, Nic. Heinſius *ad Prudent. περὶ στεφ. hymn.* X. *verſ.* 196. Joh. Georg. Grævius *ad Lucian. Pſeudologiſt.* Marq. Gudius *ad Phædr. lib.* III. *fab.* 20. Urbs autem Sipylus, unde cognomen Deæ obvenit, terræ motu abſurpta fuit jam olim, teſte Strabone *lib.* I. *p.* 58. & Plinio *Natural. Hiſtor. lib.* II. *cap.* 92. *& lib.* V. *cap.* 29. Religio tamen Matris hujus apud Magnetes & Smyrnæos manſit, ut ex fœdere modo laudato liquet. Hic vero illa tantum, quæ Smyrnæ colebatur, inſtitui heres permittitur. IDEM.

24. † *Cybelem: eam*] Al. *Sipeleſim*. CVJAC.

25. *Quæ Smyrnæ colitur*] Sic omnes edd. exceptis Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. in qua eſt, *quæ Hyſmirnæ colitur*, ex ipſo codice, uti credo, Tiliano, ſimili errore ex mala pronunciatione dictantis, vel audientis & ſcribentis, quibus ſimiles plures apud alios ſcriptores invenientur: de quibus legi poſſunt quæ ſcripſere Eruditi Critici, ac inter eos V. C. Joh. Clericus *Art. Critic. part.* III. *ſect.* 1. *cap.* 6. Joh. Chriſtoph. Pfaffius *Diſſertation. Critic. de genuin. libror. Nov. Teſtamens. lectionib. cap.* 8. *&* 9. SCHULTING.

26. *Cœleſtem Salinenſem*] Tertullian. *adverſus gentes. Vnicuique etiam provincie & civitati ſuus Deus eſt, ut Africæ Cœleſtus.* De eo etiam dæmone Salvianus ſcribit *lib.* VIII. *de provid. Dei*: & Ambroſius in *Epiſt. ad Valens. Imp.* CVJAC.

26 * *Cœleſtem Salinenſem Carthaginis*] Ita in ed. eadem Pariſ. legitur. in aliis *Cœleſtum*: verum *Cœleſtis* vocatur in melioribus editionibus Tertulliani, Salviani, aliorumque: & Auguſtino dicitur Virgo Cœleſtis *de civitat. Dei lib.* II. *cap.* 4. vocatur quoque Juno Cœleſtis in inſcriptione apud Th. Reineſium *claſſ.* 1. *inſc.* 29. & Venus Cœleſtis apud eumdem *eod. cl.* 1. *inſc.* 287. & Diana Cœleſtis apud eumdem *ibid. inſc.* 56. nomina enim illarum Dearum confunduntur, ut docet Reineſius *eod. inſcr.* 29. Dicitur & bo-

na

7. Servos heredes inſtituere poſſumus, noſtros [27] cum libertate: alienos ſine libertate: communes, [28] cum libertate, vel ſine libertate.

8. Eum ſervum, qui tantum [29] in bonis noſter eſt, nec cum libertate heredem inſtituere poſſumus, quia Latinitatem conſequitur: [30] quod non proficit ad hereditatem capiendam.

9. Alienos ſervos heredes inſtituere poſſumus: eos tamen, [31] quorum cum dominis teſtamenti factionem habemus.

10. [32] Communis ſervus cum libertate recte quidem heres inſtituitur, quaſi proprius, pro parte noſtra: ſine libertate autem, quaſi alienus, propter ſocii partem.

11. Pro-

naDeaCæleſtis,& invictaCœleſtis in inſcriptione apud Sponium *Miſcellan. p. 93.* quam habet & Gruterus *p. LIX. inſc. 4.* Plurima de hac Dea, quæ etiam Aſtarte, Vrania, Luna, Regina Cœli appellatur, legere eſt apud Petrum Fabrum *Semeſtr. lib. III. cap. 2.* Joſ. Scaligerum *de emendation. tempor. in not. ad fragment. p. 27.* Cæſ. Baronium *Annalib ad ann. CCCIC.* Henr. Valeſium *ad Ammian. Marcellin. lib. XXII. cap. 13.* Joh. Seldenum *de Diis Syris Syntagm. II. cap. 2.* Sam. Bochartum *Geograph. Sacr. part. II. lib. I. cap. 33 & lib. II. cap. 16.* Guil. Cave *addend. ad Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſticor. ad tom. II. p. 81.* Non vero huic Deæ jus capiendi indulgetur ubique, ſed tantum Salinenſi: quam Petrus Faber putat dictam a via Salaria. An potius dicta eſt a ſalinis, quæ erant illic, ubi colebatur? ac prope Carthaginem quoque fuiſſe campum ſalium, πεδίον ἁλῶν, ſcribit Procopius *Vandalic. lib. I. cap. 18.* Non vero recte quis exiſtimabit, jus capiendi datum eſſe Cœleſti, ſive Vraniæ ab Antonino Heliogabalo, qui Deam illam Romam deportari curavit, Deoque ſuo Heliogabalo in matrimonium collocavit, quod copioſe deſcribit Herodianus *lib. V. cap. 6.* id nemo judicabit, qui obſervet, quod nos jam plus ſemel oſtendimus, hunc librum ab Vlpiano Caracalla imperante conſcriptum fuiſſe. Majori cum ſpecie veri ſuſpicari liceret, id indultum eſſe ab Imp. Septimio Severo, vel Severo & Antonino. Severus ſane, utpote ipſe Afer, in Carthaginienſes exſtitit beneficus: quin & illam urbem coloniam Italici juris fecere hi duo Imperatores, *l. ult. §. ult. D. de cenſib.* Exſtant inter nummos Severi & Antonini, in quorum uno latere Dea Cœleſtis inſidet leoni, dextra fulmen, ſiniſtra ſceptrum tenens, cum hac inſcriptione, IN-DVLGENTIA AVGG, IN CARTH. in Arſchotanis *tab. LIII. 18. & LIV. 16.* & alius apud V. C. Car. Patinum *Numiſmatib. Impp. Romanor. p. 224. & p. 236.* qui pro AVGG. habet AVG. ut ſit unius Principis in eo mentio. Verum res hæc eſt parum certa. SCHVLTING.

27. *Cum libertate*] Non absque ea, *§. 12. hoc tit.*

28. *Cum libertate vel ſine libertate*] Si cum libertate, ſocio adcreſcit: ſi ſine libertate, ſervus communis eſt heredis & ſocii, *l. verum, 63. §. ſi ſervum pro ſoc.* CVJAC. Quid obtineat, ſi non ſit relicta libertas, ſed tantum hereditas vel legatum, exponit Cujacius *ad Paul. Sententiar. lib. III. tit. 6. §. 4.* docetque, hereditatem quidem, aut legatum ſocio adquiri, non vero totum ſervum: ſed pro parte manere ſocii, pro parte ad heredem teſtatoris pertinere: licet relicta omnia adquirantur alteri domino, *l. 63. §. 9 D. pro ſoc.* ubi quod Fr. Balduinus *Juſtinian. lib. III.* exiſtimat Tribonianum adjeciſſe de ſuo illa, *ſine libertate*, quia, ſi cum libertate quid eſſet legatum, ille ſervus fieret liber ex Juſtiniani conſtitutione, ac ſic acciperet ſibi relicta, *§. ult. Inſt. de donationib. l. 1. C. de commun. ſerv. manumiſſ.* id probandum non eſt: quoniam, niſi ſpecies ita ab Vlpiano fuiſſet poſita, totus ſervus factus fuiſſet non manumittentis, *tit. 1. §. 18.* hic vero heres retinet partem in ſervo: & ideo quæritur, an ſocius ex teſtamento per ſervum adquiſita cum alio domini herede debeat communicare: cui quæſtioni locus non fuiſſet, ſi ipſe ſervus totus ſocio adquiſitus fuiſſet. SCHVLTING.

29. *In bonis noſtris*] Frequentius dicunt *in bonis noſtris*. Dici tamen poteſt, *noſter*, ſed *in bonis* tantum. De hoc ſervo *tit. 1. §. 16. 19. 20.* IDEM.

30. *Quod non proficit ad hereditatem capiendam*] Niſi intra diem cretionis civis Romanus fiat. CVJAC. Quamvis inſtitui potuerit, *§. 3. hoc tit.* ideoque nec obæratus dominus, talem inſtituendo, heredem relinquebat, *tit. 1. §. 14.* SCHVLTING.

31. *Eos tamen, quorum cum dominis*] Si cum domino eſt teſtamenti factio, eſt & cum ſervo: vice verſa, ſi cum domino non eſt teſtamenti factio, nec item eſt cum ſervo, *l. ſervus hereditarius, 32. l. non minus, 32. de hered. inſtit.* Ceterum ex perſona ſervi id, quod relinquitur, valet, id eſt, ſi ei libero relictum valeat. Ex quo efficitur, ut ſervo legari non poſſit ſervitus ad fundum domini, *l. etſi maxime, 5 de ſervit. leg.* contra ut ei poſſit legari res domini, quamvis res ſua domino legari non poſſit, *l. debitor, 82. §. ſervo. de legat. II* CVJAC.

32. *Communis ſervus &c.*] Hic tantum de forma & de initio quæritur: de effectu antea actum eſt.

11. Proprius servus cum libertate heres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber, & heres fit, [33] id est, necessarius.

12. [34] Quod si ab ipso testatore vivente manumissus, vel alienatus sit, suo arbitrio, vel jussu [35] emptoris, hereditatem adire potest. Sed si sine libertate sit institutus, [36] omnino [37] non constat institutio.

13. Alienus servus heres institutus, siquidem in ea causa permanserit, jussu domini debet hereditatem adire. Quod si [38] vivo testatore manumissus, aut alienatus a domino fuerit, aut suo arbitrio, aut jussu emptoris, poterit adire hereditatem.

14. [39] Sui heredes instituendi sunt, vel exheredandi. [40] Sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, [41] tam naturales, quam adoptivi: item [42] uxor, quae in manu est, & nurus, quae in manu est filii, quem in potestate habemus.

15. Postu-

33. *Id est, necessarius*] Qualis non alius est, quam qui utrumque, & libertatem, & hereditatem ex domini testamento consequitur, §. 1. *Inst. de heredib. instituend. l. 90. D. eod. tit.* Exponuntur hæc & sequentia *in d. §. 1.* SCHULTING.

34. *Quod si ab ipso testatore*] Alienatione, manumissione libertas revocatur, non hereditas: cui rei non obstat regula *l. si ita scriptum, 13. de lib. & postu.* talis namque est, Servo cum libertate ex asse herede instituto, libertatem servo eodem testamento a semetipso adimi non posse, ut in *l. sed & si conditioni, 6. in fin. de hered. instit.* Ibidem scriptum est, hæreditatem adimi non posse, quod falsum est. at lego, *quae constitutum est libertatem.* In libertatis & hereditatis nominibus sæpius legum auctores errare contigit. CUJAC. Cujacii emendationem in *l. 13. §. 1. D. de liber. & postum.* quam repetit in *Commentar. ad d. l. & Observ. lib. XVII. cap. 38. & Notat. ad Animadverss. Joh. Robert. lib.* II. *cap. 18.* recte probant Janus a Costa *ad §. 1. Inst. de heredib. instituend.* & Reinh. Bachovius *ad Treutler. part.* II. *disputation. 22. thes. 1. litt. C. & D.* Nec urgent quæ pro vulgata lectione profert Th. Marcilius *ad §. 1. Inst. de heredib. instituend.* qui aliter paulo verba proponit, quam legumtur in libro Florentino: & regulam illam hereditatem adimi non posse, non recte exponit, dum eam sic intelligit, quod unus solus testamento heres si est institutus, illi non possit adimi hereditas, quia vitiaretur testamentum: quod ex verbis Jurisconsulti nullo modo potest colligi: & præterea cum sequentibus non potest stare: cum in illis tantum de libertatis ademptione fit sermo, isque dictis superstruatur. Sed hoc ulterius non persequar. SCHULTING.

35. *Emptoris*] Hunc exempli causa proponit: vel intelligit omnem, qui titulo singulari in rem succedit, uti *tit. 2. §. 4.*

36. *Omnino non constat*] Hodie constat ex constitutione Justiniani. CUJAC. Ita ut Atilicini sententia, quam Imperator Justinianus postea probavit *pr. Inst. de heredib. instituend.* admissa olim non fuerit. SCHULTING.

37. † *Non constat*] Al. *non consistit.* CUJAC. In ed. Paris. etiam est *consistit.*

38. *Vivo testatore*] Vel etiam mortuo ante hereditatem aditam, *§. 1. Inst. de heredib. instituend.* ubi hæc quoque exponuntur.

39. *Sui heredes instituendi sunt, vel exheredandi.* Non venit hoc jus ex XII. tabulis, quæ liberrimam disponendi facultatem patrifamilias largiebantur: quin ne Cicerone quidem florente hoc plene constitit, saltem non semper: ac apud centumviros quæsitum fuit, an testamentum patris, quod is falso rumore de morte filii inductus fecerat, eumque præterierat, valeret, eodem teste *de Orator. lib. 1. cap. 38.* & filium hunc, pro quo evidens æquitas, ac defuncti voluntas apertissima faciebant, omnibus sententiis victorem discessisse scribit Valerius Maximus *lib. VII. cap. 7.* Inde, ut solent jura paulatim increscere, admissum illud jus primo videtur fuisse, si filius per ignorantiam esset præteritus: ac sensim, ut idem obtineret, quacumque ratione id esset factum: quod jus traditur *pr. Inst. de exheredation. liberor. l. 17. D. de injust. rupt. irrit. fact. test.* Aliis etiam suis heredibus fuit consultum, secundum *§. 16. & 17. hoc tit.* etsi non ita largiter, ac illi, qui præcipuum inter suos heredes locum obtinet. Vt adeo verum esse nequeat, quod notat Cujacius *ad §. 2. Inst. de hered. qualitat. & different.* suos in duodecim tabulis dictos esse, quia instituendi erant, vel exheredandi. Lex illorum demum meminit in casu intestati. Verba leguntur *tit. 26. §. 1.* & unde sui dicti sint, exposuimus ad Cajum *Inst. lib.* II. *tit. 3. §. 6.* quo titulo multa traduntur, quæ hic quoque habemus. SCHULTING.

40. *Sui autem heredes sunt*] De his Cajus *Inst. lib.* II. *tit. 3. §. 6.* & Imperator *§. 2. Inst. de hered. qualitat. & different.*

41. *Tam naturales*] Hi sunt sui naturales, reliqui sui non naturales, ut *inf. tit. ult.* CUJAC.

41. * *Tam naturales, quam adoptivi*] Pro, *tam adoptivi, quam naturales.* Similes hysterologias jam notavimus *ad tit.* II. *§. 1.*

42. *Vxor, quae in manu est &c.*] Hæc est loco filiæ-

fami-

15. Poſtumi quoque liberi, id eſt, qui in utero ſunt, ſi tales ſunt, ut nati in poteſtate noſtra futuri ſint, ſuorum heredum numero ſunt.

16. Ex ſuis heredibus [43] filius quidem neque heres inſtitutus, neque nominatim exheredatus, non patitur valere teſtamentum.

17. [44] Reliquae vero perſonae liberorum, velut filia, nepos, neptis, ſi praeteritae ſint, valet teſtamentum. [45] ſcriptis heredibus [46] adereſcunt, ſuis quidem heredibus in partem virilem: extraneis in partem dimidiam.

18. [47] Poſtumi quoque liberi cujuſcunque ſexus omiſſi, quod valuit teſtamentum, adgnatione [48] rumpitur.

19. [49] Eos, qui in utero ſunt, ſi nati ſui heredes nobis futuri ſunt, [50] poſſumus

familias, ac differt ab ea, quae tantum in matrimonio eſt: de quo diſcrimine, & de conventione in manum plura notata ſunt ad *tit. 9.*

43. *Filius quidem neque heres inſtitutus, &c.*] Haec quoque docet Cajus *Inſt. lib.* II. *tit. 3. pr. & §. 1.* Juſtinianus *pr. Inſt. de exheredation. liberor.*

44. *Reliquae vero perſonae liberorum &c.*] Et hoc diſcrimen gradus & ſexus Prudentum interpretationi, & centumviralibus judiciis, in quibus talia ventilabantur, originem debere videtur. Haec vero a praecedentibus diſtinxi: ac illa, *ſcriptis heredibus &c.* in hanc regulam contuli, ita volente ſenſu: ac ſic in numeris reliquis nihil mutari opus erit. SCHULT.

45. *Scriptis*] Legendum, *ſed ſcriptis, §. 1. de exhered. lib.* CUJAC.

46. *Adereſcunt*] Mentio hujus quoque juris apud Paulum *Sententiar. lib.* III. *tit. 4. B. §. 2.* Papianum *Reſponſor. tit. 45. de teſtament.* in Novellis Leonis & Majoriani *tit. 2.* Erat vero hoc jus adereſcendi re vera jus auferendi partem virilem, aut dimidiam. Juſtinianus omnem ſexus & gradus inter ſuos differentiam ſuſtulit, *§. 3. Inſt. de exheredation. liberor. & l. 4. C. de liber. praterit. vel exheredat.* in qua *l. 4.* docet, quomodo filia, quae, quaſi eſſet ſcripta, in partem veniebat, tali jure adereſcendi uſa, debuerit quoque legata praeſtare: ad quae tamen non ita obligata erat, ſi bonorum poſſeſſionem contra tabulas peteret. At conſtitutione Antonini non plus ex bonorum poſſeſſione praeterita habere poterat, quam jure adereſcendi. SCHULTING.

47. *Poſtumi quoque liberi cujuſcunque ſexus*] In natis differentia eſt ſexus & perſonarum, in poſtumis non item. Denique omnes poſtumi praeteriti ſi naſcantur, rumpunt, filii ſtatim ab initio injuſtum faciunt: utrumque ſit jure civili: jure praetorio utriſque datur contra tab. CUJAC.

48. *Rumpitur*] Legendum, *rumpunt.* IDEM. Recte Cujacius pro *rumpitur* reponit *rumpunt.* aut legendum erit, *Poſtumis quoque liberis c. ſ. omiſſis.* Quin autem filius poſtumus praeteritus adgnaſcendo rumperet teſtamentum, jam ſuo tempore neminem dubitaſſe indicat Cicero *de Orator. lib.* I. *cap. 57. & pro Caecin. cap. 22.* quamvis nondum conſtaret, filium ſuum heredem praeteritum teſtamentum facere nullum, ſicut modo vidimus. Non itaque hujus juris ratio fuit, quod adgnatione poſtumi in illum ſtatum teſtamentum incidiſſet, ut ſtare non poſſet: quae regula ſaepe fallit, *l. 140. §. 2. D. de verbor. obligationib. l. 83. §. 1. D. de regul. jur.* verum illa, quod credibile ſit, teſtatorem, qui poſtumum praeteriit, de eo non cogitaſſe: nec voluiſſe ut teſtamentum hoc poſteritati ſuae praejudicium adferret. Quod dici non poteſt, quando jam natos praeterit, quos ordinarie ſcit ſeſe habere, adeoque excludere vult. Ac inde creditum, id valere debere: quamvis hoc ſenſim mutatum fuerit; quod jam oſtendimus. Inde quoque, quia ratio circa poſtumos ſuos omnes erat eadem, omnibus etiam par jus tributum fuit, cum eſſent plane praeteriti per oblivionem, ut nati teſtamentum rumperent, *§. 21. 22. hoc tit. §. 2. Inſt. de exheredation. liberor.* SCHULT.

49. *Eos, qui in utero ſunt*] Poſtumi ſui ſunt, qui poſt mortem, aut poſt teſtamentum ſui naſcuntur, vel quaſi naſcuntur: nati poſt mortem ex jure antiquo inſtituuntur, nati poſt teſtamentum, ex jure novo, id eſt, lege Julia Velica. De his, qui quaſi naſcuntur, non eſt quaeſtio, an inſtitui poſſint, quia nati ſunt tempore teſtamenti, de quibus lex Julia tractat in ſecundo capite: at nati non ſui poſt teſtamentum, ſuccedentes tamen in locum ſui moribus inſtitui poſſunt, id eſt, ex Juliani ſententia, *l. Gallus 29. de lib. & poſtu.* Poſtumi alieni jure civili, id eſt, XII. tab. inſtitui non poſſunt, ſed neque eis legari poteſt: jure praetorio inſtitui poſſunt: jure praetorio legata capere non poſſunt, quia praetori curae legata non fuere: at fideicommiſſa capere poſſunt: ex Juſtiniani conſtitutione cum eis, quaſi ex jure civili, teſtamenti factio eſt. Haec ut brevia, ita abſoluta ſunt. CUJAC. Poſthumorum duo genera facit Cajus: nam alios poſthumos appellat, qui poſt patris mortem de uxore nati fuerint, alios, qui poſt teſtamentum factum naſcuntur. Poſthumorum vero alii ſui heredes dicuntur, qui nati in poteſtate teſtatoris futuri ſunt, quos nominatim inſtituere vel exheredare oportebat, non minus, quam ſi tempore teſtamenti nati eſſent. Et eos quidem, qui poſt humatum teſtatorem

sumus instituere heredes, si quidem post mortem nostram nascantur, " ex jure civili: " si vero viventibus nobis, ex lege " Julia.

20. " Filius, qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet: reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim, aut inter ceteros.

21. Postu-

torem sui nascebantur, jus civile, id est, prudentum interpretatio (ut in *l. 2. de origin. jur.*) instituere permisit, atque Gallus Aquilius formulam introduxit, qua nepotes posthumi, quos filii testamenti tempore præcedebant, commode instituerentur, ne præteriti agnascendo testamentum avi jam mortui rumperent. De iis autem nepotibus, qui vivis nobis sui nascerentur, jus civile nihil constituerat, quoniam mutare suam sententiam avus poterat. verum quia contingebat etiam testamentum rumpi propter posthumi omissionem, lata est lex Vellea, de qua, ut de Galli cautione alio loco Scævolæ interpretationem *l. Gallus 29. de libe. & postum.* enarrantes diximus. CHARON D.

50. *Possumus instituere*] Institutio postumi, tamquam personæ incertæ, non est ex duodecim tabulis: imo ne quidem videbatur congruere illi regulæ ex XII. tabulis ductæ, quod certum debeat esse circa personas testatoris consilium, §. 4. *hoc tit.* at, cum jam olim esset a Prudentibus inductum, ut adgnatione ejus testamentum rumperetur, (quod sane post mortem testatoris si fieret, non erat remedium, quo voluntas ejus aliqua effectum sortiretur: ac cogebatur quis fieri intestatus) jam antiquo jure inductum est, ut postumus institui posset in casum, quo post mortem testatoris suus heres nasceretur: quod dein & ad alias species productum fuit: de quibus prolixius tractat Scævola *l. 29. D. de liber. & postum.* quem Cujacius, Duarenus, aliique plenius exposuere: elegantier vero & brevius Janus a Costa *ad §. 1. Inst. de exheredation. liberor.* Vinnius *ad §. 2. Inst. eod. tit.* SCHULT.

51. *Ex jure civili*] Lege XII. tab. quod jus antiquum dicitur in *l. Gallus.* Huic autem juri & Galli consilium congruit. CUJAC.

52. *Si vero viventibus nobis, ex lege Julia*] Et quidem primo ejus capite: quo talis nec testamentum rumpit, si institutus est vel exheredatus: &, ne rumpat, instituendus est, aut exheredandus, *l. 29. §. 11. & 12. D. de liber. & postum. l. 13. D. de injust. rupt. irrit. fact. testament.* Qui vero jam tempore testamenti erant nati, ac postea sui heredes facti, si instituti sint, non rumpent testamentum, ex secundo capite ejusdem legis. De his autem, cum essent personæ certæ, non opus erat permitti, ut possent institui: at ne instituti vel exheredati, dum nondum fuerant sui, quasi adgnascendo rumperent. Vult quidem Janus a Costa *ad §. 1 Inst. de exheredation. liberor.* eos antea testamentum non rupisse, sed jus tantum adcrescendi habuisse: verum clare satis docent Jurisconsulti, illos institutos post hanc demum legem non rumpere testamentum, *l. 2. pr. D. de vulgar. & pupillar. substi-*

tution. atque id ex ea confirmari, *l. 10. §. 2. D. de testamentar. tutel.* non etiam dicitur ea hunc modum rumpendi induxisse, qui jam dudum admissus erat antea. Nec id pugnat cum eo, quod lex voluit quoque, eos in locum suorum succedere, *d. l. 29 §. 14. D. de liber. & postum.* quod vere sit: ac, tamquam talis, nisi quis fuerit institutus, aut exheredatus, rumpit testamentum. Attigi hoc quoque ad Cujum *Inst. lib. 1. tit 7. §. 2.* Nec aliter Cujacius *ad l. 29. §. 13. D. de liber. & postum.* SCHULT.

53. *Julia*] Legendum *Junia.* Vocatur pleno nomine *Junia Vellæa, l. 10. §. 2 D. de testamentar. tutel.* & *Junia Vellea, l. 13 D. de injust. rupt. irrit. fact. testamens.* unde & corrigendus §. 2. *Inst. de exheredation. liberor.* qui paragraphus ex *d. l. 13* est descriptus. Malo quoque *Vellæa*, quam *Vellea*, in quo verbo liber Florentinus variat *dictis locis*: sed in titulo *ad Senatusconsultum Vellejanum* frequentius jota est additum: ac multos Vellejos recenset Glandorpius *Onomastic.* inveniuntur quoque alii in Inscriptionibus Gruteri & Reinesii. Ut vero de tempore legis hujus latæ aliquid dicam, puto Claudii temporibus eam deberi, & quidem anno V.C. IↃCCIC. Christi XLVI. saltem ordinarii hujus anni Consules Valerius Asiaticus & M Junius Silanus memorantur a Dione *lib. LX. p 685.* qui scribit, priorem, annuo tempore non impleto, voluntarie sese magistratu abdicasse. Hujus in locum vel statim, vel aliis interpositis, (quod illis temporibus crebrum erat) successisse videtur Vellejus Tutor, quem M Silani collegam fuisse docent verba Senatusconsulti Vellejani *l. 2. §. 1. D. ad S. C. Vellejan.* ubi dicitur. *Quod Marcus Junius Silanus & Vellejus Tutor Consules verba fecerunt.* Atque hinc eadem opera intelligere poterimus, quando sit factum illud Senatusconsultum, quod posterius fuit edicto Claudii, cujus mentio *l. 2. pr. D. eod. tit.* IDEM.

54. *Filius, qui in potestate est, &c.*] Hactenus de institutione, ac præteritione præcipue egit. Nunc de exheredatione, ejusque forma; de qua ut aliquid dicam, observandum, ex XII. tabulis illam, æque ut occidendi potestatem, liberam fuisse, *l. 11. D. de liber. & postum.* Erat quidem jus sui heredis maximum, at non semper testamento facto; verum ab intestato, quod antea diximus: ac olim inter ceteros & filium exheredari potuisse non ignoravit Imperator Justinianus *l. 4. vers. scimus enim, C. de liber. præterit. vel exheredat.* at, cum sensim invaluisset, ut filius suus heres præteritus testamentum faceret nullum, id quoque placuisse videtur, ut exheredatio fieri deberet nominatim. IDEM.

55. No-

21. Poſtumus filius [55] nominatim exheredandus eſt: filia poſtuma, ceteraeque poſtumae feminae vel nominatim, vel inter ceteros; [56] dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur.

22. Nepotes, & pronepotes, ceterique [57] maſculi poſtumi praeter filium, vel nominatim, vel inter ceteros, cum adjectione legati ſunt exheredandi: [58] ſed tutius eſt tamen nominatim eos exheredari: [59] & id obſervatur magis.

23. [60] Mancipatos liberos, [61] cum jure civili neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe ſit, tamen Praetor jubet, ſi non inſtituantur heredes, exheredari, maſculos omnes nominatim, feminas vel inter ceteros; alioqui contra tabulas bonorum poſſeſſionem eis pollicetur.

24. [62] Inter neceſſarios heredes, id eſt, ſervos cum libertate heredes ſcriptos, [63] & ſuos ſcilicet neceſſarios, id eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt,

55. *Nominatim exheredandus*] Non fuit hoc dubium uſque ad Marci decretum, relatum in *l. 3. §. 2. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament.* quod volebat Janus a Coſta *ad §. 1. Inſt. de exheredation. liberor.* illud enim tantum definivit, quo in loco teſtamenti exheredatio poſtumi poſſet ſcribi, ut Trajanus antea deciderat, ubi filii exheredatio poni recte poſſet, Vlpiano teſte *l. 1. pr. D. de heredib. inſtituend.* IDEM.

56. *Dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur*] Ne alioquin per oblivionem viderentur praeterire, *§. 1. Inſt. de exheredation. liberor.* adeoque teſtamentum rumperetur quaſi ex praeſumpta parentis voluntate, ſecundum ea, quae habuimus *ad §. 18.* IDEM.

57. *Maſculi poſtumi*] Non tantum per virilem ſexum deſcendentes; quod Vlpianus proinde non potuit ſcribere *l. 3. pr. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament.* ſed illud a Triboniano eſſe recte vidit Cujacius *ad Vlpian. tit. 11. §. 4. & ad l. 4. D. de liber. & poſtum.* IDEM.

58. *Sed tutius eſt tamen*] Ergo poſtumae feminae inter ceteros cum adjectione legati, ne per oblivionem omiſſae videantur: poſtumi mares cujuſcumque gradus nominatim, *§. poſthumi quoque. de exhered. lib.* ſuperſtites, praeter filium, inter ceteros ſine adjectione legati, quia ſuperſtitum non aeque obliviſcimur. Sed haec Juſtinianus emendavit. CVJAC.

59. *Et id obſervatur magis*] Imperator ait, hoc placuiſſe *§. 1. Inſt. de exheredation. liberor.* poſt varias, nempe, Prudentum contentiones, ut ſic non egerent querela: ſed rumperent teſtamentum. Ex jure Praetorio hoc deduxit Merillius *Obſervation. lib.* VIII. *cap.* 31. quia olim alia circa exheredationem nepotum obtinuerunt jure civili, alia Praetorio, *l. 4. C. de liber. praeter.* Verum nihil illic de poſtumis; ſed de jam natis, & quidem in genere. ac certe olim nepotes jam nati jure civili inter ceteros exheredari potuerunt, *pr. Inſt. dict. tit.* non jure Praetorio, *§. ſeq. & §. 3. Inſt. eod. tit.* qui locus agit quidem de emancipatis: ſed quod his Praetor dat, id ſuis quoque largitur, *§. 12. Inſt. de hereditatib. quae ab inteſtat. deferunt.* imo bonorum poſſeſſionem dando emancipationem reſcindit, *l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſionib.* omneſque liberos exaequat, ſexus tantum differentia olim obſervata circa exheredationis formam, *dict. §. 3. Inſt. de exheredation. liberor.* Quod autem Vinnius *ad §. 1. Inſt. dict. tit.* & alii volunt, teſtatorem, ſi legatum tantum relinqueret, ac non nominatim poſtumum exheredaret, videri debere de femina, non de mare, cogitaſſe, id dici nequit, quando nominatim poſtumo legatum datur ita, ut de mare quoque cogitatum eſſe appareat, & hoc tamen non ſufficiebat. Mihi iſtae ſexus differentiae originem videntur traxiſſe ex lege Voconia, quae hereditatibus mulieres arcebat: ac cujus etiam poſtquam exolevit veſtigia manſere. Inde ratio Vocomiana apud Paulum *Sententiar. lib.* IV. *tit. 8. §. 22.* SCHULTING.

60. *Mancipatos liberos*] Emancipati, & mancipati recte dicuntur: ſed mancipati nomen in malam partem accipi poteſt. Plinius *lib.* IV. *Epiſtol. Filium Regulus emancipavit, ut heres matris exiſteret. Mancipatum* (ita vulgo ex moribus hominis loquebatur) *foeda & inſolita parentibus indulgentia ſimulatione captabat.* CVJAC. Dubito, an non Vlpianus, qui proprie loqui ſolet, ſcripſerit *emancipatos. vid. ad tit. 10. §. 4.* Mancipati alioquin poſſent intelligi, qui venditi ſunt alicui, ut manumittantur, interea dum in illius ſunt poteſtate: quod aliquando ad aliquod tempus fieri potuiſſe colligitur ex *tit. 23. §. 3.* SCHULTING.

61. † *Cum jure civ.*] *Quos jure c.* & mox *eſt.* CVJAC. Pariſ. ejo Jo LXXXVI. *Qui in re*, & in margine *quos jure*: ſed *qui in re* magis accedit ad *quem jure*, vel *cum jure*: licet ad ſenſum malleem, *quamvis jure*, quod reſponderet optime illi *tamen*, quod ſequitur. SCHULTING.

62. *Inter neceſſarios*] Sui beneficium abſtentionis habent: neceſſarii beneficium ſeparationis, abſtentionis non aeque. Separatio facit, ut ne veneant quae poſtea ſibi heres adquiſierit: abſtentio, ut ne ſit heredis loco. CVJAC.

63. † *Et ſuos ſcilicet neceſſarios*] *Et ſuos & neceſſarios.* IDEM. Pariſ. eadem, *ſuos ſit neceſſarios*, quod factum

jure civili nihil interest: nam utrique etiam inviti heredes sunt. Sed jure Praetorio suis & necessariis heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur. Necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

25. [64] Extraneus heres, si quidem [65] cum cretione sit heres institutus, cernendo fit heres: [66] si vero sine cretione, [67] pro herede gerendo.

26. Pro herede gerit, qui [68] rebus hereditariis [69] tanquam dominus utitur: velut qui [70] actionem rerum hereditariarum facit: aut servis hereditariis [71] cibaria dat.

27. [72] Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad

ex *suos & necessarios*: quod cum Cujacio probo. Illud *scilicet* hic non bene quadrat, licet id probet C. A. Fabrotus *ad Theophil. in §. 2. Inst. de hered. qualitat. & differen.* De suis & necessariis, ac necessariis tantum loquitur & Cajus *Inst. lib.* II. *tit.* 3. §. 6. ubi aliqua sunt notata. SCHULTING.

64. *Extraneus*] Suus ac necessarius, vel necessarius tantum ipso jure heredes sunt, §. 1. & §. 2. *Inst. dict. tit.* & immixtione non fiunt heredes: sed suus & necessarius jus abstinendi ita perdit, *l.* 12. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* necessarius vero tantum, jus separationis, *l.* 1. §. *ult. D. de separationib.* IDEM.

65. *Cum cretione*] De qua §. 27.

66. *Si vero*] Prius legebatur *sive*. Cujacius autem *Observation. lib.* XIII. *cap.* 16. recipit *si vero*: quod & aliquæ edd. cum ipsius notis habent, ac Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. & sic MS. Aured. sed Paris. id habet in margine. Convenit illud præcedenti *si quidem*: ideoque retinui. IDEM.

62. *Pro herede gerendo*] V. C. Petr. Faber *Semestr. lib.* II. *cap.* 22. mallet, *& pro herede gerendo*: quia hic quoque, si vellet, cernere poterat, at non cogebatur. Verum illud *&*, vel *etiam* alibi quoque subintelligitur, *l.* 2. §. 3. *D. de reb. credit.* ubi scriptum est. *Crediti causa consistit extra eas res, quæ pondere, numero, mensura continentur*, pro, *consistit etiam extra res &c.* Plura collegit V. C. Ger. Noodt *de pact. & transactionib. cap.* 3. atque ita quoque accipit *l.* 31. §. 1. *D. de usurpationib. & usucapionib.* de quo loco tamen quid sentiamus, diximus *ad tit.* 19. §. 8. Ceterum præter cretionem, & pro herede gestionem, nota est aditio, quæ fit verbis, §. *ult. Inst. de hered. qualitat. & differen.* quæque ab illa gestione distinguitur, *d.* §. *ult. l.* 14. §. 8. *D. de religios. & sumptib. funer. l.* 25. §. 7. *l.* 69. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* vocaturque aditio simplex *l.* 1. *Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* ubi Imp. Constantinus docet, eam peragi *adrepto rerum quolibet corpore, vel animi destinatione patefacta.* Hæc vero ejusdem erit effectus cum gestione, tam hic, quam in specie expositæ §. *ult. hoc tit.* nec non *l.* 2. *Cod. Gregor. de successionib.* Contra vero sub aditione etiam pro herede gestionem comprehendit Paulus *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 10. §. *ult. junct. l.* 2. *C. de S. C. Orphitian.* IDEM.

68. *Rebus hereditariis*] Idem & si non sint hereditariæ: modo heres putet esse hereditarias; quia animo adgnoscit successionem, *l.* 88. *l.* 21. §. 1. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* ac res hæc non tam est facti, quam animi, *l.* 20. *pr. D. eod. tit.* IDEM.

69. *Tanquam dominus*] Heres notat dominum veteribus Latinis, §. *ult. Inst. de hered. qualitat. & differen.*

70. *Actionem*] Pro *auctionem*, ut in *l.* 2. §. *tutor.* §. *procuratorem. pro empt. l si existimans*, 48. *de usurp. & usuca. l.* 2. §. *fi. de cel. bon.* CUJAC. Valde placet conjectura Cujacii legentis *auctionem*. Distractio certe rerum huc quoque refertur ab Ulpiano nostro *l.* 20. §. 1. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* idque malo, quam *actorem*, quod præfert Merillius *Observation. lib.* II. *cap.* 17. SCHULTING.

71. *Cibaria dat*] Ita legi in codice Tilii docet Cujacius *Observation. lib.* XVII. *cap.* 28. & sic ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. habet. in aliis est *cibaria mandat.* in Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. *cibariam dat.* IDEM.

72. *Cretio est*] Hereditas adquiritur cretione, aditione, pro herede geritione, immixtione, agnitione. Cretio, est eorum, qui sub cretione heredes instituuntur. Pro herede geritio, eorum, qui sine cretione, vel etiam cum cretione imperfecta, ex constitutione D. Marci. Immixtio, est necessariorum & suorum. Agnitio nuda hodie est in usu tam in civili, quam in prætorio jure, §. *ult. de hered. qualit. & diff.* §. *ult. de bon. poss.* Sublata est cretio a Constantino in maternis successionibus, *l.* 1. *C. Th. de mat. bonis & mat. gen. cret. sub.* ab Theodosio penitus *l. cretionum*, 17. *C. de jur. delib. l.* 1. *C. Th. de cret. vel bon. poss.* CUJAC. Veteres (ut testatur Varro) dicere solebant *cernere* pro *decernere & constituere*. Plaut. *Cum ego antea te amavi, & mihi amicam esse crevi.* Itaque hæres, cum se hæredem esse constituit, *cernere* dicitur, & cum id fecit, *crevisse*. Hæ autem cretionum subtilitates Imperatorum constitutionibus sublatæ sunt. CHAROND.

72. * *Cretio est certorum dierum spatium &c.*] Similiter Isidorus *Origin. lib.* V. *cap.* 24. Alibi *cretio* est hereditatis susceptio, in Glossis ἀπόδοσις κληρονομίας, & quidem solennis; ut cum scribit mox Ulpianus *cernere* esse, *verba cretionis dicere*: & sic accipitur *cretio* in titulo *Cod. Theod. de cretione, vel bonorum possessione*, & ti-

ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem, nec ne: velut, TITIVS HERES ESTO, [73] CERNITOQVE [74] IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, [75] QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE: [76] NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO.

28. Cernere, eſt [77] verba cretionis dicere ad hunc modum, [78] CVM ME MAE-

& titulo ejuſdem Codicis *de maternis bonis, & materni generis, & cretione ſublata.* Quæ etiam *cretionis ſolennitas* vocatur *l. un. Cod. Theod. de cretion. vel bonor. poſſeſſion.* & quidem *ſcrupuloſa ſolennitas l. 8. Cod. Theod. de matern. bon.* nec non *cretionis commentum l. 1. Cod. Theod. eod. tit.* SCHULTING.

73. CERNITOQVE] Id eſt, facito, ut videant te eſſe heredem. Sic Varro interpretatur in *lib. V. de ling. Latin. Itaque*, inquit, *in cretione adhiberi jubent teſtes.* CUJAC. Non eſt recta explicatio Varronis: ac ipſe Cujacius *Obſervation. lib. VII. cap. 18.* ſcribit, *cernere* eſſe *quaſi decernere, ſe heredem eſſe velle:* & idem Varro, quod & Charondas notat, *de ling. Latin. lib. VI.* dicit, *heres, cum conſtituit ſe heredem eſſe, dicitur cernere: & cum id fecit, crevisse.* Re vera *cerno* venit a *ſuo judice:* adeoque præcipue ad animi actus, deliberationem, ac dein judicium, pertinet: licet & ad viſionem, quæ interventu oculorum fit, transferatur. Hic vero dum antecedens ſumitur pro conſequenti, *cernere* eſt *voluntatem declarare, ac ſuſcipere hereditatem,* quod fit animi judicio præcedente; & *cretio* eſt *ſuſceptio,* & *aditio.* Quin & pro tempore ad illum finem dato accipitur, ut Ulpianus jam docuit. Sed quæ ad vim uſumque hujus verbi pertinent, ſuo more accuratiſſime atque eruditiſſime pertractavit Vir Egregius, ac Collega mihi admodum honorandus, Jacobus Perizonius *not. ad Sanct. Minerv. lib. IV. cap. 15. & in Reſponſione ad Lud. Kuſteri Diatrib. de verb. cerno, notis illis ſubjecta.* In Gloſſis hoc verbum formulæ ſic expoſitur: *Cernito-que, καὶ ἐγχειρεῖτω,* vel *ἐγχειρήτω,* quod mallet Merillius *Obſervation. lib. IV. cap. 34.* Certe verbum *ἐγχειρίζειν* tali ſenſu ſæpe occurrit in Baſilicis. *vid. lib. XXXV. tit. 14. & alibi.* SCHULTING.

74. IN DIEBVS CENTVM] Hujus temporis in Digeſtis occurrunt veſtigia *in l. 22. §. 1. D. quand. dies legator. ced. l. 3. §. 8. D. de minorib. l. 2. §. uls. D. de ſuis & legitim. heredib.* occurrit quoque tempus additionis *l. 9. §. 1. D. de jur. & fact. ignorant. l. 86. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* ubi tamen an non mentio facta fuerit cretionis a Juriſconſultis, poſſet dubitari. Idem vero tempus petendæ & adgnoſcendæ bonorum poſſeſſionis extraneis a Prætore conceditur, §. 4. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib. l. 1. §. 9. D. de ſucceſſor. edict.* nec minus deliberare volentibus, *l. 2 D. de jur. deliberand.* Meminit quoque Cicero *ad Attic. lib. XIII. epiſt. 46.* cretionis ſexaginta diebus, teſtibus præſentibus, videlicet, faciendæ; (ſic enim habent illic optimæ editiones) & quidem liberæ, quæque per alium fieri poſſet. ac cretionis ejuſdem per alium peragendæ mentionem quoque facit *epiſt. ſeq.* Itaque videtur cretio libera exponi commodiſſime ab Auſ. Popma: (qui tamen quod etiam epiſtolam hic ſuffeciſſe vult, verum non exiſtimo) de quo varie ſentiunt Viri Docti, & in alia abit etiam Cujacius *Obſervation. lib. IX. cap. 29.* qui vitioſam quoque lectionem in verbis Ciceronis ſequitur, *teſtibus præſentibus ſexaginta duobus.* Ceteroquin idem, quod in illa libera cretione fieri poterat, obtinet in bonorum poſſeſſione, quæ etiam per alium obtineri poteſt, *l. 3. §. 7. l. 7. pr. D. de bonor. poſſeſſionib.* IDEM.

75. QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE] Sunt igitur utiles dies, non continui, *l. 2. quis ord. in bon. poſſeſſ.* Inde M. Tullius *lib. 1. de Orat. De his, credo, rebus, inquit Craſſus, ut in cretionibus ſcribi ſolet, quibus ſciam poſſeque.* quem feliciter nobis locum Franciſc. Hotomannus emendavit, vir ingenii probi & recti. Eſt ſimilis error in lib. Gratiani, *cap. jus Quiritium, 1. diſt.* ubi loco horum verborum, *vel curationibus, vel de contractibus*, ſcribendum eſt, *vel cretionibus.* CUJAC.

76. † NISI] *Niſi* pro *ſi non. l. ſi quis heres ita, 72. de adquir. hered.* Terent. *Adelph. Niſi facient quæ illas æquum eſt.* IDEM.

76. * NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO] In ſuo, aut emancipato herede non ſcripto exheredatio valet, quia hic prætorio, ille civili jure heres eſt: in extraneo herede non ſcripto exheredatio inanis eſt, *l. quidam, 132. de verb. oblig. l. non putavit, 8. §. ſi quis emancipatum. de bon. poſſ. contra tab.* In ſcripto valet, ut in hac formula, & in *l. paterfamilias 44. de heredib. inſtit. l. Sejus, 27. ad leg. Falc. l. uxorem, 41. §. heres. de legat. III.* IDEM. Hoc omiſſo, cretio dicebatur imperfecta, *§. 34. hoc tit.*

77. *Verba cretionis dicere*] Etiam *cretionem dicere* occurrit in *l. 5. Cod. Theod. de matern. bon.* Ritus alterius nulla hic mentio; quamvis coram teſtibus hoc fieri debuiſſe conſtet ex Varrone de *ling. Latin. lib. VI.* & Cicerone *ad Attic. lib. XIII. epiſt. 46.* Symbolum quoque adhibitum fuiſſe, digitorum, nempe, percuſſionem, vult Cujacius *Obſervation. lib. VII. cap. 18.* & Merillius *Obſervation. lib. IV. cap. 34.* cui Ant. Dadinus Alteſerra *de fictionib. jur. tract. III. cap. 2.* addit ſaltationem; quaſi crepitus digitorum eſſet imperii ſignum, ſaltatio lætitiæ. Hauſerunt hæc ex Ciceronе *de offic. lib. III. cap. 19.* cujus hæc verba. *Itaque, ſi vir bonus habeat hanc vim, ut, ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletium teſtamenta nomen ejus irrepere, hanc vi non utatur, ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam ſuſpicaturum. At dares hanc vim M. Craſſo, ut digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, in foro, mihi crede, ſaltaret.* Verum

MAEVIVS HEREDEM INSTITVERIT, EAM HEREDITATEM [79] ADEO, [80] CERNOQVE.

29. Sine cretione heres inſtitutus, [81] ſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excluditur ab hereditate, & amplius eam adire non poteſt.

30. Cum cretione vero heres inſtitutus, ſicut cernendo fit heres, ita [82] non aliter excluditur, quam ſi intra diem cretionis non creverit. Ideoque etiam ſi conſtituerit nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, poenitentia actus, cernendo heres fieri poteſt.

31. Cretio autem [83] vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adjiciuntur haec verba, QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE. Continua, in qua non adjiciuntur.

32. Ei, qui vulgarem cretionem habet, dies illi [84] dantur computantur, quibus ſcit ſe heredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere. Ei vero, qui continuam

rum ſermo illic non eſt de hereditate cernenda: ſed de efficiendo, ut ſcribaris heres: quod vir ſapiens, licet poſſet, nollet malis artibus efficere: at Craſſus, homo avariſſimus, nullum non turpitudinis genus admitteret, ſi id poſſet obtinere. Ita, uti ſolet, rectiſſime locum hunc expoſuit ille mihi nunquam ſine honore nominandus Joh. Georgius Grævius, cui multum mea debent ſtudia. Ab hominibus quibuſdam, quibus nullus erat pudor, in adeundis hereditatibus tale quid factum eſſe, indicat Ambroſius *de Offic. lib.* III. *cap.* 11. dum ita ſcribit. *Non ego in hereditatibus adeundis digitorum percuſſiones, & nudi ſucceſſoris ſalutationes notabo: nam hae etiam vulgo notabilia.* Habuiſſe hic Ambroſium in animo Ciceronis verba jam adducta, nemo non videt: ex quibus tamen an & ipſe tale quid collegerit potius fieri, quam ſuo tempore viderit, mihi eſt dubium. SCHULTING.

78. CVM ME MÆVIVS HEREDEM INSTITVERIT, &c.] Interdum etiam erat peragenda cretio a legitimo herede, quamvis dubio procul diverſa nonnihil formula; ſi is eſſet filiusfamilias, ac patri, qui defuncto conjunctus non fuerat, hereditatem eſſet adquiſiturus, *l. un. Cod. Theod. de cretion. vel bonor. poſſeſſion.* unde & poſtea, cum filiifamilias adquirerent ſibi proprietatem bonorum maternorum, & materni generis, etiam conſtitutiones hanc ſolennitatem remiſere, *l. 1. l. 2. l. 4. l. 5. l. 8. Cod. Theod. de matern. bon. & cretion. ſublat.* ad quae loca inſpici poterit Doctiſſimi Jac. Gothofredi commentarius: qui quoque notat, Tribonianum ex verbis finalibus *d. l. 8.* quae agit tantum de hereditate filiofamilias adquirenda, pauca tantum verba retuliſſe in *l. 17. C. de jur. deliberand.* & generalem regulam poſuiſſe, quaſi jus cretionis omne hodie eſſet ſublatum. Vnde & in *l. 7. C. eod. tit.* reliquit tantum illa *pro herede gereret*, cum tamen in *l. 2. Cod. Hermogenian. de ſucceſſionib.* inveniatur ſcriptum, *cerneret, vel pro herede gereret.* Forte tamen hoc ideo fecit Tribonianus, quod Juſtiniani aevo illa ſcrupuloſitas exoleviſſet. IDEM.

79. ADEO.] Hoc eſt, *ad illam accedo*, cui conſequens, ut ſuſcipiatur. Non vero huc pertinet aditus ad hereditatem *l. 28. §. 5. D. de liber. & poſtum.* quem locum eo refert Cujacius *Obſervation. lib.* VII. *cap. 18.* ſed per aditum intelligitur facultas eam quandoque obtinendi, & quidem per eum, qui erit ſuus heres. IDEM.

80. CERNOQVE.] Ipſe Vlpianus jam docuit, *cernere*, eſſe *verba*, ſolennia, ſcilicet, *cretionis dicere*: atque ita mentem declarare: quo pacto hoc rectiſſime exponit is, quem ante laudavi, Perizonius. IDEM.

81. *Si conſtituerit.*] Idque verbis, aliove aliquo indicio declaraverit, uti de recuſatione id docet Paulus *l. 91. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* nec aliter intelligendum quod de deſtinatione Imperator ſcribit §. *ult. Inſt. de hered. qualitat. & differen.* Quae enim homines tantum cogitant, in foro civili ad effectus juris proficere non poſſunt. IDEM.

82. *Non aliter excluditur, quam ſi intra &c.*] Juſſus enim cum exheredatione, niſi heres quid faciat, conditionem facit, *l. 44. D. de heredib. inſtituend.* adeoque ante quam is, qui eſt juſſus cernere, etiam cernat, hereditas ei non defertur: adeoque nec repudiari poteſt, *arg. l. 13. pr. D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l. 174. §. 1. D. de regul. jur.* Lapſo tempore, conditio plane defecit: adeoque hereditas amplius non defertur. IDEM.

83. *Vulgaris*] Legitima & utilis. CVJAC.

84. † *Dati*] Vet. *dantur*. leg. *tantum*. IDEM. Veterem lectionem poſt ed. Pariſ. clɔ lɔ LXXXVI. maluimus, quam *dati*, quod aliae habent. *Tantum* quoque eſt in marg. ed. ejuſdem Pariſ. idque rectum. SCHULTING.

† 85. *Aut*

tinuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignoravit ſe heredem inſtitutum: [85]aut ſcivit quidem, ſed non potuerit cernere.

33. [86]Heredes aut inſtituti dicuntur, aut [87]ſubſtituti. Inſtituti, qui primo gradu ſcripti ſunt: Subſtituti, qui ſecundo gradu, vel ſequentibus [88]heredes ſcripti ſunt: velut, TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS PROXIMIS CENTVM, QVIBVS SCIERIS, POTERISQVE: [89]NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVNC MAEVIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS, & reliqua. Similiter & deinceps ſubſtitui poteſt.

34. Si [90]ſub imperfectam cretionem heres inſtitutus ſit, id eſt, non adjectis his verbis, SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, ſed ſi ita, SI NON CREVERIS, TVNC MAEVIVS HERES ESTO, cernendo quidem ſuperior inferiorem excludit: non cernendo autem, [91]ſed pro herede gerendo, [92]in partem admittit ſubſtitutum. Sed poſtea divus Marcus conſtituit, [93]ut & gerendo ex aſſe fiat heres. Quod ſi neque creverit, neque pro herede geſſerit, ipſe excluditur, & ſubſtitutus ex aſſe fit heres.

† 85. *Aut ſcivit, ſed*] *Aut ſcivit quidem, ſed* CVJAC. Illud *quidem* exſtat quoque in edd. Charond. aliisque antiquioribus, exceptis iis, quæ notas habent Cujacii, (forte per errorem) quæque ad illas compoſitæ ſunt, D. Gothofredi, & Pacii. Et cur ergo ab hac exſulabit? SCHVLTING.

86. *Heredes aut inſtituti dicuntur, &c.*] Similia Paulus habet *Sententiar. lib.* III. *tit.* 4. *B.* §. 3.

87. *Subſtituti*] De Subſtitutione aliquid eſt apud Cujum, ſive Anianum *Inſt. lib.* II. *tit.* 4.

88. *Heredes ſcripti ſunt*] Hæc poſt ed. Pariſ. eſt LXXXVI. cum præcedentibus conjunximus. In aliis hic nova incipit regula, perperam. SCHVLT.

89. NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO] In codice Tilii non exſtat *niſi*: ideoque in dicta ed. Pariſ. eſt impreſſum alia litterarum forma. Habent hoc tamen edd. Charondæ aliæque omnes, quas inſpexi: & res poſtulat *niſi*, vel, *ſi non*. Idem de *ex* in *exheres*. IDEM.

90. *Sub imperfectam cretionem*] *Sub cretionem* dixit pro *cum cretione*, quomodo locutus eſt §. 25. Imperfectam cretionem vocat, quæ tantum continet juſſum, non vero pœnam non parenti ſtatuit: uti lex imperfecta, de qua *tit.* 1. § 1. IDEM.

91. *Sed pro herede gerendo*] Adeoque non impleta voluntate teſtatoris, qui ſolenniter voluerat cerni. Idem erit, ſi nuda additione fuerit uſus, de qua ad §. 25. *hoc tit.* IDEM.

92. *In partem admittit ſubſtitutum*] Hoc eſt, facit, ut ſubſtitutus in partem admittatur, dimidiam, nempe, ſecundum *l.* 164. §. 1. *D. de verbor. ſignification.* Atque ita alia in ſpecie loquitur Tryphoninus *l.* 20. §. 1. *D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* ut ita ſubſtitutus hic veniat quaſi adjectus: quod etiam obſervatur, ſi quis ſervum alienum heredem inſtituerit, dum putaret eum ſibi hominem liberum, eique ſubſtituerit Mævium. Hic ſi poſtea ille ſervus hereditatem adquiſierit domino, ſubſtitutus in partem dimidiam vocabitur, §. *ult. Inſt. de vulgar. ſubſtitution. l.* 40 *D. de heredib. inſtituend.* non quia voluntas domini eſt obſcura, quo cum vulgo Doctorum inclinat Cujacius *Obſ. lib. XVII. cap.* 21. (quod tamen non nego evenire poſſe; ac neſciri, an quidem teſtator illum inſtituturus fuiſſet, ſi ipſi innotuiſſet hominis conditio) quam quia non ita ſuo arbitrio adit, ſibique adquirit, uti defunctus cogitaverat. Atque ita recte illud accepit alibi Cujacius *not. poſteriorib. ad d.* §. ubi illam ſpeciem cum hac comparat: non vero vult, ſervum illum locum feciſſe ſubſtituto, quia hereditatem non creverat, verum adierat; quod ipſi adſcribit, & ſequitur Merillius *Variant. ex Cujac. lib.* 1. *cap.* 36. quem eo nomine carpit merito Oſius Aurelius *Diſputter. ad Merill. cap.* 32. & nihil eſt in *d.* §. *ult.* nec *in l.* 40. unde colligatur, ſervum ſub cretione fuiſſe inſtitutum: ac longe alia ratio illius juris proponitur. Quidquid vero hactenus tentarint Viri Egregii in *d. l.* 40. explicanda vel emendanda, nihil video, cur recedam a conjectura Cujacii, pro *alter ſemis* reponentis *as*: erroremque inde natum exiſtimantis, quod integrum verbum acceptum ſit pro duabus ſigliis A. & S. & male expoſitum per *alter ſemis*. Sane auctor dictæ *l.* 40. Julianus, qui ibi dixit *as dividatur*, ſic quoque ſcripſit *aſſem diſtribuendum l.* 13. *pr. D. de liber. & poſtum.* Multa pro Cujacio alia adfert Ant. Fouquetinus *ad d.* §. *ult.* IDEM.

93. *Ut & gerendo ex aſſe fiat heres*] Quaſi non tanti ſit diſcrimen hoc in modo adquirendi, ut quis ideo hereditatis parte dimidia privetur. At non inde recte concludes, etiam ſublatum eſſe illud, quod modo diximus de ſubſtituto ei dato, quem ſervum eſſe poſtea apparuit: quamvis enim hoc jus illi deciſioni occaſionem dare potuerit, longe tamen validior eſt in ea ſpecie pro ſubſtituto ratio, ab ipſa defuncti voluntate circa ipſam hereditatem deprompta. IDEM.

TITVLVS XXIII.

Quemadmodum Teſtamenta rumpuntur.

1. Teſtamentum jure factum infirmatur duobus modis: ſi ruptum, aut irritum factum ſit.

2. [2]Rumpitur teſtamentum [3]mutatione, id eſt, ſi poſtea aliud teſtamentum jure factum ſit. [4]Item adgnatione, id eſt, ſi ſuus heres adgnaſcatur, qui neque heres inſtitutus, neque, ut oportet, exheredatus ſit.

3. Adgnaſcitur ſuus heres aut adgnaſcendo, aut adoptando, aut [5]in manum conveniendo, aut in locum ſui heredis ſuccedendo: velut nepus mortuo filio, vel emancipato: [6]aut manumiſſione, id eſt, [7]ſi filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus reverſus ſit in patris poteſtatem.

4. [8]Irritum fit teſtamentum, ſi teſtator capite deminutus fuerit, aut ſi jure facto teſtamento, nemo exſtiterit heres.

5. [9]Si is, qui teſtamentum fecit, ab hoſtibus captus ſit, teſtamentum ejus valet: ſiquidem reverſus fuerit, jure poſtliminii: [10]ſi non ibi deceſſerit,

1. *Rumpuntur*] Vlpianus hic quoque loquitur de teſtamentis, quæ irrita fiunt §. 4. adeoque forte ipſe addidit, *vel irrita fiunt.* vel in genere forte ſcripſit *infirmantur*, ut in §. 1. *hoc tit.* & Imperator *tit. quib. mod. teſtament. infirment.* omnes enim modos perſequitur, quibus teſtamenta ab initio recte facta ex poſt facto ipſo jure evertuntur: uti & Juſtinianus *dict. tit.* SCHVLTING.

2. *Rumpitur teſtamentum &c.*] Idem tradit Cajus *Inſt. lib.* II. *tit.* 3. §. 1. *& ſeqq.* ubi ſatis eſt notatum.

3. *Mutatione,*] Si teſtator mutans ſententiam aliud teſtamentum fecerit, in quo juris ſolennia non defuerint, prius rumpitur teſtamentum, quia non eſt ſuprema teſtatoris voluntas. CHARONDA.

4. *Item agnatione*] Agnatione ex jure antiquo, ſi naſcantur poſt mortem: ex jure novo, ſi in vita: ſucceſſione, ex jure novo: nam jure antiquo ſui naſcuntur, non fiunt. Ait vero lex nova, *in locum ſuorum ſui heredes ſuccedunto. l. Gallus, 29. §. videndum.* CVJAC.

5. *In manum conveniendo*] Vxor in manum conveniendo conſequebatur jus ſui heredis, *tit. præc. §. 14.* De illis uxoribus eſt actum *tit. 9.*

6. *Aut manumiſſione*] Filius tribus emancipationibus, & tribus manumiſſionibus ſui juris fit: ceteri liberi una emancipatione. Singulæ manumiſſiones aliis diebus, aliisque adhibitis teſtibus fieri poſſunt auctore Paulo *lib.* II. *Sentent.* Igitur poſt primam & ſecundam manumiſſionem filius præteritus rumpit teſtamentum patris, quia in ejus poteſtatem revertitur. Ceteri liberi ſemel emancipati, jam amplius non redeunt in poteſtatem, & ideo nec patris teſtamentum rumpunt, *l. verum, 8. §. ult. de injuſt. teſtam.* CVJAC.

7. *Si filius ex prima ſecundave mancipatione manumiſſus &c.*] Si filiusfamilias emancipandi gratia alicui eſſet mancipatus, ac in illius mancipio ad tempus maneret, antequam manumitteretur: (quod fieri poterat) & interea paterfamilias teſtamentum faceret, id tunc ab initio valebat: quia filium in poteſtate non habebat: verum ſi dein filius ab emptore manumitteretur, neceſſario redibat in patris ſui poteſtatem, ac erat illi ſuus heres, cum non, niſi ter venditus, & ter manumiſſus, a patre poſſet liberari. Vnde & ab inteſtato ſuccedendi jus ita recuperabat, Cajo auctore in genuino fragmento *Inſtit. lib.* III. quod nos collocavimus e regione Epitomes Anianæ *lib.* II. *tit. 8. §. 1.* Rectiſſime hoc adſecutus eſt, & expoſuit Cujacius: docetque, illud in filiabus, aliisque liberis ceſſare; quia hi mancipati ac manumiſſi in patris poteſtatem non redeunt: eoque refert *l. 8. §. 1. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament.* Non attigiſſem hoc, niſi vidiſſem, Viros Præſtantes ex recentioribus Interpretibus aliud ex illa *l. 8. §. 1.* conficere, quam quod illa vult, atque hac in re hærere: ideoque ſpeciem clarius volui proponere. SCHVLTING.

8. *Irritum fit teſtamentum*] Adde Cajum *Inſt. lib.* II. *tit. 3. §. 3. & §. 4. Inſt. quib. mod. teſtament. infirment. l. 6. §. 3. & ſeqq. l. 1. D. de injuſt. rupt. irrit. fac. teſtament. l. 20. pr. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.*

9. *Si is, qui teſtamentum fecit, &c.*] Idem traditur a Paulo *Sententiar. lib.* III. *tit. 4. A. §. 8.*

10. *Si non ibi deceſſerit*] Legendum, *ſi vero.* CVJAC. *Si non* exſtat in edd. plerisque: in Lovan. ei ita L. eſt,

rit, [11] ex lege Corneliana: quae perinde ſucceſſionem ejus confirmat, atque ſi in civitate deceſſiſſet.

6. [12] Si ſeptem ſignis teſtium ſignatum ſit teſtamentum, licet jure civili ruptum, vel irritum factum ſit, Praetor ſcriptis heredibus juxta tabulas bonorum poſſeſſionem dat, ſi teſtator & civis Romanus, & ſuae poteſtatis cum moreretur fuit: quae bonorum poſſeſſio [13] cum re, id eſt, cum effectu habetur, [14] ſi nemo alius jure heres ſit.

7. [15] Liberis impuberibus in poteſtate manentibus, tam natis, quam poſtumis, heredes ſubſtituere parentes poſſunt duplici modo, id eſt, aut eo, quo extraneis, ut ſi heredes non exſtiterint liberi, ſubſtitutus heres fiat: [16] aut proprio jure, id eſt, ſi poſt mortem parentis heredes facti, intra pubertatem deceſſerint, ſubſtitutus heres fiat.

8. [17] Etiam [18] exheredatis filiis ſubſtituere parentibus licet.

9. [19] Non

eſt, *ſi non, ſed.* Charond. *ſi autem*, bono ſenſu. SCHVLTING.

11. *Ex lege Corneliana*] Ex lege Cornelia. utrumque ſit fictione quadam: nam re vera captivitate irrita teſtamenta fiunt. Duplex igitur eſt fictio, Poſtliminii, & Cornelia. haec juris civilis eſt: illa juris gentium: haec retro fingit tempore captivitatis eum deceſſiſſe, qui non rediit: illa vero in civitate fuiſſe eum, qui rediit. Lex XII. tab. civibus Rom. conſtituit heredes teſtamentarios & legitimos: lex Cornelia captivis. CVJAC.

12. *Si ſeptem ſignis*] Quamvis juris ſcrupuloſitate, nimiaque ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur: attamen ſi juris praetorii ſolennia obſervata ſint, ſcilicet ſi ſignatum fuerit, haeredi ſcripto bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas dabit praetor: nec intereſt, ut Ulpianus noſter ſcribit, ſive ruptum ſive irritum jure civili factum ſit teſtamentum *c. 12. D. de injuſt. rup. irrit. fac. teſt.* CHARON D.

13. *Cum re*] Hoc explicatur in *tit. 28. l. filiis, 25. C. de inoff. teſt.* CVJAC.

14. *Si nemo alius jure*] Jure legitimo, vel ab inteſtato. Quod ſi alius jure heres ſit, ut ſi exiſtat filius praeteritus, ſecund. tab. bon. poſſ. erit ſine re. Verum enim quia utcumque ſecundum tab. dari poteſt, quamvis jure civili nullum ſit teſtamentum, jure praet. neceſſaria eſt filio contr. tab. bon. poſſ. Reſtat autem, ut ex injuſto, nullo, rupto agnatione, detur bon. poſſeſſ. item ex irrito, ſi modo reverſus teſtator in antiquum ſtatum, non mutata voluntate e vita deceſſerit. Nam tria exigit praetor: ut non minus, quam ſeptem teſtium ſignis obſignatum ſit teſtamentum: ut is, cujus bonorum poſſeſſio datur, mortis & teſtamenti tempore teſtamenti factionem habuerit: denique ut ſupremum teſtamentum ſit, §. *non tamen. quib. mod. teſt. infirm. l. 1. de bon. poſſ. ſecundum tab.* IDEM.

14. * *Si nemo alius jure heres ſit*] Heredibus ex jure civili Praetor bona auferre non poteſt, niſi alio jure majoris auctoritatis adjuvetur, veluti conſtitutione, quale exemplum *l. 12. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* ubi bonorum poſſeſſio datur cum re, ſi poſtumus vivo teſtatore natus rupto teſtamento deceſſerit. SCHVLTING.

15. *Liberis impuberibus*] Duo ſubſtitutionis genera tangit, quae tantum veteres jureconſulti tradiderunt. Sic enim Cajus ſcribit. *Subſtitutio eſt, qua poſt inſtitutionem a teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi haeredis appellatio. Et duae ſunt, quarum una vulgaris dicitur, altera pupillaris.* Vulgaris eſt, quae vulgari & communi formula cuivis perſonae & cuivis aetati fieri poteſt: pupillaris autem, qua parentes filiis impuberibus, quos habent in poteſtate, ſubſtituunt, ſi antequam in ſuam tutelam perveniant, decedant. CHARON D.

15. * *Liberis impuberibus &c.*] Haec deſumpta ſunt ex alio titulo, vel *de ſubſtitutionibus, & ſecundis tabulis*, qualis eſt apud Cajum *Inſt. lib. II. tit. 4.* ubi de his quoque agitur: vel potius *de pupillari ſubſtitutione*, ſub quo in Inſtitutionibus Juſtiniani leguntur ſimilia: ubi haec ab Interpretibus latius exponuntur. SCHVLTING.

16. *Aut proprio jure*] Haec eſt pupillaris ſubſtitutio, illa vulgaris: haec moribus, illa XII. tab. introducta eſt: haec pubertate, illa aditione finitur: haec ſuccedit pupillo, illa teſtatori. haec ſit in eventum adquiſitae hereditatis & mortis, aut in eventum mortis duntaxat, illa in eventum non adquiſitae hereditatis. Ex conſtitutione autem divorum fratrum omnis ſubſtitutio facta pupillo, duplex eſt. CVJAC.

17. *Etiam exheredatis*] Subſtitutio plerumque aeſtimatur ex ratione ſucceſſionis. haec ex ratione ſcripturae aeſtimatur, non ſucceſſionis. proinde in ea ordo ſcripturae obſervatur: & ita intelligendum eſt initium §. *prius, l. moribus, 2.* utpote cum pendeat ex §. *quisquis*, & §. *interdum*, quos ſi quidem quis diligenter excutiat, inveniet ad eam duntaxat ſubſtitutionem pertinere, quae ſit exheredato. Ac inde in fin,

§. *prius.*

Digitized by Goog

9. [19]Non aliter impuberi filio ſubſtituere quis heredem poteſt, quam ſi ſibi quis heredem [20]inſtitueret, vel ipſum filium, vel quemlibet alium.

10. [21]Milites quomodocunque fecerint teſtamenta, valent, id eſt, etiam ſine legitima obſervatione: nam Principalibus conſtitutionibus permiſſum eſt illis quomodocunque vellent, quomodocunque poſſent, teſtari: idque teſtamentum, quod miles contra juris regulam fecit, ita demum valet, ſi vel in caſtris mortuus ſit, vel poſt miſſionem intra annum.

§ prius. ait. *Quod igitur dictum eſt, etiam exheredatis liberis* (ſic enim legendum eſſe ſcio) *ſubſtituere licere, ideo adjectum eſt, ut declaretur non eſſe a filii impuberis teſtamento incipiendum:* quandoquidem ſi ab eo incipias exheredato, hoc non eſt ſubſtituere. Denique odioſa hæc ſubſtitutio eſt, *l. cum quidam, 24. C. de legat.* & ideo rigor juris, id eſt, ordo ſcripturæ, qui in ceteris relaxatur, in ea diligenter cuſtoditur. Sunt & quam plurima alia exempla ſubſtitutionum, quæ ex ſcriptura æſtimantur, non ſucceſſione: ut in formula Galli, in ſpecie *l. cum ex filio, 39. §. ult. l. ſed ſi plures, 10. §. ult. l. ultim. §. 1. de vulgar. ſubſtit.* ut vere quis ita ſtatuere poſſit. Subſtitutus eſt is, qui ſecundo loco ſcriptus eſt, quamvis ei non ſuccedat, qui primo loco heres ſcriptus eſt. Subſtitutus eſt is, qui ſecundo loco ſcriptus eſt, etiam ſi ei poſt mortem teſtatoris primo deferatur hereditas. Subſtitutus eſt is, qui ſemel atque iterum heres ſcriptus eſt, quamvis eo non niſi ſemel deferatur hereditas. IDEM. Ideo exheredatis filiis ſubſtituere parentes poſſunt: quia licet eos ab hæreditate ſua excludant, ipſos tamen honorare videntur, quibus heredes dant, cum iis per ætatem teſtari non liceat. CHAROND.

18. *Exheredatis*] Non præteritis, quales hodie omnes teſtamentum faciunt nullum: olim non omnes quidem, ſed aliqui, *tit. 22. §. 16.* quibus tamen ſubſtitutio fieri poteſſe nusquam dicitur. Ceterum ſubſtitutio hæc re vera eſt inſtitutio in bonis impuberis, *l. 10. §. 5. D. vulgar. & pupillar. ſubſt.* & quidem qui erit ſui juris: quod maxime patet in ſpecie exheredationis: adeoque nec ex duodecim tabulis fluit, cum illæ de re ſua tantum diſponere permiſerint, quod plenius expoſitum eſt a Viris Doctis, Vigilio, Fouquelino, Bachovio, Vinnio, aliisque *ad pr. Inſt. de pupillar. ſubſtitution.* Emendatio Cujacii in *l. 2. §. ult. D. dict. tit.* a vulgata ſcriptura valde recedit, nec videtur neceſſaria, ſi verba hoc modo interpretemur: regulam eſſe, ut parentibus liceat heredem ſcribere liberis ſingulis, quos habent in poteſtate, & quidem ſubſtituendo: ex eoque, vi ipſa verbi inſpecta, liquere, ab inſtitutione heredis proprii incipiendum eſſe, non a teſtamento impuberis, ſive ſubſtitutione. A qua tamen regula recedituri, ſi impubes heres a parente inſtitutus ſit: ac tunc quoque, ſi non ordine ſcripturæ, ſaltem ratione ſucceſſionis, impuberi ſubſtitutus quis videtur: non ſi ſit exheredatus; quia non tantum odioſa eſt exheredatio, *l. 19. D. de liber. & poſtum.* at nec ſubſtitutio hic eſſe poteſt ex ordine ſuccedendi, ſed tantum ordine ſcribendi, dum alius ſaltem heres præmittitur. Et hoc igitur hic requiritur. Nec aliter illum locum expoſuit V. C. Janus a Coſta *ad §. 5. Inſt. de pupillar. ſubſtitution.* SCHULTING.

19. *Non aliter impuberi filio*] Pupillares tabulæ, quæ etiam ſecundæ appellantur, pendent a paterno teſtamento, easque partem & appendicem paterni teſtamenti recte dixeris. Ideo qui impuberi teſtamentum facit, ſibi quoque facere debet. Sed cum unum ſit teſtamentum, nihil intereſt quis ordo ſcripturæ obſervetur: modo ea ſit teſtatoris mens & ſententia, ut ſcripturam convertens velle ſibi prius teſtamentum facere intelligatur. Atque ita intelligendus mihi videtur Ulpianus in capite 2. §. *prius autem, de vulg. & pupil ſubſtit.* CHAROND.

20. *Inſtitueret*] Ed. Lovan. ciɔ Iɔ L. *inſtituerit*, quod malim. SCHULTING.

21. *Milites quomodocunque fecerint teſtamenta, &c.*] Nec hæc ad hunc titulum pertinent, quem præferunt. An vero in expeditionibus, an alibi, vel alio tempore teſtamentum faciant milites, nec Ulpianus hic diſtinguit, nec illæ, quas idem allegat, conſtitutiones, *l. 1. D. de teſtament. milit.* & Juſtinianus diſerte ſibi hanc privilegii militaris reſtrictionem ad tempora expeditionum adſcribit *pr. Inſt. de militar. teſtament. add. l. 17. C. de teſtament. milit.* adeoque quod etiam hujus juris ita coartati mentio fiat in *l. 1. l. 15. C. eod. tit.* non poteſt eſſe, niſi ſ Triboniano, cui illud dudum adſcripſere Viri Inſignes, Hub. Giphanius *ad d. l. 1.* Hug. Donellus *Commentarior. lib. VI. cap. 28.* Janus a Coſta *ad pr. Inſt. de militar. teſtament.* ut non ſit hic opus *lnſxsv* cum Vinnio *ad dict. princ.* Quæ hic porro traduntur, in eodem titulo Inſtitutionum plene enarrata ſunt. IDEM.

TITV-

TITVLVS XXIV.

[1] *De Legatis.*

1. Legatum eſt, quod legis modo, [2] id eſt, imperative, [3] teſtamento relinquitur: nam ea, quae precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa vocantur.

2. [4] Legamus autem [5] quatuor modis, per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per praeceptionem.

3. Per

1, *De Legatis*] De quibus titulus quoque eſt apud Cajum *Inſtit. lib.* II. *tit.* 5. & Paulum *Sententiar. lib.* III. *tit* 6.

2. *Id eſt, imperative*] Imperativa verba, ſunt verba directa, *l. quoniam, 15. C. de teſtam.* CVJAC. Verba haec vocantur etiam directa *l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ. l. 15. C de teſtament.* & apud Scholiaſtem Horatii *ad lib.* II. *ſat 1. verſ. 9.* & civilia, *tit. 25. §. 1.* de quibus, & precativis, quae in opponuntur, plura tradit Cujacius *Obſervation. lib.* XI. *cap. 25.* Haec ex ipſa lege XII. tabularum erant valida; non item precaria, quae ex voluntate tantum defunctorum deſcendebant, *tit. 25. §. 1.* SCHULTING.

3. *Teſtamento*] Sic *l. 36. D. de legat. 11.* non codicillis, *l. 3. Cod. Hermogenian. de donationib.* eoque reſpicitur in *§. 10. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.* In teſtamento relinquendâ ſunt, quae directe relinquuntur, vel ſaltem codicillis teſtamento confirmatis, *l. 18. pr. D. de ann. legat.* ut & directae libertates, *l. 43. D. de manumiſſ teſtament.* & tutelae, *l. 3. D. de teſtamentar. tutel.* non in aliis; uti nec in illis legatum poteſt adimi, *§. 29. hoc tit.* Inde de fideicommiſſis Paulus *Sententiar. lib.* IV. *tit. 1. §. 10.* tamquam ſingulare notat, quod illa in talibus codicillis data, jure debeantur. Hodie poſt exaequata legata, & ſingularia fideicommiſſa, *§. 3. Inſt. hoc tit. l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* in quali ultima voluntate legatum relinquatur, perinde erit. IDEM.

4. *Legamus autem quatuor modis*] Diſcrimen hoc inter legata a Juriſconſultis diſputatione fori videtur inductum, dum formulas legandi, ſingulorumque verborum vim ac differentiam, omni adhibita ſubtilitate, excuſſerunt. Unde & adſcribitur juri civili *§. 11. hoc tit.* quo nomine etiam jus a Prudentibus inductum ſignificatur, *l. 2. §. 5. D. de origin. jur.* V. C. Antonius Faber *Conjecturar. lib.* VI. *cap. 1.* omnes has ſpecies ad duas revocat, vindicationis, & damnationis; quas etiam primarias fuiſſe ſpecies, ſequentia oſtendunt. Legatum tamen praeceptionis a legato vindicationis in eo ſane differebat, quod hoc cuilibet, illud heredi tantum relinqueretur: ut ſic verum eſſet diſcrimen inter haec. Verum & actioni familiae erciſcundae de eo locus erat, Paul. *Sententiar. lib.* III. *tit. 6. §. 1.* quod de legato vindicationis nemo dixerit. Legatum autem ſinendi modo ipſe Ulpianus per damnationem relictum fuiſſe docet *§. 5. hoc tit.* habebat tamen aliquid quoque de legato vindicationis; ac legatarius rem ita ſibi legatam poterat ſumere, & vindicare: adeoque plus adquirebat juris, quam ex legato damnationis, ex quo perſonalis tantum actio dabatur, ut ex ipſis formulis legandi apparet. Imo & legatum damnationis admittebat facta, ut heres, nempe, aliquid faceret, Paulo auctore *dict. lib.* III. *tit. 6. §. 10. adde §. 21. Inſt. hoc tit.* qualia per modum ſinendi relinqui non potuerunt. Quare ergo a diviſione quadrimembri Gaji *Inſt. lib.* II. *tit. 5.* Ulpiani *hoc loc.* & Imperatoris *§. 2. Inſt. hoc tit.* recedemus? Et Fabro jam pridem reſpondit Oſw. Hilligerus *Donell. Enucleat. lib.* VIII. *cap. 3.* Sublatum eſt hodie hoc legatorum diſcrimen: & quidem ſenſim, uti poſtea oſtendemus. Ne vero verba ad hoc legatorum diſcrimen pertinentia in jure Juſtinianeo exſtarent, plerumque cavit Tribonianus: non tamen ubivis verba ſublata ſunt; frequentius vero rei ipſius veſtigia ſagaciores repererunt: quae ita videri poſſent habere uſum, ſi appareat aperte, defuncti mentem, cui nihil obſtare voluit Juſtinianus *dict. §. 2.* talem eſſe, ut diſcrimen aliquod admittatur. Atque ita loca Pandectarum, in quibus ejus veſtigia conſpiciuntur, hodie explicanda eſſe exiſtimat V. C. Marc. Aurel. Galvanus *de uſufruct. cap. 40 n. ult.* Quod tamen verba ipſa talium locorum non ſatis indicant: & vereor, ne hic quoque per ſeſtimationem & incogitantiam a Pandectarum compilatoribus peccatum ſit: quod & alii exiſtimant. Sedecim autem differentias tales recenſet Em. Merillius *Obſervation. lib.* VI. *cap. 32.* quae apud illum poſſunt legi. Addi poſſunt aliae, verbi gratia, quod legatum vindicationis jam olim potuerit repudiari, *l. 7. l. 44. §. 1. l. 86. §. 2. D. de legat. 1.* quia legatarius habere poterat, ſi vellet adquirere, *per l. 18. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* non damnationis, ex quo perſonalis tantum dabatur actio, quae repudiatione ipſo jure non tollebatur, cum haec non eſſet modus obligationis tollendae: uti ex eo colligitur, quod repudiatio fideicommiſſi, quod ad legatum damnationis proxime accedit, ipſo jure non valuerit; ſed tantum exceptionem produxerit doli mali, *l 34. §. 2. D. de legat.* II. *l. 20. C. de fideicommiſſ.* Suboluit hoc diſcrimen R. Bachovio *ad Treutler. part. II. Diſputation 13. theſ. 2. litt. B* at plenius illud expoſuit Barthol. Cheſius *Differentiar. jur. lib.* I. *cap. 47.* Praeterea ſi heredis ſervus a teſtatore

3. Per vindicationem his verbis legamus, [5]DO, LEGO: [6]CAPITO, [7]SVMITO, SIVE HABETO.

4. Per damnationem his verbis, HERES MEVS [8]DAMNAS ESTO DARE: DATO, FACITO: HEREDEM MEVM DARE [10]JVBEO.

5. Sinendi modo ita: [11]HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE

alicui legatus sit, sinendi, videlicet, modo, secundum §. 10. *hoc tit.* ipso jure manumissio impeditur, *l. 28. D. qui & a quib. manumiss. liber. non fiunt.* si per damnationem, libertas procedit: sed legatario heres erit obligatus, *l. 112. §. 1. D. de legat. 1.* quod notat Merillius *ad §. 16. Inst. hoc tit.* Aliud discrimen ex *l. 59. D. de manumiss. testament. l. 88 D. de verbor. signification.* (de quibus mox) collatis cum *l. 61. D. ad leg. Falcid.* notat Cujacius *Observation. lib.* XIV. *cap. 36.* Quæ tamen discrimina post legatorum exæquationem obtinere non possunt, quatenus saltem ex subtili & veteri jure oriuntur. IDEM.

5. *Quatuor modis, &c.*] Has verborum solennitates jam divorum principum constitutionibus sublatas rejiciens Justinianus Imperator, unam omnibus legatis naturam esse voluit. Ea vero legatorum genera Cajus etiam diligenter explicat. CHAROND.

6. DO, LEGO] In Notis Magnonis, *D. L. do, lego.* Aperte ad legatarium oratio dirigitur: nec adquisitio factum requirit heredis; sed ipso jure peragitur, ex lege XII. tabb. *tit. 19. §. 17.* & est in accipientis arbitrio, uti loquitur Servius *ad Virgil. Æneid. lib.* V. *vers. 339.* ac verbum *lego*, quamvis indicativi temporis, est tamen directum. imo lex ipsa dicebat, *uti legassit.* SCHULTING.

7. CAPITO] Hoc cum effectu intelligendum est, *l. 72. D. de verbor. signification.* IDEM.

8. SVMITO, SIVE HABETO] Virgilius quoque, exactissimus proprietatis verborum observator, *sumere*, & *habere* conjungit *dict. lib.* V. *Æneid. v 333.*

Sume, pater, (nam te voluit Rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem)
Ipsius Anchisa longævi hoc munus habebis.

Rem autem ita sibi legatam sua auctoritate adprehendere poterat legatarius, quod clarum est ex Cajo, cujus sensum barbariusculè expressit Anianus *Inst. lib.* II. *tit. 5. §. 2.* hoc modo. *Quod post mortem testatoris statim legatarius, non exspectato herede, sibi præsumit. Quamvis præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab herede potest calumniam sustinere.* Nemo non videt, stylum hunc esse non Caji, sed Epitomatoris, qui de suo quædam addidit. Vnde tamen non recte colligit V. C Ant. Faber *Conject. libr.* VI. *cap. 1. n. 20.* interdictum Quod legatorum contra eum locum non habuisse: quem sequitur Oiselius *ad Cajum dict. loc.* Sed Cajus locutus fuit de regula tantum, ac de jure civili: non de restrictione, quam induxit Prætor. Et id, quod illi volunt, admitti non finit ipsius interdicti formula *l. 1. §. 2. D. quod legator.* quæ vult, *ut quod quis legatorum nomine non ex voluntate heredis occupavit, id restituat heredi.* imo, aut valde fallor, aut Prætor illud interdictum præcipue proposuit, ut adversus legatarios per vindicationem, vel sinendi modo, relicta occupantes, quod jure civili licebat, & quo respexit Cajus *loc. cit.* heredi prospiceret, dato & huic remedio, non simpliciter, verum sub conditione, si satisdaret, *l. 1. §. 16. l. 2. §. 1. D. eod. tit.* ut ita quasi casum proponat, qui in jure civili, quod supplet & corrigit, non videtur esse decisus. Ac de legato per præceptionem, quod tamen legatum vindicationis imitatur, §. 11. *hoc tit.* constat, heredibus contra coheredem dari illud interdictum, quatenus res jure legati ad occupantem pertinet, non quatenus jure hereditario, *l. 1. §. 6. D. eod. tit.* ubi idem dicitur de herede, cui quocumque modo legatum est, adeoque & vindicationis, & sinendi modo. Et quare igitur non idem fuerit in alio legatario? Frustra ergo Vir ille Egregius illa verba, *Idemque erit &c.* Triboniano adscribit. Nihil in illis, quod non sit rectissimum. In legato damnationis legatarius, qui non erat dominus, ut in vindicationis legato ac similibus, ut dominium consequeretur, opus habebat facto heredis: nec hic illa occupatio id ipsi potuisset conferre. Paulo aliter hoc exponit M. Aurel. Galvanus *de usufruct. cap. 40. n. 20.* qui in ipsa re præcipua idem nobiscum sentit. IDEM.

9. DAMNAS ESTO DARE] Hic clare ad heredem oratio dirigitur, illiusque factum exigitur: quod & de usufructu ita relicto docet Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit. 6. §. 17.* In Notarum Juridicarum explanatione inter Grammaticos Antiquos Hel. Putschii *p. 1671.* exstat, *D. D E. Dare damnas esto.* Vim horum verborum exponit quoque Servius *ad Virgil. Æneid.* XII. *vers. 727.* hoc modo. *In jure cum dicitur*, damnas esto, *hoc est, damnatus es, ut des, hoc est, damno te, ut des, neque alias liberaris.* Vt adeo non sine causa heres perinde hic obligatus fuerit, ac si a judice esset damnatus: ac inficiando lis creverit in duplum, quod ostendit Paulus *Sententiar. lib. 1. tit. 19.* ubi dixi. Ratio illa, quod heres hoc legatum facilius inficiari potuerit, quam alia, quia hic tantum in personam actio dabatur, quam adfert Merillius *ad §. ult. Inst. de obligationib. quæ quasi ex contract. nascunt.* non est solida. Mutatum jus hoc a Justiniano *dict. §. ult.* IDEM.

10. JVBEO] Directum est hoc verbum, *tit. 22.* IDEM.

11. HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE *&c.*] Est hic damnatio quidem: non tamen solummodo heres damnatur: sed & factum legatario permittitur, idque pati jubetur heres; non rem tradere, Cajo teste *Inst. lib.* II. *tit. 5. §. 6.* sed & legatum damna-

RE LVCIVM TITIVM SVMERE ILLAM REM, SIBIQVE HABERE.

6. [12] Per praeceptionem ſic: LVCIVS TITIVS ILLAM REM [13] PRAECIPITO.

7. Per vindicationem legari poſſunt [14] res, quae utroque tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt, mortis, & quando teſtamentum faciebat: [15] praeterquam ſi pondere, menſura, numero contineantur: in his enim ſatis eſt, ſi vel mortis duntaxat tempore fuerint ex jure Quiritium.

8. Per damnationem omnes res legari poſſunt, etiam [16] quae non ſunt teſtatoris, dummodo tales ſint, quae dari poſſint.

9. Liber homo, aut res populi, aut ſacra, aut religioſa, [17] nec per damnationem legari poteſt: quoniam dari non poteſt.

10. Si-

damnationis, & finendi modo differebant, quod ad res, quae legari poterant, de quibus idem Cajus aliqua tradit *dict. tit. §. 3. & 6. add. §. 8. & 10. hoc tit.* IDEM.

12. *Per praeceptionem*] Hoc modo heredibus legatur, ut in judicio id familiae erciſcundae, quod legatum eſt, praecipiant, hoc & prælegatum dicitur & praecipuum, Sid. Apoll. *lib.* VI. *Epiſt. Illud autem deberi tibi quodam, ut Juriſconſulti dicunt, praecipui titulo.* CVJAC.

13. PRAECIPITO] In notis Magnonis plenior occurrit formula, *P. S. T. Q. H. Praecipito, ſumito, tibique habeto.* SCHVLTING.

14. *Res, quae utroque tempore ex jure Quiritium teſtatoris fuerunt*] Quoniam rei vindicatio hic dabatur legatario, quae ex lege XII. tabb. olim inſtituebatur adhibita hac formula, *Hanc ego rem meam eſſe aio ex jure Quiritium*, quam Cicero commemorat *pro Muren. cap. 12.* & Cajus, cujus verba habuimus *Inſt. lib. 1. tit. 6. & lib. II. tit. 1.* ac mentio ejus in *l. 1. §. 2. D. de rei vindication.* adeoque res debebat eſſe non uſu tantum teſtatoris, ſed mancipio, ab initio, ob regulam Catonianam: (quae tamen non obtinuit poſt legem Juliam Papiam, *l. ult. D. de regul. Caton.* ex qua legatorum dies demum cedebat ab apertis tabulis, *§. 31. hoc tit.*) & tempore mortis, ut res effectum poſſet ſortiri, ac legatarius ſtatim fieri dominus. Videtur vero hic Vlpianus jus antiquum tradere. Poſtea certe non tantum placuit, ut legata ob neglectam verborum formam non eſſent irrita, *§. 11. hoc tit.* ſed admiſſa eſt quoque vindicatio rei, cujus quis dominus tantum eſſet jure gentium, *l. 23. pr. D. de rei vindication.* imo & rerum nec mancipi, quaeque tantum in bonis erant, dominium per legatum ipſo jure transferri potuiſſe, docuit Vlpianus noſter *tit. 19. §. 17.* ac proinde & per vindicationem, ſinendi modo, ac per praeceptionem legari potuere, *arg. §. 10. 11. hoc tit.* Nec alia mens Jano a Coſta *ad §. 1. Inſt. de actionib.* Quin & uſumfructum per vindicationem relictum eſſe apparet ex Paulo *Sententiar. lib. III. tit. 6. §. 17.* quamvis enim ſub hoc nomine non fuit teſtatoris; quo pertinet, quod dicitur *l. 63. D. de uſufruct.* transferre nos in alium id, quod noſtrum non eſt; jus tamen ipſum fruendi jam antea dominio inerat. Hujus juris de legato vindicationis veſtigium exſtare in *l. 39. D. de manumiſſ. teſtament.* putat Cujacius *ad Paul. Sententiar. lib. IV. tit. 1. §. 7.* & *Obſervation. lib. XIV. cap. 36.* ubi idem vult de *l. 88. D. de verbor. ſignification.* Nihil tamen eſt in *dd. ll.* quod non ſit quoque plane verum jure noviſſimo. Prior locus agit de effectu transferendi dominii; quod quidem legato vindicationis praecipue proprium fuit olim: hodie vero in omni legato rei propriae habet locum. Poſterior de eo, quod quis dicitur proprie reliquiſſe, aut habere; quorum neutrum convenit rei alienae. IDEM.

15. *Praeterquam ſi pondere, menſura, numero contineantur, &c.*] Hic ab initio non eſt demonſtratum certum corpus, ſed quantitas; ac tempore mortis, quo olim ante leges caducarias dies legati cedebat, ſatis erat inveniri in bonis teſtatoris, quae a legatario vindicari poſſent. Quod vero putat Joh. Goeddaeus *ad l. 88. D. de verbor. ſignification. n. 2.* in legato vindicationis rerum fungibilium ſatis fuiſſe, ſi modo ex bonis teſtatoris quantitas poſſet reſici, id plane contrarium eſt Vlpiani verbis ſequentibus, quae exigunt, ut res fuerint teſtatoris mortis tempore. Nihil Goeddaeum juvat *l. 12. D. de legat. II.* ubi dicitur tantum fuiſſe legata pecunia, non etiam oſtenditur, quo modo fuerit legata. Non nego tamen, id potuiſſe valere poſt S. C. Neronianum, de quo Vlpianus aget *§. 11. hoc tit.* atque hac ratione in *l. 25. §. ult. l. 26. D. famil. erciſcund.* id admiſſum eſſe potuit in legato praeceptionis, quod circa res, quae legari poſſunt, imitatur legatum vindicationis, *§. 11. hoc tit.* IDEM.

16 *Quae non ſunt teſtatoris*] Qualia etiam ut quis det, poteſt damnari. Reſpexerunt ad hoc jus Juriſconſulti in Pandectis *l. 35 D. de legat. I.* ubi occurrit verbum *damnatus.* Ac tale legatum intelligendum *in l. 39. §. 7. l. 71. §. 3 D. eod. tit. l. 61. D. ad leg. Falcid.* IDEM.

17. *Nec per damnationem*] Licet optimum jus ſit legati, quod inde naſcitur, *§. 11. hoc tit.* IDEM.

10. Sinendi modo legari possunt res propriae testatoris, [18] & [19] heredis ejus.

11. Per praeceptionem legari possunt res, [20] quae etiam per vindicationem. [21] Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata sit, licet jure civili non valeat legatum, tamen [22] Senatusconsulto Neroniano firmatur: quo cautum est, [23] ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset: [24] optimum autem jus legati per damnationem est.

12. [25] Si duobus eadem res per vindicationem legata sit, [26] siquidem disjunctim,

18. *Et heredis ejus*] Non etiam alienae: quod tamen perperam additum est apud Cajum *lib.* 11. *Institut. tit. de leg.* CVJAC.

19. *Heredes*] A quo solo etiam olim legari poterat, §. 20. *hoc tit.* ac legatarius hic directo jus vindicandi, sive dominium consecutus esse videtur. Inde heres servum ita legatum manumittens nihil agit: quod jam antea diximus. SCHULTING.

20. *Quae etiam per vindicationem*] Haec ita distinguenda sunt, *quae etiam per vindicationem. Si ea res*, &c. CVJAC. Quia & hic legatarius jubetur rem praecipere, sibique sumere, & habere. SCHULTING.

21. *Si ea res, quae &c.*] Haec separanda esse monuit bene Cujacius: quod tamen in ipsius editionibus observatum non est: ac interpositum solum comma. Nos distinximus haec cum Pacio & Gothofredo. In numero nihil mutavimus, ne omnes quoque alii mutandi essent. SCHULTING.

22. *Senatusconsulto Neroniano*] Per hoc S. C. non est sublata, quae inter formulas legandi erat, differentia: at constitutum est, ut si alio modo aliquid relictum esset, quam ex rigore formularum poterat; quodque tamen recte alio modo potuisset legari, saltem per damnationem, id valeret, tamquam si hoc modo relictum esset. Inde quoque id forte venit, ut de legato etiam vindicationis in personam heredis agi potuerit, *l.* 84. §. *ult. l.* 108. §. 2. *D. de legat.* 1. Postea Impp. Constantinus Magnus, ipsiusque filii rigidam verborum solennium observantiam sustulere, *l.* 15. *C. de testament. l.* 21. *C. hoc tit.* Mansere tamen, pro verborum qualiumcumque tandem conceptione, diversa actionum quoque discrimina, donec tandem haec etiam Justinianus sustulit. Non dissimili modo juris posterioribus constitutionibus inducti historiam exposuit Janus a Costa *ad* §. 2. *Inst. hoc tit.* IDEM.

23. *Ut quod minus pactis*] Id est, conceptis & legitimis verbis Cicer. *pro Rosc. Comoe. Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum comprehenditur.* Arnobius *lib.* VII. *contra gentes. Quam cum pactionibus adorat & formulis.* CVJAC.

24. *Optimum autem jus*] Nempe quia laxius & expeditius est. Sic optimum jus usurarum in *l.* 2. *Cod. de usur.* optimum jus possessionis, *l. fidejussor*, 26. §. *pater. de pig. & hyp.* IDEM. Relinqui hoc modo poterant res quaelibet, quo hic praecipue respicitur. Ceteroquin & lis hic inficiando crescebat, quod jam attigimus: sed & plures re conjuncti si concurrerent, omnibus solidum debebatur, §. 13. *hoc tit.* Hic vero legatarius in eo erat minoris juris, quam per vindicationem, quod hic tantum actio in personam daretur, cujus mentio *l.* 14. *D. de usu & usufruct. legat.* SCHULTING.

25. *Si duobus eadem res*] Haec quoque divelli debent a superiore sententia. CVJAC. Haec & nos separavimus a praecedentibus, post Pacium & D. Gothofredum. SCHULTING.

26. *Si quidem disjunctim*] Disjunctim legatur, si re tantum legatarii jungantur; conjunctim, si re & verbis, §. *si eadem. de leg. tit. de cad. toll. tit. de usufr. adcresc.* verborum conjunctio aut pro nihilo, aut pro duplici conjunctione accipitur. CVJAC.

26. * *Si quidem disjunctim, singulis in solidum debetur*] Ita edd. fere omnes, etiam Charondae. In codice vero Tiliano lacunam esse hoc loco, scribit Cujacius *Observation. lib.* XVII. *cap.* 28. qui eam ita potius repleri posse censet, uti & antea *in not. ad posteriora ex his verbis* voluerat, *si quidem disjunctim, singulis partes debentur*: ac id expressum est in ed. Genev. & Paris. ejs IJ LXXXVI. in posteriore tamen alia litterarum forma, exceptis duobus postremis verbis. In contextu ego nihil mutavi, quia res non est plane certa, & extra dubium. Probat vero hanc suppletionem Hotmanus *Observation. lib.* VI. *cap.* 22. qui tamen *in epitom. tit. D. de usufruct. adcrescend.* reponit, *singulis non solidum, sed partes debentur*; aut, *singulis in solidum ab initio, concursu partes debentur*, non dissimili sensu. Eadem Cujaciana conjectura placet Amplissimo Senatori, Corn. van Bynkershoeck *Observation. lib.* II. *cap.* 5. qui tamen non eodem modo rem exponit. Intelligendus est vero Ulpianus de casu, quo plures re conjuncti, sive disjuncti, concurrunt: ac tunc quoque proprie demum partes debentur, ut & Paulus loquitur *Sententiar. lib.* III. *tit.* 6 §. 2. vel possunt sumi, aut praesumi, uti Epitomator

junctim, [27] singulis in solidum debentur: si vero [28] conjunctim, velut TITIO ET SEJO HOMINEM STICHVM DO, LEGO, [29] jure civili concursu partes fiebant: [30] non concurrente altero, [31] pars ejus alteri adcrescebat: [32] sed post legem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit.

13. [33] Si per damnationem eadem res duobus legata sit, [34] siquidem conjunctim,

tomator Caji scribit *Inst. lib.* 11. *tit.* 5. §. 1. non vero solidum, cum tantum testamento solidum datum est; quod vult Ant. Faber *Conjecturar. lib. VI. cap.* 1. *n.* 6. & Oiselius *ad Cajum dict. tit.* §. 5. qui vulgatam lectionem retinent. Innuitur vero discrimen inter legatum vindicationis, & damnationis, in quo posteriori disjunctis concurrentibus, singulis debetur solidum, §. *seq.* Idque primo loco, & separatim monere Ulpiano visum est operae pretium; quia hic admodum clare ab initio singulis solidum datur: ac sic res videri posset dubia: sed aperte est decisa hic, & *l.* 33. *D. de legat.* 1. An juri adcrescendi aliis deficientibus sit locus, Ulpianus non definit: verum de eo agit mox, & docet, quid obtineat inter conjunctos, re nempe, & verbis simul. Quamvis re tantum conjunctis id competiisse nolim negare, nimis clare id est traditum in §. 8. *Inst. hoc tit. l.* 1. §. 3. *D. de usufruct. adcrescend. l.* 19. *D. de us. & usufruct. legat.* imo illis manifeste ab initio solidum datur: adeoque re conjuncti dicuntur *l.* 20. *junct. l.* 89. *D. de legat.* III. *l.* 142. *D. de verbor. signification.* (nihil obstante lege 20. *D. de legat.* 11. ubi non est sermo de illis, quos testatoris voluntas conjungit: at de dominis, qui partes habent in servo, cui est legatum; quae etiam partes esse possunt aliae, quam viriles. Et huc non pertinet *l.* 85. *D. de legat.* 1. ubi tantum ostenditur, singulos non posse totum petere) quin & partem deficientem accipiunt re conjuncti sine onere, *l. un.* §. 11. *C. de caduc. tollend.* Adde, quod & inter scriptos primis & secundis tabulis videamus esse concursum, ac illi aliquo deficiente, jus hoc nanciscantur: quod tangit Cujacius *ad* §. 15. *hoc tit.* SCHULTING.

27. *Singulis in solidum debentur*] Legendum, *singulis partes debentur*, & hoc Justinianus indicat in §. *sin autem disjunctim*, *Cod. de cad. toll.* Paulus *in Sententiis*, Cajus *in Instit.* CUJAC.

28. *Conjunctim*] Quos vocamus re & verbis conjunctos. Hos quoque per conjunctos intelligit Imperator §. 8. *Inst. hoc tit. l. un.* §. 10. & 11. *C. de caduc. tollend.* SCHULTING.

29. *Jure civili concursu partes fiebant*] Hos conjunctos propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redactos esse scribit Imp. *l. un.* §. 10. *C. de caduc. tollend.* adeoque de his ne quidem est dubitandi ratio, an non concursu partes faciant. Nec hic refert, an eadem actione ambo agant, vel omnes, an diversis, *l.* 33. *l.* 85 *D. de legatis* 1. IDEM.

30. *Non currente*] Legendum, *non concurrente.* CUJAC. Id recepi post edd. Charond. & recentiores edd. tamquam extra dubitationem ponimus. SCHULTING.

31. *Pars ejus alteri adcrescebat*] Id docet *l.* 34. *l.* 35. *D. ad leg. Aquil. l.* 3. *vers. idemque*, *D. de manumiss. vindict. l.* 31. *D. de testament. milit.* in quibus locis debet intelligi legatum vindicationis, quo directo servi legati dominium transibat in legatarium, qui eum manumisit: ac de repudiato legato ab uno collegatario est illic sermo, quod in legatum damnationis non cecidisse, jam diximus. IDEM.

32. *Sed post legem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit*] Hoc ita, si deficerent intra tempus mortis, & apertarum tabularum, quae proprie erant caduca: vel etiam intra tempus testamenti facti, & mortis, quae dicebantur esse in causa caduci, *l. un.* §. 2. *C. de caduc. tollend.* qualia aerario prius, postea fisco cedebant, *vid. tit.* 17. §. 2. Non tamen in universum sublatum illa lege est jus adcrescendi, sive jus antiquum: verum conjunctis quibusdam personis est relictum, *tit.* 18. iisque, qui haberent liberos; de quo aliquid notavi *ad tit.* 13. Remansit quoque in illis, quae pro non scriptis essent, *d. l. un.* § 3. *C. de caduc. tollend.* quaeque post apertas tabulas deficerent: quo pertinent *l.* 34. *l.* 35. *D. ad leg. Aquil. l.* 53. *pr.* & §. 1. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat. l.* 26. §. 1. *D. de conditionib. & demonstrationib. l.* 4. *vers. denique*, *D. de manumiss. vindict.* Idque jam viderunt Eruditissimi Viri, Em. Merillius *Variant. ex Cujac. lib.* 1. *cap.* 39. J. Gothofredus *ad leg. Jul. caducar. cap.* 29. & *not. ad cap.* 34. Janus a Costa *ad* §. *ult. Inst. de S C Orphitianc.* Usufructus quoque deficiens non fuit adquisitus fisco, sed conjuncto, quo pertinet titulus *D. de usufruct. adcrescend.* IDEM.

33. *Si per damnationem*] Re conjuncti sunt, quibus eadem res disjunctim per vindicationem legatur, quoniam a principio solidum, concursu partes habent: proinde re conjunctis adcrescit deficientium portio, idque sine onere. Re conjuncti non sunt, quibus eadem res disjunctim per damnationem legatur, quoniam solidum singulis debetur, uni res, alteri pretium: ideoque nec jus adcrescendi inter se habent. Sed ex constitutione Justiniani eodem jure est damnationis, quo & vindicationis legatum. Re & verbis conjuncti sunt, quibus eadem res conjunctim per vindicationem legatur. nam & concursu partes habent, & ideo jus inter eos adcrescendi est, cum onere tamen. Re & verbis conjuncti non sunt, quibus eadem res conjunctim per damnationem legatur: quoniam singulis ab initio partes debentur. proinde sive disjunctim, sive conjunctim per damnationem legatum sit, nunquam inter eos versatur jus adcrescendi. Jus adcrescendi cum dicimus, jus antiquum dicimus. Jus caduci, jus novum est. & haec

junctim, singulis partes debentur: & non capientis pars jure civili in hereditatem

est sententia hujus loci. Hinc vero apparet, *l. conjunctim, 80. de legat. III.* de legato vindicationis, *l. plane, 34. §. si conjunctim de legat. I.* de legato damnationis accipiendam esse. Sed hoc ideo in eis locis suppressum est, quod jam sublatæ essent ab Justiniano legatorum differentiæ: non tamen ita ab eis locis sublatæ sunt, ut hæc manifesto non supersint hujus differentiæ vestigia, quæ prima specie, quasi contra se stare videantur, ut plane jam ex eo appareat, quam hebetes aut indiligentes fuerint hi, quibus studium fuit Pandectarum capita ex veterum Jurisconsultorum libris decerpere. Ceterum & id, quod diximus de legato damnationis, nominatim traditur in *l. 7. de legat. II.* unde & in *l. hujusmodi, 84. §. si Titio. l. si duobus, 16. de legat. I.* optimo jure legatum fuisse necesse est, ut statuamus: alioquin pars vacans adcrescit conjuncto, cum quo partes per concursum fiunt. Quod deinde sequitur in §. si conjunctim. *Sed si in pupillari*, ad re conjunctos pertinet, qui concursu partes habent. unde in extremo ita scriptum oportuit, *interim igitur totum*. quod & Azo & Hugolinus intellexere. CVJAC. Cum & legatorum distinctiones & caduca Justiniani constitutione sublata sint, non est in eorum explicatione diutius immorandum: sed tamen de conjunctis & jure accrescendi dicendum aliquid ad hujus loci interpretationem videtur. Conjunctorum alios re & verbis, alios re, alios verbis tantum esse J. C. scribunt, *l. triplici, 142. de verb. signif. l. re conjuncti, 89. de leg. III.* Re & verbis conjunguntur, quibus ita legatum est, *Titio & Mævio fundum Sempronianum do lego.* Re tantum, quibus ita, *Titio fundum Sempronianum do lego, eundem fundum Mævio do lego.* Verbis autem, quibus sic, *Titio & Mævio fundum Sempronianum aquis partibus do lego, d. l. re conjunct. 89 l. si quis ita, 60. de hered. instit. l. cum singulis, 11. de usufruct. accres. §. si eadem res, 8. infra. de legatis, & al.* Si quis ex re & verbis conjunctis decedat, alter cæteris præfertur, ipsique soli pars ejus accrescit. Verum si unus ex re tantum conjunctis, alter potior non est, sed re & verbis conjuncti cum eo concurrent: non autem verbis tantum conjuncti: quia cum partes distinctas, & a testatore constitutas habeant, ad eorum portiones admitti non debent, quibus eadem res sine partibus legata est. Imo & inter verbis conjunctos jus esse accrescendi negant J. C. nec enim testator tam conjunxisse, quam celeriter dicere voluisse videtur. Et hæc rudioribus, qui juris institutionibus operam dant, sufficiant. Plura enim alio loco diximus. CHAROND.

34. *Si quidem conjunctim, singulis partes debentur*] Sicut qui duobus aliquid debet, nisi plures sint correi, singulis non nisi partem debet. Ut proinde in hac specie legatarii non fuerint ex illorum numero, quibus dabatur a principio solidum, quorum mentio *l. 80. D. de legat. III.* qui locus pertinet ad legatum vindicationis. Ad hanc vero speciem legati damnationis conjunctim relicti referendæ *l. 41. §. 9. D. de legat. III. l. 88. §. 6. D. de legat. II.* ubi adcrescendi jus cessat. Recte quoque Cujacius de eo intelligit *l. 34. §. 9. D. de legat. I.* quod & præcedentia suadent, quæ agunt de legato rei alienæ, quæ ita legari tantum recte poterat, *§. 8. hoc tit.* Minus bene V. C. Arn. Vinnius, aliique *ad §. 8. Inst. hoc tit.* illum locum referunt ad jus caducorum. Sed leges caducariæ non inducebant partes, ubi non erant: sed quæ erant caduca, vel in causa caduci, ærario addicebant. Fuisse vero inter antiquos, qui vellent, inter illos legatarios locum esse juri adcrescendi, quod visum Viris Egregiis, Fr. Hotmano *Observation. lib. VI. cap. 12.* & Ant. Fabro *Conjecturar. lib. VI. cap. 1.* id nullo modo probatur: ac ipse Faber in alia ivit *de errorib. pragmaticor. decad. XLIX. error. 6. n. 3. decad. L. err. 1. n. 12. & error. 2. n. 5.* Nihil juvat illam sententiam *l. 80. D. legat. III.* quam legem recte Cujacius de legato vindicationis intelligit: eodemque pertinet *l. 34. l. 35. D. ad leg. Aquil.* Tandem in *l. 31. §. 1. D. de statu liber.* non agitur de jure adcrescendi: sed de conditione, qua impleta servus cum contubernali esset liber: ac quæritur, an illo, a quo hæc erat implenda, mortuo, a contubernali illa posset impleri. Ceterum quod de legato damnationis hic dicitur, idem quoque in fideicommissis, quæ in multis aliis cum illis legatis paria faciebant, verum fuisse, nec in iis obtinuisse jus adcrescendi, liquidum est ex *l. 38. §. 2. l. 41. §. 9. D. de legat. III. l. 88. §. 6. D. de legat. II.* nisi id expresse esset cautum, ut in *l. 34. pr. D. de us. & usufruct. legat.* Vidit hoc Cujacius *Observation. lib. XV. cap. 4.* quem sequitur, quamvis non in omnibus, nec sine causa, Ant. Faber *de errorib. pragmaticor. decad. L. error. 1. n. 12. & error. 2. n. 4.* Atque ad tale legatum aut fideicommissum pertinet responsum Scævolæ *l. ult. §. 2. D. de legat. II.* ex sententia ejusdem Cujacii *ad d. l. ult. ad Scævol. Responsa. lib. IV.* Novo tamen jure in fideicommissis aliter obtinere, postquam legatis exæquata sunt, recte existimat idem Faber *decad. L. error. 3. n. 12.* Obiter notemus, de conjunctis verbis tantum nihil hic reperiri: qui etiam conjuncti vocantur quidem *l. 89. D. de legat. III. l. 142. D. de verbor. signification.* alibi tamen, cum de jure adcrescendi agitur, omittuntur, *§. 8. Inst. hoc tit. l. un. §. 10. 11. C. de caduc. tollend.* Quin & dicuntur partes habere, & quidem semper, *l. 89. D. de legat. III.* nec proinde demum facere concursu: adeoque eos hoc jure carere docet *l. pen. D. de usufruct. adcrescend.* id enim jus exigit conjunctionem in ipsa re, & ut ab initio omnes habeant solidum, *l. 80. D. de legat. III. l. 3. pr. D. de usufruct. adcrescend.* quamvis exceptiones esse non negemus, eoque referamus *l. 16. §. ult. D. de legat. I. l. 89. ibi. si vero verbis, D. de legat. III.* Verum hæc ab Ulpiano recedunt: & plenius ea explicant Insignes Viri, Cujacius *Paratitl. tit. C. de caduc. tollend. & Observation. lib. XXIV. cap. 34. 35 & ad l. pen. D. de usufruct. adcrescend. ad Papin. Definition. lib. II.* Janus a Costa *ad §. 8. Inst. hoc tit.* Ant. Faber *Conjectur. lib. VI. cap. 1. & de errorib. Pragmaticor. decad. XLIX. error. 4.* SCHULT.

35. *Nunc*

tatem remanebat: [35]nunc autem caduca fit: [36]quod ſi disjunctim, [37]ſingulis in ſolidum debetur.

14. [38]Optione autem legati per vindicationem data, [39]legatarii electio eſt: veluti, HOMINEM OPTATO, ELIGITO. [40]Idemque eſt, & ſi tacite legaverim,

35. *Nunc autem caduca fit*] Atque ita hoc caſu in fiſcum recidebat, quod olim remanebat in hereditate: ac per legem adimebatur heredi. In legato vindicationis quæ deficiebant, cum legatarii ſuperſtitis jactura caducitati fiebant obnoxia. IDEM.

36. *Quod ſi disjunctim, ſingulis in ſolidum debetur*] Idem ſcriptum a Cajo *Inſt. lib.* II. *tit.* 3. §. 3. Paulo *Sententiar. lib.* III. *tit.* 6. §. 3. Veſtigia hujus juris in *l.* 114. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 13. §. 1. *D. de legat.* II. ubi eſt legatum nominis, quod hoc modo, non per vindicationem, debuit legari: idque fit in *l.* 82. §. 3. *D. de legat.* 1. *l.* 34. *pr. D. de legat.* III. Hodie tantum res debetur ſemel; niſi aliud voluerit teſtator, *l. un.* §. 11. *C. de caduc. tollend.* cui juri accommodata videntur veterum reſponſa in *l.* 33. *D. de legat.* 1. *l.* 24. *D. de uſ. & uſufruct. legat.* ut notat Cujacius *Paratitl. tit. C. de caduc. tollend.* In legato vindicationis hoc ita ſeſe non habuit: quia res hic debebat legari in ſpecie & propria, quæque directo tranſire debebat in dominium legatarii aut legatariorum: quod non niſi ſemel poteſt fieri: &, ſi plures ſunt, pro parte in ſingulos. At rem eamdem ſæpius deberi, vel dari diverſis nihil vetat: ac uti aliena potuit per damnationem legari, ſic & res una ſæpius, ut vel ipſa, vel æſtimatio præſtaretur. Plura hac de re habet Ant. Faber *de erroribus Pragmaticor. decad. L. err.* 2. *n.* 5. *& ſeqq.* ubi notat quoque, nihil juvare legatarios in legato vindicationis, quod etiam in perſonam poſſint agere: id enim nihil mutat circa defuncti voluntatem, & venit non ex verbis teſtatoris, at ex ſola juris diſpoſitione. IDEM.

37. † *Singulis in ſolidum debetur*] *Singulis ſolidum debetur.* CVJAC.

38. *Optione autem legati*] Hic locus mirum in modum deformatus eſt. Ipſe ratione juris ductus ſic emendavi. *Optione autem legati per vindicationem data, legatarii electio eſt: veluti, Hominem optato, eligito. Idemque eſt, ſi tacite legaverim Titio hominem. At ſi ita, Heres meus damnas eſto hominem dare, heredis electio eſt.* Si tacite, id eſt, non data * optione. Homine igitur per vindicationem generaliter legato, legatarii electio eſt, *l. legato, 37. de legat.* 1. per damnationem, heredis, *l. ſi a ſubſtituto, 45.* §. 1. *eod.* Similiter in disjunctivis legatis electio eſt legatarii, ſi per vindicationem, *l. plane, 34.* § *pen. de legat.* 1. *l. Lucio, 23. de legat.* II. heredis, ſi per damnationem, *l. ſi is, cui, 19. l. ſi ita relictum, 43* §. *ult. de legat.* II. Et hæ quidem duæ differentiæ non ſunt ſublatæ, quia inducuntur ex voluntate teſtatoris CVJAC.

* † *V. Obſ. XVII. 28.* IDEM.

39. *Legatarii electio eſt*] Vti eligit, qua actione velit agere, *l.* 108. §. 2. *D. de legat.* 1. Legatarius autem vindicando prævenit electionem heredis. Fit talis vindicationis mentio in *l.* 19. *l.* 29. *D. de legat.* II. At ſi in perſonam egerit legatarius, quod poteſt, *l.* 38. *D. de judic. l.* 33. *D. de legat.* 1. heres in electione non præventus poterit ſolvere, quod velit, *l.* 29. §. 3. *D. de legat.* III. ſecundum regulam de illis, qui ad unum, vel alterum obligati ſunt, §. 33. *Inſt. de actionib. l.* 2. §. 3. *D. de eo, quod certo loc. dar. oport.* Ita Merillius *Obſerv. lib. VIII. cap.* 14. SCHULTING.

40. *Idemque eſt, &c.*] Hæc ita exſtant in antiquis edd. & edd. cum notis Cujacii, ac recentioribus. Paulo aliter Charond. *Id. eſt. e. s. nec leg. Tit. hominem. At ſi ſis. hominem &c.* At quid hoc, *tacite legaverim Titio hominem?* quis ita loquitur? Merillius *Obſerv. lib.* II. *cap.* 8. locum interpungit hoc modo. *Idemque eſt & ſi tacite legaverim. Titio h. a. d. h. m. dato,* ut intelligatur optio tacite legari, quando res in genere legatur: ac illa, *Titio &c.* ut ſeorſim poſita, accipit de legato damnationis alternative dato. Sed hoc in caſu electionem quidem tacite dari conſtat, §. 22. *Inſt. hoc tit. l.* 25. §. 17. *D. famil. erciſcund. l.* 37. *pr. l.* 108. §. 2. *D. de legat.* 1. *l.* 2. §. 1. *D. de option. vel election. legat.* at optio hic dari nusquam dicitur. imo nec optimum eligere licet, *d. l.* 37. *pr. D. de legat.* 1. Adde quod oratio in ſequentibus ita reddatur abrupta, ac Vlpiani elegantiæ ac perſpicuitati minime conveniens. Et quid hoc, *hominem dare electio heredis eſt?* deberet heres eligere, non hominem: verum, an hominem, an decem vellet dare. Sunt hic in Tilliano codice tres lacunæ, Cujacio atteſtante *Obſervation. lib. XVII. cap.* 28. una a verbis, *Idemque eſt*, ad verbum *hominem:* altera ab hoc verbo usque ad *heres:* tertia ab hoc verbo ad illa usque, *hominem dare heredis electio eſt.* Ipſe vero ita locum replet. *Idemque eſt, ſi generaliter legaverim Titio hominem. At ſi ita, Heres meus damnas eſto hominem dare, heredis electio eſt, quem velit dare.* Addit, poſtrema verba in exemplari eſſe oblitterata: ſic tamen, ut agnoſci poſſit *velit dare.* Atque ita expreſſum eſt, ſed ſupplementa alia litterarum forma, in edd. Pariſ. & Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. atque hoc probant ac laudant Ant. Faber *Conjecturar. lib. VI. cap.* 2 *n.* 23. Janus a Coſta *ad* §. 22. *Inſt. hoc tit.* & recte. At, quia res ſcrupulo non caret, contextum reliqui intactum, additis duobus verbis ex MS. Has vero differentias poſt legatorum exæquationem, & cum actiones eædem ex omni legato competant, modo rei natura non obſtet, ſublatas eſſe magis exiſtimarem cum aliis Viris Doctis: nec ex eo ſolo, quod teſtator juſſerit ab herede dari, ſequi, illius eſſe electionem, niſi hoc teſtator clare dixerit, §. 22. *Inſt. hoc tit.* verbi gratia, *quem*, vel, *quod volet heres:* quod olim quoque additum legatis, *l.* 25. §. 17. *D. famil. erciſcund.* ac ſic heres dare jubetur utrum vellet *l.* 84. §. 9. *D. de legat.* 1. *l.* 11.

verim, TITIO HOMINEM, AVT DECEM HERES MEVS DATO, hominem dare heredis electio est . . . . velit dare.

15. [41] Ante heredis institutionem legari non potest: [42] quoniam & potestas testamenti ab heredis institutione incipit.

16. [43] Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur, quod juris civilis ratio non patitur. [44] In mortis autem heredis tempus legari potest: velut, CVM HERES MORIATVR.

17. [45] Poenae causa legari non potest. Poenae autem causa legatur, quod [46] coërcendi heredis causa relinquitur, [47] ut faciat quidem, aut non faciat, non ut [48] legatum pertineat: ut puta hoc modo, SI FILIAM TVAM IN MATRIMONIO TITIO CONLOCAVERIS, DECEM MILLIA SEIO DATO.

18. [49] Incertae personae [50] legari non potest: veluti, QVICVNQVE FILIO MEO FILIAM SVAM IN MATRIMONIO CONLOCAVERIT, [51] EI HOMINI TOT [52] MILLIA DATO. Sub certa tamen demonstratione incertae

l. 11. §. 1. D. de legat. 11. & apud Ciceronem *de Invention. lib.* II. *cap. 40.* ita scriptum est. *Heres meus uxori vasorum argenteorum pondo centum, quae volet, dato.* ubi tamen in legato damnationis id non erat necessarium. Sed in legato vindicationis hoc addendum fuit, si id vellet testator. IDEM.

41. *Ante heredis institutionem legari non potest*] Add. mar. manuscr. lib. *Hoc novo jure correctum.* CHAROND.

42. *Quoniam & potestas testamenti ab heredis institutione incipit*] Adeoque aliter legatum, ante, vel, ut Theophilus scribit *ad §. 34. Inst. hoc tit.* extra testamentum relinqui videbatur. Mutatum & hoc *d. §. 34.* ac in fideicommissis subtilitas illa ne olim quidem obtinuit, *tit. seq. §. 8.* SCHVLTING.

43. *Post mortem heredis legari non potest*] Ita Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit. 6. §. 5.* ubi aliquid adnotatum est. IDEM

44. *In mortis autem heredis tempus legari potest*] Ita enim actio ab ipso herede adhuc vivo incipiebat, *§. 15. Inst. de inutilib. stipulationib.* IDEM.

45. *Poena causa*] Quemadmodum superiores duae sententiae, ita & haec a Justiniano sublata est. Hodie igitur valet legatum tale, *Heres meus, si Stichum alienaverit, Caio centum dato.* Non idem est, si impossibile, probrosum, illicitum sit legatum: veluti, *si mare non ebiberis, Titio centum dato. Si sororem uxorem non duxeris, aut si pupillam filio nuptum non collocaveris, Titio centum dato, §. fin. de legat.* in *l. 1. de his quae poen. caus. relin.* haec verba *illicita vel probrosa*, sunt Triboniani. CVJAC.

45. * *Poena causa legari non potest*] Hoc jus a Divo Pio primum constitutum esse scribit Capitolinus *Anton. Pio cap. 8.* his verbis. *Primus constituit, ne poena causa relictum legatum maneret.* ubi Casaubonus recte *maneret* accipit pro *valeret*: ac sic sumitur *manere, l. 4 pr. D. de periculo & commod. rei vendit. l. 1. §. 1. D. de his quae in testament. delent.* Ego vero aliquid de eo constituisse Divum Pium nolim negare: at id non primum ab eo esse factum, inde patet, quod Sabinus, qui sub Tiberio floruit, de eo jure respondisse narretur *§. ult. Inst. hoc tit.* SCHVLTING.

46. *Coërcendi heredis causa*] Quod crediderunt a liberalitate hac abesse debere. IDEM.

47. *Ut faciat quidem*] Puto legi debere, *quid*, non *quidem*. CVJAC.

48. *Legatum*] Ed. Paris. et Is LXXXVI. habet *legatarium*, & in marg. *ad legatarium*, bono sensu. SCHVLTING.

49. *Incerta persona*] Add. mar. lib. manus. *Quam testator incerta opinione comprehendit.* CHARON D.

50. *Legari non potest*] Vti nec heres institui, *tit. 22. §. 4.* ubi ratio redditur: sed haec mutata *§. 27. Inst. hoc tit. cot. tit. C. de incert. person.* SCHVLTING.

51. EI HOMINI TOT MILLIA DATO] Hoc sub *homini* redundat: nec additur, quis sit daturus, cum tamen & in hoc titulo, & passim alibi ita scribatur, *heres meus dato*, vel *heres meus dare damnas esto.* Puto Vlpianum ita scripsisse, *ei heres meus tot millia dato*: verum errorem ortum ex siglis H. M. quarum prior H vel Ħ explicatur per verbum *heres*, a Magnone, Valerio Probo, & Petro Diacono; ac sic in inscriptionibus saepe occurrit. Idem habet Sertorius Vrsatus *de notis Romanor.* Siglam vero M Petrus Diaconus explicat per *meus*. Jam vero H quoque ponitur pro *homo*, Valerio Probo teste: idque & Vrsatus habet: ut non sit mirum, si ex H. M. factum sit *homini*. maxime puncto intermedio omisso. Atque ita recte se habebit hic locus. IDEM.

52. *Millia*

certae perſonae legari poteſt: velut, EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIMO AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO.

19. [51] Neque ex falſa demonſtratione, neque ex falſa cauſa legatum infirmatur. Falſa demonſtratio eſt: velut, TITIO FVNDVM, QVEM A TITIO EMI, DO, LEGO, [54] cum is fundus a Titio emptus non ſit. Falſa cauſa eſt: velut, TITIO, QVONIAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO, LEGO, [55] ut negotia ejus nunquam Titius curaſſet.

20. [56] A legatario legari non poteſt.

21. [57] Legatum ei tantum dari poteſt, qui extraneus eſt: ideoque filiofamiliae [58] heredi inſtituto, vel ſervo, neque a patre, neque a domino legari poteſt.

22. [59] Heredi a ſemet ipſo legari non poteſt.

23. Ei, qui [60] in poteſtate, manu, mancipiove eſt ſcripti heredis, [61] ſub con-

52. *Millia*] Pariſ. ela Ia LXXXVI. habet *mi. . . .* quia in Tiliano codice ita legebatur. reliquæ *millia*, aut *milia*, recte. IDEM.

53. *Neque ex falſa demonſtratione*] Demonſtratio rei ſupervacua eſt, quando res ipſa aliter ſatis deſignata eſt, ſecundum Vlpianum *l. 1. §. 3. D. de dot. prælog.* ubi ita puto legendum eſſe: *nam quidquid demonſtranda rei ad litur ſatis demonſtrata, fruſtra eſt.* Non tamen falſa demonſtratio legatum inducit, ubi aliter nullum eſt, *l. 72. §. ult. D. de conditionib. & demonſtrationib.* Sed & demonſtratio, quæ rem non ſatis deſcriptam plenius indicat, ſi falſa ſit, legatum non valet, *l. 1. §. 7. D. de dot. prælegat. l. 108. §. 10. D. de legat. 1.* De falſa demonſtratione quoque, & cauſa ſimilia leguntur *§. 30. 31. Inſt. hoc tit.* IDEM.

54. † *Cum fundus*] *Cum is fundus.* CVJAC. Illud *is* exſtat in edd. vett. præter eas, quæ notas habent Cujacii, quæque inde prorenere. SCHVLTING.

55. *Vt negotia*] Lego, *Cum negotia.* CVJAC. Charondæ ed. habet *cum.* Retineri poteſt *ut*, ſi id accipias pro *quamvis*, quod interdum fieri notiſſimum eſt: & ſic id ſumit Vlpianus in *l. 10. fin. D. de negot. geſt.* SCHVLTING.

56. *A legatario legari non poteſt*] Eſt enim legatum delibatio hereditatis, *l. 116. pr. D. de legat. 1.* Idem traditur *pr. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* ubi veteris Juriſconſulti verba videntur exhiberi: & forte ſunt Caii, in cujus Inſtitutionum Epitome idem traditur *lib. II. tit. 7. §. 3.* Hodie hoc videtur licere poſt *l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* quod pleriſque etiam Interpretibus probatur. IDEM.

57. *Legatum ei tantum dari poteſt*] Hic quoque locus valde corruptus eſt. Lego, *legatum ab eo tantum dari poteſt, qui ex ſua perſona heres eſt. Ideoque*, & quæ ſequuntur. CVJAC. † In Archetypo erat ſpatium vacuum. IDEM. Emendatio Cujacii admiſſa eſt in contextum ed. Pariſ. ela Ia LXXXVI. illis tantum verbis, *ex ſua perſona heres eſt*, alia litterarum forma excuſis. Sane hic non de eo, cui legari poſſit, ſed a quo, ſermonem eſſe, præcedens regula evincit: ac res ipſa traditur quoque *tit. ſeq. §. 10.* ubi docetur, in fideicommiſſis hoc non curari, an heres ipſe, an is, cui hereditas adquiritur, oneretur. Itaque illud *ab eo* probo. Valde tamen in ſequentibus abit illa lectio a vulgata, quam ſi is, qui primus has Regulas edidit, ex exoletis litterarum veſtigiis exſculpſerit, nos certe ad illam propius accedere videbimur, ſi reponamus, *qui ex teſtamento heres eſt*: ut ipſe alia occaſione loquitur Vlpianus *l. 8. §. ult. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution.* ubi etiam talem opponit patri ac domino, qui hereditates per filios, vel ſervos adquirunt. Aliter V. C. Petr. Faber *ad l. 201. D. de regul. jur.* qui ita reponit. *Legatum ei tantum dari poteſt, qui extraneus eſt heredi inſtituto: ideoque filiofamilias vel ſervo neque a patre, neque a domino legari poteſt*, vero ſenſu, & conſequente ex eo, quod ſequitur ſtatim. Hoc vero etiam longius abit a verbis vulgatis; nec quadrat regulæ præcedenti: & ſic quod regulæ ſubjectæ eſt conſequens, atque ex ea erat concludendum, ante illam erit poſitum. Ne dicam, in §. 23. iterum tale quid tradi: ac ſic de illa ſpecie, a quo legari poſſet, de qua ratio ipſa volebat hic tractari poſt §. 20. nihil erit dictum præter illud generale, quod habemus §. *præc.* SCHVLTING.

58. *Heredi*] Lego *herede.* IDEM.

59. *Heredi a ſemet ipſo legari non poteſt*] Idem ſcriptum eſt *l. 18. l. 34. §. 11. l. 116. §. 1. D. de legat. 1.*

60. *In poteſtate, manu, mancipiove*] In poteſtate eſt filius familias, in manu uxor mater familias, in mancipio ſervus. CVJAC. Hæc interdum confunduntur: ac filius erat patris jure Quiritium, *l. 1, §. 2. D. de rei vindication.* ac mancipari poterat: de quo habuimus *tit. 19.* & uxor quoque, quæ in manum convenerat mariti, in mancipio eſſe dicitur: quod oſtendi *ad tit. 9. & 10.* SCHVLTING.

61. *Sub conditione*] Non pure, *§. 22. Inſt. hoc tit.* IDEM.

conditione legari potest: sed requiritur, ut quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

24. Ei, cujus in potestate, manu, mancipiove est heres scriptus, [62] legari non potest.

25. Sicut singulae res legari possunt, ita universarum quoque summa legari non potest: ut puta, MAEVIVS HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM [63] PARTITO, DIVIDITO: [64] quo casu dimidia pars [65] bonorum legata videtur. [66] Potest autem & alia pars, velut tertia, vel quarta, legari: quae species [67] partitio [68] appellatur.

26. Vsusfructus [69] jure civili legari potest earum rerum, quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas: & tam singularum rerum, quam plurium, [70] id est, partis.

27. [71] Senatusconsulto cautum est, ut etiam, si earum rerum, quae in abusu

62. † *Legari non potest*] Tollenda negatio est. *V. Obs.* VI. *37.* CVJAC. Recte negationem tolli jubet Cujacius, nec illam habet MS. Aured. Id probat §. *33. Inst. hoc tit. l. 23 D. de legat.* 1. Dubitare hic non licet, an jus sit mutatum, quod proponit D. Gothofredus. Res haec est certa veteri, & novo jure, patri vel domino heredis legatum recte relinqui: nec hic, licet statim moreretur testator, necesse foret, ut ad unum eumdemque hereditas, & legatum pertineat. SCHVLTING.

63. *Partito dividito*] Malim. *Partito, dividito.* CVJAC.

63. * *Partito, dividito*] Sic quoque haec distincta sunt in ed. Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. quam sequi non dubitavi. Nec est, quod posterius verbum abundare putemus cum V. C. Car. Ann. Fabroto *ad §. 5. Inst. de fideicommissar. hereditatib.* Quam crebrum est, ut veteres verba vel idem pene, vel idem plane significantia jungant? Imo ipse Cicero dixit *partiatur, ac dividat, Orator. cap. 33.* & *de Finib. lib.* 1. *cap.* 7. scribit, *nihil de dividendo, ac partiendo deest.* Obiter notemus, dixisse veteres *partire*, & *partiri*: vide Nonium. SCHVLTING.

64. *Quo casu dimidia pars bonorum*] *L. nemen, 164. §. partitionis de verbo. signif.* Partiarius legatarius partis suae commoda, & pro parte sua onera sustinere debet, *l. cum filius, 76. §. 1. l. si quis servum, 8. §. fin. de legat.* II. & in eam rem partis & pro parte stipulationes interponuntur, *§. sed quia. de fideicommiss. hered. & in tit. prox.* Quod si ita legatum sit, *Bonorum meorum partem tertiam*, non est partitio. Non affero capita legum, quae sunt notissima. CVJAC. Vid. *l. 164. §. ult. D. de legat.* I. *l. 8. §. ult. l. 9. D. de legat.* II.

65. *Bonorum legata*] In Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. est *bonorum. . . . legata.* Sed haec lacuna, quae videtur esse in codice Tiliano, facile replebitur, legendo, *bonorum Titio legata.* SCHVLTING.

66. *Potest & pars, velut tertia, vel quarta, legari*] Et eum non quoque eadem, quam is, cui legat, ipse in testamento suo testatori legasset? quale quid circa institutionem habemus in *l. 29. D. de heredib. instituend.* & apud Quinctilianum avum *declamation.* CCCXXXII. in specie institutionis ab una parte, ab altera legati: ubi plura notavit Aerodius. IDEM.

67. *Partitio*] Meminit Imperator *§. 5. Inst. de fideicommissar. hereditatib.* Cicero *pro Caecin. cap. 4. & 5. de legib. lib.* II. *cap. 20.* quo de loco agit & Cujacius *in not. ad d. §. 5.* IDEM.

68. *Appellatur*] In Paris. ed. expressum hoc est alia litterarum forma, quasi abesset a codice Tiliano. Aliae tamen omnes, quas inspexi, id habent, & recte. IDEM.

69. *Jure civili*] Juris ratione, & definitione inspecta, quae ex ipsa verbi natura ac proprietate fluunt. Ipsum vero usumfructum non jus tantum civile probat; sed & naturale gentiumve: ut enim totum dominium transferre licet, sic & facultatem fruendi, quam diu placet. IDEM.

70. *id est, partis*] *L. etiam partis, 44. de usufruct.* CVJAC.

71. *Senatusconsulto*] Hujus S.C. fit mentio in *fin. de usufruct. earum rer. l. 1. l. uxori, 24. de usufruct. legat. l. ult. usufruct. quemadm. caveat. l. usufruct. 69. ad leg. Falc. l. 1. C. de usufruct. §. constituitur. Inst. eod.* S. C. opus fuit, quia neque naturali, neque civili jure earum rerum est ususfructus, quae sunt in abusu. Senatus autem id satisdationibus explicat: quae in rebus difficillimis certissima sunt juris subsidia, *l. usufructu, 57 solut. matrimon.* IDEM. Hoc jus Ciceronis aevo ignotum fuit: atque is aperte indicat, sub bonorum usufructu non comprehendi jus abutendi rebus, quae usu consumuntur. *Topic. cap. 3.* Sabino tamen scribente hoc jam inductum fuisse, patet ex *l. 3. §. 1. D. de usufruct. ear. rer. quae usu consumuntur.* huic vero facultatem de jure respondendi dedit Caesar Tiberius, *l. 2. §. ult. D. de origin. jur.* ut perinde vel Augusti, vel Tiberii temporibus Senatusconsultum hoc factum esse videatur. SCHVLTING.

72. *Pra-*

Digitized

abuſu continentur, ut puta vini, olei, tritici, uſusfructus legatus ſit, legatario res tradantur, cautionibus interpoſitis de reſtituendis eis, cum uſusfructus ad legatarium pertinere deſierit.

28. Civitatibus omnibus, quae ſub imperio [72] P. Romani ſunt, legari poteſt: idque a divo Nerva introductum, poſtea a Senatu, [73] auctore Adriano, diligentius conſtitutum eſt.

29. Legatum, quod datum eſt, adimi poteſt, vel eodem teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis: [74] dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum eſt.

30. Ad heredem legatarii legata non aliter tranſeunt, niſi ſi jam die legatorum cedente legatarius deceſſerit.

31. Legatorum, quae pure, vel in diem certum relicta ſunt, dies cedit, antiquo quidem jure, ex mortis teſtatoris tempore: per legem autem Papiam Poppaeam, [75] ex apertis tabulis teſtamenti. Eorum vero, quae ſub conditione relicta ſunt, cum conditio exſtiterit.

32. Lex Falcidia jubet, non plus, quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omnimodo quadrans integer apud heredem remaneat.

33. Legatorum perperam ſolutorum [76] repetitio non eſt.

72. *Praterimi*] Legendum, *P. Romani*, *l. omnibus. 26. ad Trebell.* CVJAC. Recta eſt emendatio Cujacii. vide notata ad *ſit. 20. §. ult.* ac ſic loquitur Paulus *l. 26. D. ad S. C. Trebellian.* idque, ut indubitatum, poſt Charondam recipere non dubitavimus. SCHVLTING.

73. *Auctore Adriano*] Immo fortaſſe Marco, *l. cum Senatus, 20. de rebus dubiis.* Eſt in propriis nominibus facillimus auctorum lapſus. CVJAC. Non opus, ut exiſtimemus, hoc adſcribendum eſſe Imperatori Marco, cum id nulla ratione conſtet: & *l. 20. D. de rebus dubiis* loquatur non de civitatibus, ſed de collegiis, in quibus nihil vetat credi hoc demum ſub Marco eſſe admiſſum. Et diſtinguenda haec Senatuſconſulta eſſe monuit Merillius *Variant. ex Cujaci. lib.* II. *cap. 14.* Idem autem Marcus fuiſſe videtur, qui hoc jus dedit vicis ſuo reſcripto *l. 73. §. 1. D. de legat.* I. hunc enim illic intelligere puto Cajum per Imperatorem noſtrum, cum ſub eo floruerit, & ſcripſerit: quod ſatis conſtat vel ex *l. 9. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* Nulla autem eſt hic ratio aliquid mutandi, quo tendit Cujacius, ac pinguius D. Gothofredus; qui hic etiam injici vult mentionem Senatuſconſulti Aproniani, abſque cauſa: cum illud egerit de fideicommiſſis univerſalibus, *l. 26. D. ad S. C. Trebellian.* hic de legato agatur. SCHVLTING.

74. *Dum tamen eodem modo*] Sic de libertate in *tit. 2.* exempla haec ſunto, *Do, lego, non do, non lego. heres dato, heres ne dato, l. niſi, 14. de accept.* ergo nec alii ulli, quam cui datum eſt, *l. legatum, 21. de ad. leg.* CVJAC.

75. *Ex apertis tabulis*] Sunt hujus juris veſtigia quaedam in *l. eum, qui poſt, 104. l. in teſtamento, 31. de condit. & demonſt. l. fin. de donat. cauſ. mort. l. 3. §. fina. l. qui ſolvendo, 42. de hered. inſt.* Hodie vero jus antiquum ſequimur, cujus juris regula quaedam eſt Catonis regula: ad ea namque pertinet, quae a morte teſtatoris cedunt: ad novas leges, id eſt, ad leges Papias non pertinet, ex quibus ex apertura tabularum legata cedunt, *l. ult. de regul. Catoni.* nam neque ad ea pertinet, quae ab aditione, vel ab eventu conditionis cedunt. IDEM. Idem docet Imperator *l. un. §. 1. C. de caduc. tollend.* qua de cauſa Juriſconſulti, qui legem Papiam Poppaeam illuſtrarunt, etiam de teſtamenti tabulis aperiendis egerunt, *l. 10. l. 11. l. 12. D. teſtament. quemadmod. aperiant.* Hodie diem cedere a morte teſtatoris certum eſt, *l. un. §. 5. C. de caduc. tollend.* ad quod jus Tribonianus accommodavit Juriſconſultorum reſponſa *l. 5. §. 1. l. 12. §. 3. l. 14. pr. §. 2. l. 19. §. 3. D. quand. dies legator. vel fideicommiſſor. ced.* quod notat Fr. Balduinus *Juſtinian. lib.* IV. & alii. SCHVLTING.

75. *Repetitio non eſt*] Immo repetitio eſt, *l. 2. & 3. de condit. indeb. l. fideicommiſſum, 6. C. eod. l. error, 9. C. ad Leg. Falc.* & in Pauli ſententiis *lib.* III. *6.* Aut igitur haec ſententia accipienda eſt de legatis damnationis: quibus adjici poſſunt legata incertis perſonis ſoluta, *§. fin de obl. quae quaſ. ex con. §. incertis. de leg.* aut, quod magis eſt, negatione abundat, quae nec exſtat in MS. Aured. IDEM.

TITVLVS XXV.

[1]*De Fideicommiſſis.*

1. Fideicommiſſum eſt, quod [2] non [3] civilibus verbis, ſed precative relinquitur: [4] nec ex rigore juris civilis proficiſcitur, [5] ſed ex voluntate datur relinquentis.

2. [6] Verba fideicommiſſorum in uſu fere ſunt haec, FIDEICOMMITTO, PETO, VOLO DARI, & [7] ſimilia.

3. [8] Etiam [9] nutu relinquere fideicommiſſum in uſu receptum eſt.

4. [10] Fideicommiſſum relinquere poſſunt, [11] qui teſtamentum facere poſſunt,

1. *De Fideicommiſſis*] De his conferri poteſt Cajus *Inſt. lib.* II. *tit.* 7. Paulus *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 1. nec non Inſtitutiones.

2. *Non civilibus verbis*] Directis verbis, ut in *l. verbis, 7. de vulg. ſubſtitut.* CVJAC.

3. *Civilibus verbis*] Civilia verba appellat, quæ jus civile præſcripſit civibus, quæ etiam & legitima & directa dicuntur. CHAROND. De quibus dictum *ad tit. prac.* §. 1.

4. *Nec ex rigore juris civilis proficiſcuntur*] Jus civile confirmabat tantum illa, quæ legabantur, ſive directis verbis relinquebantur. Inde inter ea, quæ lex XII. tabularum confirmat, non numerantur fideicommiſſa in *l. 120. D. de verbor. ſignification.* Inde nec tutor verbis precativis recte datur: ſed conſtitutiones illum defectum aliosque voluerunt ſuppleri per confirmationem magiſtratus; & quidem a Conſulibus, *l. 1. §. 1. D. de confirmand. tutor. vel curator.* idque non ante Claudii tempora obtinuit: is enim a Conſulibus dari tutores pupillis juſſit, auctore Suetonio *Claud. cap.* 23. quod antea ex lege Atilia in Vrbe injunctum fuerat Prætori Vrbano, & majori parti tribunorum plebis, §. 3. & *pr. Inſt. de Atilian. tutor.* SCHVLTING.

5. *Sed ex voluntate datur relinquentis*] Adeoque ex voluntate defunctorum fideicommiſſa magis dicuntur deſcendiſſe, & pinguior iis natura indulta, §. 3. *Inſt. de legat.* nec in iis interpretandis ſubtilitas juris, vel verborum rigor ſpectabatur, ſed voluntas defuncti, *l. 16. C hoc tit.* Hodie hoc diſcrimen antiquatum eſt, *d. §. 3. l. 2. C. commun. de legat. & fideicommiſſ.* IDEM.

6. *Verba fideicommiſſorum*] Adde Paulum *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 1. §. 6. ubi plura habet Cujacius.

7. *Similia*, Debent tamen eſſe verba vulgaria, *l. 16. D. de fideicommiſſar. libertatib.*

8. *Etiam nutu*] *L. nutu, 21. de legat.* III. ſecus tamen eſt in legato, Secus, inquam, eſt in legato jure antiquo. CVJAC.

9. *Nutu*] Jure novo tamen quinque deſiderantur teſtes, *l. ult.* § *ult. C. de codicill.* Neſcio, quid in mentem venerit Viro Eruditiſſimo, Fr. Hotmano *Antitri-*

bonian. cap. 7. ut hoc jus imputaret Impp. Diocletiano & Maximiano *l. 22. C. hoc tit.* quos infames vocat tyrannos, & a quibus hoc jus in favorem aulici conſtitutum eſſe exiſtimat. Hoc tamen jam ſuo tempore (hoc eſt, octoginta annis ante) receptum fuiſſe docet Vlpianus: ne Paulum citem in *l. 21. D. de legat.* III. cui a Triboniano aliquid adjectum eſſe non negem: ſed tamen tantum illa, *niſi ſupervenions morbus ei impedimento ſit*, dum Paulum voluit accommodare conſtitutioni Juſtiniani *l. 10. C. qui teſtamens. facer. poſſ.* quod notavit Cujacius ad *l. 6. §. 1. D. qui teſtament. facer. poſſ.* & Fr. Balduinus *Juſtinian. lib.* 1. omnia tamen, quæ illic leguntur, a Triboniano eſſe nemo dixerit. Quod vero ad Imperatores illos attinet, diu fuit editum illorum reſcriptum in *d. l. 22. C. hoc tit.* antequam perſecutione adverſus Chriſtianos odium illorum ſibi attraxere: antea vero feliciter eos imperaſſe non tantum ſcribunt gentiles; ſed & Chriſtiani, non ſolum Euſebius *Hiſtor. Eccleſiaſtic. lib.* VIII. *cap.* 13. ad quem varia adducit V. C. Henr. Valeſius: ſed & is, qui illos cane pejus & angue oderat, Lactantius *de mortib. perſecutor. cap.* 9. & 17. Verum hoc in tranſcurſu: nihil enim vetat, vel a peſſimis tyrannis jura condi ſalubria: quin & circa civilia jura, ac juris veteris eximiam religionem his Imperatoribus haud ſcio an nullum præponam. Ceterum debebant olim poſſe loqui, qui ita relinquebant fideicommiſſum: mutus enim non poterat teſtari, *tit.* 20. § 12. adeoque nec relinquere fideicommiſſum, *arg.* §. *ſeq. add. d. l.* 21. *D. de legat.* III. SCHVLTING.

10. *Fideicommiſſum relinquere*] Idem Vlp. *in l. 2. de legat.* 1. quæ ſi quærantur exempla, conjungenda eſt cum *l. 1. de legat.* III. nam ex eodem libro ſunt ambæ. CVJAC.

11. *Qui teſtamentum facere poſſunt*] Imo & qui obſtatum teſtari non poſſunt, ſi reliquerint fideicommiſſum, valere illud poterit; ſi voluntas ipſorum eo tempore duraverit, quo id relinquere poterant, perinde, ac ſi tunc eſſent relicta, *l. 1. §. 1. & 3. D. de legat.* III. nec mirum, cum id etiam nutu poſſit relinqui. SCHVLTING.

12. Res

ſunt, licet non fecerint: nam inteſtatus quis moriturus fideicommiſſum relinquere poteſt.

5. [12] Res per fideicommiſſum relinqui poſſunt, quae etiam [13] per damnationem legari poſſunt.

6. [14] Fideicommiſſa dari poſſunt his, [15] quibus legari poteſt.

7. [16] Latini Juniani fideicommiſſum capere poſſunt, licet legatum capere non poſſint.

8. Fideicommiſſum [17] & ante heredis inſtitutionem, & [18] poſt mortem heredis, & codicillis etiam non confirmatis teſtamento, dari poteſt, licet legari non poſſit.

9. [19] Item Graece fideicommiſſum ſcriptum [20] valet; [21] licet legatum Graece ſcriptum non valeat.

10. Filio, qui in poteſtate eſt, ſervove, heredibus inſtitutis, ſeu ſi his legatum ſit, [22] patris, vel domini fidei committi poteſt; [23] quamvis ab eo legari non poſſit.

11. Qui

12. *Res per fideicommiſſum &c.*] Nihil eſt, in quo Vlpianus hic ſit capiendus cum mica ſalis. Simpliciter verum eſt id, quod dicit, ut oſtendi ad Cajum *Inſt. lib.* II. *tit.* 7. §. 4. IDEM.

13. *Per damnationem*] Quod legatum circa res, quae relinqui poſſunt, erat optimum, *tit. prae.* §. 11. IDEM.

14. † *Fideicommiſſa dari poſſunt &c.*] *Fid. dare poſſ. his qui legare poſſunt.* CVJAC. Sed de illis, qui fideicommittere poſſunt, jam egit §. 4.

15. *Quibus legari poteſt*] Ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. *qui legari poteſt*: & in marg. *quibus legari non poteſt*: non recte. Vera eſt regula, iis, quibus legari poteſt, fideicommiſſum poſſe relinqui: nec video, cur quidquam mutemus in hac regula. Falſum vero, iis, quibus legari non poteſt, dari poſſe fideicommiſſum, niſi raro. exemplum jam dabit Vlpianus. SCHVLT.

16. *Latini Juniani fideicommiſſum capere poſſunt &c.*] Inſtitui heres Latinus potuit quidem, ac legatum ei relinqui, quoniam teſtamenti factionem habuit: hereditatem vero capere eum vetuit lex Junia Norbana, *tit* 22. §. 3. idem jus in legatis; niſi intra centeſimum diem jus civitatis eſſet adeptus, *tit.* 17. §. 1. Fideicommiſſa vero, in quibus benignior juris interpretatio placuit, ad eum pervenire potuere: quae etiam ab initio relicta ſunt illis, quibus non poterat aliquid relinqui, §. 2. *Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.* IDEM.

17. *Et ante heredis inſtitutionem*] Quia non erat neceſſe id relinqui in teſtamento: quod in legato requirebatur, *tit. prae.* §. 11. IDEM.

18. *Poſt mortem heredis*] *L. ſi fuerit, 5. de leg.* III. hoc autem tacite fieri poteſt, non nominatim, ut puta, a Titio ſubſtituto exheredati legatarii, *l. cum quidam, 24. Cod. de legat.* CVJAC. Hinc ſatis liquet, ipſos veteres credidiſſe, jus illud, ut obligatio incipere non poſſet ab herede ex facto defuncti, ſubtilitatis eſſe civilis, non rationis naturalis. Id ipſe Vlpianus adgnovit *tit. prae.* §. 16. ubi docet, aliud obtinuiſſe in legatis. SCHVLTING.

19. *Item Graece*] *L. fideicommiſſa, 11. in princip. de leg.* III. CVJAC.

20. *Valet*] Adeoque & codicilli, *l.* 24. §. *ult. D. de legat.* II. *l.* 37. §. 3. *l.* 101. *pr. D. de legat.* III. *& alibi.* SCHVLTING.

21. *Licet legatum Graece*] Quae ſunt juris civilis Latine, quae juris gentium qualibet lingua, *l. an inutilis, 8. in fin. de accept.* Teſtamenta igitur Latine fiunt, unde merito dubitatur in *l. qui teſtamento, 20.* §. *veteres. de teſtam.* an teſtes ad teſtamentum adhibiti Latine ſcire debeant: ſed hoc Impp. emendarunt, *l. hac conſultiſſima, 21.* §. *fin. C. de teſtam. l. ult. C. de teſtam. tut. l directas, 14. C de teſtam. mil.* Si quandoque ſtipulationem contendas eſſe juris gentium, haec vere maſcula erit ratio, nam ſtipulatio qualibet lingua ſemper fieri potuit. CVJAC. Quia legatum, adeoque & heredis inſtitutio Graece ſcripta non valebant, dicendum videtur, in illis locis, ubi videmus in teſtamentis Graece relicta eſſe fideicommiſſa, ea, quae directo ſunt data, Latinis verbis perſcripta fuiſſe, veluti *l.* 34. §. 1. *l.* 88 §. 15. *D. de legat.* II. *l.* 37. §. 6. *D. de legat.* III. SCHVLTING.

22. *Patris, vel domini fidei committi poteſt*] Idem docet Papinianus *l.* 11. *pr. D. de legat.* I. Paulus *l.* 4. *D. de legat.* III. in fideicommiſſis enim ſatis viſum eſt ad aliquem onerandum, ut ad illum aliquid perveniret, *l.* 1. §. 6. *D. de legat.* III. & quidem ex judicio defuncti: adeoque opus, ut quis eum, qui heres inſtitutus, aut legato honoratus eſt, habuerit in poteſtate tempore facti teſtamenti, *l.* 6. §. 1. *eod. tit.* & per eum hereditatem adquiſierit, *l.* 62. *D. de legat.* II. Quin & pater, dominusque gravari poſſunt non tantum, ut

Digitized by Google

11. Qui teſtamento heres inſtitutus eſt, codicillis etiam [24] non confirmatis rogari poteſt, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii reſtituat: [25] quamvis [26] directo [27] heres inſtitui ne quidem confirmatis codicillis poſſit.

12. Fideicommiſſa [28] non per formulam petuntur, ut legata: ſed [29] cognitio eſt Romae quidem [30] Conſulum, aut Praetoris, [31] qui Fideicommiſſarius vocatur: [32] in provinciis vero [33] Praeſidum provinciarum.

13. Poe-

extraneis, ſed etiam ut illis ipſis, qui heredes fuere, liberis, poſt mortem ſuam, vel ſervis, cum liberi erunt, fideicommiſſum reſtituant, *l. 11. l. 91. §. 4. D. de legat. 1. l. 21. §. 1. D. ad S. C. Trebellian.* Inter quæ notabilem differentiam ex Juliano tradit Papinianus *d. l. 11.* quod quando extraneo reſtituendum eſt, intelligatur pater non ex ſua, ſed ex perſona filii teneri: adeoque ex ejus perſona gaudeat beneficio Falcidiæ, *l. 22. §. 1. D. ad leg. Falcid.* at quando filio tenetur, (idem de domino, & ſervo) ex ſua perſona obligatur, tanquam pater, ad quem bona defuncti venerunt per eum, qui verus ipſe erat heres: nec hic proinde Falcidiæ beneficio, quod ſoli datur heredi, frui poterit: uti nec ei locus eſt in ſpecie *l. 55. §. 2. D. ad S. C. Trebellian.* Latius hoc exponunt Viri Egregii, Ant. Contius *Diſputation. lib. 1. cap. 1.* Cujacius *ad d. l. 11. pr. D. de legat. 1. ad Papin.* qui tamen quod in *verſ. & ideo.* exiſtimant reſpici jus caducorum, in eo non ſunt ſequendi, cum leges caducariæ non obtinuerint in illis, quæ deficiebant poſt apertas tabulas, ut illic factum eſt. vide notata *ad tit. prac. §. 12.* Illud addamus, ſi filiusfamilias talis ſui juris, vel ſervus liber factus ſit, licet directo non teneantur, quia ipſi non ſunt onerati; utiliter contra ipſos agi poſſe, *l. 62. D. de legat. 11.* (ubi ſcribendum, *rogatus non eſt*, cum veteribus quibusdam editionibus: vel, *rogatus dominus eſt*) *l. 4. D. de legat. 111.* IDEM.

23. *Quamvis ab eo legari non poſſit*] Hoc docuit *tit. prac. §. 24.*

24. *Non confirmatis*] Idem habemus §. *10. Inſt. de fideicommiſſar. hereditatib.*

25. *Quamvis directo heres*] In confirmatis omnia directo relinqui poſſunt excepta hereditate. CVJAC.

26. *Directo*] Ita ed. Pariſ. cla Ia LXXXVI. & Fabroti. aliæ *ex directo*: quo modo tamen non ſolent loqui veteres. SCHULTING.

27. *Heres inſtitui ne quidem &c.*] Adde §. *2. Inſt. de codicill.* ubi hoc copioſe exponitur a vulgatis Interpretibus.

28. *Per formulam*] Per actionem, ut formula hypothecaria, & in *tit. 19.* formula communi dividundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum. Actio porro nihil aliud eſt, quam formula. CVJAC. Id eſt, non petita a prætore ſolenni actione judiciique formula. CHARONDAS.

29. *Cognitio*] Quæ extra ordinem exercetur ab ipſo Magiſtratu cum conſilio: de quo legi cum fructu poſſunt, quæ noviſſime ſcripſit V. C. Ger. Noodt *de jurisdiction. & imper. lib. 1. cap. 11.* in quali conſilio etiam fuit Celſus pater, teſte ipſius filio *l. 29. pr. D. de legat. 11.* inde fideicommiſſorum perſecutiones, *l. 178. §. 2. D. de verbor. ſignification.* Hodie ſingularia fideicommiſſa, utpote legatis exæquata, actionibus ex teſtamento, & in rem peti poterunt: at circa univerſalia nihil eſt mutatum: adeoque nec hodie de illis actiones illæ competunt. SCHULTING.

30. *Conſulum, aut Praetoris*] Apud illos de majoribus, apud hunc de minoribus ſummis actum eſt: quod ex Quinctiliano *Inſtitution. Orator. lib. III. cap. 6.* aliisque docet Cujacius *Obſervation. lib. XXI. cap. 34.* qui recte huc refert *l. 19. §. 1. D. de jurisdiction.* in quo loco, uti Inſcriptio indicat, de fideicommiſſis egit Ulpianus. Ad Conſulis quoque cognitionem pertinet *l. 27. D. de reb. auctoritat. judic. poſſidend.* quod fragmentum eſt ex Ulpiano libro 1. *de officio Conſulis.* nec non verba Celſi *l. 29. pr. D. de legat. 11.* Hac occaſione non poſſum quin tangam *l. 10. §. 1. D. de appellationib.* in qua V. C. Franc. Hotmanus *Obſervation. lib. IV. cap. 18.* pro *notionem Principis* reponit *notionem Praetoris*, quia Quinctilianus (loco jam citato) dicit. *Non debes apud Praetorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules: major enim Praetoria cognitione ſumma eſt.* Verum in illa *l. 10.* agitur de appellatione ad Principem: non de cognitione de fideicommiſſis: ac, ſi etiam de fideicommiſſis eſſet illic ſermo, major ſumma notionem deberet facere non Prætoris, ſed Conſulis. Vulgata lectio recta eſt, & probatur in Baſilicis. Ceterum de fideicommiſſis cognoviſſe Commodum Imperatorem Papinianus refert *l. 26. D. de probationib.* verum id fieri potuit ex appellatione: qualia exempla plura reperiri poſſunt. IDEM.

31. *Qui fideicommiſſarius*] *§. 1. de fidei. hered. l. ſi cui legatum, 92. de cond. & demonſtr. l. Licinius. 4. quib. ad libert. proel. non lic. l. quæſitum, 78. §. pen. de l. 111. l. 2. Cod. qui poti. in pig. l. 2. de orig. jur.* CVJAC. Vocatur & PR. DE FIDEI COMMIS. in Inſcriptionibus Gruteri p. CCCXCIII. 6. Duos tales Prætores Claudius inſtituit, ex quibus unum detraxit Trajanus, *l. 2. §. 32. D. de origin. jur.* SCHULTING.

32. *In provinciis vero*] *L. cum etiam. 5. Cod. de reb. cred.* Hodie fideicommiſſa per actionem petuntur, & omnino ſublatæ ſunt a Juſtiniano legatorum & fideicommiſſorum differentiæ. CVJAC.

33. *Praeſidum*] Ad quos in provinciis omnia ſpectant, de quibus Romæ Magiſtratus, vel alii jus dicunt, *l. 10. D. de offic. Praeſid.* SCHULTING.

34. No

13. Poenae cauſa certae, vel incertae perſonae[34] ne quidem fideicommiſſa dari poſſunt.

14. [35] Is qui rogatus eſt alii reſtituere hereditatem, lege quidem Falcidia [36] locum non habente, quoniam [37] non plus, puta, quam dodrantem reſtituere rogatus eſt, ex Trebelliano Senatusconſulto reſtituit, ut ei, & in eum dentur actiones, cui reſtituta eſt hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem reſtituere rogatus ſit, ex Pegaſiano Senatusconſulto reſtituit: [38] vel deducta parte quarta, ipſe, qui ſcriptus eſt heres, hereditatem reſtituat, & in ipſum actiones conſerventur: is autem, qui recepit hereditatem, [39] legatarii loco habeatur.

15. Ex Pegaſiano Senatusconſulto reſtituta hereditate, commoda, & incommoda hereditatis communicantur inter heredem, & eum, cui reliquae partes reſtitutae ſunt, interpoſitis ſtipulationibus, ad exemplum partis, & pro parte ſtipulationum. Partis autem, & pro parte ſtipulationes proprie dicuntur, quae de lucro, & damno communicando ſolent interponi inter heredem, & legatarium partiarium, id eſt, cum quo partitus eſt heres.

16. Si heres damnoſam hereditatem dicat, cogetur a Praetore adire, & reſtituere totam: [40] ita ut ei, & in eum, qui recipit hereditatem, actiones dentur, perinde atque ſi ex Trebelliano Senatusconſulto reſtituta fuiſſet: idque ut ita fiat, Pegaſiano Senatusconſulto cautum eſt.

17. Si

34. *Ne quidem fideicommiſſa dari poſſunt*] Quamvis in illis non ſoleant curari juris ſubtilitates. Nec id mirum, cum nec militibus id liceret, nec Princeps talia adgnoſceret, §. *ult. Inſt. de legat.* De legatis ita relictis *tit. prat.* §. 17. IDEM.

35. *Is qui rogatus eſt*] De lege Falcidia in catalogo legum antiquarum diximus: ad ejus autem exemplum factum eſt S. C. Pegaſianum, cui Trebellianum ſucceſſit, in quod Juſtinianus quicquid S. C. Pegaſiano cautum erat, tranſtulit. Eo ſtatutum fuerat, ut haeredi reſtituere rogato liceret ex fideicommiſſis quartam bonorum partem retinere: ſicut lege Falcidia ex legatis quartam haereditatis deducere licebat. Hoc autem intereſt, quia cautum expreſſe erat lege Falcidia, id tantum in quartam imputari, quod jure haereditario haeres accipit. Ideoque non alia cauſa. Sc. C. vero non de quarta haereditatis proſpexerat, ſed bonorum: ſtatueratque reſtituere rogatum id tantum retinere, quod quartam bonorum partem faceret, ex quacunque cauſa a teſtatore haberet, & haec ſententia eſt Dioclet. & Maxim. conſtitutionis, in qua quarranda multi elaborant. Sed quod de quarta Trebelliana dicimus, ita intelligendum videtur, niſi teſtatoris voluntas ex ſit, ut haeredem & quartam bonorum partem & legata habere voluerit, quod Julianus reſpondet: qui licet de Falcidia loqui exiſtimetur, cum Falcidiae meminerit: differe tamen oſtendit rogatum fuiſſe haeredem ut haereditatem reſtitueret. Neque vero novum eſt quartam Trebellianam dici etiam Falcidiam. CHARONDA.

36. *Locum*] In Pariſ. ed. clo Io LXXXVI. hoc verbum alia litterarum forma expreſſum eſt, quaſi in codice Tiliano diſparuiſſet. aliae tamen omnes hoc habent: & ſenſus id poſtulat. SCHULT.

37. *Non plus, puta*] In eadem ed. *non plus . . . . puta.*

38. *Vel deducta parte*] Lego, *ut.* Haec vero de Pegaſiano & Trebelliano fuſius explicantur in Inſtitutionibus Juſtiniani, neque deſiderant interpretationem meam. CUJAC.

39. * † *Vel deducta parte quarta*] *Vt deducta parte quarta in ipſum actiones conſerventur* cetera deſunt. IDEM. In ed. Pariſ. quoque pro *vel* ad marginem reponitur *ut*: ſed ſola duo verba *hereditatem reſtituat* diverſo charactere repraeſentantur, quaſi reliqua in codice Tilii poſſint conſpici. Sane ed. Charondae, reliquaeque, quas vidi, ita habent, uti hic legitur: ac ſi pro *vel* legas *ut* cum Cujacio, omnia bene cohaerent. SCHULT.

39. *Legatarii*] Partiarii, de quo *tit. prat.* §. 25.

40. *Ita, ut ei, & in eum &c.*] Inde Modeſtinus illi, qui quartam retinere non vult, hoc ἐγχειρίδιον ſuggerit, ut coactus adeat, *l. 45. D. ad S. C. Trebellian.* IT

41

Digitized by Google

17. Si quis in fraudem [41] tacitam fidem adcommodaverit, ut non capienti fideicommiſſum reſtituat, nec quadrantem eum deducere [42] Senatus cenſuit: [43] nec caducum vindicare ex eo teſtamento, [44] ſi liberos habeat.

18. [45] Libertas dari poteſt per fideicommiſſum.

41. *Tacitam fidem*] Tacita fides eſt, ſi quis non palam rogatus, in fraudem legis tacite promittat, ſe id, quod accepit, cœlibi aut orbo redditurum, *l. in fraudem, 10. de his quib. ut indig. l. in tacitis, 103. de legat. 1.* Extat præclarum exemplum taciti fideicommiſſi apud M. Fabium Quintilianum Avum in *Declamat.* CCCXV. CVJAC.

41. * *Tacitam fidem adcommodaverit*] Chirographo, vel cautione, verbi gratia. Aliquid tale notavi *ad tit. 16. §. 2.* SCHULTING.

42. *Senatus cenſuit*] Planciano, S. C. *l. beneficio, 59. ad leg. Falcid.* Igitur ſi de hereditate incapaci reſtituenda promiſerit, primum omnium hereditas fiſco vindicatur: nec ſi exhauſta ſit hereditas, Falcidia retinetur, verum Falcidia fiſco applicatur ex reſcripto Divi Pii, *l. 3. C. ad leg. Fal. l. heres, 11. D. de his quib. ut indig.* CVJAC.

43. *Nec caducum vindicare*] Quod alioquin adquiritur lege, *tit. 19. §. 17.* cujus beneficio indignus eſt qui in legem delinquit, *l. 37. fin. D. de minorib.* Heres talis ſummo quidem jure heres manet, *l. 43. §. ult. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution.* verum eodem jure eſt, ac ſi partem ſuam non haberet, *l. 83. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* & omne emolumentum ei aufertur, *l. 17. §. 2. D. de uſur.* Aliud circa ea, quæ quis non ex lege, ſed ultima voluntate defuncti conſequitur: veluti ex ſubſtitutione pupillari, *d. l. 43. §. ult. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution.* Exponit hoc Cujacius *Obſervat. lib. XII. cap. 13.* & latius Ant. Faber *de errorib. pragmaticor. decad. L. error. 5. n. 6.* SCHULT.

44. *Si liberos habeat*] Scriptum oportuit, *ſi ex liberis exiſtat.* idque liquido conſtat ex his, quæ dicta ſunt *tit. 18.* CVJAC. Itaque liberos habenti jus adeſcendi datum fuit: quod ex Juvenali conſtat *Satyr. IX.* Plura notavi *ad tit. 13.* ut proinde nihil hic mutandum ſit, uti volebat Vir Summus. Non obſtat *tit. 18. §. 1. & l. un. pr. C. de caduc. tollend.* ubi dicitur, liberis, & parentibus jus hoc datum, vel conſervatum eſſe: id enim non aliud vult, quam inter adgnatos cognatosque hos ſolos eo jure fruitos fuiſſe: at non id, nullos alios etiam hoc habuiſſe. Ita fere Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. Pap. cap. 29.* SCHULT.

45. *Libertas dari poteſt per fideicommiſſum*] Late Cajus *Inſt. lib. II. tit. 7. §. 7.* & Juſtinianus *§. 2. Inſt. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.*

TITVLVS XXVI.

De Legitimis Heredibus.

1. Inteſtatorum [2] ingenuorum hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos, qui [3] in poteſtate ſunt, ceterosque, [4] qui in liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſunt, [5] ad conſanguineos, id eſt, fratres, & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos adgnatos proximos, id

1. *De legitimis heredibus*] Eadem de re agit Cajus *Inſt. lib. II. tit. 8.* Paulus *Sententiar. lib. IV. tit. 8.* & Auctor Collationis Moſaicarum & Romanarum legum *tit. ult.* ubi pars eorum, quæ hic leguntur, exſtat: ſed titulus dicitur eſſe *de legitimis hereditatibus.*

2. *Ingenuorum*] In citata Collatione eſt, *gentilitiorum*, quod rectum eſſe cenſet V. C. Petr. Pithœus. Videtur tamen mirum, Ulpianum gentilitiorum hic facere mentionem, cum gentilium jura in uſu non eſſe ipſe mox dicat, ut & Cajus in eadem Collatione: ſi dicas, Ulpianum id hic egiſſe, ut jus antiquum, quod olim fuit, exponeret. SCHULT.

3. *In poteſtate ſunt*] Et gradu proximi. De his plura tradit Cajus *Inſt. lib. II. tit. 3. §. 6.* Paulus *Sententiar. lib. IV. tit. 8. §. 3.* & Ulpianus noſter *tit. 22. §. 14.* IDEM.

4. *Qui liberorum loco ſunt*] Veluti uxor, quæ in manum convenit. Exponit hoc Cajus, cujus verba poſita ſunt in hac editione ſub *lib. II. tit. 8. pr. & §. 1.* IDEM.

5. *Ad conſanguineos*] De his idem Cajus *dict. loc. §. 5.* Paulus *Sententiar. lib. IV. tit. 8. §. 3. §. 17. & 22.* ad [illegible] loca hæc expoſita ſunt uberius. IDEM.

6. *Viri-*

Digitized by Google

id est, cognatos [6] virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiae: [7] id enim cautum est lege duodecim Tabularum, [8] AC SI INTESTATVS MORITVR, [9] CVI SVVS HERES NEC EXSTABIT, [10] ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.

* [11] Si adgnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim Tabularum [12] gentiles ad hereditatem vocat his verbis, [11] SI GNATVS NESCIT, GENTILES

6. *Virilis sexus, &c.*] Similia *tit.* 11. §. 4. Virilis sexus mentio quoque relicta est in *l.* 2. §. 1. *D. de suis & legitim. heredib.* cujus tamen prærogativa a Justiniano erat sublata, §. 3. *Inst. de legitim. adgnator. successionib. l.* 14. *C. de legitim. heredib.* IDEM.

7. *Id enim cautum est lege duodecim Tabularum*] Ulpianus duodecim tabulas allegavit, non ut inde probaret discrimen consanguineorum, fratrum, videlicet, & sororum ex eodem patre: inter quos nullum ab intestato erat sexus discrimen: & aliorum adgnatorum, ex quibus soli mares succedebant, § 6. *hoc tit.* quod ex Prudentum interpretatione inductum esse scribit Paulus *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 8. §. 3. & Imperator §. 3. *inst. de legitim. adgnator. successionib.* verum ut inde probaret generaliter adgnatorum successiones, non extitisse suo herede. IDEM.

8. AC SI INTESTATVS MORITVR] Charondas non habet *ac.* In Collatione laudata, & Paris. ed. cIↃ IↃ LXXXVI. est *hac.* Jac. Gothofredus *ad legg.* XII. *tabb. tab.* V. legit *ast*, ut hic casus opponatur casui testati. Pro *intestatus* Paulus habet *intestato*, *l.* 9. §. 2. *D. de liber. & postum.* quod est in edd. quibusdam cum notis Cujacii. Collatio habet etiam *intestatus.* IDEM.

9. CVI SVVS EXTABIT HERES NEC] Hæc sunt perturbata. Legendum est *Ac si intestatus moritur, cui suus heres nec extabit*, & hæc prima legis verba Paulus interpretatur in *l. si quis postumos*, 9. §. *pen. de lib. & post.* reliqua in *l. pronuntiatio*, 195. *de verb. sign.* Apparet autem ex hac XII. tab. lege suorum nomen esse ex XII. tab. quod & Callistratus tradit in *l. liberorum*, 220. *de verb. sign. Hos enim omnes*, inquit, *suorum appellatione lex* XII. *tab. comprehendit.* Igitur in *l. ult. de bon. dam.* in jure civili, id est, in XII. tab. Possim similia exempla proferre quamplurima, in quibus jus civile pro XII. tab. accipitur. CVJAC.

9. *CVI SVVS HERES NEC EXSTABIT] Charond. *cui nec suus extabit heres.* In Collatione corruptus est locus, & scriptum, *cujus heres nec est.* (Jac. Gothofredus *dict. loc.* pro *nec est*, legit, *nec esset.* Mihi non displicet *nec exstabit*: & proprie suus heres dicitur *exsistere*, & *exstare.*) Hæc nostra lectio est ed. Paris. ala IↃ I. XXXVI. & hæc jam olim Cujacio placuit. Illud miror, quod Vir Doctissimus, Ant. Contius lectionum veterem defensum iverit *in lib. singular. de hereditatib. & bonor. possessionib.* illa vero hæc est, *cui suus exstabit heres, nec adgnatus proximus familiam habeto*, quibus Contius id indicari putat, exsistente suo herede, ita necessario in ejus persona hæreditatem hærere, ut ne quidem eo deficiente sit locus successioni adgnatorum. Res vera est: & traditur §. 3. *hoc tit.* at non ea fuit mens Ulpiani, ut hoc doceret: ac is tali ratione admodum perperam hæc verba adduxisset ad probandum, adgnatos vocari; cum hoc modo non tam vocarentur, quam in certo casu solummodo excluderentur; & quidem supervacue: an non enim vel natura sola liberos primo loco vocat; & jure civili jus sui heredis eos facit dominos quodammodo etiam vivo parente? §. 2. *Inst. de hered. qualitat. & differens. l.* 11. *D. de liber. & postum.* ut adeo his existantibus, aliis locus esse nequeat. At his deficientibus, alios, quibus non idem juris, vocari oportebat. SCHVLTING.

10. ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO] Sum etiam inter adgnatos est, & quidem proximus, *l.* 12. *D. de suis & legitim. heredib. l. ult.* §. 3. *D. de gradib. & adfinib.* aliter tamen suis hereditas obvenit, aliter adgnatis in specie dictis. Suos lex non jubet familiam habere: ipso enim jure heredes sunt, & quidem necessarii: idque ex artissimo, quod inter parentem, & suum heredem intercedit, vinculo; ut modo diximus: adeoque suus non tam consequitur hereditatem, quam liberam rerum suarum administrationem, ita, ut ne quidem hereditas fuisse videatur, sed continuatio dominii, *l.* 11 *D. de liber. & postum.* quod notat quoque Jac. Gothofredus *ad legg.* XII. *tabb not ad tab.* V. & plenius exponit Ant. Faber *de errorib. pragmaticor. decad.* III. *err.* 1. idque etiam ante duodecim Tabulas certissimi juris fuisse videtur: ac frustra id ex legibus Solonis educere tentat V. C. Marc. Aurelius Galvanus *de usufruct. cap.* 8. *n.* 13. *& seqq.* qui tamen quoque vidit, non fuisse opus, ut sui vocarentur a lege, tamquam ipso jure dominos, sive heredes. At quod putat, non potuisse parentes excludere suos heredes testamento, id refutatur ex iis, quæ diximus *ad tit.* 22. §. 14. *&* 20. Adgnati vero vocandi erant ad familiam, sive hereditatem, ut habere possent, si vellent. Alias differentias inter suos, & adgnatos habet Cujacius *ad tit. Inst. de legitim. adgnator. successionib.* IDEM.

11. *Si adgnatus defuncti non sit, &c.*] Non ergo deficiente proximo adgnato, statim gentiles vocabantur: sed tum demum, si nulli essent adgnati: adeoque repudiatio, vel defectio proximi adgnati, non statim locum fecit gentilibus. Vide tamen quæ dixi *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit.* 16. *n.* 2. *fin.* IDEM.

12. *Gentiles*] Horum mentio plus semel in scriptis veterum in sæpe laudata Collatione *tit.* 16. ubi plura de iis in notis Eruditissimi Pithœi possunt inveniri.

LES FAMILIAM HERES HANC. "Nec gentilitia jura in uſu ſunt. Ex COLLATIONE MOSAICAR. ET ROMANAR. LEGG. TIT. VLT.

2. "Si defunctus ſit filius, ex altero filio mortuo jam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita dividatur, ſed ut in ſtirpes, id eſt, ut filius ſolus mediam partem habeat; & nepotes quotquot ſunt, alteram dimidiam: "aequum eſt enim nepotes patris ſui loco ſuccedere, & eam partem habere, quam pater eorum, ſi viveret, habiturus eſſet.

3. "Quamdiu ſuus heres ſperatur heres fieri poſſe, tamdiu locus adgnatis non eſt: velut ſi uxor defuncti praegnans ſit, aut filius apud hoſtes ſit.

4. "Ad-

Lex vero duodecim Tabularum a domo proceſſit ad familiam, de familia in gentem: quem ordinem notat & Jac. Gothofredus *ad dict. tab.* V. IDEM.

13. SI GNATVS NESCIT, GENTILES FAMILIAM HERES HANC] Emendationem horum tentat Pithœus *ad dict. tit.* 16. Jac. Gothofredus *tab.* V. *legg.* XII. *Tabb.* reponit, *ſi adgnatus nec eſcit, gentilis familiam heres nancitor.* Marq. Freherus *Parerg. lib.* 1. *cap.* 9. legit, *ſ. a. nec eſit, gentilis familiam nancitor.* Illud *heres*, quod Freherus omittit, & mihi videtur hic non eſſe recte poſitum. Quid ſi reponamus, *ſi a. nec eſcit heres, gent. fam. nancitor?* Forte illud *hanc* remanſit in contextu pro *nanc*, quod eſt initium *vũ nancitor.* IDEM.

14. *Nec gentilitia jura in uſu ſunt*] Idem docet Cajus in Collatione relatus. Videant Eruditi, an Prætoris Edictum, quo, deficiente proximo adgnato, vocabantur non tantum remotiores adgnati, ſed promiſcue cognati, & quidem ſucceſſive, (cum inter adgnatos jure civili non eſſet ſucceſſio, ſed ſolus proximus vocaretur, §. 3. *hor tit.*) non potuerit occaſionem dare deſuetudini hujus juris, per quod ſæpe hereditas poterat eſſe deſtituta: veluti ſi proximus adgnatus deficeret poſt hereditatem delatam, aliique ſupereſſent remotiores: hic nec illis erat locus, nec gentilibus. Sed Prætor hoc correxit per bonorum poſſeſſionem Vnde cognati. IDEM.

15. *Si defunctus ſit filius*] Legendum, *Si defuncti ſit filius, & ex altero filio jam mortuo nepos*, §. *cum filius. de hered. qua ab inteſt. defer.* Senſus hic eſt. Nepotes ex filio jam mortuo, avo in ſtirpes cum patruo ſuccedere. Plane ſunt hæ perpetuo in liberorum linea obſervandæ regulæ, Proximior ulteriorem non excludit, Hereditates pro ſtirpibus dividuntur, non pro virilibus portionibus. CVJAC.

16. *Æquum eſt enim nepotes &c*] Videbantur quidem prima facie præferendi liberi primi gradus, tamquam propiores: verum aliud plane voluit æquitas naturalis, *l.* 1. §. 4. *D. de ſuis & legitim. heredib.* imo & duodecim tabulis hoc jus repræſentationis, quod vocant, adſcribitur §. 15. *Inſt. de hereditatib. qua ab inteſtato deferunt. l.* 3. *C. de ſuis & legitim. liber.* idque ſi verbis legis non fuiſſet expreſſum, at mente legis continebatur: quod jam habuimus ad Cajum *Inſt. lib.* II. *tit.* 8. §. 2. Quin & dum lex ſuos heredes in genere conſiderabat, tamquam ipſo jure heredes, non poterant hi nepotes, qui jam ſui ſunt, non gaudere jure ſuorum heredum. Ac jus hoc forte antiquius fuit lege duodecim Tabularum: uti & aliæ gentes etiam olim jus hoc aduniſere: quod docet H. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* 7. §. 6. *& in not.* Circa hereditates avi materni, & aviæ maternæ diu id non plene nepotibus, neptibuſque datum eſt, etiam poſtquam filii admiſſi ſunt: ſed ſenſim hoc inductum eſt, §. *ult. Inſt. de hereditatib. quæ ab inteſtat. deferunt.* §. 1. *Inſt. de S. C Orphitian. l.* 4. *Cod. Theod. de legitim. hereditatib. l.* 9. *l. ult. C. de ſuis & legitim. liber. Novell.* XVIII. *cap.* 4. *Novell.* CXVIII. *cap.* 1. SCHVLTING.

17. *Quamdiu ſuus heres*] Hæc antiquorum definitio eſt, *leg.* 3. *ſi pars hereditatis petat. l. penult. unde legit. l. cum quidam*, 30. §. 1. *de adquir. hered.* CVJAC.

17. * *Quamdiu ſuus heres ſperatur*] Modo conceptus fuerit tempore mortis parentis, atque adeo in rerum natura, *l.* 6. *D. de ſuis & legitim. heredib. l.* 7. *l. pen. D. de ſtat. homin.* ſic enim dici non poteſt defuncto ſuus heres non exſtitiſſe. Poſt mortem avi conceptus nepos nullo modo jure cognationis patrem patris ſui adiungit, §. 2. *inſt. de heredit. quæ ab inteſtat. deferunt.* nec cognatus vocatur, niſi improprie, *l.* 2. *D. de ſuis & legitim. heredib.* adeoque impedire non poterat, ne alius deferretur ex lege hereditas. Admittitur tamen talis ad bonorum poſſeſſionem, & hereditatem liberti aviti, *l.* 47. §. 3. *D. de bon. libertor.* quia certum eſt, ipſum eſſe ex liberis avi defuncti, licet ei non fuerit ſuus heres: liberi vero patronorum nominatim etiam vocantur ad bona libertorum, *tit. ult.* §. 4. Hinc vero patet quoque, cur ad bonorum poſſeſſionem Vnde cognati non admittatur is, qui poſt obitum defuncti cognati eſt conceptus, *l.* 1 §. 2. *D. unde cognat.* in cujus §. principio pro hiſce, *ſi quis proximior cognatus naſci ſperetur*, Em. Merillius *Obſervation. lib.* V. *cap.* 2. Vlpianum ſcripſiſſe putat, *ſi quis proximior cognatus naſceretur*: quo modo verba illa leguntur apud Priſcianum *lib.* III. *p.* 607. Tribonianum vero aliquid mutaſſe. Sed Priſcianus illic probare voluit tantum, verbum *proximus*, quando pro cognato accipitur, poſitivi ſignificationem habere, & ſic a legislatoribus comparative proferri.

Atque

4. [18] Adgnatorum hereditates dividuntur in capita: veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo pluresve liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

5. [19] Si plures eodem gradu sunt adgnati, & quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint, decesserint, eorum pars adcrescit his, qui adierint. [20] Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur: quoniam in legitimis hereditatibus [21] successio non est.

6. [22] Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque [23] soror fratri, sororive legitima heres fit.

7. Ad liberos matris intestatae hereditas ex lege duodecim Tabularum non pertinebat: [24] quia feminae suos heredes non habent: sed postea [25] Impp. Anto-

Atque ego contra dixerim, Priscianum vel minus diligenter Vlpiani verba descripsisse, vel ex Pandectis emendandum esse: agi enim in iis verbis non de illo, qui natus est, sed nasci speratur, evincunt sequentia; quæ etiam docent, quid juris sit, si natus non fuerit. SCHULTING.

18. *Agnatorum hereditates*] Ergo superiores duæ regulæ in agnatorum serie non observantur: nam & si sit frater, & filius fratris jam mortui, frater solus succedit, §. *hoc etiam. §. si plures. de legit. ag. success.* Ex Novella Justiniani frater non præfertur, atque una fratrum filii in stirpem succedunt. Vltra fratrum filios in capita fit divisio, quod & inter ipsos fratrum filios nullis concurrentibus fratribus observari Constantinus probat *lib.* V. *epistom.* & verum est. CVJAC. Notandus est diligenter hic locus: ut veterum Jurisconsultorum, quibus etiam imperatores consentiunt, ea fuisse opinio intelligatur: ut (quemadmodum Cajus in Institutionibus scribit) semper inter suos hereditas in stirpem, non in capita dividatur: contra vero inter agnatos non in stirpem, sed in capita. CHARONDA.

19. *Si plures*] *L. si ex pluribus, 9. de suis & legit. hered.* CVJAC. Adde Paulum Sententiar. *lib.* IV. *tit.* 8. §. *ult.* & ibi notata: unde patebit, jus caducorum in casu intestati non obtinuisse, quod illic etiam viguisse vult cum aliis V. C. Fr. Balduinus *Justinian. lib.* IV. addens, hoc jus ab Vlpiano esse dissimulatum. Verum id præter officium fuisset, & præter morem Vlpiani, qui juris hujus sæpius meminit, ac ex professo de caducis egit *tit.* 17. *& 18.* Imo ne quidem indistincte hoc jus in ils, quæ testamento erant data, locum habuisse probavimus *ad tit.* 24. §. 12. ut adeo verissima etiam post caducarias leges fuerit regula Caji *l.* 59. §. 2. *D. de adquirend. vel omittend. hereditat.* hæc nempe: *Qui semel aliqua ex parte heres exstiterit, deficientium portiones etiam invitus accipit, id est, recte ei deficientium portiones etiam invito adcrescunt.* SCHULTING.

20. *Quod si nemo*] In suis, in legitimis non est successio, quia ut Paul. ait. *lib.* IV. *Sentent. omnis legitima successio proximiori defertur.* In honorariis est successio, ut ecce, non petente avunculo magno, succedit propior sobrinus, *l. 2. Cod. de success. edict.* At filio non adeunte, nepos non admittitur, nisi ex jure prætorio ex parte Vnde liberi. Ex constitut. Justiniani in legitimis est successio, §. *placebat. de leg. adg. suc.* nam & in legitimis tutoribus est successio, *l. 3. §. pen. de leg. tut.* CVJAC.

21. *Successio non est*] Hanc prudentum interpretationem successorio edicto Prætores correxerunt, successionemque de persona in personam, de gradu in gradum, de capite in caput esse voluerunt: ut uno non succedente proximus succederet. Extant illius edicti capita in Pandectis. CHARONDA. Quia lex semel tantum hereditatem illis defert: Prætor vero bonorum possessionem sæpius successive defert: verum in adgnatis hoc mutatur §. 7. *Inst. de legitim. adgnator. succession.* SCHULTING.

22. *Ad feminas ultra consanguineorum gradum &c.*] Videatur Paulus *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 8. §. 22. ubi origo hujus juris traditur, de qua in notis latius tractavimus. IDEM.

23. *Soror fratri, sororive &c.*] In Stemmate quoque, sive veteri graduum adgnationis descriptione apud Cujacium *Observation. lib.* VI. *ad fin.* inter consanguineos occurrit uxor, quæ in manu est, ut filio suo consanguinea: & quidem sæpius. Ac Vlpianus relatus in Collatione sæpe citata *tit. ult.* docet, etiam consanguineos fieri in manum conventione. IDEM.

24. *Quia femina suos heredes non habent*] Adeoque nec locus erat bonorum possessioni Vnde liberi ad obtinenda illarum bona: hæc enim datur tantum suis, vel iis, qui sui mansissent, nisi fuissent emancipati, quique ad bonorum possessionem contra tabulas admittuntur, *L 1. §. 6. D. unde liber.* IDEM.

25. *Impp. Antonini*] *L sacratissimi 9. ad S. C. Tertull.* quam & S. C. secutum est, quod dicitur Orfitianum. CVJAC.

25. * *Impp. Antonini & Commodi Orationa &c.*] Anno V.C. Ↄ CCCCXXXI. Christi CLXXVIII. quo Consules fuere Julianus Rufus & Gavius Orphitus,

Antonini & Commodi oratione in Senatu recitata id actum est, [26] ut sine in manu conventione, matrum legitimae hereditates [27] ad filios pertineant, exclusis [28] consanguineis, & reliquis adgnatis.

8. Intestati filii hereditas [29] ad matrem ex lege duodecim Tabularum non pertinet: sed [30] si jus liberorum habeat, ingenua trium, [31] libertina quatuor, legitima heres fit [32] ex [32] Senatusconsulto Tertulliano: si tamen ei filio neque suus

memorati, quamvis non integris nominibus, *pr. Inst. de S. C. Orphitian.* Sequor vero hic computationem Accuratissimorum Chronologorum, Henr. Noris *Epistol. Consular. in Thesaur. Antiquitat. Romanar. tom.* XI. *p.* 462 & Ant. Pagi *Critic. Annal. Baron. ad ann. dict.* Meminit hujus rei Capitolinus *Marc. Antonin. cap.* 11. Illustravit illud Senatusconsultum libro singulari Cajus (qui eo tempore floruit: ac unum tantum Principem memorat, *l. 9. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* intelligens Marcum, qui loco erat prior) nec non Paulus *l. 6. D. eod. tit. l. 230 D. de verbor. signification.* Mirum autem videri posset, quod dudum ante hoc Senatusconsultum occurrunt exempla querelae inofficiosi adversus matrum testamenta motae apud Valerium Maximum *lib.* VII. *cap. 7. ex. 4.* & Plinium *lib.* V. *epistol. 1.* nec non ejus, quae moveri potuisset, apud eumdem Valerium Maximum *dict. lib.* VII. *cap. 8. ex. 2.* verum id potuit facile fieri. Pone matres a patribus suis emancipatas fuisse, adeoque nullos habuisse adgnatos: jam liberis competebat ab intestato bonorum possessio Unde cognati: qua accepta, litis de inofficioso ordinandae gratia, nihil obstabat, quo minus testamentum matris oppugnarent: uti possint & alii, quibus bonorum possessio datur, *l. 6. pr. D. de inofficios. testament.* ac si victores evadant, pleno jure erunt bonorum possessores, *l. 8. §. 16. D. eod. tit.* Si in manum patris convenisset mater, liberis erat loco consanguineae, quod jam vidimus: adeoque erant liberi matris heredes ab intestato proximi: atque hereditate adita, *arg. l. 7. D. eod. tit.* facili ratione testamentum ejus inofficiosi querela impugnare poterant. Postquam vero S. C. Orphitiano nominatim liberi ad matris hereditatem admissi sunt, expeditissima circa movendam querelam via liberis patuit, etiam si in manum mater non convenisset. SCHULTING.

26. *Ut sine in manu conventione*] Etiam si vulgo quaesiti sunt liberi. CUJAC. Illo tempore nuptias tales raras fuisse observavimus *ad tit. 9.*

27. *Ad filios*] Sub quibus Ulpianus & filias comprehendit; ut fole fieri & alibi, *l. 45. pr. D. de legat. 11. l. 116. D. de verbor. signification.* Utrosque nominat Imperator *pr. Inst. de S. C. Orphitian.* Cajus vero *l. 9. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* per liberos hos tantum intellexit. Constitutionibus hoc extensum est ad nepotes, ac pronepotes, *§. 1. Inst. eod. tit. junct. l. 11. C. de suis & legitim. liber.* SCHULTING.

28. *Consanguineis*] Quos non habebat alios praeter liberos, si in manum convenisset: sic enim abierat ex patris potestate, ut dictum *ad tit. 9.* IDEM.

29. *Ad matrem*] Quae in manum mariti non convenerat, secundum ea, quae modo habuimus. Nec aliter hoc intellexit Guil. Ranchinus *de successionib. ab intestat. §. 12. n. 1.* IDEM.

30. *Si jus liberorum habeat*] Hoc quidem Justinianus non requirit, *§. 4. Inst. de S. C. Tertullian. l. 2. C. de jur. liberor.* verum non sine causa mulieres ad subeundos partus labores, & edendos in lucem liberos praemiis talibus provocatae fuerint, cum multae illa refugerent, ac maritatae quoque partus abigerent. Ovidius *de nuce vers. 23.*

Nunc miserum vitiis quae vult formosa videri:
Raraque in hoc aevo est, quae velit esse parens.

De quo multa possent adduci ex Seneca *Consolation. ad Helv. cap. 16.* Quinctiliano avo *declamation.* CCLXXVII. *fin.* Juvenale *Satyr.* VI. *vers. 592. & seqq.* Avaritia quoque aliquas eo impulit, ut Chrysostomus docet *in Matth. homil.* XXVIII. *p.* 199. alias odium mariti, *l. 4. D. de extraordinar. criminib. l. 39. D. de paen. Novell.* XXII. *cap. 16.* De crimine vero hoc merentur legi, quae habet Celeberrimus Noodt *Jul. Paul. cap. ult.* IDEM.

31. *Libertina quatuor*] Intelligenda est libertina civis Romana, non Latina, nisi jus Quiritium esset consecuta: ut constat ex eo, quod Paulus tradit *Sententiar. lib.* IV. *tit. 9. §. 1. & 8.* ubi nos aliquid notavimus. De causa hujus discriminis inter ingenuas, & libertinas laborat M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 34.* Sunt vero & in aliis libertinae durioris conditionis, quam ingenuae: quod etiam fit in eo, quod habemus *tit. ult. §. 3.* IDEM.

32. *Ex Senatusconsulto Tertulliano*] Hoc Cujacius *not. priorib. ad tit. Inst. de S. C. Tertullian.* putat esse factum Tertullo & Sacerdote Consulibus: adeoque anno Christi CLVIII. ac per Hadrianum *in pr. Inst. eod. tit.* intelligi Antoninum Pium, qui aliquando Hadrianus vocatur, *vid. l. 39. D. de judic. junct. l. 5. D. ad leg. Jul. de vi public. l. 91. D. ad leg. Falcid. junct. l. 99. D. eod. tit. l. 18. §. 3. D. ad S. C. Trebellian.* Quod tamen addit de epistola Hadriani de beneficio divisionis, id non recte adferri, ostendimus ad Paulum *Sententiar. lib. 1. tit. 20.* Rarum etiam hoc, ut haec nomina confundantur: nec temere admittendum est, ut unus pro altero intelligatur: nec ex eo, quod Tertullus eo anno fuerit Consul, argumentum validum ducitur,

ſuus heres ſit,[34] quive inter ſuos heredes ad bonorum poſſeſſionem [35]a Praetore vocatur: [36]neque [37]pater, ad quem lege hereditas, [38]bonorumve poſſeſſio

citur, cum potuerit ipſius Hadriani tempore fuiſſe aliquis Tertullus Conſul ſuffectus, a quo hoc Senatusconſultum nomen habeat. Nec ipſe Cujacius ſibi hic fidit: ſed *in not. poſteriorib. ad dict. tit. Inſt.* dubitat, an non ſit factum, Tertullo & Maximo Conſulibus, quorum mentio *l. 29. §. 5. D. ad leg. Jul. de adult.* verum & hi ſuffecti fuere, non ordinarii: & tempus, quo fuerunt, plane eſt incertum. Adde, quod ille locus ſit Vlpiani, qui reſcriptum allegat ad illos Conſules, abſque nomine Imperatoris: adeoque intelligere videtur potius Conſules, qui ipſius tempore fuerunt, quam tam longo intervallo ab ævo ſuo remotos, ac fuere Hadrianus, vel Pius. Aliquid tamen tale ſub Antonino Pio cautum eſſe, narrat Zonaras *lib. XII. p. 593.* ſcribens, hujus dici legem eſſe, qua ſtatutum ſit, ut liberis ab inteſtato mortuis parentes heredes exiſterent: (in Graeco eſt ἀναζώσασθαι, quod proprie eſt ſuorum tantum) ac liberi, ſi ipſi liberis carerent, parentibus legitimam partem debere ut relinquere. Quae tamen utraque non poſſunt admitti ut vera. Jam ante Pium patri ſucceſſio ab inteſtato in bona filii emancipati data fuit: & contra tabulas bonorum poſſeſſio, *tit. D. ſi a parent. quis manumiſſus ſit*, & inofficioſi querela, quam parentibus dari in genere docet Papinianus *l. 13. pr. D. de inofficioſ. teſtament.* non allegans Divi Pii conſtitutionem: ſed ex pietate id deberi oſtendens. Ac jus quaeſtae ad excludendam querelam relinquendae antiquius fuiſſe patet ex notatis noſtris ad Paulum *Sententiar. lib. III. tit. 8. §. 3.* Id tamen verum, matribus tunc magis eſſe proſpectum, quam antea, cum jam ab inteſtato admitterentur ordinarie, ac ſic querela cum effectu iis poſſet competere. Longe gravius errat auctor Chronici Paſchalis in anno CLXXVI. dicens, conſtitutum eſſe, ut ab inteſtato pater liberis ſuccederet: ac filio ingrato trienſ, τετραούγκιον, dari deberet ex bonis paternis: quae aperte falſa ſunt: at verum, biennio poſt conditum eſſe S. C. Orphitianum, quae res forte errori anſam praebuit. Non infrequenter evenit, ut Hiſtorici parum exacte exponant ea, quae ad jus pertinent: de quo variis in locis conqueritur Eruditiſſimus Jac. Gothofredus, qui ſeſe hoc ſpeciali capite in prolegomenis oſtenſurum eſſe promittit *ad l. 1. Cod. Theod. de infirmand. paen. caelibat. & orbitat.* quod tamen illic non invenimus: ac interveniens forte mors Virum Egregium abſolvere non permiſit. Sed haec hactenus. Verum quae vero de anno S. C. Tertulliani nihil velim affirmare, certum eſt tamen, id Orphitiano eſſe antiquius: quod ſane mirum, cum longe major ratio liberis deferat bona matris, quam matri bona liberorum, *arg. l. 7 D. de bon. damnator. junct. l. 13 pr. D. de inofficioſ. teſtament.* & cauſam hujus rei ſeſe ignorare fatetur V. C. Arn. Vinnius *ad pr. inſt. de S. C. Orphitian.* Sed mater, ſi velit, pietatis officio per teſtamentum poteſt ſatisfacere, quod per aetatem ſaepe facere non poſſunt liberi: adeoque neceſſario inteſtati moriuntur, niſi parens illis pupillariter ſubſtituerit. Claudius hoc quoque matri indulſit ad ſolatium liberorum amiſſorum, *§ 1. Inſt. dict. tit.* verum non plene ſic matribus fuiſſe conſultum oſtendit *§. 2. Inſt. eod. tit.* ubi de S. C. Tertulliano eſt ſermo. Et hoc ipſo quoque non indiſtincte matri id jus datum eſt, ſed ſub variis conditionibus. Imo beneficium Claudii tantum perſonale fuiſſe recte videtur ſtatuere Cujacius *not. poſteriorib. ad dict. §. 1.* & cum eo Janus a Coſta. Locum Suetonii in *Claud. cap. 19.* quem nonnulli huc trahunt, pertinere potius ad illud, quod Vlpianus ſcribit *tit. ult. §. 3.* illic videbimus. IDEM.

33. *S.C. Tertullianum*] Quod factum eſt D. Pii temporibus. CVJAC.

34. *Quive inter ſuos*] Vt puta emancipatus. IDEM.

35. *A Praetore vocatur*] Ergo mater hic praefertur nepotibus, neptibusque ex filia defuncti: quod conſtitutiones emendarunt, *§. 3. Inſt. de S.C. Tertullian. §. 1. Inſt. de S.C. Orphitian.* SCHULTING.

36. *Neque pater, ad quem lege hereditas*] Hereditas, aut bonorum poſ. Vnde legitimi, ſi in emancipatione manumiſſor extiterit. CVJAC.

37. *Pater*] Non tamen adoptivus, *l. 2. §. 13. D. ad S.C. Tertullian. & Orphitian.* nec in adoptivam familiam translatus, *d. l. 2 §. 17.* non etiam avus, cum erat ſolus, *d. l. 2. §. 15.* SCHULTING.

38. *Bonorumve poſſeſſio*] Vnde decem perſonae, ſi in emancipatione manumiſſor non exiterit, *l. ſi ad patrem, 10. de ſuis & legit. her. §. ſunt autem. de bonorum poſſ.* Si ex teſtamento praeteritus ſit, non manumiſſori datur querela, *l. 2. §. fin. ſi a parent. quis fuer. manum.* manumiſſori bonorum poſſeſſio cont. tab. ut manumiſſori, querela ut patri, *l. ſi a milite, 29. §. fin. de milit. teſtam. l. pater filium, 14. l. filio, 16. §. 2. de inoff. teſtam.* ex Juſtiniani conſtitutione pater pro manumiſſore ſemper habetur, id eſt, contraxiſſe fiduciam ſemper videtur. CVJAC.

38. * *Bonorumve poſſeſſio eumve*] Eſſe haec poteſt. Vnde legitimi, vel Vnde decem perſonae, ad quam Praetor patrem vocabat ante extraneum manumiſſorem, de qua agit Imperator *§ 1. Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* utroque caſu ergo, ſive manumiſiſſet, ſive non manumiſiſſet, matre potior erat, *l. 10. D. de ſuis & legitim. heredib.* Debebat vero eſſe bonorum poſſeſſio cum re: quae qualis ſit, exponitur *tit. 28. §. ult.* nudum enim nomen heredis, vel bonorum poſſeſſoris non debebat matri nocere. Non vero patri cum re illa bonorum poſſeſſio dari potuit, ſi filius eſſet manumiſſus non ab extraneo, ſed ab avo, in cujus fuerat poteſtate: nec hic ſolus pater cum matre concurrebat, quod requirebatur, ut pater obtineret, *§. 3. Inſt. de S.C. Tertullian.* verum matri obſtabat pater, patri avus, qui etiam contra ſcriptos heredes uti poterat bonorum poſſeſſione contra tabulas jure manumiſſionis, *l. 16. §. 1. D. de inofficioſ. teſtament. l. 29. §. ult.*

ſeſſio cum re pertinet, [39] neque frater conſanguineus. Quod ſi ſoror conſanguinea ſit, [40] ad utrasque pertinere jubetur hereditas.

ult. D. de teſtament. milit. atque is, rei extricandæ cauſa, & patri, & matri prælatus eſt, *l. 5. §. ult. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* Paucis hoc attigit Cujacius *not. poſteriorib. ad dict. §. 3. Inſt.* pluribus expoſuit *ad l. 16. D. qui potior. in pigner. ad Paul. Quæſtion. lib.* III. & qui illum laudat, Janus a Coſta *ad d. §. 3.* SCHULTING.

39. *Neque frater conſanguineus*] Etiam adoptivus, *l. 2. Cod. Theod. de legitim. hereditatib. add. l. 1. §. ult. de ſuis & legitim. heredib.* Sed quo pacto hæc mutata ſint ſenſim, patet ex *§. 5. Inſt. dict. tit. de S. C. Tertullian. l. 1. l. 2. l. 7. l. 8. Cod. Theod. dict. tit. l. ult. C. ad S. C. Tertullian. Novell. XXII. cap. 46. §. 2. Novell. CXVIII. cap. 2.* quæ ſatis ab aliis ſunt enarrata. IDEM.

40. *Ad utrasque*] Ad matrem pro dimidia, ſi filia deceſſerit, pro virili, ſi filius, *l. 2. Cod. Theo. de ſec. nupt.* Sed hæc ut ſint a Juſtiniano mutata, vide in Inſtitutionibus. Nobis id potiſſimum in animo fuit, ut jus antiquum explicaremus, cujus cognitio ſtudioſo juris novi non utilis tantum, ſed etiam neceſſaria eſt. De jure novo eadem via favente Deo quandoque diſſeremus, qua & jus antiquum aggreſſi ſumus. CUJAC.

TITULUS XXVII.

De Libertorum Succeſſionibus, [1] vel Bonis.

1. Libertorum inteſtatorum hereditas primum ad ſuos heredes pertinet: deinde ad eos, quorum liberti ſunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni.

2. Si ſit patronus, & alterius patroni filius, [2] ad ſolum patronum hereditas pertinet.

3. [3] Item patroni filius patroni nepotibus obſtat.

4. [4] Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet, [5] ut in capita, non in ſtirpes dividatur.

5. [6] Legitimae hereditatis jus, [7] quod ex lege duodecim Tabularum deſcendit, capitis minutione amittitur.

TITV-

1. *Vel bonis*] De bonis libertorum agitur *tit. ult.* hic de ſucceſſione illa tantum, quæ ab inteſtato deferebatur ex duodecim tabulis, cujus mentio *pr. Inſt. de ſucceſſion. liberter.* quod jus tamen Edicto Prætoris correctum, & lege Papia immutatum eſt, *§. 1. & 2. Inſt. eod. tit.* Juſtinianus jus vetus admiſit in liberto, qui non habet centum aureos in bonis, *§. 3. Inſt. eod. tit.* ubi etiam libertam liberto exæquat, ejuſque liberos patrono præfert, quod jus vetus non probaverat. De bonis itaque hic non agitur generaliter: adeoque illa *de bonis* forte ſunt ab illo, qui hæc excerpſit. SCHULTING.

2. *Ad ſolum patronum hereditas pertinet*] Idem docet Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit. 2. §. 1.* ubi plura adfert Cujacius. Jus vero hoc quoque probavit Juſtinianus *§. 3. Inſt. de ſucceſſion. liberter.* Aliud circa operas, *l. ult. D. de oper. liberter.* illæ enim etiam iis deberi poſſunt, quibus ad ſucceſſionem jus non competit: ſed hæc jure publico regitur, illæ magis a privatorum voluntate dependent: & perinde ſeſe habent, ac pecunia credita, *l. 4. D. eod. tit.* Ita Merillius *Differentiar. lib. ſingular. cap. 15.* IDEM.

3. *Item patroni filius patroni nepotibus obſtat*] Hoc ita, ſi eodem jure utrique veniunt: aliud enim eſt juris, cum filius eſt emancipatus, & ad bonorum poſſeſſionem venit: & in poteſtate retentus eſt nepos, atque ut proximus ex familia patroni venit, *l. 2. §. ult. D. de bon. liberter.* ubi ratio redditur. IDEM.

4. *Ad liberos patronorum*] *L. ſi libertus præterito, 24. §. ultim. de bon. libert.* CUJAC.

5. *Ut in capita, non in ſtirpes dividatur*] Sic & Paulus *Sententiar. lib.* III. *tit. 2. §. 3.*

6. *Legitimæ hereditatis*] Hæc ſententia de ingenuorum hereditate accipienda eſt, *l. capitis, 11. de ſuis & legit. hered.* non libertorum, *l. ſi libertus præterito, in prin.* eademque de tutela legitima diximus *tit.* II. nec vero quiſpiam ex inſcriptione hujus tituli argumentetur: nam ex ſectiones non ſunt Ulpiani, quin immo ſunt omnia meo judicio legenda uno contextu, eis quidem certe nihil eſt inconcinnius. CUJAC.

7. *Quod*

7. *Quod ex lege duodecim tabularum deſcendit*] Regulam hanc quoque habemus §. 2. *Inſt. de S. C. Orphitian. l. 1. D. unde legitim. l. 1. §. 2. D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* quam & in patronis quod ad jus, quod ex duodecim tabulis habent, obtinuiſſe patet ex *l. 2. §. ult. D. de bon. libertor.* alliſque, quæ habuimus *ad tit. 11. §. 8.* De inſcriptionibus titulorum legi poſſunt quæ diximus ad inſcriptionem Sententiarum Pauli. SCHULTING.

TITVLVS XXVIII.

De [1] *Poſſeſſionibus dandis.*

1. Bonorum poſſeſſio datur aut contra tabulas teſtamenti, aut [2] adverſus tabulas [3] inteſtati.

2. Contra tabulas bonorum poſſeſſio datur liberis [4] emancipatis, teſtamento praeteritis, [5] licet [6] legitima ad eos non pertineat hereditas.

3. Bonorum poſſeſſio contra tabulas liberis, [7] tam naturalibus, quam adoptivis datur: ſed naturalibus quidem [8] emancipatis; [9] non tamen & illis, [10] qui in adoptiva familia ſunt: adoptivis autem [11] his tantum, qui in poteſtate manſerunt.

4. Eman-

1. *Poſſeſſionibus*] Ulpianus videtur ſcripſiſſe, *bonorum poſſeſſionibus*, uti titulus Inſtitutionum, & Pandectarum habet. Verbum *poſſeſſio* ſimpliciter hoc ſenſu non ſolet uſurpari. SCHULTING.

2. *Adverſus*] Addit. in marg. manuſc. *Secundum.* CHAROND. Cujacius *ad tit. 20. §. 14.* hoc expoſuit *ſecundum*: nec res ipſa aliam explicationem admittit. Vult quidem Joh. Robertus *Receptt. Lectionum lib. II. cap. 32.* duplicem eſſe contra tabulas bonorum poſſeſſionem: unam, quando teſtamentum jure ſubſiſtit: alteram, cum id non conſiſtit; & hanc dici ab Ulpiano dari *contra tabulas inteſtati.* Sed uſquam nota eſt talis bonorum poſſeſſio, quæ ſit contra tabulas invalidas ipſo jure, Prætorio, nempe, de quo ſolo hic eſt quæſtio. & qua ratione erit reſcindendum tali remedio id, quod omni jure eſt nullum? Nihil in contrarium facit *l. ult. C. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb. quam Prat. liber. polliceri.* ubi teſtamentum ruptum quidem eſt jure civili, ſed Prætorio jure validum. Et in *l. 9. §. 5. verſ. ſed ſi poſt, D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* teſtamentum quidem jure civili erat irritum factum poſt mortem teſtatoris: at tempore mortis, & paulo poſt fuerat validum: adeoque locus bonorum poſſeſſioni, quæ datur exſtantibus tabulis, *l. un. D. ſi tabb. teſtament exſtab. 51. §. 3. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* SCHULTING.

3. *Inteſtati*] Legendum, *aut inteſtati.* CUJAC. Recte eſt emendatio Cujacii, nec aliter habent edd. Charondæ, nec explicari lectio vulgata poteſt: praeterquam enim quod nec ferri poſſit illud *contra tabulas inteſtati* (quo pacto enim erit inteſtatus, qui reliquit teſtamentum?) aliter omiſſa foret ſpecies altera primaria bonorum poſſeſſionis, quæ non exſtantibus tabulis obtinet, quæque ab Ulpiano ex profeſſo exponitur §. 7. SCHULTING.

4. *Emancipatis*] Immo & ſuis. Sed non eſt neceſſaria jure civili. CUJAC.

5. *Licet legitima ad eos non pertineat hereditas*] Prætor, nempe, reſcindit, ſive negligit emancipationem, quæ jure civili obſtat emancipatis, æquitatem naturalem ſecutus, *l. 6. §. 1. D. de bonor. poſſeſſionib.* adeoque liberos emancipatos ſuis exæquat. SCHULTING.

6. *Legitima ad eos non*] Ignoti ſunt juri civili emancipati: atque Prætor hæredem facere non poteſt, ſed bonorum poſſeſſorem, tanquam eum hæredis loco conſtituens. Legitima autem hæreditas lege XII. tabul. aut juris civilis interpretatione defertur. CHARONDA.

7. *Tam naturalibus, quam adoptivis*] Idem tradit Ulpianus *l. 1. pr. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.*

8. *Emancipatis*] Hoc eſt, *etiam emancipatis*: nam ſuis quoque conceditur, ut ſequentia docent. De talibus modis loquendi aliquid ſcripſi ad *tit. 12. §. 2.* SCHULTING.

9. *Non tamen ex illis*] Eos, qui in adoptiva familia ſunt, Prætor non novit, non vocat inter ſuos. Unde conſequens eſt inter legitimos quoque eos non vocari. nam qui ſui non ſunt, procul dubio nec legitimi ſunt, *l. ſcripto, 7. quod lib. l. de bonis, 6. §. 1. de Carboniano edicto.* CUJAC.

10. *Qui in adoptiva familia ſunt*] Niſi ipſi a naturali patre heredes inſtituti ſint, & alii liberi praeteriti, quibus hanc bonorum poſſeſſionem Prætor dat: tunc enim illorum interventu & hi admittuntur, *l. 8 §. 11. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb. add. l. 1. §. 12. D. de ventr. in poſſeſſion. mittend.* ac ſic accipiunt partem naturaliter ſibi debitam: adeoque hoc caſu in adoptiva familia exiſtentes a Prætore pro liberis habentur. Multo minus ſcripto filio nocebit, ſi poſt mortem patris

4. Emancipatis liberis ex Edicto datur bonorum poſſeſſio, [11] ſi parati ſunt cavere [12] fratribus ſuis, qui in poteſtate manſerunt, bona, quae [14] moriente patre habuerunt, ſe collaturos.

5. Secundum tabulas bonorum poſſeſſio datur ſcriptis heredibus, [15] ſcilicet, ſi eorum, quibus contra tabulas competit, nemo ſit, aut petere nolint.

6. [16] Etiamſi jure civili non valeat teſtamentum, forte quod familiae mancipatio, vel nuncupatio defuit, [17] ſi ſignatum teſtamentum ſit [18] non minus quam ſeptem teſtium civium Romanorum ſignis, bonorum poſſeſſio datur.

7. Inteſtati datur bonorum poſſeſſio per [19] ſeptem gradus: primo gradu liberis: [20] ſecundo [21] legitimis heredibus: tertio proximis cognatis: [22] quarto [23] familiae patroni: [24] quinto patrono, patronae; item liberis patroni, patronae-

tris in adoptionem ſeſe dederit, *l. 10. pr. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* SCHULTING.

11. *His tantum, qui in poteſtate manſerunt*] Omne enim jus, quod his competit jure civili, vel ex edicto Prætoris, emancipatione tollitur, §. 4. *Inſt. de exheredation. liberor. l. 1. §. 6. l. 4. D. unde. liber.* IDEM.

12. *Si parati ſunt cavere*] Sic quoque fere loquitur Paulus *Sententiar. lib. V. tit. 9. §. ult.* Non tamen hoc tamquam conditio requiritur, ſed tamquam modus, *l. 3. D. de collation.* IDEM.

13. *Patribus*] Manifeſtum eſt legi debere, *fratribus*. Cavere autem debent, vel re ipſa conferre. CUJAC.

13. * *Fratribus*] Sic quoque edidit Charondas: ac res ipſa hoc poſtulat. SCHULTING.

14. *Moriente patre*] Sic *l. 6. C. de collationib.* non demum eo mortuo, *l. pen. D. l. 13. l. 15. C. eod. tit.* haec enim patri non eſſent adquiſita, etſi liberi in poteſtate manſiſſent. Plura de diſcrimine inter haec duo, cum quis moritur, & poſt ejus mortem enumerat Cujacius *Obſervation. lib.* III. *cap.* 34. IDEM.

15. *Scilicet, ſi eorum, quibus contra tabulas*] Nam prior eſt contra tabulas quam ſecundum tabulas, inde ex prima parte, vel ex primo edicto bonorum poſſeſſionem dari, id eſt, contra tabulas, *l. ideo ſi, 4. l. ſcriptus, 12. de Carbon. edict. l. 2. de bon. liber.* CUJAC. Hunc ordinem ab aequitate commendat Ulpianus *l. 2. pr. D. de bonor. poſſeſſion. ſecund. tabb.* SCHULT.

16. *Etiamſi jure civili*] Inde edictum translaticium Verris, *Si de hereditate ambigitur, & tabula teſtamenti obſignata non minus multis ſignis, quam e lege oportuit, ad me proferentur: ſecundum tabulas teſtamenti poſſeſſionem heredi dabo*, qua de re & in *tit. 29.* CUJAC. Praetor in hac re, quae juris eſt Praetorii, id praecipue ſpectat, quid ex ſuo edicto ad teſtamenta requiratur. Non tamen ſemper haec bonorum poſſeſſio fieri eſt cum re, obſtante jure civili, *tit. 29. §. 6.* ſed & ſic aliquando conſtitutiones fecere, ut cum re eſſet, quod Praetor non potuerat efficere. Exemplum in *l. 12. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament.* SCHULTING.

17. *Si ſignatum teſtamentum*] Bonorum poſſeſſio Praetoria eſt, ideoque datur ſecundum tabulas ejus teſtamenti, in quo ſolennia juris Praetorii obſervata ſunt, ut jam diximus. Et ipſa quidem vel emendandi vel confirmandi veteris juris gratia introducta eſt. CHARONDAS.

18. *Non minus quam*] Sic *tit. 29. §. 2.* ubi aliquid notavi.

19. *Septem gradus*] Omiſſa eſt bonorum poſſeſſio unde decem perſonae: ſed ſi pater manumiſſor ſit, ſane verum eſt ſeptem dumtaxat gradus eſſe. CUJAC.

20. *Secundo legitimis*] Inter quos & patroni ſunt, patronorumque liberi. IDEM.

21. *Legitimis heredibus*] Inter quos etiam erat extraneus manumiſſor, qui manumiſerat alienum filium, tamquam ejus patronus: verum Praetor aequitate motus, decem perſonas inter cognatos ei praetulit: quod Ulpianus noſter docet in fragmento Inſtitutionum in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. ult.* ubi & perſonas enumerat, ut & Imperator §. 1. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* Sed ordinarie id factum videtur, ut quis contracta fiducia ipſe liberos emanciparet: & inde ab Ulpiano haec ſpecies omiſſa. Jure novo haec ſublata, §. 2. *Inſt dict. tit.* cum, quamvis ſine manumiſſione emancipatio fieret, primo fictione juris pater intelligeretur filium ſemper emancipaſſe contracta fiducia: qua de re aliquid dixi ad Cajum *Inſt. tit. 1. tit. 6 not. 43.* ac poſtea cognati ſunt adgnatis exaequati *Novell. CXVIII.* SCHULTING.

22. *Quarto familiae*] Id eſt, agnatis patroni. haec dicitur, *tum quem ex familia*: ſic enim lego in Inſtitutionibus Juſtiniani CUJAC.

23. † *Familiae*: *Familiae Patroni. Q. p. p. item liberis*: addendum, *parentibusve*. IDEM.

23. * *Familiae patroni*] Aberat verbum *patroni* ab omnibus edd. praeter Genev. cio Io LXXXVI. quod tamen in codice Tilii legiſſe ſe ſcribit Cujacius *Obſervation. lib XX. cap 34* ac re vera non alii, quam patroni familiae, haec bonorum poſſeſſio dabatur: etſi non negem, illam quoque dici, *tum quem ex familia*, §. 2. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* uti illic edidit

tronaeave: [24]sexto viro, uxori: septimo [25]cognatis manumissoris, [26] quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. [27]Si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit: aut sit quidem, se jus suum omiserit, [28]populo bona deferuntur [29]ex lege Julia caducaria.

8. Li-

edidit Cujacius, probante Jano a Costa *ad l.* §. 2. *& ad* §. 4. *Inst. quib. mod. tutel. finit.* & C. A. Fabroto *ad Theophil. d.* §. 1. *Inst. de bonor. possess.* De hac vero egisse videtur Ulpianus *l.* 195. §. 1. *D. de verbor. signification.* & Cajus *l.* 196. *D. eod. tit.* quibus locis eos explicuisse materiam bonorum possessionis liquet, si illi legi 195. jungas *l.* 11. *D. de injust. rupt. irrit. fact. testament. l.* 2. *D. unde legitim. l.* 1. *D. und. cognat.* ac cum *l.* 196. componas *l.* 2. *D. und. cognat.* Post legitimos vero, & adgnatos liberti cognatosque demum vocata est familia patroni: ac consequenter ipse quoque patronus, *per d. l.* 196. *de verbor. signification.* qui tamen, ut & liberi, ex lege quoque XII. Tabularum legitimi erant heredes: adeoque ad bonorum possessionem Unde legitimi vocabantur. Aliis tamen de familia erat haec necessaria: ac de illis eam quoque accipit Theophilus *ad* §. 1. *Inst. de bonor. possessionib.* Quin & si ex prioribus partibus excluſus esset patronus, ejusve liberi, lapso forte tempore, ex hoc quoque capite admitti potuerunt. Frequens est hoc in bonorum possessionibus, ut illae eidem homini saepius, & successive deferantur, *l.* 1. §. 11. *D. de successor. edict.* SCHULTING.

24. *Quinto patrono, patronae: item liberis patroni, patronaeve*] Sic scriptum esse in codice Tilii testatur Cujacius *Observation. lib.* XX. *cap.* 34. idque habet ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. aliae pro, *item liberis*, habent *liberisve.* Mirum vero, nunc iterum patronum vocari: idque crucem fixit Viris Egregiis, Fr. Hotmano, R. Bachovio, Arn. Vinnio, aliisque *ad* §. 1. *Inst. de bonor. possessionib.* qui tamen inter se non conveniunt. imo & inde forte evenit, ut qui has Regulas primo publicavit, omiserit in praecedentibus verbum *patroni.* Res ita habet. Cautum quidem hactenus satis erat patronis, eorumque liberis, qui erant in familia. Hic etiam vocat Praetor emancipatos, ac in adoptionem datos, nec non parentes, §. 2. *Inst. dict. tit.* quod hic excidisse vidit Cujacius *not. posterior.* Nec tamen in hoc capite ipsum patronum, cujus occasione & reliqui admittuntur, excludendum, sed primo loco vocandum censuit Praetor, si forte tempore, vel repudiatione effectum esset, ne ex praecedentibus partibus Edicti posset venire. Nec aliter rem explicat Theophilus *ad* §. 1. *Inst. dict. tit.* qui in principio tamen non facit mentionem ipsius patroni: sed vocat illam bonorum possessionem *unde liberi patroni, patronaque, & parentes eorum:* sed postea & patroni meminit. Confirmat quoque haec Ulpianus, relatus in Collatione jam saepe citata *tit. ult.* Jure novo haec, & prior species usu carent: & tales omnes venire possunt, ceu legitimi, vel cognati, postquam Justinianus successionem libertorum, & ingenuorum exaequavit: quamvis quinto gradu hoc jus in libertorum successione incluserit, §. 2. *Inst. de bonor. possessionib.* § 3. *Inst. de success. libertor.* cum ingenuorum cognati vocarentur ad septimum gradum, §. *ult. Inst. de successions. cognator.* Jure vero cognationis hic succedi docet Justinianus in Graeca constitutione apud Cujacium *Observation. lib.* XX. *cap.* 34. & in Basilicis *lib.* XLIX. *tit.* 1. Exposuerunt haec Cujacius egregie *loc. cit.* & Janus a Costa *ad* §. *quamquam, Inst. de bonor. possessionib.* IDEM.

25. *Sexto viro, uxori*] Justiniano §. 1. *Inst. eod. tit.* septima est haec species, dum illam Unde decem personae tertio loco proposuit: & §. 2. *dict. tit.* nona, dum duas species, quae existantibus tabulis locum habent, quoque numerat, & quidem primo loco. Hodie haec est ultima, quia quae mox sequetur, est inusitata. IDEM.

26. *Cognatis manumissoris*] Vocatum quoque ad bona filii manumissorem patris, ejusque adgnatos & cognatos, nec non patronum patroni, si is ipse libertinus esset, scribit Imperator in constitutione jam laudata in Basilicis *tom.* VI. *p.* 595. IDEM.

27. *Quibus per legem Furiam &c.*] De qua lege *tit.* 1. §. 2.

28. *Si nemo sit*] Hoc est initium alterius sententiae. CUJAC. Distinxi haec quoque; non vero novam feci hic regulam. In Paris. cIↃ IↃ LXXXVI. est *Et si*, quo admisso, haec satis erunt distincta. SCHULTING.

29. *Populo*] Ex constitutione Antonini Caracallae fisco cedunt omnia caduca, *tit.* 17. §. 2. Fisco tamen vacantia jam ante cessisse (ne dicam de Ulpiano *l.* 4. §. 17. *& §. 20. D. de fideicommissar. libertatib.* qui forte post constitutionem illam Antonini scripsit) docet Papinianus *l. ult. D. de successor. edict. l.* 50. *pr. D. de manumiss. testament.* & Julianus *l.* 96. §. 1. *D. de legat.* 1. Imo in ipso Edicto perpetuo hac de re quid scriptum fuit, *l.* 1. §. 1. *D. de jur. fisc.* ut adeo jam ante Antoninum quaedam caduca ad fiscum pertinuisse videantur: qua de re diximus *ad dict. tit.* 17. IDEM.

30. *Ex lege Julia caducaria*] De hac in *l. quidam,* 96. §. *quotiens. de legat.* 1. item *in l. ergo*, 4. §. *eadem constitutio. de fideicom. lib.* in illo loco, *quare & si caducis legionis*, vel, ut alii codices habent, *caducis legionibus, bona delata sint*, idem erit probandum: nam *caducariis legibus*, legendum esse omni asseveratione confirmamus, id est, legibus Julliis. quae enim delata dicuntur, legibus delata ut sint necesse est. denique hoc significat, vacantibus bonis fisco vindicatis constitutionem cessare, ut *in leg. quod Divo*, 30. *de manumiss. testament.* haec vero notae *Cod. leg.* errori causam dedere. CUJAC. Emendatio Viri Summi in *l.* 4. §. 17. *D. de fideicommissar. libertatib.* pro *caducis legionis* reponentis *caducariis legibus*, si admittatur,

8. Liberis bonorum poſſeſſio datur, [31] tam his, qui in poteſtatem uſque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis: item adoptivis, non tamen etiam in adoptionem datis.

9. Proximi cognati bonorum poſſeſſionem accipiunt, non ſolum per feminini ſexus perſonam cognati, ſed etiam adgnati capite deminuti: nam, licet legitimum jus adgnationis capitis minutione amiſerint, [32] natura tamen cognati manent.

10. Bonorum poſſeſſio datur parentibus, & liberis intra annum, [33] ex quo petere potuerunt: ceteris intra centum dies.

11. Qui [34] omnes intra id tempus ſi non petierint, ad bonorum poſſeſſionem ſequens gradus admittitur, perinde ac ſi ſuperiores non eſſent: idque per ſeptem gradus fit.

12. Hi, quibus [35] ex Succeſſorio Edicto bonorum poſſeſſio datur, [36] heredes quidem non ſunt, ſed heredis loco conſtituuntur, beneficio Praetoris. Ideoque ſeu ipſi agant, ſeu cum his agatur, [37] fictitiis actionibus opus eſt, in quibus heredes eſſe finguntur.

13. Bo-

Vlpianus id, quod antea expoſuerat, repetiiſſet, cum tamen dictis aliquid aliud voluerit addere. Egerat jam de vacantibus fiſco delatis: dein de ſpecie inde diverſa, cum alia ratione fiſcus bona adgnoſcit, verbi gratia, debitoris ſui, vel damnati. Tandem loquitur de caſu, quo bona delata ſunt caducis legionis, bona intelligens militis, qui ſine herede eſt mortuus, quae bona legioni cedunt, *l. 6. §. 7. D. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſtament. l. 2. C. de hereditatib. decurion. &c.* ac inter eos, qui munera ad rem militarem utiliter gerunt, recenſentur librarii caducorum *l. ult. D. de jur. immunitat.* Hoc jam videre Juriſconſulti Praeſtantiſſimi, Janus a Coſta *ad §. 1. Inſt. de eo, cui libertat. conſervand. cauſ. bon. addicunt.* Em. Merillius *Variant. ex Cujac. lib.* III. *cap.* 20. Jac. Gothofredus *not. ad leg. Jul. caducar. princ. & ad l. un. Cod. Theod. de bon. milit.* SCHULTING.

31. *Tam his, &c.*] Iiſdem, quibus datur contra tabulas bonorum poſſeſſio, *l. 1. §. pen. D. ſi tabb. teſtamens. null. exſtab. und. liber.*

32. *Natura*] Quam, uti alibi, ita hic quoque Praetor ſequitur, *l. 2. D. und. cognat.*

33. *Ex quo petere potuerunt*] Utiles dies hic conſiderantur, *§. 6. Inſt. de bonor. poſſeſſionib. l. 2. §. 1. D. quis ord. in bonor. poſſeſſionib. ſerves.* Hodie petitione non opus, ſed ſufficit qualiſcumque adgnitio. *§ 7. Inſt. eod. tit. l ult. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſion. poſſ.* SCHULTING.

34. *Omnes*] Si enim vel unus in gradu, vel ordine petat, locus eſt, & ſemper fuit juri adcreſcendi. de quo *ad tit. 26. §. 5.*

35. *Ex ſucceſſorio edicto*] Succeſſorium edictum eo dicitur, quod det ſucceſſionem inter bonorum poſſeſſores: quamquam & eam quoque clauſulam contineat, quae definit tempora petendae bonorum poſſeſſionis. Ceterum ex illa potiſſimum parte appellatio-

nem ſumit, qua in locum eorum, qui intra tempora petitionis bonorum poſſeſſ. non admiſerunt, ſequentes vocantur, qui & ob eam cauſam ex ſucceſſorio edicto, ex ſucceſſoria parte, ex beneficio ſucceſſorii edicti, ex ſucceſſorio capite venire dicuntur, *l. ult. l. 1. §. ſed videndum. de ſucceſſ. edict. l. ult. C. eod. l. 1. §. pen. de jur. & fact. ignor.* CUJAC.

36. *Heredes quidem non ſunt*] Hoc facere non eſt Praetoriae poteſtatis, ſed majoris, *pr. Inſt. de bonor. poſſeſſionib.*

37. *Fictitiis actionibus*] Fictitias appellare mihi videtur actiones, eas quidem, quae directo & ipſo (ut ajunt) jure non competebant, ideoque minus legitimae dicebantur, ſed ad civilium & legitimarum exemplum introductae & excogitatae a Praetore erant: vulgo dici utiles exiſtimant. CHAROND. Recte utiles hic intelliguntur actiones. Directae tranſire non poſſunt, niſi in eos, qui vere ſunt heredes: adeoque fictione opus, ut pro heredibus habeantur, heredumque jure utantur, quod fit per omnia, *pr. Inſt. l. 2. l. 2. D. de bonor. poſſeſſionib.* Similem quoque bonorum poſſeſſori fuiſſe olim bonorum emptorem ſcribit Theophilus *ad pr. Inſt. de ſucceſſionib. ſublat.* quod probat Vlpianus *l. 4. §. 21. D. de fideicommiſſar. libertatib.* Alibi Theophilus dicit, bonorum poſſeſſorem agere, & conveniri oblique, πλαγιαστικῶς, *ad pr. Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* quod idem eſt. Gloſſae Nomicae, ἐνιαλίως, χρηματικῶς, πλαγιαστικῶς. Actiones has quoque dicitur Praetor accommodare bonorum poſſeſſori *pr. Inſt. de perpet. & temporalib. actionib.* idque recte in genere Cujacius accepit: non vero bene V. C. Arn. Vinnius ad hereditatis petitionem reſtringit. Sic etiam honorariis actionibus accenſentur illae, quae dantur contra bonorum poſſeſſores, *l. 35. verſ. illa autem, D. de obligationib. & actionib.* Alias etiam fictitias actiones dat Praetor, veluti Publicianam, & reſciſſoriam,

§. 3. 4. 5.

13. Bonorum poſſeſſio [38] aut cum re datur, aut ſine re: cum re, ſi is, qui accepit, cum effectu bona retineat: ſine re, cum alius jure civili evincere hereditatem poſſit: veluti [39] ſi ſuus heres [40] inteſtato ſit, bonorum poſſeſſio ſine re eſt, [41] cum ſuus heres evincere hereditatem jure legitimo poſſit.

§. 1. 4. 5. *Inſt. de actionib.* quod vidit quoque Cujacius *not poſterior. ad d. §. 3.* & Janus a Coſta *ad eumd. §. 3.* E diverſo etiam actiones in heredem negantur commentitio jure, quaſi is heres non eſſet, uti in penalibus uſu venit, *l. 20. D. de pœn.* SCHULTING.

38. *Aut cum re datur, aut ſine re*] Add. *tit. 23. §. 6. tit. 26. §. 6.* & illic notata. De eodem agit Cujacius *ad §. 1. Inſt. quib. mod. teſtament. infirmen.*

39. *Si ſuus heres inteſtato*] Hæc ab interpunctionibus mendoſa ſunt. nam ſic diſtingui ea oportet, *Si ſuus heres inteſtato ſit, bonor. poſſ. ſine re eſt, cum, &c.* CUJAC. Interpunctionem hanc admiſi poſt Charondam, & Pacium. Aliæ edd. habent *ſit. Bonorum*: ſed Pariſ. clɔ Iɔ LXXXVI, *inteſtati, bonorum.*

40. † *Inteſtato ſit*] *Sit inteſtati.* CUJAC.

41. † *Cum ſuus heres*] *Quoniam ſuus heres.* IDEM.

TITULUS XXIX.

De Bonis Libertorum.

1. [1] Civis Romani liberti hereditatem [2] lex duodecim Tabularum patrono defert, ſi inteſtato [4] ſine ſuo herede libertus deceſſerit: ideoque, ſive teſtamento facto decedat, licet ſuus heres ei non ſit; ſeu inteſtato, & ſuus heres ei ſit, quamvis non naturalis; [5] ſed uxor, puta, quae in manu fuit, vel adoptivus filius, lex patrono [6] nihil praeſtat: [7] ſed ex [8] Edicto Praetoris, [9] ſi

1. *De bonis libertorum*] Occaſione ſucceſſionis legitimæ in ingenuorum bona Ulpianus aliquid dixit *in tit. 27.* de ſucceſſione in bona liberti ab inteſtato. Nunc, poſtquam bonorum poſſeſſiones expoſuit, plenius agit de bonis libertorum, ac jure patronorum ex XII. tabulis non tantum, ſed & Edicto Prætoris, ac lege Papia Poppæa. SCHULTING.

2. *Civis Romani*] In Latino ſecus eſt, §. *ult. de ſucceſſ. liber. l. 1. Cod. Th. de petit. hered.* CUJAC.

3. *Lex duodecim Tabularum*] Quæ quando ferebatur, non alii erant liberti, quam cives Romani, §. *ult. Inſt. de libertin.* Juſſit vero lex, bona liberti deferri e familia liberti in familiam patroni, *l. 195. §. 1. D. de verbor. ſignification.* de quo aliquid ſcripſi *ad tit. 11. §. 2.* Quin & nomen patroni libertus accipit, tamquam filius, ſecundum Lactantium *Divinar. Inſtitution. lib. IV. cap. 3.* Unde & legatum relinquitur libertis ea lege, ne de nomine teſtatoris exeat, *l. 108. D. de conditionib. & demonſtrationib.* ubi multa cumulavit D. Gothofredus. SCHULTING.

4. *Sine ſuo herede*] Hodie ſatis eſt ad excludendos patronos, ſi liberti liberos reliquerint, §. 3. *Inſt. de ſucceſſion. libertor. pr. Inſt. de ſervil. cognation.*

5. *Sed uxor, puta, quæ in manu fuit*] De qua *tit. 11.*

6. *Nihil præſtat*] Id vero iniquum videbatur eſſe, quod adoptivus filius patronum excluderet, *pr. Inſt. de ſucceſſione libertor.*

7. *Sed ex Edicto Prætoris*] Rutilius Prætor ediderat, ut ſocietatis lege patronus dimidiam bonorum liberti partem haberet. Sed poſteriores prætores jus aliud conſtituerunt, patronum illam bonorum partem ſucceſſionis jure habere edicentes: ipſique contra tabulas teſtamenti liberti bonorum poſſeſſionem polliciti ſunt: niſi aliquem ex naturalibus liberis hæredem libertus ſcripſiſſet: ut Ulpianus *cap. 1. D. de bon. libert.* ſcribit. Poſtea vero lege Papia aucta fuiſſe patronorum jura Juſtinianus dicit, qui locupletiores libertos haberent, ſed eam ipſe interpretatur & corrigit, jus novum de ſucceſſione libertorum ſtatuens. Et hæc adnotaſſe ſufficiat. CHARONDA.

8. *Edicto Prætoris*] Qui jus civile hic correxit: ac iniquitatem ejus emendavit, non tollens illud, quod non poterat: ſed vetans extraneum patrono præferri: quod lex XII. tabb. quoque non diſerte permiſerat. Similis & alibi fuit ſcopus inducendæ bonorum poſſeſſionis, *pr. Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* ad quem locum videri mereretur Janus a Coſta. Ceterum non ſemper olim Prætores eumdem ſervarunt modum, ut apertum eſt ex *l. 1. D. de bon. liberror.* Verrem ſextantem dediſſe auctor eſt Cicero *in Verr. lib. I. cap. 48.* & quidem filiæ patroni: quod edicto hic memorato non fuit cautum, §. 3. *hoc tit.* additque, ipſius deceſſorem nihil tale ediciſſe. SCHULTING.

Digitized by Google

[9] si testamento facto libertus moriatur, [10] aut ut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono [11] relinquat, contra tabulas testamenti [12] partis dimidiae bonorum possessio illi datur; [13] nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat: sive intestato decedat, & [14] uxorem forte in manum, vel adoptivum filium relinquat, [15] aeque partis mediae bonorum possessio [16] contra suos heredes [17] patrono datur.

2. In

9. † *Si testamento facto libertus moriatur*] *Seu testato lib. moriatur, & aut nihil.* CVJAC.

10. *Aut ut nihil*] Legendum, *& aut nihil*, §. 1. *de success. libert.* IDEM.

11. *Relinquat*] Titulo etiam legati, *l.* 44. §. *ult. D. de bon. libertor.*

12. *Partis dimidiae*] Semissis quoque meminit Suetonius *Neron. cap.* 32. Atque hanc partem intellexisse videtur Dion. Cassius *lib.* LI. *p.* 454. ubi narrat, Augustum jussisse, ut liberti Julii Antonii ea patrono praestarent vivi, quae secundum leges ipsi debebant relinquere. Illud notabile, quod, quamvis bonorum possessio contra tabulas detur liberis, modo tabulae tempore mortis exstent, *l. un. D. si tabb. testament. exstab.* etsi nemo etiamnum exstiterit heres, *l.* 4. *pr. de bonor. possession. contr. tabb.* adeoque detur contra lignum, ut dicitur *l.* 19. *D. eod. tit.* patrono tamen haec non detur, nisi hereditas sit adita, aut bonorum possessio petita, *d. l.* 4. *pr. l.* 3. §. 5. *D. de bon. libertor.* ac tunc quoque haec data, Praetor scripto iterum dat bonorum possessionem secundum tabulas, *l.* 6. *pr. D. de bonor. possessionib.* Denique deficiente patrono, penes scriptum heredem ipso jure tota remanebit hereditas: at deficiente scripto, nec bonorum possessionem secundum tabulas petente, patronus, qui diverso jure venit, quam scriptus: ac ad partem tantum vocatur, adeoque jure adcrescendi gaudere non potest, specialiter ad illius partis possessionem a Praetore vocatur, *d. l.* 6. *pr. D. de bonor. possessionib.* Exponit hoc plenius Ant. Faber *de errorib. Pragmaticor. decad.* L. *err.* 7. *n.* 6. *&* 7. Justinianus vero pro dimidia parte tertiam constituit, si liberti non minus, quam centum aureos relinquant, §. 3. *Inst. de success. libertor.* ad quod jus Tribonianus responsa veterum videri potest accommodasse: ac mentionem exstare voluisse partis certae, *d. l.* 6. *pr. D. de bonor. possessionib.* constitutae, *l.* 3. *pr. D. si a parent. quis manumiss. sit.* debitae, *l.* 26. *D. de bon. libertor.* & alibi. & legitimae, *l.* 1. *C. de bonor. possession. contr. tabb. libert.* quod observatum Viris Eruditis: idque, si non de omnibus illis locis, de plerisque saltem verum erit. Veteres sane credendi sunt fuisse locuti, prout jus sui temporis exigebat, clare & aperte. SCHULTING.

13. *Nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat*] Sive sui essem, sive emancipati: sive testamento heredem faciat, sive ab intestato habeat, §. 1. *Inst. de bon. libertor.*

14. *Uxorem forte in manum, vel adoptivum filium*] Hi quoque conjunguntur *sic.* 23. §. 3.

15. *Aeque partis dimidiae*] Haec est quinti gradus bonorum possessio: quae & nullis extantibus suis heredibus patrono dabitur, si bonorum possess. Vnde legitimi non admiserit: nam sibi ipsi succedi posse jampridem receptum est, *l.* 1. §. *sed an. de success. edict.* CVJAC.

16. *Contra suos*] Nullae sunt hic tabulae: adeoque contra personas conceditur bonorum possessio: nam iniquum videbatur, commento juris civilis, adoptione (cui par est in manum conventio) patronum excludi, §. 1. *Inst. dict. sit.* Justinianus adoptivos liberos, tam libertorum, quam patronorum, extraneorum loco haberi voluit, in constitutione a Cujacio luce donata *Observation. lib.* XX. *cap.* 34. quaeque exstat in Basilicis *tom.* VI. *p.* 595. in his verbis: *Εἰ δὲ ἀνδρὸς παῖδας ἴσχυεν οἱ ἀπελευθερωθέντες, ἢ οἱ πάτρωνες, τούτους, εἰ μὴ ἐνεξουσίους ἔχοιεν, ἢ ἐσχόμεθα ἐν τάξει υἱῶν, ἀλλὰ ἐν τάξει ἐξωτικῶν.* Fabrotus vertit. *Si vero manumissi, vel patroni liberos habeant adoptivos*, (male omissum est in versione Fabroti hoc verbum) *hos, licet filiifamilias sint, non filiorum, sed extraneorum loco habemus.* Non puto tamen, hinc posse defendi lectionem vulgatam §. 2. *Inst. de success. libertor.* ubi, postquam narratum est, lege Papia cautum fuisse, ut, si libertus centum sestertiorum millia in bonis haberet, & pauciores quam tres liberos, sive testatus, sive intestatus moreretur, virilis pars patrono deberetur: atque inde concluditur, si libertus unum filium, filiamve heredem reliquisset, perinde partem dimidiam debitam fuisse patrono, *ac si libertus sine ullo filio, filiave intestatus decessisset.* Hoc sane falsum; & tali in casu patrono debita fuit tota hereditas: at ut id restringatur ad speciem, ubi filius nullus, vel filia est, nempe, naturalis, sed tantum, adoptivus, id non patitur recta interpretandi ratio, nec verborum generalitas: quidquid dicant Viri Egregii, Janus a Costa & Theod. Marcilius *ad d.* §. Sed is casus recte comparatur cum illo, ubi libertus liberos non relinquens est testatus: adeoque recte pro *intestatus* Cujacius reposuit *testatus*, *Observation. lib.* III. *cap.* 13. *&* *lib.* XVII. *cap.* 13. quod probarunt quoque Ant. Contius, Lud. Russardus, Fr. Hotmanus, aliique. Quin & Theophilus locum totum accepit de casu testati, de quo etiam agebat: cum, si legisset *intestatus*, debuisset hoc addere in Paraphrasi Vnde illum legisse *testatus*, bene vidit Fabrotus, quamvis id non probet. SCHULTING.

17. *Patrono datur*] Et hic ergo diverso jure succeditur a liberis, & diverso a patrono.

18. *Nihil*

2. In bonis libertae patrono [18] nihil juris [19] ex Edicto datur: itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum [20] hereditas pertinet.

3. Licet liberi sint libertae, quoniam non sunt sui heredes matri: obstat patrono [21] lex Papia Poppaea. Postea libertas [22] quatuor liberorum jure [23] tutela patronorum liberavit: [24] & cum intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari, [25] prospexit, ut pro numero liberorum libertae [26] superstitum [27] virilis pars patrono debeatur.

4. Liberi patroni [28] virilis sexus eadem jura in bonis libertorum parentum suo-

18. *Nihil juris ex Edicto datur*] Nec id opus erat, cum nec suus heres ex illa esse posset, qui patronum posset excludere. Quin nec illa olim sine patroni, qui legitimus erat tutor, auctoritate poterat testari, *arg. §. seq.* nec sine ejus consensu in manum convenire, secundum id, quod docuit Ulpianus *tit. 11. §. 27.* SCHULTING.

19. *Ex edicto datur*] Nam de liberto praetor edixit, non liberta, & de suis heredibus, quales foemina non habet. CUJAC.

20. *Hereditas pertinet*] Ergo lege XII. tab. non Praetoris edicto. quae sequuntur ita restituenda sunt. erat omni ex parte hic libellus misere depravatus: at haec ita restituenda sunt, *nam licet liberi sint liberta, quoniam non sunt sui heredes matri, non obstant patrono. Lex Papia Poppaea libertas.* Ait, *non obstant patrono.* hoc utique verum est antiquo jure, nam post S. C. Orfitianum liberi intestatae libertae patronos excludunt, *l. 1. in princ. & §. si nemo ad Tertyl.* IDEM. Probo emendationem Cujacii: excepto eo, quod non videam, cur omittatur illud *postea.* Legamus haec uno spiritu. *Lex Papia Poppaea postea libertas &c.* Lex, scilicet, illa supervenit multis saeculis post duodecim tabulas. Sic Imperator dicit. *Postea lege Papia adaucta sunt jura patronorum, § 2. Inst. de success. libertor.* Charondas haec quidem connectit; sed in lectione nihil mutat. SCHULTING.

21. *Lex Papia Poppaea*] Haec de jure patronatus varia constituit, quae exposuit Paulus libro singulari *de jure patronatus, quod ex lege Julia Papia venit;* cujus nihil nisi nomen habemus in Indice Pandectarum Florentinorum. Egit haec lex etiam de libertis virilis sexus: ac quid caverit, refertur §. 2. *Inst de success. libertor.* idque quod hic non legamus, Excerptoris culpa factum esse videtur. IDEM.

22. *Quatuor liberorum jure*] Ad hoc jus videtur pertinere inscriptio haec apud Gruterum p. IↃ CXXXI. 2. ubi Perficus, libertinus, sepulchrum inter alios fecit C. CORNELIO. PERSICO. F. HABENTI. EQVVM. PVBLICVM. CORNELIAE. ZOZIMAE. MATRI. EJVS. HABENTIVS. QVATVOR. LIBEROR. BENEFICIO. CAESAR. Atque ipsum hoc jus puto datum esse a Claudio mulieribus libertinis naves fabricantibus, de quo ita Suetonius *Claud. cap. 19.* scribit. *Naves mercaturae causa fabricantibus magna commoda constituit, pro conditione cujusque: civi vacationem legis Papiae Poppaeae, Latino jus Quiritium, feminis jus quatuor liberorum.* Ad jus succedendi, quod matribus in bonis filiorum datum est, hoc referri nequit, cum id demum inductum sit Hadriani, vel Pii temporibus Senatusconsulto Tertulliano: de quo *ad tit. 26. §. 8.* IDEM.

23. *Tutela patronorum liberavit*] Ingenuae tutelam evadebant per tres liberos: ut dictum *ad tit. 11. in fin.* IDEM.

24. *Et, cum intulerit, jam posse eas &c.*] Ex eo, quod lex libertinae tutela liberaverat jure quatuor liberorum, consequens fuit, ut jam testamentum libere possent facere, quod alioquin requirebat auctoritatem tutoris *tit. 20. §. 15.* IDEM.

25. *Prospexit*] Vt ita pro amisso jure tu[illegible]ae patronus hoc haberet solatii. Mares vero liberti hic melioris erant conditionis, qui, si non haberent sestertia centum, liberam habebant testamenti factionem, quasi summa haec esset parva, nec sufficiens, ut aliquid novi hic constitueretur, pro opibus Augusteae aevi: ut recte hoc exponit V. C. Jac. Perizonius *Dissertation. 11. p. 171.* & sic nec illa summa curabatur in casu, quem Paulus habet *Sententiar. lib. V. tit. 9. §. 1.* Sed & si libertus tres habebat liberos, excludebatur patronus: si duos, pars virilis: si unum, vel nullum, dimidia patrono erat relinquenda, *§. 2. Inst. de succession. libertor.* Justinianus quod de centum sestertiis cautum fuerat, voluit obtinere in eo, qui centum haberet aureos: nec inter libertos, & libertas distinxit, *3. Inst. dict. tit.* mutata summa pro more suo, de quo dixi ad Paulum *Sententiar. lib. III. tit. 5. §. 10.* immunitis quoque jam hominum opibus. IDEM.

26. *Superstitum*] Confer *l. 153. D. de verbor. signification.*

27. *Virilis pars*] Eadem lex cavet, ut libertus testato, vel intestato defuncto relicto uno, vel duobus liberis, patronus virilem, relictis tribus, ut nihil auferat, & ut ita demum, quando pauciores sunt quam tres, viriles auferat, si libertus centenarius sit, *§. postea. de succeff. lib.* ex quibus apparet quantum inter libertum & libertam interfit. quod & Valent. in *Novel. de libertis* probat. CUJAC.

28. *Virilis sexus*] Et hoc discrimen sexus fluxisse videtur ex ratione legis Voconiae, cujus meminit Paulus *Sententiar. lib. IV. tit. 8. §. 2.* Adoptivos vero liberos, tamquam de familia, hic paris conditionis

ſuorum habent, quae & ipſe patronus. [29] Feminae vero [30] ex lege quidem duodecim Tabularum perinde jus habent, atque maſculi patronorum liberi.

5. Contra tabulas autem teſtamenti liberti, aut ab inteſtato contra ſuos heredes [31] non naturalis bonorum poſſeſſio eis non competit. [32] Sed ſi jus trium liberorum habuerunt, etiam haec jura ex lege Papia Poppaea nanciſcuntur.

6. [33] Patronae ex bonis libertorum [34] illud jus tantum habent, quod lex duodecim Tabularum introduxit. Sed poſtea lex Papia patronae [35] ingenuae duobus [36] liberis honoratae, libertinae tribus, id juris dedit, quod patronus habet ex Edicto.

7. Item liberis ingenuae [37] trium liberorum jure honoratae eadem lex id jus dedit, [38] quod ipſi patronae tribuit.

EX

ſuiſſe cum juſte natis, recte probat Cujacius *Obſervat. lib. VII. cap. 1.* adducto loco Appiani *Civil. lib. III. p. 586.* ubi docet, adoptivos habere eosdem agnatos cum adoptante, nec non eosdem libertos, τῷ ἀνειλευθέρῳ, quod male illic verſum eſt *clientes.* SCHULTING.

29. *Fœmina vero*] Jure antiquo, quo & hodie utimur, inter liberos patroni nulla eſt differentia ſexus: Prætorio jure plus tribuitur maſculis, quam fœminis. CUJAC.

30. *Ex lege quidem duodecim Tabularum*] Quæ lex, uti inter mares & feminas, quæ in familia erant, non diſtinxit in ſucceſſione ab inteſtato ingenuorum, §. 5. *Inſt. de exheredation. liberor. l. 14. C. de legitim. hered.* pari ratione nec hic diſcrimen fecit. Itaque patronus, & patrona pariter admittuntur, *l. 17. D. de bon. libertor.* SCHULTING.

31. *Non naturalis*] Pro *non naturales.* CUJAC. Confer. §. 1. *fin.*

32. *Sed ſi jus trium liberorum habuerunt*] Nihil tale viris opus fuit: verum, quia ex Edicto nihil mulieribus juris competebat, lex Papia, quæ liberorum procreationi ſtuderi volebat, ſatis benigne cum feminis agi credidit, ſi ſub hac conditione ils par jus cum viris daret. Alibi quoque in eadem lege conditio feminarum pejor fuit, quam marium. Exemplum habebimus §. *ſeq.* aliudque notavimus *ad tit. 13.* Hoc autem jus duravit, quamvis per adoptionem in alienam familiam tranſiſſet patroni filia, *l. 39. D. de bon. libertor.* (qui locus pertinere videtur ad hoc caput legis Papiæ) ut & alia jura, quæ non ex XII. tabulis, ſed legibus poſterioribus, naturalibus perſonarum denominationibus deferuntur, *l. 7. pr. D. de capit. minut.* Nec hic opus videtur fuiſſe illa fictione, ut patroni filia fingeretur patroni filius, cujus meminit Imperator, & vocat, παλαιὰν ὑπόκρισιν νῦν παρεγκρίνων, in conſtitutione de jure patronatus ſæpe laudata in Baſilicis *lib. XLIX. tit. 1. ſect. VI. p. 594.* cum lex nominatim filiam hanc vocaret: uti nec opus fuit tuitione Prætoris; quod viſum Jano a Coſta *ad §. 4. Inſt. quib. mod. tutel. finit.* SCHULTING.

33. *Patronae*] Eſt differentia inter patronum & patronam, non quidem ex XII. tab. ſed ex lege Papia: nam licet nullis extantibus ſuis heredibus, quo caſu locus eſt legi XII. tab. idem patronæ jus, quod patrono ſit, jure tamen Prætorio non aliter patronæ datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, vel ab inteſtato contra ſuos heredes non naturales, quam ſi ingenua duobus, libertina tribus liberis honorata ſit. CUJAC.

34. *Illud jus tantum &c.*] Prætor eas neglexiſſe videtur, eodem modo, ut patroni filias, §. *prec.*

35. *Ingenua*] Hoc verbum in ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXVI. alia litterarum forma excuſum eſt, quaſi non comparens in codice Tilii. ed. tamen Charondæ, & omnes aliæ id habent: ac ſenſus id exigit. SCHULTING.

36. *Liberis honoratae*] In §. *praferuntur. de S. C. Tertyl.* vulgo legitur, *mater liberis onerata*, ſed ut in hoc loco, ita in eo auctoribus etiam ſcriptis libris legendum eſt *honorata.* Theoph. in §. *ſed cum antea. cod. tit.* dixit κεκοσμημένη. CUJAC.

37. *Trium liberorum jure honoratae*] Et ſic ergo pluribus liberis patronæ erat opus ad hoc jus transmittendum ad liberos, quam ut ipſa eo potiretur: hic enim ſufficiebant duo, §. *prec.* Liberi vero vulgo quæſiti etiam in hæc jura ſuccedunt, *l. 18. D. de bon. libertor.* SCHULTING.

38. *Quod ipſi patronae*] Legendum *patronae.* JACOBUS CUJACIUS has ad Ulpianum notas ſcripſi, tibique Jo. Amariton, dicavi, quo neque gratiorem mihi, neque meo judicio qui ea, quæ recta ſunt, acutius perſpiciat, vehementius amplectatur, religioſius colat, noſtra quemquam ſchola fert. Non erit ea res mihi damno, ſi tu pro eo, ac ipſe cupio, eis utare pro tuis: nam etſi perexiguum ſit ingenium mihi, diligentia tamen mea brevi, ut ſpero, tibi & juris ſtudioſis. & Reipubl. noſtræ ampliora beneficia præſtabuntur. Toloſæ Kal. Novemb. cIↃ IↃ LIV.

38. * *Quod ipſi patronae*] Ita & Charondas edidit: idque

idque res ipſa exigit. Hinc vero non recte colligitur, etiam liberos ſexus feminini eguiſſe eodem jure liberorum, quo matres, §. *prae.* quod etiam negat M. Vertranius Maurus *de jur. liberor. cap. 26.* Atque hoc jus filius patronæ non amiſit, quamvis in aliena eſſet poteſtate, *l. 22. D. de jur. patronat.* ubi ut aliquid ad Tribonianum mutatum fuiſſe exiſtimemus cum eodem Vertranio Mauro *d. loc.* nulla eſt ratio: non enim illic dicitur, hoc jus ſemper patronæ filio dari: ſed competere ei, quamvis in adoptiva familia ſit: in quo nihil eſt, quod non potuerit ſcribere Cajus. SCHULTING.

EX TITULO
*De Injuriis.

1. Injuria, ſiquidem atrox, i. gravis rerum, non ſine judicis arbitrio aeſtimatur. Atrocem autem aeſtimare ſolere Praetorem: [a] adque colligi ex facto, ut puta, ſi verberatus, vel vulneratus fuerit. EX COLLATIONE MOSAICARUM ET ROMANARUM LEGUM TITULO II.

1. *Injuria, ſi quidem atrox, i. gravis rerum, &c.*] Hic locus non videtur eſſe integer. V. C. Petr. Pithœus *ad Collation. Moſaicar. & Rom. l. tit. 2.* injuriam *rerum* accipit de illa, quæ re committitur: quod, utcumque forte rarius, præferendum certe emendationi V. C. Cl. Salmaſii *de mod. uſurar. cap. 17. p. 793. & ad jus Attic. & Roman. cap. 8. p. 242.* reponentis *per reum*: & per *reum* intelligentis actorem; quo modo tamen nemo loquitur, ubi definiendum eſt, uter litigantium quid faciat. Nec admittendum, quod exiſtimat *dict. cap. 8. p. 237.* aliud eſſe in injuria leviori, illamque non taxari judicis arbitrio: quod evertitur in §. 7. *Inſt. hoc tit.* Argumenta a conſequentibus, & a contrario periculoſa paſſim & invalida ſunt. Id docet plus ſemel Eximius Juriſconſultus, Ger. Noodt *Jul. Paul. cap. 7. & Dioclet. & Maximian. cap. 22.* Merito ergo hæc non placuerunt Def. Heraldo *Obſervat. cap. 47. & Animadverſion. in Salmaſ. Obſervat. ad jus Attic. & Roman. lib.* II. *cap. 17.* qui legit: *verum*, putans ex præcedentibus quædam excidiſſe: atque inde minus clara eſſe ſequentia. At nec hoc ſatisfacit. Senſus horum videtur eſſe, in atroci injuria æſtimanda opus eſſe arbitrio judicis. Sed & uſitatum eſſe, ut ipſe Prætor definiat ſummam, in quam judex, re probata, reum condemnet. SCHULTING.

a. *Adque*] Recte Pithœus reponit, *idque*. IDEM.

EX TITULO
*De Actionibus.

1. [a] Actionum genera ſunt duo: in rem, quae dicitur vindicatio: in perſonam, quae condictio appellatur. In rem actio eſt, per quam rem noſtram, quae ab alio poſſidetur, petimus: & ſemper adverſus eum eſt, qui rem poſſidet. In perſonam actio eſt, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum: & ſemper adverſus eundem locum habet.

2. Actionum autem quaedam ex contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum ſunt. Ex contractu actio eſt, quotiens quis ſui lucri cauſa cum aliquo contrahit, veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & ceteris ſimi-

1. *Actionum genera ſunt duo, &c.*] Hoc fragmentum, dubio procul ex titulo *de actionibus* deſumptum, hoc loco quoque collocavi: ut ita omnia, quæ ex hoc Ulpiani opuſculo ſuperſunt, conjuncta poſſint inveniri. Notas illi illuſtrando non putavi eſſe neceſſarias, cum de actionibus innumeri egerint Doctores: & hoc ipſum quoque fragmentum enarret Cujacius *Recitationib. ad l. 25. D. de obligationib. & actionib.* SCHULTING.

Digitized by Google

similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit: veluti furtum, vel injuriam commisit, vel damnum dedit. In factum actio dicitur, qualis est (exempli gratia) actio, quae datur patrono adversus libertum, a quo contra Edictum Praetoris in jus vocatus est.

3. Omnes autem actiones aut civiles dicuntur, aut honorariae. LEX EST XXV. D. DE OBLIGATIONIB. ET ACTIONIB.

TITVLORVM EX CORPORE VLPIANI FINIS.

CODI-

Digitized by Google

CODICIS GREGORIANI,

ET

CODICIS HERMOGENIANI

FRAGMENTA,

QVAE INVENTA HACTENVS FVERE,

OMNIA.

Notas addidit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS,
J. C.

Digitized by Google

De his fragmentis duorum Codicum haec ſcripta reliquit Jacobus Gothofredus in *Manuali Juris*, *Bibliothecae Juris civilis Romani cap. 3. §. 3. 4.*

Codicis Gregoriani & Hermogeniani quoque reliquiae quaedam hodie ſuperſunt, manu, ut dixi, Aniani, ſeu Gothorum. Quinimo & B. Auguſtinus *lib.* 11. *ad Polleutium cap. 8.* cujuſdam Conſtitutionis ex Cod. Gregoriano meminit. Addi poſſunt & eae, quae exinde citantur ab Auctore Collationis Legum Moſaicarum, & Conſultationis veteris Auctore. Quinimo & quae a Papiano libro Reſponſorum. Quorumnam autem Impp. Conſtitutiones his Codd. comprehenſae fuerint, oſtenſum jam alibi.

CODI-

Digitized by Google

CODICIS GREGORIANI LIBER I.

TITVLVS I.

De Postulando.

1. *Codicis Gregoriani*] Collectiones Imperialium constitutionum codicis nomine indigitarunt Gregorius, vel Gregorianus, ac Hermogenianus, & postea Impp. Theodosius & Justinianus. Codicem vero esse qui formæ erat fere quadrangulæ: librum vero dici volumen, vidimus *ad Paul. Sententiar. lib.* III. *tit.* 6. §. 27. Citari vero Gregorianus & Hermogenianus ita solent, ut primo loco ponatur Gregorianus, *constitution. de nov. Codic. faciend. pr. & de Justinian. Codic. confirmand.* §. 1. nec aliter Scholiastes Basilicorum *ad l.* 18. *C. de transactionib.* Harmenopulus *Promptuar. lib.* 1. *tit.* 1. §. 7. unde colligi posset, Gregorianum præcessisse. Atque hujus auctorem forte fuisse Gregorium, Præfectum Prætorio sub Constantino Magno, anno Christi CCCXXXVI. existimat V. C. Jac. Gothofredus *Prolegomen. Codic. Theodosian. cap.* 1. ad quem Gregorium missæ sunt *l.* 3. *Cod. Theod. de annon. & tribut. l.* 2. *Cod. Theod. de contrahend. emption. l.* 1. *Cod. Justinian. de naturalib. liber.* Quod tamen merito non ponit pro certo. Sane Augustinus *ad Pollentium lib.* II. *cap.* 2. Gregorianum citat, non uti librum, sed veluti auctorem, dicens aliquid legi *apud Gregorianum.* ac sic Auctor Collationis Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 1. scribit, *Gregorianus eodem libro, & titulo tale rescriptum dedit: & tit.* 6. *Hanc quoque constitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inseruit.* Similia alibi. Continuisse videtur constitutiones ab Hadriano, sub quo Edictum perpetuum editum, & nova quædam forma juri publico & privato accessit; in tantum quidem, ut illum Principem legibus Rempublicam imbuisse dicat Latinus Pacatus *Panegyric. ad Theodos. cap.* 11. ac pleræque in illo constitutiones eo tendebant, ut de illis, quæ Edicto illo cauta essent, responderent, illa interpretarentur, supplerent, corrigerent, adjuvarent, mutarent. Non vero in Valeriano & Gallieno desit Codex Gregorianus, quod existimat Cujacius *princ. Paratitlor. Cod.* verum etiam Imperatorum sequentium, quin & Diocletiani & Maximiani constitutiones illum continuisse, vel hæc ipsa fragmenta, & Collatio Mosaicarum & Romanarum legum in dubium revocari non sinunt. Vt vero duos parietes de una fidelia dealbem, & clarius nonnulla ad constitutiones, quæ Codicem Theodosianum præcedunt, pertinentia exponere possim, de Hermogeniano Codice aliquid simul erit dicendum. Is ergo auctorem forte habuit Hermogenianum Jurisconsultum, qui vixit sub Constantino ejusque liberis: uti probat jam laudatus Jac. Gothofredus, consentiente Æg. Menagio *Amœnitat. juris Civil. cap.* 11. Meminit certe is prohibitæ appellationis a Præfectis Prætorio *l.* 17. *D. de minorib.* quod jus induxit Constantinus Magnus *l.* 16. *Cod. Theod. de appellationib.* Idem in *l.* 23. *D. de manumiss. vindict.* docet, manumissionem hodie fieri posse, domino tacente, nec opus esse verbis solennibus, quod consequens juri inducto *l.* 1. *C. de formul. & impetrationib. sublat.* quæ edita A. Christi CCCXLII. Minus firmum est argumentum, quod Correctorum meminit *l.* 10. *D. de offic. Præsid.* cum horum quoque mentionem inveniamus in antiquioribus scriptis & legibus. certe Diocletianus & Maximianus Correctorem commemorant *l.* 4. *C. de jur. & fact. ignorant. l.* 3. *C. quib. non objicit. long. tempor. præscript.* & Papinianus *l.* 20. *D. de offic. Præsid.* nec non Vopiscus Correctorem Lucaniæ nominat *Aurelian. cap.* 39. Idem dicendum de eo, quod numero plurium de Principibus loquatur, *l.* 41 *D. de excusationib. l.* 10. *D. de publican. & vectigalib. l.* 46. §. 7. *D. de jur. fisc.* cum ita quoque loqui potuerit tempore Diocletiani & Maximiani, aliorumque ipsos secutorum. Nec ex eo, quod camelasiæ meminit *l.* 2. §. 2. *D. de munerib. & honorib.* id certo concluditur; quoniam nondum constat, id non fuisse antiquius temporibus Constantii, & fratrum ipsius. Gentilem fuisse putat idem Jac. Gothofredus; quod olim negare: at nihil habet, quo id evincatur. Codicis autem Hermogeniani tres editiones fuisse notat idem Gothofredus, nec non Fabrotus *enarration. Paratitlor. Cujac. in princ.* Verum Sedulius Presbyter, quem auctorem laudant, *in Prafation. oper. Paschal. in prosa* scribit, Hermogenianum fecisse tres editiones sui operis: ac per opus an intelligat Codicem, cujus tamen magis collector fuit, quam auctor; an aliud opus, libros, nempe, sex Epitomarum, qui sæpe in Pandectis laudantur; an aliud nobis ignotum, dubium relinquitur. Eorumdem quoque Imperatorum constitutiones in utroque Codice positas fuisse censet idem Gothofredus; ita tamen, ut alter ab altero aliquando discrepuerit, & aliquid alterius labori adjecerit. In Collatione sane Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 6. citatur constitutio Diocletiani & Maximiani ex Codice Hermogeniano sub titulo *de nuptiis*, quæ dicitur esse in Gregoriano tricesima & secunda: alio tamen die, & aliis Coss. verum inde quidem videtur posse confici, in utroque Codice exstitisse leges aliquas illorum Principum: non vero utrumque Codicem leges ab Hadriano usque ad annum Christi

I. Impp. Severus & Antoninus A. A. Manilio.

[3] Si nulla ſententia contra te dicta eſt, quae infamiae detrimentum adferat, ſine cauſa times, ne exiſtimatio tua laeſa ſit ob id, quod in carcerem per injuriam conjectus es.

II. Imp. Gordianus A Jovino.

[4] Nullam exiſtimationis infamiam avunculus tuus [5]pertimeſcet fuſtibus ſubjectus, ſi ſententia non praeceſſit ignominiae maculam inrogans. PP. VI. Kal. Sept. [6]Pio & Pontiano COSS. CCXXXVIII.

TIT V.

fere CCC. comprehendiſſe. Ego in fragmentis Gregoriani Codicis video allegari conſtitutiones Severi, aliorumque antiquorum Imperatorum: in Hermogeniano tantum Diocletiani & Maximiani, praeter tres primas, quarum inſcriptio non immerito mihi eſt ſuſpecta, ut videbimus poſtea. Forte Hermogenianus conſtitutiones illorum tantum Imperatorum compoſuit, quarum multas quoque, & variorum annorum habebat Codex Gregorianus: ac ulterius opus perduxit: inque nonnullis aliquid aliter ac prior in litteras retulit. Id certe conſtat, eorumdem annorum conſtitutiones in his fragmentis utriuſque Codicis quaſdam inveniri. Veriſimile vero, ſi non utrumque auctorem, ſaltem alterutrum Codicem ſuum perduxiſſe eo uſque, unde incipit Theodoſianus, ſive ad annum Chriſti CCCXII. ex hiſce enim duobus omnes deſumptas eſſe conſtitutiones, quae Codicis Theodoſiani epocham praecedunt, ſatis aperte indicat Iuſtinianus *conſtitutionibus de novo Codic. faciend. & de Juſtinian. Codic. confirmand.* dum hos tantum fontes illarum laudat: adeoque ulterius, quam ad annum CCXCV. aut CCXCVI. pervenifſe; quamvis id non placeat Jac. Gothofredo; qui tamen poſtea putat, hos Codices a Jurisconſultis gentilibus eſſe continuatos. Verum cur non dicemus, illos Codices ipſos, vel alterutrum ſaltem, eo uſque perductum fuiſſe: adeoque hinc deſumptam *l. ult. C. de tutor. vel curator. qui ſat. non dedit.* quae edita eſt anno CCCVI. & *l. 1. C. de feriis*, quae paulo tantum priori eſt antiquior? Ordinem quod adtinet, quem in his Codicibus ſervarunt ipſorum auctores, videri poteſt is ad Edictum perpetuum adcommodatus fuiſſe, quatenus conſtitutiones continebant eo pertinentes: quod & in Iuſtinianeo Codice obſervare licet: uti notatum cum aliis, tum praecipue Jacobo Gothofredo *in Manual. Serie Digeſtor. & Codic.* In Gregoriani certe fragmentis id ſaepe videbimus, illa eodem ex libro citari & titulo, in qualibus etiam in Juſtinianeo collocatae ſunt. Aliquando tamen conſtitutiones ita proferuntur, quaſi non eo ordine collocatae: de quo ſuis locis dicemus. Codicis Hermogeniani libros ita non video laudari. Si quis jam quaerat, an hi Codices auctoritate privata ſola, an publica muniti fuerint, reſpondeo, publice non tantum receptos & lectos, verum & auctoritatibus ſuis confirmatos fuiſſe. Id teſtatur interpres Codicis Theodoſiani *ad l. un. de reſponſ. prudent.* Horum vero Codicum breviarium fecit idem, qui etiam Codicis Theodoſiani, Anianus, quique id ipſum clare teſtatum reliquit in *interpretation. d. l. un. Cod. Theod. de reſponſ. prudent.* eoque ſolo breviario uſum eſſe veteris Conſultationis auctorem, nec non Papinianum, alioſque deinceps, ſcribit ſaepe memoratus Jac. Gothofredus. Saltem quaedam in Codice Juſtiniani plenius leguntur, quam ab illis inde proferuntur. Nobis autem hodie ex illo ipſo breviario pauciſſima ſunt reliqua, quorum quaedam primum a Joh. Sichardo ſunt publicata, quibus quaedam addidit Cujacius in editione Lugdunenſi clɔ Iɔ LXVI. ad calcem Codicis Theodoſiani: quae auctiora ſunt in Pariſienſi clɔ Iɔ LXXXVI. ac tandem fere omnia, quae inde exſtant, collecta in editione Genevenſi ejuſdem anni, quam praecipue ſequendam mihi eſſe exiſtimavi. In illa etiam ſub titulos leges digeſtae ſunt, quae in veteri Conſultatione leguntur, quae in Lugdunenſi & Pariſienſi ad calcem ſunt conjectae: ut & quae alibi reperiri potuerunt.

2. *De Poſtulando*] Hic titulus in Pandectis & Codice poſtponi us eſt titulis *de pactis*, & *de tranſactionibus*. Edidit vero has duas leges primus Cujacius in editione Lugdunenſi clɔ Iɔ LXVI.

3. *Si nulla ſententia &c.*] Eadem inſcriptio, & idem ſenſus in *l. 1. C. ex quib. cauſ infam. irrogat.* ſed aliis verbis illic expreſſa res eſt, hoc modo. *Infamia detrimentum minime tibi adfertur, ob id ſolum, quod in carcerem conjectus es, vel vincula tibi juſſu legitimi judicis injecta ſunt.* Stylus eorum, quae hic leguntur, ſatis aevum Severi redolet.

4. *Nullam exiſtimationis, &c.*] Eſt *l. 14. C. eod. tit.*

5. *Pertimeſcet fuſtibus ſubjectus*] In *d. l. 14.* ita legitur. *pertimeſcat itidem fuſtium ſubjectus, ob crimen quaeſtione habita, ſi ſententia &c.*

6. *Pio & Pontiano Coſſ.* CCXXXVIII.] D. Gothofredus confert hanc legem in annum ſequentem, ſecutum Onuphrium Panvinium, qui uſque ad tempora Imperatoris Probi annum unum numerat plus vero. Notavit hoc V. C. Ant. Pagi *Apparat. Chronologic. ad Annal. Baron. p. 40.*

1. *De*

TITVLVS II.

De Pactis, & Tranſactionibus.

I. Imp. Antoninus A. Julio Maximo.

[2]Si debitori tuo heres exſtitiſti, actio, quam adverſus eum habuiſti, adita hereditate confuſa eſt. Sed ſi [3]eam, poſteaquam in judicio [4]quoque obtinuiſti, ei tradidiſti, quem ſententia ſuperaveras, ea conditione, pactoque, ut tam ceteris creditoribus, quam tibi [5]id, quod deberetur, ſi eam hereditatem non adiſſes, ſatisfaceret, pacti conventionisque fides ſervanda eſt: quae ſi non ſervatur, [6]ex ſtipulatu, modo transactio facta eſt, actio dabitur. P. P. [7]VII. Kal. Aug. Antonino IV. & Balbino coss. CCXIII.

II. Imp. Antoninus A. Juliae Baſiliae.

[8]Pacta, quae [9]ab invitis contra leges [10]conſtitutionesque fiunt, nullam vim habere, indubitati juris eſt, & cetera. PP. [11]V. Kalend. Aug. Antonino A. [12]VI. & [13]Albino coss. CCXIII.

III Idem A. Priſciano [14]militi.

[15]Summa ſententia comprehenſa, quam ceſſantibus curatoribus quondam tuis, judex ſecutus jurisjurandi a te perlati religionem, in condemnationem deduxit, [16]minui pacto non potuit: ac propterea ſublata cautione transactionis, quae nullo jure interpoſita eſt, Septimius Varianus rem judicatam exſequetur. PP. Kal. Jul. Laeto II. & Cereale coss. CCXV.

IV. Alexander A. Aurelio Dionyſio.

[17]Si [18]poſtquam adverſarius matris tuae victus eſſet, matrem tuam circum-

1. *De Pactis, & Tranſactionibus*] Ita edidit Cujacius Lugd. cIↃ IↃ L X V I. quod ſervant edd. Pariſ. & Genev. Sichardus *de tranſactionibus*, ſub quo titulo tantum exſtat apud ipſum lex ſexta.

2. *Si debitori &c.*] Eſt *l. 7. C. de pact.*

3. *Eam,*] *Eam hereditatem, d. l. 7.*

4. *Quoque*] Non exſtat in *d. l.*

5. *Id, quod deberetur, &c.*] *In eo, quod tibi deb.* ibid.

6. *Ex ſtipulatu*] Additur ibidem, *ſi modo pacto ſubjecta eſt, dabitur actio: vel praeſcriptis verbis, ſi ſtipulatio non intervenit:* quae rectiora ſunt.

7. *VII.*] Ibid. III. unde & lex haec illi, quae hic ſequitur, illic poſtponitur.

8. *Pacta, quae ab invitis &c.*] Hauſta haec ex veteri Conſultatione. Eſt vero *l. 6. C. de pact.*

9. *Ab invitis*] Abſunt a d. l.

10. *Conſtitutionesque*] *Vel contra bonos mores*, additum ibidem.

11. *V. Kalend.*] Ibidem *Kal.*

12. *VI.*] In Codice Juſtin. *l. 4. dict. tit.* ubi Conſules nominantur, quibus dicitur & lex haec propoſita.

13. *Albino*] Legendum omnino *Balbino*, ex Codice Juſtin. Fuit Caelius Balbinus, qui poſtea imperavit.

14. *Militi*] Non eſt in *l. 1. C. de in lit. jurand.* ubi lex haec majori ex parte invenitur.

15 *Summa ſententia comprehenſa &c.*] Sumpta eſt ex veteri Conſultatione.

16. *Minui pacto non potuit*] In citata *l. 3.* omiſſa ſunt omnia illa, quae hic ſequuntur poſt haec verba: quae tamen valde ſunt notanda; quia inde liquet, non de ſimplici pacto, quodve donandi cauſa fit, hic agi, ſed de pacto, per quod transactum eſt: certum vero eſt, poſt rem judicatam transactionem non valere, *l. 4. 5. 8. 9. hoc tit.* plura ſcripſi ad *Paul. Sententiar. lib. 1. tit. 1. §. 1.*

17. *Si poſtquam adverſarius*] Hanc quoque legem ſervavit vetus Conſultatio ac Tribonianus *l. 9. C. de pact.* ubi pro *ſi* eſt *cum*.

cumvenerit, ut [19]paciſceretur, nullam ſe controverſiam de ſervis [20]moturam, [21]id pactum mala fide factum irritum eſt: & cum ex ea conventione cum matre tua agi coeperit, judex eam liberabit; quia de re judicata paciſci nemo poteſt. PP. prid. Id. Sept. [22]Alexandro A. cos.

V. Idem A. Donato militi.

[23]Si certa quantitas in condemnatione judicis deducta fuerit, paciſci exinde non poſſe, & cetera. PP. IX. Kal. Jun. Fuſco II. & Dextro coss. CCXXV.

VI. Imp. Gordianus A. Licinio, Timotheo, Evocato.

[25]Tranſactionis placitum ab eo interpoſitum, cui cauſae actionem, non deciſionem litis mandaſti, nihil petitioni tuae derogabit. PP. Kal. Jan. Pio & Pontiano coss. CCXXXVIII.

INTERPRETATIO. *Si quis per mandatum procurator litis fuerit inſtitutus, & de compoſitione cauſae in ipſo mandato nihil continetur adſcriptum, litigare poteſt, componere penitus non praeſumat. Quod ſi compoſuerit, non valebit.*

VII. Idem A. Cliniae Antoniae.

[26]Pacta, [27]quae contra bonos mores interponuntur, juris ratio non [28]tuetur. PP. Non. Octob. ipſo A. II. & Pompejano coss. CCXLI.

VIII. Idem A. Flavio Herculano.

Super judicato non ſubſecuta appellatione fruſtra tranſigi, non eſt opinionis incertae. PP. XIV. Kal. Nov. Sabino & Venuſto coss. CCXL.

IX. Impp. Valerianus & Gallienus [29]AA. Aurelio.

Praeſes provinciae aeſtimabit, utrum de dubia lite transactio inter te, & civitatis tuae ordinem facta ſit, an de re judicata: quia de re judicata paciſci nemo poteſt. PP. III. Kal. Jun. Æmiliano & Baſſo coss. CCLIX.

X. Impp. [30]Carus & Numerianus AA. Aurelio.

[31]Cum fraudis ſtudio transactionem interpoſitam eſſe dicas, quod inter vos

18. *Poſtquam*] *Poſteaquam* ibid.

19. *Paciſceretur*] *Ei caveret* ibid.

20. *Moturam*] Ita habet Conſultatio, & *d. l. 9.* tamen edd. Lugd. Pariſ. & Gen. habent *agitaturam*.

21. *Id pactum mala fide factum irritum eſt*] In veteri Conſultatione ex hoc reſcripto & haec ſola citantur. *Pactum, quod mala fide factum eſt, irritum eſſe*, cum inſcriptione, & ſubſcriptione ſimili: unde in ed. Genev. laudata ita concepta eſt lex quarta. Verum cum haec verba ſint tantummodo particula hujus reſcripti, id nobis ſequendum eſſe non exiſtimavimus: adeoque illam legem non admiſimus.

22. *Alexandro A. Cos.*] In *d. l. 9.* eſt, *Alexandro II. & Marcello Conſſ.* qui eſt annus Chriſti CCXXVI.

23. *Si certa quantitas &c.*] Hanc quoque habet vetus Conſultatio.

25. *Tranſactionis placitum*] Simile reſcriptum hujus Imperatoris *l. 7. C. de tranſactionib.*

26. *Pacta, quae contra &c.*] Has leges hoc ordine edidit Cujacius Lugd. cIↃ IↃ LXVI. quas ita reliqui: verum ſubſcriptiones docent, ſequentem priori loco fuiſſe collocandam. Exſtat utraque etiam in veteri Conſultatione.

27. *Quae contra bonos mores*] Add. *l. 2. hoc tit.*

28. *Tuetur*] Ita Pariſ. & vetus Conſultatio. Lugd. & Genev. *intuetur*.

29. *AA.*] In Conſultatione veteri, ubi haec lex quoque producitur, additum eſt, *& Valerius* (lege *Valerianus*) *Ceſar*. Simile *l. 2. hoc Cod. ſi adv. donat. & l. 2. C. de repud. l. 3. C. ſolut. matrimon. quemadmod. dos petat.* alibi dicitur *Nobiliſſ. Ceſ. l. 15. C. de pact. l. 11. C. de tranſactionib.*

30. *Carus & Numerianus*] Forte ſcriptum fuit, *Carus, Carinus & Numerianus*, ſicuti *in l. 2. C. de recept. arbitr. l. 9. C. de rei vindication.* & alibi.

31. *Cum fraudis &c.*] Haec lex, & ſequentes quinque ex veteri Conſultatione huc tranſlatae ſunt.

32. *Juris*

vos geſtum eſt, infirmat [32] juris auctoritas, & reliqua. PP. VI. Id. Decemb. Caro & Carino coss. CCLXXXIII.

XI. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aurelio Heraclidi.

Si non ex mandato uxoris tuae adverſario ejus cautionem remiſiſti, idque evidentibus documentis monſtrari poteſt, quod citra conſcientiam uxoris tuae, & ea invita factum eſt, carebit effectu. PP. VIII. Id. Sept. [33] Diocletiano & Maximiano III. AA. coss. CCXC.

XII. Impp. Dioclet. & Maximian. AA. Vlpiae Marcellinae.

Si Praeſes provinciae tuam ignorantiam fraudulenta transactione, ac doloſis artibus generi tui circumſcriptam eſſe cognoverit, ſiquidem Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio inſecuta non eſt, pactum callide ſcriptum, [34] integris ſingulorum actionibus, amovebit. PP. III. Non. Oct. ipſis AA. coss.

XIII. Imp. . . . . .

[35] Qui contra arbitri ſententiam petit, [36] ſola in eum poenae actio ex compromiſſo competit, non etiam exceptio pacti conventi.

XIV. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Sergiae & Anagio, [37] inter cetera, & ad locum.

De dubia vero lite transactio reſcindi non poteſt. PP. VIII. Id April. CAES. coss.

XV. Iidem AA. Aurelio Hermogeni militi.

Pactum, quod contra juris formam provinciae Rector factum animadvertit, [38] id infirmare minime dubitabit. PP XIV. Kal. Nov. CAES. coss.

XVI. * Imp. A. * deſideratur conſtitutio quaedam.

SVMMA. *Si quiſquam ſe metu coactum ad pacta veniſſe cauſetur;* [39] *intra annum*

32. *Juris auctoritas*] Adde *l. 7. §. 7. & 10. D. de pact.*

33. *Diocletiano*] Ed. Pariſ. addit *V.* ſed magis tum eſſet ſcribendum *IV.* ita enim ſeſe res habet.

34. *Integris ſingulorum actionibus*] Quae non pereunt, ſi nudo tantum pacto transactio celebrata fuerit, *l. 14. l. 27. C. de transactionib.*

35. *Qui contra &c.*] Hae res conſtitutiones ex Codice Gregoriano exſtant ad finem Conſultationis veteris, ſed in ſola ed. Pariſ. quarum duas poſteriores ed. Genev. habet inter reliquias Codicis Hermogeniani.

36. *Sola in eum poena actio ex compromiſſo competit, &c.*] Praetor enim arbitrum quidem cogit ſententiam dicere, quando arbitrium recepit, pecunia compromiſſa, *l. 3. §. 1. l. 11. §. 1. 2. l. 13. D. recept. qui arbitr. recept.* at nihil Praetor edixit, ut pareatur ſententiae arbitri, quod video quosdam hodie Viros Doctos ſcribere ſine auctoritate veterum. Contrarium ſatis evincit vel hic locus. Quin & ideo debet compromiſſum fieri, ne a placitis recedatur, *l. 1. l. 2. pr. C. de recept. arbitr.* & quidem ſtipulatione, ſaltem ordinarie, *l. 11. §. 3. D. dict. tit.* ex illa vero agi poteſt *l. 2. l. 27. fin. l. 28. D. l. 1. l. 2. C. dict. tit.* eodem modo, uti ex aliis ſtipulationibus.

37. *Inter cetera, & ad locum*] Hae formula, vel ſimpliciter, *ad locum*, frequens eſt in veteri Conſultatione, & occurrit in Codice Theodoſiano, dum particula tantum ex conſtitutione citatur: de qua notarunt aliquid Viri Egregii, Petr. Pithoeus *ad Collatio. Moſaicar. & Romanar. legg. tit. 11.* Jac. Gothofredus *not. ad l. 3. Cod. Theod. de poſtuland.*

38. *Id infirmare*] Hoc eſt declarare nullum eſſe: talis enim eſt, *l. 2. hoc tit.*

39. *Intra annum*] Actionem quod metus cauſa anno durare conſtat *l. 14. §. 1. 2. D. quod met. cauſ. geſſ. er. l. 4. C. eod. tit.*

40. *De*

Digitized by Google

num probaturus hujuſmodi moveat, & peragat actionem. Quo tempore praeterito nullam ſibi de vi, deque metu ſuppetere noverit actionem. EX PAPIANO RESPONSOR. TITVLO XXXVIII.

XVII. * Imp. . . . deeſt reſcriptum quoddam.

SVMMA. [40] *De ſucceſſione viventium ſua, vel aliena neminem paciſci poſſe, nec hujuſmodi ſcripturam nomen pacti legibus vindicare.* EX EODEM PAPIANO DICTO LOCO.

40. *De ſucceſſione viventium &c.*] Idem habet Interpres Sententiarum Pauli *lib.* 1. *tit.* 2. §. 4. ubi plura notata ſunt.

LIBER II.

TITVLVS I.

De his, quae vi, metuſque cauſa geſta ſunt.

I. Imp. Severus A. Julio Conſerturino.

[1]Ea, quae per vim & metum geſta ſunt, etiam citra Principale auxilium irrita eſſe debere, jam pridem conſtitutum eſt. Accep. Kal. Jul. [2]Dextro II. & Criſpino coss. CXCVI.

1. *Ea, quae per vim &c.*] Exſtat in Conſultatione veteri, ſed ſine mentione tituli. ad hunc tamen recte refertur in ed. Genev.

2. *Dextro* II. *& Criſpino*] Conſulem Dextrum hoc anno fuiſſe ſcribit Caſſiodorus *Chronic.* & Faſti in *Theſaur. Antiquitat. Romanar. tom. XI. p. 257. 258. 355. 356.* & quidem ſecundo, ut docet Canon Theonis editus a Doctiſſimo Viro, Henr. Dodwello ad calcem Diſſertationum Cyprianicarum. Sed in illo pro Criſpino eſt Criſpus. Priores nominant Priſcum: atque ita habent ſubſcriptiones variarum legum Codicis, *l. 1. de negot. geſt. l. 1. ubi de criminib. ag. oport. l. 2. de inofficiſ. teſtament. l. 1. an. ſerv. pro ſuo fact. &c. l. 1. l. 2. quod cum eo, qui in alien. poteſtat. eſt &c.* aliisque. V. C. Ant. Pagi, *Critic. in Annal. Baron.* Dextro Conſulem addit L. Valerium Meſſallam ex inſcriptione veteri. Integro nomine dicitur L. Valerius Meſſala Priſcus in Faſtis Almelovenianis. Dubito, an non Criſpinus, vel Criſpus ſit natus ex errore ſcribentium pro *Priſcus.*

TITVLVS II.

Si adverſus donationes ſponſis factas in integrum quis reſtitui velit.

Impp. Valerianus & Gallienus AA. & Valerianus Caeſar Avinio Octaviano ſuo Salutem.

Precibus tuis & juris auctoritas, & aequitas adſiſtit: neque enim dubium eſt, [1]ea, quae ſponſae adfinitatis contrahendae cauſa a minore donantur, repe-

1. *Ea, quae ſponſa &c.*] Modo non ſit exceſſus modus, *l. 1. C. adverſ. donation.* ac res ſint mobiles: immobilia enim decretum requirunt, *l. 8. C. de pra. & al. reb. minor.* quam legem dicta *l. 1.* jungendam eſſe, inſeri-

Digitized by Google

repeti non poſſe: quando hujuſcemodi cauſas communis voti complendi ratio provocet: propter quae & in integrum reſtitutio denegatur, tametſi inter minores verſi videatur: nec diſcrepat ab his, qui legitimae aetatis ad hujuſcemodi contractus prodeunt. Quare quaecunque Julius Agrippinus v. c. filiae tuae Aviniae ſponſae donavit, repetere nullo modo poterit. Ac ſi facere hoc tentaverit, opponet auctoritatem ſuam Julius Donatus, v. c. [2]PF. V. amicus noſter, ut tam improba petitio repellatur. Da. pridie Id. Jun. Aemiliano & Baſſo coss. CCLIX.

INTERPRETATIO. *Jure & legibus continetur, ut minoribus contra ea, quae intra XXV. annos male geſſerint, per integri reſtitutionem debeat ſubveniri. Sed in hoc tantum caſu praeſenti lege removentur, ut ſi quid minores pro conjunctione matrimonii ſponſalitia largitate donaverint, per obtentum integri reſtitutionis nullatenus debeant revocare. Quod ſimiliter juxta* [3]*novellam legem & de dote ſervabitur.*

inſcriptio, & ſubſcriptio evincunt: & vidit Cujacius *Paratitl. dict. tit. C. ſi adverſ. donation.*

2. *PF. V.*] Praefectus Vrbi forte nominatur, quia cauſa vertebatur inter homines Senatoriae dignitatis; inter quos is ut judicaret, etiam cautum *l. 2. C. ab Senator. vel clariſſim.*

3. *Novellam legem*] Quae in noſtris Novellarum libris non exſtat.

TITVLVS III.

[1]*Si Minor ab hereditate ſe abſtineat.*

I. Impp. Severus & Antoninus AA. [2]Vetoriis, Frontino, & aliis.

Si vos paternae hereditati non [3]miſcuiſtis, ob eam rem teſtificatio neceſſaria non [4]eſt, cum fides veritatis verborum adminicula non deſideret. Quod ſi pro herede [5]geſſiſtis, propter aetatem, cui ſubveniri ſolet, [6]an in integrum reſtitui debeatis, aeſtimabit cujus de ea re notio. PP. [7]V. Non. Mart. Saturnino & Gallo coss. CXCVIII.

1. *Si minor ab hereditate ſe abſtineat*] Hunc titulum ex Codice Juſtinianeo huc transferendum exiſtimavi, ſub quo illa lex, quam hic habemus, quoque eſt collocata, pauculis tantum mutatis. Pariſienſis editio habet illam inter leges ex incertis titulis Codicis Gregoriani, quales tamen hic ſuo ſub titulo paſſim comparent, uti factum eſt in Genev. ed. in qua tamen haec plane eſt omiſſa: quamvis in Chronologia legum quoque citetur.

2. *Vetoriis, Frontino, & aliis*] In *l. un. C. hoc tit.* eſt, *Florentio & aliis.*

3. *Miſcuiſtis*] Ibid. *immiſcuiſtis.*

4. *Eſt*] Ibid. *fuit.*

5. *Geſſiſtis*] Ibid. additum, *vel bonorum poſſeſſionem accepiſtis.*

6. *An in integrum &c.*] Ibid. *In integrum reſtitutionis auxilium accipere debetis.* Mihi valde placet noſtri Codicis lectio. Notum eſt, reſtitutionem non dari, niſi cauſa cognita, *l. 11. §. 3. 4. l. 24. §. 1. D. de minorib. & alibi.*

7. *V. Non. Mart.*] In *d. l. un.* eſt VI. *Nonas Maji.* alterutro in loco vitioſa eſt ſcriptura.

Digitized by Google

TITVLVS IV.

Si major fuerit probatus.

I. Impp. Philippus A. & Philippus Caesar Aetio Maximo.

[1]Minoribus annis deceptis, non decipientibus subvenitur: & ideo si ad circumveniendum emptorem mentitus aetatem, ex adspectu te majorem annis probari effecisti, lubricum frustra praetendis. PP. pridie Id. Novembr. Aquis, Philippo A. & Titiano coss. CCXLV.

INTERPRETATIO. *Si quis decipiendi animo majorem se* [2] *instrumentis cujuscunque esse conscripserit, & postea per* [3] *aetatis veniam contra hoc venire tentaverit, nullatenus audiatur: quia deceptus non est, sed ipse alium voluit fraude decipere.*

1. *Minoribus annis deceptis &c.*] Simile *l. 2. C. si min. se major. dixer.* Illustrat haec Cujacius *ad l. 32. D. de minorib.*

2. *Instrumentis quibuscunque esse inscripserit*] Nihil tale in lege: sed ita solet interpres.

TITVLVS V.

De Inofficioso Testamento.

I. Imp. Alexander A. Valeriae Celestinae.

Dos, quae a patre nubenti filiae data est, aut in obligatione constituta, in quarta, quam habere ex bonis patris debet, ne inofficiosum testamentum possit accusari, non computatur: [1] quoniam vivente patre bonis ejus fuit separata. Imperite itaque introducis querelam cautionis a marito tuo emissae, quasi non omnia tradita ei essent; cum, etsi verum sit, quod scriptura continetur, non perimatur querela inofficiosi testamenti, si [2] ex judicio patris supremo quarta filiae non suppletur, quam intestato patre pro portione sua habere debuit. PP. IV. Kalen. Septemb. Maximo II. & [3] Aemiliano coss. CCXXIII.

II. Imp. Alexander A. Valeriae Rufinae.

[4] Si ex voluntate patris, qui tres ex se natos relinquit heredes, tertiae portio-

1. *Quoniam vivente patre bonis ejus fuit separata*] Mallem *a bonis*. Vult vero, legitimam esse considerandam demum tempore mortis, *l. 6. C. hoc tit.* quod docet quoque lex sequens. Verum hoc mutatum est *l. 29. C. hoc tit.*

2. *Ex judicio patris*] Hoc ergo erat adjiciendum in testamento, quod & probatur. *l. seq.* Plura scripsi *ad Paul. Sententiar. lib. IV. tit. 5. §. 7.*

3. *Aemiliano*] Leg. *Aeliano* Ita vocatur passim alibi in subscriptionibus plurimarum legum, verbi gratia, *l. 5. C. de edend. l. 2. C. de procuratorib. l. 2. C. de reb. cred. l. 2. C. de testib.*

4. *Si ex voluntate patris &c.*] Confer. *l. 1.* & illic notata.

5. *Aemi-*

Digitized by Google

portionis quarta ad te ſine ulla diminutione pervenire non potuit, inofficioſi teſtamenti accuſationem inſtituere non prohiberis. In qua tamen parte ea, quae ante a patre filiae in dotem data ſunt, non placet computari; quia etiam in bonis mariti ſunt, & a patrimonio patris, vivente eo, ſeparata fuerunt. PP. III. Kal. Septemb. Maximo II. & [5]Aemiliano coss. CCXXIII.

INTERPRETATIO. *Si pater pro filia dotem tradiderit,* [6]*aut certe genero pro ipſa dote fecerit cautionem, vel ſe promiſſionis vinculo obligaverit, & mortis tempore Falcidiam filiae pater de his rebus, quas mortis tempore dereliquit, non* [7]*dimiſerit, de inofficioſo patris teſtamento agere filia non prohibetur: quia illud, quod pro ea a patre in dotem datum eſt, aut promiſſum, in Falcidia non poſſit imputari. Nam ea, quae pater vivus in dotis conditione aut promiſerit, aut tradiderit, de bonis ejus, antequam moreretur, diſceſſiſſe, & alienata eſſe noſcuntur. Similis erit & de ſponſalitia donatione conditio.*

5. *Æmiliano*] Leg. *Æliano*, ut *in d. l. 2.*
6. *Aut certe &c.*] Hæc ſunt a ſolo Interprete.
7. *Dimiſerit*] Pro *reliquerit*. Sic Interpres paſſim loquitur. loca collegit Hier. Alexander *ad Caſ. Inſt. lib. II. tit. 7. §. 2.*

LIBER III.

TITVLVS I.

[1]*Si certum petatur.*

I. Imp. Antoninus A. Julio.

Si paterna hereditate abſtinuiſti, & a paternis creditoribus conveniris, te ſecundum juris formam [2]tueri potes: [3]ſi vero permiſcuiſti te hereditati, nec aetate permittente in integrum reſtitutus es, ut abſtinendi jus haberes, intelligis, te omnibus creditoribus hereditariis reſpondere debere. PP. III. Kal. Septemb. [4]Antonino A. IV. coss. CCXIII.

1. *Si certum petatur*] Hunc titulum, ac ſubjectam ei legem invenio in ed. Pariſ. in qua hic incipit liber tertius, qui in ed. Sichardi Incipit a titulo ſequente. In Genevenſi horum nihil exſtat: & tamen in Chronologia conſtitutionum citatur ipſa lex, & titulus. Nihil eſt in hoc reſcripto, quod ſuſpectum eſſe poſſit: quamvis, ſi in hoc Codice Edicti perpetui ordo fuerit obſervatus, rectius poſt titulum de *rei vindicatione* haec legerentur.

2. *Tueri potes*] Per exceptionem; ipſo enim jure heres eſt, *l. 57. pr. D. de adquirend. vel omittend. hereditat.*

3. *Si vero permiſcuiſti te &c.*] Rarius hoc *permiſcere*. Paſſim alibi dicitur *immiſcere*. De re ipſa idem traditur *§. 5. Inſt. de hered. qualitat. & different.*

4. *Antonino A. IV.*] Fuit ei Collega Cælius Balbinus.

Digitized by Google

TITVLVS II.

De Petitione Hereditatis.

I. Imp. Antoninus A. Aurelio, Pontio, Ingenuo.

'Fructus ante litem conteſtatam perceptos malae fidei poſſeſſores reſtituere placuit. PP. XII. Kalen. Jul. Romae. Duobus Aſpris coss. CCXII.

1. *Fructus ante litem conteſtatam perceptos &c.*] Hoc non vult, m. f. p. non tantum reſtituere fructus poſt litem conteſtatam perceptos, quod & bonae fidei poſſeſſoribus incumbit a tempore motae controverſiae, *l. 25. §. 7. D. hoc tit.* ſed etiam ante litem conteſtatam perceptos. Imo & hi fructus hereditatem augent: adeoque & illorum uſurae debentur, *l. 40. §. 5. l. 51. §. 2. D. hoc tit.*

TITVLVS III.

De Rei Vindicatione.

I. Imp. Gordianus A. Aurelio Alexandro militi.

'Vineas in alieno agro inſtitutas ſolo cedere: & ſi a malae fidei poſſeſſore id factum ſit, ſumptus eo nomine erogatos per retentionem ſervari non poſſe, incognitum non eſt. PP. IV. Id. Mart. Attico & Pretextato coss. CCXLII.

Interpretatio. *Si quis vineas in aliena terra poſuerit, ad illum ſine dubio pertinebunt, cujus terra eſſe probatur. Qui ſi ſolum neſciens alienum, dum id bona fide ſe crediderit poſſidere, ſumptus, quos in ipſis vineis ponendis fecit, a domino terrae recipiat. Si vero ſciens in alieno poſuit, [2] & vineas reſtituat, & expenſas penitus non requirat.*

II. Imp. Philippus A. & Philippus Caeſar Aurelio, Victorino, Marco & Valerio.

'Aedificium in alieno agro exſtructum ſolo cedere, ſumptuſque eo nomine factos non niſi bonae fidei emptorem per retentionem poſſe ſervare certiſſimi juris eſt. PP. Kal. Octob. coss. ſupraſcriptis.

Interpretatio. *Pariter de aedificiis, vel de reliquis rebus in alieno ſolo poſitis, ſicut ſuperius dictum eſt, forma ſervabitur.*

III. Imp. Philippus A. & Philippus Caeſar [4] Aurelio Antonio.

'Partum ancillae matris ſequi conditionem, nec ſtatum in hac ſpecie patris

1. *Vineas in alieno agro inſtitutas &c.*] Adde *l. 22. C. hoc tit. §. 21. Inſt. de rer. diviſion. l. 7. §. ult. l. 8. D. de adquirend. rer. domin.*

2. *Et vineas reſtituat*] Haec de ſuo addidit interpres, res vera: *l. 53. D. hoc tit.*

3. *Aedificium in alieno &c.*] De hoc agitur in §. 30. *Inſt. de rer. diviſion. l. 7. §. 12. D. de adquirend. rer. domin. l. 16. C. hoc tit.*

4. *Aurelio*] Abeſt in *l. 7. C. hoc tit.* ubi hoc reſcriptum exſtat.

5. *Partum ancillae matris ſequi conditionem &c.*] Nec in hac jure variatum eſſe, oſtendi ad *Vlpian. tit. 5. §. 8.*

6. *Quo-*

tris considerari, explorati juris est. PP. XIV. Kalen. Novemb. Philippo A. & Titiano coss. CCXLV.

INTERPRETATIO. *Partum ancillae matris conditio sequatur.*

IV. Imp. Diocletianus & Maximianus AA. Aureliae Philoxenae.

[6]Quoties eadem res a domino diversis temporibus pluribus venundatur, eum potiorem esse, cui possessio primum data est. PP. XIII. Kal. Maji, [7]Maximo & Aquilino coss. CCLXXXVI.

V. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aureliae Mammae.

[8]Si neque mandato tuo, neque ratum habente, maritus tuus possessionem juris tui alienavit, non prohiberis rem tuam vindicare, intercedente Rectore provinciae. PP. VIII. Kal. Mart. Diocletiano A. III. & Maximiano coss. CCLXXXVII.

INTERPRETATIO. *Si maritus res uxoris sine ejus consensu alienavit, merito ipsa eas vindicabit.*

6. Quoties eadem res &c.] Epitome haec videtur esse constitutionis plenioris, quae exstat *l. 15. C. hoc tit.* Subscriptio quoque differt plane: & haec forte ex alia lege huic adhaesit. Integrior saltem haec lex est in Codice Justiniani.

7. Maximo] Secundo, nempe, quod additum *l. 2. tit. seq.*

8. Si neque mandato tuo, &c.] Simile habemus in *l. 3. C. hoc tit. l. 2. l. 5. l. 6. C. de reb. alien. non alienand.*

INTERPRETATIO] Ex ed. Genev. aliae ea carent.

TITVLVS IV.

Si sub alterius nomine res empta erit.

I. Impp. Valerianus & [1]Gallienus AA. Aurelio Ausonio.

[2]Instrumentis scriptura non oberit, [3]quod nomen contineat alterius emptoris, ad cujus fidem ipse confugeras, cum [4]dominium possessionis, quod habuisse te semper, & adhuc habere proponis, securus obtineas. PP. Kal. Jun. Aemiliano & Basso. coss. CCLIX.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aeliano Ingenuo.

[5]Si nomine quidem uxoris tuae emptionem confeceris, verum pecuniam de proprio numeraste, & ipse inductus es in possessionem, ac negotium tibi gestum est, idque evidenter probabitur, Praeses provinciae vim tibi super juris

1. Gallienus] Edd. aliae habent passim *Galienus*: sed certum est, debere scribi *Gallienus*: ac sic vocatur in Codice Justinianeo, & alibi: atque ita in nummis legitur.

2. Instrumentis scriptura] Mallem, *instrumenti scriptura.*

3. Quod nomen contineat alterius emptoris] Instrumento quidem dominium probatur, *l. 21. C. de probationib.* non tamen, si evidens sit, aliter esse rem habere: quod & in hac specie juris est, *l. 2. hoc tit. l. 4. l. 5. l. 6 C. si quis alter. vel sib. sub alter. nomin.*

4. Dominium possessionis] Sic *l. 2. Cod. Theod. de bon. matern.*

5. Si nomine &c.] Non abludit a lege praeced.

Digitized by Google

juris tui rebus inferri prohibebit. PP. III. Id. Maji, Maximo II. & Aquilino coss. CCLXXXVI.

INTERPRETATIO VTRIVSQVE LEGIS. *Quoties aut maritus, aut alia quaecunque perſona agrum, aut quamcumque rem ſua pecunia, uxoris, aut cujuſcunque alterius nomine voluerit comparare, & is, qui pecuniam dat, in rem fuerit intromiſſus, & ipſe, qui pecuniam dedit, rem comparatam cognoſcitur poſſe, diſſe, non poteſt hoc praejudicio laborare, quod alterius nomine res legitur comparata.* [6] *Quod ſi vero cujus nomine res comparatae ſunt, ipſi traditae ſint, vel ab ipſo poſſeſſae, is, qui pecuniam ſuam pro hac re datam fuiſſe probaverit,* [7] *rem quidem comparatam non poteſt vindicare:* [8] *ſed pecuniam poteſt a poſſeſſore recipere, quia duae res cum quo fuerint, ejus dominum faciunt meliorem.*

6. *Quod ſi vero &c.*] Haec vel de ſuo addidit Interpres, vel ex conſtitutione, quae periit: recta vero ſunt.

7. *Rem quidem comparatam non poteſt vindicare*] Nec enim fit ejus dominus. Paulus *Sententiar. lib.* II. *tit.* 17. §. 11. *l.* 1. *l.* 3 & 6 *l. ult. C. dict. tit. ſi quis alter.*

8. *Sed pecuniam poteſt a poſſeſſore recipere*] Dicta *l.* 1. & *l* 3.

TITVLVS V.

De Familiae Erciſcundae, & Communi Dividundo.

I. Imp. Gordianus A. Sextio Juvenali.

[1] Ex re certa heredem inſtitutum ſic haberi, ac ſi ſine ejus rei commemoratione heres inſtitutus fuiſſet: ſane [2] officio familiae erciſcundae [3] judicis convenire, ut non plus emolumenti conſequatur, quam alioqui eſſet habiturus, ac ſi ex re certa heres inſtitui potuiſſet, in dubium non venit. Falcidiam quoque in matris teſtamento ceſſare falſo tibi perſuaſum eſt. Proinde, [4] cum juris ignorantiam excuſare facile non poſſis, ſi major annis hereditati matris tuae renuntiaſti, ſera prece ſubveniri tibi deſideras. PP. XV. Kal. Novemb. Arriano & Papo coss. CCXLIII.

INTERPRETATIO. *Si quis per teſtamentum heredem aliquem appellaverit, & rem certam, id eſt, aut poſſeſſionem, aut mancipia, aut quamlibet aliam ſpeciem, de qua dubietas eſſe non poſſit, ſub heredis vocabulo* [5] *dimiſerit, cui* [6] *heredis nomen impoſuerit, ad eum & illa, quae non ſunt nominata, perveniant.*

II. Impp.

1. *Ex re certa heredem &c.*] Hoc certum, *l.* 1. §. 4. *D. de heredib. inſtituend. l.* 42. §. *ult. D. de vulgar. & pupillar. ſubſtitution.*

2. *Officio familiae erciſcundae judicis*] Officium hoc vult, ut judex voluntatem defuncti ſequatur, quamvis ſummo jure mentio rei eſſet detrahenda: adeoque ex aequa parte deberet hic heres ſuccedere, *l.* 95. *D. de heredib. inſtituend.*

Judicis convenire, ut non plus] Ita habet ed. Pariſ. plano ac vero ſenſu. alii, *judicio convenire non prohiberis.* male.

4. *Cum juris ignorantiam &c.*] Hinc deſumpta eſt *l.* 2. *C. de jur. & fact. ignorant.* ubi legitur, *cum ignorantia juris excuſari non poſſit:* & mox, *annis viginti quinque.* Notum eſt, errorem juris non prodeſſe adquirere volentibus, *l.* 7. *l.* 8. *D. de jur. & fact. ignorant.*

5. *Dimiſerit*] Ita *ad l.* 2. *de inofficioſ. teſtament.*

6. *Heredis nomen*] Simpliciter, ſine rei mentione.

7. *Si*

Digitized by Google

II. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Antonio Potito.

[7]Si domum, cujus meminiſti, pater tuus, cum in poteſtate ejus ageres, nomine tuo donandi animo comparavit, jure quidem non ſubſiſtere donationem ſcire debuiſti. Verum ſi in extremum fati diem pater eadem animi deſtinatione duravit, judicium ejus, juxta formam conſtitutam, eſſe ſervandum, indubitati juris eſt. PP. XI. Kal. April. Seculari II. & Donato coss. CCLX.

INTERPRETATIO. [8]*In hac lege ſimilis erit & de donatione conditio, quam filiusfamilias a quocunque perceperit. Sed hoc amplius habet, quod ſi major fuerit iſta donatio, quae* [9]*nomine filiifamilias facta eſt, ut* [10] *omnis facultas patris quantam ejus rei, quam filius donatam accepit, implere non poſſit, reliquis filiis de hac ipſa donatione Falcidia* [11] *ſuppleatur.*

III. Diocletianus & Maximianus AA. Aureliae [12] Severae.

[13]An diviſio, quam jam factam eſſe proponis, convelli debeat, Rector provinciae, praeſente parte diverſa, diligenter examinabit: & ſi fraudibus eam non caruiſſe perſpexerit, [14] quando etiam majoribus inperperam factis diviſionibus ſoleat ſubveniri, quod improbum atque inaequaliter factum eſſe conſtiterit, in melius reformabit. PP. XVII. Kalend. Jul. [15] ipſis VI. & Conſtantio III. coss.

IV.

7. *Si domum, cujus meminiſti, &c.*] Videatur Paulus *Sententiar. lib.* V. *tit.* 11. *§.* 3. & ibi notata.

8. *In hac lege ſimilis erit &c.*] Haec interpretatio alio pertinet, quam ad legem, cui eſt ſubjecta. Vult autem, filium id, quod alius ipſi donavit, ſic quoque praecipere in judicio familiae erciſcundae, uti id ſit, ſi a patre ipſi ſit donatum, iſque in hac voluntate perſtiterit ad mortem uſque.

9. *Nomine filiifamilias facta*] Rectius dixiſſet, *in filiumfamilias collata.*

10. *Omnis facultas patris*] Quae ſupereſt, deducta donatione.

11. *Suppleatur*] Officio judicis familiae erciſcundae *l.* 2. *C. de inofficioſ. donationib.*

12. *Severa*] In inſcriptione *l.* 3. *C. communi. utriusque judic.* ubi brevius hujus reſcripti ſenſus refertur, ſcriptum eſt *Septimia*, quod eſt in edd. Lugd. & Genev. Notat vero Charondas *ad d. l.* 3. alios legere *Mauro*, alios *Severo*. Lectio noſtra exſtat in veteri Conſultatione, a qua non eſt opus recedi.

13. *An diviſio, &c.*] Hauſta eſt haec lex, ut ſequens, ex veteri Conſultatione.

14. *Quando etiam majoribus*] Sic Conſultatio habet, quod in tribus hujus Codicis editionibus mutatum in *quamvis majoribus*: & mox ſcriptum, *non ſolet*: tandem, *tamen quod imp.* In *d. l.* 3. ita legitur. *Majoribus etiam per fraudem, vel dolum, vel perperam ſine judicio factis diviſionibus ſolet ſubveniri, quia in bona fidei judiciis, quod inaequaliter factum eſſe conſtiterit, in melius reformabitur.* Haec non tam clara ſunt, quam quae hic habemus: quae aperte docent, hic agi de diviſione per fraudem & dolum, atque adeo perperam facta, ſive, ut dicitur *l. ſeq.* non bona fide; quae tamen in hoc judicio bonae fidei requiritur omnino: quod rectiſſime ſuo more notat, & ex profeſſo haec tractat V. C. Ger. Noodt *de form. emendand. dol. mal. cap.* 7. adducta, & *l.* 3. *C. de collationib.* qui exiſtimat quoque, in verbis conſtitutionis, quam hic habemus, *in verſic. quando* deſiderari illa, *in bona fidei judiciis*, ex *d. l.* 3. Quoniam vero veteris Conſultationis auctor uſus eſt tantum breviario hujus Codicis, facile fieri potuit, ut quaedam in Juſtinianeo Codice pleniora habeamus, quam hic: quamvis quoque evenire potuerit, ut Juſtinianei Compilatores his quaedam addiderint, ac detraxerint.

15. *Ipſis VI. & Conſtantio III. Coſſ.*] In antiquis editionibus in *d. l.* 3 eſt, *ipſis* AA. COSS. Diocletiano, nempe, & Maximiano, ſine numero: ſed Viri Docti poſtea addidere, ex hoc forte loco, *& Conſtantino III.* vel *Conſtant. III.* perperam, ut exiſtimo. Conſulatus tertius Conſtantii & Galerii Maximiani hiidem tertius incidunt in annum Chriſti CCC. qui hic intelligi nequit, quoniam in Codice Juſtinianeo huic legi ſubjiciuntur ſeptem leges ab iiſdem Principibus editae, cum tamen in illo Codice rariſſimae inveniantur conſtitutiones poſt annum trecenteſimum emiſſae. Non dico, priores ſex ante annum CCXCV. fuiſſe editas, quia id non conſtat, etſi id volue-

IV. Idem AA. Aproniae Mammae.

Si divisio inter te, & sororem tuam non bona fide facta est, etiam citra Principalis restitutionis auxilium, quod etiam majoribus tribui solet, [16] ad aequitatis temperamentum reformari potest, & cetera. PP. IV. Kal. Jul. [17] Maximiano II. & Aquila coss. CCLXXXVI.

voluerit D. Gothofredus: at hinc colligitur tamen, nomen Constantii hic plane alieno loco esse positum. Constantini tertius Consulatus prorsus hic ferri nequit, cum is inciderit in annum CCCXIII. ubi jam initium cepit Codex Theodosianus.

16. *Ad aequitatis temperamentum reformari*] Secundum id, quod habebimus *l. prec.*

17. *Maximiano II. & Aquila*] Legendum, *Maximo II. & Aquilino*, qui saepe occurrunt in subscriptionibus legum hujus Codicis, *l. 4. de rei vindicatione. l. 2. si sub alter. nomen.* & Justinianei Codicis: veluti *l. 1. de inofficios. donationib. l. 3. de reb. credit. l. 3. de obligationib. & actionib. l. 2. C. ne fil. pro patr.* aliarumque multarum.

TITVLVS VI.

[1] *Quod cum eo, qui in alienа potestate est, negotium gestum esse dicitur.*

I. Imp. Alexander A. Satiro, Modestino, & Censorino.

[2] Ex contractibus servorum dominum non obligari: tantumque adversus eum actionem de peculio competere, explorati juris est. Plane si quid in rem domini versum sit, eo nomine quoque teneri dominum non est incertum. Secundum quae, si non jubentibus vobis, servus [3] mutuam pecuniam accepit, nec in rem vestram versae sunt, conveniri non potestis. Actio de peculio si inferri coeperit, more solito respondere debetis. PP. XII. Kal. Aug. Fusco & Dextro coss. CCXXV.

Interpretatione non eget.

1. *Quod cum eo &c*] Titulum hunc habent & reliquae edd. sed sub eo collocata est lex, quae hic sub titulo sequente legitur. Hanc habet Parisiensis sola editio. Hic quoque non servatus est ordo Edicti perpetui.

2. *Ex contractibus servorum*] Haec notissima sunt ex hoc ipso titulo Institutionum, ac Codicis, & titulis Pandectarum *de peculio*, & *de in rem verso*.

3. *Mutuam pecuniam*] Vel scribendum *mutuas pecunias*, aut in sequentibus, *versa sit*.

TITVLVS VII.

[1] *Ad Senatusconsultum Macedonianum.*

I. Imp. Alexander A. Septimiae Musae.

Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem ejus pecuniae non impedit, quae filiofamiliae studiorum [2] causa Romae agenti ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, credita est. Sed ex contractu filii post mortem ejus de peculio actio in patrem competere ita demum

1. *Ad Senatusconsultum Macedonianum*] Secutus hic sum editionem Parisiensem, eo facilius, quia sub hoc titulo posita est etiam *l. 1. C. eod. tit.*

2. *Causa Romae agenti*] *Vel legationis causa alibi degenti, d. l. 1.*

3. *Da-*

mùm potest, si anni utilis spatium petitionem non impedit. Sane si jussu patris datum ei probetur, nec in quos usus versa sit pecunia, [4] exquiri necesse est: [5] & perpetua in patrem, etiam mortuo eo filio, actio est. PP. pridie Kal. Mart. Agricola & Clementino coss. CCXXXI.

INTERPRETATIO. *Senatusconsultum Macedonianum praecepit, ut filiofamilias pecunia non credatur.* [6] *Nam haec constitutio jubet, ut pro studio literarum si quis filiofamilias pecuniam dederit, hanc ei pater sine aliqua objectione restituat. Quod si ipse filiusfamilias in peregrinis fortasse dejecerit, intra anni spatium qui pecuniam commodavit, de peculio potest petere, ut sibi debitum* [7] *reformetur. Quod si pater jusserit, ut pecunia praestaretur, non quaerendum est, quid de ea pecunia fecerit, sed debitum pater sine mora restituat.*

2. *Datum ei*] *Datum mutuum* ibid.
4. *Exquiri*] *Disquiri* ibid. 5. *Et*] *Sed* ibid.
6. *Nam*] Hoc est, *verum*. Talia notavimus ad Cajum *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 4. & alibi.
7. *Reformetur*] Pro *restituatur*. Sic in interpretationibus Sententiarum Pauli saepe loquitur. Vide quae scripsi *ad lib.* 1. *tit.* 4. §. 1.

TITVLVS

[1] *De Jurejurando.*

Constitutio una atque altera desideratur.

SVMMA. *Si a judice statutum fuerit, aut inter partes convenerit, ut de rebus dubiis sacramenta praebeantur, eum solum debere jurare, a quo aliquid repetitur: nec* [2] *ab aliis personis sacramenta requiruntur. Praestito autem* [3] *sacramento, omnis causae ipsius repetitio conquiescat.* [4] *Hic sacramenti ordo notatis infamia denegatur.* EX PAPIANO RESPONSORVM TITVLO XXV.

1. *De jurejurando*] Retinui haec ex ed. Genev. sed hoc loco posui, secutus ordinem Edicti perpetui, cum illa haec habeat ad finem libri sequentis. Quae vero hic habemus, saltem in fine, ex constitutione in hoc Codice, & in Hermogeniano proferre se scribit Papianus.

2. *Ab aliis personis*] Veluti procuratore, *l.* 34. §. 3. *D. de jurejurand.* vel herede, *l.* 11. §. 2. *D. de alien. per. amotar.*

3. *Sacramento*] Hoc verum de voluntario jurejurando, quod reus ab actore delatum praestat, *l.* 7. *pr. l.* 9. *pr. D. de jurejurand.*

4. *Hic sacramenti ordo &c.*] In voluntario tamen non curatur, quis juraverit, *l.* 26. *pr. D. eod. tit.* sed quidem in necessario, & judiciali.

[1]LIBER IV.

TITVLVS I.

Si debito perſoluto inſtrumentum apud creditorem remanſerit.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Octavio Priſco.

[2]Si exſoluta eſt pecunia, nihil obeſt veritati, quod cautio integra manet apud creditorem. PP. Prid. Id. Jun. Antonino II. & Geta coss. CCV.

II. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Metrodoro.

Si potes probare, omnem pecuniam exſolutam creditori tuo, cautio tua, quae apud heredem ejus remanſit, inanis eſt: ut tamen aut ipſa reddatur tibi, aut inciſa apud creditorem remaneat, heredem ejus [3]convenire potes. PP. VI. Id. Jun. Gallieno [4]II. & Fauſtino coss. CCLXII.

1. *Liber IV.*] Hinc & Sichardus, & editio Pariſienſis incipiunt librum quartum. Genevenſis a titulo *quod cum eo* &c.

2. *Si exſoluta eſt pecunia, &c.*] Adde *l. 2. hoc tit. l. 2. C. de condition. ex leg. l. 3. C. depoſ. l. 4. l. 10. C. de ſolution.*

3. *Convenire potes*] Et cautionem condicere *l. 2. C. de condition. ex leg.*

4. *II.*] Scribendum V.

TITVLVS II.

Si amiſſis, vel debitori redditis inſtrumentis creditum petatur.

I. Imp. Antoninus A. Septimiae Martiae.

[1]Debitores tuos quibuſcunque rationibus debere tibi pecuniam ſi probaveris, ad ſolutionem compellet aditus Praeſes provinciae, [2]vir clariſſimus. Nec oberit tibi amiſſio inſtrumentorum, ſi modo manifeſtis probationibus eoſdem debitores eſſe apparuerit. PP. Id. Septembr. coss. [3]ſuprafcriptis.

[4]*Iſta Interpretatione non indiget.*

II. Imp. Gordianus A. [5]Aurelio Priſco, & Marco militibus.

Sicut iniquum eſt, inſtrumentis vi ignis [6]extinctis, debitores quantitatum debitarum renuere ſolutionem, ita non ſtatim caſum conquerentibus facile credendum eſt. Intelligere itaque debetis, non exiſtentibus inſtrumentis, [7]vel aliis

1. *Debitores tuos quibuſcunque &c.*] Eſt *l. 1. C. de fid. inſtrument.*

2. *Vir clariſſimus*] Abſimt a *d. l. 1.*

3. *Suprafcriptis*] Nempe, ut eſt in *d. l. 1.* Antonino A. IV. & Balbino. anno CCXIII.

4. *Iſta interpretatione*] Ex ed. Sich.

5. *Aurelio*] Non exſtat in *l. 3. C. de fid. inſtrumentor.* ubi haec lex invenitur.

6. *Extinctis*] *Conſumptis d. l. 3.*

7. *Vel aliis argumentis probare*] In *d. l. 3.* additum *debere*, quod tamen a Mſs. abeſſe quoque notat Charondas. Senſus autem poſceret tale quid, *vos aliis argu-*

aliis argumentis probare, fidem precibus vestris [8]adsistere. PP. III. Kalend. Jul. Sabino II. & Venusto Coss. CCXL.

[9] *Interpretatione non indiget.*

argumentis probare debere: aut, *testibus, vel aliis argumentis &c.*

8. *Adsistere*] *Adesse d. l.*

9. *Interpretatione non indiget*] Ita Sich.

TITVLVS III.

[1] *De Depositо.*

I. Imp. Alexander A. [2] Mestrio militi.

[3] Incursu latronum [4] ornamenta depositа apud interfectum ab eis perierunt. Detrimentum ad heredes ejus, qui depositum accepit, qui dolum [5] tantum praestare debent, non pertinet. Quod si [6] ex praetextu latrocinii [7] commissi res, quae in potestate heredis sunt, non restituuntur, tam depositi, quam ad exhibendum actio, sed & in rem vindicatio competit. [8] Prop. VII. Kalend. Jul. [9] Maximiano bis, & Vrbano Coss. CCXXXIV.

1. *De Depositо*] Hunc titulum in libro quarto hujus Codicis fuisse docet Collatio Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 10.* qui una cum hac lege restitutus est huic libro in edit. Genevensi, & primo loco positus. Sed nos maluimus hic illum reponere, secundum ordinem Codicis Justinianei, ubi materia depositi longo intervallo sequitur titulos, qui de probationibus, & instrumentis agunt.

2. *Mestrio militi*] Exstat hoc rescriptum in *l. 1. C. depositi.* in cujus inscriptione est tantum *Mestreno.*

3. *Incursu latronum*] In *d. l. 1.* rectius. *Si incursu:* & postea abest *ab eis;* dein legitur, *perierint, detrimentum.*

4. *Ornamenta*] Quod Vir Egregius, Janus a Costa *ad pr. proœm. Institution.* putat, per ornamenta, quorum hic fit mentio, intelligi debere arma, quia militi hic rescribitur, non habet, quo nitatur: quando & miles potuit ornamenta habere in bonis.

5. *Tantum*] Et hic in *d. l. 1.* adjectum *solum & latam culpam si non aliud specialiter convenit:* & dein, *praestare debuit.*

6. *Ex praetextu*] Ibid. *praetextu.*

7. *Commissi*] Additum ibid. *vel alterius fortuiti casus* & mox post *heredis sunt* illa, *vel quas dolo desiit possidere.* Haec vero illic adjecta esse a Compilatoribus Codicis, existimare recte videtur Pithœus *ad Collation. Mosaicar. & Romanar. legg. tit. 10.* Collationis enim auctor usus est integro Codice Gregoriano, non vero breviario.

8. *Prop. &c.*] Absunt a *d. l. 1.*

9. *Maximiano*] Scribendum *Maximo*, sicuti est in *l. 2. C. de offic. rector. provinc. l. 14. C. de negot. gest. l. 2. C. si mat. indemnitas. promiser.*

LIBER V.

TITVLVS I.

[1] *De Nuptiis.*

I. [2] Imp. Gordianus A. [3] Rationalibus.

Manifestum est, nuptiis contra mandata contractis, dotem, quae data illo tempore, cum traducta est, fuerat, juxta sententiam Divi Severi [4] fieri cadu-

1. *De Nuptiis*] De his titulum fuisse in hoc libro scribit Auctor Collationis Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 6.* quod respondet ordini Codicis Justinianei.

2. *Imp. Gordianus*] Edidit hanc legem primus Cujacius *Observation. lib. 1. cap. 21.* quam hic collocavit Editor Genevensis. poterat etiam pertinuisse ad titulum *de jure dot. num.*

3. *Rationalibus*] Haec ergo est generalis constitutio ad Rationales missa, sive Caesaris Procuratores, quorum est commodis fiscalibus invigilare.

4. *Fieri caducam*] Colligitur id ex Paulo, *l. 32.*

Digitized by Google

caducam: nec si consensu postea [2]coepisse videatur matrimonium, in praeteritum commisso vitio potuit mederi. DAT. Kal. April. Antiochiae, Gordiano A. & Aviola. COSS. CCXXXIX.

[6] XXXII. Imp Dioclitianus & Maximianus AA. Fl. [7] Flaviano.

His, qui incestas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis subjiciantur, ita demum clementia Principum subvenit, [8] si posteaquam errorem suum rescierint, illico nefarias nuptias diremerint. PP. V. Id. Jun. Dioclitiano III. & Maximiano AA. COSS. CCLXXXVII.

[9] EXEMPLVM Edicti Dioclitiani & Maximiani, Nobilissimorum Caesarum.

Quoniam piis religiosisque mentibus nostris ea, quae Romanis legibus caste sancteque sunt constituta, venerabilia maxime videntur, atque aeterna religione servanda: dissimulare ea, quae a quibusdam in praeteritum nefarie incesteque commissa sunt, non oportere credimus: [10] * cum vel cohibenda sunt, vel etiam vindicanda, insurgere nos disciplina nostrorum temporum cohortatur. Ita enim & ipsos immortales Deos Romano nomini, ut semper fuerunt, faventes atque placatos futuros esse non dubium est, si cunctos sub imperio nostro agentes piam religiosamque, & quietam, & castam in omnibus more colere perspexerimus vitam. In quo id etiam providendum quammaxime esse censuimus, ut matrimoniis religiose, atque legitime juxta disciplinam juris veteris copulatis, tam eorum honestati, qui nuptiarum conjunctiones sectantur, quam etiam his, qui cum deinceps servata religione nascentur, incipiat esse consultum: & honestate nascendi etiam posteritas ipsa purgata sit. Id enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancte necessitudinum nomina obtineant apud affectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem. Nefas enim credere est ea, quae in praeteritum a compluribus constat esse commissa, cum pecudum ac ferarum promiscuo ritu, ad inlicita connubia instinctu [11] exercendae libidinis, [12] sine ullo respectu pudoris

D. de rit. nuptiar. cujus verba reposuimus quoque in Sententiis *lib.* II. *tit.* 19.

5. *Coepisse videatur matrimonium*] Idem scribit Paulus *dict. loc.* & Imp Gordianus *l.* 6. *C. hoc tit.*

6. XXXII.] Hanc constitutionem fuisse secundam & tricesimam scribit Auctor Collationis Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 6. unde illa deprompta est: ac ex hoc judicium fieri potest, quam magnum fuerit hoc opus, cujus hodie extra Justinianeum Codicem haec pauca tantum sunt reliqua.

7. *Flaviano* Eidem, vel alii hoc nomine Impp hi ipsi rescripsere *l.* 8. *C. de condictien. ob caus. dator.*

8 *Si posteaquam errorem suum rescierint, &c.*] Sic *l.* 4. *C. de incest. & inutilib. nupt.* add. *l.* 38. §. 6. 7. *D. ad leg. Jul. de adulter.*

9. *Exemplum Edicti &c.*] Et haec lex ex eadem Collatione huc translata est. Videri possunt quae ad illam notavit saepe memoratus Pithoeus, qui varia emendat.

10. *Cum vel cohibenda &c.*] Asteriscum hic habent quaedam edd Si legeretur: *verum cum &c.* sensus sibi constaret.

11 *Exercenda libidinis*] Oratio vim haberet majorem, si legeretur, *execranda libidinis.* Ita Imperatores hi ipsi in constitutione in hoc eodem Codice *tit. de maleficis & Manichaeis* scribunt, *execrandas consuetudines* & Porcius Latro *Declamation. in Catilin.* dixit, *execrandam impietatem.*

12 *Sine ullo respectu pudoris, ac pietatis inruerint*] Imperatores *l.* 6. *Cod. Theod. de indulgent. criminum.* in hunc sensum scribunt, *qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano cacus violavit incestu.*

13. *Bar-*

doris, ac pietatis inruerint. Sed quaecunque antehac vel imperitia delinquentium, vel pro ignorantia juris, [1] Barbaricae immanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis videntur admiſſa, quamquam eſſent ſeveriſſime vindicanda, tamen contemplatione clementiae noſtrae [14] ad indulgentiam volumus pertinere: ita tamen, ut quicunque in anteactum tempus inlicitis inceſtiſque ſe matrimoniis polluerunt, hactenus adeptos ſe eſſe noſtra indulgentia ſciant, ut poſt tam nefaria facinora [15] vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam: ſciant tamen, non legitimos ſe ſuſcepiſſe liberos, quos tam nefaria conjunctione genuerunt. Ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat ineffraenatis cupiditatibus obedire, cum & ſciant, ita praecedentes admiſſores iſtiuſmodi criminum venia liberatos, ut liberorum, [16] quod inlicite genuerunt, [17] ſucceſſione careantur, quae juxta vetuſtatem Romanis legibus negabatur. Et optaſſemus quidem, nec ante quicquam ejuſmodi eſſe commiſſum, quod eſſet aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum. Sed & poſt hanc religionem, ſanctitatemque in connubiis copulandis volumus ab [18] unoquoque ſervari, ut ſe ad diſciplinam, legeſque Romanas meminerint pertinere: & eas tantum ſciant nuptias licitas, quae ſunt Romano jure permiſſae. Cum quibus autem perſonis tam cognatorum, quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto noſtro complexi ſumus. Cum filia, nepte, pronepteque, matre, avia, proavia: & ex latere amita, ac matertera, ſororis filia, & ex ea [19] nepte: itemque ex adfinibus privigna, noverca, ſocru, nuru, [20] ceteriſque, quae antiquo jure prohibentur: a quibus cunctos volumus abſtinere. [21] Nihil enim, niſi hanc tantum ac venerabiles noſtra jura cuſtodiunt: & ita ad tantam magnitudinem Ro-

13. *Barbaricae immanitatis*] Quales ſint, ad quos reſpicitur, Hieronymus docet *ad Jovinian. lib.* 11. his verbis: *Perſa, Medi, Indi, Æthiopes, regna non modica, & Romano regno paria, cum matribus, & aviis, cum filiabus, & neptibus copulantur.* Alios quoque fuiſſe, qui eodem more vixerint, ſcribit Bardeſanes apud Euſebium *Praeparation. Evangelic. lib. VI. cap 10.* Barbaris in genere talia adſcribit Euripides *Andromach. verſ. 173.* nimis generaliter: maxime cum Barbari eſſent Graecis omnes extra Graecos.

14. *Ad indulgentiam volumus pertinere*] Hoc eſt *remitti* Sic loquitur Valentinianus Imp. *Novell. tit. 7. de indulgent. reliquor.* quod notavit V. C. Franc. Juretus *ad Symmach. lib* 11. *epiſt. 13* contra *ad poenam pertinere, l. 1. §. 3 D. de abig.*

15. *Vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam*] Ordinaria tamen poena inceſti non fuit mors, ſed levior. de quo pluſcula diximus ad Paulum *Sententiar. lib.* 11. *tit. 26. §. 13.* ut hic Imperatores videantur magis loqui de poena, qua tale crimen eſſet dignum, quam quae ordinarie eſſet uſitata.

16. *Quod*] Malim *quos.*

17. *Succeſſione careantur*] Pithoeus legit *ſucceſſione careant.* Puteanus *ſucceſſione arceantur*: quod recepit Editor Genevenſis. Sed res non adeo certa eſt.

18. *Unoquoque*] Judaeos hic reſpici putat V. C. Jac. Gothofredus *ad l. 10. Cod. Theod. de juriſdiction.* & eo quoque pertinere ipſam *l. 10.* quae eſt *l. 8. C. de Jud. & caelicol.* eos enim Moſaico jure uſos eſſe, & hac in parte receſſiſſe a jure Romano conſtat: eoque ſpectat etiam *l. 7. C. dict. tit.* Hos ſane quoque his verbis comprehendi facile crediderim.

19. *Nepte*] In *l. 7. C. hoc tit.* ubi verba quaedam praecedentia, & ſequentia ex hoc edicto poſita ſunt, additum eſt, *praeterea fratris tui filia, & ex ea nepte.*

20. *Ceteriſque, quae antiquo jure prohibentur*] Hic non prohibentur nuptiae cum fratris quondam uxore, & ſorore mortuae uxoris, quales olim licitas fuiſſe docent Inipp. *l. 2. Cod. Theod. de inceſt. nupt* ubi illae prohibentur, ut & *l. 3. & l. 4. Cod. Theod. dict. tit. & l. 5. l. pen & ult. C eod. tit.* Plura de illis commentatur Jac. Gothofredus ad *d. l. 2.*

21. *Nihil enim, niſi &c.*] Videatur Pithoeus, qui hae & ſequentia reſtituit.

Romanam geſta cunctorum non mirum favore pervenit: quoniam omnes ſuas leges religione ſapienti, pudoriſque obſervatione devinxit. Quare hoc edicto noſtro volumus omnibus palam fieri, quod praeteritorum venia per clementiam noſtram contra diſciplinam veterem indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae in die tertio Kal. Januariarum Tuſco & Anulino Conss. videntur eſſe commiſſa. Si qua autem contra Romani nominis decus, ſanctitatemque legum, poſt ſupradictum diem deprehenduntur admiſſa, digna ſeveritate plectentur. Nec enim ullam in tam nefario ſcelere quiſquam exiſtimet veniam ſe conſequi poſſe, qui tam evidenti crimini ſe poſt edictum noſtrum non dubitabit * infuere. Dat. Kal. Maji. Damaſco, Tuſco & Anulino CONSS. CCXCV.

LIBER VI.

TITVLVS XIX.

Arbitrium Tutelae.

1 Imp. Alexander A. Aglao.

EUm, qui bonis paternis ſecundum Edicti formam abſtentus eſt, hereditariis actionibus conveniri nulla ratio ſuadet. PP. III. Kal. Maji Alexandro A. Cos.

1. *Liber VI.*] Hunc librum, & hunc titulum ita invenimus in edit. Pariſ.

2. *Eum, qui bonis &c.*] Similia habuimus *l. un. §. cert. patet.*

TITVLVS

1 *De Operis Libertorum.*

SVMMA. 2*Egentem patronum libertus alere compellitur.* EX PAPIANO RESPONSORVM TITVLO XLIV.

1. *De operis libertorum.*] Hunc titulum laudatum a Papiano hic ponere malui cum ſequente, ſecundum ordinem Juſtinianei Codicis, quam utrumque ſubjicere titulo *de patris poteſtate*, & ſequentem huic praeponere, quod fecit Genevenſis Editor.

2. *Egentem patronum libertus alere compellitur*] *L. 5. §. 12. l. ult. D. de adgnoſcend. vel alend. liber. l. 1. C. de oper. libertor.*

TITV.

Digitized by Google

TITVLVS.

De Bonis Libertorum.

Imp. Gordianus A. ad Calpurnium militem.

SVMMA. *Libertus Principis* [1] *civitate Romana donatus a Principe, & manumissus de bonis suis hac ratione testetur, ut fisco debita* [2] *medietas reservetur, in cujus hereditate nepotes ex filia succedere non jubentur.* EX PAPIANO RESPONSORVM TITVLO IV.

1. *Civitate Romana donatus*] Latinus enim, ac dedititius non poterant testari. Cajus *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 4.

2. *Medietas*] Idem ex lege Papia olim erat juris in libertis ditioribus, §. 2. *Inst. de bon. libertor.* Quæ de re dicta quædam sunt ad Vlpianum *tit. ult.* §. 3.

LIBER X.

TITVLVS I.

Quibus res judicata non noceat.

I. Alexander A. Crescenti.

[1]Quae in libello contulisti, Praesidi provinciae allega, qui non ignorat, eum, qui per contumaciam absens condemnatur, [3]nec appellationis auxilio, uti aut [4]in duplum revocare posse. PP. XI. Kal. April. [5]Albino & Maximo Coss. CCXXVII.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aeliae Matronae.

[6]Sententiam adversus absentes & indefensos, ac maxime minores latam nullas vires obtinere notissimi juris est. PP. Kal. Septemb. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss. CCLXXXVII.

INTERPRETATIO. *Adversus absentes, vel minores judicata non valebunt.*

1. *Liber X.*] Hoc quoque habet ed. Paris. quamvis, cum in libro quinto habuerimus nuptiarum materiam, quod exacte respondet Codici Justinianeo, dubitari posset, an hic numerus, aliique, qui sequuntur, omnes sint genuini, quod in medio relinquo.

2. *Quae in libello contulisti, &c.*] Constitutionem hanc in lucem extulit Cujacius *ad Paul. Sententiar. lib. V. tit.* 5. §. 2. quam sub hoc titulo collocavit Editor Genevensis; quod quamvis non probem, nolui tamen mutare. Credo ex alio titulo esse, & quo hodie caremus.

3. *Nec appellationis auxilio &c.*] Idem Paulus tradit *dict. lib. & tit.* §. 7. ubi plura notat Cujacius.

4. *In duplum revocare*] Puto legendum, *in dubium revocare*, nempe, rem judicatam. Recurre ad ea, quæ scripsi ad Paulum *loc. cit.* §. 2.

5. *Albino*] Lege *Balbino.*

6. *Sententiam adversus absentes &c.*] Add. *l.* 43. §. 2. *D. de re judicat. l.* 9. *C. quomod. & quand. jud.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS II.

[1] *De Confessis.*

I. Antoninus A. Juliano.

Confessos quoque pro judicatis haberi placuit: quare sine causa desideras [2]recedere a confessione [3]tua. Accep. [4] prid. Kalend. Octob. Gentiano & Basso Coss. CCXI.

1. *De Confessis*] Hunc titulum, & legem sub ea hic posui post ed. Genev. In ed. Paris. lex haec est inter leges ex incertis titulis. In Codice Justinianeo exstat hic titulus, ac sub eo haec ipsa lex.
2. *Recedere*] In *d. l. un.* est *recedi*.
3. *Tua*] Additum ibid. *cum & solvere cogaris*.
4. *Prid. Kal.*] Ibid. III. *Kal.*

[1]LIBER XII.

TITVLVS

De Sponsoribus.

SVMMA. *Ne colonus inscio domino suo alienet peculium, vel litem inferat ei civilem.* EX PAPIANO RESPONSORVM TITVLO XVI.

1. *Liber XII.*] Hunc citat Papianus, quem numerum hic reliqui, etsi dubitem, an genuinum: nec aliter Editor Genevensis, qui non recte subjunxit illi omnia, quae Papianus habet *tit. 18. vers. filiisfamilias:* cum tamen is non alleget illic hunc Codicem: ac sequenti versiculo non alia citet ex eo, quam quae ego hic posui, quae etiam auctoritate Codicis Theodosiani confirmat.

[1]LIBER XIII.

TITVLVS I.

De Patria Potestate.

I. Imp. Antoninus A. Victorinae.

Si in potestate patris fuisti, cum hereditas Bassae Cassiae tibi obvenit, eamque jussu patris [2]crevisti, jure patriae potestatis ei eam quaesisti. Ideoque quod ab eo jure alienatum est, nulla ratione oblato pretio tibi restitui desideras. PP. IV. Kal. Januarii, Romae, [3]ipso Augusto V. & Advento Coss. CCXVIII.

1. *Liber XIII.*] Ita habent edd. Sich. & Paris.
2. *Crevisti*] De cretione videndus Ulpianus *tit. 29. §. 27. & seq.*
3. *ipso Augusto V.*] Hoc stare non potest, cum Antoninus Heliogabalus, hujus rescripti auctor, hoc anno ad imperium accesserit, nec ullum antea gesserit consulatum: adeoque numerus V. delendus est. Re vera ordinarii Consules illo anno fuere Imp. Macrinus & Adventus: sed pro nomine Macrini, qui jam Consulatu fuerat perfunctus, Antoninus suum nomen reponi curavit, ut docet Dion Cassius *lib.* LXXIX. quod observarunt Egregii Viri, Henr. Noris *Epistol. Consular. Thesaur. Antiquitat. Romanar. tom. XI. p. 491.* Ant. Pagi *Critic. in Annal. Baron. ad ann.* CCXVIII. atque hic notat quoque, simile quid occurrere in subscriptione *l. 8. C. de negot. gest.*

LIBER

LIBER XIX.

TITVLVS I.

De Accusationibus.

I. Impp. Dioclitianus & Maximianus Augusti Aurelio Sacrato militi.

Cum servum tuum vi aegritudinis graviter oppressum fati munus implesse proponas, propter immoderatam castigationem calumniae causationem emergere, [2] innoritiae ratio, cujus fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Dioclitiano A. III. & [3] Aristone Conss. CCLXXXV.

1. *Liber XIX.*] Hic liber, & ex eo hic titulus, atque hæc lex citantur in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 3.* qui numerus libri merito suspectus est Eruditissimo Petro Pithœo: eoque magis mihi, quia in eadem Collatione titulus *ad legem Corneliam de sicariis* dicitur esse in libro IV. Viderint alii, an non & illic, & priori loco debeat legi IX.

2. *Innoritiae*] Recte Pithœus legit *innocentiae.*

3. *Aristone*] Lego *Aristobulo.*

TITVLVS II.

Ad legem Juliam [1] de Adulteriis.

I. Imp. Antoninus A.

[2] Sane meae literae nulla ex parte causae praejudicabunt. Neque enim si penes te culpa fuit, ut matrimonium solveretur, & secundum legem Juliam [3] uxor tua Euphrasia nuberet, propter hoc rescriptum meum adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum. [4] Habebunt autem ante oculos [5] inquirere, an cum tu pudice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti: periniquum enim mihi videtur esse, ut pudicitiam [6] vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Quae res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter utrumque componere, vel causam facti tollere.

1. *De adulteriis*] Hujus criminis pœna secundum leges hujus Codicis, ut & Hermogeniani, non fuit capitalis, ut scribit Basilicorum Scholiastes *ad l. 18. C. de transactionib.* quod attigi *ad Paul. Sententiar. lib. II. tit. 26. §. 14.*

2. *Sane meae litera &c.*] Refert hanc legem Augustinus *ad Pollent. lib. II. cap. 7.* & habet edit. Lugd. & Paris. inter leges ex incertis titulis.

3. *Uxor tua Euphrasia*] Augustini editio novissima Benedictinorum habet, *Papasia uxor tua.*

4. *Habebunt autem ante oculos &c.*] Hæc refert Ulpianus *l. 13. §. 5. D. ad leg. Jul. de adulter.*

5. *Inquirere*] Eadem editio *hoc inquirere.*

6. *Vir*] Hoc addidi ex eadem editione.

Digitized by Google

TITVLVS III.

Ad legem Corneliam de Sicariis.

I. Imp. Antoninus A. Aurelio Herculano, & aliis militibus.

[1]Frater veſter rectius fecerit, ſi ſe Praeſidi provinciae obtulerit: cui ſi probaverit, non occidendi animo [2]Juſtam a ſe percuſſam eſſe, remiſſa homicidii poena, ſecundum diſciplinam militarem ſententiam [3]proferet. Propoſita prid. Kal. Febr. [4]Laeto II. CONS.

II. Imp. Alexander Aurelio Favio, & aliis militibus.

Si modo pro quo libellum dediſtis, non dolo [5]praeſtitit, mortem minime perhorreſcat: crimen quippe ita contrahitur, ſi & voluntas occidendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improviſo caſu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae, imputantur. Prop. XIII. Kal. Aug. Alexandro CONSS.

III. Dioclitianus & Maximianus AA. [6]Agato.

[7]Habe Agate K. N. Qualitas precum Julii Antonini clementiam noſtram facile commovit: [8]quippe quod aſſeveret, homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis ictu mortis occaſio praebita videatur. [9]Quod ſi ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni [10]eum metu, ac ſuſpicione, [11]quod ex admiſſi diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari. Dat. [12] prid. Kal. Dec. [13]Dioclitiano A. IV. & Maximiano CONSS. CCXC.

1. *Frater veſter rectius fecerit, &c.*] Hic titulus, ac leges ſub illo deprompta ſunt ex Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 1. Ex prima & ſecunda conflata eſt lex 1. *C. hoc tit.*

2. *Juſtam a ſe percuſſam*] In *d. L.* eſt, *hominem a ſe percuſſum.*

3. *Proferet*] Hic in *d. l.* 1. ex *l.* 2. *hoc tit.* ſequuntur haec: *crimen enim contrahitur &c.*

4. *Laeto II.*] In *l.* 1. *C. diſt. tit.* additum recte, *& Cereale.*

5. *Praeſtitit*] An *percuſſit*: aut, *cauſam mortis praeſtitit.*

6. *Agato*] In *l.* 3. *C. hoc tit.* ubi haec lex exſtat fere tota, eſt *Agatho.*

7. *Habe Agate K. N.*] Hoc eſt *Ave Agate, cariſſime nobis.* De hac formula legi poterit Cujacius *Obſervation lib.* 1. *cap.* 15.

8. *Quippe quod aſſeveret*] Principium *d. l.* 3. hoc eſt: *Qui aſſeveras &c.*

9. *Quod ſi*] Ibid. *ſi hoc.*

10. *Eum*] Non eſt in *d. l.* 3.

11. *Quod ex admiſſi*] Ib. *quam ex admiſſo rei.*

12. *Prid. kal.*] Ib. VII. *kal. Dec. Sirmii.*

13. *Dioclitiano A.* IV. *&c.*] In *d. l.* eſt *ipſis AA.* IV. & III. *Coſſ.*

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS IV.

[1]*De Maleficis, & Manichaeis.*

I. Maximus Dioclit. & Maximianus, Nobiliſſimi AA. Juliano Proc. Afric.

Otia maxima interdum homines [2] in communionem conditionis naturae hominum modum excedere hortantur: & quaedam genera [3] inaniſſima ac turpiſſima [4] doctrinae ſuperſtitionis inducere ſuadent, ut ſui erroris arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Juliane Kariſſime. Sed Dii immortales providentia ſua [5] ordinare & diſponere dignati ſunt, quae bona & vera [6] ſunt, & multorum, & bonorum, & egregiorum virorum, & ſapientiſſimorum conſilio, & tractatu inlibata probarentur, & ſtatuerentur: quibus nec obviam ire, nec reſiſtere fas eſt: neque reprehendi a nova vetus religio [7] deberet: [8] maximi enim criminis eſt ſed tractare quae ſemel ab antiquis tractata, & definita ſunt, ſtatum & curſum tenent ac poſſident. Vnde pertinaciam pravae mentis nequiſſimorum hominum punire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim, qui novellas & inauditas ſectas [9] deterroribus religionibus opponunt, ut pro arbitrio ſuo [10] pravum excludant, quae divinitus [11] conceſſa ſunt, [12] quoniam nobis de quibus ſolertia tua ſerenitati noſtrae retulit, Manichaeos audivimus eos nuperrime, velut nova inopinata prodigia, in hunc mundum de Perſica adverſaria nobis gente progreſſa, vel orta eſſe, & multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare, nec non

1. *De Maleficis, & Manichaeis*] Hic titulus, ac lex ſub eo ſunt ex Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit.* 15. quæ librum quoque nominat VII. credo eſſe IX. Ad legem hanc notavit quædam Petr. Pithœus *ad dict. Collation.* quæ legi merentur.

2. *In communionem*] Ed. Gen. *in communiorem.* Rectius Pithœus, deleto *in*, legit *communiorem.*

3. *Inaniſſima*] Pithœus mallet *immaniſſima.* Sed veteres talis generis res hoc nomine & alibi indigitant. Plinius *Natural. Hiſtor. lib.* XXX. *cap.* 2. ſcribit de magia, *inteſtabilem, irritam, inanem eſſe.* Ita Tacitus *Annal. lib.* II. *cap.* 27. dicit, aliquem *facilem inanibus:* & Plinius quoque *Natural. Hiſtor. lib.* XXVIII. *cap.* 7. vocat magos vaniſſimum genus & magicas vanitates *lib.* XXX. *cap.* 1. ut adeo nihil mutem.

4. *Doctrina ſuperſtitionis*] Hæc ad Chriſtianos in genere pertinere vult Marq. Freherus *Paneg. lib.* 1. *cap.* 9. quod tamen non eſt certum: ſaltem cum Dioclet ianus eſſet Alexandriæ, anno CCXCVI. nondum cœperat perſecutio illa adverſus Chriſtianos, ut conſtat ex iis, quæ habet V. C. Ant. Pagi *Critic. Annal. Baron. ad ann.* CCXCVI. CCXCVII. & CCCII.

5. *Ordinare*] In edd. vett. eſt *ornare:* ſed quædam habent *ordinare:* quod extra dubium eſt rectum.

6. *Sunt, & multorum &c.*] Forte, *ſunt, ut multorum &c.*

7. *Deberet*] Lego *debet*, cum Pithœo.

8. *Maximi enim criminis eſt ſed tractare*] Recte pro *ſed tractare* Pithœus legit *retractare:* de more *ſuum ſtatum.* De re ipſa, & aliorum quoque ſimili ſtudio vetera ſervandi plura cumulat Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de long. conſuetudin.*

9. *Deterroribus*] Pithœus legit *deterioribus:* ſed in ed. Pariſ. Collationis eIo Io LXXXVI. eſt ad marginem *veterioribus*, quod non eſt damnandum. ſic modo de veteri religione dictum eſt, illam a nova non eſſe reprehendendam.

10. *Pravum*] Ad marg. ed. Pariſ. ejuſdem eſt *prave*, rectius.

11. *Conceſſa ſunt*] Hic quædam videntur excidiſſe, quæ ſine veteri libro non poſſunt reſtitui.

12. *Manichaeos*] Horum ſuperſtitionem damnatam quoque eſſe paganorum temporibus ſcribit Imp. Valentinianus *Novell. tit.* 2. idque vel hic locus evincit. Plura de his ex jure collegit Jac. Gothofredus *ad l.* 40. *Cod. Theod. de haretic.* ne de Eccleſiaſticis ſcriptoribus dicam.

non & civitatibus maxima detrimenta [13] inferere: & verendum eſt, ne forte, ut fieri adſolet, accedenti tempore conentur [14] execrandas conſuetudines, & [15] iſt. bas leges Perſarum innocentioris naturae homines [16] Romana gente modeſtam atque tranquillam, & univerſum orbem noſtrum [17] veluti venenis de ſuis malivolis infigere. Et quia omnia, quae pandit prudentia tua in relationem religionis illorum genera maleficiorum ſtatutis evidentiſſimorum exquiſita, & adinventa commenta, ideo eorum maenas, atque poenas debitas & condignas illis ſtatuimus. Jubemus namque auctores quidem ac principes una cum abominandis [18] ſcripturis eorum ſeveriori poenae ſubjici, ita [19] ut flammeis ignibus exurantur: conſentaneos vero, & uſque [20] ad eos contentioſos capite puniri praecipimus: & eorum bona fiſco noſtro vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honorati, aut cujuslibet dignitatis, vel majoris perſonae ad hanc inauditam, & turpem, atque per omnia infamem ſectam, vel ad doctrinam Perſarum ſe tranſtulerunt, eorum patrimonia fiſco noſtro adſociari facies: ipſos quoque Forenſibus, vel Proconenſibus metallis dari. Vt igitur ſtirpitus amputari [21] malis haec nequitiae de ſaeculo beatiſſimo noſtro poſſit, devotio tua juſſis ac ſtatutis tranquillitatis noſtrae maturius [22] obſecundare. Dat. prid. Kal. April. Alexandriae.

13. *Inferere*] Pithœus reponit *inferre*. Poſſet & legi *ingerere*.

14. *Execrandas*] Pithœus *per execrandas*, rectius.

15. *Iſtebas*] Pithœus legit *inceſtas*: nec aliter Caſp. Barthius *Adverſarior. lib.* XXIV. *cap* 20.

16. *Romana gente*] Pithœus commode reponit, *Romanam gentem*. Barthius haec & ſequentia, *modeſtam atque tranquillam*, delet *dict. loc.* tamquam a monacho ſequioris ævi profecta: ſed hunc nolim ſequi.

17. *Veluti venenis de ſuis malivolis infigere*] Barthius legit, *veluti venena de ſuis malis ovis infigere*. Melius Pithœus pro, *de ſuis malevolis infigere*, reponit *ſuis malevolis defigere*. De verbo *defigere* plura habuimus ad Pauli Sententias *lib.* V. *tit.* 23. §. 13.

18. *Scripturis*] De talium exurendarum more nonnulla invenientur dicta ad Paulum *Sententiar. cit. lib.* V. *tit.* 23. §. 18.

19. *Vt flammeis ignibus exurantur*] Magos quoque vivos exuſtos eſſe ſcribit Paulus *dict. loc.* §. 17.

20. *Ad eos*] Pithœus legit *adeo*.

21. *Malis*] Pithœus reponit *radix*.

22. *Obſecundare*] Idem addit *feſtinet*.

FRAGMENTORVM CODICIS GREGORIANI FINIS.

TITV-

Digitized by Google

TITVLI EX CORPORE HERMOGENIANI CODICIS.

TITVLVS I.

De Cauta, & Non Numerata Pecunia.

I. [a] Aurelius Alexio.

[1] Ex cautione non numeratae pecuniae non anni, sed [4] quinquennii ſpatio deficere, nuper cenſuimus. Scripta VII. Id. April. Syrmio, Caeſ. A. Coss.

INTERPRETATIO. *Secundum legem ex corpore Theodoſiano,* ſi certum petitur de chirographis, *quia de quinquennio habetur expoſitum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adjungendam, quae tempora, intra quae conteſtari convenit de cauta, & non numerata pecunia, id eſt, intra quinquennium, evidenter oſtendit.*

1. *Tituli ex Corpore Hermogeniani Codicis*] De hoc Codice dixi ad principium fragmentorum ex Codice Gregoriano. Primos duos titulos ſolos edidit Sichardus, reliqua ad finem uſque tituli *de ſucceſſionibus* primus vulgavit Cujacius Lugduni ciɔ Iɔ LXVI. Hauſta ſunt ea fere omnia ex veteri Conſultatione: ſed tamen ex Baſilicis & Papiano aliqua adjecit Editor Genevenſis: quod fieri & Cujacius ſibi curae fuiſſe indicat *Obſervation. lib. XII. cap. 35.* Ordinem titulorum reliqui, cum pauci ſint; quamvis non exiſtimem, illum eſſe genuinum. Libros hujus Codicis non citari ab illis, qui leges inde produxerunt, jam monuimus.

2. *Aurelius*] Inſcriptio hujus legis, & duarum ſub ſequentibus titulis non videtur eſſe ſincera. Nullus Imperatorum hoc nomine ſolo appellatus eſt absque cognomine. Leges autem omnes aliae in fragmentis hujus Codicis Diocletianum ac Maximianum habent auctores; quorum primus ceteroquin vocatur quoque C. Aurelius Valerius Diocletianus in duabus inſcriptionibus apud Gruterum p. CCLXXIX. & MLXXIX. ac poſterior quoque M. Aurelius Valerius Maximianus in nummis variis apud Franc. Mediobardum, & in inſcriptionibus apud Gruterum p. CLIX. p. CCLXXIX. & alibi. Subſcriptio etiam meminit *Syrmii*, pro quo hic legitur *Syrmii*. Urbs eſt Pannoniae, ex qua plurimas conſtitutiones ab his Principibus emiſſas eſſe docent hae ipſa fragmenta, ac Codex Juſtiniani, veluti *l. 19. l. 24. l. 25. C. de pact. l. 19. l. 24. l. 39. C. de tranſactionib.* & aliae tales paſſim occurrunt, ubi quoque ſcriptum eſt *Syrmii*. nec aliter Strabo, Plinius, Stephanus, aliique eam urbem appellant.

3. *Ex cautione*] Legendum eſt *exceptionem* recte notatum eſt ad marginem ed. t. Lugd. Pariſ. & Genev.

4. *Quinquennii*] Meminit Juſtinianus qui mutavit hoc in biennium *cit. Inſt. de litterar. obligationib. l. 14. C. de non numerat. pecun.*

Digitized by Google

TITVLVS II.

Ex delictis defunctorum quemadmodum conveniantur ſucceſſores.

I. Aurelius Ennio Saturnino.

Licet ante litem conteſtatam defuncto eo, qui ex proprio delicto conveniri potuit, ſucceſſores non [2] poſſint poenali actione conveniri, [3] tamen hos etiam in tantum, quantum ad eos pervenit, teneri, ne ſcelere ditentur alieno, certiſſimi juris eſt. Auditis itaque partium allegationibus, V. C. Proconſul provinciae Africae, amicus noſter, in pronunciando formam juris ſequetur. Scripta VII. Kal. Octobr. Syrmio, Aug. Coss.

INTERPRETATIO. *Haec lex praecipit, ut* [4] *in criminalibus cauſis, ſi quis antequam moriatur, non fuerit de facti ſui ſcelere conventus, atque convictus, ſi poſt ejus obitum, quod ab eo cum poena reddendum erat, apud ſucceſſores ejus fortaſſe repertum fuerit, hoc tantum ab heredibus reddendum, quod ad eos cognoſcitur perveniſſe. Ceterum in tali re heredes nec ad poenam, nec ad aliam quamcunque ſatisfactionem tenentur obnoxii.*

1. *Licet ante litem conteſtatam &c.*] Similis argumenti eſt *l. un. C. hoc tit.* quae eſt Impp. Diocletiani & Maximiani, quorum hanc quoque eſſe videri, monui *ad tit. praced.* Hanc vero legem, quae in edit. Sichardi eſt depravatiſſima, ita fere, uti hic habemus, reſtituit Cujacius *ad l. quod diximus, 16. D. quod quisq. cauſ. geſt. erit.* ac vulgavit in ed. Lugd. Exponit quoque dictam legem unicam *ad cit. l. quod diximus, ut & in Paratitl. ejusd. tit. Cod.* & in poſteriori loco hanc totam quaeſtionem pertractat.

2. *Poſſint*] Cujacius *ad allog. l. quod diximus* legit, *potuerint.*

3. *Tamen hos etiam in tantum, &c.*] Hoc ita eſſe conſtitutum ſcribit Vlpianus *l. 5. pr. D. de calumniatorib.* idque maximae eſt aequitatis.

4. *In criminalibus cauſis*] Hic de delicto quidem agitur, ſed tantum civiliter.

TITVLVS III.

[1] *De Jure Fiſci.*

I. Aurelius Ennio Lucello, & Marco Severiano.

Si pro poſſeſſione Titi Claudi vos [2] debita fiſcalia [3] exſolviſſe conſtat, veſtram eſſe poſſeſſionem notiſſimi juris eſt. Ideo V. C. Proconſul, ſi partium

1. *De jure Fiſci*] Titulus hic, ac lex ſub eo poſita a Cujacio ſunt luce donata Lugduni CIↃ IↃ LXVI.

2. *Debita*] Per *debita* videntur intelligi tributa, quae ſaepe hoc nomine appellantur, *l. 2. l. 3. l. 7. Cod. Theod. de exactionib.* (Plurima cumulavit Jac. Gothofredus *ad l. 6. Cod. Theod. de diverſ. reſcript.*) idque ſequentia verba indicant.

3. *Exſolviſſe*] Ad quod olim poſſeſſores alii ditiores poterant conveniri, expediendi negotii cauſa, *l. 5. pr. D. de cenſib.* quod poſtea vetitum eſt, *l. 22. l. ult. C. de omn. agr. deſert. lib. XI. l. un. C. ut null. ex vicar. pro alien. vicanor. debit. teneat. lib. XI. l. 4. C. de exſecutorib. & exactorib. lib. XII.* Reductum tamen hoc & deinceps in Oriente; & vocatur ἀλλαγγυον, de quo videndus Eruditiſſimus Du Cange *Gloſſar. med. & inſim. Graecitat.*

4. *Anſa-*

Digitized by Google

partium vestrarum allegatione solutam [4] ansariam pro aliena re cognoscit, ut tradat vobis hanc ipsam cum fructibus rem, aequitatis ratione provisum est. Scripta X. Kal. Mar. Syrmio.

4. *Ansariam*] Genus tributi *ansarium*. In veteribus inscriptionibus vocari *ansarium* docet Cujacius *Observation. lib. XIV. cap. 3.*

TITVLVS IV.

[1] *De Pactis, & Transactionibus.*

I. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. [2] Sebastiano.

[3] Neque ex nudo pacto nascitur actio: [4] neque si contra bonos mores verborum intercessit obligatio, ex his actionem dari convenit, & reliqua. PP. IV. Kal. Jun. iisdem Coss.

II. Iidem AA. Flavio Rumitalo, inter caetera, & ad locum.

[5] Pactum neque contra bonos mores, neque contra leges emissum valet, & reliqua. PP. [6] iisdem AA. Coss.

III. Iidem AA. & CC. [7] Zotiano Antonino.

[8] Pacto transactionis exactio judicati non tollitur: unde si pater tuus condemnatus judicio, post transegit, & solvit, solutione magis, quam transactione tuum defende negotium, & cetera. PP. XVIII. Kal. Jan. iisdem [9] AA. Coss.

Imp. A.

[10] SVMMA. *Haec lex irritam facit transactionem habitam de conditione servili, hac, scilicet, ratione, ne si aliter constituatur, & revera servus sit is, cum quo transactum est de liberali causa,* [11] *eveniat, ut inter servum & dominum habita transactio rata sit, quod jus non patitur.* EX SCHOLIIS BASILICORVM AD L. VLT. COD. DE TRANSACTIONIB.

[12] Imp.

1. *De Pactis, & Transactionibus*] Titulus hic, & leges sub hoc titulo tres sunt desumptae ex vetere Consultatione.

2. *Sebastiane*] Ad hunc, vel alium ejusdem nominis rescripsere hi ipsi Principes *l. 24. C. de liberal. caus.*

3. *Neque ex nudo pacto nascitur actio*] Idem scribit Paulus *Sententiar. lib. II. tit. 14. §. 5.*

4. *Neque si contra bonos mores &c.*] Adde *l. 26. l. 125. D. de verbor. obligationib.*

5. *Pactum neque contra bonos mores*] *L. 2. l. 7. l. 15. Cod. Gregorian. hoc tit.*

6. *Iisdem*] In Consult. est. *Id.*

7. *Zotiano*] Ibid. *Zenxiano.*

8. *Pacto transactionis exactio judicati non tollitur*] Confer *l. 3 Cod. Gregorian. hoc tit.* & ibi nostra.

9. AA COSS.] Hisce in edd. Lugd. Paris. Genevensi subjiciuntur ea, quae habuimus in fragmentis Codicis Gregoriani *l. 12. l. 14. l. 15. hoc tit.* quae tamen satis clare Consultatio adscribit Codici Gregoriano; in cujus reliquiis cum hae leges extient, eas hoc loco repetere supervacuum fore existimavi. Magis huc pertineret lex, quae est secunda in titulo hujus Codicis *de successionib.* quae, etsi talia contineat, quae ad illum titulum spectent, alia tamen in ea potuerunt esse cauta, quae vellent eam hic collocari: & est tantum particula constitutionis majoris, ut indicant illa, *inter cetera, & ad locum.*

10. SVMMA. *&c.*] Retinui ex ed. Genev. rejectis illis, quae postea ex interpretatione hujus legis inducta esse narrant Scholia Basilicôn, ut idem esset juris in transactione cum adscriptitiis. Abrogatur hoc jus *l. ult. C. de transactionib.*

11. *Eveniat, ut inter servum & dominum &c.*] Contra *l. 13. C. de transactionib.* Agit hac de re Cujacius *Observat. lib. XII. cap. 25.*

12. SVM-

Digitized by Google

* Imp. A. * desiderantur verba rescripti.

[12]SVMMA. *De successione viventium sua, vel aliena neminem pacisci posse, nec hujusmodi scripturam nomen pacti legibus vindicare.* EX PAPIANO RESPONSOR. TIT. XXXVIII.

12. SVMMA. *De successione viventium*] Sic ed. Genev. Simile habuimus ad finem hujus tituli in Codice Gregoriano: ex utroque enim Codice hæc producit Papianus.

TITVLVS V.

De Calumniatoribus, & plus petendo.

I. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aurelio Dextro, inter cetera, & ad locum.

Si tutor, vel curator plus petierit, [2]causa cadit. quod cum factum esse dicas, frustra a nobis remedium quaeris, quia te ratio juris impugnat. PP. IV. Id. Dec. Nicomedia, Constantio & [3]Maximo Coss. CCXCIV.

II. Idem AA. & cc. Claudio Menandro.

Quotiescunque [4]ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo petitor cogitur specialiter [5]genus litis edere, ne plus debito, aut eo, quod competit, postuletur. Sive itaque fideicommissum, sive fundus, sive pars fundi, sive domus, sive pars domus, sive debitum, aut quodcunque petatur, specialiter designari debet petitionis summa, vel quantitas, cum genus litis editur. Si quis igitur [6]plus ab eo, quod ei competit, vel debetur, petierit, rem & causam, de qua agitur, perdit. Plus enim petitur, sicut responsis prudentum continetur, summa, loco, tempore, causa, [7]qualitate, aestimatione. Vnde istius lege rescripti excipe adversarium apud judicem competentem: quem si judex plus petiisse perspexerit, extinctis adversarii tui petitionibus, pro partibus tuis sententiam dicet. PP. Mediolano, XII. Kalen. April. Tusco & [8]Aquilino Coss. CCXCV.

III.

1. *De Calumniatoribus, & plus petendo*] Hic titulus quoque, & sequentes, qui præcedunt titulum *de deposito*, cum legibus iis subjectis, sunt hausti ex veteri Consultatione. De calumniatoribus etiam Paulus in Sententiis agit titulo speciali, ut & de plus petendo.

2. *Causa cadit*] Hoc quoque Paulus docet *Sententiar. lib.* I. *tit.* 10. ubi plura notata sunt. Minoribus ipsis tamen hoc modo læsis indultam fuisse in integrum restitutionem docet Imperator §. 33. *Inst. de actionib.* At si minor non id remedium eligeret, sed a tutore, vel curatore indemnitatem exigeret, id ei licuit, *l.* 3. *l ult. C. si tut. vel curat. intervener.* Nec hic tutori vel curatori remedium suppetit, ne hoc damnum præstent.

3. *Maximo*] Lege *Maximiano*, nempe, Galerio Maximiano.

4. *Ordinatis actionibus aliquid petitur*] Intelligit judicia ordinaria, quæ per actiones ordinantur, ut dicitur *pr. Inst. de public. judic.* judice & formula datis: atque ita præparantur, quod explicat Cujacius *Paratitl. tit. C de confertib ejusd. lit. Observation. lib. XVIII. cap.* 23. & Janus a Costa *ad d. pr. Inst. de public. judic.*

5. *Genus litis edere*] Et speciem litis futuræ demonstrare, *l.* 3. *C. de edend.*

6. *Plus ab eo, quod si &c.*] Rectius abesset vi *ab.*

7. *Qualitate, æstimatione*] Hæc sunt interpretatio verbi *causa:* quatuor enim tantum modi sunt plus petendi, §. 33. *Inst. de actionib.*

8. *Aquilino*] Scribendum *Anulino*, ut *l. ult. Cod. Gregorian. de nupt.* & sæpe alibi.

9. *Tibi*

Digitized by Google

III. Idem AA. Quintiano.

[9]Tibi magis, quam adverſario, qui per calumniam petit, contra quem ſupplicas, judicio tutelae convenit excipere actionem, ad quam reſpondere debes: quippe, ſi per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromiſſionis initio poſtulatae, [10]calumniae [11]decimae partis ejus, quod petit, tibi condemnari eum deſiderare potes. Dat. XI. Kal. Nov. AA. COSS.

9. *Tibi magis, quam adverſario, qui per calumniam &c.*] Ita haec repraeſentata ſunt in veteri Conſultatione, in optimis editionibus operum Cujacii: verum in Pariſ. ejus I. LXXXVI. eſt *ſupplicas, contra quam*: & in fine illic legitur *competit tibi*.

10. *Calumnia*] Actione, ſcilicet, de qua agit & Cujacius *Obſervation. lib.* VII. *cap.* 5.

11. *Decimae partis*] Sic habet Conſultatio vetus. Cujacius *Obſervation. lib.* VII. *cap.* 5. reponit, *in decimam partem*: quod valde placet. Meminit decimae Imperator §. 2. *Inſt. de pan. temer. litigant.* ubi illam docet in uſu non fuiſſe ſuo tempore: at reduxit eam *Novell.* CXII. *cap.* 2. & non ſatis hodie eſt repromiſſio, cujus hic fit mentio, ſed ſatisdatio ordinarie deſideratur. Legi digna ſunt quae de decima in litteras retulit Praeclarus Vir, Hier. Bignonius ad *Marculf. Formul. lib.* I. *cap.* 22.

TITVLVS VI.

[1]*De Donationibus.*

I. Impp. Dioclet. & Maxim. [2] AA. Septimio Sabiniano.

Cum de bonis tuis partem quidem [3] tertiam penes te retinuiſſe, partem vero tertiam in eum, quem [4]tu in poteſtate [5] habebas, [6] ac tertiam in emancipatum donationis titulo contuliſſe commemores, non eſt juris incerti, in eum [7] quidem, qui in ſacris familiae tuae remanet, [8]deſtinationem magis paternae voluntatis factam, quam [9]perpetuam donationem perveniſſe: nec in emancipatum translatam, ſi generaliter [10] eidem partem tertiam bonorum donaſti, [11]quia generaliter bonorum portio donari non poteſt, [12] cum ſingulae

1. *De Donationibus*] Sic habent edd. omnes horum fragmentorum, negleto eo, quod additur in veteri Conſultatione, *inter virum & uxorem*: quo ſine haec leges non pertinent.

2. A A. *Septimio Sabiniano*] Inſcriptio *l.* 11. *Cod. hoc tit.* ubi lex haec majori ex parte exſtat, ſed multis reciſis, quibuſdam mutatis, talis eſt, AA. & CC. *Sabino*.

3. *Tertiam*] Omiſſum in *d. l.* 11. & mox iterum.

4. *Tu*] Hoc verbum addidi ex veteri Conſultatione. abeſt a *d. l.* 11.

5. *Habebas*] Ibid. *habet*.

6. *Ac tertiam in emancipatum*] Et haec illic ſunt praetermiſſa: quia quod huic donationi obſtare in ſequentibus dicitur, quod pars bonorum non poteſt donari, hodie non eſt vetitum, *l.* 35. §. 4. *C. hoc tit.* ac hodie etiam ad donationem opus tantum voluntate bene declarata, §. 2. *Inſt. l.* 35. §. *ult. C. hoc tit.*

7. *Quidem*] Abeſt a *d. l.* 11.

8. *Deſtinationem magis paterna voluntatis, &c.*] Illuſtrata haec ſunt in notis ad Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit.* 11. §. 3.

9. *Perpetuam*] In *d. l.* eſt *perfectam*. Reliqua poſt *perveniſſe* illic reciſa ſunt.

10. *Eidem partem*] Sic edd. omnes horum fragmentorum. In Conſultatione tamen eadem edd. habent, ut & aliae, *eidem patri*, minus bene.

11. *Quia generaliter bonorum portio donari non poteſt*] In Conſultatione editum eſt, *q. g. b. portionem donare non poſſe*: vel, ut in Pariſ. *q. g. b. portionem donari non poſſe*. Sed quod ad rem, idem oſtendit *l.* 2. *hoc tit.* Verum videtur inter parentes & liberos donatio partis bonorum licita fuiſſe, cum inter illos nec mancipatio ad donationem, nec in jure ceſſio exigeretur, ſed ſufficeret conſenſus, auctore Paulo *Sententiar. lib.* IV. *tit.* 2. §. 11. qui eo quoque reſpicit *lib.* V *tit.* 11. §. 4. idque ex Divi Pii conſtitutione, quae laudatur *l.* 4. *Cod. Theod. hoc tit.* ac exemplum parentis, qui liberis cedit omnibus ſuis bonis, invenitur apud Gruterum *Inſcription. p.* lo CCCLXXX. 3. his verbis:

gulae res nominari debeant, quae donatione, [13] mancipatione, vel in jure ceſſione transferuntur, [14] & reliqua. Dat. prid. Kal. [15] Maji, Heraclea, ipſis AA. COSS.

II. Iidem AA. Cretiano Maximo.

[16] Nec venditio donationis cauſa bonorum omnium valet: ſed rerum ſingularum nominatim donatio facta capit effectum, & cetera. Dat. VIII. Kal. Jan. Caeſaribus COSS.

III. Iidem AA. & CC. Aurelio Altino, inter cetera, & ad locum.

[17] Codicillis autem ſine teſtamento legatum nec adimi, nec dari poteſt. Dat. ſub die VIII. Kal. Jan. Nicomedia, CC. COSS.

MARVLLO. ANTIOCHO. HELENAE. TERTVLLIANAE. P. MARVL. PAT. VIVENS. BONIS. CESSIT. PARTE. SIBI. QVOAD. VIXER. RETEN. ETC.

at hæc lex dubium facit, an conſtitutio Divi Pii tunc obtinuerit.

12. *Cum ſingulae res nominari debeant*] Conferatur Vlpianus *tit. 19. §. 6. & 11.*

13. *Mancipatione*] In Conſultatione editum eſt *emancipatione.*

14. *Et reliqua*] In *d. l. 21.* hæc addita. *Delegationes autem nominum in emancipatum collata perficiant donationem actionum officiunt.*

15. *Maji, Heraclea, ipſis* AA.] In d. l. *Maji* CC. *Coſſ.*

16. *Nec venditio*] Imaginariam intelligit: nam fit donationis cauſa. De donatione dictum *l. prae.*

17. *Codicillis autem ſine teſtamento &c.*] Adde Vlpianum *tit. 24. §. 1.* & ibi notata, & §. 29.

TITVLVS VII.

Ad Exhibendum.

I. Impp. Diocl. & Maxim. AA. Aurelio Diogeni.

[1] Nimis grave eſt quod petitis, urgueri adexhibitionem partem diverſam eorum, [2] per quos ſibi negotium fiat. unde intelligitis, quod intentionis veſtrae proprias adferre debetis probationes, [3] non adverſum ſe ab adverſariis adduci. PP. Kalend. Mai. AA. COSS.

1. *Nimis grave eſt &c.*] Similia habemus *l. 2. l. 4. C. de edend.*

2. *Per quos*] Mallem *per quae.*

3. *Non adverſum ſe ab adverſariis adduci*] Forte quid excidit, & ſcriptum fuit, *non patere, ad ſ. a. a. adduci.*

TITVLVS VIII.

Vbi agi debeat.

I. Impp. Diocl. & Maxim. AA. Flavianae, inter cetera, & ad locum.

[1] Quaecunque ad te pertinentia detineri dicis ab his, quorum meminiſti, vel probaveris tibi deberi, Praeſes provinciae reſtitui providebit. PP. VII. Id. Jan. AA. COSS.

1. *Quaecunque ad te pertinentia &c.*] Hæc ita leguntur in veteri Conſultatione: ac, ut indicat inſcriptio, excerpta ſunt ex conſtitutione majori. Edd. Lugd. & Pariſ. habent, *quae detineri dicis:* & dein eadem, nec non Genev. *probaveris, vel tibi deberi,* ſatis commode: at verba in contextu non duxi mutanda, cum haec non ſint plane certa: ac, quae hic habemus, pendent forte ex praecedentibus, quae intercideruntur.

TITV-

TITVLVS IX.

De Inſtrumentis.

1. Impp. Diocl. & Maxim. AA. Julio Pancratio, inter cetera, & ad locum.

Omiſſis itaque iſtiuſmodi moris, ſi intentionem ſuam incipiat adverſarius tuus implere, praeſcriptionibus temporis, vel alterius [1] & tu cauſam magis tuam defende, habens [2] ſecuritatem victoriae, ſi quod intendit adverſarius tuus, probationibus implere non poſſit. PP. DD. Diocletiano V. & [3] Maximiano AA. coss. CCXCIII.

1. *Et tu*] Aſteriſcum ante hæc habet ed. Lugd. quo rectius aliæ carent.

2. *Securitatem victoriæ*] Ita recte legitur in ed. Pariſ. & veteri Conſultatione: ſaltem in iis exemplaribus, quæ ego inſpexi. In Lugd. & Genev. ſine ſenſu legitur, *ſecuritatem victoria eſt*.

3. *Maximiano*] Excidit I V. ſive *quartum*.

TITVLVS X.

De Teſtamentis.

1. Impp. Diocl. & Maxim. AA. Aurelio Secundino, optioni, inter cetera, & ad locum.

[1] Scripturam, quae nec jure, nec legibus conſiſtit, nec a nobis confirmari convenit: quippe [2] cum beneficia citra cujuſquam injuriam petentibus decernere minime ſoleamus. PP. VII. Kal. Novemb. Martianopoli, cc. Coss.

1. *Scripturam*] In Conſultatione eſt *ſcriptura*: & dein, *nec a nobis hanc*: quod potuiſſet relinqui, cum & hic præcedere potuerint, poſt quæ hæc fuerint ſecuta, ut ſi ſcriptum fuerit, verbi gratia. *Si talis ſit ſcriptura, &c.*

2. *Cum beneficia citra cujuſquam injuriam &c.*] Senſus apertus, Imperatores beneficia petentibus quidem dare, ſed ſine cujuſquam injuria: quale quid legimus *l. 2. §. 10. D. ne quid in loc. public. vel itiner. fiat*: nec aliter hi ipſi Impp. *l. 4. C. de emancipationib. liberor.* ut adeo vel pro *citra* legendum ſit *in*: vel illud *minime* inducendum.

TITVLVS XI.

De Succeſſionibus.

1. Impp. Diocl. & Maxim. AA. [1] Aurelio Aſterio, inter cetera, & ad locum.

Si

1. *Aurelio Aſterio*] Horum ipſorum Imperatorum reſcriptum exſtat ad Haſterium *l. 8. C. de petition. hereditat.* quem eumdem eſſe forte, ad quem reſcriptum eſt *l. 4. C. commun. de ſucceſſionib.* notavit Vir Ampliſſimus, Corn. van Bynkershoeck, *Obſervation. lib. III. cap. 7.* qui recte monet, idem nomen interdum cum adſpiratione, interdum ſine ea ſcribi. Imo & Charondas in *d. l. 8* edidit *Aſterio*. Addit Vir Præclarus, & in inſcriptione *l. 27. C. de libral. cauſ.* videri legendum *Aſterio* pro *Auſterio*, recte, ut puto: nec aliter habet editio Baſilicenſis anni CIↃ CCCCLXXXVII. Quin & illæ tres leges, ſi non ſint conjungendæ, ac partes unius reſcripti, (cui obſtat, quod in die levis ſit diverſitas in ſubſcriptione *d. l. 8. & d. l. 4.*) eodem ſaltem collimant, ut & *d. l. 27.* quæ ſubſcriptione caret. agunt, videlicet, de ſucceſſione in bona hominis, de cujus ſtatu erat, vel fuerat quæſtio, liberne, an ſervus fuiſſet. Quæ hic legimus, ea eſſe particulam

Digitized by Google

Si secundum Edicti formam testamentum signatum exstitit, bona, quae cum moreretur[2] auctor tuus, ejus fuerunt, solenniter[3] petis, & reliqua. PP. III. Kal. Apr. Sirmio, CC. Coss.

II. Iidem AA.[4] Eusebio, inter cetera, & ad locum.

[5]Manifesti atque evidentis juris est, antequam[6] cerneret, vel pro herede gereret, vel bonorum possessionem[7] peteret, [8]defuncto successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. [9] X. Kal. Mart. iisdem AA. COSS.

majoris constitutionis, indicant verba sequentia inscriptionis: ac subscriptio a subscriptione *l. 8. C. de petition. hereditat.* non differt, nisi quod hic scriptum sit IV. illic III. omissa loci mentione: ut alterutro in loco videatur erratum in numero, & haec lex cum illa esse conjungenda: nec non *d. l. 27.* ac forte simul de statu & de hereditate petenda ex testamento rescriptum fuit.

2. *Auctor*] Ita habent edd. horum fragmentorum, quas habeo, omnes: at Consultatio vetus *actor*. Sed *auctor* hic recte legitur: ac est is, a quo ad nos aliquid pervenit. Alibi quoque hoc verbum ita mutatum esse, notatum est a Cujacio *ad Paul. Sententiar. lib.* V. *tit.* 22. §. 1.

3. *Petis*] Malim *pete*: nisi tamen hoc verbum construendum fuerit cum aliquibus praecedentibus, quae non habemus.

4. *Eusebio*] Eidem, vel alii hoc nomine hi ipsi Imperatores rescribunt *l. 8. C. de actionib. empt.* Haec lex est particula plenioris rescripti, ex quo aliqua servata sunt in *l. 7. C. de jur. deliberand.* Plura vero illud continuit: atque in veteri Consultatione dicitur haec particula esse hausta ex titulo *de pactis & transactionib.* quod si verum sit, alia quoque simul continuisse tota constitutio debuit.

5. *Manifesti atque evidentis juris est*] In *d. l. 7.* aliqua praecedunt: & scriptum est pro his, *manifestum atque evidens est.*

6. *Cerneret, vel*] Omissa haec in *d. l. 7.* ob *l. 27. C. eod. tit. de jur. deliberand.* ubi jus cretionis aboletur.

7. *Peteret*] *Admitteret d. l. 7.*

8. *Defuncto*] In Paris. est *defunctum*. In Consultatione *defuncta*. In *d. l. 7.* scriptum est *defuncti successionem*, nempe fratris, cujus mentio praecesserat, & post quem erat mortua soror, non quaesita hereditate, vel bonorum possessione; adeoque illam ad Eusebium fratrem quoque suum non potuerat transmittere, *l. un. §. 5. C. de cadue. tollend.* quod satis bene se se habet.

9. X.] Abest a *d. l. 7.*

TITVLVS XII.

[1]*De Deposito.*

I. [2]Idem Augustus Caesar Fl. Munatio.

Eum, qui suscepit depositum, dolum, non etiam casum praestare certi juris est. Cum itaque proponas, ignis vi quaedam cremata de his, quae tibi fuere commendata, nec ullum dolum in subtrahendis rebus adhibitum, Rector provinciae nihil contra juris rationem fieri patietur. [3]Et quoniam nec tu

1. *De Deposito*] Hunc titulum cum legibus ei subjectis hoc loco posuit Editor Genevensis. Desumpta vero haec omnia sunt ex Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit.* 10.

2. *Idem Augustus Caesar*] Tres hae leges eosdem habuere auctores, adeoque Diocletianum & Maximianum, quibus lex ultima adscribitur *l.* 10. *C. depositi.*

3. *Et quoniam nec tu quereris moras*] Videtur hoc rescriptum directum esse ad dnos, inter quos de deposito erat controversia, vel lis. Priora pertinent ad depositarium, haec ad deponentem: docentque, hunc non conqueri de mora a depositario commissa, quae alioquin periculum transfert in moratorem, si res tali modo apud depositarium perierit, quo apud deponentem non fuit peritura: quod post acceptum judicium etiam obtinet. *l. 12. §. ult. junct. l. 14. §. 1. D. depositi.* cui aequiparatur mora, *ex l. 23. D. de verbor. obligationib.* quae periculo quoque alias moratorem solet subjicere.

4. Va-

Digitized by Google

tu quereris moras, adhibita[4] varietate, negotium inter vos ortum ſecundum juris ordinem ſua ratione decidetur. Subſcripta VIII. Kal. Jul. Serdica, Auguſtis[5] Caeſaribus.

II. Auguſtus & Caeſar Fl. Aurelio Attenico Andronico.

Eos, penes quos veſtem, & argenti materiam depoſuiſſe proponis, apud Rectorem provinciae convenit interrogari. Quod ſive teneant, ſive dolo fecerunt, quominus poſſint reſtituere, ſecundum bonam fidem tibi ſatisfacere compellet. Subſcripta VI. Kal. April. Syrmi, Caeſſ. Conſſ.

III. Auguſtus & Caeſares Aurelio, & Euſtatio, & Dioſimo.

Is, qui depoſitum ſuſcepit, ultra dolum, ſi non aliud ſpecialiter convenit, praeſtare nihil neceſſe habet. Cujus memor juris Rector provinciae, partium allegationibus auditis, pro ereptorum qualitate ſua ordinabit ſententia. Subſcripta XIV. Kal. Nov. [6] Appiaria.

IV. Auguſtus & Caeſares[7] VII. & Quadrat.

Ille, qui [8] dolo malo depoſitum non reſtituit, ſuo nomine [9] conventus, ad ejus cum infamiae periculo reſtitutionem urguetur. [10] Scripta Id. Dec. Nicomedia, &c. Conſſ.

4. *Varietate*] In margine ed. Pariſiensi is LXXXVI. eſt *veritate*, quod meliorem refert ſenſum.

5. *Caſaribus*] An ſcriptum fuit *Coſſ.* unde factum *Caſſ.*

6. *Appiaria*] Moeſiae inferioris, ſive Secundae, oppidum eſt ad Danubium, cujus meminit Notitia Imperii *ſectione. 29.* Hierocles *Synecdem.* In tabula Peutingeriana ſcriptum eſt vitioſe, *Appiaris*. Afteriſcus cur hic ſit poſitus, non video: ideoque illum removi.

7. *VII.*] In inſcriptione *l. 10. C. de depoſit.* ubi hoc reſcriptum etiam invenitur, ſcriptum eſt *Septima*, pro quo edit. Cuiacv. hic habet *Septimio*, quo modo Pithoeus legit *ad Collation. Moſ. & Rom. legg. tit. 10.* & Charondas notat ad *d. l. 10.* quaedam exemplaria habere *Septimio*. Reliqua ab inſcriptione *d. l. 10.* abſunt.

8. *Dolo malo*] Haec non extant in *d. l. 10.* pertinent tamen ad rem.

9. *Conventus*] In *d. l. 10.* additum eſt, *& condemnatus*. Verum condemnatus non reſtituit cum exiſtimationis periculo, ſed jam ſtatim in infamiam incidit, *§. 2. Inſt. de pan. temer. litigant. l. 1. D. de his qui notant. infam.*

10. *Scripta &c.*] Abſunt a *d. l. 10.*

TITVLVS XIII.

De Nuptiis.

IMPP. Diocletianus & Maximianus AA. Fl. Flaviano.

[1] His, qui inceſtas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis ſubjiciantur, ita demum clementia Principum ſubvenit, ſi, poſteaquam errorem ſuum reſcierint, illico nefarias nuptias diremerint. Prop. Id. Mar. [2] & Diogene Conſſ.

1. *His, qui inceſtas &c.*] Hanc legem habuimus in fragmentis Codicis Gregoriani ſub hoc ipſo titulo, ubi aliquid notatum eſt. Sed illic in ſubſcriptione alius dies & menſis, aliique Conſules; quod notavit Auctor Collationis Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 6.* Potuit autem ſaepius tale quid reſcribi, quale hic habemus. At ſi ad eumdem utrobique reſcriptum ſit, quod videtur illic indicari, erratum aliquod fuit, vel Compoſitoris alterius Codicis, vel librariorum.

2. *Et Diogene*] Legendum *Tiberiano II. & Dione*, anno CCXCI.

TITVLVS.
De Pigneribus.

I. Impp. Diocletian. & Maximianus AA. ad Viventium Herennium Antigonum.

Deſiderantur verba hujus conſtitutionis.

II. Iidem Impp. ad Septimium.

Deſiderantur & hujus.

SVMMA. *Debitor ſolutionem differens poteſt ad ſatisfactionem pignerum* [1] *uſurpatione compelli:* [2] *quod tamen ſine ſententia judicis facere non licebit.*

III. IMP. * A. * Deſiderantur & hujus.

[3] SVMMA. *Oblato debito, vel depoſito, pignus a creditore ſine dilatione reddendum eſt.*

IV. IMP. * A. * Deſideratur.

SVMMA. *Obligatis cautione mancipiis, debitor promiſit, ſe uſuras praeſtaturum. Ea mancipia creditor* [4] *intra ſtatutum tempus de domo debitoris abduxit: operas ſpecialiter imputare neceſſe habebit.* SVNT EX PAPIANO RESPONS. TIT. XVI.

1. *Vſurpatione*] Hoc eſt, *ablatione.*

2. *Quod tamen ſine &c.*] Videri ad hæc poterunt notata ad Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 26. §. 3.*

3. SVMMA. *Oblato debito &c.*] Hoc omiſerat Genevenſis Editor, cum tamen Papianus clare doceat, hoc eſſe ex eodem titulo, ex quo id, quod præceſſit. Habemus vero id, quod hic traditur, in *l. 11. C. de pigneratit. action.*

4. *Intra ſtatutum tempus de domo debitoris abduxit.*] Hic ergo peccatum ante tempus abducendo, & quidem ſine judice, *d. l. 11. C. de pignerat. action.* de quorum poſteriori actum quoque *l. 1.*

TITVLVS.
De eorum contractibus, qui alieno juri ſubjecti ſunt.

IMP. * A. **

Deſiderantur verba hujus conſtitutionis.

SVMMA. [1] *Nec ſervus, nec colonus peculium ſuum diſtrahere poteſt. inſuper emptor furti actione tenetur.* EX PAPIANO RESPONSOR. TIT. XVI.

1. *Nec ſervus, nec colonus &c.*] Non plura ex hoc Codice & titulo citat Papianus, quæ etiam confirmat auctoritate *l. un. Cod. Theod. ne colon. inſci. domin. fu. alien. pecul. vel lit. infer. ei civil.* Genevenſis Editor præmiſit hic omnia, quæ Papianus habet *Reſponſor. tit. 16. verſ. filiusfam.* quæ tamen non dicuntur hinc hauſta fuiſſe.

TITVLVS.
De Jurejurando.

IMP. * A. * Deſideratur.

SVMMA. [1] *Sacramenti ordo notatis infamia denegatur.* EX PAPIANO RESPONSOR. TIT. XXV.

1. *Sacramenti ordo*] Vide dicta ad Fragmenta Codicis Gregoriani *hoc tit.*

TITVLORVM EX CORPORE HERMOGENIANI CODICIS FINIS.

MOSAI-

Digitized by Google

MOSAICARVM
ET
ROMANARVM LEGVM
COLLATIO,

Ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaji, Modeſtini, aliorumque veterum Juris Auctorum libris ante tempora Juſtiniani Imp. deſumpta,

Cum Notis PETRI PITHOEI,
J. C.

Quibus ſuas addidit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS,
J. C.

Digitized by Google

CLARISSIMO ATQVE AMPLISSIMO

VIRO

CHRISTOPHORO THVANO CELIO,

Equiti, Regni Curiae Praesidi Primario, & Sacri Consistorii Senatori,

P. PITHOEVS S.

Cur has ad te veterum Juris auctorum Reliquias ultro deferam, non una causa est, Praeses Amplissime, sed ea maxime justa, quod quae nonnullis fortasse contra Justiniani Principis interdictum in lucem prolatae videbuntur, eas oportuit sanctiore aliquo nomine defendi adversus ingratissimorum hominum aut calumnias, aut ineptias: qui vel dissimulant, vel nesciunt, ab illo quidem comparationem modo & in judiciis recitationem apud suos prohibitam; nos vero Romanarum Legum Majestatem sic comiter conservare, ut tamen illis nihil in nos licere patiamur, nisi quod earum rationi & aequitati non auctoritati & sanctioni concedimus. Cujus vero ad hanc defensionem augustius nomen eligi potuit quam tuum? quo demum Praeside purior haec Jurisprudentia usu fori recepta est, quique juris nostri in summo isto Galliae tribunali ita clavum tenes, ita regis, ut, quod ille olim vir maximus, tu σῶμα Senatus & quodammodo ἔμψυχος νόμος non immerito dici possis. Sed est & quod tu jure quodam tuo virilem tibi portionem vindicare queas in nostris omnium operis, quarum Patronus es summus, aut potius Pater, quando tibi pietatis, quam potestatis nomen, gratius esse summa tua humanitas non obscure suadet. Accessit & illa paternae quondam erga te observantiae recordatio, qua te nuper non leviter affectum sensi, cum patriae nostrae Historiae particulam ea fronte

Digitized by Google

exciperes, ut familiaris atque etiam amici quondam tui os, oculos, vultum, illam denique naturae similitudinem in filio non inlubenter recognoscere videreris. Quae res, ut verum fatear, animum sic accendit meum, ut abeo tempore optarim semper illum mihi diem dari, quo & benignitati tuae aliqua saltem ex parte respondere, & genere quodam officii testari possem illam me paternae in te reverentiae hereditatem non tam crevisse, quam continuatione quadam animi retinuisse. Accipies igitur hoc ab homine tibi tuisque virtutibus addictissimo munus, non magnum illud quidem, sed tale tamen, quale tibi & per te publicae utilitati hoc tempore praestare potuit: majora fortasse aliquando praestaturus, si quem illi Deus boni civis animum erga Rempublicam dedit, eum ipse pro sua singulari clementia quibus potest modis confirmet, augeat, instruat, adjuvet, tueatur. Bene vale, Vir Amplissime. Lutetiae Parisiorum Kalend. Octobr. cIↃ IↃ LXXII.

PETRI

PETRI PITHOEI J. C.

PRAEFATIO.

Inaudieram equidem antea fuisse ex priscis Scriptoribus aliquem, qui cum Moysis legibus Romanas contulisset: ac memini Io. Tilium antiquae eruditionis hominem, cum de veterum Jurisconsultorum reliquiis sermo esset, narrare solitum, habuisse aliquando se ejus operis fragmenta pauca, quibus ille Licinnii Rufini nomen tribuebat, an ex conjectura, an potius ex veteris libri fide non satis scio. Illud affirmare liquet quae nunc damus ex antiquissima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octingentos & amplius latuerunt, non esse Licinnii Rufini, cujus nomine ad Julium Paulum in libris nostris consultatio inscripta est: ac, ut quod sentio, dicam, non fuit tanti haec collectio, quae aut Licinnii, aut Jurisconsulti alicujus paulo clarioris ingenium & acumen desideraret. Tota illa operae fuit, sed ejus operae, cujus precium injuria temporis sic incendit, ut jam nihil fortasse hoc genere tanti videatur. Nam ut concedamus plures veteris juris P. R. regulas unius Vlpiani Titulis contineri, sane & illi, praeterquam quod ab his nostris nomen suum partesque mutuantur, unius, ut ita dicam, genii notionisque sunt, nec tam perspicue repraesentant quid Tribonianus, quid collegae in excerpendis digerendisque & hujus & aliorum scriptis sibi concesserint. Qua de re in eo tractatu, quem de libris utriusque juris pridem delineavimus, plenius disseremus. Nunc de collectore hujus libelli, cujus nomen titulumque exemplar ipsum prioribus duabus paginis purum non praetulit, hoc tantum dicere possumus, videri eum Theodosii Junioris temporibus vixisse, & post consulatum quidem ipsius XV. *quo demum Codex editus legitur, ex quo hic constitutionem retulit unam, non omissurus, ut verisimile est, de homicidio non voluntario Valentiniani singularem legem, si tum quoque edita, aut incertum Novellarum corpus redacta fuisset. Sed de re incerta nihil temere affirmare velim. Illud potius mirer, cur hic idem illam de impudicis legem non ex Praefecturae Vrbanae scriniis, sed ex Theodosiano Codice pleniorem recitat, quam hodie in corpore ipso extet: quod hac quidem parte pro integro ejusdem Tilii beneficio hactenus habuimus. Caeterum quod ad nos attinet, in horum editione veteris libri scripturam bona fide expressimus, retentis etiam levioribus mendis, si quae varias conjecturas reciperent, quibus ne in ora quidem exemplaris locum dedimus, ut sua cuique libera divinatio liberumque esset judicium. Quae inter exscribendum relegendumque occurrerant, in hunc locum rejecimus, unde facile exturbari possent. Nam hunc quidem agrum pro dignitate purgare atque excolere, hominis est & otio abundantis, & veteris Juris P. R. cognitione instructissimi. Nobis non licet esse tam beatis.*

De hac Mosaicarum & Romanarum legum Collatione haec scripta reliquit Jacobus Godofredus *Manual. Juris, in Bibliotheca Juris civilis Romani cap. 2. §. 10.*

Collatio legum Mosaicarum & Romanarum (ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaji, Modestini, aliorumque veterum juris auctorum libris, item ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano desumpta, & in tit. XVI. distributa,) Tilio jam antea visa, a P. Pithoeo Jurisconsulto ex Mandubiorum Bibliotheca edita, & Notis luculentis illustrata A. D. CIↃ IↃ LXXII. Lutetiae, in 4. ad nos pervenit. Quem librum eodem anno CIↃ IↃ LXXII. L. Charondas manuscriptum se habere ex Bibliotheca Dionysiana professus est *in dedicatione Corporis sui ad Augustum Senatum Parisiensem.* Hujus collationis seu pariationis Auctor *Licinius Rufinus* a Tilio primum, mox & a Cujacio dicitur; verum ex conjectura, an ex veteris libri fide, haud satis compertum. Sane non potest esse *Licinius Rufinus* ille, qui Pauli coaetaneus fuit: Verissimum enim est, hanc Collationem editam post Codicem Theodosianum, seu post A. D. CCCCXXXVIII. quandoquidem ex eo Codice quandam constitutionem laudat *de impudicis*, & quidem (quod observandum) pleniorem, quam in eo Codice, quem hodie habemus, extat, ac proinde ex integro non decurtato Codice Theodosiano. Ex praefatione sane tituli VI. & VII. colligere licet, professione Jurisconsultum non fuisse. Tandem de hoc Auctore vide quae Pithoeus *initio Notarum*, quae Marq. Freherus *singulari capite* I. *parerg. 9.* Vtilitas hujus libri triplex, 1. quod perspicue repraesentat, quid Tribonianus, quid quantum Collegae in excerpendis, discerpendis veterum Jurisconsultorum scriptis sibi indulserint. 2. Quod quamplurima prisci Juris fragmenta, tum ex Veteribus Jurisconsultis, tum ex tribus constitutionum Codd. contineat, quae alibi nuspiam, vel non plane occurrunt. Tandem ostendit, quomodo in titulos veterum Jurisconsultorum libri divisi fuerint: spectandus eam in rem cumprimis *Tit. XV.*

De

Digitized by Google

De Auctore hujus Collationis, ejus ſtylo, tempore, quo vixit, & ſcriptionis ſcopo haec quoque litteris conſignavit idem Jacobus Gothofredus *in Prolegomenis Codicis Theodoſiani cap. 3.*

Memorat Auctor collationis legum Moſaicarum (quem Jo. Tilius Licinium Rufinum prodidit, conjecturane, an potius ex veteris libri fide, incertum) *tit. de ſtupratoribus*, conſtitutionem e Theodoſiano, & quidem ampliorem quam quae ibi hodie extat. Incertum tamen, quando ſcriptor ille vixerit. P. Pithoeus conjiciebat, eum vixiſſe Theodoſii Jun. temporibus, paulo poſt conſulatum ipſius XV. [die XVI.] quo Codex editus (a) cogitur, a quo unicam illam retulit conſtitutionem: non omiſſurus, inquit, ut veriſimile eſt, *de homicidio* non voluntario Valentiniani legem, ſi tum quoque edita, aut in certum Novellarum corpus redacta fuiſſet. Haec ita Pithoeus, quod neque ipſe ſatis credam. Quare de eo amplius quaerere hac occaſione libet, de quo & Freherus 1. *parerg. 9.* primo, Chriſtianum ſcriptorem fuiſſe ipſa ſuſcepti argumenti ratio, eque Moyſe ſacraque ſcriptura ductae ſententiae clare oſtendunt, quod & Cujacius jam judicavit VII. *Obſ.* 2. Secundo profeſſione Jurisconſultum non fuiſſe colligat quis ex praefatione tituli 7. cum ita Jurisconſultos alloquitur. *Scitote*, inquit, *Jurisconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit*; prodens, ſe in eorum numero non fuiſſe. Quod ſtylum ejus attinet, arguit is, in paucis admodum, quae ibi de ſuo intexuit, ſaeculum inclinantis aevi: veluti cum Moyſen, *Dei Sacerdotem* vocat *tit. I.* contra quam Jurisconſulti, Juris Sacerdotes dicebantur: & cum *eodem tit.* ait, *Moyſes legaliter dicit.* quomodo Caſſiodorus eadem voce ſaepe utitur: ut *lib. VI. form 8. proximos defunctorum nobis legaliter anteponis*: & *lib. IV. ep. 37. provocaſſe legaliter*, & *legalem antiquitatem* vocat *lib. IX. Legale compendium 1. Var. 19.* cum eodem *tit. §. 2.* ait, *modo ipſe loquitur Ulpianus*: *modo*: pro, *nunc* cum *tit. 5.* hoc addit: *hoc quidem juris eſt, mentem tamen legis Moyſis Imperatoris conſtitutio ad plenum ſecuta cognoſcitur.* Vbi *jus & conſtitutio* opponuntur, ut paſſim in interpretationibus, quae Ariano tribuuntur: item *ad plenum* pro *plene*: item *ſecuta cognoſcitur*, pro *ſecutam apparet*, vel *ſecuta eſt*, quomodo interpres Codicis Theodoſiani ſaepe. Cum *tit. 6. §. 4.* ait, *Exemplum litterarum Diocletiani & Maximiani Impp. talem conjunctionem graviter puniri commemorat.* cum *tit. 1. §. 6. & 7.* ait, *talem conſtitutionem punit.* cum *§. 8 tale reſcriptum edit*: cum *tit. 6. §. 5. adhuc rudibus populis ex divino nutu condita iiſdem adſtipulantibus ſancirentur.* Item cum ibidem ita ſcribit, *quos divina & humana ſententia conſona voce damnavit.* Quomodo Caſſiodorus IX. *Var. 9. conſonam* voluntatem

(a) Scripſit forte Gothofredus, vel ſcribere voluit *creditur*.

tem dixit: cum initio *tit. 7.* ait *Moyſes prius hoc ſtatuit, ſicut lectio manifeſtat*: qua *lectionis*, hoc ſenſu, voce, etſi antea quoque uſurpata, & Caſſiodorus quoque paſſim utitur de divinis, ſeu ſacrae ſcripturae textibus *IV. Var 39. X. Var. 16. 17.* vide & Synodum Turonenſem ſub Cheriberto A. D. Io LXV. *cap. 1.* Cum titulum 13. de *terminis mota inſcribit:* cum titulo 14. ait, *ſupra relatis ſpeciebus:* cum fine *tit. 14. Novellas Conſtitutiones* vocat: (pariter ut Theodoricus Oſtrogothorum in Italia Rex fine edicti ſui, de quo poſtea) Chriſtianorum Imperatorum ac nominatim Conſtantini legem intelligit de plagio, quae eſt lex 1. *C. Theodoſiano ad l. Fab.* cum *plagiatorem* dicit *pro plagiario*, quod certe nemo dixit, niſi Africanus, uti Tertullianus, vel ſeneſcentis aevi & Theodoricianus aliquis V. edictum Theodorici *l. 81.* cum denique initio ferme *tit. 16.* ſcribit, *Cajum ſic legitimas ordinare ſucceſſiones.* Haec ut ut ſint, illius tamen adhuc ſaeculi ſcriptorem agnoſcas, quo veterum Jurisconſultorum ſcripta integra adhuc extabant, quo tres Codices, & Theodoſianus quidem integrior adhuc quam hodie. Agnoſcas etiam accuratam viri diligentiam, in eo quod non libros modo, ſed & titulos ipſos, ſub quibus leges ſingulae ſeu ſententiae, quas excerpit, poſitae erant, adnotavit: Item in eo, quod Hermogenianum, & Gregorianum Codicem inter ſe componit, diſſenſumque inter eos notat, *tit. 6. §. 4.* in die videlicet & Conſulibus Diocletiani & Maximiani adſcribendis. Quare eo mens inclinat, ut credam, circa decurſum * ſexti ſaeculi ſcriptorem hunc vixiſſe, ante Juſtiniani tempora: quod etiam Freherus putavit, quo tempore Codex Theodoſianus forte nondum a barbaris delibatus fuerat; & Caſſiodori proinde coaevum putem: eo ferme animo ſcripſiſſe exiſtimo, ut a Romana Jurisprudentia, veterumque Jurisconſultorum ſcriptis Imperatorumque conſtitutionibus homines ad ſacram ſcripturam, ceu fontem juris traduceret: & forte etiam ut Jurisconſultorum faſtum reprimeret, qui tam prudenter conſtitutis humanisque legibus poſthabitis divinis, vectabantur ſeque efferebant: ut ex Caſſiodoro quoque diſcimus, *lib. IV. Var. 41.* huic certe concinit, quod idem Caſſiodorus VII. *Var. 46.* ſcribit, *Inſtitutio divinarum legum humani juris miniſtrat exordium; quando in illis capitibus legitur praeceptum, quae duabus tabulis probantur aſcripta: ſacer enim Moyſes divina inſtitutione formatus Iſraëlitico populo inter alia definivit*, &c. *hoc prudentes viri ſequentes exemplum.* Concinit & quod idem non uno loco jura divina & publica jungit, ut 2. *Var. 11.* Item quod ſacerdotibus Moyſis exemplum ingerit IV. *Var. 31.* videri cupio canonem 21. Turonenſis Concilii ſub Cheriberto A. D. Io LXVII.

* Debuerat ſcribi *quinti*.

MOSAI-

Digitized by Google

MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO.

TITVLVS I.

De Sicariis, & Homicidis, Caſu, vel Voluntate.

Incipit lex Dei, quam Deus praecepit ad Moyſen.

I. MOYSES DEI SACERDOS HAEC DICIT. [2] *Si quis percuſſerit hominem ferro, & occiderit eum, morte moriatur. Sin autem manu, lapideve, quo mori poſſit, percuſſerit, & mortuus fuerit, homicida eſt: morte moriatur. Si autem per inimicitiam impulerit eum, vel immiſerit ſuper eum* [3] *aliquod vas ex inſidiis, & mortuus fuerit: vel per iram percuſſerit eum manu, & mortuus fuerit, morte moriatur.*

II. PAVLVS quoque libro quinto Sententiarum [4] ſub titulo ad legem Cor-

TIT. MOSAICARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO] Titulus hic optime rei ipſi convenit: at an ſit ab ipſo Auctore inceptum eſt. Saltem non invenitur in libro veteri, quo uſus eſt Vir Inſignis, Petr. Pithœus, cui hunc libellum cum aliis multis debemus, ut ipſius indicat Praefatio. Nomen quoque Licinii Rufini illi praepoſitum eſt in editione Genevenſi anni cIↃ IↃ LXXXVI. in qua cum aliis juris veteris reliquiis ad calcem Codicis Theodoſiani haec Collatio exſtat. At nequaquam de hoc conſtare, illi hoc opuſculum eſſe adſcribendum, idem ille Pithœus ſatis indicat: quamvis illud tamquam certum ponat Cujacius *Obſerv. lib. XIII. cap. 10. & 16. lib. XIV. cap. 4. lib. XXI. cap. 11. & alibi*: qui eumdem vocat Licinium Rufinianum *lib. XII. cap. 33.* eumdemque Chriſtianum fuiſſe putat *lib. VII. cap. 2.* nec diverſum ab eo, qui Paulum conſulit *l. 4. D. quib. ad libertat. proclamar. non lic.* ad quam legem id pluribus proponit *in Recitationib. ad Paul. Quaeſtion. lib. XII.* Sed haec vera eſſe non poſſe jam docuere Viri Eruditiſſimi, cum auctor hujus libelli vixerit poſt editum Codicem Theodoſianum, quem laudat ipſe *tit. 3.* & conſtitutionem Novellam *tit. 14.* quae in eodem eſt Codice: is vero Codex plus quam ducentis annis poſt quam Paulus & Licinius ille Rufinus ſcripſerunt, eſt editus. Atque adeo recte a Cujacio diſſentiunt Pithœus & Jac. Gothofredus, ac poſt illos Æ. Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap. 7.* Monachum fuiſſe, qui hanc Collationem compoſuit, exiſtimat Marq. Freherus *Parerg. lib. I. cap. 9.* ſed nec hoc habet, quo nitatur. Ad tempus, quo libellus hic conſcriptus eſt, pertinere videri poſſet quod in margine codicis Joſ. Scaligeri manu deſcripti e regione verborum *Paulus quoque* additum eſt, XP. DXCIII. quod tamen fieri poteſt ut a librario, vel libri poſſeſſore primum profectum ſit: adeoque inde non poteſt colligi, eo anno hoc opuſculum conſcriptum fuiſſe: ac tum temporis alibi Jus Juſtinianeum, alibi Alaricianum Corpus uſitatum erat: nec proinde integra veterum opera adduci, ut hic fit, moris fuit. SCHULTING.

2. *Si quis percuſſerit*] Extat libro IV. Moyſis, qui Numerorum inſcribitur, *cap. XXXV.* Sed quanam ſacrorum librorum interpretatione hic collector uſus ſit, nondum mihi ſatis liquet. Sane quidem plures hodieque extant in vetuſtioribus archivis, quarum, ut Auguſtini verbis dicam, infinita eſt varietas. PITHOEVS.

3. *Aliquod vas*] Hoc nomine poſteriorum temporum ſcriptores omnes fere res complexi ſunt, quae nobis inter mobiles atque inſtrumenta domus numerantur. Sed & veteres in re militari inter contubernia uſurparunt, unde & *vaſa conclamare*, & *convaſare* apud eos legimus. ID. Per verbum *vas* Hebraeos intelligere quoque arma, veſtes & inſtrumenta omnia, docet V. C. Sam. Bochartus *de animalib. S. S. part. I. lib. II. cap. 44.* & de Latinis idem oſtendit noviſſime V. C. Ger. Noodt *de Uſufruct. lib. I. cap. 21.* SCHULT.

4. *Sub titulo ad legem Corneliam*] Extat inter receptas Pauli ſententias ſub *tit. 23. lib. V.* ad quem etiam non erit fortaſſis alienum hoc loco monere duas priores ſententias de circumciſis pertinere, quae tamen hactenus ſub alieno Titulo aberrarunt, ut & alia multa

Corneliam de ſicariis & veneficis, dicit. LEX Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, ejusque rei cauſa, furtive faciendi, cum telo fuerit: & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, paraverit, falſumve teſtimonium dixerit, quo quis periſſet, mortiſve cauſam praeſtiterit. Quae omnia facinora in honeſtiores poena capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubjiciuntur.

III. VLPIANVS libro VII. de officio Proconſulis, ſub titulo de ſicariis & veneficis. CAPITE primo legis Corneliae de ſicariis cavetur, ut is Praetor, [5] Judexve quaeſtionis, cui ſorte obvenerit quaeſtio de ſicariis, ejus, quod in urbe Ro-

multa ejusdem operis. PITH. Haec repetit *tit.* 2. Inveniuntur apud ipſum Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 23.* ſed cum aliqua lectionis varietate, de qua, & de re ipſa ibidem dictum eſt. SCHULTING.

5. *Vt is Praetor Judexve*] Veteris exemplaris ſcriptura haec fuit: *ut is Praetor judexve quaeſtionis, cui ſorte obvenerit quaeſtio de ſicariis ejus quod in urbe Roma propriis mille paſſus factus ſit. Vtique erat cum judicibus cui ei ex legem ſortem ob.* in quam quid & cur nobis permiſerimus apertum eſt. Auctorem praetere habuimus M. Tullium, cujus haec ſunt in oratione pro Cluentio: *Jubet lex ea, qua lege haec quaeſtio conſtituta eſt, Judicem quaeſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum his judicibus, qui ei obvenerint (vos appellat, judices) quaerere de veneno. In quem quaerere? infinitum eſt, quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex ſtatim adjungit? Recita, deque ejus capite quaerito.* Loquitur vero de quaeſtione veneficii, quae eundem habuit auctorem & eadem rogatione comprehenſa fuiſſe videtur, ſed diverſis capitibus, ut hic locus arguit, & *l. 3. D. ad l. Corn. de ſic.* quam etiam ob cauſam ſaepius haec judicia diſtinguuntur tanquam ex diverſis legibus, ut in *l. 9. D. de bon. damnat.* & apud Martialem eo loco, *non de vi, neque cade, nec veneno.* Et ſane diverſos habuiſſe judices diverſoſque Praetores verisimile eſt. Idque Ciceronis verba plane confirmant, ſi conjungantur cum praecedentibus hujuſmodi, *Opinor haec omnia lege fieri, totumque hoc judicium quaſi munus quoddam regi legis & adminiſtrari. Quid ergo eſt? haec quaeſtio ſola ita gubernatur? quid M. Plaetorii & C. Flaminii inter ſicarios? Quid C. Orchivi peculatus? Quid mea de pecuniis repetundis? Quid alia quaeſtiones?* Vnde forteſſe non immerito quis ſuſpicetur in *l. 2. §. capta, D. de orig. jur.* quod in Pandectis Florentinis deeſſe videtur, ſic potius eſſe ſupplendum, *Deinde Cornelius Sylla quaeſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, de veneficiis, & Praetores quatuor adjecit.* Nam injuriarum quidem judicium ex lege Cornelia inter privata ab auctoribus noſtris perpetuo relatum eſt *l. 2. & ult. C. de injuriis.* ut pote quod & civiliter moveri poſſit: & in *l. Prator. 7. §. 1. D. de injur.* Cornelia non de injuriis, ſed de ſicariis potius exaudienda eſt, ut & in *l. 23. §. ſi dolo, D. ad leg. Aquil.* Nec tamen inficior ex lege injuriarum ſervum reum non recipi, ſed duriore poena extra ordinem affici, & quod ad ſervos attinet, excedere eam quaeſtionem quodam genere privatae modum, *l. 12. §. ult. D. de accuſat.* Ideoque cum de ſervo ageretur in *l. 1. D. Si ex nox. cauſ. ag.* haec recte Vlpianus ſic conjunxit, *Capit alienum actionem injuriarumque nomine.* Sed haec aliena nec hujus loci quaeſtio eſt, ac vereor ne jam etiam notarum modum exceſſerim. Illud tamen addere liceat, eſſe hoc exemplum aliud exercitionis publici judicii lege delegatae ad *l. 1. D. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* PITHOEVS.

6. *Judexve quaeſtionis, cui ſorte obvenerit quaeſtio de ſicariis*] Ex hoc loco apparet, Judices quaeſtionis non fuiſſe homines privatos, ſed publice deſignatos ad judicia publica exercenda: ac ſorte ſingulis illorum certas quaeſtiones obvenille: quo modo & Conſulibus, Praetoribus, aliisque magiſtratibus ſorte provincia, juriſdictio, cura, aut adminiſtratio certa obveniebat: quamvis hi Judices quaeſtionis, quive publico judicio praerant, a magiſtratibus diſtinguantur, *l. 1. pr. & §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* quin & in leges jurarint, quod docet Cicero *pro Cluent. cap. 33.* quod Praetor non faciebat, uti notatum P. Manutio *ad Ciceron. pro Roſc. Amerin. cap. 4.* Vt adeo, ſi quis majeſtatem Praetoris intueatur, viſus fuerit hic Judex quaeſtionis tantum judex; at quod ad judices, habebat vim magiſtratus, judiciique erat princeps. imo & inreorum numerum delatos recipiebat, vel non recipiebat: quo pertinet *l. 1. §. 1. D. diſſ. tit.* unde Viri Docti jam dudum explicuere Suetonium *Caſar. cap. 11.* ubi Caeſar nondum Praetor exercuiſſe narratur quaeſtionem de ſicariis: atque aliquos tamquam tales damnaſſe, qui legibus erant exempti. Erant vero hi Judices viri jam edilitate functi, & Praetoris quoque abſentis, & omnia expedire non valentis, partes implebant. Videri de illis poſſunt Viri Inſignes, Car. Sigonius *de judic. lib. 11. cap. 2.* Ger. Noodt *de Juriſdiction. & Imper. lib. 11. cap. 2.* Illud vero *ſorte evenerit*, & mox *ſorte evenerunt* recte extra omne dubium repoſitum a *Pithoeo*: nec *ſortem* hic quadrare poteſt. Nullus purae Latinitatis ſcriptor, nedum Cornelius Sylla, ita fuit locutus, *ſortem evenit quaeſtio* pro *per ſortem*, vel *ſorte*. At *ſorte obvenire* quid dicitur recte: ac Cicero aliique optimi auctores ita ſunt locuti. SCHULTING.

7. *Pre-*

Roma [7] propius mille paſſus factum ſit, uti quaerat cum [8] judicibus, qui ei ex lege ſorte obvenerint, de capite ejus, qui cum telo ambulaverit, hominis necandi, furtive faciendi cauſa, hominemve occiderit, [9] cujus id dolo malo factum fuerit. Et reliqua. [10] Relatis verbis legis modo ipſe loquitur Vlpianus. Haec Lex non omnem, qui cum telo ambulaverit, punit: ſed eum tantum, qui hominis necandi, furtive faciendi cauſa telum gerit, [11] coërcit, compeſcit. Item eum, qui hominem occidit, coërcit: [12] nec adjecit cujus conditionis hominem, [13] ut & ad [14] ſervum, & peregrinum [15] pertinere haec lex videatur.

IV. ITEM PAVLVS Libro quo ſupra & titulo, dicit. [16] HOMICIDA eſt, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortiſve cauſam praeſtitit.

V. ITEM De caſualibus homicidis MOYSES [17] legaliter dicit. [18] SI AVTEM *non*

7. *Propius*] An *propiusve*. SCHULTING.

8. *Judicibus, qui ei ex lege ſorte obvenerint*] Magnum numerum judicum Praetores finguli habebant, ex quibus numerus lege definitus in quaque cauſa ſorte ducendus erat. quo de ritu conſulendus eſt Aſconius Pedianus *in Ciceron. Action. in Verr. cap. 6.* IDEM.

9. *Cujus*] Mallem *cujusve*. Ita lex haec alibi loquta eſt, *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* IDEM.

10. *Relatis*] Haec ſunt collectoris, quae ideo forma litterarum a ceteris diſtingui voluimus, ut & reliqua omnia, quae illius eſſe, vila ſint. PITH.

11. *Coërcit*] Ad marginem ed. Par. eſt IS LXXXVI. eſt *geſſerit*: quod non damnem; ut ſit *geris, geſſeris*. uti Cicero *pro Cluentio cap. 53. dixit, dixeris*: ac *eris, eſueris*: & *fecit, feceris*. SCHULTING.

11. * *Coërcit compeſcit*] Vet. *coerci compeſci*. & paulo poſt, *pertinet ire haec*. PITH.

12. *Nec adjecit, cujus conditionis hominem*] Idem docet Marcianus *d. 1. § 2. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* & merito. Quinctilianus avus, *Declamation.* CCXCI. vere dixit. *Nullus eſt tam vilis hominis ſanguis, ut non manus inquinet.* Cicero *pro Milon. cap. 7. Interſit inter vitae dignitatem ſummorum atque infimorum. Mors quidem illata per ſcelus iiſdem & poenis teneatur, & legibus.* SCHULTING.

13. *Ut & ad ſervum, & peregrinum*] Cicero pro Cluentio, *ubi omnes mortales alligat lex, ita loquitur, qui fecit, fecerit, omnes viri, mulieres, liberi, ſervi, in judicium vocantur.* Omnibus legibus ſervi rei fiunt, quarum poena in ſervos cadere poteſt, *l. 12. §. ult. D. de accuſat.* In ſervos etiam admiſſa delicta legibus vindicantur, adeo ut & ipſi ſervo non ad ſugillationem domini facta injuria legibus multa non relinquatur, *l. item apud Labeonem, 15. §. ſi quis, D. de injur. l. 6. D. ad l. Jul. de adult.* Et tamen illud etiam verum eſt, quod & Fabius *lib.* VI. uſurpavit, ad exules, ad ſervos, ad peregrinos nullam legem pertinere Sed haec ex mente verbiſque legum dijudicanda ſunt, & potiſſimum quidem ex ſubjecta materia. Peregrinus manumittens ſervum non potuit Latinum facere. Cur ita? quia lex Junia, quae Latinorum genus induxit, ad peregrinos non pertinet. Praetor tamen non permittebat ita manumiſſum ſervire, niſi aliter lege peregrina cautum eſſet. Hoc ſcripſerat Jureconſultus quidam, ſive is Vlpianus fuit, ſeu Gajus, ſeu quis alius, in libro regularum, cujus ego nuper fragmentum magna parte erui ex veteri Gloſſario Cl. Puteani viri ſelectiſſimae eruditionis & judicii recti. Quod de peregrino diximus fortaſſe & ad deportatum non male trahetur, *l. 2. D. de interdic. & relegat.* PITH.

14. *Servum*] Hujus caedes lege quidem Numae non fuit habita pro parricidio: ſed hominis tantum liberi & dolo facta, apud Feſtum *verb. parici quaeſtores*: (recte legunt Docti Viri *parricidii quaeſtores*) at illo tempore necem ſervi impunitam, vel ſola pecuniaria poena coërcitam fuiſſe, inde non ſequitur. SCHULTING.

15. *Pertinere hac lex videatur*] Lectionem libri Ms. *pertinet ire hac lex videatur*, adverſus Pithoeum defenſum ivit Sam. Petitus *Obſervation lib. II. cap. 5.* hoc ſenſu, uti non minus ad ſervum & peregrinum pertinet ire, ſive ambulare: quod probari nullo modo poteſt, ut nec reliqua, quae contra notam Pithoei ad verba praecedentia ſcribit: quae pluribus examinare non libet. IDEM.

16. *Homicida eſt, &c.*] Reſtituimus hanc ſententiam Paulo *Sententiar. lib. V. tit. 23. §. 2.*

17 *Legaliter*] Hoc eſt, *juſte, recte*: quomodo Caſſiodorum ſaepius loqui notavit Jac. Gothofredus *Prolegomen. Cod. Theod. cap. 3.* cujus verba huic libello praemiſimus.

18. *Si autem*] Extat apud Moyſem eo loco, quem ſupra notavimus, extat & de eadem re Novella Conſtitutio Valentiniani, qua fere utimur. Addatur & Numae lex ex veteriſſimo Servii exemplari ad illud Virgil. *Ecl. IV. Ipſe ſed in pratis aries.* *Sane*, inquit, *in Numa legibus cautum eſt, ut ſi quis imprudens hominem occidiſſet, pro capite occiſi & natis ejus in concione offerret arietem. Ergo his bene videtur arieti dignita-*

non per inimicitias immiserit super eum aliquod vas non insidians, vel lapidem, quo moriatur, non per dolum, & ceciderit super eum, & mortuus fuerit, si neque inimicus ejus, neque quaesierit malefacere ei, judicabitis inter eum, qui percussit, & proximum mortui, secundum judicia haec, & liberabitis percussorem.

VI. VLPIANVS libro & titulo, qui supra relati. DISTINCTIONEM casus, & voluntatis in homicidio servari, [19] rescripto Hadriani confirmatur. Verba rescripti. ET qui hominem occidit, absolvi solet, scilicet, si non occidendi animo id admisit: & qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur. [20] E re itaque constituendum est * [21] ex quo ferro percussit ipsa funditus. Nam [22] si gladium instrinxit, [23] aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? [24] Sic lapide percussit, aut [25] cucuma, [26] aut cum

tem dare, dicendo ipse, qui oblatus homicidam crimine homicidii possit exsolvere. Sed placet etiam Philonis locus ex *lib. 1. de vita Moysis*, ὁ κτείνων, inquit ἄνηρ ἕκων, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιαζόμενος, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀναγκαίαν καὶ κοινὴν συγγένειαν. Placet & ille Plutarchi ex Causalibus, in quo rationem inquisitis Pythagoricis militent, πότερον ἔστι, inquit, τὸν ἀνάγκην μόνην ἔχοντα εἶναι δεῖ τῶ ἀνελεῖν ἄνθρωπον, ἢ δεῖ καὶ νόμον καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀναίτιος ἦν. PITH.

19. *Rescripto Hadriani*] Refertur & hoc rescriptum in *l. 1. §. Divus D. ad leg. Corn. de sic.* quem cum hoc contulisse non inutile erit. IDEM.

20. *Ere*] Hoc est, *ex facto*, sive, *ex circumstantiis rei*. Sic quoque *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Nec audiendus est Petitus *Observation. lib. II. cap. 6.* reponens *era*, vel *here*, hoc est, *domina*, quasi ageretur de domina, quam servus percussisset, quaque eo nomine servum accusat. Quae nullam habent veri speciem: & verba similia hujus fragmenti, unde id ei legit, sunt corrupta. Notavit jam Petitum Celeberrimus G. Noodt *Probabil. lib. IV. cap. 9.* Male quoque Petitus in *d. l. 1. §. 3.* verba illa *ere*, quae a Triboniano retenta putat per errorem, exponit, *ex ferro*. Debuit is locus ipsum docere, lectionem hujus loci debere mutari: quare vera optime fere habet. SCHVLTINGIVS.

21. *Ex quo ferro percussit ipsa funditus*] In *dict. l. 1. §. 3.* haec verba non leguntur: ac sensum hic solummodo turbant, qui sine his optime constat: adeoque accedo sententiae laudati modo Noodt, existimantis, haec esse ex marginali glossemate, aut expositione hoc modo fere concepta, *ex quo ferro percussit, ipse fundatur*: vel *ipse fundat se*, aliove simili. Petitus scribit, *percussit ipsum: fundus id.* Sed ita hic ferrum accipi deberet pro instrumento in genere, quod Latine non dicitur: praeterea id quoque ponendum esset, in constitutione additum fuisse aliquid de ferro: at tunc intelligendus esset gladius ordinarie. Sed & quis bonus auctor sic loquitur, *fundus id*, pro, *in eo vertitur cardo quaestionis?* Sane quod populus dicitur *fundus*, id est, auctor, apud Festum v. *Fundat*, & Ciceronem *pro Balb. cap. 8. & 18.* id hinc alienum est. Ac denique vis quaestionis non est in genere teli, sed in proposito ejus, qui occidit, quod hujus ipsius rescripti praecedentia verba clare evincunt, ut & Pauli, quae sequuntur, ubi plura adjecit Pithoeus, nec non alterius rescripti, quod Vlpianus in hoc ipso titulo citatus producit *§. 11. add. l. 5. §. ult. l. 11. §. 2. D. de pen.* quamvis in quaestione de intentione etiam ex instrumento indicium fieri posse nulli negemus. Ex his quoque evertitur, quod tentat V. C. Casp. Barthius *Adversarior. lib. XXX. cap. 10.* & sic legit, *constituendum testibus, quo ferro percusserit, an improvidus.* Hic etiam quid vult hoc sibi, *constituendum testibus?* Re vera judex hoc debet constituere: nec de testibus hic agitur, qui etiam tantummodo declarant verum: at non constituunt quidquam circa res ipsas. Nec etiam vestigia sunt litterarum, unde efficias *improvidus*. Aliter nuper locum restituere aggressus est Vir Industrius, Joh. van de Water *Observation. lib. 1. cap. 17.* & quidem ita. *E re itaque constituendum hoc est, ut*, vel *&, quo ferro percussit ipsum, iudices*, vel *judices*. Verum & hic idem circa ferrum dictum esto: nec Imperator velle videtur, sibi aliquid amplius indicari, cum ipse distinctione rem totam expedierit. Ego in hoc dubio verba haec, quae sensum non juvant, sed rumpunt, nec a Marciano videntur lecta, nec specie carent glossae, malo inter spuria referre. Certa hic & indubitata non habemus. IDEM.

22. *Si gladium instrinxit*] In *d. l.* est *strinxerit*, quod mallem. Van de Water *in eum strinxit*. Barthius, *instrinxerit, & ea*. Intelligit autem gladium strictum dolo, vel sponte: non in rixa, de quo postea aget. IDEM.

23. *Aut tela*] In *d. l. 1. §. 3.* scriptum est, *& in eo* pro *& ea*, Graeco more, cujus exempla multa congessit Joh. Pricaeus *ad Evangel. Luc. cap. 22. vers. 49.* Barthius legit *& ea*. Haec lectio *aut tela* sensum quoque habet bonum. IDEM.

24. *Sic lapide*] Vetus haec scriptura propius accedit ad clavis quam clavae nomen, quod & Graeci interpretes retinuerunt *libro LX. genes. tit. 39. & 40.* PITH.

„cum forte rixaretur, ferro percussit, sed non occidendi mente. Ergo hoc „[27] exquirite: & si voluntas occidendi fuit, [28] ut homicidam servum supplicio cum jure jubere affici.

VII. PAVLVS libro quinto, titulo quo supra. [29] QVI hominem occidit, aliquando absolvitur: & qui non occidit, ut homicida damnatur: [30] consilium enim

24. * *Sic lapide percussit*] In *d. l. 1. §. 3.* est *sed si clavi percussit*, quod non ausim damnare. Sane *a* se debuit oratio incipere: ac ex *si clavi* potuit factum esse *si clabi*, vel *si clapi*, ac *sic lapi*, & inde *sic lapide*. Cujacius *Observation. lib.* XV. *cap. 27.* per clavem intelligit radium ferreum: quo modo tamen hunc locum intelligi debere haud video unde probetur: quamvis & idem juris esse possit interdum in radio, quod in clavi. Petitus legit, *Si clabi depercussit*: verum illud *depercussit* verbum est inusitatum. Si tamen legeris *Si lapide*, optimus erit sensus: & inter arma frustra maxime est lapis: qui quidem interdum gladio æquiparatur, §. 6 *Inst. de interdict. l. 41. D. de verbor. signification. l. un. C. de emendation. furor.* sed & alicubi distinguitur inter vulnerantem gladio, & vulnerantem lapide, *l. 6 §. 6. D. de re militar.* Barthius legit, *Secus si lapide percussit.* Van de Water, *Secus si clavi eum percussit.* quo modo sensus sibi poterit constare. At metuo ego, ne in sequentibus aliqua intercideriut post verbum *mente*, qualia habet Marcianus, *leniendam pœnam ejus.* Sic constructio saltem sese recte habebit; ac ab eo etiam non est alienus is, quem modo laudavi, Van de Water. Plura in *d. l. 1. §. 3.* adduntur, sed sine quibus hæc possunt stare. SCHVLTING.

25. *Cuscuma*] Joh. Meursius *Glossar. Græco-barbar. v.* κυσκύριον legit *curcuma*, & hic, & in *d. l. 1. §. 3.* quod notat *capistrum.* Ego nihil video, cur non retineri debeat *cuscuma*, sive *cuscuma*, quod est genus vasis: quo de verbo nonnulla notavit D. Gothofredus *ad d. l. 1. §. 3.* IDEM.

26. *Aut cum forte rixaretur, ferro percussit &c.*] Hic ergo etiam cædes in rixa ferro, sive gladio facta, non animo occidendi, mitius punitur: id enim arguit distinctio inter hunc casum, & præcedentem. Et quod Petitus vult, post *aut* excidisse nomen vasis ferrei, id nulla ratione dicitur. Hic, scilicet, res facta est impetu, ut dicit Marcianus *l. 11. §. 2. D. de pœn.* qui non e vulgo tantum homines, sed & sapientiores sæpe rapit transversos. Cl. Noodt sic interpungit: *aut cum forte rixarentur, ferro percussit, sed non occidendi mente.* quo modo si legas, Imperator ex hoc ipso, quod id factum est in rixa, colliget, id non fuisse factum animo occidendi: atque ea ratione res foret salva. Ego tamen vereor, ne Imperator non tam id egerit, ut argumentaretur, quam ut proponeret distinctionem: & doceret, si id esset factum in rixa, & quidem non occidendi animo, (qui sane illic non quidem semper, at sæpissime aberit) pœnam mitigandam esse. Eundem vero sensum desiderare verba Marciani *d. l. 1. §. 2* adsentior omnino eidem Noodt: ac putidum esse per ferrum hic intelligi clavem; vel cuscumam. *Ferrum* in talibus materiis non aliud, quam gladium solet notare, non ferreum instrumentum: uti neque massam ferri, ut scribit Curius Fortunatianus *Art. Rhetor. lib.* II. Adeoque etiam, donec meliora vel certiora adferantur, non repugnabo trajectioni verborum *in d. l. 1. §. 3* quam Vir ille Egregius probat, ut scribatur, *aut ferro in rixa, quamvis percusserit, tamen &c.* vel, *aut in rixa ferro; quamvis percusserit, tamen &c.* IDEM.

27. *Exquirite*] Petitus reponit *exquirito*: ac mox *jubeto.* At quis nobis certus erit auctor, ad unum tantum, ac non etiam ad plures, imo & totum consilium, vel collegium, vel populi commune hoc rescriptum esse directum. IDEM.

28. *Ut homicidam servum*] Franciscus Pithœus frater meus, cujus ego ingeniis virtutibus digna ex aliis audire malo quam ipse dicere, putat hunc locum sic emendari posse: *ut homicidii reum supplicio majore jubeto adfici.* nisi qui ita malit, *ut homicidam servum supplicio majore.* Certum est enim ex persona delinquentis ut crimen, ita pœnam augeri. PITH.

28. * *Ut homicidam servum supplicio cum jure jubeto affici*] Petitus hæc ita exponit, quod hera accusaverit servum suum, quod se percussisset: ac illa, *cum jure*, exponit, *causa legibus cognita*, ut scriptum est §. 2. *Inst. de his, qui sui vel alien. jur. s.* Verum id merum est commentum, ex eo natum, quod ex his verbis, quorum tamen fides est suspecta, jam ante pro *a re*, quod optime se habet, resnuxerit *hera.* Bar. hii conjectura hæc est, *ut homicidam, servum supplicio crucis, liberum securi jubeto affici.* Sed in liberis personis Hadriani tempore licet obtinuerit mortis pœna, exceptis iis, qui altioris erant dignitatis, *l. 2 §. 5. D. ad leg. Cornel. de sicar.* de quo dixi ad *Paul. Sententiar lib. V. tit. 23 §. 1.* securis tamen pœna diserte improbata: sed usitata gladii, *l. 8. §. 1 D. de pœn.* Verisimilior emendatio Cl. Noodt, *ut homicidam severo supplicio communi jure jubeto affici*, quasi illo *cum jure* sint orta ex figlis: & COMM notaverit *commune.* Sed hæc sufficiunt ad hoc rescriptum. Vtinam aliquis vetus & integer codex aliquando prodeat, qui pro divinationibus aliquid plane certi nobis suppeditet. SCHVLTING.

29. *Qui hominem*] Reliqua fuit prior pars apud Paulum *lib. V. Sent. tit. 23.* PITH. Hæc omnia leguntur in Sententiis Pauli in hoc volumine, ad quas lectionum discrepantias notavimus: aliaque addidimus, quæ ad rem pertinere videbantur.

30. *Consilium*] Paterculus, *facta*, inquit, *majores nostri ad consilium dirigebant.* Seneca de *Tranquil.*

enim uniuſcujuſque, non factum puniendum eſt. Ideoque qui cum vellet occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur: & is, qui [31] caſu teli hominem imprudenter ferierit, abſolvitur. [32] Quod ſi in rixa percuſſus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipſos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum, aut in metallum damnantur, honeſtiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

VIII. [33] ITEM GREGORIANVS libro IV. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis, talem conſtitutionem ponit. IMPERATOR Antoninus A. Aurelio Herculano & aliis militibus. [34] FRATER veſter rectius fecerit, ſi ſe Praeſidi provinciae obtulerit: cui ſi probaverit, non occidendi animo Juſtam a ſe percuſſam eſſe, remiſſa homicidii poena, ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet. Propoſita prid. Kl. Febr. [35] Laeto bis Conſ.

IX. ITEM GREGORIANVS eodem titulo & libro talem conſtitutionem ponit. IMP. Alexander Aurelio Favio, & aliis militibus. SI modo pro quo libellum dediſtis, non dolo praeſtitit mortem minime perhorreſcat: crimen quippe ita contrahitur, ſi & voluntas occidendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improviſo caſu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxae inputantur. Prop. XIII. Kl. Aug. Alexandro Conſ.

X. ITEM GREGORIANVS eodem libro & titulo tale reſcriptum dedit. [36] Quod ſi dominum *. Habe Agato KN. Qualitas precum Juli Antonini

lib. II. *Poteſt evenire ut faciat aliquis injuriam mihi, & ego non accipiam, tanquam ſi quis rem meam e villa mea ſubripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens geri, quamvis non nocuerit. Si quis cum uxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamvis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam mixtum cibo perdidit: venenum illud dando ſcelere ſe obligavit, etiam ſi non nocuit. Non minus latro eſt, cujus telum oppoſita veſte elufum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum* (ſic legendum) *operis quantum culpa ſatis eſt, perfecta ſunt.* Servius ad illud Virgil. *ex libro* VI. *Auſe omnes immane nefas, Secundum Romanorum morem dicit, quo non tantum exitus punitur, ſed voluntas.* Sic & Impp. *in l.* 1. *C. Th. de ambitu* περὶ ἐσόμενον ἀδικημάτων, *pari ſorte leges ſcelus quam ſceleris puniunt voluntatem.* Sane in rebus non uſque adeo turpibus etiam factum exigitur, *l.* 2. §. *beſtias, D. de poſtulando, l.* 18. *D. de poenis.* quae pertinet ad edictum, quod quisque juris, non ad publica judicia. Itaque oratorie magis quam juridice ab his ad illa M. Cato pro Rhodienſibus argumentatus eſt apud Gell. *libro* VII. *cap.* 3. & rectius quidem Aſconius Pedianus, *qui jus,* inquit, *dicit, factorum judex eſt, non futurorum, damnaxat in civilibus cauſis.* PITH.

31. *Caſu teli*] Fuga teli magis quam jactu, ut olim in exceptionibus ſcribi ſolitum M. Tullius auctor eſt. Auguſtin. *de lib. arbitr. lib.* 1. *Nam & miles hoſtem, & judex vel miniſter ejus nocentem, & cui invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare cum hominem occidunt.* IDEM.

32. *Quod ſi in rixa*] Extat in *l. ult. D. ad leg. Corn. de ſicar.* ex qua fortaſſe hic quoque non male ita legetur, *ictus quoque ipſos.* Cetera cur a Triboniano praetermiſſa ſint, non eſt obſcurum. IDEM. Innuere vult Pithoeus, ſublatum eſſe hodie ludum gladiatorium, *l. un. C. de gladiatorib. penit. ſollend. lib.* XI. in fine vero ludi hic mentio.

33. *Item Gregorianus*] Has tres Conſtitutiones retulimus quoque inter fragmenta Codicis Gregoriani, & illic aliqua ad eas diximus.

34. *Frater veſter*] Ex hoc Antonini reſcripto & eo, quod proxime ſequitur, Gordiani, confecta eſt a Triboniano *l.* 1. *C. ad leg. Corn. de ſicar.* PITH.

35. *Laeto bis*] Pro Laeto II. id eſt, iterum conſule. Nam bis quidem aut ter Conſul in notatione temporum non uſque adeo Latine dici videtur. Et tamen ſaepe in veteribus libris ita ſcriptum memini. IDEM.

36. *Quod ſi dominum*] Quo haec pertineant non video. Extat ſane reſcriptum quod ſequitur in *l.* 5. *C. eod. tit.* & hoc eſſe Diocletiani & Maximiani ſubſcriptio arguit. IDEM. Freherus *Parerg. lib.* I. *cap.* 9. exiſtimat, librarium hic incepiſſe ſcribere prin-

Digitized by Google

tonini clementiam noſtram facile commovit: quippe quod aſſeveret, homicidium ſe non voluntate, ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis ictu mortis occaſio praebita videatur. Quod ſi ita eſt, neque ſuper hoc ambigi poterit, omni eum metu ac ſuſpicione, quod ex admiſſi diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id, quod adnotatione noſtra comprehenſum eſt, volumus liberari. Dat. prid. Kal. Dec. Dioclitiano A. IV. & Maximiano Conſſ.

XI. VLPIANVS libro & titulo quo ſupra. [37]CVM quidam per laſciviam cauſam mortis praebuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini Egnatii Proc. Baeticae a Divo Hadriano, quod eum [38]in quinquennium relegaſſet. Verba [39]conſultationis & reſcripti ita ſe habent[40] em. Inter Clodium, optime „Imperator, & Euariſtum, [41]cognovit, [42]quod Clodius [43]Lupi filius in con-

principium tituli 7. ac errore viſo, id reliquiſſe: ac tranſiſſe ad ea, quae hic ſequuntur. Sed ille titulus aliter incipit, & quidem ſic, *Quod ſi duodecim.* Petitus *Obſervat. lib.* II. *cap.* 6. legit, *quod ſid* (vel *ſit*) *omnium*, id eſt, *jus univerſale.* Verum quis unquam ſic loquitur, *reſcriptum eſſe omnium*, hoc eſt, *ad omnes pertinere?* Et quid attinebat id monuiſſe, hic praecipue, nec usquam alibi in praecedentibus, vel ſequentibus? an non id notum, & ideo allegantur reſcripta, ut inter alios quoque jus faciant? Recte hoc rejecit ante memoratus Van de Water *Obſervat. lib.* II. *cap.* 19. qui conjicit, haec eſſe facta ex verbis, *quod eſt Diocletiani & Maximiani*, in quo nihil eſt ſane, quod non ſit verum: & ſolet auctor paſſim nominare Principes, quorum conſtitutiones adducit. In margine etiam edit. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. eſt *Imp. Dioc. & Maxim. AA.* SCHVLTING.

37. *Cum quidam*] Leguntur & haec in *l.* 4. §. 1. *D. ad leg. Corn. de ſicar.* At neque reſcripti neque conſultationis verba adjecta ſunt, quibus in hoc genere quod ſciam elegantius nihil eſt. PITHOEVS.

38. *In quinquennium*] Ponitur & illa lex apud Rhetores, ut imprudentis caedis damnatus quinquennali exilio multetur, ut apud Quinti. *lib.* VII. *cap.* 1. & *Declam.* CCXCVI. & CCCV. IDEM.

39. *Conſolationis*] Vet. *conſolationis*, quomodo & in optimo Servii exemplari ſcriptum eſt eo loco *lib.* III. Aeneid. *Augurium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſolationem avium aut ſignorum.* IDEM. De verbo *conſolatio*, & *conſulatio*, pro *conſultatio* quaedam habet Amplißimus van Lynkerſhoeck *Obſervat. lib.* II. *cap.* 5. multa Vir Magnus, Cl. Salmaſius *ad Capitolin. Marc. Antonin. cap.* 21. Apud Jurisconſultos noſtros haec vox eo ſenſu, quod ſciam, non invenitur. SCHVLTING.

40. *Em.*] An hanc emiſſam conſultationem, an aliud quiddam ſignificent non ſatis ſcio. Illud fortaſſe felicius divinaſſe videbor, iſta ſub finem quae quis ſupereſſe putaverit (*Velves*) notas eſſe quae veterem formulam continuare, *velim reſcribas*: aut potius quando ad principem ſermo eſt, *velis reſcribere.* Sic apud Plinium *rogo, rogas ſcribas*, & infra, *vellem mihi reſcribere.* PITH. Charondas *in epiſtol. dedicator. Cor-*

per *Jur.* notat, in MS. bibliothecae Dionyſianae eſſe *vellem*: & ſubintelligit, *reſcribas.* Ego valde cuperem ſcire, qualis iſte ſit manuſcriptus, qui in ſequentibus quoque lectiones aliquot ſuppeditabit notabiles, quae clarum habeant ſenſum, ubi antiquiſſimus liber, quo uſus eſt Pithoeus, longe alias, & explicatu longe difficiliores habet: an ille ſit vetus valde, an recens, & ab homine doctiore ſcriptus, qui pro non perſpicuis clariora repraeſentavit. Charondas id non exprimit. Ceterum illud, *vellem reſcribas*, uti in fine recte ponitur, ita in principio hoc fieri, & iterum in fine in epiſtola non magna, habet aliquid ex inepto. Cujacius variavit, legens nunc *en*, nunc *em*, quae exponit *ecce*, *Obſervat. lib.* XVII. *cap.* 28. *Recitation. ad l.* 32. *D. de liberation. legat. ad Scaevol. Reſponſor. lib.* III. quae omnia merito exſibilavit laudatus van Bynkershoeck *dict. loc.* Barthius *Adverſarior. lib.* XXIV. *cap.* 11. citat *ne*, & inde facit ſalutationem, legitque, *Heve. Inter &c.* ac dein *cognovi, & quod &c.* quae etiam rationem non habent. Nec video, quo pacto pro *em* legi poſſit *Egn.* vel *Egnatius*, & reliqua legi in tertia perſona, *cognovit &c.* Ipſe Taurinus Egnatius haec ſcripſit: adeoque loqui debuit in prima perſona. Si copia mihi eſſet inſpiciendi manuſcripti libri, & noſcendi quantum hic vacui eſſet ſpatii circa *em*, aliquis conjecturae eſſet locus. Senſus vero conſtabit, ſi ſcribas, *Cum nuper quaererem*, vel *cum quaererem*, aut *cauſam audirem*, vel *judicarem inter &c.* vel aliquid ſimile. Poſſet quoque tentari *Cum cognoſcerem*, quod verbum rei optime congruit: verum mox iterum ſequitur *cognovi.* Videtur vero cognoviſſe inter occiſi patrem, & Marium Euariſtum. Mox cum Pithoeo lego *cognovi*, dein *credidi*, & *decrevi.* SCHVLTING.

41. *Cognovit, quod Clodius*] Malim *cognovi*, & infra, *interdixi, decrevi, &c.* PITH.

42. *Quod Clodius*] Hunc modum loquendi, *cognovi, quod acceptus fuerit*, & ſimiles etiam bonis auctoribus placuiſſe late probat Litteratiſſimus Jac. Perizonius *ad Sanct. Minerv. lib.* III. *cap.* 14.

43. *Lupi*] Barthius legit *Clodii*, quia *Lupus* non benedicitur Clodii Pater more Romano, nullo alio addito; & modo pater vocatus fuit tantum *Clodius.*

„vivio, [44]dum [45]sago jactatur, [46]culpa Marii Euaristi ita male acceptus fuerit, „ut post diem quintum moreretur: [47]adque apparebat nulla inimicitia cum „Euaristi fuisset nec cupiditatis culpam coërcendum credidit, [48]ut ceteri ejus„dem aetatis juvenes emendarentur. Ideoque Mario Euaristo [49]urbe, Ita„lia, provincia Baeticae in quinquennium interdixit: [50]decrevit, & [51]impendi „causa duo milia patri ejus persolveret Euaristus, quod manifesta ejus fuerat „pau-

44. *Dum sago jactatur*] Vet. *dum sagu jactatur*. Sed jam notus est ex Suetonio & Martiale veterum ludus. Appellatio ipsa non usque adeo fortassis nota, quam ex veteri Glossario didici, in quo ita est. *Sagatio* παλμός. PITH.

45. *Sago*] Barthius reponit *sagum*: sed non tam jactabatur sagum: quam homo sago impositus in sublime jactabatur. De hoc ludo plura habent Doctissimi Interpretes Suetonii *ad Othon. cap. 2.* praecipue Casaubonus. SCHVLTING.

46. *Culpa Marii Euaristi*] Veteris libri scriptura haec est, *culpa manu Euaristi*, quam ideo adnotare libuit, quod & hanc conjecturam reciperet, *culpante manu Euaristi*. excusa tamen magis placuit. PITH. Manuscriptus a Charonda visus habet, *culpa manu Marii Euaristi*, quod sequitur Guid. Pancirolus *Thesaur. Variar. Lection. lib.* II. *cap. 130.* probante eo, quem modo laudavi, C. van Bynkershoeck *loc. cit.* ut *culpa manu* accipiatur pro *culpa manus*. Barthius mavult, *culpa & manu*. Ego, nisi me retineret liber MS. a Charonda adductus, putarem illud *manu* esse natum ex *marii*: qui lapsus eo facilior, quia in manuscriptis veteribus nomina propria iisdem litteris scribi solent ordinarie quibus alia verba. Nunc non improbem *culpa manus Marii*. SCHVLTING.

47. *Adque apparebat*] Hujus loci sententiam facile est mente concipere, verba ipsa sanare difficile est. PITH.

47.* *Adque apparebat &c.*] Charondas in MS. invenit, *Atque app. nullam inimicitiam cum Euaristo fuisse, nec cup. culpam; coërcendum credidi*. Ipse mallet, *cupiditatem culpa*: quod merito damnat idem Senator *cit. loc.* ut & lectionem, quam habet Cujacius *Observ. lib. XIV. cap. 4.* uti videtur, ex suo arbitratu: *& quamvis app. nullam inimicitiam cum Euaristo fuisse, nec cupiditatis culpam, coërcendum credidi*: nec non Pancirolli: *Atque apparebat, nullam inimicitiam cum Euaristo fuisse. Hanc cupiditatis culpam coërcendum esse credidi*. Ipse mallet: *ad quæ app. nullam inimicitiam cum Euaristo fuisse*. SED *cupiditatis culpam coërcendum credidi*, vel *credidit*. Ego vero illud *cupiditatis culpam coërcendam* non puto hic quadrare, ubi nihil cupiditate peccatum est, aut dolo; sed temeritate, imprudentia, ac lasciva, ut scribit noster Vlpianus. Barthius reponit *Atqui* vel, *ac quia apparebat nulla inimicitia cum Euaristi fuisse necis cupidem, ita culpam coërcendam credidi, ut ceteri &c.* Verum non agitur de nece Euaristi, sed Clodii, cui Euaristus mortis causa fuerat. Van de Water *Observ. lib. 1. cap. 16.* legit *ac quum apparebat nullam inimicitiam cum Euaristo fuisse, nec cupiditatem, culpam coërcendam credidi, ut ceteri &c.* aut, *nec cupiditatis culpam, coërcendum &c.* Optimus hic est sensus. *Cupiditatis culpa* nihil est aliud, quam *cupiditatis peccatum*. Sed si velis retinere, *Atque*, vel *adque*, punctum erit ponendum post *culpam*: ac sensus quoque sic sibi constabit. SCHVLTING.

48. *Ut ceteri ejusdem aetatis juvenes emendarentur*] Ac discant maxime quidem a dolo, sed amplius etiam ab imprudentia, & lascivia saepe periculosa ac damnosa sibi cavere. Conferri potest Porphyrius *de abstinent. animal. lib. 1. §. 9.* IDEM.

49. *Vrbe, Italia, provincia Betica*] Ant. Oiselius meus, de cujus eruditione, judicio, rerumque ac juris prudentia singulari quicquid dixero minus erit, hunc locum sic malit legere, *urbe Italica provincia Betica*, quod mihi quidem facile persuadet, quando & Italicam Beticae urbem esse vel ex Ptolemaeo constat, & provincia, atque adeo Italia & urbe interdicere delicto gravius non immerito videatur. Scio tamen non defuturos, qui lectionem scriptam magis probent, quam etiam confirmat *l. 1. §. 1. D. de effract. & expil.* PITHOEVS. Charondas in libro MS. invenit, *Vrbe, Italia, provincia Betica*: & sic Cujacius repraesentat: (nisi quod scribit *Batica*, ac sic habent pleraeque editiones) idque cum aliis probavit saepius memoratus Van Bynkershoeck *dict. loc.* Et sane Italia interdicere posse etiam provinciarum Praesides constat ex *l. 7. §. 11. D. de interdict. & relegat.* quin nec relegati debent esse in Vrbe *d. l. 7. §. 13. l. ult. D. eod. tit.* vel Italia, *l. 8. §. 3. D. qui testament. facer. poss.* quod de interdictis provincia constituisse Claudium docet in ipsius vita Suetonius *cap. 23.* Scripturam veterem reliqui, nisi quod eum aliis ediderim *Batica* pro *Vetica*: illa vero favet emendationi Ant. Oiselii, quae habebit forte suos quoque approbatores. SCHVLTING.

50. *Decrevit, &*] Cujacius *Observation. lib. XIV. cap. 4.* habet *& decrevi*, mallem, *decrevi, ut.* IDEM.

51. *Impendi causa duo milia*] Causa ergo pecuniariae condemnationis est impensa, in curationem defuncti videlicet. Summa valde est exigua, nempe quinquaginta Philippicorum. Hinc vero non sequitur, Romanis probatam fuisse pecuniariam poenam aliam cognatis occisi dandam; quamvis illis, quorum interest hoc damnum sarciri, etsi tantum intervenerit culpa, naturalis velit aequitas: de qua legi poterit Vir Summus Hug. Grotius *de jur. bell. ac pac. lib. II. cap. 17 § 13* idque postea placuisse docet Cujacius *dict. lib. XIV. cap 4.* Videri poterunt quoque quae habet Celeberrimus Noodt *ad leg. Aquil. cap. 2.* IDEM.

52. *Vel*

„paupertas, "vel res. Verba reſcripti. Poenam Marl Euariſti "recte EGN. „Taurine moderatus es ad modum culpae: "refert enim & in majoribus „delictis conſulto aliquid admittatur, an "caſu. Et ſane in omnibus crimi- „nibus diſtinctio haec poenam aut juſtitiam provocare debet, aut tempera- „mentum admittere.

XII. MODESTINVS libro Differentiarum ſexto, ſub titulo de ſcientibus & ignorantibus, generaliter loquitur. "NONNVNQVAM per ignorantiam delinquentibus jure civili venia tribui ſolet, ſi modo "rem facti quis, non juris, ignoret: quae, ſcilicet, conſilio delinquentibus praeſtari non ſolet. Propter quod neceſſarium eſt, addita diſtinctione conſiderare, utrum ſciente, an ignorante aliquo quid geſtum proponatur. & reliqua.

XIII. "PAVLVS libro & titulo quo ſupra. QVI telum tutandae ſalutis cauſa "geret, non videatur hominis occidendi cauſa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, ſed omne, quod nocendi cauſa portatum eſt.

52. *Velres.*] Non puto haec verba aliud velle, quam *velim reſcribas*, aut *velis reſcribere* cum Pithoeo: quo modo Cujacius quoque, & ex MS. Charondas adductis jam locis ea explicuerunt. Reliqui illa, uti habentur in vetuſtiſſimo codice: quia dubiae ſunt interpretationis: cur autem expungenda videantur, cauſam non video. Deſideravit hic Proconſul in hoc ſingulari decreto Imperatoris approbationem. IDEM.

53. *Recte Egn. Taurine*] Vet. *Recte & Taurine.* PITH.

54. *Refert enim*] Sunt igitur illa Divi Hadriani in *l. 3. §. ult. D. de poenis.* unde & hic lubentius ita legerim. *Et ſane diſtinctio haec poenam aut juſtam provocare debet.* Juſta, id eſt, legitima, alioqui juſtitiam, quae cum aequitate conjungitur, non recte ſtricti juris temperamento opponemus, *l. placuit, 8. C. de judic. l. 31. §. 1. D. depoſiti.* Gratiae fortaſſe rectius, ut in *l. 17. §. pen. D. ad leg. Jul. de adulter.* IDEM. Charondas ex libro MS. profert *poenarum*; quo modo hic locum bene ſe habebit; in quo quod *juſtitiam* ſumi pro poena, atque hinc dici, *poenam aut juſtitiam*, vult Em. Merillius *ad pr. Inſt. de juſtit. & jur.* id non probatur ullis auctoritate idonea: & nullo modo ex *l. ult. De de fugitiv.* ubi *juſtitia animadverſionis* non eſt exponenda *poena animadverſionis*, ſed *juſtitia poenae*: & quid notius, quam per animadverſionem intelligi ſaepiſſime poenam? Charondas vero ex hoc loco corrigi vult verba Vlpiani, quae ex hoc ipſo libro profe rantur *l. 3. §. ult. D. de poen.* ubi pro *juſtitiam* eſt ſcriptum *juſtam*: pro *provocare* vero *elegere*: pro quo Burgius *Electior. lib. 1. cap. 11.* legit *elicere*: quo modo ſenſus ſaltem exſurget bonus. At forte illa mutatio in *d. l. 3.* eſt ab ipſis Pandectarum Compilatoribus: adeoque nihil corrigendum eſt. In eodem loco ſedem mutaſſe verba *elegere* & *admittere*: & alterum in loco alterius poſitum eſſe exiſtimat is, cujus jam ſaepe meminimus, Graviſſimus Senator *dict. lib. 11. Obſerv. cap. 5.* SCHVLTING.

55. *Caſu*] Per caſum hic intelligitur fieri, quod non fit dolo: quo modo & quod impetu fit, caſu dicitur fieri *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ubi pro *cauſa* editiones veteres & Gloſſam recte habere *caſu*, certiſſimum eſt. IDEM.

56. *Nonnunquam per ignorantiam delinquentibus &c.*] Latius ergo quam ex uſu juris regulam ponit Seneca *de ira lib. 11. cap. 27.* his verbis. *Omnia enim peccata apud aequum judicem pro innocentia habent imprudentiam.* IDEM.

57. *Rem facti quis*] Vet. ex. *rem facto.* hoc vult, factum non jus. PITH.

58. *Paulus &c.*] Exſtant in noſtra editione Sententiarum Pauli *lib. V. tit. 23. §. 7.* ubi aliquid eſt notatum.

59. *Geret*] Vet. *agerent.* Extat in *l. pen. §. 1. D. ad leg. Jul. de vi publ.* Sed nec moribus noſtris qui occidendi hominis cauſa telum gerit, utique homicidii poena punitur: & hac parte lex Cornelia in uſu apud nos eſſe deſiit, ut poſteriorum temporum Doctores recte annotarunt. PITH.

Explicit Titulus de ſicariis, & homicidis, caſu, vel voluntate.

TITV-

TITVLVS II.

Incipit de Atroci Injuria.

I. MOYSES DICIT. [1]*Si autem contenderint duo viri, & percuſſerit alter alterum lapide, aut pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in lectulo, & ſi ſurgens ambulaverit* [2]*homo foris in baculo, ſine crimine erit ille, qui eum percuſſerat: praeter* [3]*acceſſionis mercedem dabit ei & medico impenſas curationis.*

II. [4]VLPIANVS libro Regularis ſub titulo de Injuriis. [5]INJVRIA, ſi quidem atrox, id eſt, gravis rerum, non ſine judicis arbitrio aeſtimatur. Atrocem autem aeſtimare ſolere Praetorem, [6]adque collegi ex facto, ut puta ſi verberatus, vel vulneratus fuerit. & reliqua.

III. [7]PAPIANVS libro Definitionum ſecundo, ſub titulo [8]de judicatis. [9]PER hominem liberum [10]noxiae deditum ſi tantum adquiſitum ſit, quantum da-

1. *Si autem contenderint*] Extat apud Moyſem *Exod. XXI.* PITHOEVS.

2. *Homo foris*] Vet. *Foris.* IDEM.

3. *Acceſſionis mercedem*] *Ceſſationis.* Hæc vero interpretationem recipiunt *ex l. ult. D. de his qui deie. vel effud. & l. 3. D. Si quadru. paup. fec. dic.* IDEM.

4. *Vlpianus libro regularis*] Sic vetus exempl. Ego vero non dubito quin & hæc ipſa & alia quædam hujus Eclogæ ſint ex libro ſingulari Regularum Domitii Vlpiani, cui etiam antea ſemper adſcripſi titulos illos, qui Jo. Tilii immortali beneficio ante annos aliquot editi ſunt. Movit me præter ſcribendi rationem, quod cum in Pandectis noſtris duo tantum capita ex eo libro reliqua eſſent, nempe *17. de teſtibus & 25. de obligat. & actionib.* illud quidem totidem verbis inter iſtos Titulos legitur; alterum cur non extet cauſa in promptu eſt, cum & titulus ipſe deſideretur, ut & alios plures non fruſtra deſiderari hæc collectio indicat, ex qua etiam quosdam ſupplere, quosdam rectius emendare eſt. Sunt igitur illi tituli ex corpore non omnium Vlpiani ſcriptorum, ſed ex corpore libri ſingularis Regularum, ut & Æmilii Papiniani ſententia unica ex ipſius corpore, id eſt, ex libro ſingulari Reſponſorum collecta, quæ tanquam purpureum lumen centonem illum Gothicum in fronte deturpat magis quam honeſtat. IDEM. Hoc fragmentum collocavi ad finem titulorum ex Corpore Vlpiani: & illic quæ habui adjeci.

5. *Injuria, ſi quidem*] Hæc pertinent ad injurias rerum, id eſt, quæ re fiunt membro rupto vel oſſe fracto, & ad honorariam earum pœnam, de qua in §. *pœna, Inſtit. de injur.* PITHOEVS.

6. *Adque collegi*] An *idque collegi ex facto*, quod verius eſt. *Ex facto* autem dicit, quia de illis injuriis loquitur quæ re fiunt, ut proxime monuimus: Nam & injuriarum atrocitas ex aliis etiam circumſtantiis æſtimatur. IDEM. Aſteriſcum ante hæc fuſtuli. SCHVLTING.

7. *Papianus*] Sic in vetuſtiſſimo exempl. conſtanti fide ſcriptum: ſic & in Aniani Breviario. Sane a Græcis non niſi Papianus ſcribi ſolet, & ab ipſo Juſtiniano *Nov.* IV. & CVIII. a Latinis frequentius Papinianus dicitur. PITHOEVS.

8. *De judicatis*] Vbi forte expoſuerat Papinianus, quid faciendum incumberet ei, qui noxali actione condemnatus eſſet, nempe, vel litis æſtimationem præſtare, vel noxam dedere, uti etiam habet formula condemnationis, §. 2. *Inſt. de offic. judic.* ita ut in obligatione ſit litis æſtimatio, in præſtatione noxæ deditio, *l. 6. §. 1. D. de re judicat.* SCHVLTING.

9. *Per hominem*] Certum eſt jure P. R. filiosfamilias noxæ dedi potuiſſe, nec eos modo, ſed & filias, §. *ult. Inſt. de noxal. act.* Ea fuit patriæ poteſtatis auctoritas, quam & Papiniani temporibus eo usque valuiſſe hic locus indicat. Cujus etiam juris veſtigia quædam reliqua ſunt in Pandectis. Verum hic indicaſſe ſufficiat in *l. 3. §. Si eum quis D. de liber. hom. exhib.* De his vero & illa circa propria ac differentia ſubtilitas, quam ut magnam Quintilianus proponit de addictis, ſervine ſint an liberi. Ego quidem ſervire utroſque dixero, nec impari mul um jure, *l. 33 & ſeqq. D. noxal. act.* Neutros tamen ſervos dixero, ut nec eum qui redemptus ab hoſtibus, redemptionis pretium nondum exſolvit, *l. 2. C. de*

damnum dedit, [11]manumittere cogendus eſt a Prætore, qui noxæ deditum accepit: ſed [12]fiduciæ judicio non tenetur.

IV. VL-

de poſtlim. reverſ. Sunt vero hæc inter ſe longe diverſa & in ſervis etiam ipſis ſæpe diſtingnuntur, *l. 27. §. de eo, D. ad l. Jul. de adult. l. 18. D. de nox. act. l. 24. de uſufr. leg.* Nam & e contrario ſervi ſunt quidam revera, nec tamen ſervium: & aliud eſt liberum, aliud in libertate eſſe, ut recte Quinctilianus diſſerit *declam.* CCCXL. CCCXLII. Tanta eſt rerum verborumque differentia in cauſis libertatis. Hujuſmodi ſunt jure novo Coloni, *l. 1. C. de colon. Thrac.* in legibus Langobardorum Aldii *l. 4. de probab. alien. ſer.* & jure noſtro qui manus mortuæ dicuntur. Sed placet exemplum veteris juris non uſquequaque vulgare, quod me docuit auctor ille Regularum, quem Pithœano noſtro deberi dixi. Apud veteres inter amicos manumiſſi, ſerviendi tantummetu dimittebantur, manebant ſervi, & manumiſſores audebant eos in ſervitutem denuo per vim ducere. Ideoque recte Meilen o ſervus apud Plautum *in Menæch.* inter amicos manumiſſus, *Meliore*, inquit, *opus eſt auſpicio liber perpetuo ut ſiem.* Intervenichat Prætor & non permittebat ſervire. Poſtea habuerunt propriam quandam libertatem ex lege Junia, quæ exæquavit eos Latinis colonariis (quos ego ad novum jus Latii refero. Nam & vetus fuiſſe aliud Servius notat, & illæ ſingulares literæ apud Valerium Probum confirmant, C. L. P. R.) effecitque liberos, negato tamen ultimæ voluntatis arbitrio, ut Salvianus Timothei nomine ſcripſit *lib.* III. *ad Eccl. Cathol.* & probat *l. 1. C. th. de petitione hæredit.* & Gajus *lib.* 1. *Inſt.* qua de re alibi plenius. Ita poſt legem Juniam inter amicos manumiſſi, nec ſerviunt, nec ſervi ſunt, ſed libertini: non juſtæ tamen nec ſolidæ libertatis, ut & Seneca *in libr. de beata vita* ſignificat; denique ſervorum liberi & liberorum ſunt ſpurii, ut ait *l. 2. C. th. ad S. C. Claud.* Ergo ut ad rem redeam, liber homo noxæ deditus ſervit, & ei adquirit qui deditum accepit. Verum ſi tantum adquiſierit quantum damnum datum eſt, liberatur, cogiturque is qui deditum accepit, ipſum manumittere, cogitur autem a Prætore: ſed fiduciæ, inquit, judicio non tenetur. Quid eſt hoc? An ſignificat fiduciæ judicio non poſſe cogi manumittere, cum videri poſſet hoc ab initio quodammodo actum per fidem tacitæ contractus, ut litis æſtimatione accepta deditum dimitteret: quemadmodum ſervatur in eo, qui ſuis nummis redimitur *l. 3. D. de obſequ. parent vel patron. præſtand. l. 4. §. 1. D. de manumiſſ.* ſed auxilio & officio Prætoris id fieri, ut de ſervo Juſtinianus paulo dilucidius ſcripſit in *§. 1. Inſtit. de nox. act.* An vero quia manumiſſionem liberi hominis præcedit mancipatio, in qua fiducia interponi ſolet (ex parte quidem emptoris aut revendendi remancipandique, aut etiam interdum manumittendi: ex parte vero mancipantis de indemnitate fiduciarii ob impenſas ipſius actus, vel etiam ob actiones noxales, ceteraſque ejus generis, quibus alioqui ex perſona liberi hominis teneri poſſet) hoc potius Papinianus ſignificat, eum qui ſibi noxæ deditum manumittit fiduciæ non teneri, quia non ſponte manumittit: ut nec alias qui facto alterius coactus vendit, de evictione teneri ſolet niſi ex ſuo facto? Sed hoc fortaſſe ſubtilius eſt. Illud non minus, An filius fam. ita manumiſſus, in patris naturalis poteſtatem recidat, ſiquidem legi XII. tab. trina mancipatione ſatisfactum non eſt. Nam ſane accepto pretio vendere non minus eſt quam aut non defendere, aut noxæ dedere, & eſt quod hoc filio magis ob noxiam imputetur. Ita fruſtra quæratur hoc caſu, an is qui noxæ deditum auxilio Prætoris manumittit, jura ſibi legitimæ ſucceſſionis adquirat. Quod forſan non fruſtra quæri videretur in cæteris liberis, qui una manumiſſione ſui juris fiunt, ſi per omnia liberorum hominum manumiſſores patronis exæquarentur, & non edicto Prætoris enumeratæ eſſent certæ perſonæ. Et hic profecto neque gratuitum neque revera beneficium præſtat, cum cogi poſſit, & nihil amplius quam operam ſuam vel invitus accommodat, quaſi pretio recepto ſartaque noxa, *L ult. D. obſequ. parent.* Hæc ſunt ejus juris, quod ille apud Gellium cum lance & licio evanuiſſe dicit, cujus tamen cognitio quanti ſit momenti in ceteris partibus, ii demum intelligunt, qui rivis & caſtellis ita utuntur, ut fontes ipſos non negligant. PITH.

10. *Noxiæ deditum*] Alibi dicunt *noxæ deditum*, hoc eſt, *pœnæ deditum*. De homine libero noxæ dedito aliquid notatum eſt ad Paulum *Sententiar. lib.* II. *tit. 31. §. 9.* Hunc vero deditum non fuiſſe ſervum, ſed magis addictum, exiſtimat Cujacius *Obſervation. lib.* XIII. *cap. 9.* Tales etiam fuere, qui ob furtum addicti eſſent, auctore A. Gellio *Noct. Atticar. lib.* XI. *cap. 18.* nec non ob æs alienum, de quibus aliquid habet idem Gellius *lib.* XX. *cap. 1.* multa vero tradidit Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 18.* quales quoque manumiſſos fuiſſe: at non etiam ipſe factos eſſe libertinos, indicat Quinctilianus *Inſtitution. Orator. lib.* V. *cap. 10.* SCHULTING.

11 *Manumittere cogendus eſt a Prætore*] Hic enim actor id eſt conſecutus, quod in condemnatione fuit: & reus conventus hominem objecit, ac dedidit: adeoque nulla ipſi fit injuria. IDEM.

12. *Fiduciæ judicio non tenetur*] Non imitatur, ſcilicet, hæc res venditionem filiifamilias emancipandi gratia, quæ ſolebat fieri interpoſita fiducia, ne ipſe emptor manumitteret, ſed pater vel avus ipſe, qui ita conſequebatur jura patroni. Nihil tale hic obtinebat. Videtur vero ſi eſſet a patre filius noxæ cauſa deditus, & manumiſſus, iterum recidiſſe in patriam poteſtatem: non vero idem obtinuiſſe in aliis liberis, ſecundum ea, quæ habet Ulpianus *tit. 20. §. 1.* & plenius Cajus *Inſt. lib. 1. tit. 6. §. 3.* Aliter hæc expoſuit Eruditiſſimus Pithœus: at dubitans. Manumiſſorem

IV. VLPIANVS [12] libro XVIIII. ad Edictum, ſub titulo, Si fatebitur injuria occiſum eſſe in ſimplum. Et cum diceret. [13] RVPISSE cum utique accipiemus, qui vulneraverit, vel virgis, vel loris, vel pugnis [15] cedit, vel [16] telo cum aliovis genere cederet hominis corpus, [17] vel tumorem fecerit: vel ita demum, ſi [18] damnum datum eſt. De cetero ſi in nullo ſervum pretio viliorem deterioremve fecerit, [19] ad Aquiliam ceſſat, injuriarumque erit agendum. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior factus ſervus, verum ſumptus [20] in ſalute ejus & ſanitate facti ſunt, in haec [21] nec mihi [22] videtur damni * Aquilia lege poſſe.

V. [23] PAVLVS libro ſingulari [24] & titulo de injuriis. GENERALITER dicitur injuria omne, quod non jure fit. Specialiter [25] alia eſt contumelia, [26] quam Graeci

vero liberi hominis jus patroni non habuiſſe inde colligitur, quod hic manumiſſus non fuerit libertinus; quod ex Quinctiliano jam notavimus. IDEM.

13. *Libro* XVIIII.] Cod. Scal. XVIII. quæ recta eſt lectio: Vlpianus enim libro XVIII. *ad Edictum* legem Aquiliam interpretatus eſt: ex quo etiam petita eſt *l.* 22. in cujus §. 27. hæc referuntur, aliquibus immutatis. IDEM.

14. *Rupiſſe*] Extant in *l.* 24. § *rupiſſe*, *D. ad L. Aquil.* ſed verbis aliquantulum mutatis: ac vereor ne illa etiam quæ ſequuntur, *aliquilia enim eas duntaxat ruptione, quæ damna dant, perſequitur* (ſic enim reponendum arbitror) non ſint Vlpiani. Sane nec ea collector hic agnovit, qui alioqui aut continua dividere, aut diviſa continuare non ſolet. PITH.

15. *Cedit*] Scribendum *cecidit* ex *d. l.*

16. *Telo cum aliovis genere &c.*] Ibid. *telo*, *vel quo alio*, *ut ſcinderet alicui corpus.* Freherus *Pareg. lib.* 1. *cap.* 9. legit, *telorum aliovis genere.*

17. *Vel tumorem*] Aſteriſcum ante hæc poſitum delevi: ſunt enim hæc integra, ut conſtat ex *d. l.* ubi mox eſt, *ſed ita demum*, rectius.

18. *Damnum*] Ibidem additum *injuria*: & mox omiſſum *in.*

19. *Ad Aquiliam*] Recte ibidem *Aquilia.*

20. *In ſalute ejus & ſanitate*] *In ſalutem ejus & ſanitatem*, *eod. loc.* & melius.

21. *Nec mihi*] Senſus vellet *& mihi*: quod & quoque legitur ad marg. ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. Aut delendum *nec.* SCHVLTING.

22. *Videtur damni &c.*] Ibid. *videri damnum datum, atque ideo lege Aquilia agi poſſe*, quæ rem plene exponunt.

23. *Paulus libro ſingulari*] Quonam? De injuriis. Sic ſequentia utcunque ſuadent. Atqui nullus hoc titulo liber Paulo tribuitur in eo indice, qui Pendectis præfixus eſt, in quo alii quidam notantur ex quibus nihil deſumptum legimus. Et tamen hunc ipſum habuere compoſitores, qui hæc ad verbum tranſtulerunt in ſuas Inſtitutiones ſub tit. *De injuriis*, quem cum hoc loco conferre cui libet, licet, & ex eo quod hic deeſt ſupplere. Quod autem ſequitur, ſic fortaſſe non male reſtituetur, *Communis enim omni ei nomen injuria eſt*, quod ex Franciſco fratri chariſſimo ſuboluit. PITH.

24. *Et titulo*] Forte Paulus in hoc libro primum egit de injuriis in genere, & titulum expoſuit: poſtea & alii tituli ſecuti ſunt: qualis mox hic citabitur. SCHVLTING.

25. *Alia eſt contumelia, quam Graci &c.*] Ad marg. laudatæ ed. Pariſ. eſt *alias*, uti in *pr. Inſt. de injur.* H. Grotius *Flor. Sparſion. ad pr. Inſt. de injur.* deleri vult *contumelia.* Verum ſic quidem aliquis erit ſenſus: at nihil dictum erit de eo, de quo primario hic fuerat dicendum, nempe, de contumelia, quæ dicitur ὕβρις: uti deinceps oſtendetur. IDEM.

26. *Quam Graci* ΑΔΙΚΙΑΝ *vocant*] Rectiſſime Pithœus exiſtimat ex *dict. prine.* hæc ſupplenda eſſe: illic vero eſt, *quam Graci* ὕβριν *appellant: alias culpa, quam Graci* ἀδίκημα *dicunt. ſicuti in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur: alias iniquitas & injuſtitia, quam Graci* ἀδικίαν *vocant.* Barthius *Adverſarior. lib.* XXX. *cap.* 20. ſcribit *alia, quam Graci.* ita conſtructio erit ſalva, ſed Græcæ vocis ὕβρις hic mentionem quoque factam eſſe Paulus mox innuit: adeoque plura videntur excidiſſe. Emendatio & verborum trajectio, quam facit Heraldus *Obſervation. & Emendation. lib ſingular. cap.* 46. legens, *omne, quod non jure fit, quam Graci* ἀδικίαν *vocant*, non placet: & ſic illa, *nam cum Prator &c.* debebunt referri ad membrum prius: quod inconcinnum eſt. At recte rejicit correctionem Salmaſii *ad jus Attic. & Roman. cap.* 7. *& de mod. uſurar. cap.* 27. qui reponit ἀδικίαν: ac exiſtimat, Pauli verba in *d. pr.* a Triboniano eſſe interpolata: ſed mihi potius videntur ex hoc loco aliqua intercidiſſe. Quod niſi ſtatuatur, nihil plane dictum erit hic quoque de ea verbi ſignificatione, quam huic edicto propriam eſſe mox dicit Paulus: verbum enim ἀδικία notat tantum injuriam, quæ corpori infertur, non quæ alio modo infertur, ipſo Salmaſio interprete ac de ea Athenis erat actio ſpecialis, privatumque judicium, quod plenius docet Heraldus. IDEM.

27. *Cum*

Graeci [a] ΑΔΙΚΙΑΝ vocant: nam [27] cum Praetor noſter adverſum nos pronuntiaret, injuriam nos accepiſſe dicimus. Vnde apparet non verum eſſe quod [28] Labeo putabat, apud Praetorem injuriam ΥΒΡΙΝ duntaxat ſignificare. [29] Communem omnibus enim juris eſt, quod ſemper adverſus bonos mores fit, idque non fieri alicujus intereſt. Hoc edictum adeam injuriam pertinet, quae contumeliae cauſa fit. Fit autem injuria vel in corpore, dum [30] caedimur: vel verbis, dum convitium patimur: vel cum dignitas laeditur, ut cum matronae, vel [31] praetextatae [32] comites abducuntur. Injuriarum actio aut legitima eſt, aut honoraria. Legitima ex lege duodecim tabularum, [33] QVI injuriam

27. *Cum Praetor noſter adverſum nos pronuntiaret*] Hoc non eſt verum, omnem pronunciationem contra aliquem injuriam eſſe: at tum demum, cum contra jus prolata eſt. Si pro *noſter*, quod hic ſupervacuum eſt, legatur *non jure*, res erit vera: & conveniet huic loco cum *d. pr. Inſt. de injur.* ac figlae potuerunt cauſam errori dare. Magno N^s exponit *noſter*: & N^m nam. ac I. notare *jus*, & *jura*, patet ex Valerio Probo aliiſque. In marg. ed. Pariſ. cl> Ib LXXXVI, eſt *injuſte*. IDEM.

28. *Labeo*] *L. 15. D. de injuriis.* PITH.

29. *Communem omnibus enim juris eſt*] Barthius *loc. cit.* legit, *commune enim nomen injuria ei ſemper, quod adverſus bonos mores fit, idque &c.* Grotius *Fler. Sparſion. ad pr. Inſt. de injur.* ita: *commune enim nomen injuria eſt, &c.* Heraldus *Obſervation. & Emendation. cap. 46* hoc modo. *Commune omnibus enim injuria eſt, atque quod ſemper adverſus bonos mores ſit, idque non fieri alterius intereſt.* Verba ſunt corrupta, mens non obſcura: nec ulla harum emendationum, quae eodem fere collimant, Pithoeanae, ad principium horum verborum propoſitae, videtur praeferenda, ut legatur, *commune enim omni ei nomen injuria.* Senſus certe tale quid flagitat. SCHVLTING.

30. *Caedimur*] Male vulgo *cedimur*.

31. *Praetextatae*] Meminit praetextatae Imperator §. 2. *Inſt. de injur.* Quare praetexta impuberibus data ſit, dictum ad Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 4 §. 14.*

32. *Comites abducuntur*] Idem docet Vlpianus *L. 1. §. 2. D. de injur.* qui id fuſius exponit *L. 15. § 15. & ſeqq. D. eod. tit.* De comitatu matronarum nonnulla notavit Joſ. Mercerus *ad Ariſtaen. epiſtol. 9.* De puerorum comitibus quaedam dicta ſunt ad Paulum *loc. cit.* SCHVLTING.

33. *Qui injuriam*] Hae ſunt verba legis ipſius XII. tab. in quae ſibi quiſque pro arbitrio licere exiſtimet. Quod ſequitur de ſervo & libero, valde corruptum obſcurumque eſt. Ego pertinere cenſeo ad illud legis caput, quod de gravioribus injuriis fuit, quarum aeſtimatio hactenus fruſtra quaeſita hinc fortaſſe non male diſci poterit. Nam omnes quidem hujuſmodi injurias non eſſe talione vindicatas, vel unus A. Gellii locus arguit, apud quem cum Phavorinus dixiſſet, *Nonne tibi quoque videtur eſſe dilectum, quod de injuria punienda ſcriptum eſt*, SI INJVRIAM ALTERI FAXIT XXV. AERIS POENAE SVNTO? *Quis enim erit tam inops quem ab injuria faciendi libidine* (ſic legendum ex veteribus libris) XXV. *aſſes deterreant?* reſpondet noſter Africanus non omnes injurias iſtis aſſibus quamvis librariis vindicatas. *Sed injurias* (inquit) *atrociores, ut de oſſe fracto, non liberis modo, verum etiam ſervis factas impenſiore damno vindicarunt: quibuſdam autem injuriis talionem quoque impoſuerunt.* Fuit vero & alius ejuſdem legis articulus de injuriis, quo capite vindicabatur ſi quis carmen condidiſſet, quo alteri infamiam flagitiumve faceret. Fuſtis poena, cujus Horatius meminiſſe videtur, nulla, ut opinor, fuit: & poetice dictum eſt, eum ſignificare vellet, abſtinuiſſe poenae metu, tracta a canibus ſimilitudine, ut & Helenio Acroni ſuboluit. Quin & hiſtriones ipſos immunes verberum Auguſtus ipſe reſponderat, quod Tacitus *lib. 1. Annalium* Tiberium ſequutum refert. Quae ſtatuitur poena in *L. 5. §. ſi quis, D. de Injuriis*, putatur eſſe ex lege Cornelia. Sed eſt magis ex ipſa lege Julia. ex SC. tamen eſſe dicitur in *L. 21. D. de teſtib. l. 18. §. ult. D qui teſt. fac. poſſ.* Lex Cornelia ex tribus cauſis actionem dedit, quae longae aliae ſunt Sane Arnobius *lib. IV. adverſ. gentes* ob convitium petulans formulam ex edicto dari ſignificat, & veriſſimum eſt. Qui locus revocat mihi in memoriam alium quendam non diſſimilem M. Vellii Paterculi (ſic enim apud Priſcianum ſcribitur) ex poſteriore volumine, qui in B. Rhenani editione ita conceptus eſt. *Primus ille & ne unum ultimus* (de Sylla loquitur) *exemplum proſcriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convitii judicium hiſtrionum ex alto redditur, in ea jugulati civis Reipub. conſtitueretur auctoramentum, plurimumque haberet qui plurimos interemiſſet, nec occiſi hoſtis quam civis uberius foret praemium, fieretque quiſque mercis mortis ſuae.* Quid alii ſuppoſuerint referre nihil attinet: ego ſic lubentius legerim, *Petulantis convicii judicium injuriarum ex albo redditur.* Injuriarum nomen generale eſt, & habet ſub ſe ſpecies multas. Nam eſt injuriarum judicium oſſis fracti, & membri rupti, & carminis famoſi. Itaque juridice loquitur qui dicit, Injuriarum petulantis convitii judicium, ut, legis Aquiliae hominis occiſi &c. & leviorem ſpeciem injuriae complexus eſt, quam ſummae crudelitati opponeret, fortaſſe non omiſſurus & ipſius Syllae legem, ſi hanc quoque injuriae ſpeciem complexa eſſet. Gravius Seneca Corneliam de ſicariis auctori objecit, cum de eadem re ageret in libello

injuriam alteri facit, quinque & viginti ſeſtertiorum poena ſubit. Quae lex generalis fuit libero trecentos ſervos CL. poenam ſubito ſextertiorum.

VI. IDEM PAVLVS eodem libro ſingulari, ſub titulo. Quemadmodum injuriarum agatur. "QVI autem injuriarum in quid aget," certum dicat quid injuriae factum ſit, " & taxationem ponat non minorem, quam [7]quanti vadimo-

bello de divina providentia. *Videant* (inquit) *Largum in foro ſanguinem & ſupra Servilianum lacum (id enim proſcriptionis Syllanae ſpoliarium eſt) Senatorum capita, & paſſim vagantes per urbem percuſſorum greges, & multa millia civium Ro. uno loco poſt fidem, imo per ipſam fidem trucidata. Quid ergo? Felix L. Sylla, quod illi deſcendenti ad forum gladio ſuſmovetur? quod capita Conſularium virorum patitur offendi, & pretium cadis per quaeſtorem ac tabulas publicas numerat? Et haec omnia facit ille, qui legem Corneliam tulit.* Quae poſteriora verba ſuadent ut apud Paterculum pro *Reipublicae* legam non *Romani* (quis enim non hoc ſupereſſe videat?) ſed *e Publico*: ut reſpondeat illis, *per Quaeſtorem & tabulas publicas*. Sed & Paulo poſt ita legendum, *Nec tantum in eos, qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſaevitum*, adeo perſpicuum eſt, ut probatione non indigeat. PITH.

23.* *Qui injuriam alteri facit, quinque & viginti ſeſtertiorum poena ſubit &c.*] Hic ut legatur *poenam ſubito* conſtructionis ratio flagitat: & ſic mox iterum loquitur. *At* lex XII tabularum meminit non ſeſtertiorum, ſed aſſium, Gellio teſte *Noct. Atticar. lib. XX. cap. 1.* ut & in ſpecie arborum furtim caeſarum, auctore Plinio *Natural. Hiſtor. lib.* XVII. *cap. 1.* nec ſatisfacit, quod ſcribunt Viri Inclyti, Cujacius *Obſervation. lib.* XIX. *cap. 31.* & Salmaſius *de mod. uſurar. cap. 6. & 17.* auctis facultatibus legem acceptam eſſe de ſeſtertiis. Si enim pro aſſe ſumas ſeſtertium nummum, erit hoc non plus, ſed longe minus, cum aſſes tempore legum XII. tabularum latarum fuerint totius libræ, ſive librales, teſte Plinio *Natural. Hiſtor. lib.* XXXIII. *cap. 3.* ſeſtertius vero ſit tantum quarta pars denarii, ſive ſchellingii noſtri. Si vero pro ſingulis aſſibus ponas ſingula millia nummum, ſive ſeſtertiorum: adeoque pro viginti quinque aſſibus ponas viginti quinque ſeſtertia, immodica erit ſumma: nempe ſexcentorum & viginti quinque Philippicorum: ut proinde verisimile ſit, hanc mentionem ſeſtertiorum non eſſe a Paulo, qui non videtur verba alia legibus adſcripſiſſe, quam quae erant genuina: ſed ab alio, qui illum forte voluit explicare. Salmaſius totum hunc locum refingit *Obſervationib. ad jus Attic. & Roman. cap. 9* & quidem ita. *Legitima in lege duodecim Tabularum: Qui injuriam alteri faxit quinque & viginti aris poena ſunto. Qui membrum rupſit talio eſto. Qui oſſa fraxit, libero trecenti aris, ſervo centum & quinquaginta poena ſunto.* Res certe ipſa hic ſeſe habet optime: quamvis nulla fuerit cauſa pro *ex lege* ſcribendi *in lege*. Ceterequin prima pars de injuria, leviori, nempe, ex Gellio petita eſt: nec non ſecunda, quam habet quoque Feſtus *v. talionis:* ſed addunt illi conditionem, *ni cum eo pacit* De oſſe etiam fracto legem caviſſe docuit Paulus *Sententiar. lib. V. tit. 4. §. 6.* poenamque nummariam conſtituiſſe certum eſt ex §. 7. *Inſt. de injur.* & Gellio *loc. cit.* Jac. Gothofredus *ad l.* XII. *tabb.* verba, *qua lex generalis &c.* ita putat reſtituenda eſſe. *Qui os ex genetali fudit, libero* CCC. *ſervo* CL. *poenam ſubito ſeſtertiorum:* quam lectionem, tamquam unicam & genuinam, in contextu exhibuit is, qui in hac urbe ante quadraginta & trevannos hunc libellum edidit: verum nihil habet, quo nitatur haec emendatio: nec probatur, verbum *genetale* notum eſſe eo ſenſu, quo ille vult: nec veteres uſquam dicunt legem egiſſe de oſſe loco ſuo moto, ſive, ut ille ait, fuſo: ſed de oſſe fracto. De re ergo ipſa ex his ſatis conſtat. verba integra certa fide ſine veteri libro nemo temere praeſtabit. SCHVLT.

34. *Qui autem injuria in quid agat*] Sic vet. Cod. malo, *inquit*, ut ad Praetorem referatur, *l. 7. D. eod.* PITH.

35. *Certum dicat*] Quia qui famoſam actionem intendit, non debet vagari cum diſcrimine exiſtimationis alienae, *l. 7. pr. D. de injur.* Idem cavetur de actione doli, *l. 16. D. de dolo mal.* SCHVLTING.

36. *Et taxationem*] Eſſe hoc legum verbum Juſtinianus dixit *Nov.* LXXXII. Pertinet vero hic locus ad id quod idem ſcribit de aeſtimatione injuriarum a Praetore permiſſa in §. *poenae Inſtit. eod. tit.* PITH.

36.* *Et taxationem ponat non minorem, &c.*] Omiſſa haec videntur a TribonIano in *l. 7. pr. D. de injur.* ob mutatam hodie ſatisdationum formam: uti & alibi verbum *vadimonium* in ſcriptis veterum videtur expunxiſſe. de quo plura legere eſt apud Salmaſium *de mod. uſurar. cap. 16.* Non vero probandus Ant. Contius *Lection. lib. I. cap. 9.* qui dicit, hanc ſatisdationem pro litis aeſtimatione, ſive taxatione, datam fuiſſe. Id non ſequitur ex eo, quod actor debuit non minorem facere taxationem in libello, quam poena erat vadimonii deſerti: hoc enim ideo placuit, quia ipſum vadimonium contrahitur ob rem, *l. 10. §. 2. D. ſi quis cautionib.* & ne reus praeſentiam ſui facere detrectet: iniquum vero eſſet pluris taxari deſertionem vadimonii, quam quanti ipſa eſſet cauſa. Ceterum certiſſimum eſt, olim in actione perſonali nullam cautionem de re ipſa, ſive de judicato ſolvendo, adeoque nec pro taxatione exactam fuiſſe, *§. 1. Inſt. de ſatisdationib.* SCHVLTING.

37. *Quanti vadimonium*] Si quidem ſatisdatio ipſa vel cautio judicio ſiſti certam ſummam continet. Nam & interdum ita vadimonium concipitur. *Quanti ea res erit.* De vadimonio etiam in actione injuriarum locus eſt, in *l. ſi cum, 20. §. qui injuriarum, D. Si quis caut.* PITH.

38. Ne-

dimonium fuerit. Certum dicit qui ſuo nomine demonſtrat injuriam: [39] neque ita, ut per disjunctionem hoc aut illud accidiſſe comprehendat: ſed ut neceſſe habeat aut [39] unam nominis ſuo re deſtinare, [40] aut plures ita complecti, ut omnes eas accidiſſe cogatur probare. Certum autem an incertum dicat, cognitio ipſius [41] Praetoris eſt. Demonſtrat autem hoc loco Praetor [42] non vocem agentis, ſed qualem formulam edat. Certum non dicit, qui dicit [43] pulſatum, ſi ſit verberatus: ſed & partem corporis demonſtrat, & quem in modum, pugno puta, an fuſte, an lapide, ſicut formula poſita eſt, [44] QVOD AVLI AGERII PVGNO [45] MALA PERCVSSA EST. Illud non cogitur dicere, dextra an ſiniſtra, nec qua manu percuſſit. Ita ſi dicat infamatum ſe eſſe, debet adjicere, quemadmodum infamatus ſit. Sic enim & formula concepta eſt, QVOD NVMEDIVS NIGIDIVS [46] ILLVM INMISIT AVLO AGERIO INFAMANDI CAVSA.

VII. PAVLVS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. [47] CAVSA mortis idonea non videtur, cum laeſus homo poſt

39. *Neque ita, ut per disjunctionem &c.*] Idem docet Vlpianus *l. 7. §. 4. D. de injur.*

39. *Vnam nominis ſuo re deſtinare*] Non inficior ad hanc veterem ſcripturam propius ita legi poſſe. *Vnam nominis ſuo rem deſtinare*, ſed illud malim, *unam nomini ſuo rem deſignare*. PITH.

40. *Aut plures ita complecti, &c.*] Debet quoque illae, quae ſimul illatae ſunt, conjungere, *l. 7. §. 5. D. de injur.* SCHVLTING.

41. *Praetoris*] Hujus enim eſt actionem dare, & judicium ordinare. IDEM.

42. *Non vocem agentis*] Vocatio in jus actionis editionem praeceſſit, ſequuta eſt ipſa actio litisque conteſtatio. Imo & in jure ad album plerumque actio edi ſolebat. Itaque recte Juſtinianus omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſci ait, quae eſt de in jus vocando, quem & ipſe ordinem in vetere jure [illegible]igerendo religioſe ſequutus eſt. PITH.

43. *Pulſatum, ſi ſit verberatus*] Haec quo pacto differant, exponit Vlpianus *l. 5. §. 1. D. de injur.* Aliquid diximus ad Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 4. §. 8.* SCHVLTING.

44. *Quod Auli*] Hoc fuiſſe ſolemne verbum in formulis actionum, & alii notarunt, & hic locus pleniſſime probat. Sic & apud Fab. *lib. VI. cap. 8. Colaphum tibi ducam & formulam ſcribam. Quod caput durum habeas.* Exempla ſunt ex libris noſtris praeter jam notata in *l. 17. §. 1. D. de in rem verſ. l. 2. D. Quod juſſ. l. 153 D. de verb. oblig. l. 21. §. ult. D. de neget. geſt. l. 47 de aedilit. edict. l. ult. D. ſi quadrup. paup. fec. dic. l. 26. §. neque, D. de noxal. act. l. 1. §. an pater, D. de fur. l. 7. §. ſed is qui negat, & l. 3. D. de exercit. act.* Fuit & in exceptionum formulis uſitatum. Quod praejudicium non fiat. Quod metus cauſa *Inſt. de excep.* Quod non vi *l. 1. §. 1. & §. denique. l. 7. §. helliſſime, & §. ſeq. D. Quod vi aut clam. l. 1. §. ſunt qui, D. Ne quid in loco publ.* Quod facere poſſim *l. 7. & l. 14. in fine D. de excep.* & infra. Quod rem ſeſtertiorum, &c. Sed & in conceptione ſtipulationum, Quod ego decem credidi, *l. 47. D. de rei vind. l. 42. D. de fidejuſſ. l. 1. §. ſi manumiſero, D. Quar. rer. act. non dat l. 8. §. 1. D. de pigneras. act. l. 122. §. Flavius. l. 135. §. Seia. de verb. oblig. l. 15. D. de acceptil. l. 58 D. de rei vindic.* Quo pertinent & illa in teſtamentis, quorum exemplum extat in *l. 19. D. de liberat. leg.* Unde & apud Ciceronem orat. pro Quintio illa verba, *ut ſibi Quinctium judicatum ſolvi ſatisdet ex formula, Quod ab eo petat, &c.* non modo ad actionis ſed & ad ſatisdationis formulam referri poſſunt, & melius quidem quam ad edictum ipſum, quamvis conſtet ad exemplum etiam edicti actiones fere conceptas. Illud fortaſſe non usque adeo obviam in conceptione formularum non ſemper Caium Seiumque, aut Titium ac Maevium, ſed & Agerium actoris, Nigidium rei nomen fuiſſe, cujus moris in acceptilationis Aquilianae formula reliquiae extant: & in *l. Titer, 41. §. 2. D. de aſſur.* Agerio Gajus Sejus conjungitur. Sed de tota ea veteris juris parte expectamus votis multis tractatum quem B. Briſſonius celeberrimum ingenium fori noſtri jam pridem poliretur, cui minam rerum profecto tandem aliquando volenti eveniat, quam ſumma ipſius eruditio ingeniique ſingularis dexteritas meretur, & ſtudioſorum utilitas expoſtulat. PITH.

45. *Mala*] Vet. Cod. *mola.* IDEM.

46. *Illum inmiſit*] Salmaſius *Obſervat. ad jus Attic. & Roman. cap. 7.* reponit *carmen inmiſit*: quod tamen non poſſum probare: an non enim poteſt aliquis in alium immittere, quo ipſum infamet? SCHVLTING.

47. *Cauſa mortis*] Haec ſententia indicat jure P. R. non fuiſſe certum dierum numerum, ſed hoc totum

poſt aliquos dies officium [48] diuturnae vitae retinens deceſſit: niſi forte fuerit ad necem caeſus, aut letaliter vulneratus.

quaeſitoris & judicum arbitrio permiſſum. Pertinet vero magis ad titulum proximum, niſi quod de libero homine loquitur. Novum vero non eſt in hujusmodi eclogis eſſe quaedam capita fugitiva: qualia multa in libris noſtris Doctor meus adnotavit, quibus & haec addi poſſunt, *l. 1. & 2. D. de ceſſ. bon. l. 3 D. Qui pet. tut. l. ult. D. de loco publ. l. 4. C. de probat.* Sane in *l. Labeo 21. in fin. D. de ſtatulib.* quod ex Pactumejo Clemente traditur, ad titulum non ſatis pertinet, niſi ex priori dictione repetita ſyllaba cum ſuperioribus conjungatur hoc modo, *dediſſet & Pactumejus Clemens &c.* At in *l. 3. utrum, D. ſi uſufruct. pet.* quod Vlpianus adjecit *non ſervitutem*, quamvis a propoſita quaeſtione alienum videatur, ideo tamen adjectum eſt, ne ſententiam Juliani de ſervitute probaſſe arguereur, quod alias fortaſſe amplius exponemus. PITH.

48. *Diuturnae*] Malem *diernae*, ut dixi ad Paulum, *lib. V. tit. 23. §. 5.*

TITVLVS III.

Incipit de Jure & Saevitia Dominorum.

I. MOYSES DICIT. [1] *Si quis percuſſerit ſervum aut ancillam virga, & mortuus fuerit in manibus ejus, judicio vindicetur. Quod ſi ſupervixerit die uno, aut duobus, non vindicabitur: pretium enim ipſius eſt.*

II. PAVLVS libro Sententiarum, ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. dicit. SERVVS ſi plagis defecerit, [2] niſi id dolo fiat, dominus homicidii reus non poteſt poſtulari: modum enim caſtigandi & in ſervorum cohercitione placuit temperari.

III. VLPIANVS libro octavo de officio Proconſulis, ſub titulo de dominorum ſaevitiae. [3] Si dominus in ſervum ſaevierit, vel ad [4] pudicitiam turpemque violationem compellat, quae ſint partes Praeſidis, ex reſcripto Divi Pii ad [5] Aurelium Marcianum, Proconſulem Baeticae, manifeſtatur: cujus „reſcripti verba haec ſunt. [6] Dominorum quidem poteſtatem in ſervos ſuos „inlibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi. Sed domi-

1. *Si quis*] *Exod. XXI.* hanc vero dierum interpretationem Conſtantinus ſuſtulit *in l. 1. C de emendat. ſerv.* ut & Zeno in *l. penult. C. de inceſt. nupt.* a Moyſis lege nonnihil receſſiſſe videri poteſt. PITH.

2. *Niſi id dolo fiat*] Hoc igitur caſu reus erit dominus homicidii: ſed punietur tanquam homicida ſervi, non ut homicida liberi hominis. Punietur autem ex lege Cornelia, non ex plebiſcito. IDEM. Adde Cajum *lib. 1. tit. 3.* ubi plura notata ſunt, *l. 1 & 2. Cod. Theod. de emendation. ſerver.* ad quae aliqua habet Jac. Gothofredus.

3. *Si dominus*] Extat & in *l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel al. jur. &* in Inſtit. mutatis etiam nonnullis, quae nihil neceſſe putavimus ſingillatim notare. PITH.

4. *Pudicitiam*] Legi debere *impudicitiam* res ipſa indicat, & Vlpianus *l. 2. D. de his qui ſui & al. jur. ſ.*

5. *Aurelium*] Aelius vocatur *d. l. 2. & ſ. 2. Inſt. eod. tit.*

6. *Dominorum*] Non fuerunt ante has Conſtitutiones impunitae dominorum in ſervos injuriae. Nam Seneca *lib. III. de benef. Poteſt*, inquit, *ſervus dare beneficium domino, ſi ab eo poteſt injuriam accipere. Atque de injuriis dominorum in ſervos qui audiat poſitus eſt, qui & ſaevitiam, & libidinem, & in prabendis ad victum neceſſariis avaritiam compeſcat.* Lege quoque Petronia dominis poteſtas ablata eſt ſuo arbitratu ſervos dandi ad depugnandas beſtias, *l. 11. §. ult. D. ad l. Cornel de ſic.* Sed & apud Graecos ſervorum fortunae humaniter inconſultum Athenaeus elegantter oſtendit *lib. VI. Dipn. c. 7.* prolatis in eam rem Hyperidis, Lycurgi & Demoſthenis verbis. PITH. Aſteriſcum hic fine cauſa habent edd. praeter Pariſ. cb 1b LXXXVI. quae recte eo caret.

7. Et

dominorum intereſt, ne auxilium contra ſaevitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querelis illorum, qui ex familia Juli Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſive durius habiti, quam aequum, vel infamiae injuria adfectos cognoveris, venire jube, ut in poteſtatem Sabini non revertantur. Quod ſi meae conſtitutioni fraudem fecerit, ſciet me admiſſum ſeverius executurum. Divus etiam Adrianus Vmbram quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex leviſſimis cauſis ancillas atrociſſime tractaret. Item Divus Pius ad libellum Alfi Juli reſcripſit haec verba: Servorum obſequium non ſolum imperio, ſed & moderatione, & ſufficientibus praebitis, & juſtis operibus contineri oportet. Itaque & ipſe curare debet juſte ac temperate & vos tractare, ut & facili requirere eo poſſit, niſi apparuerit, vel in parente impendiis eſſe, vel atrociorem dominationem ſaevitiam exercere, neceſſe habeat Procónſ. V. C. ne quid tumultuoſius contra accidat, praevenire ſe, & ex mea jam auctoritate ad alienandos eos compellere. Gravione & Romulo Conſſ.

IV.

7. *Et ſive durius habiti*] *Si vel, & habitos* ſcriptum eſt *d. l. 2. & §. 2.* unde & lacuna poterit mox ſuppleri inſerendo *eſt*: at dein illic legitur *infami injuria.*

8. *Infamiae injuria*] Sic Vet Cod. & fortaſſe recte, ſi ad impudicitiam referatur. PITH.

9. *Poteſtatem Sabini*] In *d. l 2. & §. 2.* eſt *poteſtatem domini.*

10. *Fraudem fecerit*] Veluti ſi eum emptore pactus ſit ut ſervum redhibeat. Theoph. PITH. Non video cur aſteriſcus ante haec ſit poſitus, quando omnia hic ſunt integra. Recte is abeſt ab edit. Pariſ. ciɔ Iɔ LXXXVI. quam ſecutus ſum. Fraus vero conſtitutioni non proprie fiet, ſi paciſcatur vendens cum emptore, ut redhibeatur ſervus: ſed ſic directo fit contra ejus verba. At fraus fit, fiduciis vendatur conditionibus, & ut ab emptore inclementer habeatur: id enim conſtitutio non vetat diſerte: non vult tamen Princeps id fieri, *add. l. 29. l. 30. D. de legib.* SCHVLTING.

11. *Divus etiam Hadrianus*] Spartianus in ejus vita, *Servos*, inquit, *a dominis occidi vetuit, eosque juſſit damnari per judices, ſi digni eſſent.* Divus etiam Marcus domino ſervum accuſare permiſit, ut Gajus notat *lib 1. Inſt. l. ſervos 5 D. de accuſat.* De ſervorum vero criminibus cognoſcebat Romae quidem Praefectus urbi, in provinciis Praeſides, ut idem auctor eſt, & probat *l. 1. §. ſi quis ſervum, & §. quod autem, D. de off. P. V. l. 24 §. ult. D. de pig. act. l. 9. D. de manumiſſ.* PITH.

12. *Vmbram*] *Vmbricia* vocatur *d. l. 2. D. de his qui ſ. v. al. jur. ſ.* Vmbricii quoque meminit Juvenalis *Satyr. III. verſ. 21* alios habet Glandorpius *Onomaſtic.* nec pauci memorantur in Gruteri Inſcriptionibus. SCHVLTING.

13. *Et juſtis operibus*] Verbum *operibus* eſſe a mala manu putat V. C. Joh. Fred. Gronovius *Obſervat. lib. IV. cap. 9.* quia hic agitur non de operis ſervorum, ſed de officio domini circa moderationem, & ea, quae ipſe praeſtare ſervo debet, nempe, demenſo: & *juſta* ſunt modulus rerum ſtato tempore dandarum, vel faciendarum, vel percipiendarum IDEM.

14. *Itaque & ipſe*] Hic locus valde corruptus eſt, & fortaſſe non infeliciter ita reſtituetur, *Itaque & ipſe curare debes juſte ac temperate tuos tractare, ut & facile requirere eos poſſis, ne ſi apparuerit vel imparem te impendiis eſſe, vel atrociorem dominationem ſaevitiam exercere, neceſſe habeat Procoſ. V. C. ne quid tumultuoſius contra accidat, praevenire te, & ex mea jam auctoritate ad alienandos eos compellere. Gabrione & Romulo Conſ.* Cujus loci emendationem aliqua ex parte Nic. Fabri viri optimi indicio acceptam referre non ingratum eſt. PITH.

15. *Et vos*] In margine cod. Scalig. eſt *ſervos*: & mox *facile*: ac poſtea *dominatione*, non male. SCHVLTING.

16. *Requirere*] Fugitivos ſcilicet. PITH.

17. *Se, &*] In marg. ejusdem codicis Scalig. eſt *& te*, itidem commode. SCHVLTING.

18. *Ad alienandos*] Bonis conditionibus, itaque juſto pretio vendere compelletur, *arg. l. 4. §. 2. D. de in di. addict.* & de evictione cavere: quamvis alias nemo cogatur rem ſuo precio vendere, & qui invitus vendit, de evictione non promittat, *l. 2. §. ult. & l. ſeq. D. de act. rer. amot. l. 32. §. petitor. l. 70. D. de rei vindic.* PITH.

19. *Gravione & Romulo*] Legendum cum Pithoeo, *Glabrione & Omullo.* Fuere Coſſ. A. C. CLII.

20. *Gra-*

IV. [20]GREGORIANVS libro XVIIII ſub titulo de accuſationibus. IMPP. DIOCLITIANVS & Maximianus Auguſti Aurelio Sacrato militi. Cum ſervum tuum vi aegritudinis graviter oppreſſum fati munus impleſſe proponas, propter immoderatam caſtigationem calumniae cauſationem emergere, [21]innotitiae ratio, cujus fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Diocletiano A. III. & Ariſtone CONSS.

20. *Gregor. libro* XVIIII.] Hic numerus mihi valde ſuſpectus eſt. PITH. Relata eſt haec lex inter fragmenta Codicis Gregoriani, ubi, quae in mentem mihi venere, ad illam ſcripſi.

21. *Innotitiae*] *Innocentiae.* PITH.

Explicit Titulus de dominorum ſaevitia cohibenda.

TITVLVS IV.

Incipit de Adulterio.

I. MOYSES DIXIT. [1]*Quicunque moechatus fuerit cum muliere proximi ſui, morte moriatur qui moechatus fuerit, & quae moechata fuerit. Quod ſi aliquis ſeduxerit virginem non deſponſatam, & ſtupraverit eam, ducat eam ſibi in uxorem. Quod ſi renuerit pater ejus, & noluerit eam dare illi in uxorem, pecuniam inferet patri in quantum eſt dos virginis.*

II. PAVLVS libro ſingulari de adulteriis ſub titulo. BREVEM interpretationem de adulteris cohercendis facturus, per ipſa capita ire malui, ordinemque legis ſervare. Et quidem primum caput legis Juliae de adulteriis [2]prioribus legibus pluribus [3]abrogat. [4]Secundo vero capite [4]permittit pater,

1. *Quicunque*] *Levit. XX. Deut. XXII. Exod. XXII.* PITH.

2. *Prioribus legibus pluribus abrogat.*] An *derogat*, ut Ulp. dixit de lege Aquilia, an potius *abrogat*? Nam & ſic apud Livium ubi vulgo ſcriptum legitur *lib. IX. Et quia ubi duae leges ſunt ſemper antiqua abrogat nova*, in vetuſtiſſ. exemplari ſcriptum lego, *abrogat*: & apud Lact. *lib. VI. div. Inſt.* ſic Ciceronem ſcripſiſſe alias monuimus, *huic legi neque abrogari fas eſt, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari poteſt.* Verum reperio veteres quoque ita loquutos. Auctor libelli de viris illuſtribus *Minutio*, inquit, *Rufo Trib. legibus ſuis abroganse*, & paullo poſt de Apulejo Saturnino, *huic legi multis nobilibus abrogantibus.* Ovidius II. *de Triſtib. Et nimium ſcriptis abrogat ille meis.* Sed Modeſtinus noſter longe apertius in *l. 102. D. de verb. ſignif. Abrogatur legi cum prorſus tollitur.* Itaque veterem ſcripturam non temere violandam cenſeo: quamvis, ut verum fatear, & in illis Plinii locis obrogandi verbum lubentius repoſuerim. IDEM.

3. *Abrogat*] In ora libri Scalig. eſt *obrogat*, ſed vulgatum non ſine ratione tuetur Pithoeus. SCHVLTING.

4. *Secundo vero*] Hoc caput ſic reſtituo. *Secundo vero capite permittit patri, ſi in filia ſua quam in poteſtate ſua habet, aut in ea quae eo auctore cum in poteſtate eſſet viro in manum convenerit adulterum domi ſuae generive ſui deprehenderit, inque eam rem ſocerum adhiberit, ut is pater eum adulterum ſine fraude occidat, ita ut filiam in continenti occidat.* Quod ait, *inque eam rem ſocerum adhibuerit*, videtur pertinere ad filiam quae eo auctore cum in poteſtate eſſet, viro in manum convenit. Cujus juris quod jam in manum conventio evanuiſſet, nulla ſunt, quod ſciam, in hoc tractatu apud Juſtinianum veſtigia. Nam quod Ulpianus ait in *l. 23. §. 2. D. eod.* ad priorem illam capitis partem non pertinet. PITHOEVS. Idem fere habet Paulus *Sententiar. lib. II. tit. 26.* ubi nonnulla notavimus, & hic §. *ult.* Ex profeſſo vero rem expoſuit Barn. Briſſonius *ad leg. Jul. de adulter.* qui tamen

Digitized by Google

pater, filias suas, quas [5] in potestatem habet, ut in ea, quae [7] auctore, cum in potestate esset, viro in manum convenerit, adulterum domui suae generive suo deprehenderit, [8] in quem eam rem socerum adhibuerit, ut is pater cum adulterum [9] sine fraude occidat, ita ut filiam in continenti occidat. [10] Invidia autem filia qui [11] adulterum deprehensum occiderit, & in continenti filiam, [12] licito jure hoc factum Marcellus libro XXXI. Digestorum scribit. [13] Auctoritate quoque pater potis interficeret [14] vel Cons. verum vel patronum suum

tamen cum scriberet, hic libellus nondum erat editus; uti nec illae sententiae Pauli, quae sunt ex codice Vesontino: ideoque quotum hoc esset caput, scire non potuit. SCHULTING.

5. *Permittit pater*] Pithoeus scribit *permittit patri*. Posset quoque scriptum fuisse *permittitur pater*: de quo loquendi modo non nulla dicta sunt ad Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit.* 6. *not.* 30. Editio Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. hic & alibi emendationes Pithoei recepit in contextum: quod sequi consilium non duxi. IDEM.

6. Ait, *in potestatem*] Sic. Vet. Cod. atque ita etiam M. Tullium locutum Gellius auctor est *lib.* 1. *cap.* 7. PITH.

7. *Auctore*] Recte Pithoeus *eo auctore*: & ita Scaligeri codex in ora. & sic infra *n.* 7.

8. *In quem eam rem socerum adhibuerit*] An, *ipsum hoc amor. j. ad.* Pithoeus id non sine causa refert ad eum, cujus filia ipso auctore in manum generi convenit: at in hanc etiam pater non habebat patriam potestatem, secundum notata ad Ulpianum *tit.* 9. adeoque occidendi jus illi non, nisi genero eum implorante, datum esse videtur: ac de eo quoque opus fuit specialiter lege caveri. SCHULTING.

9. *Sine fraude*] Sine periculo, impune, ut ex jure Servius notat, qui & illud addit *ad* XI. *Aeneid.* in optimo libro meo. Fraudem veteres poenam vocasse ab eo quod praecedit id quod sequitur: scitatque hoc M. Tullii ex Cornelianis. *Ne fraudi sit ei qui populum ad concionem vocarit.* Quod in editis exemplaribus frustra quaeretur. PITH.

10. *Invidia autem*] Sic Vet. Lib. Sed nemo non fatetur sic potius scriptum a Paulo, *In vidua autem*. Quod si verum est, sane fateamur in occisionem filiae viduae patrem habuisse jus praecipuum, siquidem & hoc jus sic recte exprimitur. At in accusationem filiae viduae non habet pater jus praecipuum, *l.* 22. §. 1. *D. eod.* Jus vero praecipuum in eo etiam est, ut intra sexaginta dies ejus voluntas expectetur, nec ulli alii interea agendi potestas fiat, *l.* 14. §. 2. *D. eod.* itemque ut jure patris accusans non facile calumniae poena adficiatur, qua de re mox dicetur. IDEM. In margine cod. Scaligeri est etiam *in vidua*.

11. *Adulterum*] Stupratorem intelligit. Lex Julia *adulterium* & *stuprum* promiscue sumpsit, *l.* 6. §. 2. *D. ad leg. Jul. de adulter. l.* 101. *pr. D. de verbor. signification.* & sic *adulterium* dicitur de stupro *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. Jul. de adulter. l.* 22. *C. eod. tit.* quamvis haec proprie sumta non esse idem, iisdem in locis indicetur. SCHULTING.

12. *Licito jure*] Cujacius *ad l.* 21. §. 2. *D. ad leg. Jul. de adulter. ad Papinian. lib.* 1. *de adulter.* legit *illicito jure*: quia hanc speciem diversum exigere jus aperiri, indicat particula *autem*: nec ratio hic tanta est, ubi gladium patri per legem contra filiam porrigatur, cum hic non polluatur lectus genialis: nec marito inferatur injuria. Adde, quod nusquam tale quid inveniamus prius hic datum esse. Idem Cujacius *alib. loc. & Observation. lib.* VI. *cap.* 24. existimat, in *l.* 22. §. 2. *D. ad leg. Jul. de adulter.* pro *accusationem* reponendum esse *occisionem*: quo modo locum exponit Schodiastes Basilicorum. Rationes apud ipsum Cujacium legi poterunt: praecipue *ad d. l.* IDEM.

13. *Auctoritate quoque*] Legi potest, *Auctoritate quoque legis patrem posse interficere vel Consularem vel patronum suum si in filiam*. Pertinent vero haec ad interpretationem eorum verborum, *Eum adulterum*: circa quae & idem olim ex sententia legis quaesitum est. Sed verba ipsa conditionem adulteri non distinguunt, *l.* 24. §. 1. *D. eod. tit.* Papiniano quidem in patronum durum visum est *l.* 32. §. *penult.* forsan quod ad jus mariti attinet, cujus impetui & calori immus lex concessit quam paterni nominis pietati. Atque haec quidem ita temperari possunt. Placet tamen Cl. Puteani conjectura, qui hunc locum sic potius emendat. *Vel Consularem vel Praetorium si eum in filiam adulterum deprehenderis.* PITH.

14. *Vel Cons. verum vel patronum suum in filiam &c.*] Probo emendationem Puteani: sed illud *verum* non puto expungendum esse: at pro eo scribendum *virum*: quod notarium quoque in margine codicis Scaligeriani. Ergo scribo, *vel Consularem virum, vel Praetorium, si eum &c.* Illud *Cons.* notat *Consularis*: quo modo & CON. exponit Valerius Probus. Ut scribatur *Consulem* non permittit quod sequitur, *virum*. Illa alioqui ratio, per quam id disputat Cujacio *Observation. lib.* XXI. *cap.* 28. quod Consul non possit accusari, huc parum pertinet: nec hic distinguitur dignitas, auctore Paulo *Sententiar. lib.* II. *tit.* 26. §. 8. ad quem locum haec de re nonnulla dixi. Patroni vero mentio non recte hic fit: nec tale quid videtur licere in patronum, cujus etiam famae est parcendum, *l.* 38. §. *pen D. ad leg. Jul. de adulter.* ubi quidem sermo est de marito: at haec ratio eadem est in patre. SCHULTING.

ſuum in filiam adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. Sed ſi filiam non interfecerit, ſed ſolum adulterum, homicidii reus eſt. [15] Si ex intervallo filiam interfecerit, tantundem eſt, [16] niſi perſequutus interfecerit: continuatione enim animi videtur legis auctoritate feciſſe.

III. IDEM PAVLVS eodem ſingulari libro & titulo. CERTAE autem enumerantur perſonae, quas viro liceat occidere in adulterio deprehenſa uxore, quamvis uxorem non liceat. Ergo [17] ſecundum leges viro etiam filiofamilias permittitur etiam domi ſuae deprehenſum adulterum interficere ſervum, & eum, qui [18] auctoramento rogatus eſt ad gladium, vel etiam illum, [19] qui operas ſuas, ut cum beſtiis pugnaret, locavit. Sed & judicio publico damnatum licere interficere in adulterio deprehenſum, vel libertinum, vel ſuum, vel paternum, & tam civem Romanum, quam Latinum. Sed & patris & matris, & filii, & filiae libertum permittitur occidere: [20] quo loco & [21] deditius [22] habe-

15. *Si ex intervallo*] Veteris libri ſcriptura haec eſt. *Sed intervallum filiam int. i. e. niſi perſequatur illum interfecerit. Continuationem enim animi videtur legis auctoritatem feciſſet.* Huc pertinet *l. 23. §. ult. & l. 32. D. eod.* Auctoritate legis dixit, ut & Alexander in *l. 4. C. eod. tit.* PITH.

16. *Niſi perſequutus interfecerit*] Vel illa caſu ſervata ſit, *hoc tit. n. 9.*

17. *Secundum leges*] Ex legis Juliae verbis quae filium fam. maritum ab eo qui ſui juris eſt non ſeparant, *l. 6. §. 2.* PITH.

18. *Auctoramento rogati*] De auctoratis alibi diximus. Sed quaeri poſſet unde origo verbi. Ego ad illud Plutarchi problema lubens refero, cujus & ſuperius meminimus, ut ne viderentur privato jure contra fas arma tractare, ſacramento quodam & religione in eam rem auctoratos eſſe. IDEM. In marg. cod. Scal. pro *rogatus* eſt *locatus*. Mihi *rogatus* ſatis placet. *Auctoramentum* hic notat jusjurandum, quo ſe obſtringebant illi, qui ſe ad gladium, ſeu ludum gladiatorium, vendebant, ad omnia ſubeunda, ut & *ſacramentum* in militia accipitur: ac ſic Seneca *epiſt.* XXXVII. ſacramento comparat auctoramentum: & memorat *auctoramenti verba*. & quemadmodum ibidem dicit *ſacramento rogatus*, quo modo & alii locuti ſunt, ſic recte dicetur *auctoramento rogatus*. Dicuntur & auctorati ad gladium ſe locare Senecae *epiſtol.* LXXXVII. ac ad mortem locati eidem *Natural. Quaeſtion. lib.* VII. *cap.* 31. funera ſua vendere Juvenali *Satyr.* VIII. *verſ.* 192. Plura de illis legere eſt apud Pithoeum *ad tit. 9. hujus lib.* Lipſium *Saturnal. lib.* II. *cap. 3. & 3.* Briſſonium *de formul. lib.* VIII. & Petronii Interpretes *ad cap.* 117. Hos *Auctores* quoque vocari a Firmico *Matheſ. lib.* III. *cap. 3. lib.* IV. *cap.* 15. obſervat Salmaſius *ad Trebell. Pollion. Gallien. cap.* 12. quia ipſi erant auctores venditionis ſui; ut ita libertatem perderent, ſecundum regulam, quae nolebat civem Romanum libertatem aut civitatem amittere, niſi ipſe auctor eſſet factus: quod Cicero docet *pro dom. ad Pontific. cap* 29. Ita rem exponit etiam Salmaſius *ibid. & de mod. uſurar. cap. ult.* Ad hos auctores, ſive auctoratos puto pertinere, quod eſt in veteri inſcriptione apud Reineſium *claſſ.* VII. *inſcr.* 20. & Sponium *Miſcellan. p.* 264. BAEBIVS GEMELLVS SASSINAS MVNICIPIEVS SINGVLEIS INCOLEISQVE LOCA SEPVLTVRAE D. S. P. (Reineſius habet C. S. P.) DAT EXTRA AVCTORATEIS ET QVI SIBI LAQVEO MANVS ATTVLISSENT ET QVEI QVAESTVM SPVRCVM PROFESSI ESSENT. ETC. ubi verba illa EXTRA AVCTORITATEIS, Viri illi Eruditi diverſimode legunt & explicant. Reineſius, qui legit EXTRA AVCTORITATES, interpretatur, ſine inſtrumento & nuda voluntate. Verum verba ſequentia docent, hic mentionem fieri generis hominum, quod is, qui ſepulcrum dabat, nolebat in id inferri. Sponius intelligit, excipi exauctoratos. Ego illa EXTRA AVCTORITATEIS, expono, *extraquam auctoratis*: ita etiam *praeter* pro *praeterquam* ſumpſit Salluſtius *Bell. Catilinar. cap.* 36. his verbis, *praeter rerum capita alium condemnatis*. Sic quoque Tertullianus *adverſ. Prax. cap.* 13. ſcripſit *praeter unus*. Ne de poſterioribus ſcriptoribus dicam. Alia habet Celeberrimus Grævius *ad Ciceron. pro lege Manil. cap.* 23. Hos ergo Baebius Gemellus in ſepulchrum inferri noluit, ceu deteſtabiles. SCHULT.

19. *Qui operas ſuas, ut cum beſtiis pugnaret, locavit*] Hi dicuntur ad cultrum ſe locare Senecae *epiſtol.* LXXXVII. venatorium, ſcilicet; quod plenius exponit Lipſius *Saturnal. lib.* II. *cap. 3.* Mentio horum in *l. 1. §. 6. D. de poſtuland. l. 3. §. 7. D. de teſtib.* & alibi in Pandectis. De diſcrimine inter hos, eoſque, qui ad gladium ſe dabant, aliquid habet Pithoeus *ad tit. 9. hujus lib.* & hic unus dicitur auctoramento rogatus, alter tantum operas locaſſe. IDEM.

20. *Quo loco & deditius*] Si de libertino deditticio accipias, fruſtra adjectum videbitur. Ego deditium potius accipio liberum hominem noxae deditum, ejus

[20] haberetur. Debet autem [21] profiteri apud eum, cujus [24] jurisdictio est eo loco, ubi occidit, & uxorem dimittere. Quod si non fecerit, impune non [25] interficit. Sciendum est autem, [26] Divum Marcum & Commodum [27] rescripsisse, eum, qui adulterum inlicite interfecerit, [28] leviori poena puniri. Sed & [29] Magnus Antoninus [30] pepercit eis, qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt. & reliqua.

IV. IDEM PAVLVS eodem libro singulari & titulo. [31] JVRE mariti, [32] vel patris qui accusat, potest & [33] sine calumniae poena vinci: si jure extranei accusat,

jus inter servos & libertos media quædam conditio est. Et videntur veteres juris auctores nomen ab eodem fonte sic variasse ambiguitatis discernendæ gratia. Quod & in aliis factum Sosipater notavit in Grammaticis. PITH.

21. *Deditius*] In marg. cod. Scal. est *dedititius*. Nos ex deditos hic intelligit quoque Cujacius *Observation. lib.* XIII. *cap.* 9.

22. *Haberetur*] Malim *habetur*. SCHVLTING.

23. *Profiteri*] Intra triduum *a. ult. hoc tit.* qui locus exstat in Sententiis Pauli *lib.* II. *tit.* 26. §. 5.

24. *Jurisdictio*] Verbum hoc ergo hoc loco complectitur quoque potestatem cognoscendi & statuendi in causis criminalibus, ut & *l.* 7. §. *ult. D. de offic. Proconsul. l.* 11. *pr. D. de offic. ej. cui mandat. est jurisdict. l.* 31. *D. de leg. Cornel. de falsi. & alibi.* SCHVLT.

25. *Interficit*] In marg. cod. Scalig. est *interfecit*, quod non displicet. IDEM.

26. *Divum Marcum & Commodum*] *L.* 38. §. *Imppp. D. eod. tit.* Illud non erit alienum hoc loco annotare, quod Divi Marci & Commodi rescriptum extat in *l.* 24. *D. de off. præs.* Divis fratribus passim tribui, *l.* 13. §. *ult. D. eod. & l. penult. D. de lege Pomp. de parricid.* Nam & Verus Commodus dicebatur, sed hic Commodus M. F. exaudiendus est. PITH.

27. *Rescripsisse*] Non pertinet huc rescriptum Marci Antonini & Commodi in *l.* 38. §. 2. *D. ad leg. Jul. de adulter.* uti nec *l.* 1. §. *ult. D. ad leg. Cornel. de sicar.* sed ad maritum, qui uxorem suam interfecit. Nec opus credi in *l.* 14. *D. de offic. Præsid.* per Divum Marcum & Commodum intelligi Divos Fratres; quod voluit Eruditissimus Pithœus: quamvis enim Divi Fratres dicantur tale quid rescripsisse, quale quid in *d. l.* 14. exstat, nempe, in *l.* 13. §. *ult. D. eod. tit. & l. pen.* §. *ult. D. de leg. Pompej. de parricid.* non tamen necesse est rescriptum illud ibi intelligi, quod exstat in *d. l.* 14. & potuere quoque Marcus & Commodus eadem de re rescripsisse. Ælius Verus nunquam dicitur *Commodus*: uti notavit etiam V. C. Æ. Menagius *Amœnitat. Jur. Civil. cap.* 31. qui merito quoque non probat Cujacium pro *Commodus* reponentem *Verus*, *in not. folionib. ad d. l.* 14. SCHVLTING.

28 *Leviori pœna puniri*] Adde *L.* 4. *C. ad leg. Jul. de adulter.*

29. *Magnus Antoninus*] Caracalla, qui corpore Alexandri Macedonis conspecto Magnum atque Alexandrum se jussit appellari. PITH. De Magno Antonino aliquid notavi ad Ulpianum *tit.* 20. §. 10.

30. *Pepercit*] Sic & Ulpianus dixit ignosci marito in *l.* 3. §. *si maritus, D. de SC. Silan.* At ego a D. Pio ultimum quidem supplicium remissum, pœnam tamen inrogatam video, sed molliorem, *d. l.* 38 *& l.* 1. §. *ult. D. ad leg. Cornel. de sic.* Et hoc quoque parcere atque ignoscere est. Tandem vero ferrum maritis in omnes porrectum est Novella const. Majoriani de adulteriis, quam & plerique omnes populi adprobarunt. Cujus juris vestigia quædam notasse memini inter ea fragmenta, quæ discordantium canonum Concordiæ nomine Gratianus collegit, *33. q. 2. can. Inter.* PITH.

31. *Qui jure*] Jure mariti sine calumnia vir accusare potest, *l.* 37. *D. de minoribus.* Notandum est quod ait, *potest.* Nam & potest calumniæ pœna victus adfici. Et hoc est quod dicitur, Jure mariti accusantem calumniæ periculum non evitare, & sine periculo calumniæ non posse agere, *l.* 4. §. *ult. & l.* 30. *D. ad leg. Jul. de ad.* videlicet si evidens ejus calumnia apparuerit. Verum non facile ei hoc jure accusanti calumniæ pœna irrogabitur, ut sit in eo qui jure publico accusat, *l.* 13. §. *lex, D. eod. l.* 2. *C. Qui accusar. non poss.* Sic hæc διαζευξις temperanda est. IDEM.

32. *Vel patris*] Patrem ergo marito hac in parte æquiparari constat: quod recte quoque credidit Brissonius *ad leg. Jul. de adulter. pag.* 121. at cum hic libellus nondum lucem adspexisset, quando is scriberet; hunc locum noviſſe non potuit. Ne vero ipse sibi Paulus contradicat in *l.* 30. *pr. D. ad leg. Jul. de adulter.* admittenda est distinctio Glossæ, quam Brissonius quoque probavit *p.* 122. & ad hunc locum Pithœus. SCHVLTING.

33. *Sine calumniæ pœna*] Calumniatoribus sive ex lege Remmia seu qua alia frontem inuri solitam constat. Sed quæ fuerit illa littera jam diu quæsitum est, de quo nihil habeo certius quam quod Julianus in Antiochico sic scribit, εἶτα, ὡς ἐκ τῆ παίγνιδε μι πλείων δεῖ σχόινια, καὶ ὅτι πολλῶν τῷ χῖ. πάθος ἢ ὑμᾶς ἔστιν τῷ κάππα, καὶ ὑμῖν γε οἱ πολῖται τῶνδε τῆς πόλεως ἀεὶ δικαίων δοῖεν, ὅτι πρὸς τῶτο καὶ τὰς ἐκγυήτους ἐσυκοφαντήσατε πόλεως ἰερὰς καὶ ὁσιωτάτας ἰμοί. Quod si quis putet Græcorum esse illud K. discat & veteres Romanos Kalumniam scripsisse non calumniam, & hac quoque litera pro singulari usos cum idem significare vellent.

cusat, potest calumniae poena puniri: sed tantum post duo menses. Intra [34] quatuor menses utiles expertus, licet talis sit, qui alias accusare non possit, [35] ut libertinus, [36] aut [37] minor viginti quinque annorum, aut infamis, tamen ad accusationem admittitur, ut & Papianus libro XV. scripsit.

V. PAPIANVS libro XV. Responsorum sub titulo ad legem Juliam de adulteris. CIVIS Romanus, [38] qui sine connubio sibi peregrinam [39] in matrimonio habuit,

Hoc & Terentius Scaurus, & Velius Longus, & Diomedes de Orthographia tradidere. Sed propius ad Julianum Isidorus *libr. I. Etym.* de notis juridicis differens, per duo KK. *calumniae causa* significari scribit. Fabius quoque *lib. I. Institut.* ipsam nominum notam esse ait. Et quando totus ille Fabii locus mirum in modum deformatus est, operae pretium fecero, si hic eum integriorem adscripsero. K. inquit, *& ipsa quorundam nominum nota est, & Q. cujus similis effectus speciosque. (nisi quod paululum a nostris obliquatur) Kappa apud Graecos, nunc tantum in numero manet, & nostrarum ultima, quae tam carere potuimus quam Psi non quarimus.* Quae si quis cum impressis conferat, facile intelliget, quid nos in eis restituendis cum ex veterum librorum scriptura, tum ex non incertis conjecturis praestiterimus. Sed quid vetat & Velii locum ex Putean. nostri codice adjicere? Est enim sane quam elegans, necdum, quod sciam, integre a quoquam editus. Sic igitur Longus. *Hinc supersunt ex multis K. & C. & Q. de quibus quaeritur an scribentibus sint necessaria. Et qui K. expellunt, notam dicunt esse magis quam literam, quae significamus Kalumniam, Kaput, kalendas, hac eadem notam Caio notatur: non magis igitur in numero litterarum esse oportet, quam illam notam 7. qua Centuria, & quam 3. conversum quo Caia significatur, quod nota genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris effenditur. Caias enim generaliter aspicis omnes mulieres accipere voluerunt.* Vbi pro *Catonis, kasonis* nomen ex Scauro reponendum est. Sed & illud, *Aspicis* vere or ne non pro *Auspices* scriptum sit. Pertinet enim is locus ad veterem nuptiarum ritum, quo auspicibus adhibitis Caius Caiam ducebat, & verisimile est quod Plutarch. *ἐν ἐπιτομῇ* scribit *ἐπόησεν τὸν γάμον*, haec verba praeuntes suggessisse. *Vbi tu Caius ego Caia*, ad auspices esse referendum. Sane Fabius cum de Caiae nota idem tradidisset, subjecit. *Quia tam Caias vocitatas esse quam Caios ex nuptialibus apparet.* At nos jam pridem longius quam par fuit forsasse excucurrisse videbimur. nulla tamen hominis studiosi discendi occasio importuna esse solet, & nobis hoc saltem luxu interdum genio indulsisse condonabitur. PITH.

34. *Quatuor menses*] Qui currunt post elapsos duos, quibus jure mariti quis accusare potuit. De hoc tempore plura scripsit Cujacius *Observation. lib. XX. cap. 15.*

35. *Vt libertinus*] Patronum ex lege Julia publicorum judiciorum, *l. 2. in fine D. de accusat.* vel quemlibet si rem sestertiorum triginta millium, aut filium non habeat, ut proximo responso continetur. PITH.

36. *Aut minor*] Hoc est ex verbis legis ipsius Juliae de pudicitia *l. 15. §. lex Julia D. eod.* IDEM.

37. *Minor viginti quinque annorum*] Minores alioquin ab accusando non repelli ex eo colligit Cujacius *Observation. lib. XVII. cap. 30.* quia speciatim excipiuntur pupilli, *l. 2. D. de accusationib.* Sed & aperte id ostenditur in *l. 14. §. 1. & 2 D. de bon. libertor.* eoque pertinet quod de M. Cotta scribit Valerius Maximus *lib. V. cap. 4. ex. 4.* illum eo ipso die, quo virilem sumpsit togam, protinus ut e Capitolio descendit, C. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, postulasse: perachimque reum judicio adflixisse. Idem ergo minores & tori sui injuriam vindicare possunt: quamvis alios accusari per eos noluerit lex Julia, *l. 22. §. 6. D. ad leg. Jul. de adulter.* SCHVLTING.

38. *Qui sine connubio*] Connubium est jus legitimi matrimonii, ut recte Servius definit. Itaque cum peregrino connubium non est. Seneca *lib. IV. de benefic. Promisi tibi filiam in matrimonium: postea peregrinus apparuisti. Non est mihi cum extraneo connubium.* Itaque jure mariti peregrinus non accusat, sed accusat tamen jure quodam hominum *κατὰ ἐφεκτικὸν*, ut Africanus eleganter ex Homero arguit in *l. 13. §. 1. D. eod.* nec ei opponetur infamia, quae alias justa fuit exceptio etiam in civilibus causis, *§. ult. Instit. de excep.* non haec, Quod libertinus rem HS. XXX. aut filium non habeat, quae una fuisse videtur ex istis praescriptionibus legis Juliae de adulteriis & maritandis ordinibus, de quibus in *l. 15. §. penult. D. hoc tit.* aut fortassis etiam legis Juliae & Papiae quod ad filium adtinet. Nam privilegia liberorum ex illis fere sunt legibus, *l. 2. D. de minorib.* Denique nulla praescriptio objicitur suam injuriam vindicanti. Immo & hodie cessant omnia illa praestigia versuti juris, ut ait *l. 28. & l. 32. C. hoc tit.* Est & de praescriptionibus ex lege Julia locus in *l. 5. D. de accusat.* ubi haec verba *Praescriptione utatur*, sic accipio, utetur exceptione mulier, Ne in praejudicium servus aut accusetur aut torqueatur, *l. 33. D. ad leg. Jul. de adult.* in qua idem omnino rescriptum refert existimo. Cui consequens est eo casu a muliere nupta initium accusationis fieri. PITH.

39. *In matrimonio*] Quod nomen juris quoque gentium est: nuptiae ac connubium proprie juris civilis. Inde lex Julia dicitur ab Vlpiano pertinere ad omnia

habuit,[40] jure quidem mariti eam adulteram non poſtulat: ſed ei non oppo-
netur infamia, vel quod libertinus rem [41] ſeſtertiorum triginta milium, aut
filium non habuit, propriam injuriam perſequenti.

VI. PAVLVS libro ſingulari & titulo quo ſupra. [42] IN uxorem adulterium vindicatur jure mariti, non etiam ſponſam. [43] Severus quoque & Antoninus [44] ita reſcripſerunt.

VII. [45] PAPIANVS libro ſingulari de adulteriis. QVAEREBATVR, an pater emancipatam filiam jure patris accuſare poſſit. Reſpondit. Occidendi quidem facultatem lex tribuit eam filiam, quam habet in poteſtate, [46] aut eo auctore in manum convenit: ſed accuſare jure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

VIII. PAPIANVS [47] eodem ſingulari & titulo. [48] CVM patri lex Regia dederit

omnia matrimonia *l. 13. §. 1. D. ad leg. Jul. de adulter.* SCHULT.

40. *Jure quidem mariti &c.*] Hinc ergo reſtringendum eſt, quod dicitur in *d. l. 13. §. 1.* vir poſſe accuſationem inſtituere, nempe, jure extranei; non mariti, quod putabat Cujacius *Obſervat. lib.* III. *cap. 8. & lib.* VI. *cap. 16.* IDEM.

41. *Seſtertiorum triginta milium*] Hotmanus *de aureo Juſtinian. p. 687.* p. u *triginta* reponit *tria*, ut reſpondeat magis hæc ſumma ei, quod habemus in *l. 10. D. de accuſationib.* ubi accuſare prohibentur qui minus habent in bonis quam quinquaginta aureos, qui efficiunt quinque millia ſeſtertiorum, adeoque nobis centum & viginti quinque Philippeos: & abſurdum ipſi videtur, libertum ab accuſando removeri, quia non habet triginta ſeſtertiorum millia, quæ ſumma eſt longe major, nobis nempe ſeptingentorum & quinquaginta Philippeorum. Verum quis nobis certus erit auctor, in *d. l. 10.* nos legere pura puta verba Hermogeniani, qui ex lege Julia publicorum judiciorum videtur ſua mutuatus eſſe? Illius autem legis latæ tempore non ad aureos, ſed ad ſeſtertiorum rationem bona computata fuiſſe certiſſimum eſt: ac opulentiſſimo illo tempore etiam, qui centum ſeſtertia in bonis haberent, parum in bonis habere creditos, & ſummam illam ſæpe parum curatam fuiſſe, vidimus ad Vlpianum *tit. ult. §. 3.* Tribonianum vero in Pandectis pro ſeſtertiis paſſim aureos repoſuiſſe recte notarunt Viri Magni: de quo dictum eſt ad Paulum *Sententiar. lib.* III. *tit. 5. §. 10.* idque etiam de *d. l. 10.* exiſtimat Cujacius *Obſerv. lib.* XIX. *cap. 31.* cui in hoc lubenter aſſentior, nec non in hac quæſtione de accuſatione libertinos eſſe pro pauperibus habitos, qui non haberent in bonis triginta ſeſtertiorum millia. IDEM.

42. *In uxorem adulterium*] Vet. Cod. *adulterum*, male. Sane de ſponſa quæſtio eſt, quæ ſimplicius ita definietur: in ſponſam adulterium jure mariti vindicari non poſſe ex lege Julia, quæ de uxore & nupta loquitur: Divi tamen Severus & Antoninus reſcripſerunt etiam hoc vindicandum, & ex hoc reſcripto quaſi ſponſa jure quoque præcipuo accuſatur, *L. ſi uxor. 13. §. Divi. junct. §. ſi minor, in fin. D. ad leg. Jul. de adult.* Atque ita intelligenda videtur *l. 9. C. eod. tit.* PITH.

43. *Severus*] Hunc contra in continentes & adulteros rigidum fuiſſe narrat Dion Caſſius *excerpt. lib.* LXXVI. *p. 809.* SCHULTING.

44. *Ita reſcripſerunt*] Oratio conciſa eſt; & ambiguum relinquit, an id velit, Imperatores reſcripto idem caviſſe, quod lex Julia: an ut etiam in ſponſa crimen illud vindicaretur jure mariti. Poſterius verum eſt: & ita quoque recte Cujacius *Obſerv. lib.* XX. *cap. 16.* ubi agit etiam de *l. 9. C. ad leg. Jul. de adulter.* IDEM.

45. *Papianus libro ſing. de adulter.*] Hic liber continuit reſponſa, quæ ad legem Juliam de pudicitia pertinebant. Sed & alios Reſponſorum libros Papinianus ſcripſit de variis conſultis. PITH.

46. *Aut eo auctore*] Vet. lib. *aut cum auctorem.* Ergo non qui jure præcipuo accuſare poteſt, & occidere poteſt. Sed nec qui occidendi jus habet, jus præcipuum in accuſationem habet, ut in vidua dictum eſt. Cæterum hic locus arguit, emancipatam filiam jure patris accuſari poſſe, quamvis vidua non poſſit. Scævola tamen cum de jure patris ageret, eam poſuit quæ in poteſtatem eſſet, *l. 14. §. pen.* verum in his, quæ ſimul conſiſtere poſſunt, non qui unum dicit & alterum tollit: & eſt Muciani ingenii de jure aperto præciſe ad propoſitum reſpondere, ut in *l. 34. §. ult. D. de pignorib.* ſi modo Florentina ſcriptura retinenda. IDEM.

47. *Eodem ſingulari*] Scribe, *eodem libro ſingulari.* SCHULTING.

48. *Cum patri lex Regia*] Atqui jus patriæ poteſtatis moribus receptum dicitur *l. 8. D. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Sed non eſt novum quæ veteribus primum legibus introducta ſunt, moribus adſcribi, maxime cum de utendi ratione agitur, quæ tota ex moribus pendet. Sic & ſubſtitutio pupillaris, quæ jure poteſtatis ſit, moribus fieri dicitur. Sic furioſis & prodigis ex XII. tab. curator datur, at moribus fit interdictio,

derit [49] in filiam vitae neciſque poteſtatem, [50] quod bonum fuit lege comprehendi, ut poteſtas fieret etiam filiam occidendi, vellem mihi [51] reſcribere: nam ſcire cupio. Reſpondit. Numquid ex contrario praeſtat nobis argumentum haec adjectio, ut non videatur lex non habenti [52] dediſſe, ut videatur majore aequitate ductus adulterum occidiſſe, cum nec filiae pepercerit.

IX. IDEM. Si pater, [53] qui adulterum occidit, & filiae ſuae pepercit, quaero quid adverſus eum ſit ſtatuendum? Reſpondit. Sine dubio iſte pater homicida eſt. Igitur tenebitur lege Cornelia de ſicariis. Plane ſi filia non voluntate patris, ſed caſu ſervata eſt, non minimam habebit defenſionem pater, [54] quod forte filiam *. Nam lex ita punit homicidam, ſi dolo malo homicidium factum fuerit. Hic autem pater non ideo ſervavit filiam, quia voluit, ſed quia occidere eam non potuit.

X.

dictio, quæ & ipſa ex lege XII. tab. fieri dicitur. Et ſane quædam ſunt jura patriæ poteſtatis, quæ non tam ex verbis ipſis legis, quam ex interpretatione & auctoritate prudentium quaſi per conſequentiam, aut ex plurium annorum obſervatione tacito populi conſenſu obfirmata manarunt. At poteſtatem ipſam vitæ neciſque in liberos ex lege Regia eſſe hic locus aperte confirmat. Quod & Dionyſ. Halicarnas. tradit, & Vlpianus noſter in XII. tabulas translatum teſtatur, ut pleraque alia ex Regum legibus. Fruſtra vero Papiniano hæc quæſtio propoſita fuiſſet, ſi non idem quoque jus eo tempore obtinuiſſet. Quod ſi verum eſt, & Tribonianus pro præſenti præteritum tempus ſuppoſuit in *l. in ſuis, 11. D. de lib. & poſt. hær. inſt.* Sane quidem ſub Auguſto exemplum eſt judicii paterni & domeſtici in filium, cujus & ipſe princeps pars fuit, apud Senecam *lib. 1. de Clement.* ut non immerito idem auctor parentes magiſtratus domeſticos appellarit *lib. 11. de benefic.* PITHOEVS. Patria poteſtas lege Regia primum, dein legibus XII. tabb. eſt inducta, ac moribus eſt recepta. *l. 2. D. de his qui ſui vel. alien. jur. ſ.* uti rem exponit Jac. Gothofredus *ad l. XII. tabb. not. ad tab. IV.* Diſtinctio, quam adfert Merillius *Obſervation. lib. 11. cap. 4.* inter poteſtatem, quæ competit patri, ac eam, quæ competit avo, aliisque, probabili caret ratione. Duravit vero illa quando lata eſt lex Julia: adeoque non fruſtra ea de re laboravit is, qui Papinianum hic conſuluit. Ceteroquin Papiniani tempore multum imminutus erat patriæ poteſtatis antiquæ rigor: quod conſtat non tantum ex *l. 2. D. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 3. C. de patr. poteſtat.* quæ paucis annis poſt mortem Papiniani ſcriptæ ſunt: verum etiam ex Dione Caſſio *lib. LIII. p. 503.* qui meminit patriæ poteſtatis, ἣν τότε οἱ πατέρες ἐπὶ τοῖς παισὶν ἔσχον, *quam quondam patres in liberos habebant.* Quin & Imperator Trajanus patrem coëgit emancipare filium, quem impie tractabat, *l. ult. D. ſi a parente quis manumiſſus ſit.* alium Hadrianus deportavit, quia filium peſſima quidem meritum, ſed pravo exemplo interfecerat, *l. 3. D. de leg. Pomp. de parricid.* Ac proinde non puto, in verbis Pauli *l. 11. D. de liber. & poſtum.* ubi ait, *quod & occidere licebat*, quidquam a Triboniano immutatum eſſe, uti volebat Pithœus *ad hunc loc.* a quo recte diſſentit quoque Jac. Gothofredus *ad l. 2. Cod. Theod. de liberal. cauſ.* SCHVLTING.

49. *In filiam*] Jac. Gothofredus *loc. cit.* legit *in filium*: lex, nempe, loquebatur nominatim de filio, cujus tamen appellatione & filia continetur, *l. 45. pr. D. de legat. 11.* IDEM.

50. *Quod bonum fuit*] Sic etiam ſcriptum eſt in *l. 3. & l. 10. D. de bon. poſſ. con. tab. l. 13. §. aliquando, D. ad SC. Vell.* PITH. Jac. Gothofredus *cod. loc.* reponit, *quæ bonum fuit*: ac ita ſcriptum eſt in libro Florentino in *l. 13. §. 2. D. de uſufruct. l. 12. §. ult. D. ad S. C. Vellejan. l. 3. §. 11. l. 10. §. 4. D. de bonor. poſſeſſion. contr. tabb.* quod non improbo. *Quæ* hic eſt *ad quid?* SCHVLTING.

51. *Reſcribere*] In margine cod. Scalig. eſt *reſcriberes*, quod probat quoque Jac. Gothofredus *loc. allegg.* recte. IDEM.

52. *Dediſſe ut*] Fortaſſe melius, *dediſſe, ſed ut*. Hoc velle videtur Papinianus, legem Juliam non tam dediſſe patri jus necis in filiam, quam neceſſitatem impoſuiſſe filiam occidendi, ſi quidem & adulterum vellet occidere, & recte, *hac adjectio*. Nam ſi quis verba ipſa legis expendat, hoc maxime agit, ut impune adulterum pater occidere poſſit: adjicit tamen veluti temperamentum quoddam nimii caloris, dum modo filiam in continenti occidat. Non dat igitur lex jus occidendi filiam cum adultero, ſed adulterum potius cum filia, *l. 20. D. eod.* & eſt filia ipſa, ut ita dicam, in conditione magis quam in diſpoſitione. PITHOEVS. Liber etiam Scalig. habet *ſed ut*, & ſic Jac. Gothofredus *ibid.*

53. *Qui adulterum occidit, & filiae ſuae pepercit*] Redundat *qui*, aut *et*. SCHVLT.

54. *Quod forte filiam*] Deſunt quædam hujuſmodi, *quod forte filia effugit, aut caſu evaſit*. PITHOEVS. Suppleri quoque hæc poſſunt ſcribendo, *filiam non occidit*. SCHVLT.

55. Non

X. PAPIANVS IDEM. Si maritus uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legem de ſicariis incidit, quaero. Reſpondit. Nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur. Quare ea parte contra legem feciſſe eum [55] non [56] dubitantur non ambigitur. Sed ſi de poena tractas, [57] non his quae aliquid ejus honeſtiſſimo calori permittatur, ambigitur. Sic dicit, [58] non dubitantur, ut non quaſi homicida puniatur capite, vel deportatione: ſed [59] usque ad exitium poena ejus ſtatuitur.

XI. ITEM SIC. De mancipiis alterius [60] marito vel patre accuſante quaeſtionem habendam [59] palam eſſe. An idem extraneo accuſatori permitti debeat, quaero. Reſpondit. Poteſt videri ea ratio fuiſſe permittendi iſtis perſonis de ſervis quaeſtionem habere, ut diligentius dolorem animi ſui, item [60] injuriam lecti & domus non translatitie perſequerentur. [61] Sed quoniam non facile tale delictum ſine miniſterio ſervorum admitti creditum eſt, ratio eo perduxit, ut etiam extraneo accuſante mancipia quaeſtioni tormentorum ſubjicerentur a judicibus.

XII. [62] PAVLVS libro Sententiarum ſub titulo de adulteriis. [63] PERMITTITVR tam adoptivo, quam naturali patri, adulterum cum filia cujusque dignitatis domi ſuae vel generi ſui deprehenſum ſua manu occidere. Filiusfamiliae pater ſi filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis [64] prope eſt, ut non poſſit occidere: permittitur tamen etiam ei ut occidat. Maritus in adulterio deprehenſos non alios, quam infames, & eos, qui corpore quaeſtum faciunt, ſervos etiam, [65] & liberos, excepta uxore, quam prohibe-

55. *Non dubitantur non ambigitur. Sed ſi deponas*] Sic Vet. legendum videtur, *non dubitatur. Sed ſi de poena tractas quem aliquid ejus honeſtiſſimo calori permittatur, non ambigitur. Sic dicit, non ambigitur, non ut quaſi &c.* Haec autem poſteriora verba videntur eſſe collectoris, vel potius Pauli, aut alicujus eorum, qui ad Papinianum notas ſcripſerant, quarum auctoritatem Theodoſius & Valent. infirmarunt in *l. 1. C. Th. de reſponſ. prud.* Juſtinianus reſtituit adempta etiam Papiniano ſententiae praerogativa, immemor ipſe judicii ſui, quod etiammum extat in *Leone sentiſſ. 30. C. de fideic.* PITH.

56. *Non dubitantur*) Lege *non dubitatur*: at non hic legendum *non ambigitur*, quod vult Pithoeus. Pertinet hoc ad prius, quod inciderit vir in legem de ſicariis. SCHVLTING.

57. *Vsque ad exitium*] Leg. *exilium l. 4. C. ad leg. Jul. de adult. l. 1. §. ult. D. ad leg. Corn. de ſic.* PITH.

58. *Marito vel patre accuſante*] Etiam jure publico ſive extranei, ſed hoc eſt ex conſtitutionibus, *l. 6. C. eod.* IDEM. Legi hac de re meretur Cujacius *Obſerva. lib. XX. cap. 14.*

59. *Palam eſſe*] Forte *palam eſt.* SCHVLT.

60. *Injuriam lecti*] Vet. *lex.* corrupte. Conſtantinum dixit Genialis lecti in *l. 30. C. eod. tit.* ut & alii auctores multi. PITH.

61. *Sed quoniam*] *L. 17. D. de quaeſtionib.* IDEM.

62. *Paulus libro Sent.*] Lege *libro ſecundo ſententiarum*, & quae ſequuntur ſic ſupplenda ſunt ex *l. 22. D. hoc tit. permittitur tam adoptivo quam naturali patri.* IDEM.

63. *Permittitur tam adoptivo, &c.*] Integriora haec ex codice Veſontino repraeſentata ſunt in Sententiis Pauli *lib. II. tit. 26.* ubi etiam aliqua notavimus. Quaedam quoque his ſimilia in hoc titulo habuimus. SCHVLTING.

64. *Prope eſt, ut non poſſit*] Et ſic Papinianus reſpondit in *l. 20.* Sed juriconſultis diverſas inter ſe opiniones tueri conceſſum eſt, ut Fabius quodam loco ait. Atque utinam haec eadem libertas conſcientiae & veritatis potius fiducia quam contentionis & gloriolae ſtudio inter nos conſervetur. Ego ſententiam non divido, ſed a Paulo ſto, atque ita cenſeo: Quando adulterium jure naturae probrum ducitur, ejus quoque vindictam ex jure potius gentium quam ex ipſis legum verbis aeſtimandam. Qua etiam ratione nec dignitatem quidem auctoritate legis Paulus excepit. PITH.

65. *Et liberos*) An *libertos?* Sed exceptio uxoris ad liberos magis pertinet quorum numero & illa habetur, quae in manum convenit. Atque ita Nic. Fabro noſtro

hibetur, occidere poteſt. Maritum, qui uxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc impatientia juſti doloris admiſit, lenius puniri placuit. Occiſo adultero dimittere ſtatim maritus debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero, & in quo loco uxorem deprehenderit. [66] Inventa in adulterio uxore maritus ita demum adulterum occidere poteſt, ſi eum domi ſuae deprehendat. Eum, qui in adulterio deprehenſam uxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinii poſtulari placuit. Servi vero tam mariti, quam uxoris, in cauſa adulterii torqueri poſſunt: nec his libertas [67] ſub ſpecie impunitatis] data valebit.

noſtro videtur viro & doctiſſimo & humaniſſimo, cujus fidei atque amicitiae multum me debere lubens merito profitetur. IDEM.

66. *Inventa*] Extat apud Paulum *lib.* II. *Sentent.* ſed corruptior. Quomodo autem reſtituenda ſit, hic locus indicat, in quo tamen mariti verbum fruſtra repetitur. IDEM.

67. *Sub ſpecie*] Fortaſſe rectius *ſub ſpe*: quamquam utrumque leviter ferri poteſt. IDEM. Etiam in marg. cod. Scalig. exſtat *ſpe*, quod res ipſa exigit. *Species* eſt id, quod palam ſimulatur, vel oſtenditur: at nemo id prae ſe ferret, cum libertatem ſervis dat, ſe impunitatem ſic eſſe conſecuturum: verum ſub ſpe impunitatis debit libertatem, ne illi torqueantur, crimenque manifeſtetur: quamvis an illa locutio *ſub ſpe*, pro *ſpe impunitatis* alibi occurrat, dubitem. SCHULTING.

Explicit Tit. IV.

TITVLVS V.

Incipit de Stupratoribus.

I. MOYSES DICIT. [1] *Qui manſerit cum maſculo manſione muliebri, aſperna-mentum eſt, ambo moriantur: rei ſunt.*

II. PAVLVS [2] libro [*] Sententiarum ſub titulo de adulteris. QVI maſculum liberum invitum ſtupraverit, [3] capite punietur: Qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque impurum patitur, dimidia parte bonorum ſuorum mulctatur, [*] nec teſtamentum ei ex majore parte facere licet. [3] Hoc

1. *Qui manſerit*] Extat *Levit.* XX. PITH.

2. *Libro * Sententiarum*] Scribendum *libro* II. *Sententiarum*. Extant haec in *tit. de §. 12. & 13.* ubi videri poſſunt notata. SCHULTING.

3. *Capite punietur*] An ſit haec poena legis Scantiniae dubitari poteſt: an potius Juliae de adulteriis, qua etiam in marem ſtuprum vindicatur, ut & ea, quae de vi publica eſt ſi per vim ſtuprum illatum ſit, *l. 29. §. ult. D. ad leg. Jul. de adult.* Fabius quidem nihil praeter decem milium multam ſtupratori minatur, & Plutarchus auctor eſt Capitolinum a Senatu pecunia multatum, quod Claudii Marcelli filium de ſtupro appellaſſet: an quod non perpetraſſet, an quod non ſatis convictus videretur, dubitari poteſt. At hic ipſe legi nomen dediſſe dicitur, ſive ut Macedo Senatuconſulto, ſive quod ipſe illam tuliſſet, nec enim novum eſt primum aliquem ſua ipſius lege punitum Some-Valerium C. Scantinium appellat, & Tribunum plebis facit: Plutarchus Aedilem collegamque Marcelli, & Capitolinum tantum nominat. Porro Wiſigothorum legibus hujuſmodi ſtuprum caſtratione vindicatur. PITH.

4. *Nec teſtamentum ei ex majore parte*] Sicut nonnullis pro beneficio datur ut pro parte dimidia teſtamentum facere poſſint, veluti ſervo publico P. R. ita aliis, pro poena interdicitur ex majore parte bonorum teſtamenti factio. Sunt igitur quidem pro parte teſtabiles, pro parte inteſtabiles. Cujus rei gratiam populus aut Princeps facit cum liberam teſtamenti factionem concedit. Quod de ſervo publico diximus

Digitized by Google

5 Hoc quidem juris est: mentem tamen legis Moysis, Imperatoris Theodosii constitutio ad plenum secuta cognoscitur.

III. ITEM [6]Theodosianus. IMPP. VALENTINIANVS, Theodosius & Arcadius Augusti, ad Orientium Vicarium urbis Romae. NON [7] patiamur [8]urbis Romae virtutum omnium matrem diutius effeminati [9] in viros pudoris

dirimus unus Vlpianus tradidit, nec alius, quod sciam, ejus juris auctor hactenus laudatus est. Sed videor mihi inter sententiam M. Varronis vestigia quædam illius notasse, verum ita perturbata ut non facile a quovis agnosci possint. Sic autem lego ex vetustioris scripturæ reliquiis sub finem lib VII. de ling. Lat. *Habent plerique liberti a municipio manumissi: in quo ut societatum & fanorum servi, non servaverunt proportionem & rationem. Et Romanorum liberti dicuntur diti, ut a Faventia Faventinus, a Roate Reatinus, sic a Roma Romanus, ut nominantur libertini a libertis orti, & a publicis servis P. R. qui manumissi, ante quam sub magistratuum nomine, qui eos liberarunt, succedere cœperunt.* Ut significet Varro, quæ analogia est inter Roma & Romanus, eandem esse videri inter libertus & libertinus, quo nomine temporibus Appii cæci & deinceps aliquamdiu censiti sunt non ipsi, qui manumitterentur, sed ingenui ex iis procreati, ut Sueto. *lib.* III. scripsit, & Vlpianus noster monet apud Athenæum. Addit Varro. libertinos etiam dictos, qui ex servis publicis P. Rom. manumissi erant, quasi plus aliquid essent quam liberti, & propius ad ingenuitatem accederent, utpote qui & ante manumissionem quodammodo libertorum jure uterentur, cum testamenti factionem haberent, possentque non modo ipsi testamentum facere, sed ex aliorum etiam testamento sibi capere, ex parte scilicet dimidia. Quod ut rite fieri videretur, cum alioqui heres jure Rom. esse non posset, qui ne nomen quidem, immo nec personam habet, hic juris color a Prudentibus excogitatus est, ut servi hujusmodi in capienda hereditate nomen sibi ejus magistratus adsumerent, cui ministrabant. Ergo & in testamento testes esse poterant, cum juris civilis aliqua ex parte communionem haberent (quod pertinet jad *l.* 20. §. *servus, D. de testament.*) & familiæ emptores, quia & mancipationis jus habuerunt, quod alioqui civium Rom. proprium, postea Latinis tantum colonariis Junianisque concessum est, atque etiam peregrinis iis, quibus jus commercii datum erat, ut ad Gajum Vlpianus adjecit Tacit. *lib.* II. *Annal. Et quia vetere SC. quæstio in caput domini prohibebatur, Tiberius mancipari singulos actori publico jussit,* & *lib.* III. *Servos Silani actor publicus mancipio accepit.* Quod tamen Xiphilinus ex Dione ab Augusto prius constitutum referens, τῶ δημοσίῳ (inquit) ἢ τοῖς ἑαυτῶ πιπράσκεσθαι. Et sane eos auctores publicos servos P.R. fuisse nemo ejus antiquitatis peritus negaverit. Fuerunt igitur olim servi in eodem pene jure quo postea liberti Principis ex constitutione Gordiani, quam ex Gregoriano recitat Theodericianus JC. *sub Titul. de libertatibus.* φιλοσόφως

ex Leo servis Principis plenum rerum suarum arbitrium etiam morientibus concessit *Novell. Const.* XXXVIII. quod etiam aliquatenus suis se indulsisse Plinius nepos gloriatur. Porro quod additur apud Varronem *& rationem*, quamquam belle habere videatur, vereor ne non supersit, aut potius *Roma* locum occupet, errore non obscuro. Nam & in veteribus monumentis hæc etiam sæpe conjunguntur, Vrbis Populique Romani. *Vrbis* Varro non dixit, sed *Romæ*, ut analogia constaret. Sed nos etiam notis istis suam analogiam constare non concedimus. Si cui tamen nostra hæc de loco obscurissimo conjectura probabitur, is facile peccati, quodcunque est, veniam dabit. IDEM.

5. *Hoc quidem juris*] Sunt hæc aut collectoris, aut alterius cujusdam, qui hæc postea ex Theodosiano adjecit, vel potius ex Præfecturæ Vrbanæ archivis. Nam in ipso Codice hæc constitutio brevius relata est, quod & ante monuimus. IDEM.

6. *Theodosianus*] Codex, nempe: ut adeo ex ipso illo Codice hæc constitutio sit hausta, non ex archivis Præfecturæ Vrbanæ, quod volebat Pithœus. Potius est, ut dicamus, Codicem Theodosianum, in quo hodie pars tantum horum exstat, hic non esse integrum, cum Jac. Gothofredo *ad tit. Cod. Theod. ad leg. Jul. de adulter.* qui in illo titulo legi sextæ hæc quoque subjecit emendata atque illustrata fusius. SCHVLTING.

7. *Patiamur*] Jac. Gothofredus legit *patimur*, rectius. IDEM.

8. *Vrbis Roma virtutum omnium matrem*] In marg. ed. Paris. est, *Vrbem Romam virtutum omnium matrem*, quo modo etiam edidit Jac. Gothofredus. Eadem Paris. ed nec non Paris. B C LXXXIX. habent in contextu *virtutem:* sed rectius dicitur Roma virtutum omnium mater, quam Romæ virtum omnium mater. Julianus quoque Imp. *oration.* 1. *p.* 6. Romam vocat ἁπάντων μητέρα καὶ διδάσκαλον, *virtutum matrem & magistram*, & Ammianus Marcellinus *lib.* XIV. *cap.* 6. dicit, illam aliquando fuisse *virtutum omnium domicilium* & *lib* XVI *cap.* 10. vocat *Imperii virtutumque omnium larem.* A Cassiodoro *Variar. lib.* IV. *epist.* 6. appellatur *virtutum omnium latissimum templum.* Quæ observavit Jac. Gothofredus *loc. cit.* Non dissimilia collegit Vir Egregius Ez. Spanhemius *ad Julian. Oration.* I *p.* 42. IDEM.

9. *In viros*] Jac. Gothofredus scribit *inviros* uno verbo, ut intelligantur ἀνανδροι. Verum nec hoc verbum *invir* ulla nititur auctoritate; nec constructio sic stare poterit. IDEM.

doris contaminatione foedari: & [10] agreſte illud ab priſcis conditoribus robur fracta molliter [11] plebe tenuatum, [12] convicium ſaeculi vel conditorum inrogare, vel principium, Orienti [13] AGVC NOVIS. Laudanda igitur experientia tua [14] omnes, quibus flagitioſus luxus eſt [15] viri corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, [16] nihilque diſcretum habere cum feminis, [17] occupatos, ut flagitii poſcit immanitas, atque omnibus [18] ſeductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabit: ut univerſi intelligant, [19] ſacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animae: nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpiter [20] perdidiſſet. [21] Prop. prid. Id. Majas, Romae, in atrio Minervae.

10. *Agreſte illud ab priſcis conditoribus robur &c.*] Primo hic fuit editum *ageſte illud & priſcis ad conditoribus*: at *agreſte* recte habent edd. Henr. Stephani, Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. & ſic Pariſ. ejusdem anni in margine. Pro *ab* in ora ed. Pariſ. ejuſdem eſt *a*: ſed *ab* quoque eſt in Pariſ. clɔ Iɔ CLXXXIX. Totum locum ita, uti nos, expreſſit Jac. Gothofredus. Ad rem vero pertinent verba Juvenalis *Satyr.* 11. *verſ.* 125. ubi de hoc ſcelere ita exclamat.

O pater Urbis,
Unde nefas tantum Latiis paſtoribus? unde
Hac tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?

Alia habet Jac. Gothofredus: ut etiam de verbis *fracta*, & *molliter*. Aſteriſcos, quos edd. quaedam hic habent in margine, removimus. SCHULTING.

11. *Plebe*] Jac. Gothofredus reponit *pube*, hoc eſt, *juventute*, vel *populo*, uti apud Virgilium *pubes agreſtis*, *lib.* 1. *Georgicor. verſ.* 343. & *pubes tuorum*, *Æneid. lib.* 1. *verſ.* 403 & multa ſimilia. IDEM.

12. *Convicium ſaculi vel conditorum inrogare, vel principium*, Legendum, *convicium ſaculis vel c. inrogare*, *v. Principum*, cum eodem Gothofredo: hoc eſt, ignominiam & dedecus inurere ſaeculis antiquorum conditorum, vel Principum ſuorum. IDEM.

13. AGVC NOVIS] Sic Vet. Cod. quod ex aliis conſtitutionibus ſic reſtitui poteſt. *Orienti vicario Kariſſimo nobis.* PITH. Pithoeum ſequitur Jac. Gothofredus. In marg. ed. Pariſ. clɔ Iɔ LXXXVI. eſt, *Amans. atque Karis. nobis.* Primo mallem. non tamen recepi in contextum, ut factum in ed. Genev. ejuſdem anni. Formulam hanc habemus *l.* 2. *Cod. Gregorian. ad leg. Cornel. de ſicar.* & alibi. SCHULTING.

14. *Omnes, quibus flagitioſus luxus eſt*] Hinc incipit *l.* 6. *Cod. Theod. ad leg. Jul. de adulter.* ubi legitur *omnes, quibus flagitii uſus eſt*. Noſtra lectio eſt melior. IDEM.

15. *Viri*] *Virile*, dicit *l. cit.*

16. *Nihilque diſcretum habere cum feminis*] In *d. l.* eſt: (*nihil enim diſcretum videntur habere cum feminis*) & haec tantum ſequuntur, *hujusmodi ſcelus expetiſſe* (rectius hic ſcriptum eſt *ſpectante*) *populo flammis vindicibus expiabunt.*

17. *Occupatos*] Hoc eſt, *captos*, *apprehenſos*.

18. *Seductos*] Recte Gothofredus legit *eductos*. Littera finalis verbi praecedentis male eſt repetita. SCHULTING.

19. *Sacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animae*] Notat idem Gothofredus, ſententiam hanc confectam eſſe ad Paulinas *ad Roman. cap.* 1. *v.* 24. & 27. 1. *Corinth. cap.* 3. *v.* 16. 17. *cap.* 6. *v.* 19. & 21. *ad Corinth. cap.* 6. *verſ.* 16.

20. *Perdidiſſet*] Dubito, an non ſit rectius *prodidiſſet*. Ita oratio erit vehementior: nec ſexus proprie perdi poteſt: at a talibus naturae monſtris prodi bene dicitur. quomodo a Chryſoſtomo dicitur Φύσεως προδότης, *naturae proditor*, *in epiſt. ad Roman. cap.* 1. *verſ.* 27. SCHULTING.

21. *Prop.*] In C. Th. paulo alia eſt ſubſcriptio, nempe haec, PP. *in foro Trajani* VIII. *Id. Aug. Valentiniano* IV. & *Neoterio Coſſ.* In veteri quidem exemplari ſcriptum eſt *Minere*, non *Minerva*. Sed in eadem regione urbis quae Fori Rom. nomen praetulit, & Trajani forum, & Minervae atrium fuiſſe vel ex P. Victore conſtat. PITH. De ſubſcriptione tam hac, quam illa, quam Codex Theodoſianus habet, pluribus differit ſaepe laudatus Gothofredus. De atriis accurate tractat Fam. Nardinus *Rom. veter. lib.* III. *cap.* 13. qui docet, partem fuiſſe domus priorem, & quidem tectam. SCHULTING.

Explicit Titulus de Stupratoribus.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS VI.

Incipit de inceſtis Nuptiis.

I. MOYSES DICIT. 'QVICVNQVE *concubuerit cum muliere uxore patris ſui, pudenda patris ſui detexit, morte moriantur: ambo rei ſunt. Et quicunque concubuerit cum nuru ſua, morte moriantur: ambo rei ſunt.*

II. [2] VLPIANVS libro Regulari de nuptiis ſub titulo. INTER parentes & [3] liberos, cujuſque gradus ſint, connubium non eſt. Inter cognatos autem ex tranſverſo gradu olim quidem matrimonia contrahi non poterant: nunc autem [4] ex tertio gradu licet uxorem ducere, [5] ſed tantum fratris filiam, non etiam ſororis: nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu ſint. Eam, quae noverca, vel privigna, vel quae nurus, vel ſocrus fuit, uxorem ducere non poſſumus. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit: ideoque liberi in poteſtate ejus non fiunt; ſed, quaſi vulgo concepti, ſpurii ſunt.

III. PAVLVS [6] libro [*] Sententiarum de nuptiis ſub titulo. INTER parentes & liberos jure civili matrimonia contrahi non poſſunt: nec filiam ſororis aut neptem ducere poſſumus: proneptem aetatis ratio prohibet. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non intervenit. Nec ſocrum, nec nurum, privignam, nec novercam aliquando citra poenam inceſti uxorem ducere licet: ſicut nec amitam, aut materteram. [*] [7] Sed vel cognatam contra interdictum duxerit, remiſſo mulieri juris errore, ipſe poenam adulterii legis Juliae patitur, non etiam ducta.

IV. [8] GREGORIANVS libro quinto [9] de nuptiis ſub titulo. Exemplum literarum Dioclitiani & Maximiani Impp. talem conjunctionem graviter puniri commemorat.

EXEM-

1. *Quicunque*] *Levit.* XX. PITH.

2. *Vlp. libro Regulari*] Lego, *Vlpianus libro ſingulari Regularum, ſub Titulo, De nuptiis.* Atque ex hoc loco reſtituenda arbitror quae hodieque corrupta extant inter fragmenta Vlpiani *Tit. 5.* IDEM.

3. *Liberos*] In fragmentis Vlpiani *tit. 5. §. 6.* additur *infinite*: & deinde legitur, *cujuſcunque gradus con.* poſtea, *quidem uſque ad quartum gradum matr* recte: ac mox: *etiam ex tertio*: & *ſororis filiam*: ac *ſocrus noſtra*. Quae vero de re notanda occurrebant, illic jam occupata ſunt.

4. *Ex tertio gradu*] Wiſigothorum legibus uſque ad ſextum cognationis gradum nuptiae prohibitae ſunt, qui gradus ex Pauli Sententiis numerantur: quod & Wiſigothus Iſidorus ſequutus eſt, ut non immerito Salvianus ejus gentis caſtitatem laudibus extollat. Sed nos & Salvianum integriorem & leges illas XII. libris compoſitas brevi, Deo faciente, inpublicum dabimus. PITH.

5. *Sed tantum fratris filiam*] Et hoc Vlpiani temporibus obtinuiſſe multi Pandectarum loci evincunt. Sane conſtitutio illa D. Nervae cujus Xiphilinus ex Dione meminit, ad fratris potius filiam pertinuiſſe videtur. Nam & haec ἀδελφιδῆ dicitur. Conſtantinus tamen & Conſtans cum alterum magis prohibere vellent, utrumque complexi ſunt ea lege, quae ex veteribus libris in Codice Theodoſiano nuper reſtituta eſt ſub Titul. *de inceſtis nuptiis*, ex qua etiam hoc idem jus ad Gajum Anianus adjecit *lib.* 1 *Inſt. Tit. de nupt.* IDEM.

6. *Libro* [*] *Sententiarum &c.*] Scribe *libro ſecundo Sententiarum ſub titulo de Nuptiis.* SCHULTING.

7. *Sed vel cognatam*] Puto leg. *Si vero cognatam.* Quod ſequitur, *contra interdictum*, ſic interpretor, contra jus civile. Pertinent vero haec ad legem Juliam de adulteriis, & explicantur fuſius in *l. 38. D. eodem tit.* quo etiam referendum eſt Divorum fratrum reſcriptum ex *l 57. §. 2. D. de rit. nupt.* PITH.

8. *Gregorianus &c.*] Conſtitutionem hanc repoſui quoque inter fragmenta Gregoriani Codicis, ac illic nonnulla ad eam illuſtrandam attuli.

9. *De nuptiis ſub titulo*] Melius *ſub titulo de nuptiis.* PITH.

EXEMPLVM Edicti Dioclitiani & Maximiani, Nobiliſſimorum Caeſarum.

QVONIAM piis religioſisque mentibus noſtris ea, quae Romanis legibus caſte ſancteque ſunt conſtituta, venerabilia maxime videntur, atque aeterna religione ſervanda, diſſimulare ea, quae a quibuſdam in praeteritum nefarie inceſteque commiſſa ſunt, non oportere credimus, cum vel cohibenda ſunt, vel etiam vindicanda, inſurgere nos diſciplina noſtrorum temporum cohortatur. Ita enim & ipſos immortales Deos Romano nomini, ut ſemper fuerunt, faventes atque placatos futuros eſſe non dubium eſt, [10] ſi cunctos ſub imperio noſtro agentes piam, religioſamque, & quietam, & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. In quo id etiam providendum quam maxime eſſe cenſuimus, ut matrimoniis religioſe atque legitime juxta diſciplinam juris veteris copulatis, tam eorum honeſtati, qui nuptiarum conjunctiones ſectantur, quam etiam his, qui cum deinceps ſervata religione naſcentur, incipiat eſſe conſultum: & honeſtate naſcendi etiam poſteritas ipſa purgata ſit. Id enim pietati noſtrae maxime placuit, ut ſancte neceſſitudinum nomina obtineant [11] apud affectus ſuos piam ac religioſam conſanguinitati debitam caritatem. Nefas enim credere eſt ea, quae in praeteritum a compluribus conſtat eſſe commiſſa, cum pecudum ac ferarum promiſcuo ritu, ad inlicita connubia inſtinctu exercendae libidinis ſine ullo reſpectu pudoris ac pietatis inruerint. Sed quaecunque antehac vel imperitia delinquentium, vel pro ignorantia juris, barbaricae immanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis videntur admiſſa, quamquam eſſent ſeveriſſime vindicanda, tamen contemplatione clementiae noſtrae ad indulgentiam volumus pertinere: ita tamen, ut quicunque in anteactum tempus inlicitis inceſtiſque ſe matrimoniis poluerunt, hactenus adeptos ſe eſſe noſtra indulgentia ſciant, ut poſt tam nefaria facinora, vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam: ſciant tamen, non legitimos ſe ſuſcepiſſe liberos, quos tam nefaria conjunctione genuerunt. Ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat inefraenatis cupiditatibus obedire, cum & ſciant ita praecedentes admiſſores iſtiusmodi criminum venia liberatos, ut liberorum quod inlicite genuerunt [12] ſucceſſiones * careantur,

10. *Si cunctos*] Leg. *ſi cunctos ſub imperio noſtro agentes piam religioſamque & quietam & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. More* eſt vitae quadam honeſta ratione atque inſtituto. Horat. IV. *Odar. Mos & lex maculoſum edomuit nefas.* Petronius Satyrico.

Artis ſeverae ſi quis amat effectus,
Mentemque magnis applicat, prius mere
Frugalitatis lege polleat exacta.

In Novellis etiam Theodoſii & Valentiniani de lenonibus, *Pio circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtrae more publicitusque ſuggeſſit.* Sic enim potius legendum arbitror, niſi cui magis placet, *evi-*

tentque illa Epicteto κατὰ φύσιν gignit ἕξιν, id eſt, perpetuae cujuſdam voluntatis conſtantiam quae morem efficit, aut ipſa illa potius mos eſt. Varro apud Ambroſium Macrobium *lib.* III. *Saturn. Mos eſt in judicio animi, quem ſequi debet conſuetudo, id eſt, uſitatus morigerus.* PITH.

11. *Apud affectus*] Hinc apparet affectus dici non de liberis modo & uxore, ſed & de reliquis cognatione & affinitate conjunctis. Vulcatius in Avidio. *Nec in ejus liberos aut affectus ſaevit.* IDEM.

12. *Succeſſiones careantur*] Forſitan, *ſucceſſione careant, ut.* Puteanus tamen malit, *ſucceſſiones careantur.* IDEM.

13. Cum

tur, quae juxta vetuſtatem Romanis legibus negabatur. Et optaſſemus quidem, nec ante quicquam ejusmodi eſſe commiſſum, quod eſſet aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum. Sed & poſt hanc religionem ſanctitatemque in connubiis copulandis volumus ab unoquoque ſervari, ut ſe ad diſciplinam legesque Romanas meminerint pertinere: & eas tantum ſciant nuptias licitas, quae ſunt Romano jure permiſſae. Cum quibus autem perſonis tam cognatorum, quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto noſtro complexi ſumus: [13]cum filia, nepte, pronepteque; matre, avia, proavia: & ex latere amita, ac matertera, ſororis filia, & ex ea nepte. Itemque ex adfinibus privigna, noverca, ſocru, nuru, ceterisque, quae antiquo jure prohibentur, a quibus cunctos volumus abſtinere. [14]Nihil enim niſi hanc tantum ac venerabiles noſtra jura cuſtodiunt, & ita ad tantam magnitudinem * Romanam geſta cunctorum non mirum favore pervenit, quoniam omnes leges ſua religione ſapienti, pudorisque obſervatione devinxit. Quare hoc edicto noſtro volumus omnibus palam fieri, quod praeteritorum venia per clementiam noſtram contra diſciplinam videtur indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae [15]in die tertio Kal. Januariarum Tuſco & Anulino Conss. [16]videntur eſſe commiſſa. Si qua autem contra Romani nominis decus, ſanctitatemque legum, poſt ſupradictum diem deprehenduntur admiſſa, digna ſeveritate plectentur. Nec enim ullam in tam nefario ſcelere quisquam aeſtimet veniam ſe conſequi poſſe, qui tam evidenti crimini, & poſt edictum noſtrum non dubitabit * [17]infuere. Dat. Kal. Maji. Damaſco. Tuſco & Anulino Conss.

V. [18]Ermogenianvs ſub titulo de nuptiis. Impp. Diocletianvs & Maximianus aa. Fl. Flaviano. His, qui inceſtas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis ſubjiciantur, ita demum clementia Principum ſubvenit, ſi poſtea quam errorem ſuum reſcierint, ilico nefarias nuptias dirimerint. Prop. Id. Mar. * [19]& Diogene Conss.

13. *Cum filia, nepte*] Hinc ſumpta eſt *l. 11. C. de nupt.* in qua ex Conſtantini & Conſtantis lege a Triboniano adjecta videntur illa verba, *Praeterea fratris filia.* Idem.

14. *Nihil enim*] Priorem hujus ſententiae partem Puteanus noſter ſic emendat, *Nihil enim niſi ſanctum ac venerabile noſtra jura cuſtodiunt.* Poſteriorem ego ſic *& ita ad tantam magnitudinem Romana majeſtas evaluerum numinum favore pervenit, quoniam omnes leges ſuas, &c.* paulo poſt, *contra diſciplinam veterem indulta.* & infra, *qui tam evidenti crimini ſe poſt edictum noſtrum non dubitabit infuere*, vel, *crimine infuere* Idem.

15. *In die tertio*] Fortaſſe melius, *in diem tertium.* Idem.

16. *Videntur*] In marg. ed. Pariſ. eIↃ IↃ LXXXVI. ſcriptum eſt *dicentur*, quod non damnem. Schultingius.

17. *Infuere*] In ora cod. Scal. eſt *vivere*: at in marg. ejusdem ed. Pariſ. eſt *inhaerere*, quod ſenſum habet bonum. Schultingius.

18. *Ermogenianus ſub titul.*] Hic velim illud obſervari Codicem Gregis Hermogenis, ſive Hermogeniani libris non diſtinguit, ſed titulis tantum. Pith. In fragmentis illius Codicis hanc quoque legem reperire licebit cum nonnullis ad eam a nobis dictis.

19. *Et Diogene*] Fortaſſe, *Tiberiano & Dione conſſ.* Quae ſequuntur ſunt collectoris, ſed indicant quanta veterum religio fuerit in conſtitutionibus Impp. recitandis circa diem & Coſſ. credo equidem poſt *l. 1. C. Th.*

Hanc quoque conſtitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inſeruit, quae eſt tricesima & ſecunda, aliis tamen & die & Coss. [20] id eſt, CONSTITVTIO PP. V. ID. JVN. DIOCLITIANO TER ET MAXIMIANO AVGVSTIS.

VI. PAPIANVS libro ſingulari de adulteriis. QVI ſororis filiam uxorem duxerat [21] per errorem, antequam praeveniretur a delatore, [22] dirimit coitum: quaero an adhuc poſſit accuſari. Reſpondit, [23] Ei, qui conjunctione ſororis filiae bona fide abſtinuit, poenam remitti palam eſt: quia qui errore cognito diremit coitum, creditur ejus voluntatis fuiſſe, ut ſi ſciſſet ſe in eo neceſſitudinis gradu poſitum, non fuiſſet tale matrimonium copulaturus.

Idem dicitur in eos, qui inceſtas nuptias contraxerunt. Maledicti tamen ſunt omnes inceſti per legem, cum adhuc rudibus populis ex Divino nutu condita Iſdem adſtipulantibus ſancirentur. Et utique omnes maledicti puniti ſunt, quos Divina & humana ſententia conſona voce damnavit. Lex divina ſic dicit.

VII. [24] MALEDICTVS (inquit) dixit Moyſes, *Qui concubuerit cum uxore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum ſorore ſua de patre aut de matre: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum nuru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum ſocru ſua, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum ſorore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum ſorore matris ſuae: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui concubuerit cum ſorore uxoris ſuae: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui dormierit cum uxore fratris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus, qui dormierit cum omni pecore: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat.*

C. Th. de diverſ. reſcript. quam Juſtinianus cum ad privilegia reſtrinxiſſet, poſtea facile neglexit. PITH.

20. *Id eſt*] Amovi aſteriſcum ante haec, cum omnia ſint ſana. SCHVLTING.

21. *Per errorem*] Qui olim non fuit ſine exemplo, *l. ult. D. de condition. ſin. cauſ. l. 57. §. 1. D. de rit. nuptiar.* eoque magis, quia cum fratris filia nuptiae erant permiſſae IDEM.

22. *Dirimit*] Cod. Scal. *diremit*: ac ſic paulo poſt iterum hic legitur.

23. *Et qui conjunctione*] Lego, *Ei qui conjunctione ſororis filiae*. Vid. *l. 57. D. de rit. nuptiar. l. 38. §. idem Pollioni. D. ad leg. Jul. de adulter.* Conjunctionem autem dixit, non *connubium*: quod eſt jus legitimi matrimonii, ut ſupra Paulus *ductam* non *uxorem*. His tamen nominibus interdum facile abutimur. Nam & idem Paulus *libro* II. *Sentent.* dixit matrimonia injuſſu parentum contracta non ſolvi, cum proprie haec matrimonia non ſint. Quae ſequuntur ſunt Eclogarii ſive collectoris. PITHOEVS.

24. *Maledictus*] Extant *Deuteron. capite* XXVII. IDEM.

Explicit Titulus de adulteris, ſtupratoribus & inceſtis.

TITV.

Digitized by Google

TITVLVS VII.

Incipit de Furibus, & Poena eorum.

[1] Quod ſi duodecim tabularum * nocturnum furem autem, ſi ſe aut telo defendere, interfici jubent, ſcitote, Juriſconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit, ſicut lectio manifeſtat.

I. MOYSES DICIT. [2] *Si perfodiens nocte parietem inventus fuerit fur, & percuſſerit eum alius, & mortuus fuerit hic, non eſt homicida is, qui percuſſerit eum. Si autem ſol ortus ſuper eum, reus eſt mortis percuſſor, & ipſe morietur.*

II. PAVLVS libro Sententiarum V. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. Si quis furem nocturnum, vel diurnum, cum ſe telo defenderet, occiderit, [3] hac quidem lege non tenetur: ſed melius fecerit, qui eum comprehenſum, transmittendum ad Praeſidem [4] magiſtratibus obtulerit.

III. [5] 'VLPIANVS libro VIII. ad Edictum ſub titulo, Si quadrupes pauperiem dederit. INJVRIA occiſum eſſe merito adſcitur: non enim ſufficit occiſum, ſed oportet injuria id eſſe factum. Proinde ſi quis ſervum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, [6] quia non * occidit. [7] Sed & quemcunque alium ferro ſe petentem qui occiderit, non videbitur injuria occidiſſe. Proinde ſi furem nocturnum, [8] quem lex duodecim tabularum [9] omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem [10] eaque lex permittit, ſed ita

1. *Quod ſi XII.*] Et hæc quoque collectoris ſunt, ſed ita deturpata, ut mens potius quam plena & articulata vox audiatur. In veteri Codice legitur *Quod ſi duodecim tabularum leges nocturnum furem omnimodo, diurnum autem ſe audeat defendere &c.* PITHOEVS. Notæ Pithœi pars poſterior eſt ex ed. Pariſ. clɔ Iɔ C LXXXIX. Ex lectione vero illa veteris codicis facile reſtitui poteſt locus, ſi legamus, *ſi ſe audeat telo defendere*: quo modo legendum eſſe conjecerat Marq. Freherus *Parergor. lib.* 1. *cap.* 9. SCHVLTING.

2. *Si perfodiens*] Exod XXII. PITH.

3. *Hac quidem lege non tenetur*] Lex enim hæc Cornelia pœnam irrogat capitalem, & dolum exigit. An impune plane quis id ferat, non pertinet ad hanc legem, ſed ad legem Aquiliam, quæ etiam culpam levillimam coërcet, ſed pœna tantum pecuniaria: eoque referendam eſſe *l.* 9 *D. ad leg. Cornel. de ſicar.* dixi jam, ut & de ſequentibus verbis, ad Paulum *Sententiar. lib. V tit.* 23. §. 9. SCHVLTING.

4. *Magiſtratibus*] Municipalibus, ut Duumviris & aliis, qui cuſtodiarum poteſtatem habent, *l.* 32 §. *ſi quis. D. de furt. l.* 10. *D de cuſtod. reo.* PITHOEVS.

5. *Vlpianus lib. VIII.*] Legendum arbitror *lib. XVIII.* Sed in titulo ipſo collector falſus videtur, nam hæc ad legem Aquiliam omnino pertinent, non ad Edictum. Si quadrupes, quod eſt de damno ſine injuria dato ex XII. tabulis. Et vero magna pars horum hodieque extat *in l.* 9. & 5. *D. ad leg. Aquil.* IDEM.

6. *Quia non occidit*] Leg. *quia non injuria occidit*, quod perſpicuum eſt. IDEM.

7. *Sed & quemcunque alium &c.*] Hinc deſumpta *l.* 5. *pr. & §.* 1. *D. ad leg. Aqu*[illiam] nonnullis reſectis.

8. *Quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere*] Cicero *pro Milon. cap.* 3. dixit *quoque modo*. Ignoravit ergo lex XII. tabularum limitationem, quam illi adſcribit Cajus *l.* 4. §. 2. *D. ad leg. Aquil.* ut quis illud cum clamore teſtificetur: nec quiſquam veterum ejus meminit, cum tamen præter Ciceronem hoc caput retulerint Paulus *hoc tit.* 4. *præced.* Gellius *Noct. Attican. lib. XI. cap. ult. lib. XX. cap.* 1. Macrobius *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 4. aliique. Et quamvis id ita acceptum & reuperatum fuiſſet a Juriſconſultis poſtea, non poteſt tamen recte id tribui duodecim tabulis; quod fit in *d. l.* 4. §. 1. adeoque id Tribuniano malim adſcribere; quod attigi ad Paulum *loc. cit.* SCHVLTING.

9. *Omnimodo*] M. Tullius & poſt eum Seneca itemque Auguſtinus de eadem re, *quoquomodo*. PITH.

10. *Eaque*] Celeberrimus Noodt *Probabil. l.* 1. *cap.* 9. & *ad leg. Aquil. cap.* 5. exhibet *eumque*, rectius. SCHVLTING.

II. Et

ita demum, si se telo defendat, videamus, an lege Aquilia teneatur. [11] Et Pomponius dubitat, [12] nunc haec lex non sit in usu. Et si quis noctu furem occiderit, non dubitamus, [13] quin lege Aquilia teneatur. Sin autem cum posset adprehendere, maluit occidere, magis, est ut injuria fecisse videatur. [14] Ergo etiam lege Cornelia tenebitur. Injuriam autem accipere hic nos oportet non quemadmodum & circa injuriarum actionem, [15] contumeliam quandam, sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, [16] si culpa quis occiderit. Et reliqua.

IV. VLPIANVS libro octavo de officio Proconsulis sub titulo de furibus. [17] FVRES ad forum remittendi sunt diurni, nocturnique extra ordinem audiendi & causa cognita puniendi: [18] dum poena eorum sciamus operis publici modum non egrediendum. Idem & in balnearis furibus. Sed si se tela

11. *Et Pomponius dubitat num haec lex nunc sit in usu*] Hic locus indicat exceptiones illas in fure nocturno, Si parcere ei sine periculo suo non potuerit, et, Sed melius fecerit, &c. esse ex jure civili, id est, ex interpretatione Prudentium, non ex lege XII. tabularum: sed nec ex Cornelia. PITHOEVS.

12. *Nunc haec lex non sit in usu*] Num pro nunc legendum esse, nemo non videt. Pro *haec* modo mihi laudatus Ger. Noodt *ad leg. Aquil. cap. 5.* reponit *hic*: & intelligit ita, Pomponium voluisse, legem, non XII. tabularum, secundum Pithoeum, sed Aquiliam hoc in casu non esse in usu: alioquin legem ipsam in usu esse, nemini non constat. Vlpianus vero mox distinctionem ponit, quae docet, hoc in casu legi Aquiliae locum esse posse. Pithoeus in principio notae pro *non* ponit *nunc*. Mihi non satis placet. SCHVLT.

13. *Quin lege Aquilia teneatur*] Videtur legendum, *non teneatur*. Quod si lege permittente, non potest videri injuria factum. Quod sequitur, *Si tamen cum posset adprehendere*, est ex jure civili, non ex legum verbis. PITH.

14. *Ergo etiam lege Cornelia tenebitur*] In *l. 5. pr. D. ad leg. Aquil.* scriptum est, *ergo & hic A. s.* Plus vero haec conclusio continere videtur, quam erat in praemissis: Cornelia enim non solum exigit injuriam, sive, ut caedes sit facta sine jure: at requirit dolum, *l. 7. D. ad leg. Cornel. de sicar.* nec hic de Cornelia est quaestio, verum de Aquilia: adeoque & Vlpianum debuisse scribere *Aquilia*, non *Cornelia*, non levibus argumentis existimat idem Noodt *locis citatis*: cujus ferme subscriberem sententiae; nisi viderem, etiam in legem Corneliam incidere, qui calore quoque non injusto hominem interfecere, veluti patrem, qui filiam adulteram solam, vel solum adulterum occidit; *sit praec. n. 9. junct. l. 32. D. ad leg. Jul. de adulter.* ac maritum, qui uxorem in adulterio deprehensam interfecit, *sit. praec. n. 10.* quamvis leviori poena soleat coërceri, *l. 38 §. 8. D. dict. sit l. 1. §. ult. D. ad leg Cornel. de sicar.* Atque hic quoque fieri posset, ut occiso fure nocturno, quis in Corneliam incideret, periculo sorte nullo praesente, & si furem per meram iracundiam aut sponte quis interfecisset. Sed & sic generalitas verborum Vlpiani non poterit defendi, salva ratione recti sermonis; nisi tentemus, illud *etiam tenebitur* exponere sic, *etiam teneri potuit*, aut *etiam adhuc tenebitur*: quales modos loquendi in *l. 29. §. ult. D. de his qui notant. infam. l. 41. D. de pignerat. actio.* observavit jam memoratus Vir Eximius *de form. emendand. dol. mal. cap. 12.* Et haec nos tentamus in loco difficillimo; de quo liberum cuique judicium relinquimus. Videri quoque potuerunt Viri Eruditi, Vir. Huberus *Exercit. ad d. L. 5.* Joh. van de Water *Observat. lib. 1. cap. 18.* SCHVLT.

15. *Contumeliam*] Τῦφον ex sententia Labeonis, quam tamen Paulus non probavit. PITH.

16. *Si culpa*] Hoc est, *etiam si culpa*: non enim injuria solam complectitur culpam, sed & dolum, *§. 5. Inst. de leg. Aquil.* SCHVLT.

17. *Fures ad forum*] Vet. ex *ad furtum*. Emendationem nostram probat & quod ex Paulo relatum est sub Tit. de abigeis. *Ad forum* autem est ad examinationem civilem, sive ad jus ordinarium; ut ex Marciano Tribonianus maluit adscribere. Quod sequitur de nocturnis extat in *l. 1. D. de furtis*. PITH.

18. *Dum poena*] Paulus Orosius *lib. IV. hist. Furtum ne leges quidem nisi multa pecuniaria, vel ad summum exilii, circa quemlibet hominum vindicandum constituere.* Servius tamen in illud Maronis ex *lib. VIII. At furiis Caci mens effera*, notat furis nomen pro hominis genti scelere publicum. *Capitale enim*, inquit, *apud majores fuerat ante poenam quadrupli.* Apud nos quoque furta sunt quaedam facile capitalia, ut domestica, & repetita, quae more a majoribus tradito suspendio fere vindicari solent. PITH.

18. * *Dum poena eorum scimus &c.*] In *l. 1. D. de furtis balnear.* scriptum est: *dummodo sciamus, in poena eorum operis publici temporarii modum non egrediendum.* Liber quoque Scaligeri habet, *temporarium modum*.

telo fures defendunt, vel effractores, vel ceteri ſimiles, nec quemquam percuſſerunt, metalli poena [19] humiliores: honeſtiores vero relegatione adficiendi erunt.

V. PAVLVS [20] libro Sententiarum ſub titulo de furibus. FVRTI quocumque genere damnatus, famoſus efficitur. Fur eſt qui rem alienam [21] contrectat. [22] Furtorum genera ſunt quatuor, Manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtus fur eſt, qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos ejus loci, unde furatus eſt, [23] conprehenſus eſt, vel antequam ad eum locum, quo deſtinaverat, pervenerit. Nec manifeſtus eſt fur, qui intra rapiendo quidem conprehenſus non eſt, ſed eum feciſſe negari non poteſt. Concepti actione tenetur apud quem furtum eſt inventum. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur. Furti actione is agere poteſt, cujus intereſt rem non periſſe. Conceptiva autem agere poteſt qui rem concepit, & invenit. Oblati agere poteſt penes quem res [24] concepti inventa eſt.

19. *Humiliores: honeſtiores vero*] Non ita integre hæc leguntur in *d. l.* 1.

20. *Libro*] Lege *libro ſecundo*: ubi titulus eſt *31. de furtis*. Illic tamen prima ſententia legitur §. 14. reliquæ in principio ſunt poſitæ. Satis autem illic hæc illuſtrata ſunt, & lectionum varietates notatæ.

21. *Contrectat*] Dolo malo. Semper furtum contrectando fit. Sic lego in *l. 6. D. furt.* Sunt vero hæc ex *lib.* II. *Sentent. Recept.* PITH.

22. *Furtorum*] In *l. 14. §. qualis. D. de furt.* puto ab Vlpiano ſcriptum, *Omnes furti actiones competere*, id eſt concepti, oblati, manifeſti, nec manifeſti, ope, conſilio. Alioqui ſane idem vocabulum fruſtra repetatur. IDEM.

23. *Comprehenſus*] Vel viſus ex ſententia quorundam, quam Servius ad illud Virgilii ſequutus videtur *Eclog.* III. *Non ego te vidi*, cum manifeſti magis arguatur illis verbis. *Et cum clamarem, &c. l. 7. D. de furt.* IDEM.

24. *Concepti inventa eſt*] Fortaſſe melius *res concepta. i. inventa eſt*, ut & paulo ſuperius, *Concepti agere poteſt.* IDEM.

Explicit Titulus de furibus.

TITVLVS VIII.

Incipit de falſo Teſtimonio.

I. MOYSES DICIT. [1] *Si ſteterit teſtis injuſtus adverſus hominem accuſandum, accuſans eum impietatis, ſtabunt duo homines, quibus eſt invicem contentio, ante Deum, & ante ſacerdotes, & ante judices, quicunque fuerint in illis diebus. Cum inquiſierint judices diligenter, & inventus fuerit teſtis injuſtus teſtificans injuſta, inſurgentes adverſus eum, facietis ei, ſicut voluit malefacere: & delebitis malum de medio veſtrum: & ceteri audientes timebunt, nec audebunt mala facere inter vos.*

II. PAVLVS libro ſingulari de poenis omnium legum, ſub titulo [2] ad legem Ju-

1. *Si ſteterit*] *Deut. XIX.* PITH.

2. *Ad legem Juliam &c.*] Hoc ergo non eſt generale: ſed ad hanc legem, & ſpeciem in ea tractatam pertinet. Alibi in legem Corneliam de ſicariis incidunt falſi teſtes, *hoc tit. n. 9.* alibi aliter coërcentur, §. *ſeq.* SCHVLTING.

Juliam de adulteriis. [1]QVI falsum testimonium dixerit, proinde tenebitur, ac si lege Cornelia testamentaria damnatus esset.

III. PAVLVS libro Sententiarum quinto, sub titulo de testibus, & de quaestionibus. [2]HI, qui falsum, vel [3]aliqua testimonia dixerunt, [4]vel [5]utriusque parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur.

IV. [6]IDEM libro [7]ad legem Corneliam de sicariis & veneficis. LEX Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, ejusque rei causa, furtique faciendi, cum telo fuerit, & qui venenum hominis necandi causa habuerit, vendiderit, paraverit, falsumve testimonium dixerit, quo quis periret, mortisve causam praestiterit. Quae omnia facinora in honestiores poena capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut bestiis subjiciuntur.

V. PAVLVS libro Sententiarum V. sub titulo ad legem Corneliam testamentariam. [8]HI, qui ob falsum testimonium perhibendum pecuniam acceperint, dederint, judicemve, ut sententiam ferat, vel non ferat, corruperint, corrumpendumve curaverint, humiliores capite puniuntur: honestiores publicatis bonis cum ipso judice in insulam deportantur.

VI. IDEM eodem libro & titulo. FALSVM est quicquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur.

VII. [9]VLPIANVS sub titulo de poena legis Corneliae testamentariae libro VIII. PRAETEREA factum est Senatusconsultum [10]Statilio & Tauro Consulibus, quo poena legis Corneliae inrogatur ei, [11]qui quid aliud quam testa-

3. *Qui falsum*] Et hoc fortasse est ex lege Julia de adulteriis, cujus plura capita fuisse constat, ut & illud, quod est in *l. 18. D. de testibus.* PITH.

4. *Hi, qui falsum vel aliqua*, Fortasse leg. *hi, qui falsa vel obliqua*, id est, varia. Extat haec sententia apud Paulum *lib.* V. *Sentent.* & in *l 16. D. de testib.* IDEM. Dixi aliquid de hoc loco ad Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit. 15. §. 1.* ubi haec quoque occurrunt, & etiam lectionum notantur discrepantiae.

5. *Vel utriusque parti*] *Utrique parti.* Imprudentia ejus cujus ita anceps fides vacillet, ut diversa duobus testimonia praebuerit, quin crimine falsi teneatur nec dubitandum est, *l. 27. §. 2. D. ad leg. Corn. de falsi.* PITH.

6. *Utriusque parti*] *Utrique parti* scriptum est etiam apud Paulum.

7. *Idem libro ad legem*] Scribendum, *libro* V. *titulo ad legem.* Idem extat fragmentum in titulo primo hujus libelli.

8. *Hi qui*] Extat *Tit.* 25. PITH.

9. * *Hi, qui ob falsum &c.*] Exstant haec paulo pleniora in Pauli Sententiis *lib.* V. *tit. 25. §. 2.* ubi notatae lectionum diversitates, ac nonnulla de ipsa re dicta.

9. *Vlp. lib. VIII.*] De off. Procos. ut indicat *l. 9. §. 1. D. ad l. Corn. de falsi.* PITH.

10. *Statilio & Tauro*] Statilii Tauri plures Consulatus in fastis reperiuntur, sed in notatione horum temporum quem potissimum sequar non habeo. Si quis tamen conjecturae locus est, sic lubentius reposuerim *Statilio Tauro & Scribonio Libone Coss.* Nam his Coss. SC. Libonianum circa legem Corneliam factum verisimile est. IDEM. Circa hos Consules idem, quod Pithoeus conjecit, placuit Cujacio *Parasit. tit. C. ad leg. Cornel. de falsi.* & Salmasio *ad jus Attic. & Roman. cap. 30. p. 877.* Incidit hic Consulatus in annum V. C. DCCLXIX. Christi XVI.

11. *Qui quid aliud quam testamentum sciens signaverit*] Salmasius *loc. cit.* legit *qui al. q. t. falsum sc. sign.* Sani non de signatione testamenti in genere hic agitur: verum de signatione testamenti falsi. Et in *l. 9 §. 3. D de leg. Cornel. de falsi.* ubi hic locus exhibetur, recisis quae ad historiam pertinebant, scriptum est, *qui aliud, quam in testamento sciens dolo malo falsum signaverit.* SCHVLTING.

12. Item

testamentum sciens signaverit, signarive curaverit. [12] Item qui falsas testationes faciendas, [13] testamentave falsa invicem dicenda aut consignanda [14] dolo

12. *Item qui falsas testationes faciendas &c.*] Locus hic varie a Viris egregiis emendatus atque expositus est. In *l. 9. §. 3. D. ad leg. Cornel. de falsis* scriptum est. *Item si ad falsas testationes faciendas, testimonia ve falsa invicem dicenda dolo malo coierint*: is vero locus est ex libro VIII. Ulpiani de officio Proconsulis, uti hic quoque esse videtur. numerus saltem est idem: atque ex his ipsis libris Auctor Collationis hujus in criminalibus materiis varia passim producit. imo nullum aliud Ulpiani opus quis offender, in cujus libro octavo titulus exstiterit *de pœna legis Corneliæ testamentariæ*. Quod operis nomen excident, non mirum est, cum & multa alia hic vetustas absorpserit. In verbis vero *d. l. 9 §. 3.* nihil est, quod quemquam possit offendere, quamvis inde hæc ad litteram esse emendanda contendere non ausim, cum & illic Compilatores Pandectarum aliquid addere, omittere aut mutare potuerint. Per *testationes* vero intelligo scripturas testibus munitas, uti *l. 7. pr. D. de sponsalib. l. 2. D. de nautic. fœner. l. 22. D. ex quib. caus. major. l. 9. §. 1. D. de pœn.* quomodo verbum hoc exponit etiam Salmasius *ad Jus Attic. & Roman. cap. 30. p. 725.* qui tamen *p. 792.* verbum *testatio* accipit pro μαρτυρομαι, sive testificatione, qua testes fiunt præsentes ad rem, quam quis egit vel acturus est, probandam, declarandam, vel denunciandam. Sed cur recedemus a priori explicatione? In sequentibus malim quoque *testimonia falsa*, uti scriptum est in *d. l. 9. §. 3.* nec non apud Marcianum *l. 2. pr. D. de leg. Cornel. de falsis.* (atque ex signis vel abbreviaturis error forte natus est) quod & probat Cujacius *Paratitl. tit. C. ad leg. Cornel. de falsis* qui etiam in *Recitationib. ad dict. tit. C.* per testimonia invicem dicenda intelligit testimonia mutua, quorum meminit Cicero *pro Flacc. cap. 9.* Imo & idem videtur tradidisse Marcianus *l. 2. pr. D. eod. tit.* (qui ut credatur de alia re, aliove jure egisse, nihil est causæ: & sequentia quoque similia sunt hic, & in *d. l. 2.*) & nolim reluctari Viris Egregiis, Budæo *ad Pand.* Pithœo *not. ad hunc loc.* aliisque, qui existimant, ex *invicem dicenda* natum esse *inspicienda*, quod illic quadrare prorsus non potest, quamvis non ideo *invicem dicenda* in contextum statim debuerat recipi, quod factum a nonnullis merito improbat Eximius Vir, Corn. van Bynkershoek *Observation. lib. III. cap. 22.* qui recte quoque rejicit Salmasium, reponentem *depectisenda*, vel *in necem dicenda*. Basilicorum auctoritas non multum facit pro vulgata lectione *inspicienda*, *d. l. 2. pr.* cum in illis non tam verba singula accurate exprimantur, quam sensus qualiscumque inde exculpatur: quod & alibi fit in Basilicis, ubi loca in jure Justinianeo jam olim in mendo cubarunt. Ea verba. *Ὁ πονηρὰ διαμαρτύρια πλάττει, ἢ διαθήκας, ἢ ἐκδόσεις, ἢ ὑπογραφὰς ἐπιτίθησιν, ἢ ὑπὲρ ἄλλου ὡς ἐνάγοντος, τῷ περὶ πλαστογραφίας νόμῳ ὑπόκειται. Qui facit falsas testationes aut testamenta, vel edidit, vel subjecit legenda, lege de falsis tenetur.* Hæc valde abeunt a lectione Florentina: ac si verbum *inspicienda* illic invenerint isti Interpretes, illud saltem non reddiderunt: ac forte suspectum habuerunt. Ut vero pro *testimonia* in *d. l. 1.* cum Heraldo *de ver. judicat. auctoritat. lib. 1. cap. 6.* legamus *testamenta*, contra quam habet liber Florentinus, quia, scilicet, Basilica hoc suadent, id non tantum haud finit *l. 9. §. 3. D. eod. tit.* sed neque quidquam est, unde credamus, de testamentis illic Marcianum egisse, cum is potius referat illic ea, quæ Senatusconsultis lege Corneliæ postea sunt adjecta, eodem ordine, quo hic Ulpianus; quam ea, quæ spectant testamenta, de quibus ipsa lex Cornelia pridem caverat: de quo dictum est ad Paulum *Sententiar. lib. IV. tit. 7. & lib. V. tit. 25.* Ac licet non possit ostendi, nihil quoque de testamentis per Senatusconsulta fuisse cautum, nulla tamen ratio quoque dari potest, ut id factum esse credamus. Porro vero ut per *testimonia* in *d. l. 1.* intelligam testamenta, adduci non possum: & apud auctores nostros aliosque idoneos, & qui Latinitate florente scripserunt, non temere credo locum inventum iri, ubi *testimonium* pro *testamento* sumatur: ac ita verba confundantur res tam diversas significantia; in locis saltem indubitatæ integritatis: fragmentum enim Regularum Latinitatis est depravatissimæ, nec apud Tacitum *in vita Agricolæ*, quem laudat Pithœus, id comparet in nostris codicibus. Ac illud *testamenta dicere* pro *testimonia dicere* mihi novum est atque inauditum. Tandem quoque testimonia, quæ, nempe, scripto eduntur, *l. 3. §. 3. & 4. D. de testib.* consignari bene possunt dici, uti dicuntur testationes consignari *l. 9. §. 1. D. de pœn.* quia a pluribus signabantur, ut indicat Quinctilianus *Institution. Orator. lib. V. cap. 1.* idque notatum quoque Salmasio *ad jus Attic. & Roman. cap. 30.* Ceterum totum locum ita refingit jam laudatus Senator Bynkershoek. *Qui falsas testationes dicendas, testamentave falsa facienda aut consignanda dolo malo curaverit.* Sed satis de difficili ac vexato hoc loco, cui invitus tamdiu inhæreo; quia res mihi non est liquida: nec poteram tamen quæ Viri Insignes conjecerunt, plane silentio prætereire. IDEM.

13. *Testamentave invicem dicenda*] In Pandectis *testimonia*, & in *l. 1. D. eod.* male, ut mihi quidem videtur, *inspicienda*. An testamentum pro testimonio? ut contra testimonium pro testamento apud Cornelium Tacitum in vita Agricolæ, & in veteri Regularum fragmento cujus supra memini: & sane in utroque nomine præter testationem nihil revera agnoscimus. Verbi tantum productio variata est. Non frustra tamen rerum causa hæc distinguuntur, ut in *l. 15. D. hoc tit.* Cæterum nec frustra ait *dicenda aut consignanda*. Nam testimonium vel per tabulam datur, vel coram dicitur: hoc quidem olim in publicis religiose observatum, illud suo tempore potius in usu fuisse testatur auctor libri de oratoribus qui Tacito passim tribuitur, quem ego libentius M. Fabii librum de

lo malo [15] curaverit, [16] Licinio V. & Tauro Conss. [17] Item qui [18] ob ſtruendam advocationem, teſtimoniave pecuniam acceperit, pactusve fuerit, ſocietatem coierit, [19] aut aliquam delationem interpoſuerit. [20] Item ſi quis coierit ad [21] occi-

fionem

cauſis corruptæ eloquentiæ inſcriberem, niſi me annorum ratio aliquatenus remoraretur. Non eſt vero utriuſque teſtimonii eadem fides *l. 3. §. Gabinio. D. de teſtib.* PITH.

14. *Dolo malo*] An lex Cornelia dolì meminerit, an ex re ipſa dolus ſit præſumptus, eſt incertum. Dixi ad Paulum *Sententiar. lib.* V. *tit. 25. §. 1.* quod notavit quoque is, quem modo laudavi, Bynkershoek *loc. cit.* SCHVLTING.

15. *Curaverit*] Mihi non diſplicet, ut in præcedentibus ex *d. l. 9. §. 3.* legeretur *ad falſas*, & hic *coierit*: & inde emendari velim quoque *l. 1. pr. D. eod. tit.* quamvis quod in quibuſdam antiquis editionibus ita ſit excuſum, *in falſas &c. coierint*, id probare nequeam. In notis corrigere res eſt licita: at in contextum admitti talia non debent. Hæc vero lectio *curaverit* quoque commode ſeſe habet, ac ſic in *l. 1. pr. D. eod. tit.* pro *coierit* Salmaſius legit *curaverit* quomodo olim loquebantur pro *curaverit*. At Graviſſimus Bynkershoek mallet *confecerit*, hoc modo, *qui falſas teſtationes faciendas, teſtimoniave falſa inſpiciendo dolo malo confecerit*. Sed & hic dubito, an recte dici poſſint falſæ teſtationes faciendæ confici. IDEM.

16. *Licinio V. & Tauro Conſſ.*] Salmaſius legit *Licinio V. & Calpurnio Conſſ.* Apud Tacitum *Annal. lib.* IV. *cap. 62.* ſcriptum eſt, *M. Licinio, L. Calpurnio Coſſ.* Conſulatus incidit in annum Tiberii XIV. Ego tamen non auſim mutationem illam ſequi, cum, etſi hoc intelligas factum illo eodem anno, ſic quoque Licinio potuerit deinceps eſſe additus Conſul ſuffectus Taurus, qualium ſæpe in Senatuſconſultis mentio, veluti in Trebelliano, Vellejano, aliiſque. IDEM.

17. *Item qui ob ſtruendam advocationem, &c.*] Pro *ſtruendam* mallem *inſtruendam*, quod eſt in *l. 1. §. 1. D. de leg. Cornel. de falſ.* & quo modo legit Cujacius *Paratit l. tit. C. ad leg. Cornel. de falſ.* Sane, uti rectiſſime dicitur *ſtruere dolos*, vel *litem*, vel *periculum*, ac ſimilia, ita recte dici *ſtruere teſtimonia* vix crediderim. At optime dicemus *inſtruere advocationem, & teſtimonia*, vel *litem inſtruere advocatione, teſtibus*, quo modo ſcriptum eſt in *l. 20. D. eod. tit.* Nec ego cauſam video, quare aliud jus, aliudve Senatuſconſultum intelligatur hoc in loco ab eo, quod memoratur in *d. l. 1. §. 1.* nec probo, ut in *d. l. 1. §. 1.* credamus Marcianum ſcripſiſſe *ſtruendam*, & Hermogenianum in *d. l. 20.* itidem, *ſtruendam advocationem, teſtes ve*, quaſi hoc verbo *ſtruendam* plus denotaretur, nempe ut res fieret dolo malo, & cum machinatione: at hæc a Triboniano mutata eſſe; nulla certe ratione: ac id merito explodit plus ſemel mihi laudatus Bynkershoek *Obſervation. lib.* III. *cap. 19.* qui ex profeſſo hac de re agit. Ceterum hic coërcentur, qui pecunias accepere, ut efficerent, quo lis aliqua inſtructa eſſet advocatis, (ſive iis, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur, quomodo eos definit Ulpianus *l. 1. §. 11. D. de extraordinar. cognitionib.*) & teſtimoniis. Advocatorum conductores, qualis aliquis memoratur ab Apulejo *Apolog.* & teſtium coëmptores hic intelligit Salmaſius *ad jus Attic. & Roman. cap. 30. p. 885.* poſt multa diſputata, & refutatum Heraldum *de rer. judicatar. auctoritat. lib. 1. cap. 6.* quæ hic proferre & examinare non libet. Ego ſecundum verba intelligo non alios, quam qui, ut advocatos & teſtes conquirerent, pecuniam accepere, quamvis etiam illud, ob quod eam accepere, ne quidem fecerint: uti accidit in ſpecie *l. 3. §. 1. D. de calumniatorib.* modo res acta ſit dolo malo, quod ex præcedentibus hic quoque non invitus ſubintelligam. IDEM.

18. *Ob ſtruendam*] Fl. *ob inſtruendam* in *l. 1. D. eo.* & paulo poſt, *ad obligationem innocentium*, pro, *in accuſationem*, ſic enim & hic lubens reponerem ex *l. 2. D. de concuſſionib.* niſi quis *in occiſionem* malit dictum, ut *in necem*, id eſt, in perniciem. Et infra *renunciandum remittendumve*, non *denudandum*. Denunciat accuſator reo, ut eos teſtes producat, quibus ſuam ipſe accuſationem confirmare velle ſe dicit, ut ex Apulej. priore Apolog. conſtat. Cæterum qui improbe coëunt in alienam litem, ut quicquid ex condemnatione in rem actoris redactum fuerit inter eos communicetur, lege Julia de vi privata tenentur ex SC. Voluſiano *l. 6. D ad l. Juliam de vi privata.* PITH.

19. *Aut aliquam delationem interpoſuerit*] Apud Hermogenianum *d. l. 20.* ſcriptum eſt, *obligationem, pactionem fecerunt*. Vnde & pro *delationem* mallem *obligationem*: nec aliter Cujacius *Paratit l. Cod. dict. tit.* Non habentur hæc & aliqua ſequentia in *d. l. 2. §. 1.* SCHVLTING.

20. *Item ſi quis coierit*] Hoc novum videtur caput Senatuſconſulti, quod in *d. l. 1. §. 1.* cum præcedenti videtur confundi, an a Marciano, an Triboniani, an librariorum culpa, non definio. IDEM.

21. *Occiſionem*] In *d. l. 1. §. 1.* ſcriptum eſt *obligationem*, pro quo Heraldus ac Grotius poſt illum legunt *oblocutionem*: quod merito aliis diſplicuit. Maxime mihi placeret *accuſationem*, ex *l. 2. D. de concuſſion.* quod & in *d. l. 1.* & hic mallet Pithœus: nec aliter Cujacius *eod. loc.* quamvis nec ſtatim audeam damnare, licet nec plane probem, *ad occiſionem* pro *in necem, in everſionem*: & illud *obligationem*, hoc ſenſu, ut implicetur quis litibus: quo modo hæc expoſuit is, cujus ſæpius jam mentionem feci cum honore, Bynkershoek *dict. loc.* Obligatio, cujus Hermogenianus meminit *d. l. 20.* non ſpectat innocentes, ſed illorum eſt, qui inter ſe paciſcuntur. Tribonianum in *d. l. 20.* aliquid mutaſſe, liquido jurare audet Salmaſius. Ego ne affirmationis quidem, nedum juris jurandi talis cauſam hic invenio: nec etiam hoc Senatuſconſulti caput illic tangitur, ſed præcedens. IDEM.

22. *Cis-*

fionem innocentium, Senatusconsulto, quod [22] Cotta [23] & Messala factum est, cohercentur. Sed & si quis [24] ob venundandum, vel * denudandum * non remittendumve testimonium pecuniam acceperit, Senatusconsulto, quod [25] duobus Geminis Conss. factum sit, poena legis Corneliae adficitur. Et reliqua.

22. *Cotta & Messala*] Hoc diversum est ab illis quæ iisdem Coss. facta referuntur in *l. 12. §. si servus. D. de accusat. l. 4. §. proficisci. D. de off. Procons.* Fuerunt vero & alia SC. circa legem Corneliam. Et hoc fortasse ex SC. est, quod falsi nominis vel cognominis adseveratio pœna legis Corneliæ coërcetur *l. 13. D. ad leg. Cornel. de falsi.* videlicet si id in fraudem alterius factum sit, sive quo quid alienum interciperetur aut possideretur, ut Paulus ait *lib. V. Sent.* Alioqui libero nominis cognominisque mutatio periculosa non est, *l. 1. C. de mutat. no.* nam servo solus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem, ut in Orat. pro Rosc. Amerino notavit Vulcatius, seu quis alius vetus interpres, cujus fragmenta quædam vispelliorum aliquando manibus precio extorsimus. Sic quæ more apud veteres recepto stupri licentiam apud Ædiles profitebantur nomina mutasse vel unius Plauti locus ex Pœnulo arguit. *Hodie*, inquit, *earum mutarentur nomina, Facerentque indignum genere quæstum corpore.* Nam quod Juvenalis Messalinam Lycisæ titulum mentitam ait, ad fornicis titulos magis pertinet, de quibus est & illud Petronii. *Video quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim conspatiantes.* Sic enim eum locum plane restituendum libri me veteres post Senecam docuerunt. Sic & C. Stagenus Ligur impune se ipse adoptavit, & de Stajeno, Æliam fecit, ut M. Tullius jocatur in Bruto: sed usque adeo infeliciter, ut pene ubique verum nomen amiserit. Nam in omnibus fere exemplaribus Stalenus scribitur, ut & in Topicis & actionis secundæ in Verrem *lib. II.* qui est de jure dicendo. *Quem tu mihi Tubulum, quem Stajenum*, ubi vulgo corrupte, *Quem tu mihi Bulbum, quem Stalenum.* Itemque pro A. Cluentio, *Dico de C. Ælio Stajeno*, & paulo post. *Qui tu*, inquit, *Pacete, hoc enim sibi Stajenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, non si se Ligurem fecisset, nationis magis sua quam generis uti cognomine videretur.* Sed vereor ne etiam apud Sallustium in posteriore oratione ad C. Cæsarem de Rep. ordinanda hoc idem nomen hactenus amiserit eo loco. *Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus, sicut instituo, præter nomen nihil est additamenti*, legendumque sit potius, *in quibus sicut in Stajeno.* Quod ex his quæ posuimus interpretationem accipit. Notus est Stajeni paries, nota Æliorum virtus ab Ennio usque laudata. Sed vetuit postea Claudius peregrinæ conditionis homines usurpare nomina duntaxat gentilitia, ut Suetonius in Claudio scripsit. PITHOEVS.

23. *Et Messala*] Excidit forte *Conss.* Incidit hic Consulatus in annum V. C. IↃCCLXXIII. Christi XX. SCHVLTING.

24. *Ob venundandum, vel * denudandum * non remittendumve &c.*] Recte pecuniam quis dicitur accipere ob testimonium perhibendum, uti legitur *hac tit. n. 5.* ac talis testimonium tunc vendit, sive venumdat: at pecunia pro venumdando tantum non solet dari, ut tunc adhuc postea emant; nisi *venumdandum* accipias pro *præstandum*, sive *perhibendum*: quo modo Senatum locutum esse non ausim affirmare. Ceterum non displicet, quod Cujacius *loc. all.* reponit, *denunciandum, vel non denunciandum, remittendumve*: & ex *denunciandum* natum esse potuit *venumdandum.* Atque ita priora exprimuntur in *l. 2. D. de concussion.* Illud tamen *non* ante *remittendum*, quod antecedit asteriscus, videri posset exigere tale quid *remittendum, non remittendumve.* Sic oratio erit plena. Nihil tamen hic definio. Denunciat testimonium magistratus, judexve, *l. 6. pr. D. de leg. Jul. repetundar.* vel accusator, hoc est, testibus denunciat, ut adsint ad dicendum testimonium, ad quod in publicis judiciis jam olim cogi poterant, denunciante judice vel accusatore, teste Quinctiliano *Institution. Orator. lib. V. cap. 7.* & denunciationis meminit Cicero *pro Rosc. Amerin. cap. 38. in Verr. lib. 1. cap. 29.* alibique: eoque pertinet *l. 4. D. de testib.* & sic quoque *denunciandum* legendum est in *l. 1. §. 2. D. de leg. Cornel. de falsi.* quo modo & illic habent editiones antiquæ vulgatæ: non *renunciandum*, quod habet liber Florentinus, ac placet Heraldo *de ver. judicator. auctoritat. lib. 1. cap. 6.* & Grotio *Elor. Sparsion. ad l. ult. D. de concussion.* qui id reponi quoque volunt in *d. l. ult. D. de concussion.* Ille vero putat, *renunciare* esse *dicere*: & *remittere* idem esse, quod *non dicere*; adeoque pro glossemate habet in *d. l. 1. §. 2.* illa verba *dicendum, vel non dicendum.* Grotius autem censet, *renunciare* esse *negare, se quidquam scire.* At neuter ulla auctoritate evincit, verba illa *renunciare*, ac *remittere* illo sensu accipi: meritoque illa improbarunt crebro mihi laudati Salmasius *ad jus Attic. & Roman. cap. 30.* & Bynkershoek *Observat. lib. III. cap. 19.* quorum posterior recte notat Pithœum in explicatione verbi *denuntiare*: & observat aliam esse hanc denunciationem ab illa, cujus meminit Apulejus *Apolog.* ubi indicitur reo exhibitio servorum ad quæstionem. Ceterum remissio est liberatio ab onere dicendi testimonii, quæ habere posset locum & ante, & post denunciationem. Et in *d. l. 1. §. 2.* dum denunciandi & remittendi tantum fit mentio, tamen videtur id ita debere accipi, ne qui ob non denunciandum, vel non remittendum pecuniam accepit, excludatur. IDEM.

25. *Duobus Geminis Conss.*] C. Fusio Gemino, & L. Rubellio Gemino, anno V. C. IↃCCLXXXII. Christi XXIX.

TITVLVS IX.

(*Incipit de Familiari Testimonio non admittendo.*)

I. ITEM MOYSES. [2] *Falsum testimonium non dabis adversus proximum tuum.*

II. VLPIANVS libro VIIII. de officio Proconsulis ad legem Juliam de vi publica & privata. [3] EADEM lege quibusdam testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis, capite octogesimo VII. & capite octogesimo octavo, in haec verba, * his verbis *HOMINIBVS HAC LEGE IN REVM TESTIMONIVM DICERE NE LICETO, qui se ab eo, parenteve ejus, libertove cujus eorum * libertus libertaverit, * quive impubes erit, * quive eorum in integrum restitutus non est, quive in vinculis custodiaque publica erit, [4] quive depugnandi causa auctoratus erit, quive bestias depugnare locavit, locaverit, praeterquam [5] qui aculandi causa ad Vrbem missus est, erit, palamve corpore quaestum faciet, fecerit: quive ob testimonium dicendum pecuniam accepisse judicatus erit: neve quis eorum hac lege in reum testimonium dicat. Capi-

1. *Incipit de familiari testimonio non admittendo*] Editio Lugduno Batava hunc titulum hic exhibet praeter verbum *incipit*, quem editiones aliae tantum ad calcem hujus capitis habent, unde cum apertissimum sit, eum esse genuinum, illum hic reponere religio mihi non fuit loco asteriscorum, quos aliae editiones ostendunt. Solent in hoc libello tituli, qui in principio erant collocati, ad calcem repeti. SCHVLTING.

2. *Falsum*] *Exod. XX.* PITH.

3. *Eadem lege*] Lege Julia publicorum judiciorum enumeratae sunt personae, quibus testimonium invitis denunciari non potest, seu potius quae a dicendo testimonio excusantur, interdum etiam volentes, *l. 4. D. de testib.* De eis qui omnino a testimonio arcentur, nihil videtur illa lege cautum. Sed multae aliae leges in sua quaeque quaestione de ea re caverunt, ut lex Julia de vi, & repetundarum, & peculatus *l. 5. & 13 D. eo.* Et hic quidem ejus quae de vi fuit duo capita proponuntur, quorum prius sic restituendum arbitror ex Callistrato in *l. 3. §. lege D. de testib. Eadem lege, q. test. omnino, quibus. inter. invitis capite LXXXVII. & capite LXXXVIIb in hoc his verbis: Hominibus hac lege in reum testimonium dicere ne licato, qui se ab eo parenteve ejus libertove ejus cujus eorum libertus libertave erit, liberaverit, quive impubes erit, quive judicio publico damnatus, quive eorum in integrum restitutus non est, quive in vinculis custodiaque publica erit, quive depugnandi causa auctoratus erit, quive bestias depugnare locavit, locaverit, praeterquam qui jaculandi causa ad urbem missus est, erit, palamve corpore quaestum fecit, fecerit, quive ob testimonium dicendum pecuniam accepisse judicatus erit, neve quis eorum hac lege in reum testimonium dicat. Capite &c.* Non frustra autem distinguit auctoratum ab eo, qui bestias depugnare locavit, ut & Paulus lib. singulari de adulteriis. Nam hic quidem operas turpiter tantum locat, ille totum se serviliter addicit: & recte Acron atque Porphyrio auctoratos appellari scribunt eos, qui se ludo vendunt. Nam & sic de iisdem et opinor Manilius *lib. IV. Astron.*

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena,
Atque hostem sibi quisque parat.

Hoc formula ipsa indicat ex Petronii nostri Satyrico antehac prodita, quam & hic meo jure adscribam. *in verba*, inquit, *Eumolpi sacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus jussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animosque religiosissime addiximus.* Quo pertinet & illud Tibulli *lib. 1. Eleg.*

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & insonti verbere terga seca. IDEM.

4. *Quive depugnandi causa auctoratus erit*] Hoc non habet Callistratus *l. 4. §. 5. D. de testib.* An induxit Tribonianus? ob *l. un. C. de gladiatoribus penit. tollend.* De auctoratis actum quoque *ad tit. 5. n. 3.* SCHVLTING.

5. *Qui aculandi*] Sic Vet. fortasse, *jaculandi*, repetita ex syllaba priore litera. Jaculatores dicebantur, qui leonibus aliisve feris animalibus in Circo conficiendis operam dabant, quales a Bocchо primum missos cum L. Sylla leones in Circo solutos dedisset, Seneca testatur in *lib. de brevit. vitae.* Porro ex hoc loco satis apparet legibus Romanis non congruere, quod Hermenop. *lib. 1. Prochiri* ex Praxi Magistri tradit, in testibus de vi nec mores nec vitae qualitatem spectari. PITH. In edd. Paris. cIↃIↃ CLXXXIX. est *qui aculandi*, hoc est, *qui jaculandi*, quod retinui. SCHVLTING.

6 Ho-

Digitized by Google

Capite octogesimo septimo his. "HOMINES INVITI IN REVM testimonium ne dicant," qui sobrinus est ei reo, proprioreve cognatione conjunctus, quive[9] socer, gener, vitricus, privignusque ejus erit. Et reliqua.

III. PAVLVS libro Sententiarum V. sub titulo de testibus[9] & quaestionibus.

[10] SVSCEPTOS testes, & eos vel maxime, quos accusator de domo eduxit, vel vitae humilitas infamaverit, interrogari non placuit: in testibus enim & vitae qualitas spectari debet, & dignitas." [11] Si sint [12] adfinem, vel cognatum, inviti testes interrogari non possunt. Adversus se invicem parentes & liberi, [13]itemque liberti nec volentes ad testimonium admittendi sunt; quia rei verae testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit.

6. *Homines inviti*] Ergo in *l. 2. D. de testibus, In legibus*, id est, non tantum in lege publicorum judiciorum, sed & in lege Julia de vi, &c. PITH.

7. *Qui sobrinus est &c.*] De his aliqua notavi ad Ulpianum *tit. 1. §. 1.*

8. *Socer, gener*] Hoc quoque lege Julia & Papia cautum fuisse putat Jac. Gothofredus *ad cap. 6. leg. Jul.* Verum id non potest colligi ex *l. 5. D. de testib. & l. 346. D. de verbor. signification.* quarum prior, ex qua id collegit, tantum docet, generi appellatione sponsum, ac soceri sponsae patrem contineri in legibus, quibus cavetur, ne hi inviti cogerentur dicere testimonium: at inde non sequitur, legem illam id quoque cavisse: imo leges illae citantur tamquam aliquid a Julia & Papia diversum praescribentes. SCHVLTING.

9. *Et quaestionibus*] Titulus est 15. ubi non sunt in nostris codicibus illa *& quaestionibus*, & de illis agit titulus 14. & 16.

10. *Susceptos testes*] Sic Vetus exempl. sed quis non admittat *suspectos?* Atque ita hodieque scriptum legitur apud Paulum *lib. V. Sentent.* additurque, *Suspectos gratia.* Ego vetustiorem scripturam non temere contemnendam censeo. Susceptos dicuntur & clientes, quos paterfamilias in fidem suam ita suscipit, ut pars quodammodo familiae censeantur, quam ob causam liberis fere conjungi solent, ut in *l. 2 D. de usu & habit. l. 5. D. de his qui dejec. vel effud. l. 7. D. de capt. & postl. l. 29 D. de furt. l. 2 C. de novationib.* Ejus veteris juris reliquiae adhuc extant in *l. quidam cum filium. 132. D. de verb. obl.* quod ex Servio & Salviano JAC. CVJACIVS Doctor meus jampridem in lucem protulit, ut & alia multa hactenus hominibus nostris incognita, per quae

Illum summa manet Romani gloria juris.

Atque utinam vir immensae doctrinae & cum priscis illis legum coryphaeis sine invidia comparandus, cujus me studiosorum numero censeri hoc unum est quod in maxima laudis parte ponam, ad hae quoque vel invitatus descendere voluisset. Nam illis quantum meriti nostra haec perturbata exaratio detrahit, tantum ex ejus doctissimis & absolutissimis commentariis accederet splendoris & gloriae. Non abs re igitur susceptorum & clientum testimonium ut domesticum non admittitur, *l. 24. D. de testib. l. praesenti, 6. §. penult. C. de iis qui ad Eccles. conf.* in qua familiaris nomen & ad susceptum non male referetur. Sane Gellius ex M. Catonis oratione in Lentulum inter caetera & hoc refert, *Testimonium adversus clientem nemo dicit, lib. V. Noct. c. 13.* Susceptorum etiam nomine utitur Jul. Severianus in praeceptis Rhetoricis, quorum fragmenta quaedam post integriorem editionem Cornel. Celsi titulo nuper prostituta sunt. PITH. Nos defendimus *Suspectos*, quod est apud Paulum, ubi & alia ad haec verba notavimus.

11. *Si sint*] Malim ut apud Paulum, *In adfinem vel cognatum.* Est vero hoc ex lege Julia publicorum judiciorum, ut idem Paulus tradit in *l. 10. D. de gradib. & adfinib* in qua tamen agnatorum nomen & pro cognatis positum legimus. PITH.

12. *Adfinem vel cognatum*] In ora cod. Scalig. est, *affines vel cognati*: verum rectius Pithoeus legit *in adfinem vel cognatum*: & idem erit, an in affinem vel cognatum testis rogetur, an adfines vel cognati in alios, qui, nempe, ipsis tales sint. SCHVLT.

13. *Itemque liberti*] Et hoc habet optimum exemplar. nec fortasse absurde necessitudinis nomen etiam de libertis usurpabitur, & de servis, ut in *l. 2. C. Th. de testament.* Est enim ut sanguinis, sic & amicitiae & affinitatis, & officiorum necessitudo quaedam. quamquam illud, quod Callistratus ait, propter reverentiam personarum quosdam non admitti ad testimonii fidem, omnibus magis conveniat. PITH.

Explicit Titulus de familiari testimonio non admittendo.

TITV-

TITVLVS X.

Incipit de Depoſito.

I. MOYSES DICIT. [1]*Si aliquis dabit proximo ſuo argentum, vel vas ſervare, & furatum fuerit de domo hominis; ſi invenitur qui furatus eſt, reddet duplum: quod ſi non fuerit inventus fur, accedet is, qui commendatum ſuſceperat, ante Dominum, & jurabit, nihil ſe nequiter egiſſe de omni re commendata proximi ſui, & liberabitur.*

II. MODESTINVS [2]libro Differentiarum ſecundo [3]de depoſito [4]vel commendato. COMMENDATI judicio [5]conventus etiam culpam praeſtare cogitur: qui vero depoſiti convenitur, de dolo, non etiam de culpa condemnandus eſt: commodati enim contractu, [6]quia utriusque contrahentis utilitas intervenit, utrumque praeſtatur: [7]in depoſiti vero cum ſola doponentis utilitas vertitur, ibi dolus tantum praeſtatur. Sed in ceteris quoque partibus juris iſta regula cuſtoditur: ſic enim [8]& in fiduciae judicio, [9]& in actione rei uxoriae & dolus, & culpa deducitur: quia utriusque contrahentis utilitas intervenit. [10]In mandati vero judicio dolus [11]non etiam tutoris utilitas in ad-

1. *Si aliquis*] *Exod. XXII.* PITH.

2. *Libro Differentiarum ſecundo* Ex hoc exſtant in Digeſtis duo tantum fragmenta, *l. 23 depoſiti*, & *l. 20. D. de re judicat.*

3. *De Depoſito vel commendato*] Exponit hic diſcrimen inter depoſitum, & commodatum: quod nomen hic, & mox pro *commendato* reſtituendum eſſe, bene monuit Pithoeus. SCHULT.

4. *Vel commendato*] Commendare nihil aliud eſt quam deponere *l. 186. de verbor. ſignif.* Sed hic Modeſtinus differentias perſequitur inter commodatum & depoſitum. Itaque commodati nomen ubique reſtitui malim. PITH.

5. *Conventus eſt*] Repoſui, *conventus etiam culpam &c.* IDEM.

6. *Quia utriusque contrahentis utilitas intervenit*] V. C. Franc. Hotmanus *Obſervat. lib. IV. cap. 14.* ita legit, *quia vel ſolius accipientis, vel utriusque utilitas.* Et certe res ita ſe habet: ac quidem plerumque in eo non utriusque, ſed commodatarii ſolius utilitas vertitur, *l. 5. §. 2. l. 18. pr. D. commodat.* SCHULT.

7. *In depoſiti vero cum ſola*] Vet. *cauſula*, poteſt vero & in depoſito depoſitarii utilitas verti, *l. 3. §. 2. D. Commodati.* PITH.

8. *Et in fiducia judicio*] Sane in fiducia pignoris quae inſtar legis commiſſoriae eſt, quin hoc verum ſit dubitari non poteſt, *d. l. 1 §. 2.* vel cum fundus ea lege alicui mancipatur, ut eum mancipanti remancipet, veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipio tradat, ut ei cum tempus ſuſpectum praeterierit, reddat: quo etiam genere fiduciam contrahi Boetius tradit. Nam hoc certe contractu quamvis commendati ſive depoſiti ſpeciem quandam gerat, fiduciarius tamen revera ſit dominus. At cum fiducia ita contrahitur, ut ſervus ſuis nummis ematur atque manumittatur, nomen imaginarius ille empton accommodat, praeterea nihil illi adeſt abeſtve, *l. 4. §. ſive autem. D. de manumiſſ.* In mancipatione etiam liberi hominis quaeri poteſt quae utilitas fiduciarii interveniat: nam ſeſtertius ille nummus aliique quatuor, qui dicis gratia numerationis loco non in hac ſolum, ſed in omni alia imaginaria venditione interveniebat, vix eſt ut revera precium dici poſſit, *l. 19. §. ult. D. de adq. poſſ. l. 42. D. locat. l. 16. D. de reg. jur.* tale ſaltem quod fiduciario diligentiam imponat. Nec inficior tamen etiam in hujusmodi contractibus majore aliquo precio fidem commodari poſſe, & hoc nonnihil ad mandatum accedere. IDEM. De fiducia plura legere eſt in notis ad Paulum *Sententiar. lib. II. tit. 13.* ubi rem expoſuimus aliter, ac Pithoeus *hoc loc.* aliique Viri Eruditi.

9. *Et in actione rei uxoria*] Tribon. ſcripſit, *in pignore & in dote l. 1. §. 2. & l. 8. D. commodati.* PITHOEVS.

10. *In mandati vero judicio dolus*] Deſunt hic nonnulla, quae forſitan non male ita ſupplebuntur. *In mandati vero judicio dolus & culpa praeſtatur: itemque in tutela judicio, quamvis pupilli non etiam tutoris utilitas in adminiſtratione verſetur.* In mandati judicio quin & culpa vel levis praeſtetur dubium non eſt.

Idem-

adminiſtratione verſatur. Depoſiti damnatus infamis eſt: qui vero commodati damnatur, non fit infamis: alter enim propter dolum, alter [11] propter culpam condemnatur. [12] Actione depoſiti conventus [13] ei Variarum nomine [14] apud eundem judicem utiliter experitur: at is, [15] cui res commendata eſt, improbe ei Variarum exactionem intendit. Impenſas tamen neceſſarias jure perſequitur, quas forte in aegrum, vel alias laborantem impenderit. [16] Reſpondit depoſita ſi ſubripiatur, [17] dominus domus habet furti actionem, quamvis apud quem res depoſita eſt [18] interſit ob impenſas in rem factas [19] ſe retinere: is vero, cui res commodata ſit, furti experiri debebit, [20] ſi modo ſolvendo fuerit. Actio commodati ſemper in ſimplum competit: depoſiti vero [21] nonnumquam in duplum, ſcilicet, ſi ruinae, vel naufragii, vel incendii, aut tumultus cauſa res deponatur.

III. [22] ERMOGENIANVS ſub titulo de depoſito hujuſmodi inſerit conſtitutionem. IDEM Auguſtus Caeſar Fl. Munatio. EVM, qui ſuſcepit depoſitum, dolum, non etiam caſum praeſtare, certi juris eſt. Cum itaque proponas, ignis vi quaedam cremata de his, quae tibi fuere commendata, nec ullum dolum in

Idemque videtur in tutore ſtatuendum, qui aliena quodammodo ex mandato gerit negotia, cujus tamen ſcio in quibuſdam partibus levem culpam excuſari, *l. 7. §. competit. D. de adminiſt. tut.* De leviſſima quaeri non abs re poteſt. Sed haec tractatio amplior eſt quam ut notis capi queat. IDEM. Reſtitutio Pithoei placet magis quam Jacobi Gothofredi *ad l. 23. D. de regul. jur.* qui reponit tantum. *In mandati vero judicio dominus ſolus, non procurator is utilitas in adminiſtratione verſatur.* Verum hic diſerte mentio doli, & tutoris fit, quorum neutrum habet Gothofredi emendatio: & potuerunt multa excidiſſe. SCHVLT.

11. *Propter culpam*] Hoc eſt, *etiam propter culpam.* Plura ejus generis allata ſunt ad Vlpianum *tit. 22. §. 25.*

12. *Actione depoſiti*] Hinc ſumpta eſt *l. 23. D. depoſiti*: in quâ cur illa verba adjecta ſint *ſervo conſtituto*, non intelligo: niſi *reſtituto* aut legatur aut intelligatur. PITH. Cujacius *Recitationib. ad l. 23. D. depoſit. ad Modeſtin. Differentiar. lib.* 11. exiſtimat illa verba *ſervo conſtituto* in *d. l. 23.* eſſe a mala manu.

13. *Cibariarum*] *Cibariorum l. 18. §. 1. D. Commod.* & apud eundem Modeſtinum in *l. 4. D. de alim. leg.* ſic & *alimonium* legitur & *alimonja.* PITH.

14. *Apud eumdem judicem*] Ne quis in diverſa judicia diſtringatur, *fac. tit. D. ex quib. cauſ. ad eumd. judic. eat.* & ne cauſae continentia dividatur, *l. 10. C. de Judic.*

15. *Cui res commendata*] Melius, *Commodata.* PITH.

16. *Reſpondit depoſita*] Fortaſſe melius, *Res apud te depoſita ſi ſubripiatur, dominus domui, &c.* ut ſit *domui* dictum quemadmodum alias in Pandectis *domi* ſecundo caſu. Sed hic ſupereſſe videtur. Idem vero obtinet & ſi depoſitarius culpam promiſerit aut depoſitionis pretium acceperit: quibus tamen caſibus vi bonorum raptorum datur, *l. 2. §. ſi in re. D. vi bonor. rapt.* Apud Quintilianum *Declamat.* CCCLXI. depoſitarius furem damnaſſe quadruplumque exegiſſe fingitur ſcholaſtica licentia: cujus eſt etiam illud, non potuiſſe dominum furti agere. Quae in foro nullus prudens dixerit. IDEM.

17. *Dominus domus*] Rectius abeſſet illud *domus*: quod vidit & Pithoeus: non enim hic de domino domus, ſed de domino rei depoſitae quaeſtio eſt: niſi pro *domus* malis *quidem*, quod eſt in ora ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. SCHVLTING.

18. *Interſit ob impenſas in rem factas*] Igitur intereſſe debet alicujus ob rem ipſam, & ut de ea teneatur, ut furti poſſit agere. IDEM.

19. *Se retinere*] Retentio ergo depoſitario ob impenſas neceſſarias datur: nec ea hodie videtur ſublata per *l. 11. C. depoſit.* quae lex de hac retentione non agit. Sed hoc latius tractavit V. C. Arn. Vinnius *Selectar. Quaeſtion. lib. 1. cap. 51.* IDEM.

20. *Si modo ſolvendo fuerit. Actio.*] Veteris libri ſcriptura haec fuit. *Si modo ſolvenda actio fuerit.* Caeterum caſus eſt quo commodatori furti actio datur, licet dominus ipſe furti agere non poſſit in *l. Si uxor, 28. D. de act. rer. amot.* Pertinet vero hic locus ad *l. ult. C. de furt.* PITH. Idem viſum eſſe Sabino patet ex *l. 53. §. 1. D. de furt.* Juſtinianus commodanti electionem dedit, an cum fure, an cum commodatario velit agere *§. 16 Inſt. de obligationib. quae ex delict. naſcunt. l. ult. C. de furt.* SCHVLTING.

21. *Nonnunquam*] Ita Praetor hoc reſtrinxit edicto *l. 1. §. 1 D. depoſit.* duodecim tabulae generaliter dabant, *haec tit. n. 7.* IDEM.

22. *Ermogenianus*, Hoc reſcriptum & ſequentia in fragmentis hujus Codicis relata a nobis, & illic nonnulla ad ea notata invenientur.

in ſubtrahendis rebus adhibitum, Rector provinciae nihil contra juris rationem fieri patietur. Et quoniam nec tu quereris moras, adhibita [23] varietatem negotium inter vos ortum ſecundum ordinem ſua ratione decidetur. Subſcripta VIII. Kal. Jul. Serdica, Auguſtis Caeſaribus.

IV. IDEM Auguſtus & Caeſar Fl. Aurelio Attenico Andronico. Eos, penes quos veſtem, & argenti materiam depoſuiſſe proponis, apud Rectorem provinciae convenit interrogari. Quod ſive teneant, ſive dolo fecerunt, quo minus poſſint reſtituere, ſecundum bonam fidem tibi ſatisfacere compellet. Subſcripta VI. Kl. April. Syrmi. Caeſſ. Conſſ.

V. IDEM Auguſtus & Caeſares Aurelio & Euſtatio & Dioſimo. Is, qui depoſitum ſuſcepit, ultra dolum, ſi non aliud ſpecialiter convenit, praeſtare nihil neceſſe habet. Cujus memor juris Rector provinciae, partium allegationibus auditis, pro ereptorum qualitate ſua ordinabit ſententia. Subſcripta XIIII. Kl. Nov. [24] Appiaria.

VI. IDEM Auguſtus & Caeſares [25] VII. & Quadrat. ILLE, qui dolo malo depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conventus ad ejus cum infamiae periculo reſtitutionem urguetur. Scripta Id. Dec. Nicomedia. CC. Conſſ.

VII. [26] PAVLVS libro ſecundo Sententiarum ſub titulo de depoſito. DEPONERE poſſumus apud alium id, quod noſtri juris eſt, vel alieni. Depoſitum eſt quaſi diu poſitum. Servandum eſt, quod ad breve tempus cuſtodiendum datur. Deponere videtur qui in metu ruinae, incendii, naufragii, apud alium cuſtodiae cauſa deponit. Deponere videtur & is, qui ſuſpectam habens, vel minus idoneam cuſtodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem cuſtodiendam commendat. [27] Si ſacellum, vel argentum depoſuero, & is, penes quem depoſitum fuit, me invito contrectavit, & depoſiti, & furti actio mihi in eum competit. Ob res depoſitas dolus tantum praeſtari ſolet. In judicio depoſiti ex mora & fructus veniunt, & uſurae rei depoſitae praeſtantur. Si quis rem penes ſe poſitam apud alium depoſuerit, tam ipſe directam, quam is, qui apud eum depoſuit, utilem actionem depoſiti habere poſſunt. Si pecuniam depoſuero, [28] eamque in * tibi commiſero, mutuum magis videtur, quam depoſitum: ac per hoc [29] periculo tuo erit. Si rem apud

23. *Varietatem*] Mallem *veritate*: ac tunc locus erit integer: adeoque aſteriſcum hinc amovi. IDEM.

24. *Appiaria*] Aſteriſcus poſt hoc verbum a me eſt omiſſus, cum omnia ſint integra.

25. *VII. & Quad.*] Forte, *Septimio & Quadrato*. Extat vero hoc idem reſcriptum *lib.* IV. *Cod. Juſtin.* ſub Titulo *de depoſito*, *Conſt.* 10. PITH. Recurre ad Fragmenta Codicis Hermogeniani.

26. *Paulus libro &c.*] Hæc repoſita quoque a nobis in libro allegato *tit.* 12 ubi vulgo tantum una ex his legitur ſententia *ſi ſacculum*, vel, uti hic eſt, *ſi ſacellum*, illic cum alia, tum & lectionum diverſitates adnotatæ ſunt.

27. *Si ſacellum*] Extat apud Paulum *lib.* II. *Sent.* & in *l.* 29. *D. eod. tit.* PITH.

28. *Eam hanque in tibi commiſero,*] Legendum videtur, *Si pecuniam depoſuero, eamque in uſum tibi commiſero.* IDEM.

29. *Periculo tuo erit*] Etiam ſi non utare. *l.* 9. §. *ult. D. de reb. cred.* aliud eſt ſi ita depoſuero, ut ſi velis, utaris: tum enim & ſi periculo tuo ſit, *l.* 4. *& l.* 10. *D. eod.* ex uſu demum mutui actio naſcitur, uſuraeque debentur, *l.* 2. §. *ſi pecunia. D. depoſit.* IDEM.

30. *Poſſ-*

Digitized by Google

apud te depoſitam vendideris, eamque redimeris, [30] poſtquam perdideris, ſemel admiſſo dolo, perpetua depoſiti actione teneberis. [31] Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum in duplum actio datur, edicto Praetoris in ſimplum.

VIII. [32] GREGORIANVS libro IIII. ſub titulo de depoſito. IMP Alexander A. Meſtrio militi. [33] Incurſu latronum ornamenta depoſita apud interfectum ab eis perierunt. Detrimentum ad heredes ejus, qui depoſitum accepit, qui dolum tantum praeſtare debent, non pertinet. Quod ſi ex praetextu latrocinii commiſſi res, quae in poteſtate heredis ſunt, non reſtituuntur, tam depoſiti, quam ad exhibendum actio, ſed & in rem vindicatio competit. Prop. VII. Kl. Jul. Maximiano bis & Vrbano Conſſ.

IX. PAVLVS libro Reſponſorum quinto ſub titulo ex locato & conducto. IMP. Antoninus [34] Julio Agrippino. [35] Dominus horreorum periculum vis majoris, vel [36] effracturae praeſtare non cogitur. His ceſſantibus [37] ſi quid ex poſitis rebus, inlaeſis extrinſecus horrei damnum depoſitorum farciri debet. [38] Prop. IIII. Non. Nov. Antonino III. Conſ. Paulus reſpondit. Satis praepoſitam conſtitutionem declarare, his, qui horrea locant, majorem vim imputari non poſſe.

30. *Poſtquam perdideris*] Malim *poſtque eam perdideris*. Paulo alite: Vlpianus in *l. 1. §. ſiveni depoſitam. D eo. tit.* dolo ſemel admiſſo periculum rei ad depoſitarium pertinere. IDEM.

31. *Ex cauſa depoſiti lege* XII. *tab.*] Credo hanc eſſe depoſiti actionem in duplum ex inficiatione & dolo malo, cujus & Juſtinianus meminit in §. *furti. Inſtitut. de actionibus* & Paulus *lib.* I. *Sentent. Titul. de actionibus, quae per inficiat. dupl.* ſi modo pro *depenſi*, legatur *depoſiti*. Nam ſane in actione illa negotiorum geſtorum ἀπὸ καλοῦ ἐπιτιμήματος, quae & recte depenſi dici poteſt, non de rupta fide agitur, ſed de indemnitate ejus, qui alienum negotium gerens aliquid expendit, ut Vlpian de depoſitario dixit in *l. 5. D. hoc tit.* cui judicio non video cur plus tribuatur quam contrario mandati. At ex depoſito certum eſt & ob dolum condictionem competere tanquam adverſus furem, *l. 19. D. eod.* ut mirum non ſit eum quoque ut manifeſtum dupli poena coërceri ob inficiationem, quae inter graviora delicta non immerito a veteribus habita eſt. IDEM. Confer etiam dicta ad Paulum *Sententiar. lib.* I. *tit. 19. §. 1.* Ceterum dubito, an non olim omnis dolus circa depoſitum ex duodecim tabulis ita coërcitus ſit. & Praetor ſane *l. 1. §. 1. D. depoſit.* ut quis ex depoſito miſerabili in duplum teneatur, requirit tantum, ut dolo quid factum ſit: adeo ut illa reſtrictio ad inficiationem forte ſit ex jure poſt Edictum perpetuum inducto. SCHVLTING.

32. *Gregorianus*] In fragmentis hujus Codicis haec conſtitutio exſtat in hac editione, & illic ad eam aliqua diximus.

33. *Incurſu*] Extat in *l. 1. C. Depoſ.* aucta a Triboniano quibuſdam verbis. PITH.

34. *Julio*] Non eſt in *l. 1. C. de locati conduct.*

35. *Dominus horreorum*] Extat & haec conſtitutio in *l. 1. C. de locat.* PITH.

36. *Effractura*] In *d. l. 1.* legitur *effracturam*. utrumque recte dicitur.

37. *Si quid ex poſitis &c.*] Lego & ſuppleo ex d. l. 1. *Si quid ex depoſitis rebus, inlaeſis extrinſecus horreis, perierit, damnum depoſitorum farciri debet.* Ordo horum nonnihil eſt turbatus in *d. l. 1.* nec bonus, hic ſcilicet, *ſi quid extrinſecus ex depoſitis rebus, illaeſis horreis, perierit.* At recte dicitur horreorum dominus teneri, ſi res perierint, horreis extrinſecus illaeſis: tunc enim vel culpa eſt ipſius, vel illorum, quos illic habuit. SCHVLTING.

38. *Prop. &c.*] Abſunt ad d. l. 1.

Explicit Titulus de depoſito.

TITVLVS XI.

Incipit de [1] Abigeatoribus.

I. MOYSES DICIT. [2]*Si quis involaverit vitulum aut ovem, & occiderit, aut vendiderit, quinque vitulos restituet pro vitulo uno, quatuor oves pro ove una. Quod si non habet unde reddat, venundetur pro furto.*

II. PAVLVS libro [3]Sententiarum sub titulo de abigeatoribus. ATROCES pecorum abactores plerumque ad gladium, vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem sunt, qui equos & greges ovium [4] de stabulo, vel de pascuis abigunt, [5] vel si id saepius, [6] aut a ferro conducta manu faciunt.

III. IDEM PAVLVS eodem libro & titulo. [7]ABIGEATORES sunt, qui unum equum, vel duas equas, [8]totidemque boves, vel capras decem, porcos quinque abegerint. Quicquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti, pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenitur, [9]aut fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut [10] sub poena vinculorum domino restituitur.

IV. IDEM PAVLVS eodem libro & titulo. Si ea pecora, de quibus quis litigaverat, abegerit, ad forum remittendus est: atque ita convictus in duplum, vel triplum furis more damnatur.

V. IDEM PAVLVS eodem libro & titulo. QVI bovem, vel equum errantem,

1. *Abigeatoribus*] Ad finem hujus capitis scriptum est *de abigeis*, uti & in Pandectis titulus conceptus est. Sed & mox ita citatur titulus ex Sententiis Pauli *de abigeatoribus*, ubi tamen in nostris libris est *de abactoribus*. Sic quoque *hoc tit. n. 5.* In Glossis Philoxeni est quoque ἀπελάτης *abigeator*, *abactor*, *abigens*. SCHVLTING.

2. *Si quis involaverit*] *Exod. XX, 11.* PITH.

3. *Sententiarum*] Supple *quinto*, ubi est titulus 18. ubi hæ sententiæ etiam invenientur cum nonnullis ad eas notatis.

4. *De stabulo*] Ergo & hic atrox abigeus est. Sed tamen lenius coërcetur si a stabulo domitum pecus abegerit, quam si a silva vel grege. Sic enim legendum esse in *l. 3. §. 1. D. de abig.* Doctor noster ex Græcis interpretibus admonuit. PITH.

5. *Vel si id sæpius*] Jac. Gothofredus *ad L. un. Cod. Theod. quor. us. interdict. est.* legit, *si vel id sæpius*: verum sic plura requirentur, ut quis sit atrox abigeus: enim tamen abductio equi vel gregis ovium de stabulo aut pascuis sufficiat. SCHVLTING.

6. *Aut a ferro*] Fortasse melius, *aut ferro conducta manu*, vel, quod Faber mavult, *aut cum ferro, aut conducta manu*: ut hæc etiam distinguantur. Seu *aut ferro, coactave manu*. PITH. Laudatus modo mihi Jac. Gothofredus *dict. loc.* hæc verba *aut a ferro conducta manu* explicat de manu ferro instructa accinctaque. Sed verba ipsa hunc sensum non exprimunt: imo nec alium habent bonum intellectum. M. Freherus etiam *Parerg. lib. 1. cap. 9.* legit, *aut ferro coactave manu*, recto sensu: sed minus a lectione vulgata abit emendatio Fabri legentis, *aut cum ferro, aut conducta manu*, ut *conducta* notet idem quod *coacta*: ut Cæsar dixit *copias conducere*, *de bell. civil. lib. 1. cap. 13.* Cicero dixit *in unum conducere*, *de invention. lib. 1. cap. 1.* SCHVLTING.

7. *Abigeatores*] Sic Vet. apud Paulum *Abactores*, cujus etiam scriptam lectionem codex noster confirmat. PITH.

8. *Totidemque boves*] Sic Vet. sic & Ostrogothus scriptor *Tit. 3.* ex Pauli lib. V. Sentent. IDEM.

9. *Aut fustibus caesus*] Illud hic annotare placet, fustis pœnam interdum capitalem fuisse, ut in decimatione militum, ad quam videntur etiam pertinuisse Salustii verba, quæ apud Servium duobus locis corrupte leguntur. Sic autem restituenda arbitror, *Sorte ductos fusti necat*, quæ & ipsa Cornel. Tacitus de eadem re usurpavit *lib. III. Annal.* IDEM.

10. *In pœna*] Vet. *imponat*. IDEM.

II. *Tra-*

tem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum, quam abigeatorem conſtitui placuit.

VI. PAVLVS libro ſingulari de poenis paganorum, ſub titulo de abigeis, dixit. CVM durius abigei damnantur, & ad gladium [11] tradantur. Itaque Divus Pius ad concilium Baeticae reſcripſit. Qui pecora, de quibus litigabat, abegit, [12] ad forum remittendus eſt: et, ſi victus fuerit, in duplum, [13] vel quadruplum condemnandus.

VII. VLPIANVS libro octavo de officio Proconſulis, ſub titulo [14] de abigeis. „De abigeis puniendis ita Divus Adrianus reſcripſit [15] concilio Baeticae. „Abigei cum duriſſime puniuntur, [16] ad gladium damnari ſolent. Puniuntur „autem duriſſime non ubique, ſed ubi frequentius eſt hoc genus maleficii: „[17] alioquin & in opus, & nonnunquam temporarium [18] damnantur. Ideo„que puto, apud vos quoque ſufficere genus poenae, [19] quod [20] maximo huic „maleficio inrogari ſolet, ut ad gladium abigei dentur: aut ſi quis tam no„tus, & tam gravis in abigendo fuit, ut prius ex hoc crimine aliqua poena „adfectus ſit, hunc in metallum dari oportere. Reſcriptum Divi Adriani ſic loquitur, quaſi gravior poena ſit metalli: niſi forte hoc ſenſit Divus Adrianus, gladii poenam dicendo, [21] ludi damnationem. [22] Eſt autem differentia inter

11. *Tradantur. Itaque*] Malim *tradunturr: itaque.* Ad oram ed. Pariſ. cIↃ Ↄ LXXXVI. legitur *traduntur, itaque.* SCHVLT.

12. *Ad forum*] Sic *tit. 7. n. 4.* ubi id exponit Pithoeus.

13. *Vel quadruplum*] Mentio quidem in praecedentibus tripli: at non videri illud genuinum eſſe, oſtendere conatus ſum in notis ad Sententias Pauli.

14. *De abigeis*] Referuntur & haec ex eodem libro in *l. 1. D. de abig.* ſed ita ut Tribuniani manum facile agnoſcas. PITHOEVS.

15. *Concilio*] Sic & in praecedenti fragmento: idque rectius, quam *conſilio*, quod exſtat *l. 1. pr. D. de abig.* Nihil aliud hic eſt *concilium*, quam conventus populi cujusque. Verbum hoc, & verbum *conſilium* ſaepe in libris male ſunt confuſa. Videatur V. C. Joh. Fred. Gronovius *ad Liv. lib. XLIV. cap. 2.* In Codice etiam Theodoſiano crebro concilii fit mentio: in quo *conſiliis* legitur *l. 2. de legat. & decret.* at dubitari poſſit, an non perperam pro *conciliis*, uti alibi ſcriptum eſſe in eodem Codice notat doctiſſimus illius Interpres. SCHVLTING.

16. *Ad gladium*] Non ad capitis poenam, ut docent ſequentia, ſed ad ludum gladiatorium. Tribonianus tamen in *l. 1. pr. D.* videtur intellexiſſe poenam gladii proprie dictam: nec etiam gladiatorium uſus obtinet jure novo. Ac ſic quoque cenſet Petr. Faber *Semeſtr. lib. II. cap. 11.* IDEM.

17. *Alioquin nec*] Malim ut in Pand. *alioquin &c.* PITHOEVS. Id recepi poſt alios editores.

18. *Damnantur*] In *l. 1.* legitur *dantur.* reliqua illic omiſſa ſunt: quae etiam non carere ſcrupulo, docent ſequentia.

19. *Quod maxime*] Malim *quod maxime*, id eſt, ut plurimum. PITHOEVS.

20. *Maxime*] P. Faber *Semeſtr. lib. II. cap. 11.* & Elb. Leonimus *Emendation. lib. VI. cap. 2.* legunt *maximis*, ut intelligatur graviſſimum poenae genus.

21. *Ludi damnationem*] Gladiatorii, videlicet; quod genus poenae quam ſit atrox, indicat Quinctilianus *declamation. IX.* his verbis. *In ludo fui, qua poena nullam ulteriorem ſcelera noverunt: ad cujus comparationem ergaſtulum leve eſt.* Ut vero diſcrimen ſtatuatur inter ludi gladiatorii damnationem, & gladium ludi, cujus meminit Capitolinus *Macrin. cap. 13.* & damnatos ad poſteriorem poenam voluptatem tantum praebuiſſe populo, non etiam vitae periculum adiiſſe, quod cenſet Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. ad leg. Fab.* ubi plura de hoc ſupplicio habet, id nulla nobis auctoritas ſuadet: quin & illud genus poenae, quo Maximus illic affici jubet ſervos fugitivos, inter documenta ſevitiae refertur. Atque haec duo quoque pro eodem accipit Pithoeus *ad hunc loc.* SCHVLT.

22. *Eſt autem differentia*] Eam differentiam hic unus locus habet, ut & alia quaedam noſtris interpretibus hactenus incognita. Sane ex Paulo didiceramus, ad gladium datos intra annum conſumendos eſſe. De ludo nihil dum tale, quod ſciam, audieramus. Eſt autem ludi nomen generalius, & continet ferrum, gladium, arma, ceſtus, arenam, venationem, quae omnia inter mediocres poenas uno ludi verbo Paulus complexus eſt *lib. V. Sentent. tit. 17.* Ergo qui

inter eos, qui ad gladium, & eos, qui ad ludum damnantur: nam ad gladium damnati confestim [23] consumuntur, vel certe intra annum debent consumi: hoc enim [24] mandatis continetur. Enimvero qui in ludum damnantur, [25] non utique consumuntur: sed etiam pileari, & rudem accipere possunt [26] post intervallum; si quidem post quinquennium [27] pileari, post triennium autem rudem induere eis permittitur. Eodem rescripto Divi Adriani diligentissime expressum est, non ubique parem esse poenam abigeorum.

VIII. ITEM VLPIANVS libro & titulo qui supra. ABIGEI autem proprie hi habentur, qui pecora [28] ex pastu, & [29] ex fermentis subtrahunt, & quodammodo depraedantur, & [30] abigei studium quasi artem exercent, [31] equas de grege, vel boves de armentis abducentes. Ceterum si quis bovem,

ad ludum damnatur, non statim ad gladium damnatus intelligitur, id est, ad ferrum, sive ad ludi gladium, ut a Capitolino scriptum est in Macrino, ad differentiam decollationis. At qui ad gladium datur, vix est ut ad alium ludum datus intelligatur, quam tamen interpretationem Vlpianus hic tentat. Est & de ludo locus non satis animadversus apud auctorem ejus historiæ, ex qua secundus Machabæorum liber factus est, dum narrat Jasonem Oniæ fratrem summum Pontificatum ambientem apud Antiochum Epiphanem, petiisse ab eo pro summo beneficio, ut Jerosolimitani deinceps ab ipso Antiochenî dicerentur, liceretque in ea urbe gymnasium constituere. Quod cum ille facile impetrasset, magno ardore sub ipsa arce gymnasium κατὰ ἐφήβων instituisse, in quo optimos quosque adolescentes ἀνατάσσων, id est, quodam auctoramento sibi subjiciens, ὑπὸ πέτασον ἄγων: quod vetus interpres transtulit *in lupanaribus posuit*, non usquequaque fortasse recte. Nam & si Judæis velatæ mulieres pro meretricibus habeantur: & apud Romanos flavus galerus in prostibulis notatus sit, petasus tamen curforum est, & in ludo depugnantium, aut disco certantium; præsertim apud Græcos, ad quorum gymnasia locus ille magis pertinet. Et recte Pollux πέτασον εἶναι ἐφήβων φόρημα, quo loco ἐφήβους appellat eos, qui juvenes dici videntur in *l. 28. §. solent. D. de pœn.* ut & in veteri epigraphe *Allectus inter juvenes*, de pantomimo legitur. Plautus Pseudolo, *etiam opus est chlamyde & machæra & petaso.* PITH.

23. *Consumuntur*] Ita de eadem re Paulus *Sententiar. lib. V. tit. 17. §. 3.* Ammianus Marcellinus *lib. XXVI. cap. 3.* sic dixit, *abscissa cervice consumptus est* SCHVLTING.

24. *Damnatis continetur*] Lego, *mandatis*, nam & de his rebus Præsidibus in provincias proficiscentibus præcepta dabantur, *l. 15. D. de pœn.* & aliis multis locis. PITH. Hoc tamquam certo certius in contextum adhibui; asteriscumque amovi, cum omnia Crotone sint faniora. SCHVLTING.

25. *Non utique*] Non semper. nam & aliquando consumuntur. immo id interdum sententia ipsa comprehenditur, *l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.* PITH.

26. *Post inter palam*] Sic vet. lego *post intervallum.* IDEM. Nec hoc recipere dubitavi, asteriscoque egelecto. SCHVLTING.

27. *Pileari*] Tanquam liberati. Est enim hoc liberationis sive præmii insigne. Tertullianus de spectacul. *Et qui insignieri cuique homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem & pilleum, præmium conferat.* unde & pilei manumissionum in Aurelii Victoris Breviario. Galerus aut petasus non recte pilleus dicitur. Sed an hæc pilei impositio statum publicum reddit ad instar restitutionis cujusdam in integrum? Sustineo. Rudis sine vacationem potius periculosi laboris quam libertatem donasse videtur. Ovid. 11. *Eleg. Tuaque deposita poscitur ense rudis.* Fuit enim hoc signum honestæ missionis artis gladiatoriæ, quam gladiator stans ad crepidinem Circi sub Circulo amphitheatri, a populo petere & impetrare solebat, ut Acro in Horatium significat. PITHOEVS. Amittunt, scilicet, ita damnati libertatem, *l. 8 fin. D. qui testament. fac. poss. l. 6. §. 6. D. de injust. rupt. irrit. fact. testament. l. 25. §. 3. D. de adquirend. vel amittend. hereditat.* verum pileatione statum publicum, libertatemque redditam esse illis existimo, cum Jac. Gothofredo *ad l. un. Cod. Theod. ad leg. Fab.* SCHVLTING.

28. *Ex pastu, & ex fermentis*] In *l. 1. §. 2. D. hoc tit.* scriptum *est, ex pascuis, vel ex armentis*, recte omnino: nec turbat, quod iterum paucis interjectis fiat armentorum mentio; taliaenim non sunt infrequentia apud nostros. Ut adeo non sit opus, ut credamus ab Vlpiano scriptum fuisse *ex pastu & frumentis*, ut frumenta notent pastum: aut *a pastu & pabulis*, quam in mentem venere Marq. Frehero *Paregor. lib. I. cap. 9.* IDEM.

29. *Ex fermentis*] Sic Vet. in Pand. rectius, *ex armentis*, vel *frumentis.* PITH.

30. *Abigei*] Rectius *abigendi* in *d. l.*

31. *Equas de grege*] *Equos de gregibus* in *eod. leg.* Non video vero rationem, quare V. C. Elb. Leoninus *Emendat. lib. VI. cap 2* velit in *d. l. 1. §. 2.* rescribi, *equos de armentis, vel boves de gregibus.* SCHVLTING.

32. *Equum*

Digitized by Google

vem aberrantem, vel [32] equum in ſolitudinem abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Sed & qui [33] porcum, vel capram, vel [34] BERBICEM abducunt, non tam graviter, ut hi, qui majora animalia abigent, plecti debent. Quanquam autem Adrianus metalli poenam, item operis, vel etiam gladii praeſtituerit, adtamen qui honeſtiori loco nati ſunt, non debent [35] ad hanc poenam pertinere: ſed aut relegandi erunt, aut removendi [36] ordine. [37] Romae tamen etiam beſtiis ſubjici abigeos videmus. Et ſane [38] qui cum gladio abigunt, non inique hac poena adficiuntur.

32. *Equum in ſolitudinem abduxerit*] *Equos in ſolitudine relictos abd.* ita *d. l. 1. §. 1.* quod probo: non tam enim agitur de equis abductis in ſolitudinem, quod nihil ad crimen imminuendum faceret: ſed de equis, qui in ſolitudine relicti, & ſic abducti ſunt. IDEM.

33. *Porcum*] Dicto loco ſcriptum eſt *porcam*, dein *abduxit*: poſtea *abigunt*, & *debet*.

34. *Berbicem abducunt*] *Verveccm abducunt*. Poſteriores fere *berbicem* & pronunciarunt & ſcripſerunt, ut apud Anianum & Paulum Monachum, & in Longobardicis Francicisque legibus. unde nobis remanſit vocabulum. PITH.

35. *Ad hanc poenam pertinere*] Contra *ad indulgentiam pertinere, l. ult. Cod. Gregor. de nupt.* SCHVLT.

36. *Ordine*] Hoc malo, quam *ordini*, quod eſt in *d. l. 1. §. 3.*

37. *Romae tamen &c.*] Haec mutavit Tribonianus *d. l.*

38. *Qui cum gladio*] Firmicus *lib. VI. Matheſ. Faciet pecorum abactores inſequentibus hominibus minaci ſemper gladio reſiſtentes.* PITH.

Explicit de Abigeis.

TITVLVS XII.

Incipit de Incendiariis.

I. MOYSES DICIT. [1] *Si exibit ignis, & invenerit ſpinas, & comprehenderit areas, vel ſpicas, aut campum, aeſtimationem reſtituet ille, qui ſuccendit ignem.*

II. PAVLVS [2] libro [2] Sententiarum ſub titulo de incendiariis. [3] Qui caſam, aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum, aut in opus publicum damnantur: honeſtiores in inſulam relegantur. Fortuita incendia, quae caſu [4] venti [4] fuerunt his, vel incuria ignem ſupponentis, ad usque vicini agros evadunt, & ſi ex eo ſeges, vel vinea, vel oliva, vel fructiferae arbores conrementur, datum damnum aeſtimatione ſarciatur.

III. IDEM PAVLVS eodem libro & titulo. COMMISSVM vero ſervorum, ſi domino videatur, noxae deditione [5] ſarcitur. Meſſium ſane [6] perdum incen-

1. *Si exibit ignis*] *Exod. XXII.* PITH.

2. *Libro*] Adde *quinto*, ubi eſt titulus 20. illic vero praeter lectionum diverſitates & alia invenientur obſervata.

3. *Qui caſam*] Lego, *Qui caſam aut villam*, ut in *l. 28. §. incendiarii, D. de poen.* PITH.

4. *Venti fuerint his*] Lego *furentis*, & paulo poſt, *dati damni aſtimatione ſarciatur*. *Aeſtimatione* autem, id eſt, dupli compendio. Paul. *lib. V. Sentent.* & haec eſt actio, quae incenſarum aedium dicitur in *l. jurisgentium, 7. §. ſi paciſcar D. de pact.* IDEM. Lectionem vulgatam in verbis *datum &c.* probat codex Veſontinus Sententiarum Pauli, in quo haec quoque ita leguntur. SCHVLTING.

5. *Sarcitur*] Apud Paulum eſt *ſarciatur*. Non improbarem illud *ſarcitur*, ſi non hic, & in praecedente ſententia legeretur *ſarciatur*. Sane Juriſconſulti non ſtatuunt jus, ſed exponunt. Reliqua alibi excuſſi. ID.

6. *Per-*

incenſores, vinearum, olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur: aut honeſtiores in inſulam relegantur.

IV. IDEM PAVLVS libro & titulo qui ſupra. [7]INCENDIARII quidquid in oppido praedandi cauſa faciunt, facile capite puniuntur.

V. VLPIANVS libro VIII. de officio Proconſulis, [8]DE naufragiis & incendiariis lex quidem Cornelia aqua & igni interdici juſſit: [9]ſed variae ſunt punitionum. [10] Nam qui data opera in civitate incendium fecerunt, ſi [10] in humillimo loco ſunt, beſtiis ſubjici ſolent: ſi in aliquo gradu & Romae id fecerunt, capite puniri, [11] aut certe [11] adficiendi ſunt qui haec committunt. Sed ei, qui non data opera incendium fecerit, plerumque [12] ignoſcitur, niſi in lata & incauta negligentia, vel [13] laſcivia fuit.

VI. PAVLVS libro ſingulari de poenis paganorum, ſub titulo de abigeis, dicit. INCENDIARII, qui in oppido praedae cauſa id admiſerint, [14]capite puniuntur: qui [15]caſu inſulam aut villam, non inimicitia incenderint, levius. Fortuita enim incendia [16]ad forum remittenda ſunt, ut damnum [17]vicini ſarciatur.

VII. [18]VLPIANVS libro ad edictum, ſub titulo, ſi fatebitur injuria occiſum eſſe, in ſimplum [19] & cum doceret. ITEM ſi inſulam meam aduſſeris, vel incen-

6. *Perdum*] Sic Vet. an, *per odium*, id eſt, ob inimicitias, ut Calliſtratus dixit aliquanto rectius quam Paulus inimicitiarum gratia, quae duo quo vinculo ſociari poſſint, non ſatis video. Quidam legunt *perditi*. PITH.

7. *Incendiarii quidquid*] Malim *qui quid*. *Facile* autem eſt, ut plurimum. IDEM.

8. *De naufragiis*] Puto legendum, *Vlpianus lib VIII. de officio Procoſ. ſub Titulo de naufragiis & incendiariis. Incendiariis lex quidem Cornelia*. Nam & de naufragiis eo libro Vlpian. tractaſſe indicat *l. ult. D. de incend. ruin. & nauf.* in qua hujus quoque ſententiae pars extat. Saepe vero inter exſcribendum evenit, ut vel unius vocis repetitio librarii oculos fallat: quod & accidiſſe arbitror in *l. ſtatuliberi, 20. §. Quintus. D. de ſtatulib.* cujus ſententiam lubens ita repleverim. *An videatur ſententia qua vicit, ad eam rem valere. Et ait* (nempe Q. Mutius) *ad eam rem valere. Qua propter &c.* Sic & in *l. 27. D. de furt. Si chirographa aureorum decem, decem tabulae fuerint.* & in *l 58 §. acceptis. D. ad leg. Falcid. Acceptis centum, centum heredi atem. &c.* ſic legendum. IDEM.

9. *Sed variae ſunt*] Deeſt, *ſpecies*, vel *circumſtantia*. IDEM.

10. *In humillimo*] In *l. ult. D. de incend. ruin. naufrag.* ſcriptum eſt *humiliore*: & abſunt illa, *& Romae*: dein ita legitur, *capite puniuntur, aut certe in inſulam deportantur.*

11. *Aut certe*] Haec quoque ita ſupplenda videntur, *aut certe exilio vel deportatione adficiendi ſunt qui haec committunt*. PITH. In ora ed. Pariſ. ela I. LXXXVI. ita ſuppletur, *aut certe deportatione in inſulam*.

12. *Ignoſcitur*] Non quod ad poenam pecuniariam legis Aquiliae; cui etiam leviſſima culpa locum facit, *l. 44. D. ad leg. Aquil.* at quod ad poenam corpori infligendam: quam ipſam ob negligentiam magnam & laſciviam locum habere docet hic Vlpianus, & Marcianus *l. 11. D de incend. ruin. naufrag.* SCHVLT.

13. *Laſcivia*] Luxuriam dixit Marcianus *d. l. 11.*

14. *Capite puniuntur*] Add. *n. 3. hoc tit.*

15. *Caſu*] Non mero: verum per caſum intelligit culpam, uti & Cajus *l. 9. D. de incend. ruin. naufrag.* & ſic mox eodem ſenſu dicit *fortuita incendia*, pro iis, quibus culpa cauſam dedit. nec aliter Marcianus *l. 11. D. eod tit.* Notavit hoc quoque Eruditus Vir, Joh. van de Water *Obſerv. lib. 1. cap. 16.* SCHVLT.

16. *Ad forum*] Ad judicium civile. Sic *tit. 7. n. 4.*

17. *Vicini ſarciatur*] Malim *vicinis ſarciatur*. SCHVLTING.

18. *Vlpianus lib. ad edictum*] Lego, *libro XVIII. ad edictum*. Extat pars quaedam hujus capitis in *l. 27 D. ad leg. Aquil.* quae ſi quis conferre non gravabitur, & nos moleſtia notarum liberabit, & melius intelliget quid ſibi juris noſtri compoſitores permiſerint. Nobis hic vetuſtiſſimi exemplaris ſcripturam bona fide repraeſentaſſe ſatis fuit. PITH.

19. *Volue-*

Digitized by Google

cenderis, Aquiliae actionem habebo. Idemque eſt & ſi arbuſtum meum, vel villam meam. Quod ſi dolo quis inſulam exuſſerit, etiam capitis poena plectitur, quaſi incendiarius. Item ſi quis inſulam [19] voluerit exurere: & ignis etiam ad vicini inſulam pervenerit, Aquilia tenebitur [20] lege vicini etiam non minus inquilinis ob res eorum exuſtas: & ita Labeo libro XV. Reſponſorum refert. Sed ſi ſtipulam in agro tuo incenderis, ignisque pervagatus ad praedium vicini pervenerit, & illud exuſſerit, Aquilia lex locum habeat, an [21] in factum actio ſit, fuit quaeſtio. Sed pleriſque Aquilia lex locum habere non videtur: & ita Celſus libro XXXVII. Digeſtorum ſcribit: [22] id enim, ſi ſtipulam incendentis ignis fugit, Aquilia lege eum non teneri: ſed in factum agendum, quia principaliter hic exuſſit: ſed dum aliud [23] legit, ſic ignis praeceſſit: cujus ſententia ſic reſcripto Divi Severi comprobata eſt in haec verba. „[24] PROFITERI propter ignem pabuli gratia factus culpa ſervorum Vecto„riae Aſtiliae evagatus agrum tuum, ut proponis, depopulatus eſt, ad exem„plum legis Aquiliae noxali judicio acturus, [25] ſi litis aeſtimatio permittitur, „judicium cum adire poteſt. Videlicet non eſt viſa Aquilia ſufficere. [26] Si „[27] forte ſervus [28] quae idem conductores coloni ad fornacem [29] obdormiſſent, & villa fuerit exuſta," [30] Muneris ſcribit, ex [31] locato conventum praeſtare debere, ſi neglegens in [32] legendis miniſteriis fuit, [33] tenetur ceterorum ſi alius ignem ſubjecerit fornaci, alius neglegenter cuſtodierit, [34] tenetur namque qui non

19. *Voluerit*] In *l.* 27. §. 9. *D. ad leg. Aquil.* additur *meam*: & illic in aliis quoque ab hiſce receſſum eſt.

20. *Lege vicini*] *Etiam vicino: non minus etiam inquilinis, d. l.* commodius. Et ſic ergo etiam ultra, quam propoſuit quis, tenetur ob conſequentia: quod loco M. Senecae *Controverſ. lib.* V. *cap.* 5. illuſtrat Celeberrimus Noodt *ad leg. Aquil. cap.* 18. SCHVLTING.

21. *In factum*] Civilem, videlicet, ſive utilem legis Aquiliae, ut *l.* 7. §. 3 *& 6. l.* 9. *pr. & §.* 2. 3. *l.* 11. §. 1. 3. *D. ad leg. Aquil. & alibi.*

22. *Id enim*] Lego. *Ait enim, ſi ſtip. inc. ig. fugit, Aquilia lege eum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic non exuſſit: ſed dum aliud agit, ſic ignis praeceſſit. Cujus ſententia & reſcripto Divi Severi comprobata eſt in haec verba.* Quae ſequuntur quomodo reſtituenda ſint, non ſatis video. Et tamen hic ſenſus plenus eſt, *Si ignis pabuli gratia factus, &c. judicium cum ea adire potes. Cum ea. i.* cum Vectoria. PITH. Scriptum etiam fuiſſe potuit *dicit enim.* SCHVLTING.

23. *Legit*] Scribe *egit*. IDEM.

24. *Profiteri propter ignem*] *Si, ut profiteris, ignis.* PITH. Sic quoque emendavit Freherus *Parergor. lib.* I. *cap.* 9. qui non viderat hanc notam Pithoei, quae eſt ex edit. Pariſ. clɔ Iɔ C LXXXIX. Verum non poſſum probare illud, *Si ut profiteris*, cum mox iterum ſequatur, *ut proponis*. Forte plura exciderunt: nec ſine ope veteris libri hoc vulnus erit curabile. SCHVLTING.

25. *Si litis aſtimatio permittitur*] Id eſt, ſi Vectoria judicium ſuſcipere & litis aſtimationem ſufferre malit, quam noxae dedere, aut indefenſos ſervos relinquere. Nam alioqui recuſare atque evitare judicium poteſt. PITH.

26. *Si forte*] Confer. §. *ſi fornicarius l.* 27. *D. ad leg. Aqu.* IDEM.

27. *Forte*] *Fornicarius* ſcriptum eſt. *l.* 27 §. 9 *D. ad leg. Aquil.* & aliqui malunt illic *fornacarius*, a fornace videlicet. Et hoc rectius. SCHVLTING.

28. *Quae idem conductores*] Freherus *Parergor. lib.* I. *cap.* 8. legit, *quod idem in conducto eſt*: verum haec abſunt a d. l. ac mihi ſuſpecta, tamquam nata ex explicatione verbi ſequentis *coloni*, qui, videlicet, iidem ſunt conductores: quae expoſitio deinde ab imperito librario in contextum admiſſa eſſe videtur. IDEM.

29. *Obdormiſſent*] *Obdormiſſet, ibid.* melius.

30. *Muneris*] *Neratius*, ſcriptum eſt *l.* 27. §. 9. *D. ad leg. Aquil.*

31. *Locato*] Hoc recepi, ex d. l. cum pleraeque edd. aliae habent *loca*.

32. *Legendis*] *Eligendis d. l.*

33. *Tenetur ceterorum*] Prius recte abeſt a *d. l.* & tunc legitur *ceterum*, recte.

non cuſtodit, ſi nihil hic fecit, quae recte ignem ſubjecit, non peccavit: [35] quemadmodum ſi hominem Medicus recte ſecuerit, ſed neglegenter vel ipſe, vel alius curaverit, Aquilia ceſſat. Quid ergo eſt? Et hic puto [36] ad exemplum Aquiliae dandam actionem [37] tamen eum, qui [38] ad fornacem obdormivit, vel neglegenter curavit, [39] ſive homo periit, ſive debilitatus eſt. [40] Nec quiſquam dixerit in eo, qui obdormivit, rem humanam & naturalem paſſum, cum deberet vel ignem extinguere, vel ita munire, ut non [41] evagaret. Item libro VI. ex Viviano [42] relatum eſt, ſi fornum ſecundum parietem communem haberes, [43] an damni injuria [44] teneris? [45] * Et ait non poſſet id Aquilia lege, quia nec cum eo, qui focum haberet. [46] Ideo aequum putat in factum actionem dandam. [47] Sed non proponit exuſtum parietem. Sane enim quaeri poteſt, nondum mihi damnum dederit, & ita ignem habeat, ut metuam, ne mihi det, [48] * aequum ſit [49] me inter actionem idem in factum imperare: fortaſſis enim

34. *Tenetur namque qui non cuſtodit, ſi nihil hic fecit*] In marg. ed. Pariſ. cIↃ IↃLXXXVI. eſt, *an tenebitur qui ſubjecerit. Namque.* Frehertus *diſt. cap. 9.* reponit, *uter tenetur? nam qui non cuſtodiit, nihil fecit, qui recte ignem ſubjecit, non peccavit*, bono ſenſu, atque ita habet ed. Genev. cIↃ IↃLXXXVI. verum ſcriptura *d. l. 27. §. 9.* haec eſt. *an tenebitur qui ſubjecerit? nam qui cuſtodiit, nihil fecit: qui recte ignem ſubjecit, non peccavit.*

35. *Quemadmodum &c. ceſſat*] Omiſſa haec in *d. l.* ut & mox *& hic:* & ſequitur, *Puto, utilem competere actionem, tam in eum, qui ad fornacem obdormivit, quam in eum, qui negligenter cuſtodiit.*

36. *Ad exemplum Aquilia*] Sic in *l. 53. D. ad leg. Aqu.* in factum actio ad exemplum legis Aquiliae, & utilis actio damni injuria quaſi ex lege Aquilia in *l. 51. D. de furt.* Vtilis actio ad exemplum directae inſtituitur. *l. 1. C. de precario.* unde & utilis in rem quaſi in rem actio dicitur in *l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficieb.* PITH.

37. *Tamen eum*] Puto legendum, *tam in eum qui ad fornacem obdormivit, quam in eum qui ignem ſubjecit vel negligenter curavit.* IDEM. Frehertus reſcribit, *etiam in eum.* Hic ſane ſi legas *tam in*, nihil ſequitur, quod reſpondeat *tã tam:* nec video, cur teneatur is, qui ignem ſubjecit. quod vult emendatio Pithoei, cum non tantum de illo nihil dicatur in ſequentibus: verum jam quoque ab Vlpiano dictum ſit, illum recte ignem ſubjeciſſe: adeoque non deliquit, nec de eo ut delinquente ſermo fieri debet. SCHVLT.

38. *Ad fornacem*] *Ad*, quod habent edd. aliquae, retinui, etſi Pithoei edd. & Ms. id omittant.

39. *Si homo periit ſive debilitatus eſt*] Haec verba pertinent ad ſuperius exemplum de Medico; & reponenda videntur continuo poſt illa, *Aquilia ceſſat.* Omiſſa vero ſunt a compoſitoribus Pandectarum, fortaſſe quod Caſſi ſententiam magis probarent, quae extat in *l. 8. D. eod. tit.* PITH. Ego non video, cur verbum *curaverit* non recte intelligatur de curatione a Medico neglecta: & cur ſic ſequentia verba, *ſive homo periit, ſive debilitatus eſt*, hic locum non poſſint invenire. Ac ita comparabuntur duo r.egligentia peccantes. SCHVLTING.

40. *Nec quiſquam &c.*] Haec herum leguntur in *d. l. 27. §. 9.*

41. *Evagaret*] *Evagaretur, d. l.* Dixiſſe vero veteres etiam *vagare*, conſtat ex Nonio aliiſque. Sequentia ante *ſi fornum* abſunt a *l. 27. §. 10.*

42. *Relegatum eſt*] *Relatum eſt.* PITH. Recte edd. quaedam habent *relatum*, quod retinui. *Relegatum* ferri nequit.

43. *An damni*] Aſteriſcum ante haec, ut ſupervacuum, induxi.

44. *Teneris*] Rectius *teneatis, d. l §. 10.*

45. *Et ait*] Vivianus ſcilicet, quod ex praecedentibus conſequitur. In Pandectis tamen ſcriptum eſt, *Proculus:* & rectius quidem ut ſequentia indicant. PITH. In Pandectis hoc quidem adſcribitur Proculo: ſed nihil vetat credi, a Viviano & illum allegatum fuiſſe.

45. * *Et ait non poſſet id Aquilia lege*] Sic Pithoei edd. quas ego inſpexi. Aliae, *& agit*, vel, *& agi non poſſet id Aq. l.* unde in ora ed. Pariſ. cIↃ IↃ I. XXXVI. eſt, *& agi n. poſſe ait.* non malo quoque ſenſu. In *d. l.* legitur, *& ait Proculus agi non poſſe, quia nec.*

46. *Ideo aequum putat*] *Et ideo aequum puto, d. l.*

47. *Sed non proponit exuſtum parietem*] Aliter in *d. l.* nempe *ſcilicet, ſi paries exuſtus ſit: ſi autem nondum mihi damnum dederis:* atque hic quoque ſcribendum eſt, *ſi nondum:* & *dederis:* deinde *ſed ita ignem habeas, ut metuam, ne mihi damnum des.*

48. *Aequum ſit &c.*] In Pandectis hic ſequitur, *damni infecti ſufficere cautionem.* Hic vero recte praecederet *an*, quod habet ed. Genev. cIↃ IↃLXXXVI. in qua multa etiam nimis audacter mutata ſunt.

49. *Me inter actionem*] An *inter actionem* accipiemus incerti actionem, ſive in factum ſubſidiariam? an potius ita legemus? *Me interim actionem, id eſt, in factum impe-*

enim de hoc ſenſerit Proculus: niſi quis dixerit, damni [50] non facti ſufficere cautionem. [51] Sed & ſi quis ſervi inquilini inſulam exuſſerit, libro X. Vrſejus refert, Sabinum reſpondiſſe, lege Aquilia ſervorum nomine dominum noxali judicio conveniendum: ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem R. cum coloni ſervi villam [52] exuſſerint, colonum vel ex locato [53] lege Aquilia, ita ut colonus [54] ſervos poſſet noxae dedere: & ſi uno judicio res eſſet judicata, altero amplius non [55] agendam. Item Celſus libro XXVII. Digeſtorum ſcribit, ſi cum apes meae ad tuas advolaſſent, [56] totas exuſſerit, quoſdam negare competere legis Aquiliae actionem, inter quos & Proculum, quaſi apes domini mei non fuerint. Sed id falſum eſſe Celſus ait, cum apes revenire ſoleant, [57] & fructui miſſi ſunt. Sed Proculus eo movetur, quod nec manſuetae, [58] nec ita clauſae fuerint. [59] Hd Ipſe autem Celſus ait, nihil inter has, & columbas intereſſe, [60] quae ſi manu refugiunt, domi tamen fugiunt.

impetrare. Quod mihi quidem magis probatur. *Interim* vero, id eſt, ante damnum datum. Et proprie *impetrare* de hujuſmodi actionibus uſurpavit, quæ & permitti dicuntur. *l. 41. D. ſolut. matr.* & indulgeri tribuique *l. 28. D. de procurat.* & accommodari *l. 22. D. de aqua & aqu. pl. arc. l. ult. D. tranſact. §. item ſi quis peſtilante. Inſt. de actionib.* & conſtitui *l. 16. D. ad exhibend.* & decerni *l. 2. D. de adminiſtrat. rer. ad civitat. pert. l. 20. D. de tutel. & rat. diſtrah. l. 22. D. de conſtit. pec. l. 2. §. interdum. D. de vulg. & pup. ſubſt. l. penult. D. de adquir. hared. l. 13. §. eleganter. D. de damn. inf. l. pen. D. de fideicom. libert. l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. tut.* nempe quia ex æquitate cauſa cognita dantur. *l. 13. §. Prætor ait, ſi quis. D. injur. l. 18. §. ult. D. de damn. infect. l. 5. D. de præſt. ſtipul.* Actio directa ordinaria eſt *l. 5 C. ſi res al. pign. data fit.* & utili Prætorique opponitur. *l. 26. §. 2. D. de noxal. act.* PITH.

50. *Non facti*] *Infecti, d. l.*

51. *Sed & ſi quis ſervi inquilini*] Fortaſſe melius, *ſed & ſi ſervi inquilini inſulam exuſſerint.* PITH. Hæc abſunt a d. l. 27. uſque ad illa *Proculus.*

52. *Exuſſerint*] *Exuſſiſſent d. l. 27. §. 12.* rectius, ut Proculus reſponderit ex facto conſultus.

53. *Lege Aquilia*] Reſtitue ex Pandectis, *vel ex lege Aquilia teneri.*

54. *Servos*] Sic rectius, quam *ſervum*, quod exhibent Pandectæ.

55. *Agendam*] *Agendum, eod. loc.* ubi alia adduntur, quæ hic non habemus: ac dein ſequitur, *Si cum apes.*

56. *Totas exuſſerit*] Malim *tu eas exuſſeris, ex d. l. 27. §. 12* ubi ſequentia brevius expreſſa ſunt. Si *totas* accipias pro *omnes*, reſtringes rem plus æquo: an non enim idem juris, ſi non omnes, ſed partem exuſſeris? SCHVLTING.

57. *Et fructui miſſi ſint*] Lego, *mihi ſint.* PITH.

58. *Nec ita clauſae*] Vir Ingenioſiſſimus, Ger. Noodt *ad leg. Aquil cap. 14* legit, *nec in alveo clauſa. faſ. l. §. 2. D. de adquirend. rer. domin.*

59. *Hd.*] Sic in Vet. ex. PITH.

60. *Quae ſi manu fugiunt, domi tamen fugiunt*] Idem Noodt ita corrigit, *quae ſi mane effugiunt, damnum tamen refugiunt.*

Explicit Titulus de incendiariis.

TITVLVS XIII.

Incipit de [1] Terminia mota.

I. MOYSES DICIT. [2] *Non transmovebis terminos proximi tui, quos constituerunt patres tui, vel principes possessionis tuae.*

II. PAVLVS [3] libro Sententiarum, sub titulo finium regundorum. [4] IN eum, qui per vim terminos dejecit, vel amovit, extra ordinem animadvertitur.

III. VLPIANVS libro IX. de officio Proconsulis, sub titulo de termino moto. Eos, qui terminos moverunt, non impune id facere debere, [5] Divus Adrianus Torentio Gentiano XVII. Kl. Septembriarum se III. CONSL. rescripsit: quo rescripto poenam variam statuit. Verba rescripti ita se habent. „[6] PESSIMVM factum eorum, qui terminos finium causa impositos abstule-

„runt,

1. *Terminia mota*] Sic quoque ad finem tituli: unde dicendum est, hoc esse ab ipso Auctore hujus Collationis.

2. *Non transmovebis*] *Deuteronom. XIX.* Extat & de Termino prisca lex Numæ Pompilii apud Verrium Flaccum, quæ qui terminum exaratum, ipsum & boves sacri erant. Nihil fere religiosius Numa sanxit. Nam & templum ut Deo posuit, & ferias instituit, mutuique animantum quicquam pacis Præsidi sacrificari, quod Plutarchus in Romuleis eleganter sic expressit, οὐδὲ σφάττουσιν ἐμψύχοις τὸν Φύλακα Φυλῆς καὶ ἑρκέους, ἀντὶ δὲ ἁμαρτὸς καὶ φόνου καθαρεύειν καὶ ἀμιάντους διαφυλάττειν. Sed hoc jam suo tempore neglectum idem alio loco testatur. Unde & Horatius in *Epod. Et agna festis cæsa Terminalibus.* Quin & Siculus Flaccus in terminis defigendis hostiæ innocuitatæ cæsæ sanguinem instillari solitum scribit, & Prudentius extis seu gallinæ pulmone Termino fieri significat. Illud quoque Numæ videtur, ut Termino non nisi sub divo sacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum consistere. Itaque quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto, ut Sex. Pompejus tradit. Quod etiam cum Capitolium Tarquinius ædificaret religiosè observatum Servius testis est, ob idque in Capitolio pronum (sic legendum apud Servium, non *primum*) partem tecti patuisse, quæ lapidem ipsum Terminum spectaret. Unde non abs re quæri potest, Plinii verba hæc ex *lib. XVIII. cap. 2. Tertiam ex iis nominare sub tecto religio est*, an ad Terminum referenda sint, an ad Dionysium. Οὐδὲ γὰρ τὸν Διόνυσον ὁμοίως ὑπὸ στέγην, ut Plutarchus ait. Ego quidem ad Terminum malim, & nominandi vocabulum ad sacrificium quam ad jusjurandum referre. Et fortasse ille locus mendo non caret, atque ita potius alicui legendus videatur, *Terminum ex XII. nominare sub tecto religio est.* Nam de Termino multa XII. tabulis cauta quis nescit? in quas etiam si quis veterem illam Numæ sanctionem translatam velit, non contradicam. Sic enim & ubi XII. tabularum auctoritas contemni cœpit, eadem illa, quæ legibus cavebantur, in alia latorum nomina transierunt, ut Macrobius ait *lib. III. Satur. cap. 9.* Sane & de sacrificiis & religionibus non pauca iisdem tabulis comprehensa M. Tullius satis significat in libris de legibus, & Servius tradit multa de sacris ab Falisci petita post X. tabulas magna ex parte ab Atheniensibus mutuatas, quæ reliquis duabus Decemviri complexi sint. Adscribam vero & ipsa Livii verba, ex quibus etiam post XII. Regias leges retentas intelligamus. Sic igitur eum de Tribb. militum Consulari potestate ageret *lib. VI. In primis fœdera ac leges (erant autem ea duodecim tabulæ & quædam Regiæ leges) conquiri quæ comperirent, jusserunt. Alia ex iis edita in vulgus: quæ autem ad sacra pertinebant, a Pontificibus maximis ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa.* Itaque mirum videri non debet quod apud Tacitum legimus, censuisse Claudium ad incestum procurandum sacra ex legibus Tullii Regis piacula que apud lucum Dianæ per Pontifices danda. Et in libris nostris de muliere quæ prægnans mortua sit humanda legem Regiam recitari audimus. At hæc paulo audacior conjectura est, & jam ipsi Notarum terminos exaravimus. PITH.

3. *Libro*] *Primo.* Titulus est 16.

4. *In eum qui per vim*] Sic apud Paulum scriptum est *libr. 1. Sent.* ubi in vet. exempl. annotatum reperi idem statui in Codicis Theodosiani *lib. 11. sub hera 26.* quæ constitutio hodie desideratur. PITH.

5. *Divus Adrianus*] Refertur & in *l. 2. D. eod. tit.* IDEM.

9. *Pessimum factum &c.*] Apud Callistratum *l. 2. D. hoc tit.* scriptum est *Quin. p. f. sit.* postea *posites propulerunt.*

7. An-

„runt, dubitari non poteſt. Poenae [7] autem modus ex conditione perſo-
„nae, & mente facientis [8] magiſtratui poenam. Si ſplendidiores ſunt per-
„ſonae, quae convincuntur, [9] condubito, quin occupandorum aliorum fi-
„nium cauſa id admiſerint: & poſſunt ad tempus, ut cujusque [10] cumpati-
„tur aetas, [11] relegari, & ſic in biennium, aut triennium ad opus publicum
„dari. Quod ſi per ignorantiam aut fortuitu lapides [12] viſus cauſa furati
„ſunt, ſufficit eos verberibus coërceri.

7. *Autem*] *Tamen* in *d. l.*

8. *Magiſtratui pœnam. Si ſplendidiores,*] Rectius in *d. l. magis ſtatui poteſt: nam ſi ſplendidiores.*

9. *Condubito*] Scribendum *non dubito*: & ſic in ora ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. in *d. l.* eſt *non dubie* ecc. & mox *alienorum*, & *admiſerunt*.

10. *Cumpatitur*] *Patiatur*, *d. l.*

11. *Relegari*] Alia plura hic habet Marcianus *d. l. 2.* nempe, *id eſt, ſi juvenior, in longinì: ſi vero ſenior, in vicinius. Si vero alii negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt, caſtigari, & ad opus biennio dari.* Hæc ſane pleniora ſunt. De pœna quoque agit Paulus *Sententiar. lib. V. tit. 22. §. 2.*

12. *Viſus cauſa*] Puto legendum *uſus cauſa*. quod a compoſitoribus Pandectarum omiſſum eſt. PITH. Scaligeri quoque liber in margine habet *uſus cauſa*.

Explicit de terminis mota.

TITVLVS XIV.

Incipit de Plagiariis.

I. MOYSES DICIT. [1] *Quicunque* [2] *plagiaverit quemquam in Iſraël, & vendiderit eum, morte moriatur.*

II. [3] PAVLVS libro Sententiarum V. ſub titulo ad legem Fabiam. LEGE Fabia tenetur qui [4] civem Romanum ingenuum, libertinum, ſervumve alienum celaverit, vendiderit, vinxerit, comparaverit. Et olim quidem hujus legis [5] poena ſummaria fuit: ſed translata eſt cognitio in Praefectos Vrbis: itemque Praeſidis provinciae extra ordinem meruit animadverſionem. Ideoque humiliores aut [6] in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur: honeſtiores adempta dimidia parte bonorum [7] in perpetuum relegantur. [8] Si ſervus ſciente domino alienum ſervum ſubtraxerit, vendiderit, celaverit, in ipſum dominum animadvertitur. Quod ſi id domino ignorante commiſerit, in metallum datur.

III. VLPIANVS libro IX. de officio Proconſulis, ſub titulo ad legem Fabiam.

1. *Quicunque plagiaverit*] *Exod. XXI. Deut. XXIV.* PITH.

2. *Plagiaverit*] Sic in Edicto Theodorici *cap. 78.* legibus Wiſigothorum *lib. VII. tit. 3. l. 2. 3. 4.* lege Salica *tit. 41. cap. 2. 3.*

3. *Paulus libro &c.*] In noſtra editione *tit. 30. B.* illic hæc exciſimus.

4. *Civem Romanum ingenuum*] Vet. exemp. *Civem Romanum ingenuus liber.* PITH.

5. *Pœna ſummaria*] *Pœna nummaria.* IDEM.

6. *In metallum damnantur,*] Modeſtinus dicit hoc plerumque fieri *l. ult. D. de leg. Fab. de plagiar.*

7. *Impp. relegantur*] Sic vetus, quo ſignificatur, in perpetuum relegari. PITHOEVS. Admiſimus in contextum *in perpetuum.*

8. *Si ſervus &c.*] Hoc quoque tangit Cujacius *Obſervat. lib. XXI. cap. 11.*

biam. FREQVENS eſt etiam legis Fabiae cognitio in tribunalibus Praeſidum: quamquam quidam Procuratores Caeſaris uſurpaverint, [9] quam Romae, tam in provinciis. Sed enim jam eo perventum eſt conſtitutionibus, ut Romae quidem Praefectus Vrbis ſolus [10] ſuper ea re [11] cognoſcat, ſi [12] intra miliarium centeſimum [13] ſit in via commiſſa. Enimvero ſi ultra centeſimum, [14] Praefectorum Praetorio erit cognitio. [15] In provinciam enim Praeſidum provinciarum: nec aliter Procuratori Caeſaris haec cognitio injungitur, [16] quam Praeſidis partibus in provincia fungatur. [17] Plane poſt ſententiam de Fabia latam Procuratoris partes ſuccedunt. [18] Hujus certae adtamen Procuratori, [19] qui illam provinciam regit, licet de capitalibus cauſis cognoſcere nec ſoleat,

9. *Quam Roma, tam in provinciis*] Pro *tam Roma, quam in provinciis*.

10. *Super ea re*] Vetus codex habuit *ſuperare*. PITH.

11. *Cognoſcat*] Extraordinem, ut de expilata hereditate dicitur in *l. 3 De expil. hered.* IDEM.

12. *Intra milliarium centeſimum*] Fuit hic terminus urbis, aut potius Praefecturae urbanae & ſolitarum regionum *l. 1. §. initio. D. de off. Praef. urb.* ubi quod in Pand. Fl. ſcriptum eſt, *egreſſum eſt P. V. notionem*, eadem phraſi dictum videtur qua in *l. 12. §. facto. D. capt. & poſtl. Sequendum eſt Juliani ſententiam*: & in *l. 19. de noval. denegandum eſt exceptionem*, quibus etiam non diſſimiles dicendi rationes notari poſſunt in *l. 1 §. ult. D. de contr. tut. act. l 12. D. Si quis omiſſ. cau. teſt. l. 19. §. 1. D. de negot. geſt. l. 45. ſub fin. D. ſolut. matr.* unde & in *l. 4 §. non omnis. D. de re milit.* ſic lubentius legerim. *Nec tamen facile indulgendum eſt extra ordinem judicationem his qui negotium ante habuerunt, ſed ſi in tranſactionem res recidit, indulgendum eſt.* Extraordinem autem judicatio indulgetur ut militi. IDEM. Hae regiones erant ſuburbicariae: reliquae dicebantur Italia. Videatur Jac. Gothofredus *ad l. 2. Cod. Theod. de integr. reſtitution. & Diſſertation. 1 de ſuburbicar. regionib.* Salmaſius *ad Trebell. Pollion. XXX. tyrann. cap. 24.* Quod hic notat Vir Doctiſſimus de modo loquendi in *d. l 1. §. 4. D. de offic. Praefect. Vrb.* ubi dicitur, ſi quid admiſſum ſit ultra centeſimum lapidem, id egreſſum eſſe Praefecti Vrbi notionem, eſſe ſimile ei locutioni *ſequendum eſt ſententiam*, & ſimilibus, in eo quivis, qui attenderit, videbit Virum Egregium falli. Illic eſt participium, hic gerundium. SCHVTING.

13. *Sit in via commiſſa.*] Fortaſſe melius, *ſit injuria commiſſa*: quanquam & excuſa lectio defendi poteſt. PITH. Lectio vulgata ſtare quomodo poſſit non video: an non erit ſatis eſſe commiſſum crimen intra lapidem centeſimum, absque diſcrimine, an in via ſit commiſſum, an e domo, vel agro homo ſit furreptus? *add. l. 1. §. 4. D. offic. Praefect. Vrb.* SCHVTING.

14. *Praefectorum Praetorio*] Duo tales fuere, Imperante Antonino Caracalla. Herodiano teſte *lib. V. cap. 12.* eo vero tempore de officio Proconſulis ſcripſit Vlpianus: & Antoninum in illis vocat Imperatorem noſtrum *l. 1. §. 15. 18. D. de quaeſtionib. & alibi.* Hi vero Praefecti merum imperium habuerunt, de quo aliquid dixi ad Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 12. §. 6.* IDEM.

15. *In provinciam*] Pro *in provincia*.

16. *Quam Praeſidis partibus*] *l. 4. C. ad leg. Fab. de plag. l. 2. C. de poen.* Quaedam provinciae procuratoribus cohibebantur, ut Tacitus loquitur: ſed aliae ut procuratoribus tantum qui ne deportandi quidem jus habuerunt: aliae ut Praeſidis vicem tuentibus. PITH.

17. *Plane poſt ſententiam*] Videlicet cum jam de bonis quaeritur, non de crimine, *l. 1. & 2. C. ubi can. fiſ.* IDEM.

18. *Hujus certa*] Hic locus procul dubio corruptus eſt, & ſi quid conjectura valeo, deeſt nomen aut urbis aut regionis Armeniae. Hoc ut ſuſpicer, facit *Certa* reliquum nomen quo Parthis civitatem ſignificari Hermolaus Grammaticus ex Stephano auctor eſt. IDEM. Verbum *hujus* praecedentibus connectitur in edit. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. verum illud ibi redundaret. Ampliſſimus Bynkershoeck *Obſervat. lib. II. cap. 20.* illud trajicit ad principium praecedentis periodi, hoc modo. *Plane poſt hujus ſententiam*, ſcilicet Praeſidis, ſenſu ſane optimo: & dein legit *Creta autem Proc.* Cujacius vero *Obſerv. lib. XIX. cap. 12 & Annotation. in Animadverſion. Robert. lib. I. cap 21.* legit, *Inſula Creta*, quae lectio eodem redit: ſed illud *inſula* recedit plus a vulgata ſcriptura. Occurrit etiam PROC. PROVINCIAE CRETAE ET CYRENARVM apud Gruterum *inſcription. p.* CCCCLXXVI. Quae Pithoeus hic habet nullo nituntur fundamento: & hic non de civitate, ſed de provincia agitur: in provincias enim mittebantur Procuratores Caeſaris, non in ſingulas civitates. SCHVLTING.

19. *Qui illam provinciam regit*] Hoc non poteſt dici de Procuratore Caeſaris, niſi ſit vice Praeſidis: de quali tamen hic non agimus: & cui etiam id non fuiſſet opus dari ſpecialiter, quod huic datum eſſe docet Vlpianus: adeoque haec videri poſſent ſuſpectae aut dicendum eſt, *regere* dici etiam qui adminiſtrat res provinciae, quamvis non cum ſumma poteſtate, quod vult Cujacius *diſc. lib. XIX. cap. 12.* IDEM.

20. Qui

ſoleat, tamen ut de lege Fabia poſſit cognoſcere Imp. Antoninus conſtituit. Idem legis Juliae de adulteriis coërcendis conſtitutione Imperatoris Antonini quaeſtionem accepit. Lege autem Fabia tenetur [20] qui civem Romanum, eundemque, qui in Italia [21] liberatus ſit, celaverit, [22] vinxerit, vinctumque habuerit, [23] vendiderit, emerit, quive in eam rem ſocius fuerit: cui capite primo ejusdem legis poena injungitur. Si ſervus [24] qui ſciente domino fecerit, dominus ejus [25] ſextertiis quinquaginta milibus eodem capite [26] punietur. Ejusdem

20. *Qui civem Romanum, eundemque, qui*] Malim *eumve qui in Italia liberatus ſit*: quod etiam ſic interpretari audeo. Italiae multa olim fuere privilegia, cum in cenſitionibus, jure nexus, uſucapione, exceptione annali, tum in jure capiendi, & aliis hujuscemodi, quae pro ſummo beneficio provincialibus quibusdam colonis poſtea conceſſa ſunt, ut eodem jure eſſent quo & ipſa Italia: quam ob rem juris Italici dictae ſunt, quod jus eſt liberae civitatis, ſive liberae conditionis, cujus ſignum apud eas fuit Marſyae ſimulachrum, ut Servius in Virgilium notat. Hujus generis privilegiorum Italiae illud etiam fuiſſe videtur, ut quem Latinus in Italia manumitteret, quamvis Romanum civem non faceret, tamen quod adlegem Fabiam, eodem jure eſſet quo civis Romanus. PITH. Quod Pithoeus vult, jus Italicum, & jus liberae civitatis idem eſſe, id non eſſe verum dudum viderunt Viri Eruditi. Jus Italicum conſiſtebat in levatione cenſus, jure mancipii, & aliis quibusdam actibus, quibus qui gaudebant, ii non ſtatim erant liberi. Conſulatur Illuſtris Ez Spanhemius *Orb. Roman. exercitation.* II. SCHULTING.

21. *Liberatus ſit.*] Proprie. Nam Latinus, ut dixi, qui manumittitur, civem Romanum facere non poteſt. Itaque haec non juſta manumiſſio eſt, ſed liberatio potius a ſervitute. Denique non eſt hic revera actus legitimus, & iterari poteſt. Sic enim legimus apud Ulpianum iteratione fieri civem Romanum qui poſt Latinitatem quam minor annis XXX. acceperat, iterum rite manumiſſus eſt ab eo, cujus ex jure Quiritium ſervus fuit, cujus rei & Juſtinianus meminit *Novell.* I, XXVIII. & in illo Regularum fragmento, cujus jam ſuperius meminimus, ſcriptum eſt minorem XX. annorum manumittere nec vindicta poſſe, nec teſtamento, itaque nec Latinum facere poſſe, tantum enim apud Conſilium poſſe manumittere ſervum cauſa probata. Hunc autem qui manumittitur quotcunque ſit annorum, Latinum fieri, & ſolum ad hoc ei procedere libertatem ut iterum manumitti, & civis Rō. fieri poſſit. PITH.

22. *Vinxerit, vinctumque habuerit*] Differunt haec eodem modo, quo *poſuiſſe, & poſitum habere*, *l. 5. §. 10. D. de his qui effud. vel dejecer.* videlicet, ut is, qui non vinxit, ſed vinctum ab alio penes ſe habet, etiam lege hac teneatur. SCHULT.

23. *Vendiderit*] *L. 11. C. hoc tit.* Sed hoc Apulejus legi Corneliae tribuit *lib.* VIII. *de aſin. aur. Prudens*, inquit, *crimen Corneliae legis incurram, ſi civem Rom. pro ſervo vendidero.* Et vero falſi ab emptore redargui poſſe videtur, ut & is qui duobus eandem rem vendiderit, *l. 21. D. ad leg. Cornel. de fal.* PITH. Crimen hoc in legem Corneliam incidere ex Apulejo recte notavit Pithoeus: & refert id ad legem de falſis: legem enim fuiſſe Corneliam de plagiariis ut putemus nulla nos cogit auctoritas: & falſum ſic re vera committitur. Aliud viſum Cujacio *paratitl. tit. C. de leg. Fab. de plagiar.* SCHULTING.

24. *Qui*] Cujacius hoc expungit *Obſervat. lib. XXI. cap. 11.* idque admittendum eſt, aut legendum, *fuerit, qui.* Ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. in margine pro *qui* habet *plagium*. IDEM.

25. *Seſtertiis* L.] *Seſtertium.* Haec eſt illa poena pecuniaria legis Fabiae, quae in deſuetudinem abiiſſe dicitur in *l. ult. D. eod. tit.* cujus tamen veſtigia quaedam reliqua ſunt in *l. 12. D. de manumiſſ. & l. 12. §. ſed ſi in captivo. D. de capt. & poſtl.* quibus etiam aliud quoddam hujus legis caput continetur: itemque aliud in *l. 1. §. 1. D. de fugit.* PITH.

25. * *Sextertiis quinquaginta milibus*] Cujacius *loc. cit.* legit *ſeſtertiis D. milibus.* hoc eſt, *quingentis milibus.* ob locum Pauli *Sententiar. lib. I. tit. 6. A. §. 2.* ubi verba ipſius Cujacii adducta ſunt a nobis. Mihi tamen illud non ita liquidum eſt: ac ſumma eſt magna admodum quingenta ſeſtertia, ſive Philippeorum millia duodecim cum quingentis: ut proinde haec ex Paulo emendare non auſim: eoque minus, quod hic integra habeamus verba, illic tantum ſiglam D. quae naſci potuit ex L. Nec argumentum omni exceptione majus eſt, quod albi corrupti poena quingentorum ſit: ac criminis publici poena gravior eſſe debeat, quam albi corrupti. Primum enim illic non memorantur tot ſeſtertia, ſed tot aurei *l. 7. pr. D. de jurisdiction.* quae ſumma eſt longe minor. Deinde, quamvis poneremus, ipſo in Edicto fuiſſe factam mentionem ſeſtertiorum, idque mutatum eſſe a Triboniano: quod tamen Cujacius non dicit, an non ſpeciali & graviori poena puniri potuit alibi violatio? Ceterum etiam annonae vexatae crimen eſt publicum, & poena tamen eſt aureorum tantum viginti? *l. 2. §. 2. D. de leg. Jul. de annon.* Ambitus quoque centum tantum aureis plectitur, *l. un. §. 1. D. de leg. Jul. ambit.* ut ita ex talibus nihil ſequatur certi. SCHULT.

26. *Punietur*] Cujacius *eod. loc.* legit *punitur*, rectius.

27. *Popu-*

dem legis capite ſecundo tenetur qui alieno ſervo perſuaſerit, ut dominum fugiat, quive alienum ſervum invito domino celaverit, vendiderit, emerit dolo malo, quive in ea re ſócius fuerit: juberturque [27] populo ſextertium quinquaginta milia dare. Et reliqua. [28] Sciendum tamen eſt, ex Novellis conſtitutionibus capitali ſententia [29] plagiatores pro atrocitate facti puniendos: quamvis & Paulus ſupra relatis ſpeciebus crucis & metalli poenam hujusmodi reis inrogavit.

27. *Populus*] Leg. *populo*, hodie fiſco *l. 6. C. hoc tit.* cujus reſcripti pœna ex lege Fabia, prohibitio vero ipſa ex SC. eſt, *l. quod ſcpe. 35. §. ſi quis amico D. de contrab. empt. l. arbor. 19 §. judex D. com. divid.* PITH.

27. * *Populo ſextertium quinquaginta milia dare*] Sic quidam editores hæc vulgarunt, rectiſſime. Edd. Pithœi habent, * *populus ex tertiam q. m. dare*

28. *Sciendum eſt tamen*] Sunt hæc collectoris, qui Novellarum conſtitutionum nomine videtur innuere Conſtantini legem qua ob plagium liberi hominis, ſervus aut libertinus ſtatim, id eſt, primo quoque munere beſtiis objicitur: liber ſub hac forma in ludum datur ut antequam aliquid faciat, quo ſe defendere poſſit, gladio conſumatur *l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.* ſed extat & antiquior paulo Diocletiani conſtitutio, qua in urbe hoc idem crimen capite vindicatum eſt *l. 7. C. eod.* Quo pertinet etiam Novella Leonis LXVI. PITH.

29. *Plagiatores*] Vſus eſt hoc verbo Tertullianus *adverſ. Marcion. lib. 1. cap. 23.*

Explicit Titulus de Plagiariis.

TITVLVS XV.

Incipit de Mathematicis, & Manichaeis.

I. MOYSES DICIT. * *Non inveniatur in te qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec divinus apud quem ſortes tollat: nec conſentiat venenariis impoſtoribus, qui dicunt, quid conceptum habeat mulier: quoniam fabulae ſeductoriae ſunt. Nec intendas prodigia, nec interroges mortuos. Non inveniatur in te augurator, nec inſpector avium, nec maleficus, aut incantator, nec Pitonem habens in ventrem, nec aruſpex, nec interrogator mortuorum, nec portenta inſpiciens. Omnia namque iſta a Domino Deo tuo damnata ſunt, & qui fecerit haec. Propter has enim abominationes Deus eradicavit Chaldaeos a facie ſua. Tu autem perfectus eris ante Dominum Deum tuum: gentes enim iſtae, quas tu poſſides, auguria & ſortes, & divinationes audiebant.*

II. [3] VLPIANVS libro VII. de officio Proconſulis, ſub titulo de mathematicis

1. *Et Manichaeis*] Mathematicis, ſive Aſtrologis, hi junguntur, tamquam nec ipſi a curioſis & magicorum artibus alieni, teſte Epiphanio *haeſ.* LXVI. *n. 13. & 88.* Et ſic in Codice Gregoriano fuit titulus *de maleficis & Manichaeis*, unde conſtitutio in hunc quoque titulum relata eſt. SCHVLTING.

2. *Non inveniatur*] *Deut. XVIII.* PITH.

3. *Vlpianus lib. VII. de officio Proconſ.*] Hoc libro Domitius de variis criminibus tractavit, atque inter cætera de iis quæ ad religionem pertinent: ut mirum non ſit, quod eo etiam reſcripta Principum nefaria collegerat, ut doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe Dei cultores profiterentur. Quod cum totis ſeptem libris de officio Proc. feciſſe ex corrupto Cælii Lactantii loco hactenus male creditum eſt. IDEM.

4. In-

Digitized by

ticis & vaticinatoribus. PRAETEREA [4] interdicta est Mathematicorum callida impostura, & [5] obstinacitate persuasio. Nec hodie primum interdici eis placuit: sed [6] vetus haec prohibitio est. Denique extat Senatusconsultum [7] Pomponio & Rufo Consl. factum, quo cavetur, ut Mathematicis, Chaldaeis, ariolis, & ceteris, qui [8] similem [8] incertum [8] fecerunt, aqua & igni interdicatur: omniaque bona eorum publicentur: [9] & sic [9] aeternus gentium, qui si id fecerit, ut in eum animadvertatur. Sed fuit quaesitum, utrum scientia hujusmodi hominum puniatur, an exercitio, [11] & professio. Et quidem apud veteres dicebatur, professionem eorum, [12] non notitiam, esse prohibitam. [13] Postea variatum: [14] nam dissimulandum est, nonnunquam inrepsisse in usum, ut etiam [15] profiterentur, [16] & publice reprehenderent. Quod quidem magis

4. *Interdicta est*] Lego, *interdicta est*. IDEM. Hoc quoque recipere post alios debui.

5. *Obstinacitate persuasio*] Aliqui edidere, *obstinata persuasio*, sensu bono. Ego tamen contextum non mutavi: & quamvis verbum *obstinacitate* forte non esset ab Vlpiano, non tamen statim aliud pro eo in contextu reponi debuit. Posteriores scriptores dixerunt etiam *obstinantia*. Vide Eruditissimi Du Cange Glossarium. SCHVLTING.

6. *Vetus haec*] Servius IV. *Aneid. Cum multa sacra Romani susciperent, semper magica damnarunt. Probrosa enim ars habita est, ideo excusat cum ait. Testor ego magicas invitam accingier artes.* Extant vero & veria de Mathematicis Senatusconsulta apud Tacitum *libro* I. & XII. *Annal.* & primo secundoque Historiae Augustae, ceterosque ejus aetatis scriptores, quae hic colligere neque otii neque instituti est nostri, quibus potius esset quae sequuntur in integrum restituere, si quam facile est peccare, tam facile esset peccatum corrigere. PITH.

6. * *Vetus haec prohibitio est*] Etiam tempore liberae Reip. Exemplum habet Valerius Maximus *lib.* I. *cap.* 3. Ex professo hoc tractat V. C. Just. Lipsius *ad Tacit. Annal. lib.* II. *cap.* 32. *extrem.* G. SCHVLTING.

7. *Pomponio & Rufo Conss.*] A. V. IↃ CCLXX. Christi XVII, Tacitus vero *Annal. lib.* II. *cap.* 32. ubi anni praecedentis acta refert, docet facta esse de hisce Italia pellendis Senatusconsulta. In eumdem annum hoc confert Dion Cassius *lib.* LVII. *p.* 612. ut sit adeo hic dissensio in anno. IDEM.

8. *Similem incertum*] Fortasse *similem artem*. PITH. Lipsius *ad Tacit. loc. cit.* legit *similem casum*, sive *quaestum*. Jacobus Gothofredus *ad L.* 7. *Cod. Theod. de pagan.* pro *incertum* reponit *incertorum artem*, vel *incerti quaestum*.

9. *Fecerunt*] An *fecerint*. Jam ante in Vrbe hoc prohibitum fuerat alio Senatusconsulto, ut scribit Dion Cassius *eod. loc.* & addit, veniam fuisse datam iis, qui jussis paruerant. SCHVLTING.

10. *Et sic* * *aeternus gentium, &c.*] Forte plura hic intercederunt: & quidem mentio facta videtur ab Vlpiano fuisse civium, quos exilio punitos fuisse docent praecedentia. Delu pro *aeternus*, vel *aeternus* legendum *externus*, aut *externarum*, si in sequentibus illud *gentium* bene se habet. Scilicet, peregrini capite plexi sunt: id enim vult illud *animadvertatur*. Ita nostri loquuntur alibi. Plusculi attuli ad Paulum *Sententiar. lib.* I. *tit. ult.* § *ult.* Dion hac de re sic scribit, loquens de Tiberio, τοὺς μὲν ξένους ἐθνάτωσε. *peregrinos morte affecit*, cum antea tradidisset, cives exilio punitos fuisse. IDEM.

11. *Et professio*] Legendum videtur *an exercitio & professio. Et quidem, &c.* atque ita Oiselo nostro videtur, qui & paulo post ita legit, *Non dissimulandum &c.* PITH.

12. *Non notitiam, esse prohibitam*] Paulus tamen *Sententiar. lib.* V. *tit.* 21. §. *ult.* suadet, ea ut abstineatur.

13. *Postea variatum*] Non mirum: nam & ei artl fuere Principes qui faverent, velut impense Nero: sed postea dereliquit. Id docet Plinius *Naturał. Histor. lib.* XXX. *cap.* 2. & illam ipsi postea odio fuisse, indicat Philostratus de *vit. Apollon. Tyan. lib.* IV. *cap.* 35. SCHVLTING.

14. *Nam dissimulandum est*] Vel scribendum *nec* pro *nam*, cum Oiselo a Pithoeo laudato: vel legendum *dissimulandum non est*, quod est in ora ed. Paris. ex IↃ LXXXVI. IDEM.

15. *Profiterentur*] Pergulas alibi quoque habuisse Mathematicos aliquando, Suetonius scribit *August. cap.* 94. IDEM.

16. *Et publice reprehenderent*] An potius, *responderent?* Nam & horum ut juris conditorum proprie responsa dicuntur PITH. Salmasius *ad Lamprid. in Alexand. Severr. cap.* 27. pro *reprehenderent* legit *proponerent*: quo pacto scribit Lampridius *dict. loc.* de Alexandro Severo, *Matheseos peritus: & ita, ut ex jussu ejus Mathematici publice proposuerint Romae, ac sua professi, ut docerent*, ingeniose: at mihi non displiceret *responderent*, quae est conjectura Pithoei: ac minus id abire videtur a vulgata lectione, primumque habet sensum. Verbum *respondere & responsa* hac ipsa de re usurpat quoque Paulus *Sententiar. lib.* V. *tit* 21. §. 3. & 4. Suetonius *Augusto cap.* 94. & 97. aliique multis in locis. SCHVLTING.

magis per contumaciam,& temeritatem eorum factum eſt, [17] qui viſi erant vel conſulere, vel exercere, [18] quam * qui fuerant permiſſum. Saepiſſime denique interdictum eſt [19] fere ab omnibus Principibus, ne quis omnino hujuſmodi [20] ineptiis ſe immiſceret: & varie puniti ſunt hi, qui id exercuerunt, [21] pro menſura ſcilicet * & conſultationis. Nam [22] qui de Principis ſalute, capite puniti ſunt, vel qua alia graviore poena adfecti. [23] Enimvero ſiquidem * ſuaſorumque levius inter hos habentur quam vaticinatores, hii quoque plectendi ſunt: quoniam nonnumquam [24] contra publicam quietem imperiumque populi Romani improbandas artes exercent. Extat denique [25] decretum Divi Pii ad Pacatum, Legatum provinciae Lugdunenſis, [26] cujus reſcripti verba, quia multa ſunt, de fine ejus [27] ad locum [28] haec pauca ſubjecit. Denique & Divus Marcus eum, qui [29] motu Caſſiano vaticinatus erat, & multa quaſi extinctu Deorum dixerat; [30] in inſulam Syrum relegavit. Et ſane non

17. *Qui viſi erant*] Fortaſſe melius, *qui auſi erant vel conſulere, vel exercere, quam quod &c.* Quo pertinet aureum illud Taciti ex *lib.* I. *Hiſtor. Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Eſt vero hoc vulgi vocabulum. Gellius *lib.* 1. *Vulgus*, inquit, *quos gentilitio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, Mathematicos vocat.* Et Ammianus *lib.* XXIX. *Mathematicis, ut memorat vulgus*, quo etiam libro plura ille de Mathematicis. PITH. Salmaſius *dict. loc.* legit *qui viſi erant*: & *ad Capitolin. Ver. cap.* 9. exponit illa, *viſi erant conſulere, vel exercere*, hoc modo, *conſulebant, vel exercebant.* Mihi non improbatur *qui auſi erant*, quod Pithoeus voluit: idque reſpondet temeritati & audaciae, quarum modo facta eſt mentio. SCHULTING.

18. *Quam qui fuerant permiſſum*] Salmaſius ad *Lamprid. loc. cit.* reponit, *quam qui fuerit permiſſum.* Particula *qui* hic notat *propterea quod*, vel *quia*: quo modo etiam ut quis legat, per me licebit. Ed. Genev. clɔ Iɔ LXXXVI. habet *quod*, ſed nulla auctoritate. Verum ad rem. Ne quis igitur putet, Ulpiano obloqui Lampridium, cujus verba jam adduximus: Ulpianus enim ſub Caracalla haec ſcripſit; adeoque ante Alexandri Severi tempora. IDEM.

19. *Fere*] Pariſ. ed. clɔ Iɔ LXXXVI. in marg. praemittit &.

20. *Ineptiis*] Vanis & inanibus haec accenſentur. Diximus *ad l. un. C. Gregorian. de maleſic. & Manich.* Alibi ἀσκήσεων. ita *Actor. cap.* 19. *verſ.* 19. ubi multa collegit Hammondus & ſic Philoſtratus *vit. Apollon. Tyan. lib.* IV. *cap.* 35. SCHULTING.

21. *Pro menſura ſcilicet*] *Pro menſura ſcelerit.* PITH. Sic quoque conjecerat Lipſius *ad Tacit. Annal. lib.* 11. *cap.* 32. *excurs. G.* & Freherus *Parerg. lib.* 1. *cap.* 9. qui non viderant hanc notam Pithoei: ea enim primum lucem vidit in edit. Pariſ. clɔ Iɔ C LXXXIX.

22. *Qui de Principis ſalute, &c.*] Ita & Paulus *Sententiar. lib.* V. *tit.* 21. §. 3. ad quem locum in notis plura adducuntur. Item ſervio fuit interdictum, ne de ſalute dominorum conſulerent, ſub poena ultimi ſupplicii, *dict. loc.* §. *ult.* Criminis talis accuſatum fuiſſe aliquando Septimium Severum ſcribit in ipſius vita Spartianus *cap.* 4. SCHULTING.

23. *Enimvero ſiquidem * ſuaſorumque levius inter &c.*] Jac. Gothofredus *ad l.* 6. *Cod. Theod. de maleſic. & Mathemat.* ita recte legit: *enimvero ſi qui de ſua ſuorumque, levius.* Sequentia ſic poſſent conſtitui. *Inter hos habentur etiam vaticinatores;* niſi tamen plura exciderint. De iis & Paulus agit *dict. lib.* V. *tit.* 21. IDEM.

24. *Contra publicam quietem &c.*] Simile habet Paulus *dict. loc.* ad quem videantur notata.

25. *Decretum*] Mox vocatur reſcriptum: & magis proprie.

26. *Cujus reſcripti &c.*] Quae ſequuntur, ea ſunt auctoris hujus libelli, non Ulpiani, uſque ad *ſubjecit.* SCHULTING.

27. *Ad locum*] Sic olim notare ſolebant particulas, quas ex conſtitutione aliqua aut recitabant, aut exſcribebant, adjectis etiam interdum primis conſtitutionis verbis: cujus moris plures ſunt in Theodoſiano Codice reliquiae, quibus etiam accidit, ut ea verba neſcio quomodo in textum ipſum irreperent, & excerpti partem occuparent, ut in *l* 3. *de poſtuland.* & Novella Majoriani de *Epiſcopali Judicio.* PITH.

28. *Haec pauca ſubjecit*] Verba reſcripti vel decreti hic nulla habemus: & vitio librariorum forte interciderunt. In ſequentibus lege, *quaſi ex inſtinctu*, quod recepit editor Leidenſis. SCHULTING.

29. *Motu Caſſiano*] Eſt & hujus Caſſiani furoris tumultuſque mentio in eo Pauli fragmento quod extat in Codice Juſt. ſub titulo *ad leg. Jul. majeſt.* & apud Tertyllianum in libro de fuga in perſequutione, & in Apologetico. Hiſtoria ipſa a Capitolino & Gallicano pluribus narratur. PITH.

30. *In Inſula Syrum*] Lego, *in inſulam Syrum.* Eſt & ejus inſulae mentio apud Strabonem: & Servius ad illud

non debent impune ferre hujuſmodi homines, qui ſub obtentu, & monitu Deorum, quaedam vel renunciant, vel jactant, vel ſcientes [31] eos fingunt.

III. GREGORIANVS [32] libro VII. de maleficis & Manichaeis, ſub titulo [33] comp. MAXIMVS Dioclitianus & Maximianus, Nobiliſſimi AA. Juliano Proconſuli Africae. Otia maxima interdum homines * [34] in communionem conditionis naturae hominum modum excedere hortantur: & quaedam genera [35] inaniſſima ac turpiſſima doctrinae ſuperſtitionis inducere ſuadent, ut ſui erroris arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Juliane Kariſſime. Sed Dii immortales providentia ſua [36] ornare & diſponere dignati ſunt quae bona, & vera ſunt, & multorum, & bonorum & egregiorum virorum, & ſapientiſſimorum conſilio & tractatu inlibata probarentur, & ſtatuerentur: quibus nec obviam ire, nec reſiſtere fas eſt: neque reprehendi a nova vetus religio [37] deberet. [38] Maximi enim criminis eſt * [39] ſed tractare quae ſemel ab antiquis tractata, & definita ſunt [40] ſtatum, & curſum tenent, ac poſſident. Vnde pertinaciam pravae mentis nequiſſimorum hominum punire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim, qui novellas & inauditas ſectas [41] de terroribus religionibus obponunt, ut pro arbitrio ſuo pravum excludant quae divinitus conceſſa ſunt. * Quoniam nobis de quibus ſolertia tua Serenitati noſtrae retulit,

illud Virgil. III. *Aeneid. Mycone celſa Gyaroque relictis, Quidam*, inquit, *per hiſtoriam dictum putant. Nam inter Myconem & Gyarum Syrum unam de Cycladibus eſſe dicunt, unde fuit Pherecides Philoſophus* Sic enim in optimo exemplari reponendum arbitror: nam totus ille locus in editis hactenus exemplaribus deeſt. IDEM.

31. *Eos fingunt*] In cod Scalig. eſt *confingunt*, quod non improbem. SCHVLTING.

32. *Lib. VII.*] Lego *lib.* IX. vel *lib.* VIIII. Illic hae legem repoſui inter fragmenta ejus Codicis: ac quaedam ad illam notavi: & ab aliis notata ad examen revocavi. IDEM.

33. *Comp.*] In marg. cod. Scalig. eſt *Impp.* id eſt, *Imperatores*, recte. IDEM.

34. *In communionem*] Fortaſſe melius, *communiorem*. PITH.

35. *Inaniſſima*] An potius *Inmaniſſima?* IDEM.

36. *Ornare*] Malim, *ordinare*. IDEM.

37. *Deberet*] Puto legendum, *neque reprehendi nova vetus religio debet. Maximi enim criminis eſt retractare quae ſemel ab antiquis tractata & definita ſunum ſtatum & curſum tenent ac poſſident.* IDEM.

38. *Maximi enim criminis*] Servius ad illud Virgilii ex *lib.* VIII. *Veterum ne ignara Deorum, Cautum*, inquit, *fuit & apud Athenienſes & apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones, nam ideo & Socrates damnatus eſt, & Chaldei & Judai ſunt urbe depulſi.* IDEM.

39. *Sed tractare*] *Retractare.* IDEM.

40. *Statum*] Leidenſis editor addidit *enim*, male: debent namque legi haec uno ſpiritu, *definita ſuum ſtatum, &c.* quod bene vidit Pithoeus; & probavit Scaliger in ora codicis ſui. SCHVLTING.

41. *De terroribus*] Sic vetus exemplar, niſi quis agnoſcat, *deterioribus*, quo verbo, ne quid diſſimulem, a Principibus Chriſtiano nomini infenſiſſimis, ſacroſanctam religionem perſtringi credibile eſt, in eoque etiam miror hujus collectoris ſimplicitatem dicam, an potius oſcitantiam, qui cum hoc maxime ageret, ut longe ante Divinis legibus cautum oſtenderet, quod Romanis poſtea comprehenſum eſt, non animadvertit quae contra Manichaeos dicuntur, etiam ad Chriſtiani nominis contumeliam pertinere. Sed ea fuit apud majores noſtros conſcientiae fiducia, is candor, ut ſumma fide omnia referrent, & atrociſſima hoſtium maledicta facile contemnerent. Sic in Theodoſii Codice conſtitutiones quaſdam legimus, quibus ſanciuntur Synodi, quae ab univerſa Eccleſia pro haereticis damnatae rejectaeque ſunt. Sic & Juliano Divi nomen ut optimo Principi tribui audimus. Quae ſi quis tollenda cenſeat, tollat & ea quae in eo qui Juſtiniani nomen praefert in monazontas ex Valentis furoribus reliqua ſunt. Tollat & Cyrilli libros, quibus Juliani in Chriſtianos dicteria inſeruit. Tollat denique Taciti, Trogi, Suetonii, Galeni, Luciani, Rutilii, Eunapii, atque adeo Juliani ipſius ſcripta, quibus ſacroſanctam religionem convitiis atque opprobriis lacellitam quis non videat? Sed eſt omnium veritas fortiſſima. PITH.

tulit, Manichaeos audivimus eos [42] nuperrime, velut nova inopinata prodigia, in hunc mundum de Perſica adverſaria nobis gente progreſſa, vel orta eſſe: & multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare: nec non & civitatibus maxima [43] detrimenta inferere: & verendum eſt, ne forte, ut fieri adſolet, accedenti tempore conentur [44] execrandas conſuetudines, & * [45] iſtebas leges Perſarum innocentioris naturae homines [46] Romana gente modeſtam atque tranquillam, & univerſum orbem noſtrum veluti venenis [47] de ſuis malivolis infigere. Et quia omnia, quae pandit prudentia tua [48] in relationem religionis illorum genera maleficiorum * ſtatutis evidentiſſimorum exquiſita & adinventa commenta, ideo eorum * maenas atque poenas debitas & condignas illis ſtatuimus. Jubemus namque auctores quidem ac principes una cum abominandis ſcripturis eorum ſeveriori poenae ſubjici, ita ut flammeis ignibus exurantur: conſentaneos vero, & [49] uſque ad eos contentioſos capite puniri praecipimus: & eorum bona fiſco noſtro vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honorati, aut cujuslibet dignitatis vel majoris perſonae ad hanc inauditam & turpem, atque per omnia infamem ſectam, vel ad doctrinam Perſarum ſe tranſtulerunt, eorum patrimonia fiſco noſtro adſociari facies: [50] ipſos quoque Forenſibus, vel Proconenſibus metallis dari.

[*] Vt

42. *Nuperrime*] Sane & Euſebius ejus ſectae originem ad horum Principum initia retulit, quamquam ex Epiphanio ſatis conſtat ſub Aureliano & Probo Imp. coepiſſe in Perſide, unde Manes, tandem & ipſe a Perſarum Rege ſupplicio affectus, diſcipulos habuit plures, qui infaniae nomen vitantes, ſe non Manichaeos, ſed Mannichaeos appellarunt, & auctorem ſuum Mannem, tanquam manna fundentem. Ne quis autem putet Manichaeos Chriſti nomen ita profeſſos ut a gentilium ſacris abſtinerent, ut caeteri fere qui a noſtris haeretici judicati ſunt, diſcat ex Philaſtrii indice eos Diis etiam Deabuſque immolaſſe. IDEM.

43. *Detrimenta inferere*] Malim, *inferre*. IDEM.

44. *Execrandas conſuetudines*] *Per execrandas conſuetudines*. IDEM.

45. *Iſtebas leges*] *Inceſtas leges*. IDEM. In ed. Parif. cIↃ IↃ LXXXVI. ad marginem eſt *Hiſtaſpeas*: ſed hae leges ſunt inauditae. SCHVLTING.

46. *Romana gente*] *Romanam gentem*. PITH.

47. *De ſuis malivolis infigere*] *Suis malivolis defigere*. IDEM. Conjecturam hanc Pithoei legentis *defigere* non improbavi *not. ad Cod. Gregorian. ad hanc leg.* Re tamen attentius perpenſa, mallem *ſuis malivolis inficere*, quod expreſſit Leidenſis editor: quem tamen eo uſque imitari auſus non fui. Ceteroquin *defigere* non tam ad venena, de quibus hic ſermo eſt, pertinet, quam ad incantationes ac devotiones magicas. SCHVLTING.

48. *In relationem*, Mallem, *in relatione*, quam nempe Julianus ad Imperatores transmiſerat. IDEM.

49. *Vſque ad eos*] Melius, *uſque adeo*, & paulo poſt, *ad hanc inauditam & turpem, & per omnia infamem ſectam* PITH.

50. *Ipſos quoque Forenſibus vel Proconenſibus*] Metalla multa numero fuerunt, ut Ulpianus ait in *l. 8. §. eſt poena. D. de paen.* Proconenſium mentio eſt apud Juſtinianum *Novell.* XXII. De Forenſibus nihildum legiſſe memini, & fortaſſe hic locus ſic potius legendus eſt, *Elafonenſibus vel Proconenſibus metallis*, ſi quidem & ille apud Plinium integer manſit *ſub finem lib.* V. *Hiſtor.* in quo ita legitur, *Inſula in Propontide ante Cyzicum Elafonneſus, unde Cyzicenum marmor, eadem Neuris & Proconneſus dicta.* Petrus Alexandrinus apud Theodoritum, *lib.* IV. *cap.* 20. & Euſebius *lib.* VIII. *cap.* 25. Rufini 14. Sane τοῖς Φοινικίοις καὶ προκονησίοις παραδίδοντο μετάλλοις apud Theodoret. ſcriptum reperio. Apud Athanaſium aliter: Εἰς μέταλλον (inquit) ἐκπεσόντας, καὶ μέταλλον ἐκ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς Φοινίκης ὄνομα καὶ Φοινῖκας καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις ὑπέστη ζῆσαι. At in Epiphanio ἐν τοῖς Φοινικίοις μετάλλοις legitur. IDEM. Ed. Parif. cIↃ IↃ LXXXVI. ad marg. habet *Fonenſibus*; verum ubi haec metalla ſunt? Ingenioſe haec emendat Pithoeus legens, *Elaphonenſibus vel Proconnenſibus*. Inſulae, ubi erant, fuere duae olim in Propontide, a cervorum in illis copia dictae, ut conſtat ex Scholiaſte Apollonii Rhodii *ad Argonaut. lib.* II. *verſ* 779. Fuere vero poſtea congeſta terra conjunctae. Inde nomina quoque confuſa. Docet hoc pluribus V. C. Joh. Harduinus *ad Plin. Natural. Hiſtor. lib.* V. *cap. ult.* Proprie vero dici deberet *Elaphonneſenſibus, vel Proconneſenſibus*: verum in libris anti-

Digitized by Google

[s] Vt igitur ſtirpitus amputari[t] [u] malis haec nequitiae de ſaeculo beatiſſimo noſtro poſſit, devotio tua juſſis ac ſtatutis tranquillitatis noſtrae maturius obſecundare[v]. Dat. prid. Kal. April. Alexandriae.

antiquis ita legi, *Proconnenſis*, ut *Peloponnenſis*, & ſimilia, docet Salmaſius *in Solin. p. 28. & p. 703.* An tamen *Forenſibus* non natum eſt ex *Fenenſibus*, aut *Phenenſibus* a *Feno*, vel *Pheno*, in Arabia Petraea, vel Palaeſtina Tertia: de qua videri poterit Car. a Sancto Paulo *Geograph. Sacr. p. 306.* Illic metalla fuiſſe docent Euſebius & Hieronymus *de loc. Hebraic.* aliique: imo & illorum metallorum cum Proconnenſibus ſimul meminit Theodoretus Pithoeo laudatus *Hiſtor. Eccleſ. lib. IV. cap. 22.* SCHVLTING.

51. *Vt igitur*] Hic locus ſic reſtitui poteſt, *ut igitur ſtirpitus amputari radix haec nequitia de ſaeculo noſtro beatiſſimo poſſit, devotio tua, i. ac. ſt. et. noſt. obſecundare feſtinet.* PITH.

52. *Malis haec nequitia*] In marg. ejusdem ed. Pariſ. eſt *tales haec nequitia.* Genev. CIↃ IↃ LXXXVI. pro more, Pithoei emendationem in contextu exhibet.

Explicit Titulus de Mathematicis, maleficis, & Manchaeis.

TITVLVS XVI.

Incipit de Legitima Succeſſione.

I. [1] SCRIPTVRA DIVINA SIC DICIT. *Filiae Salpadae adſtantes ante Moyſen & Eleazarum Sacerdotem & Principem, omnemque Senatum filiorum Iſraël in foribus tabernaculi teſtimonii, dixerunt. Pater noſter mortuus eſt: & filii non fuerunt ei, ſed filiae. Et ideo non deleatur nomen patris noſtri de medio tribus ſuae. Non eſt ei maſculus. Date nobis poſſeſſionem in medio fratrum patris noſtri. Et obtulit Moyſes petitionem earum Domino Deo: & locutus eſt Dominus Moyſi, dicens: recte filiae Salpadae locutae ſunt: & ideo dabitis eis poſſeſſionem hereditatis in medio fratrum patris earum. Et dicimus haec filiis Iſraël. Homo ſi deceſſerit, & filios non habuerit, dabitis hereditatem proximo eorum de tribu ejus: & poſſidebit omnia ejus. Et erit haec filiis Iſraël juſtificatio judiciorum, ſecundum quae conſtituit Dominus Moyſi.*

II. [2] GAJVS Inſtitutionum [3] libro III. legitimas ſic ordinat ſucceſſiones. INTESTATORVM hereditates lege duodecim tabularum primum ad ſuos heredes pertinent. Sui autem heredes exiſtimantur liberi, qui in poteſtate morientis fuerint, veluti filius filia, vel nepos neptisve, [4] pronepos proneptisve ex

1. *Scriptura*] Hoc eſt illud celebre judicium quod a Moyſe refertur *lib. IV. cap. XXVII.* PITH.

2. *Gajus lib. III. Inſtit.*] Sic vet. ex. Et Gajum quidem libros quatuor Inſtitutionum ſcripſiſſe Digeſtorum index praefert. Sed haec eſſe potius ex libro ſecundo facile adducor ut credam. Caeterum ex iis fragmentis ſatis jam liquebit qualem nobis Gajum Anianus ſuppoſuerit. Meliore aliquanto fide Tribonianus magnam horum partem tranſtulit in Inſtitutiones ſuas ſub *Tit. 1. libr. III.* ex quo & iſta ſupplere atque emendare multis locis facile eſt. Nos ea tantum attingemus quae compoſitores ultro omiſerunt, vel quod poſterioribus conſtitutionibus immutata, vel quod penitus in uſu eſſe deſiſſent. IDEM.

3. *Lib. III.*] Nihil cauſae video, quare in hoc numero aliquid mutemus; maxime cum in tertio quoque libro Inſtitutionum Juſtinianearum haec materia exponatur: haec vero ordinem, & librorum diſtinctionem ex Cajo retinuiſſe videantur. Ceterum nos hic pauca habemus notanda: ſed jam ad Cajum multa ſatis ab aliis, nobisque dicta ſunt, praeter ea, quae hic ſcripta reliquit Pithoeus. SCHVLT.

4. *Pronepos proneptisve*] Caeterique ex his deſcendentes. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex XII. tab. comprehendit, ut recte Fl. ſcriptum eſt in *l. 220. D. de verb. ſign.* Suorum igitur nomen eſt ex XII. ſive ex jure civili *l. 7. D. de bon. damnat.* Sui ſunt legitimi *l. ſcripto, 7. D. unde lib.* PITH.

ex nepote filio nato prognatus prognatave. Nec interesse, naturales liberi, an adoptivi. Ita demum tamen nepos neptisve, & pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit sive alia ratione, veluti emancipatione. Nam si per idem tempus, quo quisque morietur, filius in potestate ejus sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. Idem & in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligimus. Vxor quoque

§. *Vxor quoque*] Hujus juris vestigium est in *l.* 195. §. 1. *D. de verb. sign.* Servius *in lib.* 1. *Georg. Tribus*, inquit, *modis apud veteres nuptiæ fiebant, usu, si verbi gratia, mulier anno uno cum viro, licet sine legibus, fuisset: Farre, cum per Pontificem Maxim. & Dialem Flaminem, per fruges & molam salsam conjungebantur: unde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi nascebantur: Coëmptione vero atque in manu conventione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, ut si quis prior fuisset defunctus, locum hæreditatis jussum alteri faceret.* Hæc Servius, non ille adulterinus & suppositicius jejunarum animarum ineptiis & commentis hactenus deformatus: sed Servius purus purus, ex cujus fragmentis Danielis nostri beneficio interim hæc exscripsimus, ea spe fore, ut vir & doctrinæ & diligentiæ multæ, brevi cum ex suis illis, tum ex nostris exemplaribus Servium nobis magna sui parte superstitem restituat. Porro ex hoc Servii loco sane quam eleganti, illud mihi primum videor didicisse quod Dionysius scribit de jure nuptiarum quæ κατὰ νόμους ἱερὸς contractæ sunt, ad confarreationem potius referenda esse, quamquam is quidem ritus Romuli temporibus nondum in usu fuisse videatur, si verum est quod Plinius scribit a Numa primum in sacrificiis far molamque salsam adhibita. Sed & illud apud Tacitum *lib. IV. Annal. & Hist. IV.* confarreatis parentibus genitos, patrimos & matrimos significare: quo nomine hactenus censiti sunt omnes, quibus pater materque superstites essent. Nec id quidem sine auctoribus Nam & hoc idem apud Sex. Pompeji breviatorem in *Flaminia* legimus, & quem Dionysius Halicarn. *lib.* 11. & Plutarchus *in Numa* ἀμφιθαλῆ παῖδα nominant, Hesychius exponit τὸν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα μηδενὸς ἀφῃρημένον. Immo & ex Sibyllinis versibus hi a Politiano referuntur.

- - - - χαρὶς δὲ πάρα χαρὶν ἀνται ἔχουσι,

Καὶ χαρὶς παῖδων ἔρεπτε τάχυς ἄλλα γενέσθαι

Πάντων ζώντων εἰς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.

Quos ille se de Zosimi historia sumsisse ait. Sed adscribam ad eam rem pertinentia Zosimi ipsius Græca verba, quæ mihi ex doctiss. disertissimique viri epistola Cl. Puteanus communicavit, cujus ego eruditioni atque amicitiæ & hoc lubenter acceptum refero. Nam Onuphrius quidem Panvinius Latine tantum antea retulerat. Sic igitur Zosimus, cum de ludis secularibus differeret, ἐμέμνητο δὲ τῶν ἐν τῷ παρὰ τὸ καπιτώλιον ἀνθέλκυσιν ἱερῶν τριῶν ὄντων πατρικίων ἐπιφανῶν (Horatius claris patribus ortos, Tacitus patricios fuisse exponit) μετὰ παρθένων τοιούτων οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὄντες ἐκ τῶν ἀμφοτέρων τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνουν ἄδουσι τῷτε ἑλλήνων κρατοῦσι τῷ βασιλεῖ Φοιβῷ καὶ παίωνας, ἐν ᾧ καὶ ὑπὲ βασιλέως αὐξάνεται πόλις. Quæ noster Puteanus sic conciliat, ut omnes patrimos matrimosque proprie dictos putet qui parentes adhuc vivos haberent, eosque præterea confarreatos: vivos boni ominis causa: confarreatos, propter auctoritatem sacrorum. Sane quidem non aliios vetusto more patrimos matrimosque legi solitos verisimile est. Sed post omissam confarreandi adsuetudinem (quod Tacitus jam ante Tiberii tempora accidisse significat) recte ejus ætatis posteriorisque scriptores & ex usu & proprietate ipsa verborum quæ confarreationis nihil habent, eos patrimos matrimosque interpretati sunt, qui modo patrem matremque adhuc vivos haberent. Nam & sic olim pater patrimus dicebatur, qui cum jam ipse pater esset, haberet etiam tum patrem. Vnde & pater patratus Plutarcho *in Probl.* Verum quid prohibet & alios Servii locos adjicere necdum, quod sciam, proditos, & totam coëmendi conferreandique rationem, quæ hactenus non satis cognita sunt, exponentes? Sic igitur in illud *lib. IV. Æneid. Liceat Phrygio servire marito. Sane hic*, inquit, *coëmptionis speciem tangit. Coëmptio enim est ubi libra atque æs adhibetur, & mulier atque vir inter se quasi emptionem faciunt, quod ante jam in 1. Georg. Teque sibi generum Tethys emat: quoniam coëmptione facta, mulier in potestatem viri cedit, atque ita sustinet conditionem liberæ servitutis* (sic in opt. ex. legendum arbitror) *ait enim, Liceat Phrygio servire marito, & in Georgic. Tibi serviat ultima Thyle. Quoque omnis iste mos coemptionis & citra nominis nuncupationem dotis data taxatione expediretur, quæ res in manum conventio dicitur, subjunxit, Det alterius tua Tyrios permittere dextræ. Quid est enim aliud dextra quam in manum convenire? quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis divinis maximis elementis, natura conjuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam jure Pontificio in matrimonium necesse est convenire.* Et paulo post. *Mos apud veteres fuit Flaminis ac Flaminiæ, ut per farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas ovilli pelle superinjecta pensi ejus ovis quæ hostia fuisset, & ipsi nubentes, velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica residerent. Age igitur, beavi: lanata enim uxor dicitur, quod*

que, quae in manu ejus est, [6] is sua heres est: quia filiae loco est: item nurus, [7] quae in filii manu est: nam & haec neptis loco est. Sed ita demum erit sua heres, si filius, cujus in manu erit, dum pater moritur, in potestate ejus non sit. Idemque dicimus & de ea, quae in nepotis manu matrimonii causa sit; quia proneptis loco est. Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui heredes sunt. Idem juris est de his, [8] quorum nomina ex lege Aelia Sentia, vel ex Senatusconsulto post mortem patris

quod simul enim eo fœdere dum confarreatur. Confarreationes autem tonitru dirimit. Ad hanc autem conjunctionem quæ frugibus & mola salsa fieret, etiam diffarreationem proprie pertinuisse existimo, cujus apud Sex. Pompejum mentio est: ut non nisi contrario sacrificio vinculum illud confarreationis dissolveretur, quo nihil religiosius in sacris fuisse Plinius scribit, cum cætera matrimonia ex XII. tabulis facile dissolverentur muliere domo exacta & res suas habere jussa clavibusque ademptis: demum etiam confarreatione jam abolita, per libertum septem civibus Rom. puberibus præsentibus ex lege Julia. Sed quod sequitur apud Servium eo loco quem initio recitavimus, non sic accipiendum est, quasi in manum conventio coëmptione sola fiat, quod Boëtio visum est: nam & farre convenitur in manum, ut Ulpianus scripsit *Tit. 9.* & Servius idem postea significat. Ergo tam confarreatione quam coëmptione maritus in patris locum, uxor non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti & in sui heredis locum venit, estque in ejus manu mancipioque, aut ejus in cujus maritus manu mancipioque est, & Materfamilias proprie appellatur, ut post M. Tullium A. Gellius scripsit, & ex illo transtulit Servius *in lib. IX. Æn.* Sed hic illud quæri non absre potest, An ea quæ anno uno continuo absque usurpatione apud virum fuit, post annum in ejus manu esse incipiat & hæres ei sua fieri? Quod & Labro nostro visum est, & mihi probatur. Nam quo usucapio, quæ etiam rerum nec mancipi esse dicitur, nisi ut uxor viri fiat jure Quiritium, & in ejus potestatem redigatur? Et sane M. Tullius hoc etiam modo mulierem in manum convenire significat. Sic enim in ejus oratione pro L. Flacco constanti omnium exemplarium fide scriptum legimus. *In manum*, inquit, *convenerat. Nunc audio. Sed quaero, utrum usu an coëmptione.* Quanquam scio non deesse qui *in matrimonium* malint, sed quod sequitur, *Usu non potuit: nihil enim de tutela legitima potuit sine omnium tutorum auctoritate deminui*, indicat hoc saltem usu mulierem tutela liberatam, quod sine minima capitis diminutione fieri non potuit, id est, in manum conventione, ut Ulpianus explicat libro singulari Regularum *Tit. de tut.* & Boeth. ipse in *Top.* sequitur, qui hæc alioqui non satis jurídice distinguit. Dicet aliquis: Quænam igitur erit illa forma uxoris quæ matrona proprie dicitur, & tantummodo uxor habetur? Nempe hæc eadem quæ vel sine legibus cum viro est antequam usucapta sit, sive intra annum, seu post annum, si trinoctium absuerit usurpandi causa, ut ex Q. Mutio Gellius tradit. Atqui hæc concubina potius videatur quam uxor. Immo vero in ejus mulieris consuetudine cum qua connubium esse potest, non concubinatum, sed nuptias intelligimus *l. 24. D. de ri. nupt.* Et hic igitur in dubio nuptiæ præsumuntur, & uxor illa interea est: sed non est in mancipio viri antequam usucapta sit. Hæc nos post tot scriptores de ritu & jure nuptiarum non adeo trita, qui aut non satis idoneo loco, aut prolixius tractasse arguet, et ego tam ingratæ reprehensionis occasionem sic invidebo, ut tamen æquiorem mentem optaturus sim. PITH. Aliquid etiam de hac specie uxorum diximus ad Ulpianum *tit. 9.*

6. *Is sua heres est*] Lego, *ei sua h. e.* PITH.

7. *Quæ in filii manu est*] Ergo & qui in aliena potestate est, uxorem in manu habere recte dicitur. Immo & hæc materfamilias a nostris auctoribus appellatur *l. 44. D. de adopt.* licet ejus vir paterfamilias non sit: quod Verrii definitioni non satis congruit. Alias autem materfamilias dici solet quæ nupta in patris vel avi potestate non est, *l. 30. & 34. D. solu. matr. l. 5. D. de bon. damnat.* IDEM.

8. *Quorum nomina ex lege*] Puto legendum, *quorum nomine ex lege Ælia Sentia vel ex SC. post mortem patris, &c.* quod pertinet ad illud caput legis Æliæ Sentiæ, cujus Ulpianus meminit *Tit. 7.* Qui locus, ut hoc obiter moneam, sic meo judicio restituendus est. *in potestate parentum sunt etiam ii liberi quorum causa probata est per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas. Nam seu civis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam quæ dedititiorum numero est, quasi civem per ignorantiam uxorem duxerit, sive civis Romana per errorem peregrino, vel ei qui dedititiorum numero est, aut etiam si Latino nupta fuerit, ex lege Ælia Sentia causa probata civitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos, qui dedititiorum numero sunt, & ex eo fiunt in potestate parentum liberi.* Quod subjicit de SC. referendum videtur ad decretum amplissimi ordinis circa legem Æliam de consilio & causa probanda *l. 2. in fine D. de off. Cos.* non tantum in minore sed & inter disparis conditionis personas, ut hic locus indicat. Ad quod etiam consilium pertinere videtur *l. 24. D. de manumiss.* quæ alioqui si de judicio liberalis causæ accipiatur, inter fugitivas non immerito censebitur. IDEM.

patris causa probata in potestate ejus futuri essent: [9] & de eo filio, qui ex prima secundaque emancipatione post mortem patris manumittitur, intelligimus. [10] Cum filius filiave, & ex altero filio nepotes neptesve existent, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu propior est ulteriorem excludit: [11] aequum enim videtur, nepotes neptesve [12] in patris sui locum portionemque succedere. Pari ratione etsi nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placebat nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in patris sui locum succedere, conveniens, non in capita, sed in stirpem hereditates dividi: ut filius [13] dimidiam partem hereditatis fruat: ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes extent, ex altero filio unus forte vel duo, ex altero tres aut quatuor, * altera dimidiam. * *De Agnatis.* Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. Vocantur autem agnati qui legitima cognatione juncti sunt. Legitima autem cognatio haec est, quae per virilis sexus personas conjungitur. Ita qui eodem patre nati sunt fratres, agnati sibi sunt, qui etiam consanguinei vocantur: nec requiritur, an matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est, qui ex duobus fratribus progenerati sunt, [14] quos plerique

9. *Et de eo filio*] Est hic & alius agnationis modus ex manumissione qui ab Vlpiano quoque recensetur *Tit. 23.* Porro hi casus si quidem post mortem contingerent, ad juris antiqui formulam, sin ante, sed post testamentum, ad legem Velleam olim pertinuerunt. Quod latius explicare non est hujus loci. PITH.

10. *Cum filius filiave*] Et haec ex eodem Institutionum Titulo suppleri atque emendari possunt. Quod sequitur de agnatis, in Titulum de successione agnatorum magna parte translatum est, quem cum hoc conferre cujusvis operae fuerit. IDEM.

11. *Aequum enim videtur*] Lex XII. tabularum agnatis praefert suos quoslibet sine distinctione. Itaque sufficit suum heredem esse, nec spectatur proximior sit an ulterior. Quamobrem successionis, sive, ut hodie loquimur, repraesentationis ratio aliqua ex aequitate habita est, ut inter suos haeredes in stirpes, non in capita dividatur hereditas. Quod prudentium interpretatione receptum Gajus significat. At eadem lex deficientibus suis heredibus agnatum non quemlibet vocat, sed proximum: ob idque inter agnatos semper in capita, nunquam in stirpes dividitur hereditas ex XII. tabulis. Qua etiam ratione idem in libertorum successione servari Paulus tradit *lib. II. Sentent.* ex sententia Juliani in *l. 23. § 1. D. de bon. libert.* Alio sensu auctores nostri dixerunt in suis & legitimis non esse successionem sequentis scilicet gradus ejusdem ordinis post delationem aut adquisitionem. Quod veteri jure perpetuum est, ea etiam ratione quod proximo tantum legitima hereditas deferatur, *l. 2. § sciendum. & l. 2. § legitima D. de suis & legit.* Si tamen filius matris hereditatem ad quam ex Orfitiano ut legitimus vocatur, sibi delatam repudiaverit, aut cum agnovisset, abstinendi causa restitutus sit, caeteri legitimi admittuntur. Sed hoc fieri ex ipsius SC verbis indicat *l. 1. § si nemo. junctis §. seq. D. ad SC. Tertyll.* In bonorum possessione Vnde cognati post delationem successio est, *l. 2. C. de succeff. edict.* nempe, quia ex sola Praetoris indulgentia pendet, *l. 1. D. unde cogn.* Non est tamen successio post adquisitionem *l. uls. D de succeff. edict.* Eadem ratione tentari potest & in honoraria Vnde liberi esse successionem, cum ea cognatis detur veluti emancipatis, nec tam spectetur jus civile quam ipsa natura. *§. emancipati. & §. minus. Instit. de succeff. quae ab intest. defer.* Sed haec omnia Justinianus exaequavit. IDEM.

12. *In patris sui locum portionemque succedere*] Imo & suorum appellatione hos comprehensos esse in lege duodecim tabularum scribit Callistratus *l. 220. pr. D. de verbor. signification.* SCHVLTING.

13. *Dimidiam partem hereditatis fruat*] Editio hic loci procurata habet, *dimidiam partis hereditatis fruatur*: quod factum audacter. Pro *fruat* si legas *ferat*, quod & Scaligeri codex habet in margine, recte sese omnia habebunt. Vide etiam dicta ad Casum. IDEM.

14. *Quos plerique etiam consobrinos*] Hoc verbum Triumviris difficile, qui consobrinorum nomine hos semper intelligi voluerunt: quod tamen per abusio-

rique etiam consobrinos vocant. Qua ratione, scilicet, etiam ad plures gradus agnationis pervenire potuerimus. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem; sed his, qui tunc, cum certum est, aliquem intestato decessisse, proximo gradu sunt. Nec in eo jure successio est. Ideoque si heres proximus omiserit, vel antequam hereditatem adierit, decesserit, sequentibus nihil juris competit. [15] Ideo autem non mortis tempore, [*] certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quam si quis testamento facto decesserit, melius esse visum est, tunc requiri proximum, cum certum esse coeperit, neminem ex testamento heredem fore. Quod ad feminas attinet, [16] hoc jure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placet, aliud in ceterorum ab his capiendis: nam & feminarum hereditates [17] proinde agnationis jure redeunt, atque masculorum: nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. Itaque soror fratri, sororive legitima heres est: amita vero, & fratris filia heres esse non potest. Sororis autem nobis loco est etiam mater, aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum jus filiae consecuta est. Si quis defunctus erit, si sit frater, & alterius fratris filius, sicut ex superioribus intelligitur, frater potior est, quia gradu praecedit: [18] sed alia [*] faciat juris interpretatio inter suos heredes. Quod si defuncti nullus frater exstet, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed quaesitum est, si dispari numero sint, forte nati ex uno unus, vel duo, & ex altero tres, aut quatuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes juris est, an potius in capita. [19] Jamdudum autem placuit, in capita dividendam hereditatem. Itaque quot.

quot

abusionem fieri Theophilus recte notat. Idque verbi etymologia suadet. Consobrini enim quasi consororini dicuntur. Nonius, *Consobrini ex duabus editi sororibus, de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus & maxime in Afranio & jurisconsultis veterrimis scriptoribus.* Sic legendum, non *viris*, qui error etiamnum manet apud Suetonium *in Nerone*, & Capitolinum *in Pio.* PITH.

15. *Ideo autem*] Lego, *Ideo autem non mortis tempore sed cum certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si quis test. &c.* IDEM.

16. *Hoc jure*] Id est, jure civili, sive ex lege Voconia, ex qua ex legitimae cognationis nomen de masculis, non ex XII tabulis. Aliud vero ex edicto Praetoris observatur, *§. caterum. de legit. agnat. success.* Mansit tamen in cognatorum definitione masculorum nomen in *l. 2. §. 1. de suis & legit.* IDEM.

17. *Proinde agnationis jure*] Non fuit satis. Nam suos heredes foeminae non habent. Hinc illa olim quaestio de jure apud Centumviros, Pilius an frater debeat esse intestatae heres. Sic enim apud Fabium legendum est *lib.* IV. *Inst.* non *intestato*, vel veteribus libris adstipulantibus. Quod alias pluribus ostendimus in libro singulari de Centumviralibus, Decemviralibus, Septemviralibusque & Quinqueviralibus judiciis. Et vero de intestati hereditate esset ea ineptissima quaestio, ut hodie est de matris successione post orationem D. Marci de SC. Orfitianum, quibus id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitima hereditas ad filios pertineret exclusis consanguineis & reliquis agnatis, quemadmodum Ulpianus scribit *in fragment. Tit. 26.* ubi notandum est, quod ait, *sine in manum conventione.* Nam & ante SC. ea conventionis in manum vis fuit ut liberi matri succederent, non quidem ut liberi, sed ut fratres & agnati. An ut consanguinei? Non puto. Alioqui sane reliquos agnatos tum quoque excluserint. Et vero eis sanguinis nomen ut fratribus proprie convenire non videtur. IDEM.

18. *Sed alia faciat*] Malim, *sed alia facit* (vel *fuit*) *juris interpretatio, &c.* IDEM.

19. *Jamdudum autem*] Haec est illa quaestio jamdiu inter Justinianei juris interpretes vexata, tandemque usu potius nostro quam certo aliquo illorum judicio definita ex veterum tamen Consultorum sententia, quae & ipsa legis fuit, cum proximos agnatos ad successionem vocaret. Nam quibus proximorum nomen aeque competit, quique aequo jure suo veniunt,

quot erunt ab utraque parte personae,[20] in tot portiones fuerunt. [21] Si nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum[22] gentiles ad hereditatem vocat. Qui sint autem gentiles,[23] primo Commentariorum & ultimum est: & cum illic admonuerimus, gentilitium jus in desuetudinem abiisse,[24] supervacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.

III. PAVLVS[25] libro Sententiarum IV. sub titulo de testamentorum successionibus. INTESTATI dicuntur qui testamentum facere non possunt: vel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt: vel hi, quorum hereditas repudiata est, cujusve conditio defecerit. [26] Sine jure Praetorio factum testamentum

aequus etiam partes ferre rationis est. Sane cum alii ex legis aut statuti verbis ut proximi vocantur, alii successionis quodam jure ex aliorum persona veniunt, aequitas postulat & illis ex lege partem integram conservari, & his simul non plus juris deferri quam ille habiturus esset in cujus locum partemque succedunt. Quae visio alterius tractationis esset. IDEM.

20. *In tot portiones fuerunt*] Melius, *tot portiones fient*. IDEM.

21. *Si nullus agnatus sit*] Ergo secundum verba tum demum gentilibus locus fuit, cum nulli omnino superessent agnati: ac remotiores agnati gentilibus obsistere, licet ipsi ad hereditatem non vocarentur. Quod tetigi ad Vlpianum *tit. 26. §. 1.* Sed videtur aequitatis ratio aliam benigniorem interpretationem suasisse; ut, nempe, deficiente proximo agnato locus esset gentilibus, inter quos adgnati quoque ipsi videri possunt admissi esse, tamquam etiam gentiles. Gentilitiacum hereditatem meminit Suetonius *Caesar cap. 1.* SCHVLTING.

22. *Gentiles*] Ponitur haec lex a Cicerone non fuis omnino verbis *lib. 11. de invent. Si paterfamilias intestatus moritur familia pecuniaque ejus agnatorum gentiliumque esto.* Quod de gentilibus restat ex XII. tab. in *l. 59. D. de verb. sig* ad jus tutelae magis pertinet, a quo tamen ad hereditatem legitima argumentatio est. Est & de successione gentilium versus Catulli ad Mallium, & exemplum Centumviralis judicii non tam fortasse sensu notum quam fama celebre, quod a M. Tullio refertur *lib. 1. de Orat.* in quo illud quaesitum arbitror. An in successione liberti ab ingenuo gentilitio adoptati jus gentilitatis locum haberet, adeo ut gentiles ejus familiae in quam adoptatus erat libertus, ejus cognatis praeferentur ex XII. tabulis. Qua in quaestione potior fuisse videtur Marcellorum causa ex Scaevolae definitione. Nec inficior tamen libertos patronorum gentiles Latine dici posse, eo modo quo & servi dominorum gentiles a Plinio appellantur ob similitudinem nominum quae gentis vocabulo interdum significatur, ut ex Cincio Festus tradit. Quo sensu & novus homo Arpinas Servium Regem gentilem suum dicere ausus est, & Hispalis libertae gentis emptio concessa legitur apud Livium *libro* XXXIX. PITH.

23. *Primo Commentariorum & ultimum est*] Sic vet. Meminit & Commentariorum Gaji Javolenus *in l. si quis, 54. D. de cond. & demonst.* quod ego lubens ad II. libros Institutionum refero quibus idem nomen a Boëtio & Aniano tribui memini. Et vero probabile est sub finem libri primi Institutionum de gentilitatis jure tractasse Gajum cum de curatoribus differeret. Sed Justinianus Commentariorum nomen etiam aliis libris tribuit in Proœmio Institutionum. IDEM. Quod Pitheus per Commentarios Gaji a Javolenō memoratos in *l. 54. D. de conditionib. & demonstrationib.* intelligit Gaji libros Institutionum, id merito carpit V. C. Aeg. Menagius *Amoenitat. Jur. Civil. cap. 43.* qui rectius intelligit Commentarios Juris Civilis C. Cassii Jurisconsulti, qui & libri dicuntur *l. 78. D. de solutionib.* Adde, quod Javolenus Cujo longe antiquior fuerit. SCHVLTING.

24. *Supervacuum est*] Antiquitatis cognitio juris studioso non utilis modo, sed etiam necessaria est, nec frustra veteres Consulti quantum in ipsis fuit, nihil ejus penitus nos ignorare voluerunt. Est enim illud de omni cognitione Aristotelis καθόλου λεκτέον ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φύσεως ἀρξάμενον, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ τοῦ μὴ καλῶς ἀ. ἀνεπιστήμονα. Sed & illum verum, Modum in quaque re optimum: nec eadem cura omnia aut edisscenda aut pertractanda sunt. Quaedam semel nosse vel non ignorare sufficit: repetere atque inculcare tam putidum est, quam aut in gradibus morari cum ascendas, aut in instrumento artis ipsius opus finemve constituere. PITH.

25. *Libro Sententiarum* IV.] Edidi IV. pro VII. mox legendum, *intestatorum successionibus.* Ad haec vero quae habui dicenda, jam ad ipsum Paulum occupata sunt. SCHVLTING.

26. *Sine jure Praetorio*] Haec est veteris codicis scriptura, quae fortasse non male ita restituetur, *Sine jure Praetorio falsum testamentum objecta doli exceptione obtinebit.* Cujus sententiae species dari potest ex *l. 1. C. Th. famil. herciscund.* videlicet inter coheredes si hujusmodi scriptura singulis aliquid adscriptum sit, opposita doli exceptione effici, ut ea voluntas obtineat, nec aliquid amplius a singulis retineatur quasi ab intestato. Quae definitio laudatur etiam a Justiniano *Novell. Constit.* CVII. Dari potest & casus quo sine jure Praetorio factum testamentum, objecta doli replica-

mentum * abjecta doli expectatione obtinebit. [27] Eorum, quorum teſtamenta rumpuntur, aut inrita fiunt, ipſo quidem jure * teſtamenti decedunt. * Inteſtatorum hereditas lege duodecim tabularum primum ſuis heredibus, deinde agnatis, & aliquando quoque [28] gentilibus deferebatur. Sane conſanguineis lex non adprehenderat * interpretatione Prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. Sui heredes ſunt hi: primo loco filius, filia, in poteſtate patris conſtituti: nec intereſt, adoptivi ſint, an naturales, & [29] ſecundum legem Juliam Papiamve quaeſiti; modo maneant in poteſtate. Qui ſui heredes ſunt, ipſo jure heredes etiam ignorantes conſtituuntur, ut furioſi, aut infantes, [30] & peregrinantes, [31] quibus bonorum poſſeſſionis pro-

plicatione, obtineat, ſi inſtituti ſint ii, qui rem ab Inteſtato omnino habituri eſſent. Dicet aliquis. Si teſtamentum rite factum non ſit, locus eſt ab inteſtato ſucceſſioni. Itaque iis replicatione doli nihil opus eſt, qui ſine teſtamento lege heredes fiunt. Verum dari poteſt caſus quo neceſſaria eſt doli replicatio, ut ſi prius teſtamentum jure perfectum extet quo alii heredes inſtituti ſint *l. 2. D. de injuſt. rupt. irrit.* & hac replicatione doli opus habent adverſus liberos ipſos, propinqui, uxor, alumnus, aliaeque hujuſmodi perſonae quibus ex imperfecto teſtamento legata & fideicommiſſa praeſtantur. *l. 32. D. de fid. libert.* Ergo haec doli ſive exceptio ſive replicatio ex perſona ejus qui opponet omnino aeſtimabitur. Dixit autem *ſine jure Praetorio*, quia haec fuit minus ſolemnis minusque difficilis teſtandi forma. Sed haec Novellis Conſtitutionibus variis immutata ſunt. Nos hic veteris juris reliquias tractari meminimus. PITH. Quid Pithoeus hoc tractet *l. 2. Cod. Theod. famil. herciſcund.* id admittendum non eſt, cum illic conſtituatur jus novum, quo Paulus reſpexiſſe non potuit. De hoc loco vero aliisque ſententiam diximus ad Paulum. SCHVLTING.

27. *Eorum quorum*] Haec foctaſſe aliquis ita ſupplleverit. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut inrita fiunt, quamvis ipſo quidem jure teſtati decedant, hereditas ut inteſtatorum defertur.* At ego ipſo facto teſtatos dixero, Jure non dixero, ſed magis inteſtatos, nec improprie quidem. *l. 2. D. de ſuis & legit.* ac potius hunc locum ita ſupplevero. *Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita ſunt, licet jure inteſtati decedunt, ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio datur, ſi ſeptem teſtium ſigni ſignata ſint.* Quod & Vlpianus ſcripſit *in fragment. Tit. 25. & 28.* Circa quae illud admonere ſupervacuum non fuerit, videri Papinianum in eo qui poſt teſtamentum adrogandum ſe praebuit, hoc etiam exigere ut voluntatem quae jure defecit recenti aliquo judicio ſui juris factus confirmaverit, *l. qui exhiberi. 11. §. teſtam. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* PITH.

28. *Gentilibus*) Hoc repoſui cum quibuſdam editoribus, pro *gentibus*. SCHVLTING.

28. * *Gentibus deferebatur. Sane*] Puto legendum *gentilibus deferebatur. Sane conſanguineis lex non adprehenderat, ſed interpretatione prudentum primum inter agnatos locum obtinuerunt.* Inde in *l. 1. D. de legit. tut agnatis & conſanguineis & l. 30 D. de adquir. hered. legitimum vel conſanguineum*: & recte in *l. 1. C. Quorum bonor Conſanguineos*, inquit, *omnia prudentium reſponſa & lex ipſa naturae ſucceſſores faciunt.* Eſt enim haec ſucceſſio ex eo jure quod communi nomine jus civile appellatur *l. 2. §. his legibus latis. D. de orig. jur.* cujus & alia exempla ſi quis deſideret, reperiet non obſcura in *l. 36. D. de ſtatulib. & l. 34. D. de her. inſtit.* itemque apud Ciceronem *lib. III. de officiis.* PITH.

29. *Secundum legem Juliam Papiamve quaeſiti*] In *l. ult. D. de ſtatulib. ſi mulier ex lege nupſerit*, id eſt intra annum praeſtito jurejurando ſe liberorum cauſa nubere, quod etiam ad legem Juliam miſcellam referendum Graecus interpres rectiſſime notat, & explicandum ex *l. Titio uſusfructus, 96. §. ult. de condit. & demonſtr.* IDEM.

30. *Et peregrinantes*] Recte. At in *§. ult. Inſt. de hered. inſtituend.* placet magis quod praeceptor meus reſtituit, *peregrinatos*. Diverſitatis ratio per ſe manifeſta eſt. IDEM.

31. *Quibus bonorum poſſeſſionis*] Fortaſſe melius, *quibus jus bonorum poſſeſſionis praeter Praetoriam actionem non erit neceſſarium.* Bonorum poſſeſſionis hic fructus eſt, ut commoda & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum quae in his bonis ſunt, tribuat. Quod in ſuis heredibus non eſt neceſſarium, cum ipſo jure in eis ita continuetur dominium, ut nulla videatur hereditas fuiſſe quaſi & olim domini fuerint ſimul cum defuncto. Poſſeſſio ut vivo patre filio continuata non intelligitur, ſic nec mortuo continuatur. Nam nec ea quidem hereditatis aut juris eſt, ſed facti, & non niſi naturaliter comprehendi poteſt jure P. Ro. *l. 23. D. de adq. poſſ. l. 19. D. ex quib. cauſ. major.* Moribus noſtris aliud fere obſervatur, fortaſſe ex *l. cum miles, 30. D. eod.* in qua Doctor meus pridem admonuit poſſeſſionis nomine uſucapionem ſignificari, non uſum rei quem nec bonorum poſſeſſionis beneficium transfert. Ergo hic Praetoria actio non male fortaſſe accipietur de omni ea quam Praetor bonorum poſſeſſori adcommodare dicitur in §. 2.

propter Praetoriam actionem non erat neceſſarium. In ſuis heredibus adeo ad mortem teſtatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillo, nec furioſis curator ſit neceſſarius, niſi forte [32] ſolvenda ſit hereditas: quamvis etiam furioſus, ſi reſipuerit, & pupillus, ſi adoleverit, abſtinere poſſint. Poſt mortem patris natus, vel ab hoſtibus reverſus, aut ex primo, ſecundove mancipio manumiſſus, cujusve erroris cauſa probata, licet non fuerint in poteſtate, ſui tamen patri heredes efficiuntur. Poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem inter ſuos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimento ipſis in avi poteſtate, vel proavi familia remanſerit: parentes enim liberis ſuis, cum quibus in poteſtate fuerunt ipſi, ordine ſucceſſionis obſiſtunt. Filii ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis in familia retinentur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem cum fratris filiis vocantur: quibus in patris ſui partem venientibus, hereditas in ſtirpes, non in capita, dividitur, ita ut filius, & plures nepotes ſingulos ſemiſſes habeant. [33] Idque evenit ſi ab eo ex duobus filiis [*] in patrum numero nepotes ſucceſſerint. Ex filia nepotes ſui heredes non ſunt: in avi enim materni poteſtate alienam familiam ſequentes, ipſa ratione eſſe non poſſunt. Eo tempore ſuus heres conſtituendus eſt, quo certum eſt, aliquem inteſtatum deceſſiſſe: quod ex eventu deficientis conditionis, & ortu nepotis, qui vivo avo poſt mortem patris natus, iniri poteſt. Quem filius emancipatus ſuſcepit, vel adoptavit, ſui heredis locum in avi ſucceſſione, ſicut ipſe pater, obtinere non poteſt. [34] Adoptivus tamen ne quaſi cognatus bonorum poſſeſſionem

Inſt. de perpet. & temp. act. Sed neſcio quomodo mihi plane non ſatisfacit generalior illa interpretatio ſubodoranti aliud quid ſubeſſe quod ego lubentius ad inofficioſi querelam retulerim, cujus ordinandæ gratia ſuis heredibus licet bonorum poſſeſſio agnoſci ſoleret, *l. 8. §. 1.* neceſſariam tamen non fuiſſe indicat *l. 7. de inoff. teſt.* Emancipatio neceſſaria fuit, cum quod alioqui non jure inofficioſi arguere teſtamentum videretur, niſi qui ex officio inſtitui debuerat, tum quod fruſtra inteſtatum patrem faceret, niſi ab inteſtato rem habiturus: quod ſolo Prætoris beneficio per bonorum poſſeſſionem conſequi potuit, alio jure penitus extraneus. Eſt igitur hæc ſaltem res inofficioſi Prætoria actio. Quod vereor ne non ſatis multis probetur. Et tamen video omnibus eam concedi, quibus Prætor bonorum poſſeſſionem defert etiam contra jus civile. *l. 6. D. eod.* & in ea ſucceſſionem eſſe ut in honorariis *l. 14. & l. 23.* item, Prætoriarum actionum numero generaliter cenſeri quas Prætor bonorum poſſeſſori accommodat. Nec me movet Centumviralis judicii auctoritas, cum & poſſeſſoria hereditatis petitio ejus generis ſit, quam tamen honorariam eſſe nemo infitias ierit. Eadem vero non facile dixero de auxilio quod contra inofficioſas donationes ad exemplum querelæ inductum eſt, quod eſſe videtur ex conſtitutionibus, id eſt ex Alexandri litteris quarum exemplum exat in *l. Titia Seſo, 27. §. Imper. D. de legat.* II. qui §. ut hoc obiter moneam, a Pauli reſponſo, quod proxime ſequitur, dividendus non fuit, ne non ſatis ad Titulum pertineret. Videtur autem reſcriptum a conſulente libello præpoſitum, ut judicaret Paulus an ad propoſitæ quæſtionis definitionem accommodari poſſet. Quod alias fieri ſolitum ne longius abeamus, indicat *l. 3. C. de inoff. donat. & ult. §. ſupr. Tit. 20.* PITH.

32. *Solvenda ſit hereditas*] Portaſſe melius, *ſolvendo non ſit hereditas.* IDEM.

33. *Idque evenit*] Legendum videtur, *idemque evenit ſi eum ex ex duobus filiis impari numero nepotes ſucceſſerint.* IDEM.

34. *Adoptivus tamen ne quaſi &c.*] Pro *ne* legendum *nec.* Aſteriſcum autem ante hæc poſui eum quibuſdam edd. hæc enim cum præcedentibus plane non cohærent: & vereor, ne aliqua exciderint, in quibus ſit fa-

cta

ſeſſionem ejus potiri poteſt. Si ſui heredes non ſunt, ad agnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum conſanguinei obtinent. Agnati autem ſunt cognati virilis ſexus per virilem deſcendentes, ſicut filius fratris, & patruus, deinceps & tota ſucceſſio. Inter agnatos, & cognatos hoc intereſt: in agnatis enim etiam cognati continentur: inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. Et ideo patruus agnatus eſt, & cognatus; avunculus autem cognatus tantummodo eſt. Conſanguinei ſunt eodem patre nati, licet diverſis matribus, qui in poteſtate fuerunt mortis tempore: adoptivus quoque frater, ſi non ſit emancipatus, & hi, qui poſt mortem patris nati ſunt, vel cauſam probaverunt. Soror jure conſanguinitatis tam ad fratris, quam ad ſororis hereditatem admittitur. Conſanguineis non exiſtentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praeceſſerit. Quod ſi plures eodem gradu conſiſtunt, ſimul admittuntur. [35]Si ſit frater defuncti, & fratris filius, & nepos * fratres & non exiſtentes * filius fratris nepoti praefertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hereditas diſtribuitur, ſcilicet, ut pro numero ſingulorum [36]virium diſtribuatur hereditas. Feminae ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur: id quod jure civili [37]Voconia ratione videtur effectum. Ceterum lex duodecim tabularum ſine ulla diſcrepatione ſexus cognatos admittit.

IV. [38]VLPIANVS libro ſingulari, ſub titulo de legitimis hereditatibus. [39]INTESTATORVM gentilitiorum hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos, qui in poteſtate ſunt, ceterosque, qui liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſint, ad conſanguineos, id eſt, fratres, & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos virilis ſexus per mares deſcendentes ejusdem familiae: his enim cautum eſt lege duodecim tabularum hac. [40]SI INTESTATVS MORITVR, * CVIVS HERES NEC EST, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABEATVR. [41]Si agnatus defuncti non ſit, eadem

facta mentio nepotis ex filio emancipato nati, qui ad bonorum avi poſſeſſionem admittitur ex edicto Vnde liberi: & ſic additum deinde hoc de adoptivis, qui nullo tali beneficio gaudent. SCHVLTINGIVS.

35. *Si ſit frater*] Deſunt hic aliqua, quae cum ex ſuperioribus, tum ex ipſo Paulo *lib. IV. Sent. tit. 8.* reſtituere perfacile eſt. PITHOEVS.

36. *Virium*] An *jurium?* an potius *viritim?* Sic videtur. IDEM.

37. *Voconia ratione*] Forte melius, *relatione*, vel *rogatione*. IDEM.

38. *Vlpianus libro ſingulari*] Extat hodieque magna pars horum inter Vlpiani fragmenta, quae eſſe omnia ex libro ſingulari Regularum ſupra oſtendimus. ID. In notis ad Vlpianum haec jam exciſimus.

39. *Inteſtatorum gentilitiorum*] Sic vet. rectiſſime. Nam in libertinorum ſucceſſionibus non eadem obtinent, ut poſtea monet Vlpianus. Gentiles Q. Mutius definivit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo ſervitutem ſerviit. Et recte Corn. Fronto, *Gens*, inquit, *ſeriem majorum quaerit*. PITHOEVS.

40. SI INTESTATVS] Plures legunt, *Si inteſtatus moritur cui ſuus heres nec eſt, agnatus proximus familiam habeto*: nam illud *Ac* nondum pro hujus legis particula agnoſcere potui. Sed in re tam trita jam neſcio quomodo diutius immorari piget, poſtquam, ut olim pueri ab Homero in ſcholis, ita nunc vix dupondii a XII. tabularum carmine non ediſcendo ſed recenſendo retractandoque juris ſtudia inchoant. IDEM.

41. *Si agnatus*] Hoc videtur ab Aniano in collectione ſua omiſſum quod apud Gajum legiſſet gentilium jus

dem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis. [41] SI GNATVS NESCIT GENTILES FAMILIAM HERES HANC. Nec gentilitia jura in uſu ſunt.

V. [43] ITEM ab inteſtato Inſtitutionum. AB inteſtato quoque hereditas defertur aut per jus civile, aut per Praetoris beneficium. Per jus civile ſuis heredibus, vel liberis, qui in poteſtate fuerunt, [44] filii, filiae, & deinceps qui in locum defuncti parentis, [45] qui ex eodem nati ſunt, ſuccedunt.

VI. ITEM eodem libro. POST ſuos ab inteſtato legitimi admittuntur, primum conſanguinei: ii ſunt [46] fratres, & ſoror, qui in ejusdem poteſtate patris fuerunt, [47] & ſi ex diverſis matribus nati ſunt. Conſanguineos & adoptio facit, & adrogatio, [48] cauſae probatio, & in manu conventio.

VII. ITEM eodem libro. [49] ET conſanguineis legitimi vocantur. Hi ſunt agnati, qui nos per patris cognationem contingunt, virilis ſexus: nam ſciendum, feminis ultra conſanguineas hereditates legitimas non deferri. Suis Praetor ſolet emancipatos liberos, [50] itemque civitate donatos conjungere,

jus in uſu non eſſe: qua etiam ratione in proxima ſuperiore ſententia ingenuorum nomen pro gentilitiis ſuppoſuit. Ex quo apparet ne fragmentis quidem Vlpiani de jure veteri temere eſſe credendum. Porro haec lex non infeliciter ita reſtituetur, SI AGNATVS *nec ſit gentiles familiam habeant*: aut potius, ut Oiſelo noſtro videtur, *hereiſcant, nunc nec gentilitia jura in uſu ſunt.* Ereiſcundi verbum XII. tabularum eſſe conſtat. Sed an huic capiti omnino conveniat, alii viderint. Ego quidem non puto delinquere eum, qui in dubiis quaeſtionibus ab amico non facile diſſentit. IDEM.

42. SI GNATVS NESCIT *&c.*] Cod. Scalig. in marg. *ſi agnatus nec ſit.* Ed. Pariſ. CIↃ IↃ LXXXVI. pro *neſcit* in margine habet, NEC ESCIT, quod probavi ad Vlpianum. Ceterum ſi hic legamus, NEC ESCIT HERES, retracto huc illo verbo, quod non ſuo loco in ſequentibus legitur, ſic etiam ſecundum verba legis gentiles ſunt admiſſi, ſi modo deficeret proximus adgnatus; quod aliter ex verbis non ſequitur: ut monui ad Vlpianum: quamvis aequitas illud vellet: de quo jam aliquid dixi ad Caji fragmentum *hoc tit.* SCHVLTING.

43. *Item ab inteſtato Inſtitutionum*] Exiſtimo ſic haec potius reponenda eſſe, *idem libr.* 11. *Inſtitution. ſub Tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* nec cur ita exiſtimem, intelligere difficile eſt. PITH. Eodem redibit quod ad oram libri ſui notavit Vir plurimae doctrinae, & Jurisprudentiae laude inſignis, Flor. Petr. Pirtenius, fori Batavi inſigne decus, *Idem Inſtitutionum Libro - - - ſub titulo de hereditatibus, quae ab inteſtato deferuntur*: ex quibus pleraque facile intercideruntur, quia quae ſequuntur non multum ab illis diſtrepant: qualibus in locis priora crebro a librariis omiſſa ſunt. SCHVLT.

44. *Filii*] Cod. Scal. in marg. habet *filiae*, recte. IDEM.

45. *Qui ex eodem nati ſunt*] An legendum eſt, *cum aliis, qui e. e. n. ſunt?* IDEM.

46. *Fratres & ſoror*] Malim *frater & ſoror.* Leidenſis editio male mox habet *poteſtatem*: & non habet illud *nati.* IDEM.

47. *Et ſi ex diverſis matribus*] Varro *lib. de gradibus. Germanus de eadem genitrice manens* (ſic legendum apud Servium *in lib. V. Aeneid.*) *ut multi dicunt de eodem germine, quos illi tantum fratres vocant.* PITH.

48. *Cauſae probatio*] Ex lege Aelia Senſia & SC. ut ante diximus. Sed & ex lege Junia cum Latinus cauſa probata apud Praetorem, vel Praeſidem provinciae tam ipſe quam filius filiave ejus & uxor Latina liberis jus Quiritium conſequitur ex forma quam Vlpianus explicat *Tit. 3.* Quod ſi quis legi Juliae potius tribuet, fortaſſis non longe aberraverit. Nam & ejus eſſe videtur illa conditio Liberorum quaerendorum cauſa nuptialibus etiam tabulis adſcribi ſolita, cujus & Auguſtinus meminit: nec ad ullam magis rogationem privilegia ob prolem pertinent. Non fruſtra etiam juris auctores cum ad eam legem ſcriberent tam diligenter annotarunt, quis amiculus diceretur *l. 132 & l. 134. de verb. ſignif.* Caeterum hae cauſae probationes non parum inter ſe effectu differunt. Nam ex lege Aelia Sentia civi Romano civitas redditur, non datur: At ex lege ſeu Junia, ſeu Julia, Latino civitas datur, non redditur. IDEM. Videri poterunt ſcripta a nobis ad Vlpianum *tit. 3.*

49. *Et conſanguineis*] Fortaſſe melius, *A conſanguineis*, id eſt, poſt conſanguineos: ut & paulo poſt, *A ſuis heredibus. poſt conſanguineos, &c.* PITH. In ora libri Scalig. eſt, *poſt conſanguineos.*

50. *Item-*

re, data bonorum poſſeſſione: ſic tamen, ut bona, ſi quae propria habent, his, qui in poteſtate manſerunt, conferant: nam aequiſſimum putavit, neque eos bonis paternis carere, [50] per hoc quia non ſunt in poteſtate: neque praecipua bona propria habere, cum partem ſint ablaturi ſuis heredibus.

VIII. ITEM libro qui ſupra, [51] DE ſuis heredibus. POST conſanguineos Praetor vocat cognatos. Cognati autem ſunt qui nos per patrem, aut matrem contingunt. Poſt cognatos virum, & uxorem. Et haec, ſi qui deceſſit, non fuit libertinus, [52] vel ſtirpis libertinae. Ceterum ſi libertinus eſt, vel libertina, ad patronum ejus legitima hereditas, patronamve lege duodecim tabularum [53] refertur.

IX. ITEM eodem libro [54] POST familiam patroni vocat Praetor patronum,

50. *Itemque civitate donatos*] Ex lege Junia, atque etiam fortaſſis ex lege Ælia Sentia: quanquam hi non tam videntur civitate donati quam civitati reddit, ut jam attigimus. PITH.

51. *Per hos, quia*] Codex Scaligeri habet *per hos, qui: & tunc deberet deleri non.* Sed rectior eſt vulgata lectio: nam, inſpecto jure civili, ſui emancipatis non tam obſtabant, quam hi plane, etiam non exſtantibus ſuis, excludebantur, cum lex ſuis deficientibus agnatos ſtatim vocaret. SCHVLTING.

52. *De ſuis heredibus*] Haec aliunde huc illata ſunt. De ſuis dudum egerat Vlpianus. IDEM.

53. *Vel ſtirpis libertinae*] Ex libertino natus ingenuus eſt hoc jure. Itaque nihil eſt quod in eo jus patronatus exquiramus. At ſi ex manumiſſione Latinus tantum factus, liberis poſtea ſuſceptis vel alio quovis modo jus Quiritium conſequatur, ille quidem libertinus manet, qui ſemel iterumve manumiſſus eſt, liberi non tam libertini quam libertinae ſtirpis ſunt. Et hos fortaſſis Vlpianus hoc loco ſignificare videatur. Dicitur vero & noſtris auctoribus libertinus filius qui a patre in ſervitute ſuſceptus poſtea cum ipſo ſimul manumiſſus eſt *l. 17. §. 2. D. ad SC. Treb. l. ult. D. de jure deliber.* Sed hic, ut quod ſentio dicam, libertinae conditionis eſt liberti filius poſt patris manumiſſionem ſuſceptus, cujus olim bonorum poſſeſſio alio jure quam ingenui deferri ſolebat. Nam eo inteſtato & ſine cognatione mortuo vocabatur manumiſſor patris, itemque cognati ejus per virilem ſexum deſcendentes etiamſi capite deminuti eſſent. Immo & ſi hujus liberti patronus & ipſe libertus eſſet alterius, etiam patroni patronus vocabatur, itemque ejus agnatio. Quod Juſtiniano iniquum eſſe viſum eſt, qui tamen id lucri patronis tantum ſuperſtitibus conceſſit ea conſtitutione, quae in ejus Codice ſub *tit. de bonis libertorum*, hactenus deſiderata eſt. Et ſane hic quamvis libertinus ſit, nullius tamen revera libertus dici poteſt. Sunt vero haec inter ſe diverſa. Libertini nomen ſtatum & conditionem perſonae magis reſpicit: Liberti, jus patronatus: quod Valla ſubtiliter annotavit, & probat *l. ult. D. ſi ingen. eſſe dic. & l. 1. D. de excuſ. tut.* in qua non ſtra Modeſtinus libertinis ait tutores dari a Magiſtratu potius quam libertis. Cur ita? quia libertis fere ſunt tutores legitimi patroni & patronorum liberi etiam pupilli, ut Vlpianus in fragmentis ſignificat *tit. 11.* illis verbis, *Idemque permiſſis in pupillo patroni filio*, recte. id eſt, ſi patroni filius tutor pupillus ſit, nec auctor eſſe poſſit. Et eſt illud reliquum veſtigium juris antiqui, cujus meminit Juſtinianus *in l. ult. §. 1. C. de legit. tut.* ex qua & in *l. 16. D. de tut.* Tribonianus addidiſſe videtur illa verba *perfectae aetatis*, quod obiter indicaſſe placuit. PITH.

54. *Refertur*] Forte *deferetur*. SCHVLTING.

55. *Poſt familiam patroni*] Legendum. *Poſt familiam liberti.* Sic ſaepe haec inter ſe reciproca nomina confundi ſolent, emptor venditor, petitor debitor creditor, locator conductor, pater filius, patronus libertus. *Poſt familiam* autem, id eſt, poſt liberos, ut *in l. 195. §. 1. D. de verb. ſign. l. 23. D. de adopt.* In bonis libertorum lex XII. tab. non niſi ſuos liberos patronis praetulit, Praetor etiam emancipatos: Juſtinianus omnes omnino liberos licet in ſervitute ſuſcepti cum parentibus manumiſſi eſſent, & ſive ſoli ſive cum aliis poſt libertatem ſuſceptis ex iisdem aliisve nuptiis. Non exiſtentibus liberis vel exheredatis, primum patroni & patronae vocantur, inde patronorum liberi etiam poſthumi & in adoptionem dati cujuscunque ſint ſexus, ſublata illa veteris juris imagine qua filia patroni filius eſſe fingebatur: adoptivi non item. Poſt liberos patronorum, nepotes tam ex filio quam ex filia: deinde cognati patronorum ſervata gradus praerogativa usque ad quintum, excluſis etiam heredibus extraneis a patrono ſcriptis. Ejus Conſtitutionis ex qua & ſuperiora quaedam excerpſimus Graecam Synopſin habuimus, ſingulari beneficio JAC. CVJACII, cujus humanitati, benevolentiae, diligentiae, fidei, doctrinae, ni & haec & reliqua omnia ſtudia mea, ſi quae aliquando probabuntur, accepta referam, profecto patum gratus mihi ipſi videar. Nam peccata quidem ſi qua ſunt, ut erunt forteſſe multa, mea illa eſſe ultro profiteor. PITH. Recte ſeſe habet verbum *patroni*. Vide quae ſcripſimus ad Vlpianum *tit. 28. §. 7.*

56. Pa-

num, & patronam: item liberos, & [56]parentes patroni, & patronae: deinde virum, & uxorem; mox cognatos patroni, & patronae. Quod si is, qui deceſſit, liber fuit [57]ex remancipatione manumiſſus, lex quidem duodecim tabularum [58]manumiſſori legitimam hereditatem detulit: ſed Praetor aequitate motus [59]decem perſonas cognatorum ei praetulit has, patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem; ne quis occaſione juris, ſanguinis neceſſitudinem vinceret. Sed Imperator noſter in hereditatibus, quae ab inteſtato deferuntur, eas ſolas voluit admitti, [60]quibus decimae immunitatem ipſe tribuit.

56. *Parentes*] Id eſt agnatos. PITH. *Parentes* accipio pro adſcendentibus, uti & in §. 1. *Inſt. de bonor. poſſeſſionib.* Dixi quoque de hac ſpecie *loco citato*. In Jure parentes non ſumuntur pro agnatis. SCHULT.

57. *Ex remancipatione*] An, *absque remancipatione*? huic enim juri locus non fuit, ſi filiusfamilias alteri a patre mancipatus, ab eodem remancipatus eſſet patri, & ab eo manumiſſus; tunc enim ipſo jure pater filio loco patroni erat: at cum filiusfamilias absque remancipatione eſſet manumiſſus ab extraneo emptore, tunc extraneus manumiſſor mero jure civili erat loco patroni: quod Cajus tradidit *Inſtit. lib.* I. *tit.* 6. verum rem mitigavit Praetor huic manumiſſori decem perſonas praeferens, cujus juris meminit Imperator §. 2. *inſt. de bonor. poſſeſſionib.* qui eam bonorum poſſeſſionem reddidit ſupervacuam §. 2. *Inſt. dict. tit.* IDEM.

58. *Manumiſſori*] Etiam extraneo. Hodie utique patri legitima jura ſervantur, quaſi tacite contracta fiducia ex *L. ult. C. de emancip. lib.* legitima autem jura definiuntur Conſtitutione illa Graeca de Jure patronatus, triens ex teſtamento & bonorum poſſeſſio ab inteſtato: quod recte Conſtantinus notaverat *lib. V. Proch. tit.* 2. & Synopſis illa continet, ut & aliud quoddam caput quod jam ex Graecis interpretibus didiceramus *ad l.* 45. *D. de nupt.* PITH.

59. *Decem perſonas*] §. *Quae autem. Inſtit. de bon. poſſeſſ.* IDEM.

60. *Quibus decima immunitatem*] An decimae hereditatum? an potius viceſimae ex lege Julia? Sic videtur. Nam quod apud Ulpianum legitur de decimis ex ejusdem Principis lege quae ob id decimaria Thalelaeo dicta eſt *lib. XLV.* Basil. *Tit.* 5. ad hunc quidem locum non ſatis facit. Viceſimae autem immunitas varie olim conceſſa eſt. Primum quidem domeſticis heredibus, qui modo veteres eſſent cives, remiſſum eſt vectigal de bonis quae ſanguine, gentilitate, ſacrorum ſocietate meruiſſent. Nerva ſanxit ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perveniſſet, etiamſi cognationum jura non recepiſſent cum civitatem adipiſcerentur, ejus viceſimam ne darent. Eandem patri immunitatem in filii bonis tribuit, ſi modo reductus eſſet *filius in patris* poteſtatem. Trajanus exceptionem illam patriae poteſtatis removit, ſtatuitque ut quemadmodum in patris filius, ſic in hereditate filii pater eſſet immunis. Cavit praeterea ut in ſororis bonis frater, & contra in fratris ſoror, itemque avus avia nepotis neptisque bonis, & invicem illi ſervarentur immunes. His quoque quibus per novum Latium civitas Romana patuiſſet, idem indulſit. Sed & ſtatuit summam hereditatibus quae viceſimae ſubjacerent, ne vel parvae & exiles publicanis eſſent obnoxiae. Denique poſteriores Imperatores varie hujus vectigalis jura vel auxerunt, vel minuerunt. Verum quaenam fuerit illa conſtitutio cujus hic Ulpianus meminit, nondum mihi certo conſtat, ut eſſe fateor multa in hoc libello veteris juris P. Ro. quae me vel non ſatis ingenioſum facile fefellerunt, vel aliud interdum anxie cogitantem leviter effugerunt. Quaedam etiam conſulto depoſuiſſe ſatis fuit, quae commodius fortaſſe, Deo volente, aliquando retractabimus. PITH. Quae de viceſima ſcribit Pithoeus, hauſta ſunt magna ex parte e Plinii Panegyrico *cap.* 37 *& ſeqq.* At quod Vir ille Doctiſſimus ſcire non potuit, nobis hodie intelligere licet ex Dionis Caſſii Excerptis Peireſcianis *p.* 745. Antoninum Caracallam, quem Imperatorem noſtrum vocat Ulpianus, pro vigeſima hereditatium decimam conſtituiſſe: quod jam plenius expoſuimus ad Paulum *Sententiar. lib. IV. tit.* 6. §. 1. Quibusnam vero immunitatem hanc largitus ſit hic Imperator, id divinare opis non eſſe noſtrae, rectiſſime ſcribit Eruditiſſimus Vir, Henr. Valeſius ad *Excerpt. Peireſcian. loc. cit.* & quod Salmaſius *de modo uſurar. cap.* 16. *p.* 857. intelligit ſuos heredes ſolos, id nullo nititur fundamento. Hinc vero liquet etiam, ſub Antonino Caracalla Ulpianum Inſtitutiones ſuas condidiſſe. SCHULTING.

Finis Collationis Legum Moſaicarum & Romanarum.

MO-

MODESTINVS
REGVLARVM LIBRO III.
DE BONIS LIBERTORVM, ET DE TESTAMENTIS.

'Cum in testamento dies & Consules adjecti non sunt, non nocet, quo minus valeat testamentum.

1. *Libro III.*] Jac. Gothofredus *Manual. Jur. Bibliothec. Jur. Civil. Roman cap.* 5. 6. mallet ex libro enim nono Regularum de testamentis egit Modestinus, *vid. l. 28. D. qui testament. facer. poss. l. 25. D. de conditionib. institution. l. 32. D. de testament. milit. l. 9. l. 32. D. de legat.* II. ne plures adducam. SCHULTING.

2. *Et*] Male hoc in nonnullis edd. omissum est.

3. *Cum in testamento*] Hanc unam Modestini regulam ex alio codice qui patris V. C. fuit, pridem habuimus. Quæ sequuntur in eodem ipso exemplari erant in quo & superiora omnia. Itaque quæquam nobis pridem in animo esset hæc & alia quædam veterum Jurisconsultorum fragmenta uno volumine complecti, altero Imperatorum Constitutiones, quas etiam plures nondum editas suspicamur, concludere, hic tamen adjicere visum est interea, dum res temporaque instituto nostro benignius adfuerint. Quod optare quidem quam sperare proclivius est. PITHOEUS.

4. *Non nocet, quo minus valeat testamentum.*] Nec in jure nostro usquam præcise requiritur dies & Consulis expressio in testamento; nisi quando certos inter liberos disponit: is enim præmittere debet tempus, ἐφ' ᾧ δεῖ τὸν κληρονόμον, *Novell. CXVII. cap.* quod non recte ita accepit Heraldus *Observation. cap.* xiv. quasi id quidem non foret necessarium: sed quando quis tempus vult apponere, illum id sua manu debere præmittere. De aliis nihil tale cautum est: & quod Chrysostomus scribit *homil. 2. de Ofic tom. V.* p. 132. testamenta, instrumenta nuptialia, pecuniæ creditæ, aliorumque contractuum, nisi tempus habeant præscriptum, omni vi sua carere, id verum non esse, non sine causa existimat Cujacius *ad l. 28. §. 2. D. qui testament. facer. poss.* & de instrumento gignoris diserte contrarium tradit Scævola *l. 36. §. 1. D. de pignorib. & hypothec.* Quod Heraldus *cap. cit.* Chrysostomi locum ita accipit, quasi omisso temporis contentione lubenter ac difficultate pareret, id adversatur Chrysostomi verbis: is enim dicit, testamenta, & instrumenta sine tempore adjecto esse νόμον ἰσχὺν οὐκέτι ἔχοντας, *omni sua vi destituta*, uti recte vidit Jac. Gothofredus *ad l. 4. Cod. Theod. de testament.* & quidem qui ad idem probandum, quod dicit Chrysostomus, locum adducit Libanii *Panegyric. in Julian. Consulatum p. 152.* cujus verba quoque profert complura *ad l. 9. Cod. Theod. de infirmand. his qui sub tyrann. &c.* Sed illa nihil aliud docent, quam Consulum nomina in ore esse omnium & maximum esse eorum memorandorum necessitatem in fidelibus, negotiisque variis; ac nulla illis testamentorum mentio, nec quidquam (si omittamus Consulum, temporisque dicitur esse plenum; quod nusquam cavetur: idque etiam secuta est curiosissima apud Sardicenses *Decretal. lib. IV. tit. 8. definition. 9.* SCHULTING.

PETRI PITHOEI PRAEFATIO

in sequens fragmentum.

Visum est tandem Puteano nostro hic adjicere fragmentum illud Latinum toties a me laudatum, quod Graeculus magister Omeliis suis & Graecae linguae exercitationibus inter alia quaedam ex aliis auctoribus initia librorum inseruerat. Graecam etiam interpretationem, si quando usui esse posset, certis tantum locis in margine addere libuit satis persuasis haec potius ex Latinis Graeca facta: quamquam sunt & quaedam quae Graecismum magis referre videantur. Porro facile est deprehendere multa ab ipso interprete, plura fortasse a librario omissa, quorum nos vacuum locum notula indicare satis habuimus, interea dum ex aliquo integriore exemplari ea jactura sarciatur.

De eodem fragmento haec habet Jacobus Gothofredus *Manuali Juris, in Bibliotheca Juris Civilis Romani cap. 2. §. 4.*

ANONYMI quoque cujusdam JCti veteris fragmentum supereſt unicum, & pluribus tamen sententiis constans: quod quidam Vlpiani ex libro ejus Reg. vel etiam Gaji esse volunt, cujus argumentum est de *Juris speciebus & manumissionibus*, desumptum ex Dosithei Graeculi Magistri Homiliis, & Graecae linguae exercitationibus, seu Grammatica. Id olim quidem de Latino in Graecum translatum, verum quale hodie extat, de Graeco in Latinum transfusum, Claudius Puteanus Senator Parisiensis primus eruit, Cujacio communicavit (ut testis ipse XVII. *Obs.* 20.) edidit tandem Pet. Pithoeus, *sub finem Collationis legum Mosaicarum* A. D. CIↃ IↃ LXXII. in 4. Lutetiae.

FRA-

Digitized by Google

FRAGMENTVM REGVLARVM EX VETERI JVRISCONSVLTO.

1. JVRIS civilis ut quid[1] appositicium appellatur, ex pluribus partibus constat.[2]

2. Sed constitutiones Imperatoris similiter honorandum quid est & Praetoris edictum similiter, vel Proconsulis.[3] Ex eo enim consenserunt peritum[4] & adsumptus ex responsis ista dicere.[5]

3. Lex enim ceterae partes justi appellantur.[6]

4. Regulas enim exsequenti mihi ad ea studia necessarium ante omnia scire[7] nec enim unius sunt conditionis, sed variae: quae singula pertinentia ad hanc narrationem[7] referenda sunt in ordine.[8]

5. Omnes enim aut ingenui sunt, aut liberti.[9] Sed ut magis possint singula

1. *Fragmentum Regularum*] Res ipsa indicat, regulas hic tradi: idemque aperte docet §. 4. Adeoque hunc titulum illis praeposui, quem nullum habent editiones Pithoei: verum in Paris. ed. cIↃIↃLXXXVI. haec praemittuntur, *Ex Dosithei magistri Grammatica.* In Genev. ejusdem anni, *Fragmentum regularum (ut videtur) Ulpiani.* In Leidensi est, *veteris cujusdam Juris auctoris fragmentum.* Ceterum Ulpiano haec saepius tribuit Cujacius *not. poster. ad § 3. Inst. de jur. natural. gent. & civil. ad § ult. Inst. de libertin. ad §. 1. Inst. de auctoritat. tutor. ad §. 3. Inst. per quas person. cuique adquirit. Observ. lib.* XIII. *cap. 31. & alibi*: qui tamen *Observation. lib.* XVII. *cap. 20.* ait, esse Ulpiani, vel alterius vetustissimi Jurisconsulti, & rectius. Sunt hic multa similia iis, quae Ulpianus habet *tit. 1.* non prorsus tamen eadem. An vero primum haec sint scripta Latine, ac versa Graece, & denique iterum Latine, quod putarunt Pithoeus & Jac. Gothofredus; an Graece primum scripta, & reddita Latine, quod opinatur Salmasius *de modo usurar cap. 19. p. 878.* quia versio Latina a Graeco discrepat, id non definio. Id certum est, ex optimis fontibus haec esse hausta: & quaedam hic tradi, quae nusquam alibi ita legamus: adeoque hoc fragmentum, utcumque molis exiguae, ingentis tamen esse valoris. In principio vero quae corruptissima sunt, illa exponuntur in *tit. Inst. de jur. natural. gent. & civil. & de stat. homin.* SCHULTING.

2. *Appositicium*] Ἐπιβολικόν. Videntur autem haec esse interpretis potius, quam auctoris. PITH. Cujacius *not. posteriorib. ad § 3 Inst. de jur. naturali gent. & civil.* accipit de jure scripto, cui sane sequentes species accensendae sunt: sed vocabulum Graecum pariter & Latinum rem non accurate exprimunt. SCHULTING.

3. *Similiter honorandum &c.*] Haec videntur separanda a prioribus, ex quibus aliqua videntur intercidisse. Pro *honorandum* ed. Paris. in marg. habet *honorarium quod*, quo nomine indigitatur jus a Magistratibus inductum, § 7. *Inst de jur. natural. gent. & civil. l. 7. §. 1. D. de justit. & jur.* IDEM.

4. *Praetoris edictum similiter &c.*] In Urbe Praetores Aediles que curules edicta proposuere, quorum mentio d. §. 7. quae multi veterum interpretati sunt, quorum passim in Pandectis fit mentio. In provinciis provinciale fuit edictum, ad quod scripsit Cajus, saepius in Pandectis laudatus. Videtur vero provinciale Urbano fuisse simile, & quod ad ordinem, & quod ad res ipsas; in plerisque saltem. Unde fragmenta ex Gaji libris ad edictum provinciale respondent bene fragmentis aliorum ex libris ad edictum Praetoris. Quin & in jure dicundo Proconsules jam olim Urbana edicta esse secutos colligimus ex Ciceronis *ad Attic. lib.* VI. *epist. 1. & in Verr. lib. 1. cap. 46.* De quo pluribus differit Vir Illustris, Ezech. Spanhemius *Orb. Roman. Exercitation.* VI. *cap 2* IDEM.

5. *Ex eo enim &c.*] Spectant haec responsa prudentum, de quibus §. 2. *Inst. de jur natural. gent. & civil.* IDEM.

6. *Lex enim ceterae partes justi appellantur*] Improprie utitur verbo legis, quod tamen etiam de edicto usurpat Ulpianus *l. 1. §. 2. D. unde cognat.* & eodem modo Cicero edictum Praetoris vocavit legem annuam *in Verr. lib. 1 cap. 42.* Et sic quoque Cujacius *not. poster. ad §. 7. Inst. de jur. natural. gent. & civil* IDEM.

7. *Narrationem*] In ed. Genev. cIↃIↃLXXXVI. in marg. *tractationem.* Re vera nec proprie narratio hic proponitur, nec tractatio: & sunt hic multa non recte versa. IDEM.

8. *Omnes*] Liberi, scilicet, §. *ult. Inst. de jur. person.* IDEM.

9. *Sed ut magis possint &c.*] Graeca, quae ex libro

la declarari, melius videtur incipere a liberis [11] de Latinis scribere, ne saepius eadem [12] interpretari [11].

6. [12] Primum ergo videamus, quale est quod dicitur, eos, qui [13] inter amicos [14] veteres manumittebantur, non esse liberos: sed [15] domini voluntate in libertate morari, & tantum serviendi [16] metu dimitti, [17] antea enim una libertas erat, [18] vindicta, vel testimonio, vel in censu: [19] & civitas Romana competit manumissis, quae appellatur [20] legitima libertas: [21] hi autem, qui domini voluntate [22] in libertate erant, manebant servi: & manumissores audebant in servitutem denuo eos per vim ducere. [23] Interveniebat Praetor; [24] & non permittebat manumissum servire.

7. Omnia

Christiani Rumpsit excerpsit Salmasius *de mod. usurar. cap. 19. p. 878.* ita habent. Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον συνῇδεν ἅπαντα ἀναφέρω, βέλτιον δοκεῖ ἄρξασθαι ἀπὸ τῶν ἀπελευθέρων, καὶ περὶτων περὶ Ῥωμαίων γράφειν, μὴ πλειόνως ταῦτα διεμπλῆσαι ἀναγκαζόμενος. *Sed ut magis possint singula adferri, melius videtur incipere a libertis: & primum de Latinis scribere, ne saepius eadem interpretari cogamur.* Ita exhibet Salmasius: & ego quoque video, de Latinis hic mox agi: illud tamen Ῥωμαίων non potest notare Latinos; quamvis id velit Salmasius, distinguendo inter verbum Ῥωμαίος & Ῥωμαῖος. Sed neutrum hos exprimit. IDEM.

10. *De Latinis*] Περὶ Ῥωμαίων. PITH. Videtur aliquid ante haec verba intercidisse, scilicet, *& primum*, quod est in Graecis. SCHVLTING.

11. *Interpretari*] Excidit *necesse habeamus*, vel *cogamur*. ἀναγκαζόμεθα est in Graeco. IDEM.

12. *Primum ergo videamus &c.*] Aliter Graeca habent, quae Salmasius protulit, *p. 877.* nempe. Πρῶτον οὖν ἴδωμεν ποταπὸν ἐστὶν ὃ λέγεται μὴ εἶναι ἐλευθέρους, ἅπαξ τὴν ἀρχὴν δηλῶσαι τῆς ἐλευθερίας διαφοράν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπελθεῖν, *Primum ergo videamus, quale illud est quod dicitur, non esse liberos, sed domini voluntate in libertate morari, & tantum serviendi timore dimitti.* Hinc vero supplerri potest Vlpianus *tit. 2. §. 1.* de quo illic diximus. IDEM.

13. *Inter amicos*] Exemplum apud Petronium *cap. 41.*

14. *Veteres*] For. *apud veteres.* PITH. Non est hoc in Graecis SCHVLTING.

15. *Domini voluntate in libertate morari*] Hoc ita fieri; liberum esse, juris. Huc vero facit *l. 28. D. de liberal. caus.* (quae ad titulum illum non pertinet; & *l. 38. pr. D. de adquirend. vel amittend. possession.* Vlpianus *tit. 1. §. 12* ad quem aliquid notavimus. Plura Merillius *Observation. lib. VII. cap. 14.* Vinculo servitutis quoque tales, sive Latinos, qui in horum locum succesere, astringi docet Tacitus *Annal. lib. XIII. cap. 27.* IDEM.

16. *Metu*] Aliaeque edd. *metum*, male

17. *Antea enim una libertas erat. &c.*] Graeca haec profert Salmasius *eod. loc. p. 880.* Πρότερον γὰρ μία ἦν ἐλευθερία ἁπλῶς, καὶ ἡ ἐλευθερία ἐγίνετο ἐν τῇ προσαγωγῇ, ἢ κατὰ διαθήκην, ἢ ἐν ἀπογραφῇ, καὶ πολίτης Ῥωμαῖος ἐνῆν δι' ἐλευθερωθέντος, ἢ τοῖς προσαγορευομένοις νόμοις ἐλευθερία. Quae ita verto. *Prius enim una erat libertas: ac libertas manebatur ex vindicta, vel secundum testamentum, vel in censu: & civitas Romana competebat manumissis, quae vocatur legitima libertas.* De verbo προσαγωγή, pro *vindicta*, plura legere est apud Salmasium. Hic quoque pro *testimonio vel in censu* Aleander legit, *testamento, vel censu, ad Caj. Instit. lib. I tit. 1. pr.* Sane *testimonium* pro testamento usurpari non solet: *in censu* vero quoque probant Graeca. SCHVLTING.

18. *Vindicta, vel testimonio, vel in censu*] Ἐκ προσαγωγῆς, ἢ κατὰ διαθήκην, ἢ ἐν ἀπογραφῇ. Cic. *in Topic.* Boet. PITH.

19. *Et civitas*] Aleander *loc. cit.* legit, *ex qua civitas*: sed recte habet vulgata lectio. SCHVLTING.

20. *Legitima*] Sic *l. 1. §. 1. C. de commun. serv. manumiss.* alibi major, & justa, *§. ult. Inst. de libertin.* & justa *l. 29. pr. D. qui & a quib. manumiss. liber. non §. l. 30. §. ult. D. de fideicommissar. libertatib.* IDEM.

21. *Hi autem, qui domini voluntate &c.*] Graeca apud Salmasium ita sonant, Οὗτοι δὲ οἱ διατηρούμενοι ἐν ἐλευθερίᾳ ἦσαν, ἀμείνω ὄντες, καὶ οἱ ἐλευθερούντες ἐν ταύταις ταῖς ἀνάγκαις πάλιν αὐτοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐδούλευον· καὶ ἐπειδὴ ἐτόλμων οἱ ἐργάται οἱ ἐν τῇ γῇ ἐλευθερίαν ἐνεχείρουν· πάντα μᾶλλον καλὸς ἦν προσκεῖσθαι ἐλευθερικόν, ἢ ἀπὸ ἐμφύτου, ἢ κατὰ συγγραφὴν ἁλῶναι, ἢ ἐξ οἴκου ἀνιόντα ἄλλως ἐλεύθερον προσκεῖσθαι· τὸ δὲ δεσπότην τοῦτο ἰσχύειν, τυγχάνει τῇ ἐλευθερίᾳ πάντα τὰ ὑπάρχοντα πρὸς τὸν πατέρα ὄντα. *Hi autem, qui domini voluntate &c.* Quint. *decl.* CCCXI. CCCXII. PITH.

23. *Interveniebat Praetor*] Legendum, *sed interveniebat Praetor*, quod est in ed. Gen. CIↃ IↃ LXXXVI. vel, *interveniebat vero Praetor.* Nec aliud est in Graecis verbis. Proponitur primo ratio juris: & tunc temperamentum, quod adhibebat Praetor: quod non ita distincte erit observatum, si in praecedentibus scribas, *& si manumissores*, ac dein, *ducere, interv.* P. quod volebat Aleander *eod. loc.* Solet autem Praetor libertati favere, *l. 3. §. 1. D. de alienation. judic. mutand. caus. fact.* De his plura legere est apud Cujacium *Observation. lib. XVIII. cap. 20.* SCHVLTING.

24. Et

7. Omnia tamen tanquam servus adquirebat manumissori, [24] vel si quid stipulabatur, vel si [25] per scripturam acceperat, vel ex quacunque [27] causa alia adquisierat, domini hoc faciebat, [28] hoc est, manumissi ad patronum pertinebat.

8. [29] Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & dicuntur Latini Juniani; quoniam lex Junia, quae libertatem eis dedit, [31] exaequavit eos Latinis colonariis, [32] qui tunc erant cives Romanorum, & nomen suum in civitatem dederant.

9. [33] In his, qui inter amicos manumittuntur, voluntas domini [34] spectatur, [35] quae jubet eos fieri Latinos, quos dominus liberos esse voluit. [35] Hoc tamen cum ita habeant, debet [36] promissum [37] manumittentis habere dominus. Vnde si per vim coactus, verbi gratia, ab aliquo, [38] vel ab uno quoque

24. *Et non permittebat manumissum servire*] Hoc videtur ita esse intelligendum, nisi justam dominus haberet irascendi causam: tunc enim locus fuit poenitentiae. Id indicat Tacitus *Annal. lib. XIII. cap. 27.* cum ait, *Quin & manumittendi anus spectis injustis, ne relinqueretur poenitentia, aut novo beneficio locus.* (Novum beneficium Tacho est iterata manumissio juste peracta, de qua Ulpianus *tit. 3. §. 4.*) Quinctilianus quoque avus *declamation.* CCCXLII. ita loquitur de lege quadam ficta. *Denique neminem, qui in aliqua formula libertatis fuisset, nisi fraude & culpa sua, redire in servitutem volui.* IDEM.

25. *Vel si quid stipulabatur, &c.*] ἢ εἴτε ἐπερωτῶν, ἢ κατὰ γραφὴν εἰλήφει. PITH. Differunt hinc nonnihil, quae ex Salmasio modo protulimus. Pro *vel* Aleander *sed. loc.* legit *et*: verum Graeca habent ἢ *vel.* SCHULTING.

26. *Per scripturam*] Litterarum obligationem, in cujus naturam inquisivimus ad Cajum *lib. Instit.* III. *tit. 9. §. 12.*

27. *Causa*] In Graeco est ἕτερος, minus recte. debuerat verti ἑτέρως.

28. *Hoc est, manumissi*] Ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. *Hoc est, vel manu.* Asterisicum ante haec removi.

29. *Sed nunc habent propriam libertatem &c.*] Cajus *lib.* I. *Instit.* Ulp. *tit. 1.* Seneca *in lib. de vita beata.* PITH. Graeca ita habent apud Salmasium. Ἀλλὰ νῦν ἴσχυσεν ἰδία ἐλευθερία εἰς τοὺς φίλους ἐλευθερωθέντας, τῇ γένονται Λατῖνοι Ἰουνιανοὶ, ἐπειδὴ νόμος Ἰούνιος, ὃς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐξίσωσεν αὐτοὺς Λατίνοις κολωνικοῖς, οἱ ὄντα ἦσαν πολῖται Ῥωμαίων ἀπελεύθεροι, ὀνομα ἴδιον εἰς τὸν κατάλογον ἐνεδέχετον.

30. *Libertatem eis dedit*] Fecit, ut non tantum in libertate morarentur, sed & jure essent liberi.

31. *Exaequavit eos Latinis colonariis*] Ulp. *tit. 19.* PITH.

32. *Qui tunc erant cives Romanorum, &c.*] Graeca ita debent verti, *qui, cum essent cives Romani, nomen suum in coloniam dederant.* Cives, videlicet, Romani nomen dando, vel migrando in colonias Latinas subibant capitis deminutionem, teste Boethio *in Ciceron. Topic. lib.* II. & civitatem amittebant, voluntate sua, aut legis multa, secundum Ciceronem *pro Caecin. cap. 34.* quod jam habuimus in notis ad Ulpianum *tit. 10. §. 4.* Quod vero in Graecis post verbum Ῥωμαίων excidit ἀπελεύθερος, *liberti*, id, utpote non genuinum, a Latino interprete recte abest, cum non soli libertini sine missi in colonias Latinas; sed qualescumque cives Romani: omnesque ejusdem fuerint conditionis. Hoc recte vidit ante laudatus Ezechiel Spanhemius *Orb. Roman. Exercitation. I. cap. 8.* quamvis aliud placuerit Salmasio *loc. cit.* SCHULT.

33. *In his, qui inter amicos &c.*] Graeca, quae optime cohaerent, apud Salmasium haec sunt. Ἐν τούτοις οἱ μεταξὺ φίλων ἐλευθερούμενοι, ὅτινες διοῦτω ἐποιήσαντο, τόνδε γὰρ Ἰούνιος τούτους γίνεσθαι Λατίνους κελεύει ὃ διατάσσων ἐλευθερίας εἶναι βέλτιστος. *In iis, qui inter amicos manumittuntur, voluntas domini spectatur: lex enim Junia eos fieri Latinos jubet, quos dominus liberos esse voluit.* Salmasius putat, pro his verbis, *in his, qui inter amicos manumittuntur*, melius Auctorem dicturum fuisse, *quos dominus in libertate esse voluit*: verum ita videri posset explicari idem per idem, *voluit* per *voluntas.* IDEM.

34. *Spectatur * quae*] *Spectatur ex lege Junia quae.* PITH.

35. *Hoc tamen cum ita habeant &c.*] Τούτους ἔχοντας οὕτως ἐφειλήσεν πρόθεσιν. IDEM. In Graecis ita legendum. Τούτους ἔχοντας, ἐφείλουσι πρόθεσιν. Id est. *Hoc cum ita se habeat, debent propositum.* Genev. ed. cIↃ IↃ LXXXVI. *Hoc tamen c. i. se habeat, d. propositum.* In Latino illud *tamen* minus quadrat. SCHULT.

36. *Promissum*] *Propositum* sive *animum.* PITH.

37. *Manumittentis*] Vel *manumittendi.* SCHULT.

38. *Vel ab uno quoque hominum*] Vel a populo, *L. 27. D. qui & a quib. manu. liber. non fi.* Sed haec nescio quomodo Graecissimum magis redolent. ἢ ὑπὸ τινος ἑνὸς ἀνθρώπων. PITH. An non idem erit, an dicas, *ab aliquo*, an, *ab uno quoque hominum?* Adeoque hic multitudinis, vel populi mentio videtur facta

que hominum manumiserit, non veniet servus ad libertatem; quia non intelligitur voluisse, qui coactus manumisit.

10. Similiter ut possit habere libertatem, talis esse debet, ut Praetor ejus, vel Proconsule *

11. *** ad alium pertinere non potest vindicta manumittere, obstante usufructu: et, si manumiserit eum vindicta, facier servum sine domino, *** sed Latinum.

12. [41] Peregrinus manumittens servum non potest Latinum facere: quoniam lex Junia, quae Latinorum genus induxit, [42] non pertinet ad peregrinos, sicut & [43] Octavianus probat. Praetor [44] non permittit manumissum servire, nisi aliter [45] lege [46] peregrina confirmatum fuerit.

13. [47] Minor viginti annorum manumittere nec vindicta potest, nec testamento. Itaque nec Latinum facere potest. Tantum autem apud consilium manumittere potest servum suum, causa probata.

14. [48] Hic autem, qui manumittitur, quotcunque sit annorum, Latinus fit:

fuisse. In spectaculis talia saepius evenere: ac prohibentur generaliter talis manumissio per Senatusconsultum auctore Divo Marco factum, *l. 3. C. qui manumitter. non poss.* quo pertinet *l. 27. pr. D. qui & a quib. manumiss. liber. non s.* & de quo nonnulla habet Cujacius *Observ lib.* 11. *cap.* 22. Ipse quoque Imperator Marcus populo in spectaculo flagitanti, ut servum leonis magistrum manumitteret, non gessit morem. Auctor Dion Cassius *in Excerpt. Peirescian. p. 718.* Quid juris sit in aliis manumissionibus a privatis extortis, exponit Cujacius *ad l. 9. §. 2. D. quod met. caus. gest. er.* SCHULTING.

39. *Ad alium pertinere &c.*] Haec tali modo forte possent restitui. *Dominus servum, cujus usufructus ad alium pertinet, non potest &c.* Adde Ulpianum *tit. 1. §. 10.* IDEM.

40. *Sed Latinum*] Ulp. *tit. 1. l. 1. C. comm. de manumiss.* Haec non pertinent ad superiora. Nam tantum abest ut ille servus sine domino Latinus sit, ut contra vivat quodammodo servus, quandiu quidem durat usufructus, moriatur vero ut liber. PITH.

41. *Peregrinus*] Ἕλλην. IDEM.

42. *Non pertinet ad peregrinos*] Idem in legibus mere civilibus ordinarium: adeo quidem, ut etiam fieri potuerit, ut peregrinorum esset conditio commodior, vel melior, quam civium. Exemplum habuimus de hereditatium vicesima *not. ad Paul. Sententiar. lib. IV. tit. 6. §. 1.* Alia inveniri poterunt apud Livium *lib. XXXIV. cap. 7. & lib. XXXV. cap. 7.* SCHULTING.

43. *Octavianus probat &c.*] Leg. *Octavenus probat, at Prator.* PITH.

44. *Non permittit*] Quemadmodum id nec permiserat civibus circa illos, qui domini voluntate in libertate morabantur, ante legem Juniam Norbanam, *§. 6.*

45. *Lege peregrina*] Non a Romanis justa, sed a peregrinis talibus, qui vel in totum, vel ex parte legibus suis utebantur. Quin & Ulpiani tempore, multae civitates liberae in Imperio Romano erant, quod attigimus ad Ulpianum *tit. 19 §. 4.* ac sic fieri poterat, ut manumissio aliqua ex certa lege alicubi non prodesset servo, quo minus is deberet servire, contra quam Romanus Praetor vel Magistratus jus reddebat. Is tamen aditus a domino, qui ex lege civitatis suae petere poterat, ut servus sibi serviret, observare debebat hoc jus, quo aliud confirmatum erat, uti hic dicitur, sive aliud erat cautum, vel approbatum. V. C. Jac. Gothofredus *ad l. un. Cod. Theod. de hereditat. peregrin.* legit *peregrina conf. f.* sed non opus emendatione: ac ferri & explicari lectio *vulgata* commode potest. At Sam. Petitus *Observ. lib.* 11. *cap. 1.* pro Graeco Ἑλλήνων reponit Ἀσσυρίων, quasi hic fiat facta mentio legis Aeliae & novarum, nempe, legum: quod fieri non potest, quando Latinorum status diu post latam legem Aeliam Sentiam confirmatus est lege Junia Norbana: & hae leges omnes ad peregrinos non pertinuerint. SCHULTING.

46. *Peregrina*] Ἑλλήνων. PITH.

47. *Minor viginti annorum &c.*] Vide Cajum *Inst. lib. 1. tit 1. §. 7.* Ulpianum *tit. 1. §. 13.*

48 *Hic autem, qui manumittitur &c.*] Hoc verum non est, manumissum a minore post causam a consilio probatam Latinum fuisse, cum lex Aelia Sentia non aliud discrimen statuerit inter dominos minores viginti annis & majores, quam quod minores deberent manumittere post causam in consilio approbatam. Imo & mulier a minore manumissa poterat duci uxor, *§. 3. inst. qui & quib. ex caus. manumitter. non poss. l. 13 D. de manumiss. vindict. l. 21. D. qui & a quib manumiss. liber. non s.* & tamen cum Latina connubium non erat, nisi id speciatim esset concessum,

fit: & solum ei [49] hoc procedit libertas, ut iterum manumitti possit, & civis Romanus fieri.

15. [50] Mulier sine tutoris auctoritate [51] nisi [52] liberorum jus habeat, [54] tunc enim ex vindicta sine tutore potest manumittere. Unde si mulier absens liberum esse jusserit, quae jus liberorum non habet, quaesitum est, si tutoris ejus auctoritatem commodum eo tempore, quo [55] epistola scribitur servo [56] a domina, * Julianus negat: existimat enim, eo tempore debere auctoritatem praestare, in quo [57] peragitur libertas: [58] tunc enim peragi intelligitur, quando servus cognoverit dominae voluntatem. Sed Neratius [59] Proclus probat, libertatem servo competere: sufficere enim quando epistula scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris: cujus sententia & constitutione Imperatoria confirmata est.

16. [60] Servum pigneri datum civem Romanum facere debitor non potest, [61] nisi si solvendo non sit: obstat enim libertati lex Aelia Sentia, quae vetat servum [62] foenatorum causa manumissum civem Romanum fieri, [63] sed Latinum.

17. Et

tum, Ulpiano teste *tit 5. §. 4.* Ego dubito, & docti considerandum relinquo, an non hic aliqua exciderint: ac mentio fierit facta ejus, quod Ulpianus habet *tit. 1. §. 12.* vel *§. 16.* SCHULTING.

49. *Hoc*] *Ad hoc, τοῦτο.* PITH.

50. *Ut iterum manumitti possit*] Ulp. *tit. 1.* IDEM.

51. *Mulier sine tutoris auctoritate*] Idem Ulp. *tit. 1.* IDEM. Exciderunt haec, *manumittere non potest*, quae habet etiam ed. Genev. cIↃIↃLXXXVI. & sic Cujacius *Observ. lib. XIII. cap. 31.* vel *libertatem dare non potest.* Eo pertinet id, quod habet Ulpianus *tit. 1. §. 17.* SCHULT.

52. *Nisi liberorum jus habeat*] Plu[illegible] PITH.

53. *Liberorum jus*] De quo plura [illegible]nus ad Ulpianum *tit. 11. §. ult.*

54. *Tunc enim ex vindicta &c.*] Asterisum, quem edd. quaedam ante haec habent, hinc abesse volui, cum optime omnia cohaereant. Malim vero, *& vindicta*, hoc sensu, quod non tantum inter amicos manumittere possit, verum etiam vindicta. SCHULT.

55. *Epistula*] Manumissionis per epistolam vestigia sunt in *l. 38. D. de adq. poss.* & apud Caj. *lib. 1. Instit.* PITH.

56. *A domina* *] Hic excidit, *an hoc sufficiat*, vel *an libertas competat*, aut *Latinus fiat*: ita enim manumissi justam libertatem non consequebantur. Editio Gen. eadem in contextu habet alia litteratum forma, *an interposita auctoritas ullius momenti sit*, quod & Cujacio placuit *Observ. lib. XIII. cap. 31.* ut adeo pluribus modis hic defectus possit supplerl. Ac rectius quidem potius talia intacta in contextu, quam ut ex conjectura ita suppleatur. SCHULTING.

57. *Peragitur*] Ἀναγράφεται. PITH.

58. *Tunc enim peragi*] Pro, *tunc autem peragi.*

59. *Proculus*] *Priscus.* PITH.

60. *Servum pigneri datum civem Romanum &c.*] Expungendum *non* cum Cujacio *Paratitl. tit. C. de serv. pignor. dat. manumiss.* idque eo firmatur, quod sequens *non* sit in Graeco a Pithoeo productum: vel legendum mox cum Pithoeo, *nisi solvendo sit*, quod receptum est in eadem edit. Genev. Habet vero hoc locum, ut debitor possit manumittere servum pigneratum, si generaliter obligaverit servum, *l. 3. C. de serv. pignor. dat. manumiss.* quia hoc casu pleno jure manet dominus, *l. 29. pr D qui & a quib. manumiss. liber. non s.* modo tamen sic solvendo, uti hic additur, & docet *d. l. 29.* Non idem in eo, qui specialiter servum obligavit, *d. l. 3. & l. 3. D. de manumissionib. l. 2. C. de necessar. serv. heredib. instituend.* cum hic debitor pignoris causam facere non possit deteriorem, nisi creditore permittente, *l. 1. C. de serv. pignor. dat. manumiss. & l. 2. C. de remission. pignor.* quas leges conjungendas esse notat Cujacius *Paratitl. tit. C. de serv. pignor. dat. manumiss.* Videri poterit hac ipsa de re Janus a Costa *ad §. 2. Inst. qui & quib. ex caus. manumitter. non poss.* SCHULTING.

61. *Nisi si solvendo non sit*] Βελτίων ἡ μὴ ἐπὶ τοῦ ἀντιλέγειν. For. *nisi si solvendo sit.* Contra tamen Paulus in *l. 2. D. de manumiss.* PITH.

62. *Foeneratorum*] Δανειστῶν. Mss. F. C. id est, *fraudandorum creditorum*, ut in *l. 2. D. qui & a quib. man.* IDEM.

63. *Sed Latinum*] Servum pigneratum liberum & civem Romanum facere debitor, qui solvendo non est, nullo modo potest: ideoque nec Latinum facere potuit talis manumissio, cum sic quoque servus liber fieret, ac commercio eximeretur: & proinde pignus debitori intervertetetur, quod nullo modo patitur

ratio

17. Et qui [64] in censum manumittitur, [65] si triginta annos habeat, civitate Romana [66] potitur. [67] Census tamen Romae agi solet. [68] Census autem lustro conditur. Est autem lustrum [69] quinquennale tempus, quo Roma [70] lustratur. [71] Sed debet hic servus [72] ex jure Quiritium manumittentis esse, ut civis Romanus fieri possit. [73] Magna tamen [74] dissensio inter prudentes, utrum

ratio juris: imo & lex Ælia Sentia libertatem talem impedit, *pr. Inst. qui & quib. ex caus. manumitt. non poss.* & liberos fieri prohibet, *l. 27. pr. qui & quib. manumiss. liber. non fi.* Nec aliter Cajus *Inst. lib. 1. tit. 1. § 3.* Ulpianus *tit. 1. § 15.* ut proinde hoc mihi suspectum sit. Ne dicam, Latinorum conditionem inventam esse post latam dudum legem Æliam Sentiam. Vide notata ad Cajum *dict. tit. 1. § 2. & 3.* SCHULT.

64. *In censum*] Hier. Alexander *ad Caj. Inst. lib. 1. tit. 1. § 1.* legit, *in censu*, recte. IDEM.

65. *Si triginta annos habeat*] Confer Ulpianum *tit. 1. § 12.* & illic nostra.

66. *Pascitur*] *Potitur* πάντα. PITH. Hoc recepi quoque.

67. *Census tamen Romae agi solet, &c.*] Græca hæc proferuntur a Salmasio. Ἀποτίμησις ἐπὶ Ῥώμης ἄγεσθαι εἴωθεν, ἡ ἀποτίμησις καθαρμὸν κλίζεται. Latina hæc habet Salmasius. *Census autem apud Romam agi solet, vel census lustro conditur.* In his illud *autem* non est in Græcis. Pro, ἡ ἀποτίμησις, *vel census*, mallem, ἡ ἀποτίμησις, *census*, ut foret nova inde oratio. *Census &c.* uti est hic quoque in contextu. Census vero hic intelligitur lustralis, uti Ulpianus loquitur *tit. 1. §. 8.* ubi vidimus, censum illum Ulpiano florente in usu non fuisse: at censum bonorum in Pandectis & Codice notissimum esse. Ceterum & sub Decio censum lustralem Romæ actum fuisse colligitur ex Trebellio Pollione *Valerian. cap. 1. & 2.* unde constat, Valerianum Censorem tunc fuisse. Quod tamen ultimum, & longo intervallo repetitum exemplum fuisse, notat illic Vir Magnus, Is. Casaubonus. SCHULTING.

68. *Census autem lustro conditur*] Τίμησις δὲ καθαρμοῦ τίθεται. Ascon. *in Verr.* PITH. Græca apud Salmasium integriora sunt.

69. *Quinquennale*] Sic quoque Varro *de Ling. Lat. lib. V.* ubi notat, dici *lustrum* a luendo, hoc est, solvendo, *quod quinto quoque anno vectigalia & nitro tributa per Censores persolvebantur.* Atque hoc est lustrum Romanum: at lustrum Julianum post fastos a Cæsare correctos annis absolvitur quatuor, quorum ultimus constat diebus CCCLXVI. quo pertinent versus Ovidii *Fastor. lib. III. vers. 163.*

Hic anni modus est. in lustrum accedere debet,
Qua consumatur partibus una dies.

Ita Vir Summus Jos. Scaliger *Canon. Isagog. lib. I. cap. 2. definit. 3. & 6. & lib. III. not. ad dict. definition. 3 & 6.* quem probat Ger. Joh. Vossius *Lexic. Etymol. legit. v. lustrum.* IDEM.

70. *Lustratur*] Καθαίρεται. PITH. Legendum videtur in Græco καθαίρεται. Lustratio hæc fiebat in campo Martio, cum esset populus armatus illic congregatus: is enim lustrabatur suibus, ovibus, taurilibus, sive, ut alii loquuntur, suovetaurilibus, nempe, sue, ove, & tauro, quæ ter circum exercitum agebantur, ac deinde Marti immolabantur, atque populus expiabatur: quod constat præcipue ex Livio *lib. 1. cap. 44.* Varrone *de re rustic. lib. II cap 1.* ut & Dionysio Halicarnassensi *Antiquitat. lib. IV. cap 22* qui tamen pro sue memorat hircum: & apud quem pro τράγου legendum esse κάπρου, est qui existimet, probabili conjectura, cum alii omnes non hirci, sed porci passim meminerint. SCHULT.

71. *Sed debet hic servus ex jure Quiritium &c.*] Adde Ulpianum *tit. 1. §. 16.*

72. *Ex jure Quiritium*] Ἐκ δικαίου τυρίας. PITH.

73. *Magna tamen dissensio &c.*] Græca longe pleniora hæc profert Salmasius. Μεγάλη μέντοι ἀμφισβήτησις ἐστὶν ἐν τοῖς ἁπασίοις, πότερον τοῦτο τῷ χρόνῳ δόναμιν λαμβάνειν ἅπαντες, ἐν ᾧ ἡ ἀποτίμησις ἄγεται, ἢ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ καθαρμὸς κλίζεται, εἰσὶν γὰρ οἱ ὑπολαμβάνοντες μὴ ἄλλως δύνασθαι λαμβάνειν τὰ πραχθέντα ἐν τῇ ἀποτιμήσει, ἐὰν μὴ αὕτη ἡμέρα ἐκπληρώσῃ, ἐν ᾗ ὁ καθαρμὸς κλίζεται, ὑπολαμβάνουσι γὰρ ἀποτίμησιν καταβαίνειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τοῦ καθαρμοῦ, ἀχρὶ τοῦ καθαρμοῦ κατατρέχειν ἐπὶ τὴν ἡμέραν τῆς ἀποτιμήσεως. διὰ τοῦτο ἔχουσιν, ἐκείνῃ πάντα ἐν τῇ ἀποτιμήσει πεπρᾶσονται, τῷ καθαρμῷ ἰσχυροποιοῦνται. & Latina. *Magna autem dissensio est inter peritos, utrum hoc tempore vires accipiant omnia quo census agitur, aut in eo tempore in quo lustrum conditur. Sunt enim qui existimant, non aliter vires accipere, quæ aguntur in censu, nisi hic dies sequatur, qua lustrum conditur. Existimant enim, censum descendere ad diem lustri, non lustrum decurrere ad diem census. Quod ideo quæsitum est, quoniam omnia in censu aguntur, lustro confirmantur.*

74. *Dissensio inter prudentes utrum maneq &c.*] Cic. *de Orat.* Legendum vero *utrum eo.* Interpres tamen ineptissime *a manè*, quæ putissima ratio est, cur hæc potius ex Latinis Græca facta existimem. PITH. Græca apud Salmasium hic sunt meliora. Recepi vero illud *utrum &c.* Ex eo autem, quod Cicero scribit *de Orator. lib. 1. cap. 40.* quæri, an is, qui domini voluntate census est, continuo, an ubi lustrum est conditum, liber sit, non recte colligit Vir Ingeniosissimus, Janus a Costa *ad §. 1. Inst. de libertin.* opus fuisse servo, ut liber fieret, ut dominus integro lustro, id est, quinque annis continuis in eadem voluntate perseveraret: interea vero illum etiam per pœnitentiam libertatem potuisse revocare, cum longe sit aliud, quæstionis esse, an a tempore census, an lustri, sive

lustra-

Digitized by Google

utrum eo tempore vires accipiant omnia, in quo cenſus, an eo, in quo luſtrum conditur. Exiſtimant enim, cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum decurrere ad diem cenſus. Propterea quaeſitum eſt [74] quia [75] omnia cenſu aguntur, luſtro confirmantur. [76] Sed in civitate tantum Romana cenſum agi declaratum eſt: in provinciis autem magis [77] profeſſionibus utuntur.

Hactenus vetus exemplar. Quae ſequebantur, alterius plane erant generis, nec ad jus Rom. quicquam pertinebant. PITH.

luſtrationis omnia vires accipiant, quæ in cenſu ſunt acta: & alia quæſtio ſit, an toto quinquennio dominus voluntatem poſſit mutare. SCHULTING.

75. *Omnia cenſu aguntur, luſtro confirmantur*] Hinc Cujacius *Obſervation. lib.* XVII. *cap.* 20. colligit, potius luſtrum retrotrahi ad diem cenſus: quia quæ confirmantur retrotrahuntur, *l.* 40. *D. de mort. cauſ. donationib. l.* 23. *C. de donationib. int. vir. & uxor.* Interdum vero luſtrum quoque non ſequebatur cenſum, ut ſi annus eſſet funeſtus, quale exemplum eſt apud Livium *lib.* III. *cap.* 22. Ac tunc ut rata eſſent quæ in cenſu acta erant, ad confirmationem ſpeciali lege opus fuiſſe videtur. IDEM.

76. *Sed in civitate Romana tantum &c.*] Græca hæc habet Salmaſius, Ἀλλ' ἐν τῇ πόλει Ῥωμαίων μόνον ἀπογράφειν ἀγεσθαι δεδήλωται, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις μᾶλλον ἀπογραφαῖς χρῶνται. & hæc Latina. *Sed in urbe Romanorum cenſum agi notum eſt: in provinciis autem magis profeſſionibus utuntur.* Ego malim δεδήλωται vertere *declaratum eſt*, quod eſt in contextu: & monitum illud fuit in præcedentibus. IDEM.

77. *Profeſſionibus*] Ἀπογραφαῖς. PITH. Hæ videntur opponi luſtrali cenſui. ceteroquin & hæ profeſſiones cenſus nomine venire conſtat vel ex titulo *D. de cenſibus*, & titulo *C. de cenſibus & cenſitoribus*, &c. & Gloſſæ Philoxeni ſic habent, *cenſus* ἀπογραφή· δείας, ἀπογίμεις. SCHULTING.



Digitized by Google

FRAGMENTVM PAPINIANI.

PAPINIANVS LIB. I. RESPONSORVM, SVB TITVLO DE PACTIS INTER VIRVM ET VXOREM.

Inter virum & uxorem pacta non ſolum verbis, [a] ſed voluntate contrahentium conſtituuntur, [b] ut neuter conjugum locupletior [c] fiat.

1. PAPINIANVS *&c.*] Diu non potui conſtituere, cui hoc fragmentum deberetur, Papiniano, an Papiano; quæ nomina ſæpe confunduntur. Priori adſcribit Sichardus, ac ſubjecit fragmentis Codicis Hermogeniani, his verbis. *Papiniani tituli:* & dein. *Inter. &c.* In ed. Pariſ. cIↃ IↃ LXXXVI. quam paſſim laudo, hoc Papiniani fragmentum præcedit Sententias Pauli, ita inſcriptum, uti nos hic repræſentamus. Cujacius vero in ed. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. illud adſcribit Papiano: & illic eſt primus titulus in libro Reſponſorum Papiani: nec alio loco ponitur in ed. Genev. cIↃ IↃ LXXXVI. At prius jam mihi placet, his rationibus, quia Reſponſa Papiani eumdem ſervant ordinem, quem lex Gundebaldica, ſeu Burgundionum: & hoc reſponſo inde annoto, erit ſimilis utrobique primus titulus: præterea etiam Papinianus de pactis egit libro 1. Reſponſorum, *vid. l. 40. D. de pact.* & ſic loqui potuit de pactis inter virum & uxorem, de quibus etiam titulus eſt in Sententiis Pauli *lib. II. tit. 22.* Hic itaque illud ſeparatim ponere, quam ad Papiani Reſponſa referre malui. SCHULTING.

2. *Voluntate*] Pariſ. *ex vol.*

3. *Ut neuter conjugum locupletior fiat*] Aliter quoque contractus ſunt invalidi, utpote donationem inter conjuges illicitam continentes, *l. 38. D. de contrahend. emption. l. 5. §. 2. l. 32. §. 2. l. 52. D. de donationib. int. vir. & uxor.* SCHULTING.

4. *Fiat*] In Genev. hæc interpretatio ſubjicitur, INTERP. *ut neuter in conjugio fiat locupletior, & ne verbis inter ſe obligari poſſint.* IDEM.

by Google

CONSVLTATIO VETERIS CVJVSDAM JVRISCONSVLTI, ET PAPIANI RESPONSORVM LIBER.

Notas adjecit

ANTONIVS SCHVLTINGIVS,

J. C.

Digitized by Google

De hac Conſultatione haec ſcripta reliquit Jacobus Gothofredus *in Manuál. Jur. in Bibliotheca Jur. Civil. Roman. cap. 2. §. 8.*

CONSVLTATIONEM quoque veteris Juriſconſulti mediae aetatis *de Pactis*, cujus nomen incompertum, ab Antonio Oiſello acceptam edidit Cujacius, de qua v. ipſum VII. *Obſerv. 26.* ubi videre eſt veterum Juriſconſultorum religionem & formam: Nempe ibi ipſa legum capita & Auctorum verba, quibus ſuam ſuffulcit ſententiam auctor ille verbotenus proponit; una cum inſcriptionibus & ſubſcriptionibus ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, (tanta diligentia, ut etiam variis ex Codicibus varias repraeſentet) Theodoſiano, Sententiis Pauli, libris & titulis adnotatis. In cujus facti cauſam inquirit Cujacius, *praefatione ad Conſultationes ſuas.* vide & quae P. Pithoeus notat, *Notis de Collatione Legum Moſaic.*

Digitized by Google

CONSVLTATIO VETERIS CVJVSDAM JVRISCONSVLTI.

I. Conſuluiſti me, utrum inter fratrem, & ſororem habita de rebus dividendis pactio virtutem aliquam poſſit retinere: quam tamen pactionem dicis mulierem illam metu mariti, & imperio ſubſcripſiſſe: & ignoraſſe, quae, vel quales conditiones ipſi pactioni ſuiſſent inditae, vel inſertae. Ergo ſi ita eſt, quemadmodum tua conſultatione ſignificas, pactum hujusmodi jure diſſolvitur: nec ſtare poterit; quia legum beneficiis [2]omnimodis impugnatur: [3]primoreque juxta id, quod propoſuiſti, capite inviti pactio & metu coacti ipſis legibus de pactis clamantibus apertiſſime infirmatur: nam manifeſte conſtitutum eſt, ne quiſpiam paciſci cogatur invitus. Dein textus memoratarum legum ſic continet, quas libero arbitrio & voluntate confecit. Quis erit tam deſtitutus ſapientia, & vacuus intellectu, ut dicat, illam pactionem fortem, & firmam eſſe debere, quam mulier metu coacta mariti ſubſcripſit imperio? Ac ſic liberam voluntatem, & proprium arbitrium non intelligitur habuiſſe: ac per hoc ipſo legum capite, ſicut jam ſupra dictum eſt, tale pactum nullius judicatur eſſe momenti, quantum leges ſubter annexae teſtantur. *Ex* [4]*corpore Gregoriani lib. II.* „IMP. SEVERVS A. *Julio Conſerturino.* Ea, quae per vim, & metum geſta „ſunt, etiam citra Principale auxilium irrita eſſe debere, jampridem con„ſtitutum eſt. *Accepta Kal. Jul. Dextro II. & Criſpino Coſſ.* Item alia *ex cor„pore & libro ſupradicto. Imp. Antoninus.* A. *Juliae Baſſiliae.* Pacta, quae ab „invitis contra leges conſtitutionesque fiunt, nullam vim habere, indubita„ti juris eſt, & cet. PP. V. *Kal.* AVG. ANTONINO. A. VI. *& Albino Coſſ.* „IMP. ALEXANDER A. DIONYSIO. [5]ad locum. Pactum, quod mala fide

1. CONSVLTATIO] Non una hic Conſultatio, ſed plures videntur congeſtae eſſe: atque inde effectum, ut bis aliquando vel ſepius eadem de re & ex profeſſo reſpondeatur: verbi gratia, de tranſactione de re judicata *n. 4. & n. 6. & ult.* Prima vero conſultatio tria habet capita: & *n. 4.* incipit ſecunda. Commodum igitur fore exiſtimavi, ſi in partes haec dividerentur, quod ex parte obſervatum eſt in edit. Pariſ. cIↃ IↃ. LXXXVI. & numerus cuique parti praponeretur.

2. *Omnimodis*] Sic ſaepe interpres Pauli, ad quem videantur notata *ad lib.* IV. *Sententiar. tit. 1. §. 4.*

3. *Primoreque*] Pariſ. jam laudata in marg. *primo ordinique.* Nihil mutandum, maxime cum & ita alibi locutus ſit ipſe Auctor, ut *n. 5. & 6.*

4. *Corpore Gregoriani*] Auctor hic non eſt uſus integro Codice Gregoriano, aut Hermogeniano, ſed breviario Alariciano. Vide dicta ad principium fragmentorum Codicis Gregoriani. Leges vero ex illis Codicibus deſumptas, inter illorum reliquias collocatas, & illic illuſtratas invenire licebit: adeoque hic illas praetermittemus intactas.

5. *Ad locum*] Vide ſcripta *ad l. 14. Cod. Gregorian.*

„fide factum eſt, irritum eſſe, & cetera. PP. II. *Id. Sept.* ALEXANDRO AVG. CONS. Item alia *eod. libro & corpore.* IMPP. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. AVRELIO HERACLIDI. „Si non ex mandato uxo„ris tuae, adverſario ejus cautionem remiſiſti, idque evidentibus docu„mentis monſtrari poteſt, quod citra conſcientiam uxoris tuae, & ea invita „factum eſt, carebit effectu. PP. VIII. *Id. Sept. Diocletiano V. & Maximiano III. Coſſ.* Item alia *eodem libro & corpore.* IMP. CARVS & NVMERIANVS AA. AVRELIO. „Cum fraudis ſtudio transactionem interpoſitam „eſſe dicas, quod inter vos geſtum eſt, infirmat juris auctoritas. Et reliqua. PP. VI. IDVS DECEMB. CARO & CARINO CONSVLIBVS. Ergo ſi leges ſervantur, & cuſtodiuntur Principum ſtatuta, pactionem, de qua locuti ſumus, manifeſtiſſimum eſt nullas vires habere. Nam hoc loco Theodoſiani [6]legem de pactis pro hoc credidi inſerendam; quia initium ipſius conſtitutionis tale eſt, ut dicat. „Si adverſum pacta, vel transactio„nes quas libero arbitrio, & voluntate confecit, putaverit eſſe veniendum, „& poenam reddat, & emolumenta perdat, & infamiam incurrat. Sed ille, qui liberum arbitrium habuit, non ille, qui invitus fecit, & faciendi voluntatem non habuit.

II. Secundo loco me conſulendum ſub hac voce duxiſti, ut diceres, diviſionem in caſtello ſic factam a marito mulieris ipſius, ut, illa neſciente, domus cum membris ſuis, vel hoſpitiis circumjectis diviſa ſit ſine conſcientia uxoris. Si ea praedictus maritus fecerit, nulla aequalitate ſervata, nulla compenſatione in omnibus cuſtodita, ad haec verba ex legum conſtitutione reſpondi, maritum in negotiis uxoris ſine mandato non recte aliquid definire: nec poſſe aliquid firmum, & ſtabile eſſe, quod ſine conſcientia uxoris de rebus uxoriis [7]viſus fuerit tranſegiſſe; praeſertim ſi doceatur inutilis eſſe, & ſine aequalitate, vel compenſatione ipſa diviſio. Notum eſt, quod etiam ſi mandato uxoris niteretur, & fraudulenta diviſio, vel [8]minus aequalis poſſet oſtendi, vacua & inanis ſpecialiter remaneret. Adde, quod ſine uxoris conſcientia maritus dicitur definiſſe, qualem poterit habere virtutem? aut quid valebit, cum primum uxor hoc refragari voluerit? Sed ne forte dicat, amplexa es diviſionem, & acquieviſti rebus diviſis, reſpondendum eſt legaliter, & pro omni veritate hoc ſpecialiter habendum, quia etiam inter majores perſonas, & [9]legales, ſi fraudulenta diviſio facta probe-

de pact. & transactionib. Quae hic ſequuntur ſunt particula *l. 4. eod. Cod. & tit.*

6. *Legem*] Inſerit hic quaedam ex *l. ult. Cod. Theod. de pact. & transactionib.* quae eſt *l. 40. C. de transactionib.* non tamen verbotenus.

7. *Viſus fuerit tranſegiſſe*] Hoc eſt, *tranſegerit*. Crebra talia in Codice Theodoſiano, quae collegit Jac. Gothofredus *Gloſſar. Cod. Theodoſ.*

8. *Minus aequalis*] An ergo omnis inaequalitas per ſe ſola diviſionem faciet inutilem? Id non videtur, niſi ſit facta non bona fide, vel perperam: nec plus evincunt ſequentia, & leges mox prolatae.

9. *Legales*] Legitimae aetatis. Alibi ita dicuntur a poſterioribus ſcriptoribus qui perſonam habent ſtandi in judicio. vide Du Cange Gloſſarium.

probetur, legibus rescinditur, & a judice divisio ipsa, aestimantibus magnis viris, ad meliora reducitur: & facta compensatione firmior divisio constituitur, sicut lex infra scripta evidenti lectione declarat. *Ex Corpore Gregor libro III. Impp. Diocletianus & Maximianus* AA. *Aureliae Severae.* „An „divisio, quam jam factam esse proponis, convelli debeat, Rector provin„ciae, praesente parte diversa, diligenter examinabit: et, si fraudibus eam „non caruisse perspexerit, quando etiam majoribus in perperam factis di„visionibus soleat subveniri, quod improbum, atque inaequaliter factum „esse constiterit, in melius reformabit. PP. XVII. *Kal. Jul. Ipsis* VI. & *Costantio* III. *Coss.* Item alia *eodem libro & Corpore. Impp. Diocletianus & Maximianus* AA *Aproniae Mammae.* „Si divisio inter te, & sororem tuam non „bona fide facta est, etiam citra Principalis restitutionis auxilium, quod „etiam majoribus tribui solet, ad aequitatis temperamentum reformari „potest, & cet. PP. VI. *Kal. Jul. Maximiano* II. & *Aquila* CONSULIB.

III. Tertio loco, vel capite interrogandum me specialibus censuisti, utrum contra judicium iri possit, quod adversus maritum in causa mulieris prius datum est, eo quod mandato usus fuerit uxoris suae, & in causa ipsa victus abcesserit, & contra eum judicium prolatum fuerit. Addidisti etiam, quod mandatum neque gestis legaliter fuerit allegatum, nec satisdatorem dedisset ille ipse procurator ab uxore factus, & sic causam dixisset, quam agebat. Quod si verum est, illud judicium dici non potest. Sed nec judices sine verecundia, & turpitudine erunt, qui personam in ipso litis initio non inquisierunt, sicut est legitimum: nec fecerunt, ut satisdatorem daret procurator, quod & consuetudinis est: & re vera legaliter observatur. Ac praeterea, si hoc factum non est, nullam personam habuit litigandi. Sed nec illi potuerunt in causa proferre judicium, ubi fuit ludificatoria, inanis, & nulla persona. Quid potest esse miserius? quid abjectius? quid legibus sic contrarium, ut ingrediatur audientiam, sedentibus judicibus, ille, qui nullam in se habeat firmitatem, & citra legum solemnia vanas actiones intendat? Respice leges subter adjectas: tunc intelliges, quod qui mandato utitur, satisdatorem dare debet. Sed in illo mandato hoc futurum est, ubi aut verbo mandatur, aut gestis epistola mandati non legitur allegata. Ergo testimonium legum, sicut jam dictum est, sequentium diligenter attendite. Sic agnoscetis, judicium stare non posse, ubi ad agendum solemnis persona, id est, solemniter ordinata, ingressa non fuerit. *Ex Pauli Sententiarum lib. I.* „Voluntarius procurator, qui se negotiis alienis offert, rem ratam domi„num habiturum cavere debet. Item alia *eodem libro & corpore.* Actoris „procurator non solum absentem defendere, sed & rem ratam dominum „ha-

10. *Ex Pauli &c.*] De his quoque, & aliis, quae ex Paulo producuntur, ad Paulum ipsum dictum est.

„habiturum, satisdare cogitur. Item alia *eod. libro & corpore.* Petitoris pro„curator rem ratam dominum habiturum, desiderante adversario, satisdare „cogendus est; quia nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione. Item alia *eod. lib. & corpore.* „Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis nomi„ne non datur? Quid apertius, quam leges supra scriptae declarant, quod nulla actio per procuratorem sine satisdatione intendi potest, aut proponi? Ergo si actio non datur illi procuratori, qui satis non dederit, quomodo potest dici, aut nominari judicium, ubi "accusationis vestigium nullatenus invenitur? Quid testificantur Principes per constitutiones innumeras, nisi nulla esse debere judicia, ubi procurator satisdationem non dederit, aut rem ratam dominum habiturum evidentissima sponsione firmarit? Attentus audi, quid loquitur lex subter adjecta: tunc intelliges, cadere judicia, quae sine procuratoris satisdatione fuerint omnino prolata. *Ex corpore Theodosiani lib. II. Impp. Valentinianus & Valens.* AA. „"[12] Commune negotium & quibusdam „absentibus agi potest, si praesentes rem ratam dominum habiturum cavere „sint parati, vel si quod ab his petitur, judicatum solvi satisdatione firmaverint, PP. VI. *Id. Decemb. Divo Joviano & Varroniano Coss.* Item eodem libro & titulo, *Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius* AAA. *Pancratio* PF. P.„"[13] In principio „quaestionis persona inquiri debet, utrum ad agendum negotium mandato „utatur accepto. Quibus rite & solemniter constitutis, potest esse senten„tia: praeteritis autem his nec dici controversiae solent, nec potest esse judi„cium, &c. *Dat. prid. Non. Apr.* CP. *Antonino & Syagrio Coss.*

IV. In nomine Dei, quid tractari, aut observari debeat, quoties pacta inter partes emissa fuerint, si conditiones tales interponantur, quae nec legibus, nec rationi conveniunt, quid agere, aut objicere adversario debeas, lectionibus subter annexis poteris evidentius informari, quod tantum de dubiis rebus "paciscí possumus. De rebus enim certis, "& incertis, & futuris, aut de crimine transigi nulla penitus ratione potest. *Paulus Sentent. lib. I. tit. de pact. & conventionibus, vel transactionibus.* Functio dotis pa„cto mutari non potest; quia privata conventio juri publico nihil dero„gat. In bonae fidei contractibus pactum conventum alio pacto dissolvi„tur: &, licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur, *eodem lib. & titul* Enim vero si de re judicata aliqua pactio interponatur, stare legibus non potest. Ad quam pactionem excludendam harum Pauli sententiarum

11. *Accusationis*] Res ipsa vult legi, *satisdationis.*

12. *Commune negotium*] Est l. 2. *Cod. Theod. de cognitorib. & procuratorib.* Cujus legis, ut & aliarum ex eodem Codice desumptarum, explicatio peti poterit a Jac. Gothofredo, Codicis illius interprete eruditissimo.

13. *In principio &c.*] Est l. 3.

14. *Paciscí*] Pro *transigere*: pacta enim gratuita etiam de re judicata valere constat: & dictum satis ad Paulum *Sententiar. lib. 1. tit. 1. §. 1.*

15. *Et incertis & futuris*] Genev. ed. CIↃIↃLXXXVI. *& in certis futuris*: quod tamen nec ipsum stare potest; quid enim certius est, quam de rebus incertis, & futuris

„tentiarum proferes lectionem. Post rem judicatam pactum, nisi dona-
„tionis causa interponatur, servari non potest. *lib. I. tit. de transact.* Item
„*eod. lib. & tit.* Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci
„possumus. De criminibus propter infamiam nemo cum adversario pacisci
„potest. Idem *lib. III. tit. de instit. hered.* Pacta, vel conditiones contra le-
ges, vel decreta Principum, vel bonos mores nullius sunt momenti. [16] *Ex
corpore Hermogeniani tit. de pact. & transact. Impp. Diocletianus & Maximianus.
„AA. Sevastiano.* Neque ex nudo nascitur pacto actio: neque si contra bo-
„nos mores verborum intercessit obligatio, ex his actionem dari conve-
„nit, & reliqua. PP. *IIII. Kal. Jun. iisdem Coss.* Item *eodem corpore & [17] lib.
„Iidem* AA. *& CC. Flavio Rumitalo.* inter cetera, & ad locum. Pactum ne-
„que contra bonos mores, neque contra leges emissum valet. & reliq.
PP. *Id.* AA. *Coss.* Item *eodem corpore & tit. Idem* AA. *&* CC. *Zenxiano Anto-
„nino.* Pacto transactionis exactio judicati non tollitur. Unde si pater tuus
„condemnatus judicio, post transegit, & solvit, solutione magis, quam
„transactione, tuum defende negotium, & reliq. PP. XVIII. *Kal. Jan.
ipsis* AA. *Coss.*

V. In Dei nomine, quid tractari debeat, quotiens adversarius aliqua sibi direpta, sublata, proposita intendit actione reposcere. [18] Primore in loco debet personam suam, quae sit ad repetendum idonea, evidenter ostendere: & dum claruerit, eum ad repetendum personam habere legitimam, in genere actionis quid, aut quantum, aut quas species, in modum, & mensuram, vel summam, & quantitatem debet specialiter designare, & indubitanter exprimere. Quae universa secundum leges subter adnexas hi, qui judicaturi sunt, petitorem implere compellunt: qui si aut negligere, aut satisfacere legibus fortasse nequiverit, causam perdat, secundum leges subter adnexas. Quibus modis causa petitor cadat, leges *lib.* I. *Pau-
„li Sentent. tit.* [19] *de eo, qui causa cadit*, ita. Causa cadimus, aut loco, aut sum-
„ma, aut tempore, aut qualitate. Loco, [20] alibi: summa, in repetendo: tem-
„pore, ante petendo: qualitate, ejusdem rei speciem meliorem postulando.
Item *lib.* I. *Pauli Sentent. sub titulo, si hereditas, vel quid aliud petatur.* He-
„reditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos pertinet. Alioquin plus
petendi periculum incurrimus, & causam perdimus. *Ex corpore Hermoge-
niani. titul. de calumniatoribus, & plus petendo. Impp. Diocletianus & Maximia-*

nus

tubis transfigere nos posse? Si legeretur, *nec inertis frumis*, sensus saltem esset commodus.

16. *Ex Corpore Hermogeniani*] Et hinc desumptas leges in illius Codicis reliquiis repositæ, & illic explicatæ invenientur.

17. *Lib.*] Mallem *tit.* ut titulus sic solus citetur, quod etiam sit alibi, non liber.

18. *Primore*] Siem. I.

19. *De eo, qui causa cadit*] In Sententiis Pauli *lib. I. tit.* 20. hodie est *de plus petendo*, ubi de hoc loco dictum est

20. *Alibi*] Apud Paulum est, *si alibi*: & mox, *summa, si plus, quam damus, petimus*: & dein, *tempore re-*

peten-

„nus AA. *Aurelio Dextro.* inter cetera, & ad locum. Si tutor, vel curator „plus petierit, cauſa cadit. Quod cum factum eſſe dicas, fruſtra a nobis re„medium quaeris; quia te ratio juris impugnat. PP. IIII. *Id. Decemb. Nico„mediae. Conſtantio & Maximo Coſſ.* Idem eodem corpore. [21] *Et iiſdem* AA. & „CC. *Claudio Menandro.* Quotieſcunque ordinatis actionibus aliquid peti„tur, ideo petitor cogitur ſpecialiter genus litis edere, ne plus debito, aut „eo, quod competit, poſtuletur. Sive itaque fideicommiſſum, ſive fundus, „ſive pars fundi, ſive domus, ſive pars domus, ſive debitum, aut quodcum„que petatur, ſpecialiter deſignari debet petitionis ſumma, vel quantitas, „cum genus litis editur. Si quis igitur plus ab eo, quod ei competit, vel „debetur, petierit, rem & cauſam, de qua agitur, perdit. Plus enim peti„tur, ſicut reſponſis Prudentum continetur, ſumma, loco, tempore, cauſa, „qualitate, aeſtimatione. [22] Vnde iſtius lege reſcripti excipe adverſarium „apud judicem competentem; quem ſi judex plus petiiſſe perſpexerit, ex„tinctis adverſarii tui petitionibus, pro partibus tuis ſententiam dicet. PP. *Mediol.* XII. *Kal. Aprilis, Tuſco & Aquilino Coſſ.* Hic require, qualiter actionis [23] editio pulſato fiat.

VI. Juvante Deo quid tractari debeat adverſus eum, qui ſe heredem dicit alicujus, aut ad ſe hereditatem perſonae cujuslibet aeſtimat poſſe competere. Et dum agere forſitan tentaverit, primore in loco debet evidenter oſtendere, ſe perſonam habere legitimam: & hoc dum oſtenderit, ut juris legumque dictat auctoritas, genus actionis edere debet, in quo manu ſua ſubſcribat; quo dato genere actionis, acceptis triduanis induciis, quarto die reſpondeat adverſarius ſuus, ut leges praecipiunt, reſponſionibus ſalvis pulſato, quae de jure, & legibus ſuffragantur; ſalva etiam actione calumniae; quia dum calumniator qui pulſat oſtenſus fuerit, qualis ſit poena calumniae, legibus ſubter adnexis oſtenditur: ſic tamen, ut ipſe probet, quemadmodum ſua intereſt: & oſtendat, ad ſe univerſa, quae repetit, pertinere. Illud praecipue ſumma cum cautela obſervari oportet, ut, ſi adverſarius ſcripturam aliquam donationis oſtenderit, & primore in loco fidem faciat ſcripturae; quam dum fecerit, in eadem munificentia ſingulae quaeque res ſi ſcriptae fuerint, quae donantur, ſicut leges jubent, valet facta donatio: & ſi eas dum vixit in bonis ſuis habuit, aut ejus juri, vel dominio competebant, aut ſi lite conteſtata de hac luce migraverit. Quae univerſa qualiter, & quibus modis adſtruere, [24] defenſore, vel adverſario Divinitatis auxilio reſiſtere debeas, inferius continentur adſcripta. Et ne forte dicat adverſa pars, aliqua ſibi Principali

petendo ante tempus, & poſtulantes, quod ultimum eſt etiam in ed. Pariſ. 1586 LXXXVI.

21. *Et iiſdem*] Malim, *Iidem*, vel *& Iidem*: ſunt enim haec non ſubſcriptio reſcripti, ſed inſcriptio.

22. *Vnde iſtius*] Ead. ed. Pariſ. *Vnde inſtructus iſt.*

23. *Editio*] In eadem ed. eſt *edita*, cum praecedente aſteriſco, perperam.

24. *Defenſore*] An, *& defenſori?*

25. *Ha-*

pali rescripto, aut praeceptione fuisse concessa, ad [25] hujusmodi versutiam potest pulsatus modis omnibus replicare, Principem ea semper velle concedere, quae legibus, rationique conveniunt: quia causa, quae nullam de legibus sortitur firmitatem, in praejudicium alterius a Principe non potest sumere firmitatem; sicut idem inferius declaratur. Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur *lib. I. Sentent. tit. 6. Si hereditas, vel quid aliud petatur.* Qui petit hereditatem, ipse probare debet, ad se magis, quam ad eum, qui possidet, sive ex testamento, sive ab intestato, pertinere. Idem *eod. lib. Sententiarum receptarum, eodemque titulo. Si hereditas, &c.* Eas res, quas quis juris sui esse putat, petere potest: ita tamen, ut ipsi incumbat necessitas probandi, eas ad se pertinere. Idem *eod.* leges *lib. & tit.* [26] IIII. In petitione hereditatis ea veniunt, quae defunctus mortis tempore deréliquit, vel ea, quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea quaesita sunt. *Eod. lib. & tit. Si hereditas, vel quid aliud petatur. Lib. II. Sent. Pauli tit. ex empto & vendito.* Heredibus debitoris adversus creditorem, qui pignora, vel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit. *Lib. III. Paul. Sent. tit. de legatis.* Post diem legati cedentem actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur. Item qualiter donatio fieri debeat, *ex corpore Hermogeniani, tit. de donat. inter vir. & uxor. Impp. Diocletianus & Maximianus* AA. *Septimio Sabiniano.* Cum de bonis tuis partem quidem tertiam penes te retinuisse, partem vero tertiam in eum, quem tu in potestate habebas, ac tertiam in emancipatum donationis titulo contuliss commemores, non est juris incerti, in eum quidem, qui in sacris familiae tuae remanet, destinationem magis paternae voluntatis factam, quam perpetuam donationem perveniss; nec in emancipatum translatam, si generaliter idem pater tertiam bonorum donasti; quia generaliter bonorum portionem donare non potes, cum singulae res nominari debeant, quae donatione, emancipatione, vel in jure cessione transferuntur, & reliqua. *Dat. prid. Kalen. Maji. Heraclea, ipsis* AA. *Coss.* Idem *eod. lib. & tit. Impp. Diocletian. & Maximian.* AA. *Cretiano Maximo.* Nec venditio donationis causa bonorum omnium valet: sed rerum singularum nominatim donatio facta capit effectum, &c. *Dat.* VIII. *Kal. Januar. Caesarib. Coss* [27] Item leges, legatum, si per codicillos [28] dimissum fuerit, sine testamento valere non posse. *Ex*

25. *Hujusmodi*] Ita ead. ed. Par. alii, *hujus modi*, non recte.

26. *Tit.* IIII.] Forte delendus numerus, qui non est verus, nec ad rem facit.

27. *Item leges, &c.*] Hoc nihil pertinet ad praecedentia: ad quae tamen iterum ex sequentibus alia spectant. Sed nec in principio distincte proponuntur omnia, ad quae deinceps respondetur. Quod sequitur *dimissum* notat *relictum*. Ita sapissime Arianus. Plurima collegit Alexander *ad Caj. Inst. lib.* II. *tit.* 7. *n.* 8.

28. *Intentioni vestrae*] Sic ed. Paris. In fragmentis Codicis Hermogeniani est *intentionis vestrae*. In edd. aliis hujus Consultationis legitur, *intentionis vestrae*: sed tunc deberet praecedere *ad*.

Ex corpore Hermogeniani tit. de donat. inter vir. & uxor. Idem AA. *&* CC. *Aurelio Altino.* inter cetera, & ad locum. Codicillis autem sine testamento legatum nec adimi, nec dari potest. *Datum sub die* VIII. *Kal. Januar. Nicomedia.* CC. *Coss.* Item leges, qua poena calumniatores plectendi sint. *Ex corpore Hermogeniani tit. de calumniatorib. Impp. Diocl. & Max.* AA. *Quintiano:* Tibi magis, quam adversario, qui per calumniam petit, contra quem supplicas, judicio tutelae convenit excipere actionem, ad quam respondere debes; quippe, si per calumniam hoc eum facere confidis, remedio repromissionis initio postulatae, calumniae decimae partis ejus, quod petit, tibi condemnari eum desiderare potes. PP. *Kalend. Novemb.* AA. *Coss.* Item leges, qualiter petitor probare debeat quod intendit, non ab adversario instrui. *Ex corpore Hermogeniani tit. ad exhib. Impp. Diocl. & Maximian.* AA. *Aurelio Diogeni.* Nimis grave est quod petitis, urgeri ad exhibitionem partem adversam eorum, per quos sibi negotium fiat. Vnde intelligitis, quod intentioni vestrae proprias adferre debeatis probationes, non adversum se ab adversariis addici. PP. *Kalend Maji*, AA. *&* CC. *Coss.* Idem eodem corpore *titul. ubi agi debeat. Impp. Diocletian. & Maximian.* AA. *Flavianae.* inter cetera & ad locum. Quaecumque ad te pertinentia detiri dicis ab his, quorum ministri, vel probaveris tibi deberi, Praeses provinciae restitui providebit. PP. VII. *Id Januar.* AA. *Coss.* Idem eod. corpore *tit. de instrum. Impp. Diocletian. & Maximian.* AA. *Julio Pancratio.* inter cetera, & ad locum. Omissis itaque istiusmodi moris, si intentionem suam incipiat adversarius tuus implere, praescriptionibus temporis, vel alterius & tu causam magis tuam defende, habens securitatem victoriae, si quod intendit adversarius tuus, probationibus implere non possit. PP. DD. *Diocl.* A. V. *& Maximia.* A. *Coss.* Item leges, quod scriptura, quae nullam de legibus habeat firmitatem, firmari a Principe non debet. Eodem corp. *tit. de testament. Impp Diocletian. Maximian.* AA. *Aurelio Secundino Optioni.* inter cetera, & ad locum. Scriptura, quae nec jure, nec legibus constitit, nec a nobis hanc confirmari convenit; quippe cum beneficia citra cujusquam injuriam petentibus decernere minime soleamus. PP. VII. *Kalend. Novemb. Martianopoli*, CC. *Coss.* Item leges, qualiter quod actor habuit, hoc ejus heredi possit competere. *Ex corpore Hermogeniani, tit. de successionibus. Impp. Diocletian. & Maximia.* AA. *Aurelio Asterio.* inter cetera, & ad locum. Si secundum edicti formam testamentum obsignatum extitit, bona, quae cum moreretur actor tuus, ejus fuerunt, solemniter petes, & reliq. PP. III. *Kal. April. Sirmio*, CC. *Coss.* Idem eodem corpore, *titul. de pact. & transact. Impp. Dioct. & Maxim.* AA. *Eusebio.* in-

„inter cetera, & ad locum. Manifesti atque evidentis juris est, antequam „cerneret, vel pro herede gereret, vel bonorum possessionem peteret, de„functa, successionem eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. X. „*Kal. Mart. iisdem* AA. *Coss.* Item leges, qua poena calumniatores plecten„di sunt *lib. I. Sentent. tit. de calumniator.* Calumnioſus est, qui sciens pru„denſque per fraudem negotium alicui comparat. [29] Idem *lib. V. tit. de pri„vat. & publ. judic.* Omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate admis„si plectendi sunt.

VII. Quantum ad nos delatae pactionis textus insinuat, potius contra bonos mores carthola ipsa litigii seminarium propagavit, quam tum utili deliberatione adsurgentium jurgiorum scandala resecavit. Dignoscitur itaque calliditas dictantis non habuisse prudentiam. Dum igitur contra legum jurisque ordinem veniens justam arbitrii ignoravit custodire mensuram, quae tanta duarum personarum dignitas potuit reperiri, aut quae intra regionem tanta fuit defectio judicantium, ut nec triumvirale judicium etiam de rebus judicatis male paciscentium non tam electio, sed, quod verius dici constat, facilitas eligeret? de rebus enim judicatis soli Principi & contra judices licuit judicare; aut si ita convenerat, ut judicii vinculum solveretur. Ergo pactio ipsa judicii ordinem, & constitutionem infirmat, quae discingit, quod tamen non paciscendo, sed donando fieri potuisset, secundum sententiam Pauli Juridici, cujus Sententias Sacratissimorum Principum scita semper „valituras, ac Divalis constitutio declarat. *Pauli Sent. 1. lib. de pact.* Nec contra „leges, nec contra bonos mores paciſci possumus. Item *eod. lib. & tit.* Pa„ctum contra jus, aut constitutiones, aut S. C. interpositum nihil momenti „habet. Item ex corpore Pauli *de pact. & conventis.* Post rem judicatam „pactum, nisi donationis causa interponatur, servari non potest. Intelligis memoratae pactionis constitutionem Juridici auctoris sententiis vacuam. Quid, inquam, ulterius requirendum? Dicit pars adversa, pacti sumus libero arbitrio, nullo cogentis imperio, [30] tibi & bonis moribus constat. Si certum, [31] non contra jussa, & Senatusconsulta, quae judicata sunt prius effectui contradantur: & de his, quae altercationi superesse noscuntur, sit dignus, ac legalis numerus judicum, qui cuncta lata sententia moderata ratione discingat. Certe si necesse est rusticis improbisque moribus aliquid amplius satisfieri, ipsi duo, quos praefata carthola nominavit, sub praesentia electarum

29. *Idem lib. V. tit. &c.*] In libro Sententiarum primo *titulo 12.* Paulus egit de judiciis omnibus: nec in quinto titulus de judiciis ullus invenitur: imo nec de judiciis, maxime privatis, illic agi debuit rerum. Unde vereor, ne scriptum fuerit olim *comparat. Et in privatis, & in publicis judiciis omnes &c.* quomodo habent Sententiae Pauli *lib. I. tit. 5.* Simile vero aliquid traditur *lib. V. tit. 4. §. 11.* unde forte aliquid de hoc loco in *lib. V.* in margine positum, deinceps in contextum admissum fuit.

30. *Tibi & bonis moribus constat*] Ed. Paris. *sibi bonis moribus consistet.*

31. *Non contra jussa, & Senatusconsulta*] Addendum, aut subaudiendum est, *facium esse.*

rum personarum, defensore quoque adhibito, appellentur, ut, si praesumunt, aut putant justum, vel legale, audiant quae partes jurgantium crediderint intimanda: et, si ipsius cartholae, quae jam dignoscitur juris formulis vacuata, modum aestimant se supplere, promant de agnitis legis sententiam. Tunc & ipsi sentient, quid sit temeritas judicantis, ubi minor numerus post majorem, praeterea & religiosorum, quos non summi Pontificatus honor attolit, contra res judicio terminatas praesumpserit ferre sententiam: ac, si destiterint, contestatio allegetur, illos aut differre, aut non praesumere, aut electionem impleant pacisceentium. Demum si quae in contentionem veniunt, aut ampliori numero judicum, aut summae potestatis sunt arbitrio decernenda. Deinde vero quod minime fuerat necessarium consultationem nostram tuis utilitatibus [32]scisitari, si avus maternus nepoti aliqua contulisse noscatur, utrum in jure ejus manere debeant, an matri in possessione sua consorti persuasionibus lubricis imputari, pro eo fortasse, quod usufructuaria de proprietate filii constituta, ac, si filiae proprium vel cuilibet extraneo aliquid reliquisset, [33]domino de facultate sua testari non licuit. Cumque etiam si pater filii superesset, nec ad ipsum ab avo materno quod nepoti exhibitum fuerat, pertineret: ut etiam C. Th. declarat auctoritas. Quod tamen superfluum penes electas, magnificasque personas fieri judicamus: sed necesse est, ut ignorantia rusticitatis, vel tergiversationis iniquitas directis semper oblationibus comprimatur. Ex Theodosiani [34]*lib. IX. subtit.* [35]*de mat. bon. & mat gen. cretione sublata. Impp. Hono. Arcad. AA. Florentio Praef. Vrb.* ad locum. Quicquid avus, avia, proavus, proavia, nepoti, neptí, pronepoti, pronepti cujuslibet tituli largitate contulerint. id est, testamento, fideicommisso, legato, codicillo, donatione, vel etiam intestati successione, pater filio, filiaeve integra inlibataque custodiat. *Dat.* [36]*prid. Id. Octob. Mediolano, Olibrio & Probino Coss.* Luce clarius constitit patefactum, nec matri usum obesse, ut de reliqua facultate possessionem debitam consequatur: & circa nepotem munus aviaticum perpetua liberalitate manfurum. Hoc & Consultorum jura declarant, quae necessarium tractatui nostro non duximus adhiberi.

VIII. [37]Adde dum sollicitudinis tuae cura tractavit, ut de effractoribus, & manifesto crimine comprehensis quam judex debuit ferre sententiam, tractatus

32. *Scisitari*] Constructi ratio vellet *scisitaris*. Littera *s* a qua sequens verbum incipit, semel est omissa, quod non est infrequens.

33. *Domino de facultate sua testari non licuit*] Dubito, an non ante, vel post haec intercederit aliquid. saltem doceri debuit, ad matrem nihil pertinere.

34. *Lib. IX.*] Leg. *Lib. VIII.*

35. *De mat. bon. &c.*] Sic Genev. ed. recte. Alii *de mat. & bon. & matern. gener.* Pars haec est legis septimae *cit. sit* quae est in Cod. Justin. *eod. tit.* secunda.

36. *Prid. Id.*] In *l. 7. Cod. Theod. tit.* est tantum *Id.*

37. *Adde dum sollicitudinis tuae cura tractavit*] Legendum. *Addendum s. t. a. ut.* & *tractavis* videtur sumi pro *existimavit.*

ac-

ctatus noſtri pagina declaret; aut ſi maritus, quem judiciariae poteſtatis cingit auctoritas, de ſervis, qui res uxorias manifeſto crimine abſtuliſſe convicti ſunt, peremptoriam debuerit ferre ſententiam, quaſi id objici poſſit, in propria cauſa quis judicet ſtulte; huic lex Divorum Principum, quae infra legitur, opponenda, maritum illa tantum negotia uxoris velut extraneum auctorem proſecuturum, quae procuratio emiſſa perſcripſerit. [38] Ex corpore Theodoſiani. *Impp. Theodoſius, & Arcadius, & Honorius* AA. *Victori „Proconſuli Aſiae:* Procurator, licet maritus ſit, id ſolum exequi debet, quod „procuratio emiſſa praeſcripſerit. *Dat.* V. *Kal. Jul. Theodoſio* A. III. *& Abundantio* Coss. Agnoſcis maritum velut extraneum cauſam uxoriam proſecutum. [39] Agnoſce & judicem de manifeſtis reis non potuiſſe tardare ſententiam. Item ex corpore Theodoſiani *lib. IX. titul. de accuſationibus, & inſcriptio. Impp. Arcad. & Honorius.* AA. Ne diverſorum criminum rei, vel „deſidia judicum, vel quadam [40] levitatis ambitione, per provincias detenti in carcerem crudelius differantur, moneantur omnes judices productos „e cuſtodiis reos [41] diſcuſſioni debitae ſubjicere: & quod leges ſtraſerint, „definire. Datum III. *Non. Aug.* CP. [42] *Arcadio* III. *& Honorio* Coss. Hoc etiam ſpecialiter poſt hanc legem judex ſibi metuat inferendum, quod, ſi dignam tardarit ex lege ferre ſententiam, dum Principum praecepta deſpexit, ipſe legibus damnabitur. Vnde ex corpore Theodoſiani [43] *ſub titulo de diverſis reſcriptis, id eſt, auctoritatibus. Imp. Conſtantinus* A. *& Julianus Caeſ. ad „Taurum* PP. P. ad locum. Multabuntur judices, qui reſcripta contempſe„rint, aut diſtulerint. *Dat.* III. *Non. Jul. Conſtantino* A. [44] VII. *& Juliano* Coss. Intelligat nunc improbus accuſator, [45] cinctum judicem & uxoria, velut externa, debuiſſe negotia definire: & non licuiſſe, ut alienum reatum metueret, cui de manifeſtis reis non licuit tardare ſententiam.

IX. „[46] Ex corpore Hermogeniani. *Impp. Valens & Valentinianus* AA. „*ad Voluſianum Praefect. Vrbis.* Poſt ſententiam paciſci non licere, juris or„dine praecavetur. Vnde cum ſupplicans, inique ſe [47] oppreſſum, & poſt „ſententiam Sacri auditorii depactum eſſe commemoret, Voluſiane parens „cha-

38. *Ex corpore Theodoſiani*] Lex eſt *4. de cognitorib. & procuratorib.* unde quoque aliquid adjectum legi *21. C. de procuratorib.*

39. *Agnoſco, &c.*] Sic Pariſ. al. *agnoſcis.*

40. *Levitatis*] Mallem *lenitatis*, quod eſt in hac lege in Cod. Theod. *l. 18. cit. tit.* & mox *carcere* rectius illic legitur.

41. *Diſcuſſioni*] Ibidem legitur *diſceptationi*: & pro *ſubjicere* ibidem eſt *ſubdere.*

42. *Arcadio* III. *& Honorio Coss.*] Rectius in Theodoſiano Codice *Arc.* IV. *& Hon.* III.

43. *Sub titulo &c.*] Haec, quae praecedunt verbum *Imp. ante*, ſunt ex ed. Pariſ. Mox legendum *Conſtantius, & Conſtantio.* Lex haec eſt *3. de diverſ. reſcript.* ubi quoque ſic reperit Jac. Gothofredus: & res dubio caret.

44. *VII.*] Idem Jac. Gothofredus edidit IX. & notat, Julianum tunc fuiſſe Conſulem ſecundo, anno nempe CCCLXII. ſed edd. variare.

45. *Cinctum judicem*] Videantur notae ad Paulum *Sententiar. lib. 1. tit. 5. §. 2.*

46. *Ex corpore Hermogeniani*] Imo *Theodoſiani*: eſt enim *l. 2. Cod. Theod. de paſt. & tranſactionib.* Novum vero hoc caput eſt, & a priori diſtinctum. Quaedam vero ante haec exciſiſſe videntur, inter quae illa, quorum occaſione hanc conſtitutionem Auctor producit.

47. *Op-*

„chariſſime atque amantiſſime, amota poena, quam pacto contra jus facto „ſerenitas tua ineſſe praeviderit, legum auxilio conſulat ſupplicanti. *Dat.* „IIII. *Id. Aug Mediolani.* [46] *Iidem* AA. *Pompejo Favonio.* Hereditatem, quam „tibi competere jure confirmas, negotii merito diſcuſſo, approbatis allega„tionibus, reſtitui efficiet legum fonte demanans ſententia judicantis, re„mota, videlicet pactione, quam dolo patuerit elicitam. *Dat.* VIII. *Id. Fe„bruar. Alleg.* [49] *Non. Kal. April. in baſilica Thermarum* [50] *Com. ipſis* AA. *Coſſ. Iidem „Aug. Mamertino.* PF. P. inter cet. & ad locum. [51] Pacta quidem per vim & „metum apud omnes ſatis conſtat caſſata viribus eſſe reſpuenda. *Dat.* XII. „*Kal. April. ipſis* AA. *Coſſ. Iidem* AA. *ad Valentinianum Conſularem Piceni.* [52] Non „dubium eſt, eum a fide placiti receſſiſſe, qui quae promiſerat implere no„luit, Valentiniane chariſſime. Proinde ſi adverſario ſuperſedente, quo „minus [53] explicare ea, quae ſpoponderat, fides placiti vacillat, familiares „literae, quas ad ſe miſſas dicit, ſupplici [54] Exoperio non oberunt. Fines „etiam, quos temeratos adſeverat, amota praeſcriptione temporis, hi, qui „pervaſerunt, ut ratio juris eſt, redhibere cogantur. *Alleg.* IIII. *Kalend. Maji Flavia Feneſtri in ſecretario, ipſis* AA. *Coſſ. Iidem* AA. *Heliae Bavoniae.* „[55] Lites trahi, & ſub quodam potentiae terrore infimos fatigari, [56] judicio„rum expectat invidia. Vnde ſi adverſarium tuum longe a filii tui ſucceſ„ſione poſitum haec in te, quae precibus texuiſti, excogitaſſe conſtiterit, „Rector provinciae hominis, qui nec paciſcendi, nec eloquendi de negotio „[57] ſubſtantiam habuit, impudentiam [58] ſubmoveat; reddique faciat quic„quid claruerit uſurpatum: [59] nec impudentia vindicet, quod concedere „leges & jura non poſſunt: maxime cum memores, nec a prima pactione, „quae ſubſtantiam non habebat, ſecunda conventione diſceſſum: [60] ſed „etiam inaniter reſediſſe, quod non jam pactio, ſed quaedam [61] uſurpatitiis „non ſubſiſtentibus cauſis [62] immoderatio doceatur. *Dat.* III. *Kalend. Aug. Mediolani, ipſis* AA. *Coſſ. Impp. Valens & Valentinianus* AA. *Ampeliae.* „[63] Ea, quae heredes inter ſe tranſactione interpoſita compoſuerint, firma „illi-

47. *Oppreſſum*] In d. l. eſt *oppreſſam*, & mox *de-pactum*.

48. *Iidem &c.*] Lex eſt 5. *eod. tit.*

49. *Non.*] Abeſt a d. l. 5. Jac. Gothofredus mallet *Rom.* hoc eſt *Roma*, ut ſic dicatur hoc reſcriptum eſſe allegatum Romae.

50. *Com.*] Id eſt, *Commodi*, vel *Commodianarum*, quas thermas in prima regione Vrbis fuiſſe docet P. Victor *de regionib. urb. Rom.*

51. *Pacta quidem &c.*] Eſt *l. 4. Cod. Theod. eod. tit.*

52. *Non dubium &c.*] Lex eſt 5 *eod. tit.*

53. *Explicare*] In d. l. 5. eſt *explicaret*, rectius.

54. *Exoperio*] In d. l. pro hoc legitur, *magnopere.*

55. *Lites trahi, &*] Haec abſunt a *l. 6. Cod. Theod. eod. tit. de pact. & tranſactionib.*

56. *Judiciorum expectat invidia*] Melius, *ad judiciorum ſpectat invidiam*, quod legitur in *d. l. 6.*

57. *Subſtantiam*] Hoc eſt, jus, titulum.

58. *Submoveat*] Ibid. *ſubmovebit*: & mox *faciet.*

59. *Nec*] Ibid. *ne.*

60. *Sed etiam inaniter*] Dict. loc. *& inaniter.*

61. *Vſurpatitiis*] Rectius *uſurpatio, d. l.*

62. *Immoderatio*] Eod. loc. *in moderatione*: unde Jac. Gothofredus legit *immoderatione*, vel *in moderatione*, pro *apud moderatorem*: quod poſterius tamen inſolens eſt, & non temere invenies cui placeat.

63. *Ea, quae &c.*] Lex eſt 7. *eod. tit.*

64. *Pro-*

„illibataque perſeverabunt. Et ideo ſecundum fidem inſtrumenti compe-
„tens tibi portio a poſſeſſoribus cum fructibus reſtituetur, per Virum Clariſ-
„ſimum [64] Proconſularem Africae, amicum noſtrum, fide geſtorum diligenti
„examinatione comprobata. *Dat.* III. *Non Jul. Sirmio, Divo Jovіano & Var-
ron. Coſſ. Impp. Valentinian. & Valens* AA. *Felici Conſulari Macedoniae.* inter ce-
„tera, & ad locum. [65] Si ſervilibus contuberniis ſeſe mulieres quondam
ingenuae ſubdiderint, & nunc contemnentes dominum minoris aetatis,
„ſervitutis jugum conantur effugere, gravitas tua his, [66] qui ſervilem con-
„ditionem non ſtatim in ipſis [67] conjunctionum primordiis refugerunt, neceſ-
„ſitatem ſubeundae ſervitutis imponat. *Dat.* XIIII. *Kalend. Aug. Mediolani,
ipſis* AA. *Coſſ.* Ex corpore Gregoriano. *Imp. Antoninus A. Priſciano militi.*
„[68] Summa ſententia comprehenſa, quam, ceſſantibus curatoribus quondam
„tuis, judex ſecutus juris jurandi a te perlati religionem, in condemnationem
„deduxit, minui pacto non potuit: ac propterea ſublata cautione tranſactio-
„nis, quae nullo jure interpoſita eſt, Septimius Varianus rem judicatam exe-
„quatur. PP. *Kal. Jul. Leto* II. *& Cereale Coſſ. Impp. Diocleт. & Maximian.*
„AA. *Ulpiae Marcellinae.* [69] Si Praeſes provinciae ignorantiam tuam frau-
„dulenta tranſactione, ac doloſis artibus generi tui circumſcriptam eſſe co-
„gnoverit, ſi quidem Aquiliana ſtipulatio, & acceptilatio inſecuta non eſt,
„pactum callide ſcriptum integris ſingulorum actionibus amovebit. PP. III.
Non. Octobr. ipſis AA. *Coſſ. Imp. Gordianus* A. *Cliniae. Antoniae.* [70] Pacta, quae
„contra bonos mores interponuntur, juris ratio non tuetur. PP. *Non. Octobr.
ipſo* A. II. *& Pompejano Coſſ. Imp. Alexander Aurelio Dionyſio.* [71] Cum poſtea-
„quam adverſarius matris tuae victus eſſet, matrem tuam circumvenerit, ut
„paciſceretur, nullam ſe controverſiam de ſervis moturam, id pactum mala
„fide factum irritum eſt. Et cum ex ea conventione cum matre tua agi coe-
„perit, judex eam liberabit; quia de re judicata paciſci nemo poteſt. PP. *prid.
„Id. Sept. Alexandro* A. *Coſ.* Ex corpore Theodoſiani. *Impp. Honorius & Theo-
„doſius* AA. *Juliano* II. *Proconſuli Africae.* [72] Et mulieribus, & minoribus in iis,
„quae praetermiſerint, vel ignoraverint, innumeris auctoritatibus conſtat
„eſſe conſultum. *Datum prid. Non. Mart. Ravennae, Conſtantino Coſ.* Item
eodem

64. *Proconſularem*] *Proconſulem* eſt in *d. l.* quod recte probat Jac. Gothofredus: certum enim eſt, ſub Proconſule tunc Africam fuiſſe.

65. *Si ſervilibus &c.*] Eſt *l. 5. Cod. Theod. ad S. C. Claudian.* Hoc vero cum praecedentibus non cohaeret: ſed quidem alia, quae poſtea ſequentur.

66. *Qui*] Legendum *quae* hic, & in *d. l. 5.* de mulieribus enim ſermo eſt.

67. *Conjunctionum*] *Conjunctionis*, *d. l. 5.*

68. *Summa ſententia &c.*] Lex eſt 3. *Cod. Gregorian. de pact. & tranſactionib.*

69. *Si Praeſes &c.*] Lex eſt 12. *eod. Cod. & tit.*

70. *Pacta, quae contra &c.*] Lex eſt 7. *ib.*

71. *Cum poſtea. &c.*] Lex eſt 4. *ib.*

72. *Et mulieribus, &c.*] Lex eſt 3. *Cod. Theod. de in integr. reſtitution.* quam Tribonianus in Codice poſuit: & eſt *l 8. de in integr. reſtitution. minor.* rejectis tamen tribus primis verbis, ob *l. ult. C. de jur. & fact. ignorant.* Adde Jac. Gothofredum *ad d. l. 3. Cod. Theod.*

eodem corpore. *Imp. Conſtantinus* A. *ad Maximum Praefect. Vrb.* inter cete-
„ra, & ad locum. Pactiones eas valere volumus, ſi eum legibus conſen-
„tiant, & reliqua. *Dat.* VI. *Non. Febr. Romae, Sabino & Ruſino Coſſ.* Ex
corpore Gregoriani. *Impp.* [73] *Valerian. & Galienus* AA. *& Valerius Caeſar*
„*Aurelio.* Praeſes provinciae aeſtimabit, utrum de dubia lite tranſactio in-
„ter te, & civitatis tuae ordinem facta ſit, an de re judicata: quia de re ju-
„dicata paciſci nemo poteſt. PP. III. *Kalend. Jun. Aemiliano & Baſſo Coſſ.*
„Idem ex corpore Gregoriani *tit. de tranſact. Imp. Gordianus* A. *Flavio Her-*
„*colano.* Super judicato non ſubſecuta appellatione fruſtra tranſigi, non eſt
opinionis incertae. PP. XIIII. *Kalend. Nov. Sabino & Veterano* [74] *Coſſ.* Item
„eodem corpore. *Imp. Alexander Donato militi.* Si certa quantitas in con-
„demnatione judicii deducta fuerit, paciſci exinde non poſſe, &c. PP. IX.
„*Kalend. Jun. Fuſco* II. *& Dextro Coſſ.* [75] Item ex corpore Gregoriani. Qui
„contra arbitri ſententiam petit, ſola in eum poenae actio ex compromiſſo
„competit; non etiam exceptio pacti conventi *lib.* I. *tit.* X. Ex eodem libro
& tit. *Impp. Diocletian. & Maximian.* AA. *Sergiae & Anagio.* inter cetera,
„& ad locum. De dubia vero lite facta tranſactio reſcindi non poteſt. PP.
„VIII. *Id. April. Caeſ. Coſſ.* Item eodem corpore & titulo. *Impp. Diocletian. &*
„*Maximian.* AA. *Aurelio Hermogeni militi.* Pactum, quod contra juris for-
„mam provinciae Rector factum animadvertit, id infirmare minime dubi-
„tabit. PP. XIIII. *Kal. Nov. Caeſſ. Coſſ.* ***.

73. *Valerian.*] Sic reposui pro vulgato *Valerinis.*
74 *Veterano*] In *l. 8. Cod. Gregorian. tit. cit.* eſt *Ve-*
teſe. Utrumque forte ejuſdem fuit hominis nomen.

75. *Item ex corpore &c.*] Haec ed. Pariſ. ab Iul. XXXVI. ſola habet: quae tamen non, niſi ex veteri libro, pro-
ſciſci potuerunt.

De

De sequenti Papiani libro Responsorum ita scribit Jacobus Gothofredus *Manual. Jur. in Bibliothec. Jur. Civil. Roman. cap. 2. §. 11.*

PAPIANI liber Responsorum Titulis XLVI. constans in hunc censum referendus est, ubi ex *lege Romana* (ut ipsemet loquitur) i. ex tribus Codd. Gaji Regulis, Pauli sententiis quam plurima referuntur, itemque ex corpore Novellarum Theodosii, Valentiniani, Majoriani, Leonis & Severi. Pithoeus Theodoricianum seu Gotho-Romanum putavit. Sane liquidum, fuisse ex aliqua earum nationum, quae sub Regibus constitutae Galliis jam insederant, cum & *Nationem suam* & *Dominum Regem* memoret *titul. 2. §. 6.* Ego crediderim *Burgundionem* fuisse. Nam si quis Legem Gundebaldicam conferat, eundem ordinem pene deprehendet, ac pene pariare videbit. Hujus porro institutum fuit, infelicibus Romanorum reliquiis *legem Romanam* proponere: Germanicae quippe nationes, cum Romanas provincias, & Galliarum nominatim, potestati suae subjeciissent, hanc erga devictos humanitatem exercuere, ut liberum cuique relinquerent, qua lege, ac nominatim Romana, vivere vellent, de quo vide Leges Burgundionum *tit. 60. §. 1.* Salicas *tit. 43. §. 1.* Longobard. *tit. 57.* & veteres *Formularum Auctores.* In hunc ergo finem Corpus quoddam Juris ex *lege Romana* apud Gothos Anianus, apud Burgundiones Papianus confecere.

PAPIANI LIBER RESPONSORVM.

TITVLVS I.

De patris vel matris donatione, & munificentia Dominorum.

DONATIONEM, quam pater de rebus propriis in filium, filiamve conscripserit, si gestis fuerit allegata, & si eam pater apud judicem locorum probatis laesionis causis non revocaverit, aut ipsa donatio dodrantem, id est, no-

1. *Titulus* I.] In ed. Lugd. est LXVI. & Genev. est LXXXVI. titulus hic est secundus, & locum primi occupat fragmentum Papiniani: quod factum esse non recte, jam ante ostendimus. Titulus hic quoque primus est in lege Burgundionum, cujus ordini hi tituli plerumque respondent.

Digitized by Google

novem uncias non excedit, ſecundum legem Theodoſiani *lib. VIII.* ad Philippum PF. P. promulgatum, de [2]removendis donationibus, firmiſſimam permanere.

De maternis etiam donationibus hoctotum, quod ſupra, ſimili conditione ſervabitur. Sane ſi mater, quae donationem in filium, filiamve fecit, ad ſecundas tranſierit nuptias, donationem, quam fecit, nullatenus habebit licentiam removendi, ſecundum legem Theodoſiani *lib. VIII.* ad Orſitum P. V.

De donationibus [3]Dominorum proprietas accipientium etiam circa heredes, & proheredes lege firmatur, id eſt, ex corpore Theodoſiani *lib.* XI. *tit. XX.* [4]Strategio Com. R. P.

2. *Removendis*] Pro *revocandis*. Sic mox iterum loquitur Papianus, qui ſæpe aliter veterum dicta repræſentat, quam illa ab auctoribus prolata fuere.

3. *Dominorum*] Hoc eſt, Principum.

4. *Strategio*] In *l. 4. Cod. Theod. de collation. donat.* legitur *Evgenio*, quod probat Jac. Gothofredus.

TITVLVS II.

De Homicidiis.

Homicidam, tam [1]ingenuum, quam ſervum, ſi extra Eccleſiam inveniatur, morte damnari, [2]ſi voluntarie homicidium factum ſit. Si vero homicidium caſu, vel vitandae mortis cauſa dicatur admiſſum, ad Principis notitiam per relationem judicis eſt referendum: & ejus ſententia expectanda, ſecundum legem ex corpore Novellarum Theodoſii & Valentiniani ad Maximum Patricium datam. Si vero ad eccleſiam ſervus homicidii reus forte confugerit, quia lex Theodoſiani *lib.* VIIII. ad Antiochum data ab Eccleſia nullum inermem permittit abduci, indulta vita, pro eo, quem occidit, ipſe deſerviat. Qui vero armatus ſe intra Eccleſiam tueri temptaverit, ſecundum legem ipſam, cum conſcientia Epiſcopi abſtrahatur.

De ingenuo vero homicida intra Eccleſiam poſito, de interempti pretio Principis eſt expectanda ſententia; quia de pretio occiſorum nihil evidenter lex Romana conſtituit, [3]Dominus noſter ſtatuit obſervari, ut ſi ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, & homicida ad Eccleſiam confugerit, is ipſe, qui homicidium admiſit, cum medietate bonorum ſuorum occiſi heredibus ſerviturus addicatur, reliqua medietas facultatis ejus heredibus relinquatur.

Si vero ſervus cujuscunque occiſus fuerit ab ingenuo, & ipſe homicida ad Eccleſiam convolaverit, ſecundum ſervi qualitatem, infra ſcriptum domino ejus pretium cogatur exolvere, hoc eſt, [4]pro actore C. ſol: [5]pro miniſteriali

1. *Ingenuum*] Hoc eſt, *liberum*. Ita loquebantur Papiani ævo.

2. *Si voluntarie homicidium factum ſit*.] Hæc habet ed. Pariſ. ſola.

3. *Dominus noſter*] In marg. Pariſ. ed. *al. Dominus noſter Theodericus Rex Francorum.*

4. *Pro actore C. ſol*.] Leg. Burgundionum *tit 50. cap 2.*

5. *Pro miniſteriali &c.*] Eadem lex *tit. 20.* ubi tamen quædam diſcrimina.

itized by Google

rituli L x. pro aurifice lecto C. pro fabro ferrario L. pro carpentario XL. pro aratore, aut porcario, aut vinitario, aut aliis servis XXX. Hoc ex praescripto Domini Regis convenit observari.

TITVLVS III.

De Libertatibus.

Manumissione servi cives Romani efficiuntur, quae aut testamento legitimo, aut [1]tabulis in Ecclesia recitatis secundum mandatum manumissoris scriptis, a sacerdotibus, id est, aut Episcopis cum Presbyteris, aut Presbyteris cum Diaconibus subscriptis, firmitatis robur accipiat, secundum legem Theodosiani a Constantino latam, quae est *sub tit. de manumissionibus in Ecclesia*, ad Osium Episcopum datam.

[2]Libertus Principis Romana [3]civitate donatus a Principe, & manumissus de bonis suis hac ratione testetur, ut fisco debita medietas reservetur, in cujus hereditate nepotes ex filia succedere non jubentur, secundum Gregoriani legem a Gordiano Principe ad Calpurnium militem latam.

1. *Tabulis*] Scriptura propter memoriam facti vice actorum dicitur esse interponenda, *l. 1. C. de his qui in Eccles. manumittunt.* quae lex in Codicis Theodosiani libris hodiernis non exstat. Sed de jure civitatis Romanae agit lex 10. *C. sub. tit.* ad Osium Episcopum data; atque eadem est lex 10. *Cod. Theod. de manumissionib. in Eccles.* a Jac. Gothofredo multis exposita.

2. *Libertus Principis &c.*] Exstant haec, ut & alia ex Gregoriano Codice citata, inter fragmenta illius Codicis, ubi pauca notavimus.

3. *Civitate*] Ed. Paris. sola hoc verbum habet, & recte.

TITVLVS IV.

De Sollicitationibus, & Furtis.

Si quis in plagii scelere fuerit deprehensus, atque convictus, [1]ut aut ingenuum, aut servum sollicitare praesumpserit, aut vendere, capite puniatur, secundum Theodosiani legem *lib. IX. sub tit. ad legem Fabiam*, datam ad Domitium Celsum Vic. Africae. Quod si ad Ecclesiam reus confugerit, quid domino, aut parenti pro facto ipsius criminis satisfacere debeat, Principis est expectanda sententia.

De furtis etiam objectis, & probatis haec forma servabitur, ut ingenuus furtum oblata [2]quadrupli solutione dissolvat; servus vero pro furti crimine

1. *Vt aut ingenuum, aut servum sollicitare praesumpserit, aut vendere*] Haec non sunt in lege *un. Cod. Theod. ad leg. Fab. de plagiar.* quae ab Iusto C. *sub tit.* ubi agitur de illis tantum, qui viventium liberorum orbitatem parentibus inferunt.

2. *Quadrupli*] In furto manifesto.

ne aut a domino ad vindictam tradatur, aut res traditae ei, qui damnum pertulit, cum vindicta a servi domino reformentur, secundum sententiam Pauli *sub tit. de furtis.* [4]Quod si caballum, vel duos boves, vel duas equas furto ingenuus, vel servus abstulit, morte damnetur.

3. *Aut a domino ad vindictam tradatur*] Satisfaciet dominus servum noxae dando, si res ipsa non sit penes dominum, vel ad eum non pervenerit, nec peculium servi inde sit auctum, *l. 3. §. 12. D. de pecul.* Vindicta hic sumitur pro noxa. Sic & Interpres Sententiarum Pauli *lib. 11. tit. 31. §. 7.* ad quem locum Pauli & Interpretis hic etiam respicitur, *add. §. 28. eod. tit.*

4. *Quod si caballum, &c.*] Hic describit abigeum, ex Paulo *Sentent. lib. V. tit. 18. §. 1.* ubi plura adduntur: & idem quoque Paulus §. 2. notat, tantum atroces abactores plerumque dari ad gladium: per quem videtur intelligere non mortis poenam, uti Papianus accepit, sed ludi gladiatorii. Vide Vlpianum relatum in Collatione Mosaicarum & Romanarum legum *tit. 11. n. 7.*

TITVLVS V.

De Injuriis, vel Caedibus admissis.

Si quis forte temerarie aut vulnus, aut fracturam ossium inflixerit, aut in convicia atrocia forte proruperit, solutio vel vindicta [1]pro facti ipsius qualitate, in judicis arbitrio, & aestimatione consistat, secundum regulam Gaji *sub tit. de injuriarum actione.* Est enim gravis, quae in publico, vel in foro [2]ab humiliore persona inlustriori infertur. Si vero servus in iis criminibus agnoscitur, caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituatur, secundum sententiam Pauli [3] *lib. V.*

1. *Pro facti ipsius qualitate &c.*] Hinc videmur posse colligere, ea, quae Imperator tradit *§. 7. & 9. Inst. de injur.* hausta esse ex Institutionibus Caji, ut innumera alia inde petita sunt: nisi tamen velis, haec esse ex libro Regularum Caji, cujus in Pandectis est mentio.

2. *Ab humiliore*] Aliquis forte timet, *vel ab humiliore, sec. d. §. 9.*

3. *Lib. V.*] Et quidem *tit. 4. §. ult.*

TITVLVS VI.

De Fugitivis inquirendis, vel discutiendis.

De fugitivis, ubicunque persona hujuscemodi inventa fuerit, seu se ingenuum dicat esse, seu servum, locorum judicibus aut a domino, si ad ejus notitiam pervenerit, aut ab actore, qui possessioni praeest, discutiendus intra annum debet praesentari, ita ut judices personam ipsam propter ingenuitatis nomen sine dubietate discutiant. Quod si servum, aut colonum alienum, nationis duntaxat nostrae, sciens in domo, vel in agro consistentem judicibus non praesentat, aut admonitus a fugitivi domino eum adsignare dissimulat, multam retentoris incurrat, sicut ultima Theodosiani [1]lege de fugitivis colonis, inquilinis, & servis constitutum est ad Florentum

1. *Lege*] Haec intercedit, ut & aliae multae ex Codice Theodosiano: ac vice ejus quidam ex hoc loco ad calcem tituli hic laudati collocavit Jacobus Gothofredus in sua editione Codicis Theodosiani.

tum Com. S. L. lata. Quod si mulier ei, cujus ager est, aut forte actori se, domino nesciente, conjunxerit, vicariam ejusdem meriti fugitivi domino dare debet. Quod si actor nesciente domino fugitivum susceperit, aut tenere praesumpserit, aut judici praesentare distulerit, factum ejus fustuario supplicio a judice vindicetur; & fugitivi dominus servum suum cum peculio, quod habet, exacta operarum solutione recipiat. Si vero in fisci praediis inventi fuerint, advocatus fisci, vel procuratores conditioni simili teneantur, si ea, quae supra scripta sunt, implere neglexerint.

TITVLVS VII.

De Objectione criminum, vel Increpationibus.

Si quis ingenuus ingenuo crimen intendens, quod objicit se scripserit probaturum, si probatio defuerit, inscribendi se cum eo, quem accusat, corporali supplicio licentia non negatur: ita ut caput, aut facultatem suam obliget, sicut [1]lex Theod. *in lib. IX. sub tit. 1.* designat, quae ad Marinianum Vic. Hispaniae data est. [2]Si vero ingenuus servum cujuscunque putaverit inscribendum, aut caput suum, aut facultatem integram noverit obligari: quam non probato crimine [3]domini servus adquirat. Si vero servus [4]alienum servum alterius domini crediderit incusandum, inscriptione dominorum judicis examinatio, si ita necessitas adserit, etiam adhibitis [5]suppliciis ordinem veritatis inquirat. Quicunque vero calumniam crimini probatus fuerit [6]eviciſſe, si objecta non convicerit, poenae simili subjacebit, secundum legem Theodosiani eodem libro & titulo ad Consules Praett. tribb. pleb. & Senatum latam.

Accusandi vero permissum quae persona non habeat, legibus designatur, hoc est, ne servus dominum, vel patronum libertus, seu familiaris praeter solum crimen majestatis accuset. Crimina vero majestatis haec sunt, quae legibus designantur, id est, adversus Principem adpetitio tyranni.

1. *Lex Theod.*] Est *l. 14. tit. cit.* cujus sensum non accurate expressisse Papianum, cuivis inspicienti patebit. Duobus illa lex tantum de criminibus agit, internecini, (per quod veneficium intelligit Jac. Gothofredus) & suspectae mortis: & indistincte vult inscriptionem adhiberi.

2. *Si vero ingenuus servum*] In *d. l.* scriptum est. *Ita ut etiam servus si quis credideri accusandus, non prius ad miserorum tormenta veniatur, quam se accusator nisi talo inscriptionis adstrinxerit: appetendorum enim causa servorum aut dispendium facultatum est, aut poena dominorum.*

3. *Domini*] Forte *domino.*

4. *Alienum*] Mallem *alienus.*

5. *Supplicii*] Hoc est, *tormentis.* Sic lex Salica *tit.* 42. sæpius.

6. *Eviciſſe*] Hoc verbum corruptum esse videtur: quid enim sibi vult illud *crimini calumniam evincere?* An tentabimus *injiciſſe*, vel *miſciſſe?* Ita esset aliquis sensus.

TITVLVS VIII.

De Violentiis.

Si quis violentiam ita convincitur admisisse, ut collectis turbis per vim inruens dejiciat possidentem, nec eum civili, quod legum est, actione pulsaverit, [1]capitali sententia feriatur. Si tamen rem, de qua possidentem depulit, sui juris non esse convicerit, tum demum est ut poena supra scripta damnetur. Quod si suam quidem proprietatem esse convicerit, medietas ejus rei in sua firmitate permaneat, alia medietas propter admissam violentiam fisci viribus societur, secundum [2]legem Theod. *lib. IX. sub tit. de vi pub. & pri.* [3]ad Bassum P. V. datam. [4]Si vero servi inscio domino violentiam hujusmodi, quae supra scripta est, intulerint, morti subdantur. Quod si per discussionem judicis conscio domino violentia probatur admissa, dominus pronuntietur infamis, servi metallis deputentur. De eo vero, qui per tumultum solum occupat, aut pervaserit, actio intenditur: & si convictus fuerit rem indebite tenuisse, [5]post conventionem duplos fructus cum rei ipsius restitutione dissolvat. Si vero simpliciter rem possidet, usque ad conventionis tempus simplos fructus dissolvat, post conventionem duplos, sicut dictum est, inferat repetenti. Quod si rem mobilem, vel se se moventem per vim quis rapuerit, intra annum quadrupli solutione multabitur, post annum vero simpli satisfactione solvetur.

1. *Capitali sententia feriatur*] Hoc cautum *l. 2. Cod. Theod. ad leg. Jul. de vi public. & privat.*

2. *Legem*] Est lex tertia *tit. cit.*

3. *Ad Bassum*] Ad hunc & prior lex missa est.

4. *Si vero servi &c.*] Cauta haec *l. 4. Cod. Theod. eod. tit. & l. 2. Cod. Justin. eod. tit.*

5. *Post conventionem*] Sic inter hunc casum, & sequentem nihil erit discriminis: adeoque violentus invasor ejusdem erit conditionis, cujus alius, qui tantum mala fide possidet: inter quos tamen discrimen ponunt Impp. Valentinianus & Valens *L. 1. Cod. Theod. de fructib. & lit. expens.* voluntque, ut prior ab invasionis tempore duplos fructus restituat. Debueret scribi *ab invasione*, vel *non solum post, sed etiam ante conventionem*. Dixi aliquid ad Paulum sententiar. *lib. V. tit. 9. §. 6.*

TITVLVS IX.

De Raptu virginum, & viduarum.

Raptorum probata crimina taliter punienda sunt, ut si puellam cum parentibus nihil ante depecti rapuerint, aut volentem abduxerint, una cum facinoris ipsius intercurrentibus, vel admissoribus puniantur. Nec parentibus liceat de hoc crimine cum raptore sub qualibet pactione componere: quod si facere praesumpserint, interfecto raptore, compositores ipsius criminis in exilium deputantur. Puellae, quae tali se conditione junxerit, parentum successio denegatur: cujus admissi persecutio intra quin-

quinquennium exercenda est, post quinquennium actione persequendi criminis denegata, secundum legem Theod. *lib.* IX. ad populum datam. Quod si devota Deo puella de conjunctione viri consenserit, filii tali contubernio nati, [2]punitis juxta Theod. legem ad Secundum PP. P. datam, his, qui se taliter conjunxerant, in hereditatem non veniant: qui etiamsi Principali beneficio praestito nitantur, filii legitimi haberi non possunt, nec successionem eorum poterunt vindicare: sed facultas ipsa proximis parentibus adquirenda est, [3]secundum Gajo regulam.

1. *Legem*] Ex tribus re vera legibus *sub. tit. Cod. Theod. de rapt. virgin. & viduar.* haec hausta sunt.

2. *Punitis juxta Theod. legem &c.*] Non alium in finem allegatur haec lex, quae est *l. 2. Cod. Theod. de rapt. vel matrimon. sanctimonial.* ac *l. 5. C. de Episcop. & cleric.* quam ut inde sciatur, qua teneantur poena qui se sanctimonialibus conjunxere: ut ita haec sint quasi in parenthesi posita. Quod vero de filiis dicitur, id ad illam legem non pertinet: nec etiam causa est, ut dicamus, Papianum legi illi tribuere quod ea non continetur: quod facit Jac. Gothofredus *not. ad d. l. Cod. Theod.*

3. *Secundum Gaji regulam*] Non vult, Cajum legisse de liberis raptoris & raptae: imo nec de liberis ex sanctimoniali; quod aliquis hinc collegit; verum de hereditatibus ab intestato: nec alium in finem allegatur. Dixi aliquid in notis ad Cajum *ad fin. tit. ult.*

TITVLVS X.

De Successionibus diversis.

Patri matrive intestatis filii filiaeve aequo jure succedant. Quod si filius habens filios forte decesserit, in locum patris nepotes nepteſque ex filio nati, nataeve eandem, quam pater eorum habiturus erat, capiant portionem. Si vero filiae superstitibus parentibus obierint, tertiam de portione matris filii ejus perdant, & in bessem portionis maternae succedant: triens vero ille avunculis, sive materteris, id est, matris fratribus, vel sororibus, adquiratur, secundum legem Theod. *lib.* V. *sub titulo de legit. hered.* ad [1]Constantinum PF. P. Gallianum promulgatam. Quod si defunctus ipse filios non habeat, aut nepotes ex filio, & nepotes tantum ex filia relinquat, in dodrantem, id est, in tribus hereditatis portionibus nepotes avo aviaeve succedant: quarta vero, id est, Falcidia adsignatur defuncti parentis fratri, ejusque filio, nepoti, ac pronepoti per virilem sexum venientibus. Si vero nepotibus competens portio ab avo, id est, quarta portionis paternae, & maternae non dimittatur, de inofficioso eandem, quae competit contra heredes institutos, moveant actionem, quod in supra scripta lege tenetur insertum.

De successione vero matrum vel patrum, qualiter defuncto succedant, evidenter

1. *Constantinum*] Vocatur Constantianus *in inscript. l. 4. Cod. Theod. tit. cit.* quod probat Jac. Gothofredus *in not. ad dict. l. & Prosopograph. Cod. Theod.* Ceterum dicitur quoque *Constantinus* alibi, veluti *tit. 22.* ubi quoque citatur haec lex, & *in inscript. l. 9. C. de suis & legitim. hered.* eodem Gothofredo improbante.

denter exprimitur, ut in hereditate defuncti filii [2] mater tertiam, beſſem patruus; vel ſi plures fuerint, patrui conſequantur, quem etiam filius patrui, & nepos per virilem ſexum veniens debet accipere, ſecundum legem Theod. *lib.* V. *tit.* ſupraſcripto ad Baſſum PF. V. datam. Quod ſi defunctus nec matrem habuerit, nec filios, nec nepotes, [3] avus ei, aviaque ſuccedat. Quae perſonae ſi defuerint, pronepotes, proneptesve ad hereditatem veniant, quibus etiam non extantibus, proavo & proaviae locus ſucceſſionis aperitur.

De ſucceſſionibus vero a latere venientibus [4] frater vel ſoror fratris vel ſororis heres erit, ſecundum gradum, [5] qui conſtitutus eſt, & non alterius fratris, vel ſororis filii. In capita inter fratris filios hereditas dividetur, ita ut quanti fuerint fratrum filii, ſingulas, & aequales portiones tollant.

Sciendum tamen eſt, agnatos etiam longiore gradu poſitos cognatis proximioribus anteferri. Agnati ſunt per virilem ſexum venientes. Cognati, qui per feminas veniunt; quia ſi in propinquitate venerit femina, ſoluta agnatione fit cognatio. Quod ſi agnati defuerint, cognatus gradu proximus ad ſucceſſionem ceteris cognatis anteponitur.

2. *Mater*] Jus liberorum non habens, *l.* 1. *Cod. Theod. de legitim. hereditatib.* quae lex mox adfertur. Sed haec jure novo omnia mutata ſunt. Huc pertinet quoque §. 3. *Inſt. de S. C. Tertullian.*

3. *Avus ei, aviaque ſuccedat*] In jure noſtro etiam pronepotes jure gaudent repraeſentationis: adeoque avos aviaſque excludunt, §. 6. & §. *ult. Inſt. de hereditatib. quae ab inteſtat. deferunt*

4. *Frater vel ſoror &c.*] Adde Cajum *Inſt. lib.* II. *tit.* 8. §. 6. *& ſeqq.* Paulum *lib.* IV. *Sentent. tit.* 8. §. 16. *& ſeqq.* Vlp. *tit.* 25. Collationem Moſaicarum & Romanarum legum *tit. ult.* ubi haec omnia fuſe explicantur.

5. *Qui*] An quae?

TITVLVS XI.

De Luctuoſis Heredibus.

Defuncto filio pater ſuccedit. Quod ſi patrem non habuerit, [2] avus paternus jure ſuccedit. Quod ſi & ille defuerit, [3] fratres defuncti ſuccedunt. Si nec ipſi fuerint, [4] mater ſuccedit. Quod ſi fuerit defuncta mater, frater & ſoror. Mater per fratrem excluditur: & in ſucceſſionem frater cum ſorore aequa ſorte ſuccedit. [5] Quod ſi frater non fuerit, mater cum filiabus quantaecunque fuerint, aequales capiunt portiones, ſecundum ſententiam Pauli *lib.* IIII. *de inteſtatorum ſucceſſionibus, ad S. C. Tertullianum.*

1. *Luctuoſis hereditatibus*]. Sic dicitur triſtis ſucceſſio, §. 2. *inſt. de S. C. Tertullian.* quando turbato mortalitatis ordine liberi ante parentes fato functi ſunt.

2. *Avus paternus*] In matri non obſtat ex S. C. Tertulliano, §. 2. *Inſt. de S. C. Tertullian. l.* 2. §. 13. *D. ad S. C. Tertullian. & Orphitian.* niſi in ſpecie *l.* 3. §. *ult. D. eod. Tit.* ut adeo Papianus hic non exacte jus civile repraeſentet.

3. *Fratres*] Emancipatus tamen matrem non excludebat, ex *l.* 7. *Cod. Theod. de legitim. hereditatib.*

4. *Mater*] Liberorum jure gaudens.

5. *Quod ſi frater non fuerit, &c.*] Dict. §. 2.

TITV-

TITVLVS XII.

De Commotione Litium.

Is, qui petitor eſt, litem, & genus actionis ſuae edere debet: quod niſi intra triduum fecerit, cauſam perdit. Edere autem hoc eſt, ut manu ſua quid petat, quidve objiciat, ſcriptum ei, quem pulſat, ante judicium det. Sciendum eſt, in omnibus negotiis per ſe cauſas ſuas unumquemque dicere debere, aut certe mandatum geſtis allegatum in perſonam, quam voluerit, [2] legitimum eſſe faciendum: quia [3] nec feminae, nec infamia notato, [4] nec minori actio ulla mandatur. Quod ſi mandare voluerit is, qui actionem ſuſcepit, [5] fidejuſſorem idoneum det, qui quod fuerit judicatum, promittat implere: [6] aliter quicunque alienae cauſae ſe miſcuerit, pro calumniatore damnatur, hoc eſt, ut infamis judicio expellitur in exilium [7] deputandus. Criminales vero actiones nullatenus poſſe mandari, niſi ab Epiſcopis, & presbyteris; ad quos tamen mandati exitus revertetur. [8] Meſſivis feriis, & vindemialibus, Paſchalibus etiam XV. diebus, & natalis Domini VII. Dominicis etiam diebus, ceteriſque Epiphaniae, & Quinquageſimae, nulla prorſus ſunt litigia contingenda. Quod ſi factum fuerit, erit ſaeveriſſime vindicandum. Fiſcalia vero negotia dici [9] etiam feriatis diebus licet.

1. *Is, qui petitor eſt, &c.*] Conferatur Conſultatio Veteris Juriſconſulti *cap. 6.*

2. *Legitimum eſſe faciendum*] Sic Pariſ. ed. alias, *legitimam facere.*

3. *Nec femina, nec infamia notato*] Id conſtat *ex §. ult. Inſt. de exceptionib.* ubi tamen circa poſterius aliquid innovatur.

4. *Nec minori*] Is a procurationis munere non arcetur, poſtquam ſeptendecim annos impleverit, *§. 5. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitter. non poſſ.* (uti & poſtulare poteſt, *§. ult. Inſt. eod. tit. l. 1. §. 3. D. de poſtuland.*) modo ad ipſum non reſpiciat aliquod periculum: veluti ſi pro actore veniat cum mandato plane ſufficiente, *arg. §. 4. Inſt. qui & quib. ex cauſ. manumitter. non poſſ.* Secus ſi ipſi inde immineat periculum, veluti cum eſt defenſor: ſic enim adverſario non eſſet conſultum, quia poteſt minor laeſus in integrum reſtitui, *l. 51. pr. D. de procuratorib. l. 22. C. eod. tit.* Videatur Cujacius *Obſervation. lib. XXII. cap. 26.* Janus a Coſta *ad tit. X. de procuratorib.*

5. *Fidejuſſorem idoneum det, &c.*] Add. *§. 6. Inſt. de ſatisdationib.*

6. *Aliter quicumque &c.*] Hic rigor in jure civili eſt ignotus. Adeoque aliunde haec habet Anianus.

7. *Deputandus*] Sic Pariſ. ed. & ſic *tit. 8.* & *in metallum deputari, tit. 19. & 21.* Plura collegit H. Alexander *ad Gaj. Inſt. lib. III. tit. 3. §. 1.* Aliae edd. habent *deportandus.*

8. *Meſſivis &c.*] Vide *l. 1. & l. 2. Cod. Theod. de fer. l. 3. l. 7. l. 8. Cod. eod. tit.*

9. *Etiam feriatis*] Pariſ. ed. *Dominicis & fer.* Quod tamen non congruit legi *5. & l. ult. C. de fer.*

TITVLVS XIII.

De inquirendis animalibus, & rebus.

Si quis ingenuus quaerentem aut animalia, aut res ſuas, domum ad quaerendum intrare prohibuerit, pro fure teneatur, ita ut rei, quae requiritur, quadruplum ſolvat: hac tamen ratione, ut tribus ingenuis teſtibus, ubi

ſuſpicionem inveniendi furti habuerit, ingrediatur. Quod ſi colonus, aut ſervus taliter requirentem prohibuerit, fuſtuario ſupplicio a judicibus ejus praeſumptio vindicetur: & ab eo rei perditae ſimplum exolvatur, ſecundum ſpeciem Gaji, qui hoc de prohibiti furti actione ſtatuit.

1. *Speciem Gaji*] Ex quo uti aliqua deſumpta eſſe facile crediderim, ita vereor, ne plura ex ſuo, vel ſaltem aliunde habuerit Papianus, maxime poſtrema, & in ſpecie illud de fuſtuario ſupplicio, cujus etiam mentio *tit. 6. & 20.* cum tamen ſervi potius flagellis caedantur *l. 32 pr. D. de poen.* adde ſcripta ad Paulum *Sent. lib. V. tit. 4. §. ult.*

TITVLVS XIV.

De Damnis animalium, vel ſi quid per ea caſu evenerit.

Si animal cujuſcunque damnum intulerit, aut aeſtimationem damni dominus exolvat, aut animali cedat. quod etiam de cane, & bipede placuit obſervari, ſecundum ſpeciem Pauli *Sent. lib. 1. tit. ſi quadrupes pauperiem fecerit.* De cane etiam ſub eodem titulo comprehenſum eſt, ut ſi quiſquam canem habens in plateis, aut in viis publicis, eum diurnis horis in ligamina non redegerit, quidquid damni fecerit, id a domino diſſolvatur. His illud adjectum, ut ſi quis caballum, quodve aliud animal habens ſcabioſum, ita dimiſerit, ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum fuerit, ſimiliter ab eo reſarciatur. Incendii etiam, vel naufragii caſu, aut ruina ſi res commodata perierit, is, cui commodata res eſt, ad rei ſolutionem teneri non poteſt; niſi forte ſuam rem liberaſſe probetur, cum de eodem caſu rem commodatam eripere potuiſſet, ſecundum ſententiam Pauli *lib. II. tit. de commodato, depoſito, pignore, & fiducia.*

TITVLVS XV.

De Ablatis Pigneribus, & Fidejuſſoribus.

Debitor ſolutionem differens poteſt ad ſatisfactionem pignerum uſurpatione compelli. Quod tamen ſine ſententia judicis facere non licebit, ſecundum Hermogeniani conſtitutionem *ſub tit. de pigneribus* Diocletiani & Maximiani ad Viventium, Herennium, Antigonum, & aliam ad Septimum datam.

Oblato debito, vel depoſito, pignus a creditore ſine dilatione reddendum eſt *ſub eodem tit.*

Obligatis cautione mancipiis, debitor promiſit, ſe uſuras praeſtaturum. Ea man-

mancipia creditor intra ſtatutum tempus de domo debitoris abduxit: operas eorum in uſuras ſpecialiter imputandas ſub eodem Hermogeniani tit. lege comprehenſum eſt.

[1] Filiisfam. ſervis, vel colonis in contractibus nihil jure permiſſum eſt; hoc eſt, filiifam. in damnum parentum [2] in eadem regione poſitorum nihil poſſunt paciſci: & ſi quid pacto adquiſiverint, id [3] patris juri indubitanter adquirunt: nec citra mandatum patris quidquam poſſunt promittere. Quod ſi pater [4] apud hoſtes eſt, vel infirmitate laborat, tunc contractus filii legitimus judicatur.

Nec ſervus, nec colonus peculium ſuum diſtrahere poteſt. Inſuper emptor furti actione tenetur, ſecundum conſtitutionem Hermogeniani *ſub tit. de eorum contractibus, qui alieno juri ſubjecti ſunt*, & Theodoſiani legem *lib. V. ſub tit. ne colonus inſcio domino ſuo alienet peculium, vel litem inferat ei civilem* ad [5] Nebridium Vic. Aſiae, & ut Gregoriani conſtitutionibus *lib. XII. ſub tit. de ſponſoribus* tenetur inſertum.

Quod ſi quis a debitore ſuo fidejuſſorem de ſolutione acceperit, [6] in poteſtate habeat creditor aut fidejuſſorem teriendi, aut eum, qui debitor prior exiterit: quod tamen ante judicem creditor profiteri debet, quem, ſcilicet, eorum malit eligere.

Si quis fidejuſſor pro quocunque debitore aut [7] per judicium, aut per dictum, aut per chirographum delegatus exiterit, & conſtituta [8] die quae fide dixit, exſolverit, ut ſummam ſoluti debiti recipiat: & ſi ſemper ille diſtulerit, poſt trinam conventionem [9] dupli redhibitione pro inficiante damnabitur, ſecundum legem Aquiliam, quae negantes debitum dupli ſatisfactione condemnat.

1. *Filiisfam. &c.*] Imo hi ex omnibus cauſſis obligantur, veluti patresfamilias: ac cum iis veluti cum patribusfamilias agi poteſt, *l. 39. D. de obligationib. & actionib.* quamvis patrem invitum filiusfamilias ultra peculium, vel quatenus in rem ejus vertit, non poſſit obligare: idemque eſt in ſervo fere & domino: inter quos tamen eſt aliquid diſcriminis, *l. 5 §. 9. D. de pecul.* Vt adeo hic Papianus ſenſum juris civilis non ſatis diſtincte exponat.

2. *In eadem regione poſitorum*] Nec hoc diſcrimen eſt juris civilis.

3. *Patris juri*] Sic ed. Lugd. cIↃ IↃ LXVI. Pariſ. *patri jure*, Genev. *patri juri*.

4. *Apud hoſtes eſt*] Hic omnia dum pater abeſt ſunt in ſuſpenſo, ac ex eventu dijudicandum erit, an filius pro patrefamilias, an pro filiofamilias habendus ſit, *§. 5. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit. & l. 1. §. 1. D. de S. C. Macedonian.* Quod ſequitur quoque de infirmitate, id juris caret auctoritate.

5. *Nebridium*] In Codice Theod. *l. un. ne colon. inſc. dom. &c.* ſcriptum eſt *Clearchum*. Forte & alia lex hic citata ad Nebridium data fuit, quae intercidit.

6. *In poteſtate habeat &c.*] Adde Cajum *Inſt. lib. 11. tit. 9. §. 2.* ubi ſimilis modus loquendi.

7. *Per judicium, aut per dictum, aut per chirographum delegatus*] Delegatio fieri poteſt per judicium, quod quis pro alio ſuſcipit, atque ita debitorem liberat, *l. 23 D. de ſolutionib. l. 10. §. 1. D. de in rem verſ.* nec non per dictum, ſive ſtipulationem, *§. 3. Inſt. quib. mod. tollit. obligat.* & tandem per chirographum ex jure poſteriori, de quo legi poſſunt notata ad Cajum *Inſt. lib. 11. tit. 9. §. 12.* Fidejuſſorem vero delegari non dicunt noſtri: ſed accedere, dari, accipi: nec alio modo is conſtituitur, quam verbis; uti certum eſt ex primis juris elementis.

8. *Die*] Sic Pariſ. ed Al. edd *ea*.

9. *Dupli redhibitione &c.*] Nec hoc in jure notum eſt ac legis Aquiliae actio non pertinet ad hoc negotium, ſed ad damnum injuria datum.

TITVLVS XVI.

De Fugitivorum Furtis.

Si ſervus etiam in fuga poſitus furtum fecerit, damnumve dederit, & reverſus ad dominum fuerit, niſi pro ſui qualitate dominus ſolvere paratus ſit pro culpa, eum dare praeſentem, aut abſentem cedere cogendus eſt, ſecundum [1]regulam Pauli Sententiarum.

1. *Regulam Pauli Sententiarum*] Repoſui aliquid hinc ad calcem *lib.* II. *tit.* 31. Sententiarum Pauli.

TITVLVS XVII.

De Mulieribus ad ſecundas, aut tertias nuptias tranſeuntibus.

Mulieribus ad ſecundas nuptias intra anni ſpatium tranſire non licet; quod ſi fecerint, infames habentur, ita ut hereditatem mariti, etiamſi dimiſſa ſit, non habeat, pari & in donatione nuptiali conditione ſervata. Ad ſecundas vero nuptias poſt deſignatum ſpatium tranſeuntes donationem mariti prioris uſusfructus jure poſſidere, & a marito dimiſſa eis poſſe proficere, ſecundum conſtitutionem Impp. Honorii & Theodoſii ad Joannem PF. P. datam.

TITVLVS XVIII.

De clauſis itineribus, vel aliis ſervitutibus.

Viam publicam, vel inter agros communiter dimiſſam nec poſſideri, nec intercludi, nec [1]exarari poſſe. Quod ſi factum fuerit, auctorem facti ad ejus [2]munitionem ſolum compelli: [3]& a munitione viarum pro modo patrimonii [4]in nullo penitus excuſari. Hoc etiam de pontium reparatione

1. *Exarari*] Ed. Pariſ. habet *exartari*, quod exſtat in additamento primo legis Burgundionum, unde haec & ſequentia deſumpſit Papianus. Quin & occurrere id verbum frequenter in legibus illis, aliisque poſterioris aevi, conſtabit ex Lindenbrogii Gloſſario, quod Codici legum antiquarum ſubjecit, & Gloſſario Doctiſſimi Du Cange. Verum id notat, *interlucare ſylvas, dumeta ſuccidere, & in culturam redigere*; cum hic magis deberet notare, *intercidere*, aut *effodere*, vel *coangustare*. Ac dubitari poſſet, an non verbum *exarare* in illo additamento etiam reponendum ſit, utpote petitum ex Pauli Sententiis *lib.* I. *tit.* 17. *§.* 1. ut adeo nihil auſim mutare.

2. *Munitionem*] In eodem additamento eſt *munitiones*.

3. *Et a munitione*] Ibid. & in ed. Pariſ. eſt, *ad munitionem*.

4. *In nullo*] Non tantum is, de quo dictum eſt, ſed nec ullus alius excuſatur, auctore Paulo *Sententiarum lib.* V. *tit.* 6. *§.* 2. ex quo negligenter hoc deſcriptum fuit in laudato additamento, cum debuiſſet ſcribi, *nullum penitus excuſari*.

Digitized by Google

ne ſervandum eſſe. [1]Aquae curſum & adquiri biennio, & amitti biennio conſtat. [6]Viam, iter, actum, hoc eſt, ubi carpenta, [7]vel carra ducuntur, ſimiliter biennio adquiri, & amitti poſſe. Agri quoque communis [8]nullis terminis limitati [9]exaequationem inter conſortes nullo tempore denegandam. [10]Sylvas, montes, & paſcua, ut unicuique pro rata poſſeſſionis ſuppetit, eſſe communia. De ſervitute luminis, vel aëris ſimiliter conſtitutum eſt, ut inter privatorum fabricas X. pedes, inter publicas XV. dimittantur, ſecundum legem Theodoſii *lib. IIII.* [11]*ſub tit. de aedificiis privatorum.*

5. *Aquae curſum &c.*] *Aquae curſum* dixit pro aquæ ductu. Hauſta hæc ex Pauli Sententiis *lib. I. tit. 17. §. 1. & 2.*

6. *Viam, iter, actum*] Sic Pariſ. ed. Alix. *Inter actum.* Additamentum idem, *Viam in actum.*

7. *Vel carra ducuntur*] Ita ed. Pariſ. & idem additamentum. De verbo *carrum* poſterioribus ſæculis admodum uſitato conſulatur Gloſſarium Du Cange. Aliæ edd. pro his habent *verſari poſſunt.*

8. *Nullis terminis limitati*] Sive pro indiviſo poſſeſſi, cujus diviſioni præſcribi jam non poteſt: ſed demum quando non amplius communiter aliquis poſſidet.

9. *Exaequationem*] Hoc eſt, diviſionem. Marculphus *Formular. lib. I. cap. 20.* dixit, *diviſio, vel exaquatio.*

10. *Sylvas, montes, & paſcua*] In additamento eodem, & ed. Pariſ. eſt, *Sylvarum, montium, & paſcuorum*: & dein abeſt *poſſeſſionis.*

11. *Sub titulo de aedificiis privatorum*] Titulus talis hodie nullus eſt in Codice Theodoſiano: verum ad finem libri quarti Jac. Gothofredus titulum hunc repoſuit, ſubjectis Papiani verbis, quæ ille ex profeſſo illuſtrat. De re ipſa quoque agit *l. 11. C. de aedific. privat.*

TITVLVS XIX.

De [1]Superventoribus.

[2]Si quis ſuperventu, ſive diurno, ſive nocturno quemque fuerit adgreſſus, & domus alienas expugnaverit, effregerit, aut expoliaverit, capite puniatur, cum quolibet genere armorum fuerit deprehenſus. Receptores etiam adgreſſorum, vel latronum eadem poena plectantur. [3]Hi, qui per incendium voluntarie immiſſum quibuscunque rebus damnum intulerint, capite puniantur. [4]Qui vero inimicitiarum cauſa incendium probati fuerint admiſiſſe, honeſtiores in exilium, viliores in metallum deputentur. [5]Si quis autem dolo focum fecerit, ut exinde ad [5]areas, ac tecta, arboresque fructiferas forte perveniat, damnum, quod evenerit, aeſtimatione ſarcietur. [6]Qui fructiferas arbores nocturnis, aut diurnis horis quolibet

1. *Superventoribus*] Hi ſunt aggreſſores, vel latrones. Lex Burgundionum *tit. 29 de superventoribus, & effractoribus*: & dein, *superventu, aut latrocinii ſcelere.* Plura collegere Lindenbrogius & Du Cange in Gloſſariis.

2. *Si quis ſuperventu &c.*] Conſer Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 3 §. 3. & 6.* quem tamen non integre repræſentavit Papianus.

3. *Hi, qui per incendium &c. deputentur*] Ex eodem Paulo *lib. V. tit. 20. § 1. & 2.*

4. *Si quis autem dolo focum fecerit, &c.*] Per *focum facere* intelligit *ignem excitare*: quo modo tunc loquebantur. adi Du Cange Gloſſarium. Videtur vero Papianus hæc ſumpſiſſe ex Paulo *Sent. lib. V. tit. 20. §. 3.* qui tamen non vult, id factum eſſe dolo: verum abſque dolo, ſcilicet, caſu venti ferente, vel incuria: ut adeo hic ſit error librariorum, ſi non ſit ipſius Papiani.

5. *Areas*] Sic Pariſ. ed. in aliis eſt *areas.*

6. *Qui fructiferas arbores &c.*] Et hoc eſt ex Paulo *dict. loc. §. ult.* ſed is de crimine hoc noctu commiſſo tantum loquitur: & in aliis Papianus illum non recte expreſſit.

7. *Re-*

libet tempore quamlibet ingenuus cecidiſſe probatur, infamis effectus damnum aeſtimatione judicis ſarcire cogatur. Quod ſi vilior perſona fuerit, ad tempus in exilium redigatur. In ſervo [7] reſtituta res etiam digno ſupplicio vindicetur.

7. *Reſtituta res*] Melius foret *reſtituatur*. Verum rectius loquitur Paulus *eod. loc.* §. 4.

TITVLVS XX.

De Corruptis Mulieribus.

Si quis mulierem ingenuam, vel virginem per vim ſtupraverit, [1]occidatur. [2]Quod ſi ancillam corruperit inlata violentia quicunque ingenuus, juxta poenam legis Aquiliae alterius mancipii reſtitutioni teneatur obnoxius. Quod ſi forte ſervus hoc fecerit, pro ingenua [3]occidatur: pro ancilla vero judicante judice fuſtuario ſupplicio ſubjacebit, [4]ſecundum ſpeciem Pauli Sententiarum. Conjunctio vero Judaei cum Chriſtiana lege inhibetur, ut nec Judaeus Chriſtianam, nec Chriſtianus Judaeam accipiat, quod factum pro adulterio vindicatur, juxta [5]legem Theodoſii *lib. IX. tit. de adulteriis.*

1. *Occidatur*] Id probat *l. 3. §. 4. D. ad leg. Jul. de vi publ.*

2. *Quod ſi ancillam &c.*] Paulus *Sententiar. lib. 1. tit. 12. §. 2.* ubi tamen nihil de violentia.

3. *Occidatur*] Lex Burgundionum *tit. 35. l. 1.*

4. *Secundum ſpeciem Pauli Sententiarum*] Reſpicit forte *lib. V. tit. 4. §. ult.*

5. *Legem*] Eſt *l. 1. Cod. Theod. tit. cir. & eadem l. 6. C. de Judaeis & cœlicol.*

TITVLVS XXI.

De his, qui hominem inlicite, aut ſine cauſa [1]ligaverint.

Si qui ingenuum natum vendiderint, vel ligaverint, honeſtiores perſonae damnantur in exilium, viliores [2]metallis deputantur, exceptis his, qui captivitatis jugo tenentur obnoxii, ſecundum ſpeciem Pauli Sententiarum [3]*lib. V.*

1. *Ligaverint*] Sic habet edit. Pariſ. hic, & mox in contextu, ut & lex Burgundionum *tit. 32.* aliae edd. utroque loco habent *obligaverint.*

2. *Metallis deputantur*] Al. *in metallum.*

3. *Lib. V.*] *Tit. 30. B. ad Legem Fabiam*, ubi aliquid notavi.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XXII.

De Divortiis.

Conſenſu partis utriuſque repudium dari, & matrimonium poſſe diſſolvi. Quod ſi pars viri repudium dare uxore contradicente voluerit, non aliter ei licebit, niſi aut adulteram eſſe convincat, aut veneficam, aut conciliatricem, quorum unum nuptialem donationem revocare poteſt. Quod ſi mulier nolente marito repudium dare voluerit, non aliter fieri hoc licebit, quam ſi maritum homicidam probaverit, aut ſepulchrorum violatorem, aut veneficum. Quod ſi unum ex his probaverit, & maritum dimittet, & collatam in eum dotem, & donationem, quam maritus fecerat, jure revocabit, juxta [1] legem Theodoſiani *ſub tit. de repudiis* promulgatam.

1. *Legem*] Eſt *l. 1. Cod. Theod. lib. tit.*

TITVLVS XXIII.

De Donationibus.

Donatio ab avo vel avia, proavo vel proavia maternis ita ad eos, quibus conlata fuerit, pertineat, ut patri nullatenus adquiratur. A linea vero paterna memoratorum donationes, vel ſi quid filiisfam. praeter expreſſas perſonas quorumcunque largitate confertur, patri eorum proprietatem indubitanter adquiri. Donationes etiam, vel dotes, quas ex matrimonio filius vel filia in familia poſiti conſequuntur, ad eorum proprietatem, quibus conlatae ſunt, remota patrum adquiſitione, ſine dubio pertinere, ſecundum Theodoſiani [1] legem *ſub tit. de maternis bonis, & materni generis, & de cretione ſublata.* & [2] alia ſub ſequenti eodem libro *de bonis, quae filiisfam. ex matrimonio adquiruntur.* Sciendum tamen, donationes, tam aviaticas, quam nuptiales, geſtorum ſolenni allegatione firmandas, [3] praeter illas nuptiales donationes, quae intra cc. ſolidorum ſunt taxatae conlationem. Geſta autem ſecundum locorum conſuetudinem fieri placuit. Nec intereſt, apud quem defenſorem fuerint celebrata, ſecundum [4] legem Theodoſii *ſub tit. de donationibus.* Sciendum

1. *Legem*] Eſt *l. 7. Cod. Theod. tit. tit.* eademque eſt *l. 2. C. eod. tit.*

2. *Alia*] Sic ed. Pariſ. ceterae, *aliae.*

3. *Praeter illas nuptiales donationes, &c.*] Huc pertinet *l. ult. Cod. Theod. de ſponſalib. & ante nupt. donationib.* Idem in aliis donationibus juris fuiſſe docet Imperator Juſtinianus, qui illam quantitatem tandem uſque ad quingentos ſolidos ampliavit, *§. 2. Inſt. de donationib.* de quo hic plura non addimus.

4. *Legem*] Vide *l. 2. Cod. Theod. tit. tit.*

Digitized by Google

dum etiam, [5] usufructuarias donationes sine traditione constare; quia ususfructus [6] pro donatione computatur. Quod si usufructuario donatio non fuerit, & traditio subsequuta etiam non fuerit, legibus infirmatur. Donationes vero nuptiales has tantum sine gestis admitti, [7] quas aetate minores, id est, positi intra XXV. annos accipiunt, etiamsi summam cc. solidorum probentur excedere. De animalibus, vestibus, gemmis, vel quocunque metallo, vel aliis, quae pondere, numero, mensura constant, omnem donandi solemnitatem [8] in sola traditione posse constare. Haec vero, quae puellae patrem habenti, hac ususfructus mentione adscripta, tradita fuerint, & [9] patre exigenti adsignata non fuerint, quaerantur. In nuptialibus vero avorum donationibus nepotes vel neptes ex filia cum avunculis vel matertera in trientem & bessem debere succedere; quia dum eis inofficiosi actionem eandem lex tribuit, quam filiis, constat, eos liberorum locum obtinere, secundum legem Theod. *lib.* v. *sub tit. de legitimis hereditatibus* ad [10] Constantinum PF. P. Galliarum.

5. *Usufructuarias donationes*] Definit Isidorus *Origin. lib.* V. *cap.* 24. his verbis. *Donatio usufructuaria ideo dicitur, quia donator ex ea usumfructum adhuc retinet, servato cui donatum est jure.* De illis agitur *l.* 9. *Cod. Theod. tit. eit.* ubi plene hoc jus exponit Jac. Gothofredus, & *l.* 28. *C. eod. tit.*

6. *Pro donatione*] Donationem accipit pro traditione.

7. *Quas aetate minores, &c.*] Huc pertinent *l.* 3. & *l. ult. Cod. Theod. de sponsalib. & ant. nupt. donationib.*

8. *In sola traditione posse constare*] Nec opus esse mancipationis solennitate, per ea, quae habet Ulpianus *tit. 19. §. 3.* ubi hoc quoque observavimus.

9. *Patre*] Lege, *patri*, aut deinde *exigente.*

10. *Constantinum*] Citavit hanc legem quoque *tit. 20.* ubi dixi de hoc nomine.

TITULUS XXIV.

De Sacramentis.

Si a judice statutum fuerit, aut inter partes convenerit, ut de rebus dubiis sacramenta praebeantur, eum solum debere jurare, a quo aliquid repetitur, nec ab aliis personis sacramenta requiruntur. Praestito autem sacramento omnis causae ipsius repetitio conquiescat. Hic sacramenti ordo notatis infamia denegatur, secundum constitutionem [1] Gregoriani & [2] Hermogeniani.

1. *Gregoriani*] Vide fragmenta ejus Codicis *libr.* XII. *in fin.*

2. *Hermogeniani*] Reposui hinc aliquid ad finem fragmentorum ejus Codicis.

TITV

TITVLVS XXV.

De Latronibus.

Si criminosi convicti fuerint, puniantur: nec crimen illorum filios aut uxores, qui conscii non probantur, poterit implicare secundum juris [1]constitutionem.

1. *Constitutionem*] L. 12. Cod. Theod. de pœn. quæ est l. 22. C. eod. tit.

TITVLVS XXVI.

De Adulteriis.

Maritus si adulterum cum uxore invenit, ita ut unum sint, & sese commisceant, liberum arbitrium habebit utrumque uno ictu ferire, secundum legem Novellam [1]Majorani, qui exinde ad [2]jus vetus omnia revocavit.

1. *Majorani*] Cujus in Novellis *tit. 9.* de adulteris quidem agitur: verum de jure hoc mariti nihil ibi occurrit: ut adeo quæ is hac de re constituit, hodie intercideriut.

2. *Jus vetus*] Quod exstat apud Paulum *Sententiar. lib. 11. tit. 26. §. 4. & 7.*

TITVLVS XXVII.

De Puellis vel Mulieribus sponsatis.

Si quis arras sponsaliorum nomine dederit, & pater vel mater acceptis arris, & eo, qui arras dederat, refutato, [1]alium fortasse receperit, arras [2]in quadruplum esse reddendas. Si vero puella per se, aut per quemcunque [3]propinquorum, vel tutorum arras acceperit, & nuptias voluerit excusare, vel alium fortasse suscipere, poenam suprascriptam de propria facultate dissolvat, actione contra illum, qui inconsulte arras susceperit, reservata. Hoc etiam constitutum est, ut si qui dedit arras, intra [4]biennium nuptias celebrare tardaverit, tum mulier alii se matrimonio sociare impune possit. Similiter constitutum, ut qui datis arris puellam declinat accipere, id, quod arrarum nomine datum probatur, [5]amit-

1. *Alium fortasse receperit*] Ita ed. Parif. reliquæ, *alio fortasse recesserit.*

2. *In quadruplum*] Cujus pœnæ mentio est cum alibi, tum in *l. 6. Cod. Theod. de sponsalib. & ante. nupt. donationib.* ubi de illa latius differit Jac. Gothofredus. Dein mutata est in duplum *l. pen. C. de sponsalib. & arr.*

3. *Propinquorum, vel tutorum &c.*] Id quoque constituitur in specie *l. 6. in fin. Cod. Theod. eod. tit.*

4. *Biennium*] Mentio temporis hujus *l. 4. Cod. Theod. eod. tit.* unde Tribonianus conflavit *l. 2. Cod. eod. tit.* De illo tempore pluribus commentatur idem Gothofredus *ad d. l. 4.*

amittat: & quod viciſſim a patre puellae muneris gratia acceperat, reformet.

5. *Amittat*] Vti & in contractibus obſervatur, *l. 17. C. de fid. inſtrumentor.*

TITVLVS XXVIII.

Si quis caballis offum, aut ſcandulam ligaverit.

Si quis caballo ligando offum, vel ſcandulam, vel pannum rubrum, ita eum turbaverit, ut pereat, ſi factum ſuum non negaverit, ſimpli hoc ſatisfactione componat. Si negaverit, & convictus fuerit, dupli, ſecundum legem Aquiliam, qua inficiantes dupſo tenentur.

1. *Offum aut ſcandulam ligaverit*] In legibus Burgundionum titulus 73. ita eſt conceptus, *de caballis, quibus oſſa, aut ſcandala ad caudam ligata fuerint.* Dicitur *offum* pro *os*. Verbum *ſcandala*, vel *ſcandula*, quod & apud Vitruvium exſtat *Architectur. Lib.* VI. *cap.* 2. exponitur tabella aſſulatim ſecta, vicemque tegulum praeſtans. Vocatur & *ſcindala*. Vide Voſſium *de vit. Sermon. lib.* III. *cap.* 47.

TITVLVS XXIX.

De Apparitoribus.

Ne quis omnino exequi praeceptionem praeſumat, niſi principis officii apparitorum probatoria ordinatus, & ab his, quos praeceptione conveniunt, de cauſis ſingulis, ſeu de univerſis, ſeu in unum conſortes pulſati fuerint, non amplius executores, quam ſolidum in ſportulas requirant. Hi vero, qui conveniuntur, ſi quos conſortes habent, in principio litis denuntiare debebunt, ut & ipſi audientiae tempore deeſſe non poſſint. Agrorum vero conſortes, ſi diviſae ſunt quaecunque agro portiones, habent quod cuicunque in agro ſua portio in ſingulorum poſſeſſione eſſe fecerit. Ipſi etiam apparitores cognoſcant, quod eis a ſuſcepto officio diſcedere non licebit, niſi vacationis beneficium a principe officii conſequantur.

1. *Probatoria*] Hoc eſt *atteſtatione*. In Codice Theodoſiano & Juſtinianeo eſt titulus *de diverſis officiis, & apparitoribus, & probatoriis lib.* XII. & mentio probatoriae ex ſacris ſcriniis *l. 21. l. 22. l. 23. Cod. Theod. dict. tit. & l. 6. l. 9. l. 10. C dict. tit.*

2. *In principio litis denuntiare debebunt, &c.*] Huc pertinet titulus Codicis Theodoſiani *de dominis rei, quae poſcitur, vel conſortibus ab eo, cui denunciatum fuerit, poſtulandis*, ubi tamen non exſtat nunc lex, quae ea de re agat. Hodie etiam unus ex conſortibus agere, vel conveniri recte poteſt, *l. un. Cod. Theod. cod. tit.* cujus pars eſt *l. 2. C. de conſortib. ejuſd. lit.* & de uno ex conſortibus conveniendo agit quoque Papianus *tit. ult.*

TITV.

Digitized by Google

TITVLVS XXX.

De Praescriptione temporum.

Id constat [1] legibus constitutum, ut tricennalem constitutionem in hereditariis causis, & in repetitione legatorum, in pecuniariis, id est, chirographariis debitis, & viventium cautionibus, repertis [2] fugitivis, adversus fiscum vel respub. de infirmanda operum munitione, vel pro notitia testamentorum custodiant judicantes. Reliquae vero causae intra expansos metarum suarum terminos finiantur, id est, de inofficiosis testamentis, & immodicis donationibus, hoc est, ubi Falcidia filiis non reservatur, intra [3] quinquennium eas debere proponi, & peragi, & [4] de non numerata pecunia. De servitutibus vero [5] superiori tit. comprehensum est quid judices debeant observare. Si quis duas centesimas sibi quem stipulari fecerit, aut fieri pertulerit, etiam [6] pecuniae praestitae amissione multabitur, secundum legem Theod. *de usuris.* Intra annum criminalem quaestionem & proponi debere, & finiri, secundum [7] legem Novellam, vel diversorum auctorum constitutiones, [8] quae sunt per titulos superius indicatae.

1. *Legibus*] L. un. *Cod. Theod. de actionib. cert. tempor. finiend.* unde hausta est *l. 3. C. de praescription. XXX. vel XL. annor.*) *Novell. Valentinian. tit. 8.*

2. *Fugitivis*] Al. edd. *fugitivos*, male.

3. *Quinquennium*] *L. 16. l. 34. fin. l. 36. §. 2. C. de inofficios. testament.* ubi tamen nihil de causa peragenda.

4. *De non numerata pecunia*] *L. 1. Cod. Hermogenian. de non numerat. pecun.*

5. *Superiori tit.*] *Tit. 18.*

6. *Pecuniae praestitae amissione multabitur*] Lex talis hodie sub illo titulo non exstat: sed quidem de poena quadrupli *l. 2. Cod. Theod. de usur.*

7. *Legem Novellam*] Vid. *l. 1. & l. 2. C. Theod. ut ut intr. cert. temp. criminal. act. terminal.* ubi plura habet Jac. Gothofredus. Deinde hoc mutatum est in biennium *l. 3. C. eod. tit.*

8. *Quae sunt per titulos superius indicata*] Nihil in praecedentibus de hisce tradidit: adeoque hic liber forte ad nos non pervenit integer.

TITVLVS XXXI.

De Falsariis, & Falsis testibus.

Falsarios aut [1] multari, aut deportari in exilium constitutum est. Hoc est etiam de illis, qui objectam falsitatem probare non potuerint observandum, secundum [2] legem Theod. quae de falsariis lege Cornelia data est.

1. *Multari, aut deportari in exilium*] Paulus *Sententiar. lib. V tit. 23. §. 1.* poenam docet esse deportationis, metalli, aut crucis: alibi capitis est, vel deportationis, *l. 2. Cod. Theod. ad leg. Cornel. de falsi. l. 21. C. eod. tit.*

2. *Legem*] Intelligit *l. 4. Cod. Theod. tit. tit.*

Digitized by Google

TITVLVS XXXII.

De Interpellationibus, & Appellatione.

Auctorem cujuscunque negotii, id est, petitorem, adversarium suum interpellare debere, [1]nec eum, qui pulsandus est, longius trahere: & pulsatus sub ejus audientia respondeat, ad cujus [2]sententiam convenitur; sic tamen si in ejus territorio is [3]possessor esse cognoscitur. Quod si in ejus territorio non possidet, tum demum [4]pulsati judicem actor adeat. Quod si audientiae tempore quaelibet pars ad Principem provocare deliberat, [5]abjudicare judices non praesumat. Appellationis sane tempora haec sunt. Prolata sententia quisquis appellare voluerit, [6]intra dies quinque per libellos data petitione appellet, contestans, se ad audientiam Principis provocare. Ceterum praesentibus secundum leges data, & relecta sententia postea non potest revocari. Judici quoque neque suam, neque alienam sententiam liceat [7]refragari; quia haec discussio soli Principi reservatur: [8]quia legum litigia sententiis, ac pactionibus terminata iterum non possunt terminari.

1. *Nec eum, qui pulsandus est, longius trahere*] Vide Marciani Novellam *tit. 1.*

2. *Sententiam*] Commonitoriam, videlicet, uti dicitur *l. 33. pr. C. de Episcop. & cleric.* sive jussum magistratuum, uti loquitur Imperator *§. 26. Inst. de actionib.* sive subscriptionem libelli conventionis, quae etiam sententia vocatur *l. 25. §. 1. & 2. C. d. Episcop. & cleric. l. 3. §. 6. C. de advocat. diversor. judic.*

3. *Possessor*] In actione in rem sufficere ut res ipsa alicubi sit, in personali domicilium rei esse sequendum, constat, *l. 3. C. ub. in rem act. instit. deb. l. 2. C. de jurisdiction.* Ut videatur Papianus per illa *possessor esse & possidet* intelligere eum, qui habet illic domicilium.

4. *Pulsati judicem actor adeat*] Hoc semper est observandum, ut actor rei forum sequatur, *l. 4. Cod. Theod. de jurisdiction. d. l. 2. C. eod. tit.* Verum cum in eodem loco uterque degit, utrique est communis judex: at si reus habitet alibi, sollus rei judex est adeundus: idque vult Papianus.

5. *Abjudicare*] Ita edd. Lugd. & Paris. Sed. ed. Genev. *adjudicare.* Hic sensus est, ut litigator non debeat declinare judices, dum adhuc causa pendet: sed ad sententiam usque exspectet, secundum *l. 18. l. 29. Cod. Theod. quor. appellation. non recipiant. l. 7. C. eod. tit.*

6. *Intra dies quinque*] Hoc tempus quoque commemorat Interpres Pauli ad *Lib. V. Sentent. tit. 33. §. 1.*

7. *Refragari*] Est, *revocare, infirmare.* Dixerunt & sic *refragare.*

8. *Quia legum litigia &c.*] Haec ex ed. Paris. retinui. Res est certa, rem judicatam revocari non posse, *l. 1. & seq. tit. C. sententiae rescind. non poss.* & transactiones, quas videtur intelligere per pactiones, instar esse rerum judicatarum, *l. 20. C. de transactionib.*

TITVLVS XXXIII.

De Rebus agnitis.

Si quis res proprias agnoscat, nec ejus manus, aut aliquid cautionis opponatur, res suas praesumendi habeat liberam potestatem. Quod si postmodum male agnovisse, aut praesumpsisse convincitur, res male praesumptas [1]dupla satisfactione restituat.

1. *Dupla satisfactione restituat*] Lex Burgundionum *tit. 83. n. 2.*

TITV-

TITVLVS XXXIV.

De Venditione.

In emendi & vendendi contractibus hic ordo servandus est, ut qui rem sui juris vendiderit, repetendi eam postea non habeat facultatem. Venditionem vero ex hoc maxime jus firmitatis accipere, si traditione celebrata possessio fuerit subsequuta. Vt ille iterum videatur possidere, qui vendidit, documenti professio firmitatem precariae possessionis obtineat. Quod si quis vendidisse fuerit approbatus, [1] emptori in duplum melioratae rei teneatur obnoxius: fructus [2] enim malae fidei possessor ante conventionem simplos ex lege praestabit, [3] secundum legem Theod. vel sententiam Pauli. Res vero, quae repetuntur, ut si quaedam actio praecessit, ut de quibus litigatur, nec vendi, nec donari possunt, nisi forte ut dominus procurator litis quicunque [4] per mandatum fuerit institutus. Sciendum etiam est, factam qualiterlibet commutationem vicem emptionis obtinere, [5] secundum legem Theod. *de cognitoribus & procuratoribus.* Arra pro qualibet re a venditore suscepta ab eo, qui emit, venditionem perfectam esse. Pretium tamen postmodum ab emptore venditori impletur, de quo inter ipsos convenerit, aut virorum bonorum aestimatione constiterit, [6] secundum sententiam Pauli.

1. *Emptori in duplum melioratae rei teneatur obnoxius*] Intelligendum hoc de casu evictionis. Vide Paulum *Sentent. lib.* II. *tit.* 17. *§* 3. & quae nos illic notavimus.

2. *Enim*] Hoc est, *autem*, quomodo saepe loquitur Epitomator Cassi.

3. *Secundum legem Theod. vel sententiam Pauli*] Inspice sis dicta ad *tit.* 10.

4. *Per mandatum fuerit institutus*] Per mandatum fit factus procurator folummodo, quod non prohibetur: ac procurator quoque talis fiet dominus litis, lite contestata, *l.* 1. *Cod. Theod. de cognitorib. & procuratorib.* 22. *l.* 23. *C. de procuratorib.* quamvis illicita sit rei litigiosae alienatio, *tit. D. & C. & Cod. Theod. de litigios.*

5. *Secundum legem Theod. de cognitoribus & procuratoribus*] Habemus hoc in Valentiniani Novellis *tit.* 20. *l.* 2. *C. de usur. permutation.* at ejusmodi nihil in titulo allegato Codicis Theodosiani hodie reperitur.

6. *Secundum sententiam Pauli*] Nihil tale in Sententiis Pauli hodie superest: sed nos hinc aliquid transtulimus ad easdem *lib.* II. *tit.* 17. *in fin.*

TITVLVS XXXV.

De Tutelis Minorum.

Tutores legitimi agnati sunt, id est, per virilem sexum a paterna linea venientes, qui ad tutelam usque ad XIIII. aetatis annum vocantur, ut fratres primum, fratres patrueles, patrui, id est, patris fratres, vel filii eorum, per virilem sexum, ut dictum est, venientes. Quibus omnibus mater, si tutelam suscipere voluerit, licito jure [1] praeponetur. Sciendum tamen est, cogna-

1. *Praeponetur*] Contrarium eatenus fuit, ac mater legitimis est postposita *hinc. C. Th. de tutor. & curator. restaur.* quae est *l.* 2. *C. quando mul. tutel. offic. fung. poss.* Sed crediderim, Papianum hic referre legem Burgun-

cognatos ſicut ad ſucceſſionem, ſic ad tutelam non vocari. Pupilli vero poſt impletum XIIII. annum [2]curatores ſibi ipſi petere debebunt: pupillae impleto XII. anno ſibi ipſae petant; quia tutor usque ad illud tempus rationem tutelæ adminiſtrare debet: qua ratione completa, pupillus per curatorem facultatem ſuam gubernare debebit. Si vero mater tutorem filio intra annum non petat, & ad ſecundas nuptias tranſeat, aut forte non tranſeat, ſucceſſionem filii, ſi intra puberratem moriatur, pro culpa non petiti tutoris amittat: & agnatis, vel, ſi hi defuerint, cognatis, qui ad ſucceſſionem juris veniunt, [3]deferantur. Secundi vero mariti bona praeteritae tutelae ratiociniis teneantur obnoxia, ſecundum legem Novellam [4]*de tutoribus pupillis nominandis*. Tutelae vero actione ab exordio petiti curatoris usque [5]ad XXX. aetatis annum, id eſt, per annos XVI. qui tutelam geſſerunt rationem reddere coguntur. Tutores etiam ſi legitimi inveniantur, [6]excuſantur, ſi [7]quatuor maſculos filios habeant, ſi morbo perpetuo & ſontico teneantur, ut ſi furioſi, aut mente inſani agnoſcantur. Aetatis etiam beneficio [8]ſexagenarii ab his oneribus excuſantur. Tres quoque tutelae ſic liberant, ut ad quartam, etiamſi evenerit, non vocentur. Praeterea lapſis & circumſcriptis [9]pupillis integri reſtitutio datur, ut nominatis rebus petita integri reſtitutione, quae male ac circumſcriptorie in praejudicium ſuum acta ſunt, vacuentur. Quae reſtitutio ita futura eſt, ut impleto XXV. & cum XXVI. annum ingreditur, [10]evocatis ante defenſorem teſtibus, qui aetatem ejus noverint, annos ſuos prius profeſſione, aut relationibus teſtium probet: ibique profiteatur, adverſus quas cauſas, vel quas perſonas integri reſtitutionem nominet: eique contra illum, quem non nominaverit, actio non patebit. Quae reſtitutio usque [11]ad finem anno-

Burgundicam, quæ *tit. 9. n. 1.* ita habet. *Si mater tutelam ſuſcipere voluerit, nulla ei parentela praeponatur:* adeo ut avo praeponatur, modo abſtineat, nempe, a nuptiis ſecundis, *tit. 59.* Juſtinianus quoque legitimis a latere matrem praetulit *Novell. CXVIII. cap. 5.*

2. *Curatores ſibi ipſi petere debebunt*] Haec ex bono auctore petita ſunt: ac inde firmantur quoque ea, quæ ſcripſimus ad Ulpianum *tit. 22. §. ult.*

3. *Deferantur*] Vel legendum eſt *deferatur*: vel excidit verbum *bona*.

4. *De tutoribus pupillis nominandis*] In noſtris libris Novella haec Theodoſii *tit. 3.* inſcripta eſt tantum *de tutoribus*: ex qua hauſta eſt *l. 3. C. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacit. contrahit.* Quædam vero ex praemiſſis quoque cauſa ſunt *l. ult. Cod. Theod. de tutorib. ac curatorib. creand.* ſive *l. 2. C. quand. mul. tutel. offic. fung. poſſ.*

5. *Ad XXX. aetatis annum*] Hoc aliter jure civili cautum eſt, quippe, quo actio tutelæ non tollitur longo tempore, *l. 8. C. arbitr. tutel. l. 3. C. quib. non objicit. long. tempor. praſcript.* adeoque tantum triginta annis, qui currere incipient a tempore tutelæ finitæ, *per l. un. Cod. Theod. de actionib. cert. tempor. finiend.* ſive *l. 3. C. de praſcription. XXX. vel XL. annor. Novell. Valentinian. tit. 8.*

6. *Excuſantur*] Inſpiciantur ſcripta ad Ulpianum *tit. 11. §. 17.*

7. *Quatuor maſculos filios*] In provinciis jus noſtrum exigit liberos quinque: nec refert, cujus ſint ſexus, *pr. Inſt. de excuſationib. tutor. vel curator.*

8. *Sexagenarii*] Septuagenarii jure civili, *§. 11. Inſt. eod. tit. l. 2. pr. D. eod. tit.*

9. *Pupillis*] Praetor indiſtincte juvat minores XXV. annis *l. 1. §. 2. & l. 1. D. de minorib. XXV. ann. & l. 2. C. de in integr. reſtitution. minor. XXV. ann.*

10. *Evocatis*] Edd. omnes habent *evocatus*, perperam.

11. *Ad finem annorum XXVIII.*] Sic quoque Anianus *interpretation. Paul. Sententiar. lib. 1. tit. 9. §. 3.* quoniam in provinciis hoc ſpatium erat praeſcriptum *l. 2. Cod. Theod. de integr. reſtitution.* Hodie quadrien-

nium

annorum XXVIII. conceſſa eſt: poſt quos annos minoribus ad agendum quinquennium beneficio Principali delatum eſt, ſecundum [12] legem Novellam.

nium poſt impletum XXV. annum datur indiſtincte, *l. ult. C. de temporib. in integr. reſtitution.*

12. *Legem Novellam*] Intelligere videtur Novellam Valentiniani *tit. 12.* & ex illa tale quid collegiſſe. In jure Juſtiniani nihil ejusmodi habemus.

TITVLVS XXXVI.

De Filiis Legitimis, ſive Naturalibus.

Nuptiae legitime contrahuntur, ſi conſenſu parentum, [1] aut ingenuorum virorum, interveniente nuptiali donatione, legitime celebrantur. Quod ſi parentes defuerint, honeſtarum perſonarum conſenſus perficit nuptias; ſi tamen nuptialis donatio ſolenniter celebretur. alioquin filii inde nati legitimorum locum obtinere non poterunt: & erit in hereditate ſucceſſioni locus his, qui ab inteſtato per agnationem, vel, ſi agnatio defuerit, per cognationem forte ſuccedunt. Naturales ſane, ſi ex ancilla nati fuerint, & non manumittantur a domino, inter hereditaria mancipia computantur. Quod ſi aut ex ingenua fuerit naturalis, aut ex liberta, aut certe libertina, ultra tres uncias matri cum filiis naturalibus dare amplius non licebit, hac ratione, ut donatio nuptialis in hereditatis ſupputationem non veniat: ſed ea, quae donatione nuptiali fuerint ſupra tres uncias deputata, naturalibus jure debeantur. Quod ſi aliquid ultra per donationem, aut teſtamentum, aut per ſuppoſitam quamcunque perſonam illis fuerit derelictum, ab herede legitimo legibus revocetur, ſecundum Theod. [2] legem *de naturalibus filiis, & matribus eorum* latam. [3] Si inter collegiatum, ſive ſervum, & ingenuam conſenſu fuerit contubernium initum, nuptiae non vocantur: & qui ex ipſis nati fuerint, deteriorem lineam ſecuti dominis adquiruntur. Sciendum etiam eſt, ſecundum legem Novellam, [4] ſi quis ingenuus colonae ancillaeve, aut ingenua ſervo colonove ſe junxerit, ſalva ingenuitate diſcedendi licentiam non habere, ſecundum legem [5] Novellam *ſub titulo de advenis*.

1. *Aut ingenuorum virorum, &c.*] Quod hic habet de ingenuis viris, hoc eſt, liberis, & mox de honeſtis perſonis, Id jus civile ignorat: quodque ſequitur, ac dein repetitur de nuptiali donatione, id falſum eſſe conſtat ex *l. 3. Cod. Theod. de nupt.* quae eſt *l. 22. C. eod. tit.* ne dicam de legibus Juſtiniani *l. 11. C. de repud. Novell. XXII. cap. 18.* quas non vidit Papianus.

2. *Legem*] Mentio dictae portionis occurrit in *l. 1. Cod. Theod. de naturalib. liber. l. 8. C. eod. tit.* illa vero naturalibus tum demum relinqui poterat a patre naturali, ſi is nec legitimos filios, nec nepotes, nec patrem matremve reliquiſſet, *d. l. 1. Cod. Theod.* quod ipſum, ut & quo pacto revocatum fuerit quod ultra hanc portionem eſſet donatum, docet Imperator *Novell. LXXXIX. cap. 12.* Quod vero de donatione nuptiali hic refert Papianus, id hodie in Codice Theodoſiano non occurrit: nec id mirum, cum ex multis legibus de naturalibus liberis duae tantum hodie in illo Codice ſuperſint.

3. *Si inter collegiatum*] Adde *tit. 46.*

4. *Si quis ingenuus colona, &c.*] Hic ergo quoque deterioris parentis conditionem partus ſequebatur: quale aliud exemplum habet Ulpianus *tit. 5. §. 8.* ubi & de hoc ipſo in notis monui.

5. *Novellam ſub titulo de advenis*] Is titulus hodie in Novellis Theodoſiano Codici ſubjectis non invenitur.

Digitized by Google

TITVLVS XXXVII.

De Pactis, & Transactionibus.

De pactis haec forma ſervanda eſt, ſi quis major aetate paciſcatur, conditionibus pacti maneat obligatus; [1]ſi tamen poteſtatis ſuae eſt, hoc eſt, filiusfam. non eſt, aut nullo metu, aut imperio ad pacta venire compellitur. [2]Quod ſi placitorum ordinationem adtemptet excedere, aut nolit implere, ad ſolutionem poenae contentae pacto cum emolumenti amiſſione tenendus eſt, & infamiae maculam ſuſtinebit, ſecundum legem Theod. *ſub tit de pactis & transactionibus.* Sciendum tamen, quod ſi quisquam ſe metu coactum ad pacta veniſſe [3]cauſetur, intra annum probaturus hujusmodi moveat, & peragat actionem: quo tempore praeterito nullam ſibi de vi deque metu ſuppetere noverit actionem, ſecundum conſtitutionem Gregoriani. De ſucceſſione viventium ſua vel aliena neminem paciſci poſſe, nec hujusmodi ſcripturam nomen pacti legibus vindicare, ſecundum legem Gregoriani & Hermogeniani. Ceſſionis vero firmitatem ita ſubſiſtere, [4]ſi ejus rei ita per evidentem profeſſionem voluntaria & evidens ceſſio teneatur, hoc eſt, ſi ceſſionis nomine [5]ſcriptura cujuslibet rei cedentis voluntaria profeſſione firmetur. Quod ſi de vi, & metu is, qui ceſſit, queri voluerit, intra annum ſimiliter inſtituat, & peragat actionem, ſecundum Theod. [6]legem *lib.* IIII. *tit Qui lege Julia cedere poſſunt.*

1. *Si tamen poteſtatis ſuae eſt*] Vide *tit.* 13. & illic notata.

2. *Quod ſi placitorum ordinationem &c.*] Modo pactiones & transactiones ſint juratae, *l. ult. Cod. Theod. de pact. & tranſaction.* quae eſt *l.* 40. *C. de tranſactionib.*

3 *Cauſetur*] Mota, nempe actione, quae anno tantum utili durat: nec tamen opus, ut intra idem tempus cauſa terminetur; quod hic vult Papianus. Quin & cauſa cognita actio poſt annum datur, *l.* 14. *§. 1. & 2. D. quod met. cauſ. geſt. er. l.* 4. *C. eod. tit.* Exceptio vero ei, qui ex tali negotio convenitur, erit perpetua *per l. 3. §. ult. D. de dol. mal. & met. exception.*

4. *Si ejus . . . . hoc eſt*] Abſunt ab edd. Lugd. & Genev.

5. *Scriptura*] Hanc jus non deſiderat, ſatis eſt voluntatem bene eſſe declaratam, *l. ult. D. de ceſſion. bonor. l. 2. Cod. Theod. quibus ex leg. Jul. ceder. poſſ.* quae eſt *l.* 6. *C. eod. tit.* Nec potuit Papianus quod hic deſiderat ſcripturam, id ipſum ex hac lege habuiſſe, utpote cauſa videtur Doctiſſimo Interpreti Codicis Theodoſiani *ad l. 1. 2.* ut adeo ex alia lege, qua hodie caremus, hoc debuerit habere Papianus. Sed nec novum eſt, ut Papianus quid adferat aliunde, quam ex jure civili.

6. *Legem*] Illa hodie intercidit.

TITVLVS XXXVIII.

De Terminis transgreſſis & evulſis.

Quicunque terminos, aut limites, aut arbores terminales, quae [1]decoreas accipiunt, celebrata praeſumptione evellere, abſcindere, & ſigna impreſſa

1. *Decoreas*] Sic Cujacius edidit Lugd. cIↃ IↃ LXVI. ed. Pariſ. habet *decuſas*: ſed Cujacius ipſe in epiſtola dedicatoria Codicis Theodoſiani ſcribit, ſe debuiſſe corrigere *decurias*, uti claris literis ſcriptum legitur in legibus Gothorum. Et ſane in legibus Wiſigothorum *lib. VIII. tit. 6. l. 1.* legitur, *decurias, quae vocantur characteres.* Nec aliter in legibus Bojoariorum ſcribendum eſſe putat, ſcilicet *tit. 11. cap. 3. §. 2.* ubi

impreſſa eradicare tentaverit, convictus [2]eodem loco, ubi [3]teſtimonia fuerint, vitae terminum ſub incendio ſortiatur. Si novos terminos occulte poſuerit, poena falſarii teneatur, ſecundum [4]ſententiam Pauli. Si vero terminis, limitibus, arboribusque transgreſſis vicini agri jura pervaſiſſe convincitur, ſi intra XXX. annos pulſatus exiſtat, duplum terrae ſpatium quam pervaſerat cum fructus ſolutione reſtituat, & hoc ſecundum [5]legem Novellam.

ubi nunc quoque ſcriptum eſt *decoreas*. Certe in legibus Wiſigothorum *lib. X. tit. 3. cap. 3.* ubi eadem traduntur, ſcriptum eſt *decurias*. Decuria vero eſt nota X, qua decem deſignantur. Vetus auctor de limitibus inter auctores rei agrariæ ita ſcribit. X *ſi in termino invenies, quadriſinium exponit.* Vide Gloſſarium Du Cange.

2. *Eodem loco, &c.*] Pœnas alias recenſet Paulus *Sententiar. lib. V. tit. 22. §. 2.* ſed omnes leviores, uti etiam tales memorantur in Collatione Moſaicarum & Romanarum legum *tit. 13.* & in titulo *D. de termin. mot.*

3. *Teſtimonia*] Intelligit terminos, aut arbores finales, quæ de finibus teſtantur.

4. *Sententiam Pauli*] In Sententiis Pauli nihil tale habemus hodie: nec allegat Papianus etiam titulum, unde hæc hauſit, ut ita dici nequeat, ubi hoc legerit.

5. *Legem Novellam*] Cautum hoc ab Imperatore Conſtantino Magno *l. 2. Cod. Theod. fin. regundor.* quæ eſt *l. 4. C. eod. tit.* Ac poſtea in genere invaſores rerum alienarum immobilium ita coërciti ſunt, ut rem, & æſtimationem reſtituere deberent, *l. 3. Cod. Theod. unde vi*, cujus pars eſt *l. 3. C. eod. tit.* Laudatur vero hoc jus in Novella Theodoſii & Valentiniani *tit. 19.*

TITVLVS XXXIX.

Sine cenſu, vel reliquis comparari nihil poſſe.

Agros comparari non poſſe, niſi eis cenſum ſtatutum qui poſſeſſionem ingreſſi fuerint, ſuſceperint diſſolvendum. Quod ſi probatur, a venditionis tempore ſoluti tributi reliqua emptor diſſolvat, & tributum praeſenti delegatione ſuſcipiat. Quod ſi factum non fuerit, venditor etiam [2]poenam legis, quae de hoc in Theodoſiano continetur, excipiat.

1. *Agros comparari non poſſe, &c.*] Vide *tit. Cod. Theod. & Juſtinian. fin. conſ. vel reliq. fund. comparari non poſſ.*

2. *Poenam legis, quae de hoc &c.*] Videtur reſpici non alia pœna, quam quæ eſt definita in *l. 2. Cod. Theod. de contrahend. emption.* quæ tamen etiam ad emptores pertinet: emptor enim reſciſſa venditione amittit pretium, venditor fundum, ac in fiſcum redigitur utrumque. Verum id jus in Codicem Juſtiniani relatum non eſt: ſed pactio tamen effectu privatur, *l. 2. & ſeqq. Cod. Theod. fin. conſ. &c. l. 1. l. 2. l. 3. C. eod. tit.*

TITVLVS XL.

De Jure Poſtliminii.

Si quis ſervus poſt captivitatem redierit, [1]ad jus domini revertatur: & ſi ingenuus redierit, [2]jura libertatis integra ſe noverit recepiſſe: nec ea tempora ei ad quancumque cauſam obeſſe, quibus in regione alia captivitate detentus eſt.

1. *Ad jus domini revertatur*] *L. 10. §. ult. D. de captiv. & poſtlimin.*

2. *Jura libertatis integra &c.*] *L. 5. §. 1. l. 22. §. 1. D. tit. cit. §. 5. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſtat. ſolvit.*

Digitized by Google

TITVLVS XLI.

Ne quis in ſua cauſa judicet.

'Theodoſii lege evidenter exprimitur, in ſua cauſa neminem jus dicere, neque ſententiam pronuntiare poſſe.

1. *Theodoſii lege*] Eſt *l. un. Cod. Theod. ne in ſua cauſ. quis judic.* unde Tribonianus partem tranſtulit in *l. un. C. ne quis in ſua cauſ. judic. vel jus ſibi dic.* quæ lex tamen eſt Imppr. Valentis, Gratiani, & Valentiniani: ut adeo per legem Theodoſii ſit intelligenda in genere lex in Codice Theodoſiano, ut & *tit. 10.* Alibi dixit *legem Theodoſiani*, ſcilicet, Codicis: & *legem Theod.*

TITVLVS XLII.

Vt nemo potentiorum nomina inlicite praetendat, aut titulos praediis ſuis adfigat.

'Legali ſanctione conſtat expreſſum, neminem ad deludendum pulſantem, & ad differendam juſtitiam, potentum quorumcunque perſonas in lite poſſe praetendere, nec titulos praediis ſuis adfigere, ut pulſantem terreat, aut actione competenti excludat.

1. *Legali ſanctione*] Vide *l. un. Cod. Theod. & Cod. Juſtin. de his, qui potentior nomin.* Idem cautum Novella Valentiniani inter Theodoſianas *tit. 23.* Quod ab aliis, maxime a Jac. Gothofredo *ad d. l. un. Cod. Theod.* ſatis expoſitum eſt.

TITVLVS XLIII.

De Liberali cauſa, vel de operis Libertorum.

Si quis 'intra XXX. annos ſub ingenuitatis ſpecie vagantem in ſervitutem revocare voluerit, non aliter quam apud judicem ſtatum ejus pulſet, ubi ſi 'convictus fuerit, alia tot mancipia dabit, quanta in ſervitutem petebat. Ille vero pulſatus 'tertio debet adire judicia: & ſi voluntarius 'adſertor, aut defenſor inveniri non potuerit, a judice fide integra, & moribus idoneus

1. *Intra XXX. annos ſub ingenuitatis ſpecie vagantem &c.*] Ita ſcribit Papianus de fugitivis repertis, triginta annorum præſcriptionem iis prodeſſe, *tit. 30.* quæ etiam fuit ſententia Gloſſæ *ad l. 1. C. de long. tempor. præſcription. quæ pro libertat. & non adverſ. libertat. opponit.* & Azonis *in Summ. dict. tit.* Cujacius vero dubitat, an non ſit opus annis XL. ob *l. 4. C. de præſcription. XXX. vel XL. annor.* quæ lex tamen de his ſervis non agit. Si quis ſine interpellatione bona fide, & ex juſto initio in poſſeſſione libertatis fuerit, longi temporis præſcriptio ſufficit, *l. 2. C. eod. tit. de long. &c.* Juſtum initium exponit Cujacius in *Paratit. l. dict. tit. Cod.* veluti ſi ſit manumiſſus, *l. 16. §. 3. D. qui & a quib. manumiſſ. liber. non ſi. l. ult. C. de his, qui a non domin. manumiſſ. ſunt.* vicarius pro eo datus, aut adſignatum ſit ei peculium, *l. 3. Cod. Theod. de liberal. cauſ.* Quod præſcriptio talis non dat ſecuritatem hoc in loco, ut & *l. ult. Cod. Theod. eod. tit.* Inde eſt, quod tale initium non ponatur adfuiſſe.

2. *Convictus fuerit*] Hoc eſt, ſuccubuerit. Eſt hoc petitum ex *l. 1. Cod. Theod. de liberal. cauſ.* quæ illa ipſa eſt, quam poſtea laudat Papianus.

3. *Tertio debet adire judicia*] Id non definitur in *d. l. 2.*

4. *Adſertor, aut defenſor inveniri non potuerit*] Ed. Pariſ. *adſertor ſit, aut defenſorem ingenuitatis invenire non potuerit*: quæ lectio non eſt recta, quamvis non damnem illud *ingenuitatis*, per quam Papianus intelligit libertatem. Aſſertore opus fuiſſe ei, qui de libertate contendebat, notiſſimum eſt. Vide notata ad Paulum *Sententiar. lib. V. tit. 1. §. 3.* Idque jus demum mutavit Juſtinianus *tot. tit. C. de adſertion. tollend.*

5. *His*

neus deputetur. [5] His vero, qui de ſervitute in libertinitatem, aut ingenuitatem revocare tentaverint, iſta beneficia denegantur: ſed vincti in foro ſtatuuntur, ut ſi quis eos defendere voluerit, habeat liberam poteſtatem. Quod ſi nec defenſorem invenire potuerint, in ſervitutem a domino retrahuntur. hoc ſecundum legem Theod. quae de liberali cauſa lata eſt. Egentem patronum libertus alere compellitur. hoc ſecundum legem Gregoriani *de operis libertorum.* Latini aliter intelligi non poſſunt, nec aliter intelligendi ſunt, quam ſi inter amicos pronuntiante domino [6] ad convivium evocentur, ita ut illis amicis, ubi conveniunt, ſic dominus conteſtetur, eum cauſa Latinitatis ad ſuum adhiberi convivium. Quod ſi cum eo ſervus manducaverit, non cauſa Latinitatis, ſed paupertatis propter ſolatium, praejudicium domino heredibuſque ex convivio adferi non poterit.

5. *His vero, qui de ſervitute &c.*] Hoc in *d. l.* 1. non exſtat.

6. *Ad convivium evocentur*] De hoc more aliquid habet Cajus *Inſt. lib.* 1. *tit.* 1. §. 2. & plura ad illum Interpretes. Ceterum & aliis modis, quam convivii adhibitione libertatem Latinam datam eſſe, ex eodem Cajo & aliis certiſſimum eſt.

TITVLVS XLIV.

De Teſtamentis.

[1] Teſtamenta ſi holographa manu fiant, probata manu, veritatis ſine teſtibus integram capiunt firmitatem. Si vero teſtes adhibeantur, quibus teſtator ſubſcribendum ſuum offerat teſtamentum, cives Romani teſtes adhibendi ſunt numero competenti, [2] quinque, aut ſeptem. Hi ad teſtamentum jure adhiberi poſſunt, [3] quorum teſtimonium merito recipitur, & cum quibus nobis eſt teſtamenti factio, ſecundum legem Theodoſii & Valentiniani ... Florentium PF. P. datam. [4] Militibus vero aliter ſi velint teſtamentum facere, permiſſum eſt, quibus licet & ſine competenti teſtium numero teſtari, & [5] filios praeterire, [6] nec inofficioſi querela eorum conſtat teſtamenta poſſe diſrumpi. Teſtamentis vero civium Romanorum, [7] ſi filius praeteritus fuerit, [8] rumpuntur: ſi vero filia

1. *Teſtamenta ſi holographa &c.*] Valentinianus Imp. hoc conſtituit *Novellar. tit. 4. novell.* 2. modo quis nolit adhibere teſtes. Jure vero recentiori ſubſcriptio quidem teſtatoris ab hoc teſtamento abeſſe poteſt, ſi id ſe ſua manu ſcripſiſſe expreſſerit: at nihil hoc circa teſtes mutat, *l.* 28. §. 2. *C. de teſtament.*

2. *Quinque, aut ſeptem*] Prout jure civili teſtamentum vult condere, vel jure Prætorio: de quo diximus ad Ulpianum *tit.* 20. §. 2.

3. *Quorum teſtimonium merito recipitur, & cum quibus nobis eſt teſtamenti factio*] Non exſtant hæc in Novella Theodoſii, quam laudat, nempe, *tit* 9. *de teſtamens.* unde deſumpta eſt *l.* 21. *C. eod. tit.* quamvis res ſit apertiſſima ex §. 6. *Inſt. de teſtamens. ordinand.*

4. *Militibus vero aliter &c.*] Nota hæc ſunt ex *tit. Inſt. de militar. teſtam. & tit. D. & C. de teſtam. milit.*

5. *Filios praeterire*] Et præteriti pro exheredatis ſunt, modo miles ſciat, ſe eos habere, §. 6. *Inſt. de exheredation. liberor. l.* 7 *D. de teſtament. milit.*

6. *Nec inofficioſi querela eorum conſtat teſtamenta poſſe diſrumpi*] *L.* 9. *l.* 24. *C. de inofficioſ. teſtament.*

7. *Si filius praeteritus fuerit*] In ed. Pariſ. additum eſt, *vel nepos ex filia*, male. Ex filia nepos præteritus nihil aliud habet auxilii, quam inofficioſi querelam, §. *ult. Inſt. de exheredation. liberor.* Imo nec ipſa filia jus idem habuit quod filius, uti mox tradet Papianus.

8. *Rumpuntur*] Alibi dicuntur eſſe nulla, *pr. Inſt. dict. tit.* vel non valere. Sic *Cajus Inſt. lib.* 11. *tit.* 3. *pr.* Ulpianus *tit.* 22. §. 16. ſed & rumpi ſic dixit Cajus *l.* 30. *D. de liber & poſtum.* & jus ipſum hæc ab initio rumpit.

filia,[9] aut nepos,[10] non rumpuntur: ſed extraneis in dimidiam partem, ſuis heredibus in aequalem accreſcunt. Teſtamenta, quibus filiis, aut nepotibus Falcidia non dimittitur,[11] nullo jure ſubſiſtunt. Fratres vero [12] de inofficioſo fratris teſtamento agere non poſſunt. Item filius, vel filia morientes matrem ſine Falcidia praeterire non poſſunt,[13] ut valeat teſtamentum.

9. *Aut nepos*] Pariſ. ed. *aut neptis ex filia*, male: & nepos ex filio debet intelligi, qui avo eſt ſuus heres.

10. *Non rumpuntur &c.*] Adde Cajum *dict. loc. §. 1.* & Vlpianum *tit. cit. §. 17.* ubi aliquid eſt annotatum.

11. *Nullo jure ſubſiſtunt*] Imo ob hanc ſolam cauſam non ſunt nulla: ſed locus erit inofficioſi querelæ. Actum eſt hac de re in notis ad Paulum *Sententiar. lib. IV. tit. 5. §. 5.*

12. *De inofficioſo fratris teſtamento agere non poſſunt*] Niſi perſona turpis, vel levis notæ macula adſperſa, vel libertus inſtituti ſint, *l. 3. Cod. Theod. de inofficiſ. teſtament.* unde Tribonianus confecit legem *27. C. eod. tit.* ſed ſuo arbitrio mutatam: de quo videndus eſt Jac. Gothofredus *ad d. l. 3.*

13. *Ut valeat teſtamentum*] Re vera, ne per querelam reſcindatur.

TITVLVS XLV.
De Corporatis.[1]

Corporibus publicis id conſervandum eſt, ſecundum conſtitutionem novellam [2] Leonis & Severi, ut ſi ex [3] Marcialitano * lito, Andorinico, vel quocunque alio corporis publici, & colono, aut ancilla filii nati inveniantur, aut fuerint procreati, [4] ei acquirantur, cujus colonum aut colonam, ſervum aut ancillam eſſe conſtiterit: nec a ſervili aut colonaria conditione [5] illo modo corpus publicum eorum genus quaſi corporatos a fiſco faciat poſtea requiri: ſed omnis agnatio poſſeſſoris commodis adquiratur; quod lege evidenter exprimitur, quae ad Baſilium PF. P. data eſt.

1. *De Corporatis*] Hi erant obſequiis publicis deputati, & neceſſitatibus Vrbis, ac in ſpecie annonæ inſervientes, ad quos pertinet titulus Codicis Theodoſiani & Juſtinianei *de privilegiis corporatorum.* Quomodo vero diverſi ſint corporati, collegiati, nec non decuriæ, exponit Jac. Gothofredus *ad l. 1. Cod. Theod. de decur. urb. Roma.*

2. *Leonis & Severi*] *Tit. 2.* ſed non eſt integra.

3. *Marcialitano * lito, Andorinico, &c.*] Liti, vel liddi, vel liddi ſunt adſcripti glebæ, vel dediticiæ conditionis, qui libertatem pecunia vendiderunt. De illis multa licet invenire in Gloſſariis Lindenbrogii & Du Cange, apud Voſſium *de vit. Sermon. lib. II. cap. XI.* Quinam ſint Marcialitani, vel Andorinici, quærant quibus eſt otium.

4. *Ei adquirantur, cujus colonum &c.*] Idem tradidit *tit. 30.* Simile exemplum habet Vlpianus *tit. 5. §. 8.*

5. *Illo*] Forte *ullo.*

TITVLVS XLVI.
De Conſortibus.

De conſortibus etiam hoc ſequentibus pro ratione ſubjunctum eſt, ut petitor quem voluerit de conſortibus pulſet, & quem voluerit pro ſua voluntate praetereat; ea tamen conditione, ut qui pulſati non fuerint, nullum praejudicium patiantur: ſed cum voluerint, ſuas inſtituant actiones, ſecundum [1] legem de conſortibus.

Papiani Liber feliciter explicit.

1. *Legem*] Intelligit *l. un. Cod. Theod. de domin. rei qua poſcit &c.* Vide *tit. 29.* & illic notata.

DOSI-

DOSITHEI
MAGISTRI
LIBER III.

CONTINENS

DIVI ADRIANI IMP.
SENTENTIAS ET EPISTOLAS.

MELIOR HAMENVELTO GOLDASTVS

maximam partem auxit, emendavit, illuſtravit.

Digitized by Google

Digitized by Google

GENEROSO ET STRENVISSIMO JVVENI,
ALBERTO BVKVWKIO A BVKVWKA,
DOMINO IN EYWANOWICZ ET JORNSDORF,
PRIMARIO MORAVO,

Melior Hamenvelto Goldaſtus

S. P. D.

Multis, quae D. Conſtantius memorabilis Princeps ſacris litteris cenſuit, hoc primum & praecipuum eſt, quod *in eos, quos conſtiterit ſtudiorum liberalium uſu atque exercitatione pollere, locum primi ordinis defenderit, & Litteraturae praemia non denegande cunctis voluerit intimari.* O optimi Principis reſcriptum bracteatum! Quid enim, ſi veris rem pretiis aeſtimare velimus, ut certe debemus, Litteratura praeſtantius, quid utilius, quid dignius, in cujus cognitione vires & nervos intendamus? *Litteratura*, infit idem ipſe Imperator in *l. 1. C. Th. decur. urb. Romae, omnium virtutum maxima eſt.* Maxima, inter Muſarum ſtudia ſcilicet, a quibus Humani dicuntur & Docti. Jam enim ſemel hoc conceſſum eſt atque datum, absque illa virtute nequiquam incaſſas dari operas ceteris omnibus, & flocci haberi eos, qui ſine hac in nomen aliquod itare ſeſe deputant, & cum hac vero, quaſi Ariadnaeo filo, nihil tam difficile & laborioſum, quin illico poſſit inveſtigari. Quod ſi ab eventu facta notanda putes, non caruit res ſucceſſu perfelici. Vidimus ſiquidem, qui hanc diſcendi rationem inſtitere, nullo negotio ſtatim eruiſſe & condidiciſſe, quae qui in iis illiterati omnia aetatis ſaecula condidere, non perceperunt umquam. Nec, me Chriſte, ullum majus eſt documentum imperitiae, vanitatis, & ineptiarum in hominibus, quam cum ſtomachi ſui fatuitate, an cerebri vacivitate litterarum politiorum faſtidiunt, eaque contemnunt, quae aut propter ingenii tarditatem, aut ſervilem inertiam conſequi non potuerunt. Quos ſane cum tanta vanitate & ignorantia, ſi Bias ab inferis redeat, κρόμμυα ἐσθίειν jubeat. Tu vero, nobiliſſime & ſtrenuiſſime juvenum, cum videres abſque harum litterarum intelligentia cetera neque bene, neque facile computari poſſe, hoc adminiculo armari voluiſti, & eo ſuper indipiſcendo meum praecipue conſilium flagitare. id uti ne deſiſteres, ſed in laudatiſſimo tuo curriculo ſtrenuior pergeres, hunc doctiſſimi Grammatici libellum, quo illius

consilii in mentem perpetuo revocaveris, ad te quasi ὑπόμνημα quoddam mittere decrevi. Munusculum est, formam spectes, exiguissimum; sed quod tu, scio, gratum habebis, vel quia praeter te nemo vel doctissimorum virorum, qui multi ambierunt, a me impetravit, vel quia altera volumina duo justiora magis comitabuntur. Ea nunc adjungere nec per tuam festinationem, nec vero etiam mea negotia licuit. Interim dum isto fruere, quem *Esse mei dedero monumentum & pignus amoris.* Numquam, mihi crede, majoris dividiae fuit mihi ullius abitus, nec magis cordolium (exprimo animi mei mentem verbis Plautinis) in discessu amicorum. Ita ajo, & te salvere jubeo cum Patrueli tuo, & Burckhardo nostro. Valete, Amici, ambulate feliciter, & mei amorem pergite. Script. in musejo Christiani a Gleist, EQ. Pomerani, omnium nostrum studiosissimi, a. d. x v. Kalend. Maji, A. N. D. cIↃ. IↃ. cI.

AEL. SPARTIANVS
IN ADRIANO.

Sed quamvis esset in reprehendendis musicis, tragicis, comicis, grammaticis, rhetoribus, oratoribus, facilis; tamen omnes professores & honoravit, & divites fecit, licet eos quaestionibus semper agitavit. Et quum ipse auctor esset, ut multi ab eo tristes recederent, dicebat se graviter ferre, si quem tristem videret. In summa familiaritate Epictetum & Heliodorum philosophos, & (ut nominatim de omnibus dicam) grammaticos, rhetores, musicos, geometras, pictores, astrologos habuit: prae ceteris (ut multi asserunt) eminente Favorino. Doctores, qui professioni suae inhabiles videbantur, ditatos honoratosque a professione dimisit.

Idem Ibidem.

Quum judicaret, in consilio habuit non amicos suos, aut comites solum; sed Jurisconsultos, & praecipue Julium Celsum, Salvium Julianum, Neratium Priscum, aliosque, quos tamen senatus omnis probasset.

Eadem alii, quos non adscribo.

JACO-

JACOBVS CVJACIVS

J. C.

Obſervat. lib. XXI. cap. 5.

88. Ὄλτας, *tabulas*] Id est, πρωικῶνα γινομένων συμβολαίων, γάμους δὲ μὴ γινομένων, ut loquitur Harmenopulus *lib.* 1. *tit.* 18. Intellegit enim tabulas nuptiales, seu instrumenta dotalia, h. e. ὄλτας προικῴους: quæ & simpliciter *Instrumenta*, & *Documenta in Novell. CXIX. cap.* 3. & προικῶα. Glossæ: *Dotale strumentum*, προικῶον.

89. Ἀπεθνῄσκοντός τινος γυναικὸς περὶ ἐπιτροπῆς] In hac sententia agitur de congiario, quod parentes, si moriebantur, transmittebant in liberos etiam parvulos. Mater cum quereretur de tutore filii sui impuberis apud Adrianum, & diceret per triennium cessasse tutorem in præstatione alimentorum, imo & in recenti abstulisse ei congiarium, Adrianus tutorem interrogavit, quando tutor datus esset, & quid alimentorum nomine pupillo præstitisset? Illo respondente, per absentiam contutoris factum, ut cessaret aliquamdiu in præstatione alimentorum, quod solus ille ea præstare non posset, tutorem jussit Adrianus *pro modo facultatum alimenta præstare*. quod sæpius inculcatur in jure nostro, titulo Pand. & Cod. *Ubi pupill. educ. deb. & tit. Cod. De aliment. pupil. præstand.* Et quod per causam absentis contutoris non admittit Imp. præsentis tutoris excusationem, etiam hoc æquissimum est: quia vel ab uno ex pluribus tutoribus, ceteris absentibus aut cessantibus præstanda alimenta esse constat ex re pupilli, ut scribit Cujacius *d. lib. XXI. cap.* 7. *in fin.* Et alioquin tutor, qui alimenta pupillo non constituit fingens inopiam pupilli, ad præfectum urbis remittatur extra ordinem puniendus, *l.* 3. §. *sed si non las. D. de suspect. tut. l.* 1. §. *sol. D. de off. præf. urb.* §. *sed & si quis, Instit. de sus. tut.* quia necare velle videtur, ut heic ait Adrianus, & Paulus *in l.* 4. *D. de alend. & alnoss. liber. Nihil* enim *interest, occidat quis, an causam mortis præbeat*, ut inquit Ulpianus *in l.* 15. *D. ad L. Cornel. de sicar.* Diligens autem fuit Adrianus non solum in persequendis tutoribus, sed etiam dandis, quod in ejus vita testatur Spartianus.

Ἀπεθνῄσκοντός τινος γυναικὸς] Ita supra MS. ἀπογνόντος τινος γυναικὸς. sed & heic legendum, Ἀπογνόντος τινος.

90. Ὃς αὐτῷ] Cujacius ἀφ' ὧν αὐτῷ, *quod ei.*

91. *Præstitit*] MS *præstiterit*.

92. Ἀδριανὸς τὸν φροντιστὴν ἐξήτασεν, πότε εἴη ἐπίτροπος] Glossæ Cyrilli: Φροντιστὴς, *curator, procurator*. Ceterum posteriores Græci Latinum nomen retinuerunt, κυράτωρ. ab eo diversus est ἐπίτροπος, qui Latinis *tutor* dicitur, ut passim apud Theophilum est videre, Harmenopulum, in Basilicis, Photium Patriarcham, alios. Consulendus Bessel Scholiis ad Constantinum *lib. V. tit.* 11. περὶ ἐπιτρόπων: item Hesychius, Pollux, Suidas, Phavorinus, Etymologus; alii. Adrianus an Dositheus turbant & confundunt, ut & Glossarius B. Germani: *Tutor*, ἐπίτροπος ὀρφανῶν, Φροντιστής. Et Cyrilli: ἐπιτροπὴ ὀρφανῶν *tutela*. ἐπίτροπος. *procurator, tutor*. ubi legendum similiter & heic apud Dositheum *Curator* pro *procurator*. Hæc confusio etiam in rebus obtinet. Phavorinus: ἐπίτροπον πολλοὶ καὶ τὸν (L. τινὰ) τῶν πράγματος, ἤγουν Φροντιστήν.

93. Καὶ εἴ τι παρέσχηνε] Ita Cujacius. MS. παρεσχήνει. emendo, παρεσχήνει.

94. Φρον-

pupillo? curator dixit, quoniam socius ejus absens esset; & non potuisset aliquid solus praestare. Adrianus dixit curatori: propter hoc ergo datus es, ut fame [99] eneces pupillum? pro modo ergo facultatis alimenta ei praesta.

νῷ; ὁ [94] Φροντιςὴς εἶπεν, ὅτι ὁ κοινωνὸς αὐτῆ ἄπων εἴη, καὶ [95] μὴ δυνήσθη τίποτε [96] μόνος παρέχειν. [97] Ἀδριανὸς εἶπε τῷ Φροντιςῇ, διὰ τοῦτο ἂν ἐδόθης, ἵνα λιμῷ [98] πνίξῃς τὸν ὀρφανόν. κατὰ δύναμιν ἂν τῆς ὑποκειμένης τροφῆς αὐτῷ παρέχε.

13. Interea autem interpellavit quis Adriano dicens, Filii mei, Domine, militiae capti sunt. Adrianus dixit, in bono. respondit, sed inscientes sunt, & timeo ne quid extra ordinem faciant, & miserum

13. [100] Ἐν τοσούτῳ δὲ ἐνέτυχέν τις Ἀδριανῷ, λέγων, οἱ υἱοῖ μου, Κύριε, [101] στρατολογηθήτων. Ἀδριανὸς εἶπεν, [102] ἐν ἀγαθῷ [103] ἀπεκρίθη, ἀλλὰ [104] ἰδιῶταί εἰσὶν, καὶ φοβοῦμαι μή τι παρὰ τὸ καθῆκον [105] ποιήσωσιν, καὶ [106] ἔρημόν με καταλεί-

94. Φροντιςὴς εἶπεν, *Curator dixit*] Verbum εἶπεν, *dixit*, quod desiderabatur, adjecimus.

95. Μὴ δυνήσθη] MS. μηδὲ δυνηθῇ. scripserat lector, μὴ ἰδυνήσθη. Dositheus vero μὴ δυνηθῇ, per syncopen, ut volunt Grammatici.

96. Μόνος] MS. μονώς.

97. Ἀδριανὸς] MS. τῷ Ἀδρ.

98. Πνίξῃς] MS. τύπτῃς. Cujacius, πνίξῃς. Glossae: πνίγω, *suffoco, ango, neco.*

99. *Eneces*] MS. *necesses.*

100 Ἐν τοσούτῳ δὲ ἐνέτυχέν τις Ἀδριανῷ] De patre, cujus filii in militiam lecti sunt. Verebatur pater, ne tironibus excideret in militia aliquid contra disciplinam militarem (ita enim explico, quod eleganter dixit, παρὰ τὸ καθῆκον, *extra ordinem*) quod se illis orbum faceret. quamobrem deliderabat se eis quidem & ministrum apponi. Adrianus donatum vite, centurionem eum fecit, & sub eo filios suos militare jussit.

101. Στρατολογηθήτων] MS. στρατολογεσθωσαν. Pro, *militiae capti sunt*, legendum est, *in militiam lecti sunt*, id est, conscripti per sortem vel delectum. Glossae Cyrilli: στρατολογία, *allectus, dilectus.* Germani: *Dilectus*, στρατολογία, *descriptio*, ἀγαπιδὶς. In Glossario Benedicti Floriacensis, *cap. περὶ στρατείας*: *Lectus*, ἐπλογή. Phavorinus στρατολογεῖν exponit στρατεύειν, quomodo Cujacius explicavit.

102. Ἐν ἀγαθῷ, *in bono*] MS *feliciter in bono.* Illud e glossemate ortum est. Latinis enim in formula, qua ad eos, quibus bene vellent aut precarentur, utebantur, solemne erat verbum *Feliciter.* Guntherus *lib.* 4. Ligurini:

Omnibus egregie latis, totaque caterva
Adclamante viro faustum, Feliciter, omen.

Videndus Eruditissimi Brissonii liber VIII Formular. Pro eo Graeci ἐν ἀγαθῷ, vel ἐπ' ἀγαθῷ Aristophanes *Ranis*: ἐπ' ἀγαθῇ μὲν τοῖς πολίταις. Cujus etiam ex-

107. Re-

tra votum usus frequens. Thucydides *lib. V.* Ἐπειδὴ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἐπὶ καταδουλώσει τῆς Πελοποννήσου σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν πρὸς Ἀθηναίους τοὺς πρὶν ἐχθίστους ποιοῦνται. Scholiastes: οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ οὐκ ἐπὶ συμφέροντι. Dicitur & simpliciter ἀγαθῷ. Hinc Erotianus τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή: Ἀγαθῷ, συμφερόντως. Contraria est ἐπὶ κακῷ, formula imprecandi. Ad quam adlusit idem Thucyd. *d. lib. V.* ἅτε μὴ ἐξ ἴσου ἐπιφέρων Ἀθηναίοις, μηδὲ τοὺς ξυμμάχους, ἐπὶ κακῷ. Scholiastes, ἐπὶ κακῷ τῶν πόλεων.

103. Ἀπεκρίθη, *respondit*] Ita hoc addendum provocabulum ἐκεῖνος, *ille*, ut alibi semper.

104. Ἰδιῶται, *inscientes*] Admodum inscienter interpretatus est, quum oportuisset *rudes.* Isidorus *lib. X. Idiota, imperitus, Graecum est.* Glossae Cyrilli: ἰδιώτης, ὁ μὴ νομικὸς, *rusticus, rudis.* Germani: *Rudimentum*, ἰδιωτισμός, πρωτοπειρία. Etymologus: Ἰδιώτης, ὁ πολίτης λέγεται, καὶ ὁ ἄπειρος, καὶ ὁ ἴδιος. Hesychius: Ἰδιῶται, πολῖται, ἐκλίται ἀπειροι. Alioquin dicitur *paganus*, & opponitur *militi.* Glossae Cyrilli: ἰδιώτης, ὁ κοινὸς, *privatus, paganus, plebejus.* Harmenopulus *lib. I. tit. 16.* Εἰ τῷ ἰδιώτῃ περὶ τῆς κληρονομιᾶς ἐνιαχόθεν συμβαίνοιεν, καὶ ἀεὶ ἑκάστη κατὰ διαφορὰν ἰδιώτης ἢ τὸ σύμφωνον, στρατιῶται ὄντες ἐπὶ παρατάξει ἐξιόντες, ἰσχυρῶς τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν. quae praescriptis verbis repetit *lib. I. tit. 9 §. 30.* Et *tit. 18. §. 14.* ἡ διάταξις κελεύει περὶ πάντος ἐλευθερίας, εἴτε παρὰ στρατιώτου, εἴτε παρὰ ἰδιώτου. In quibus locis omnibus tralerre decebat Mercerum non *privatum*, sed *paganum.* Non enim στρατιώτης hoc est nobilis, quod *Miles* apud Latinos scriptores medii ævi. Nec ad rem pertinet, quod Julianus *Novell. VIII. cap. 6.* ἰδιώτας interpretatus est *privatos*: quia privati opponuntur ibi illis, qui in dignitate & administratione sunt.

105. Ποιήσωσιν] Scribo, ποιήσωσιν. & mox illico, καταλίπωσιν.

106. Ἔρημον, *miserum*] Lego *desertum*, ἀντὶ τοῦ *desertum.*

πεσιν. Ἀδριανὸς εἶπεν, μηδὲν ἐυλάβε, ἐν εἰρήνη γὰρ στρατεύονται. ᾧ ὁ πατὴρ εἶπεν, ἐπίτρεψον ἔν μοι, Κύριε αὐτοκράτορ, [108] κἂν ὑπηρέτην αὐτῶν εἶναι, ἵνα αὐτὸς [109] ἐπέχω. Ἀδριανὸς εἶπεν, [110] μὴ ποιήσειαν οἱ θεοὶ, ἵνα σε [111] ὑποδεᾶ λον τοῖς τέκνοις σῦ ποιήσω, ἀλλὰ [112] κλῆμα λαβὼν ἑκατοντάρχης αὐτῶν [113] ἔνθ.

me relinquant. Adrianus dixit, ne quid timeas: in pace enim militant. cui pater dixit, [107] remitte ergo me, Domine Imperator, vel miniſtrum eorum eſſe, ut eos attendam. Adrianus dixit, ne id faciant Dii, ut te obſequentem filiis tuis faciam, ſed vite accepta centurio eorum eſto.

14. Adria-

107. *Remitte*] Corrigo, *permitte.*

108. Κἂν ὑπηρέτην αὐτῶν εἶναι, *vel miniſtrum eorum eſſe*] Optime. Heſychius: κἂν, γοῦν δὴ ἄν ἀλλὰ. Gloſſæ: κἂν, *ſaltem.* κἂν γοῦν, *ſaltem.* itaque diſtinguendum & in Gloſſis Germani. Terent. *Phorm. Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fenore,* ubi Donatus.

109. Ἐπέχω, *attendam*] Id eſt, in ordinem redigam. Gloſſæ Cyrilli: ἐπέχω, *compeſco, cohibeo, reprehendo, reprimo, coërceo, inhibeo, preſſo.* Heſychius ἐπέχε, ἐπίκεισο, πρόσεχε, κάτεχε, ἐπίμενε. Suidas addit Φύλαττε, quem vide.

110. Μὴ ποιήσειαν οἱ θεοὶ, *ne id faciant Dii*] Plautus inquit, *Ne Dii ſirint.*

111. Ὑποδεᾶλον, *obſequentem*] Eleganter, ut omnia in hac ſententia. Gloſſæ Cyrilli: ὑπηρεσία, *miniſterium, officium, obſequium.* Germani: *Obſequia*, πειθαρχία. Cyrilli: πειθαρχῶ, *obtempero, pareo, obaudio, obſequor.* ὑπηρετῶ, *miniſtro, obſequor.* πειθήνιος, *obtemperans, obſequens, morigerus.* S. Iſidorus *Synonymis, cap. vl. Quamvis quisque in ſæculi gloria refulgeat, quamvis purpura auroque reſplendeat, quamvis cultu pretioſo redimitus emineat, quamvis ſit multitudine præmunitus, quamvis excubantium armis protectus, quamvis innumeris obſequentium cuneis obſtipatus, quamvis agminibus tutus, ſemper tamen in pœna eſt, ſemper in angustia eſt, ſemper in mœrore, ſemper in diſcrimine.* Strabus *Alfabeto de malis ſacerdotibus.*

Honores ſactos adipiſci cupiunt.
Non ut doctrinis erudiant ſubditos,
Sed ut ſtipati turmis obſequentium
Plus timeantur. Aimoinus *de Geſtis Francorum lib. III. cap. 33. Indeque obſequentium manibus ad baſilicam S. Dionyſii delatus, &c.* Jacobus Diaconus Nonni Heliopolitani Epiſcopi, *vita S. Eugenia*, ſecundum Interpretem: *Quam ut viderunt Epiſcopi, ita nudo capite, & omni membrorum compage, ſic invereunde tranſire cum tantis obſequiis, ut nec velamen ſuper caput poſitum, nec ſuper ſcapulas, tacentes ingemuerunt, & quaſi a peccato gravissimo averterunt facies ſuas.* Ecce, *cum obſequiis*, ait, quod ante paulo dixerat, *cum qua maxima erat pompa puerorum & puellarum*, id eſt, ſervorum & ancillarum. Sic *officium* pro officioſo vel miniſtro. Symphoſius Interpres Hiſtoriæ Apollonii Tyrii: *Accepto ceromate lotia manu circumlevis ei, deinde in ſolio fovit & exeunte rege ab officio diſceſſit. Rex vero reſpiciens ad famulum ait: Juvenis ille, qui mihi officium fecit, vide quis ſit.* In Paſſione S. Mammetis pueri: *Et aſcendens leo, multitudinem paganorum & Judæorum laniavit, ſoluſque præſes cum ſuo officio illæſus remanſit, jubente ſancto, ne eum lederet.* In vita SSS. Agapis, & Chionis, & Hirenæ: *Tandem cum ſuis egreſſus eſt, qui eum cum luminaribus expectabant: viſoque eo omnes fugerunt, videntes eum talem, nullam habentem corporis partem, quæ non eſſet inquinata, & in partibus ſciſſa, &c. Videns ergo præſes ſe ab officio ſuo eſſe contemptum, neſciens quid de ſe factum eſſet, non eſt reverſus in domum ſuam, ſed cœpit concito curſu ire ad palatium dicens: Proſternam me invictiſſimis Imperatoribus, & dicam me ita ab officio meo ludibrio habitum, ac cum irriſione & clamoribus derelictum, &c.* ſi omnia vellem exempla autumare, nimis longus ſermo foret.

112. Κλῆμα λαβὼν, *vite acceptæ*] Κλῆμα ſeu *Vitis* centurionum eſt inſigne, quo milites in officio continebant, ut *l. milites, §. irreverens, D. de re milit.* Plutarchus *Galba*: τὸ κλῆμα, ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πλημμελοῦντας ὑπείκοντας, ἐπιφέρουσι. Epitomator Livii *lib. LVII.* de Scipione Africano: *Quem militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus: ſi extraneus, virgis cecidit.* Dicitur etiam μάστιξ. Applanus in *Bello Syriaco* de Pompilio Lænate ad Antiochum cum epiſtola miſſo: Ἀναγνόντι ἐυτῷ καὶ λέγοντι ζυλεύεσθαι, κύκλον τῇ ῥάβδῳ περιήγαγε. Nam Plutarchus *in Apothegm.* ait eum τῷ κλήματι γύρον περὶ ἐυτὸν περιγεγραφέναι. Poteſt conferri Joſephus, apud quem eandem hiſtoriam meminens ſum legere. Val. Maximus *virgam* appellat *lib. VI. cap. 4. Indignatus Pompilius, quod aliquam moram interpoſuiſſet, virga ſolum, quo inſiſtebat, donavit.* Ideo Adrianus non temere ſolebat dare, niſi robuſtis & claris militibus. Spartianus: *Nulli vitem, niſi robuſto & bona fama daret: nec tribunum, niſi plena barba faceret.* Quæ in hunc patrem omnia cecidiſſe veriſimile ſit. Sed de vite videndi, qui te erudient, Plinius *hiſt. natural. lib. XIV. cap. 1.* Interpres Juvenalis *in Satyr. VIII.* Alexander ab Alexandro *Genial. dier. lib. VI. cap. 18.* Cujacius *Obſervat. lib. XXI. cap. 10. in fin.* alii.

113. Ἔνθ] Ita Cujacius emendavit. MS. γενῦ.

114. Ἀφι-

14. Adriano congiarium dante, mulier quaedam exclamavit: [115] Rogo te, Domine Imperator, ut jubeas de congiario filii mei aliquid mi dari, quando ipse me neglegit. Et filius adstans dicit, ego, Domine Imperator, non agnosco [117] eam matrem. Adrianus dixit, si tu eam non agnoscis matrem, nec ego te civem Romanum.

15. Gaude, Mater optima & cariſſima. quantum enim tu Deos oras pro me, & ego eadem pro te oro. Tua enim pietas & caſtitas omnia fecit. Gaudeo tamen per Herculem, quoniam quae a me

14. [114] Ἀδριανῷ ἐπίδοσιν διδόντος, γυνή τις ἐξεβόησεν, Δέομαί σε, Κύριε αὐτοκράτορ, ἵνα κελεύσῃς ἐκ τῆς ἐπιδόσεως τῷ υἱῷ μου τί ποτέ μοι δοθῆναι, [115] ἐπειδὴ αὐτός μου ἀμελεῖ. Καὶ υἱὸς αὐτῆς παρεστὼς λέγει, ἐγώ, Κύριε αὐτοκράτορ, οὐκ ἐπιγινώσκω ταύτην μητέρα. Ἀδριανὸς εἶπεν, εἰ σὺ ταύτην οὐκ ἐπιγινώσκεις μητέρα, [118] ὅτε ἐγώ σε πολίτην Ῥωμαῖον.

115. [119] Χαῖρε, μῆτερ καλλίστη καὶ τιμιωτάτη. [120] ὅσα γὰρ σὺ θεοῖς εὔχῃ ὑπὲρ ἐμοῦ, κἀγὼ τὰ αὐτὰ ὑπὲρ σοῦ εὔχομαι. ἡ γὰρ σὴ εὐσέβεια καὶ σεμνότης πάντα ποιεῖ. [121] χαίρω δὲ νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὅτι τὰ ὑπέ μου γινόμενα, πάντα σοι [122] ἀρε-

σα

enim ultimus ei fuit ante exitum vitæ, ut rationes putavi.

Χαῖρε, *gaude*] Non vidit Doſitheus, verba eſſe ſalutantis, quæ epiſtolis præponi ſolent. Symmachus in gemino plane negotio, *lib.* VI. *epiſt.* 38. *Dilationem ſalutis antefixi, quæ & voto meo ſupra omnia convenit, & literario debetur exordio. Do hinc diligentiæ tuæ, domina filia, natalitium fratris tui commendo convivium.* Itaque χαῖρε exponendum ſirit *ſalve*; vel certe, pro *gaude* legendum *ave*. Et in ſequenti περιῆν delendæ ſunt cauſſales particulæ γὰρ *enim*, & pro *quantum* legendum eſt *Quanta*.

120. Ὅσα σὺ θεοῖς εὔχῃ ὑπὲρ ἐμοῦ: *quanta tu Deos oras pro me.*] Significantius interpretaretur: *Quæcumque tu a Diis optas mihi, eadem ego & tibi opto.* Nam εὔχομαι eſt *opto, voveo, precor*, ut in Gloſſis explicatur. Phavorinus. Εὔχεσθαι, οὐ μόνον τὸ εὐκτικῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ κακῶς ἔσθαι. ὅθεν καὶ τὸ κατάρασθαι, εὔχεσθαι. καὶ τὸ λέγεσθαι δὲ καὶ φιμίζεσθαι, εὔχεσθαι λέγεται. In hoc loco φιμίζεσθαι, poſitum eſt pro ἐπιφημίζεσθαι, hoc eſt, ἐυφημεῖσθαι, ut exponit Heſychius. Quo pacto τὸ εὔχεσθαι Xenophon uſurpavit *Hellen. lib.* V. Εὐχέντο δὲ αὐτῷ πολλὰ καὶ λυγρά. Quem ſignificatum veriloquium ſpectat, quod tradit Euſtathius *pag.* 1454. Apud veteres etiam pro imprecari cœptum erat fumi. Sudas, ἔυχομαί σοι τάδε, ἀντὶ τοῦ κατεύχομαι, παρὰ Δημοσθένει. Lucianus *epiſt.* XLVI. τὰ πάντα ἐυχόμενος γενέσθαι: ſic *Imprecari* contrario vicißim exemplo pro φημίζεσθαι acceptum eſt a Latinis, ut alibi obſervavimus, & παρθένιος ejus rei habes apud S Hilarium *de Trinitate lib.* I. *circa prine.*

121. Χαίρω, *gaudeo*] Gloſſæ: χαίρω, *gaudeo, duo, lætor.* Lego, *eluo, lacer.*

122. Ἀρεστὰ, *grata*] Gloſſæ: Ἀρεστὰ, *placitus*, malim *placitus*.

115. *Rogo*] Stephan. *oro.*

116. Ἐπειδὴ, *quando*] MS. ἐπεὶ, *quoniam.*

117. *Eam*] Stephanus *hanc*, ut inferius.

118. Ὅτε] MS. ὦτε.

119. Χαῖρε, μῆτερ καλλίστη] Adriano diem natalem precationibus mater fauſtum ominata eſt: cui hac epiſtola reſpondet Adrianus, eique vicißim bene precatur, & ad feſtum nativitatis concelebrandum una pariter cum ſororibus invitat. Triplicem natalem coluit Adrianus, *nativitatis, adoptionis, imperii.* De primo, qui genuinus & proprius, ita Spartianus: *Natus eſt Romæ* IX. *Kalend. Febr. Veſpaſiano ſepties & Tito quinquies* COSS. Idem: *Gladiatorum munus per ſuos dies continuos exhibuit, & mille feras natali ſuo edidit.* Ad hunc natalem hæc matrem ſuam invitat. De altero & tertio idem Spartian. *Quinto Eidum Auguſti die, legatus* (Adrianus) *Syriæ literas adoptionis accepit, quando & natalem adoptionis celebrari juſſit. Tertio Eidum earundem, quando & natalem imperii ſæpius celebrandum, exceſſus ei Trajani nunciatus eſt.* An de tertio etiam iſta ejuſdem capienda? *Natali ſuo mirifice, quum Antoninum commendaret, pratexta ſpontæ delapſa capiti ei aperuit. Annulus, in quo imago ipſius ſculpta erat, ſponte de digito delapſus eſt. Ante diem natalis ejus, neſcio quis ad ſenatum ululans venit.* Vix puto, & ad primum refero. Iſte

ςὰ εἰσὶν, καὶ ἐπαινετά. Οἶδας ἂν, μῆτερ, τὴν σήμερον ἡμέραν γενέθλιόν μου εἶναι, καὶ ὀφείλομεν [123] κοινῇ δειπνῆσαι; ἐὰν θέλεις ἦν, [124] ἐνωρότερον [125] μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου ἐλεύσῃ ἔρχου. [126] Σαβῖνα γὰρ εἰς ἀγρὸν [127] ἔπεμψεν· ἀλλὰ σπυρίδα αὐτὴ ἔπεμψεν. Βλέπε οὖν, ἵνα τάχιον ἔλθῃς, ἵνα δυνησώμεθα τὴν εὐκταίαν εἰς ἓν [128] θρησκηθῆναι.

16. [129] Ἐγένετο νόμος τὶς τοιοῦτος τῶν

fiunt, omnia tibi grata ſunt, & laudabilia. Sois ergo, Mater, hodiernum diem natalem meum eſſe, & debemus invicem coenare. Si vis ergo, tempore cum ſororibus meis lota veni. Sabina enim in villam profecta eſt: ſed ſportellam ipſa miſit. Vide ergo, ut celerius venias, ut poſſimus optabilem in unum celebrare.

16. Fuit lex quaedam ejuſmodi omni-

123. Κοινῇ, *invicem*] Paullo inferius ait, εἰς ἓν. Gloſſæ: κοινῇ ἀλλήλοις, *communiter*, κοινὴ, ἴσως, *communis*.

124. Ἐνωρότερον, *tempore*] Lego, *temporius*, ut in duobus Gloſſariis eſt, & infra *celerius*: ὥρα pro tempore vulgatum eſt, pro quo & ὥραν dixerunt. Etymologus: Μετώπους ἂν, παρὰ τὸ ὥραν, ἤγουν τὸν χρόνον.

125. Μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου, *cum ſororibus meis*] Quænam iſtæ ſorores? Spartianus unius tantum meminit, quæ Serviano nupſerit, quem nonagenarium Adrianus interfecit. Ait autem: *Adriano pater Aelius Adrianus cognomento Afer fuit, conſobrinus Trajani Imperatoris: mater Domitia Paulina Gadibus orta: ſoror Paulina nupta Serviano: uxor Sabina: avus Marullinus, qui primus in ſua familia ſenator populi Romani fuit.* Eu ut omnia diligenter, proculdubio ſi plures fuiſſent, non omiſſurus.

126. Σαβῖνα γὰρ εἰς ἀγρὸν ἔπεμψεν] Hinc conjectari poſſit, odium, quod atrociſſimum exſtitit Adrianum inter & Sabinam, opera & magiſterio Domitiæ impetratum. Sic enim ſcribit Aur. Victor *in Epitome: Sabina, dum crebo ſervilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulſa eſt: quæ palam paſtabat, quam ignominiæ ingenium parvuliſſet, & elaboraſſe, ne ita ad humani generis perniciem gravideretur.* Spartianus non voluntariam, ſed violentam memorat juſſu Adriani: *Multis aliis*, inquit, *interfectis vel aperte, vel per inſidias: quandoquidem etiam Sabina uxor, non ſine fabula veneni dati ab Adriano, defuncta eſt.* Quæ vero omnia non Domitiæ odio, verum ipſius Sabinæ tribuit moroſitati idem ille Hiſtericus, cum ſcribit: *Septimio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro, multisque aliis, qui apud Sabinam uxorem, injuſſu ejus, familiarius ſe tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ poſtulabat, ſuccaſſores dedit: uxorem etiam, ut moroſam & aſperam, dimiſſurus, ut ipſi dicebat, ſi privatus fuiſſet.*

127. Ἔπεμψεν, *profecta eſt*] Gloſſæ: Προεξήτησεν, ἐξεδήμει, ἐξημᾷ. Etymologus: ἐρημᾷ δὲ, τὸ ἀπλῶς ἐκχωρεῖσθαι. Phavorinus: ἐρημῶ ὦ, τὸ ἐκχωρῶ ἐγώ. Moſchopulus περὶ σχημάτων: Ὀρεύω δὲ, ἐρημῶ, ἐπὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀναστροφῆς.

128. Θρησκηθῆναι] Quando MS. habet θρησκεῦσαι, legendum erit θρησκεῦσαι. Gloſſæ θρησκεύω, *colo*. Verbum eſt ſacris Divorum proprium, qualis Imperator.

129. Ἐγένετο νόμος τοιοῦτος τῶν πρίσκων] Parricida conſutus culleo cum quattuor animalibus, cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, in mare projiciatur, vel in amnem, *ut omni elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur*, quod rationis dat Conſtantinus *in l. un. C. de his, qui par. vel lib. occid.* & ex eo Juſtinianus §. *alia autem lex. 5. Inſtit. de publ. jud.* quod eos docuit Cicero in ea *pro Sex. Roſcio*, & Ovidius *lib.* IX. *Metamorph.* ubi de Scylla, quæ patrem Nyſum prodiderat. Hæc autem Lex non ſemper fuit uniformis, ſed pro arbitrio majorum ſæpe variabatur. Principio enim nihil cum parricida intra culleum conſuebatur, ut recte atque ordine exiſtimat Hieron. Magius *Miſcellan. lib.* IV. *cap. 8.* Deinde Serpentes concludi cœpti ſunt; ut de C. Villio prodit Plutarchus, confirmat Seneca pater *lib.* V. *Controverſ. 4. in fi.* Liv. *lib.* XLVIII. Val. Maximus *lib.* I. *cap.* 5. tandem Simia, ut paret ex Juvenali *ſat.* VIII. & *ſat.* XIII. atque aliis auctoribus. denique Canis & Gallinaceus, quæ Conſtantinus M. addidiſſe videtur doctori meo Cunr. Rittershuſio. Quod ſi ita eſt, Modeſtini legem *pan. D. ad l. Pomp. de parricid.* Trebonianus interpolavit ex *d. l. un. C. de his, qui par. &c.* Pompejus enim nihil tale in parricidas tulit, cujus Lex eadem erat cum Cornelia, ut docuit Cujacius in *Notis ad Paullum Sentent. lib.* V. *tit. 24.* Accedo autem Weſembecio exiſtimanti, ſicut de Julia, ita & Pompeja Lege ægi interpolata in Inſtitt. non qualis primum lata eſt, ſed cujuſmodi tempore Juſtiniani in uſu habebatur. Quæ tamen non multo poſt deſiit, aut certe non ab omnibus obſervabatur, ſed gladii vel ignis pœna. Ita namque caplo Caſſiodori verba ſuper illud Pſalmi: Iniquos odio habui: *Filios & parentes, ſi adverſi ſunt, ultionis debemus voluntate contemnere; ſæpe tamen, quos flamma non terruit, quos ferrum non ſubdidit, aſſiduitatis blandimenta flexerunt.* Plura de hac Adriani ſententia Cujacius *Paratit. C. de his, qui par. &c.* & præceptor meus Chriſtoph. Colerus *in Parergis Juris*. Sed hoc occurrit difficultas. Nam quod hoc dicitur Adrianus redu-

omnibus hominibus, uti qui patricidium feciſſet, publice in culleum miſ-

reduxiſſe veterem legem, ſeu potius morem, id negat Modeſtinus in l. 1. §. 2., qui parricidas ex conſtitutione Adriani ad beſtias damnari ſcribit. Ejus verba ſunt: *Deinde in mare profundum cullens jacietur, hoc ita, ſi mare proximum ſit: alioquin beſtiis datur etiam, ſecundum Divi Hadriani conſtitutionem*, ſed facilis eſt reſponſio. Adrianus veterem legem voluit frequentari, in locis continentibus mari, quod si mare non eſſet vicinum, beſtiis voluit obici, ne diuturniori præſentia tanti ſceleris Dii offenderentur. Quod periculum in mari non eſt metuendum. Theophilus Paraphraſt: ὅτε παντὸς πατρὸς ἀφαιρεῖται ἐντὸς τοῦ ζῶντος καὶ τελευτῶντος. ζῶν μὲν γὰρ τῷ κυκλεύεται ὑπὸ τοῦ κύματος, καὶ οὕτως ἐν τῷ βίῳ τοῦτο τὸ λίμνης τοῦ ἀέρος ἔστιν ὃ ἐμοῦ περιέτειν χρήσεως. τελευτήσας δὲ τοῦ ζῆν ἐκβάλλεται, τῷ ἔσπερ θηρίοις κατὰ τῶν νόμων. Vetuit etiam fluvio immitti, quomodo mihi perſuadeo, & eamdem quidem ob cauſſam, ne in ripam projectus ſcilicet ignaris in locis Dii tanto placulo pacificarentur. Atque ideo plauſtro quoque nigros boves junxiſſe non inſitus publici declamandi ſaltem, ſed vero etiam placandi Deos infernales, quibus, opinor, hos boves ſacrificabant, qua ſuperſtitione ſolutus Conſtantinus, princeps Chriſtianus, & annum præcepit, & reliquos ritus ſuſtulit. Solitos autem nigros boves immolari Diis infernalibus notum. Frustrare in placulo parricidii expiando, famem quoque ſtudebant arcerum ejus, quem inde portendi perſuadebantur. Ita intelligo locum Plauti *in Vidularia*: *Ibo hanc ipſi relinquo, atque in alienum deportari, ſi mis bonum eſt, cupiam.* Quo referrem Suidæ locum: βόες διωρεῖν, εἰς πάντα πρᾶξιν ἄριστα. παρὰ βόες ἀγαθοὶ τὰς ἐπὶ τῶν πρόσω legeretque μελανοὶ βόες, niſi *διωρυγεῖς* noſtri refugarentur.

130. Πατροκτονία, *patricidium*] Rectius hæc ſcribebat *parricidium*, quæ vox utrumque parentem complectitur. Iſidorus Etym. *lib. V. cap. 26. Parricidii nomen non ſolum in eum dabatur, qui parentem, id eſt, qui patrem vel matrem interemiſſet: ſed & in eum, qui fratrem occiderat, & dictum parricidium quaſi parenticidium.* Ceteroquin *Patricida* dicitur, ut *Matricida*. Gloſſæ S. Germani: *Matricida*, μητροκτόνος. Et Cyrilli: πατροκτόνος *patricida*. S. Pauli 1. *ad Timoth.* I, 9. πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις, *homicidis*, Interpres: *Patricidis & matricidis, homicidis.* Item ut *Fratricida*. Gloſſæ Cyrilli: ἀδελφοκτόνος, *fratricida*. Sic & *Sororicida* emendari me apud neſcio quem legere. Male vero in utroque Gloſſario ſcribitur, πατρολώαις, μητρολώαις. Heſychius: πατρολοίας, ἀνὴρ σκαπτροκόπος, πατροτύπτης, καὶ τὸ μητρολοίας ἴσον σημαίνει. Idem: πατρολοίας, ὁ τὸν πατέρα τύπτων, ἢ κτείνων. Etymologus: Ἀλαστὴς &c. Ὁ ἀνδροφόνος παρὰ τὸ ἀλαστεῖν τὸν τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς φόνον καὶ πατρολώας, ὁ τὸν πατέρα κτείνας. Jul. Pollux *lib. VII. cap. 2.* καὶ μὴν ὅ γε παρὰ τοῖς τραγικοῖς Πολυφόντης, πατρολώας, ἢ μητρολώας ἀνδροφόνος ἐστὶν ἐπωνυμία, καὶ πατροκτόνος

πρέπει πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅπερ ὅσιος [130] πατροκτονίαν [131] πεποίηκε, δημοσίας [132] εἰς μολ-

λίνας. Πλάστης δὲ, πατροτύπτης, καὶ μητροτύπτης. Σοφοκλῆς δὲ, πατροκτόνος. ἐγὼ δὲ πατροτύπτην, καὶ μητροτύπτην, τοῦτον εἶπον. De parentibus verberandis quæ narrant, pertinent ad explicationem *cap. 20.* & ar. Exodi, & Prov. *cap. 30.*

131. Πεποίηκε] Lego *ἐπεποίηκε*.

132. Εἰς μολύβδους, *in culleum*] MS. *in pulvin.* Stephan. *in culleo.* Fulgentius Plantiades *de priſco ſermone*: *Cullens dicitur ſaccus, in quo rei conclusi in mare mittuntur.* Fiebat autem ex corio bovino. Anianus vetus Interpres ad *l. un. C. Th. de parricidiis*: *Si quis patrem, matrem, ſororem, filium, filiam, vel alios propinquos occiderit, remota omnium aliarum generi ſervientium, ſolis diversis ſacco, qui culleus nominatur, in quo cum miſſus fuerit, cum ipſo etiam ſerpentes claudantur, & ſi mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite projiciatur, ut tali pœna damnatus nullo tempore obtineat ſepulturam.* Hinc *Culleum* vel *Colleum* exponitur τρύπανον ξύλου, tribus locis Gloſſarum. Et in Germani: *Culleus*, ξυλὸς βόειος, λάρναξ. Pollux *lib. X. cap. 10.* Καὶ δίκελλαν, καὶ ἀσκάλωπα, καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη, ἐξὸν αὐλίου καὶ ποιμένι εἶναι ὁ ἐν κοινῷ τῶν τῶν Ἰκαριέων γλαύκων, ἔφασκε λέγειν. Heſychius: Ἄλλοι δὲ μετὰ τὸ βύσασθαι, τὸ τρυπᾶν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν, plane ad iſtum locum Suetonius *Aſcoperam* vocat in Nerone: *Adoleverunt colla & aſcopera deligata, ſimulque titulus: Ego quid pœnæ? ſed tu ſalutem meruiſti.* quod μαγὼν Xiphilino in Nerone: ἐπειγὸν τὸ σῶμα ἀνὰ ἀνδρὸς ἐντὸς ἀσκοῦ βυσσοῦ ἐκκρεμασθεὶς, ἐδεδέκατο ἐτι ἐκείνων ἐντὸς ἀσκοῦ ἐκκρεμασθεὶς. Erat enim matricida Nero. Nec tamen ex omni corio, ſed recenti fiebat. Unde Cedrenus vocat δέρμα βόειον νεόλαιον. Illinebaturque pice & bitumine. Auctor Hermeneumatum: *Culeus, tunica ex partu in modo arcæ facta, quæ linitebatur pice & bitumine, & in ea includebantur homicida cum feris, ſerpente, & ita tempeſtate, ac infeſto mari urebatur in mari, cum deducebat ſe ambulabat, quo ire ſe dicerent ad Inſulam, damna majeſtatis pœnis afficiebatur*, ita Mſ. codex, quem fabricabo, ubi brevi in publicum dedero. Quod sit, ea propter conſutos illos animantes, quo pejorem & miſerabiliorem in modum rem ſacrificaretur, id abs te eſt, doctiſſime Burckhardе, qui eamdem rationem quæſitus credidiſti. ſed quam ego falſam arbitror. eſt enim res *parricidium*, cujus Symbolicam rationem adferunt Cuiacius Rhodiginus in *Antiquis lectionibus*. Steph. Forcatulus *in Nazianzenum ſuum*, & Fr. Balduinus *ad §. alia deinde lex, Inſtit. de publ. jud. Impia animalia impiis hominibus* junguntur, ait Adrianus hoc. Vipera parentum & matrem occidit. Simia ex catulis ſuis, quem maxime amat, compreſſu brachiorum & oculis enecat, Gallus & Canis cum parentibus & liberis pugnant. Theophilus *paraphraſt. Inſtit.*: καὶ δὲ τραγικοὶ ἔφασαν ἐκείνους τοὺς τύπους, ἐκτὸς, ἐμπύρους ἐντὸς ἔχοντας καὶ μὲν γὰρ ἐκείνους τὰς γονεῖς τὰ δὲ τοὺς υἱεῖς ἐκτὸς δὲ ἐκείνους τὰ μὲν. De vipere addendus locus eximius, quem apud

μολγὸν πεμφθεὶς [133] συνέφθηναι μετὰ ἐχίδνης, καὶ πιθήκου, καὶ ἀλέκτορος, καὶ κυνὸς, [134] ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος, [135] καὶ εἰς ἅμαξαν ἐζευγμένην μελανῶν βοῶν καταπεχθῆναι πρὸς θάλασσαν, καὶ εἰς βύθους βληθῆναι. [137] ἔδειξαν ἂν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν [138] ἄτοπα ἀνόσια ἔργα ποιῆσαι. ⊢ Νῦν ἂν δίκαια ποιεῖτε, καλὸν γὰρ ὑπόδειγμα πᾶσιν ἀποδείξετε. ⊢

fus consueretur cum vipera, & simia, & gallo, & cane, impiis animalibus impius homo, [136] & in plaustrum junctum nigris bobus deportaretur ad mare, & in profundum mitteretur. Ostenderunt enim exemplum poenae, ut magis timeant tam crudele opus facere. ⊢ Nunc ergo justa facite; bonum enim exemplum omnibus ostendetis. ⊢

17. [139] Νῦν ἂν ὃ ἐὰν ἐπιβαλῇ, ἐπὶ πέρας ἄξεις. Διὸ ἐν παντὶ πράγματι [140] φιλοπονεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν θελόντων

17. Nunc ergo quod conatus fueris, ad finem adduces. Propterea in omni re studere oportet a vo-

Etymologum observavi. Alit autem: πᾶς δὲ τις ἐγκύμων ἰδεῖν ἔχει: καριώτερον δὲ τῆς θηλείας. παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὸν γονὸν, ἄχρι δύνατο. ἀποκύουσι γὰρ τῶν ἄλλων ἑρπετῶν αὗται δεξάμεναι τῷ στόματι τὸν τοῦ ἄρρενος κεφαλὸν, ὕστερ ἔγκυοι γίνονται, κατὰ τὸν μῆκυν διατίκτουσαι. διαβρωθεῖσαι δὲ ὑπὸ τῶν ἐντὸς τὴν γαστέρα ἀπόλλυνται. &c. Cur autem quidam Dd. *felem* loco simiæ, quæ haberi non possit, conjungendum scripserint, fugit eos ratio: quod *culeum* pro gallo veteres non consuerint, causa est, quod minimam anni partem sit parabilis.

133. Συμφθῆναι] Steph. συνεφθῆ: MS. συνγεφθῆναι, & pro *consueretur*, legit *conscriberetur*. nos ex Theophilo emendavimus.

134. Ἀσεβῶν ζώων] MS. ἀσεβὲς ζῶον.

135. Καὶ εἰς ἅμαξαν ἐζευγμένην μελανῶν βοῶν &c.] Stephani codex: καὶ ἐπὶ ἁμάξης ἐζευγμένης μελαινῶν βοῶν καταπεχθῆναι εἰς θάλασσαν, καὶ βυθὸν εἰς βυθόν. Pro εἰς βυθὸν, MS. habet εἰς βύθον. Vero simile sit priscos dixisse βύθον, pro quo hodie βυθὸς. Glossæ Cyrill. Β, βυθὸς, *hoc altum, profundum, gurges*. quod & ζόφος. Glossæ Germani: *profundum*, ζόφον, βυθὸν, βυσσὸν. Pro βυθὸν, lego βύθον, quod & βυθὸς. *Profundum* etiam Seneca appellat loco, quem supra laudavi: *Imaginabar mihi culeum, serpentem, profundum*. Ita pridem est quum tibi, Nobilissime Bukuwha, dixi accipiendum illud Justiniani *Confirmat. Justin. Quasi per medium profundum euntes*, id. que ex auctoritate Theophili, ὡσανεὶ βάζοντας: ὅστις διὰ μέσου βυθίζων πλέοις.

136. *Et in plaustrum junctum.*] Stephani codex, *Et super plaustro juncto nigris bubus deferretur in mare, & projiceretur in profundum*. MS. pro *deportaretur* habet *deportari*, pro *mitteretur*, *mitti*.

137. Ἔδειξαν γὰρ ὑπόδειγμα] Hæc in utroque codice corruptissima ita restituenda putavimus.

138. Ὅπως μηδέποτε ἔργον ποιῆσαι, *tam crudele opus facere*] Stephani codex, ὅπως μὴ ἔργα ἐργάζηται, *nefaria ne operari*. MS. pro *tam* legit *sis*, pro ποιῆσαι *facere*, ἐργάσαι *fecit*. Quæ obelo notavimus, MS. non agnoscit, nec nos genuina arbitramur, sed ex superioribus iterata. Atque hucusque Adriani Sententiæ: sequuntur nunc aliæ.

139. Νῦν ἂν ὃ ἐὰν ἐπιβαλῇ] Non pauca videntur desiderari: & hæc ipsa pravata sunt, quibus industria nostra subvenire utcumque laboravimus. Vult nos hortari ad linguæ Latinæ & Græcæ, quod cœperimus, studium; idque *ne deseremus*, argumentis suadet ab utilitate ductis & honestate.

140. Φιλοπονεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν θελόντων] Non satis, quid velit, intellego, nec sensus fallor tamen absque codicis pellacia foret, hac colligendi formula videretur concludere.

Res utilissimæ in vita humana sunt præcipue addiscendæ: Litteratura est res utilissima in vita humana. Ergo &c.

Posset itaque sine curiositatis adfectatione locus emendari: Φιλοπονεῖν δεῖ τοὺς θέλοντας: quibus verbis propositio syllogismi continetur. τοῦτο μέλλει, quod assumtionis principium est, non recte interpretatur, *hujus præcipue*, quod Latinum non est; sed vero, *in hoc præcipue*. id namque significat apud Græcos ἐμφύτου τινὸς, quod imitati sunt priscorum Theologi. Juvencus *lib.* IV. *hist. Evangel.*

- - - - - *Dominantur eorum*
Exercentque truces subjectis urbibus iram.

Et Alcimus Avitus *lib.* I. *de orig. mundi*:

Solus habe, solisque prior dominare fruendo.

Quibus exemplis & Dositheus, si obscuratio sententiæ abfocet, & vetus Latinus Bibliorum Interpres possent excusari. Φιλοπονεῖν ἐνταῦθα dixere autem alii. B. Gregorius Nazianzenus *hom. in sacrum pascha*: ἔξεστι δὲ μηδὲ τὸν τῆς ἑορτῆς τρόπον παραδραμεῖν, ὅτι μοὶ δοκεῖ νόμος, ἄχρι καὶ τούτου τῶν θειοτέρων φιλοπονεῖν ἐντεῦθεν γεγράφατο. sic Plato *lib.* VII. *de Repub.* dixit: ἐν τούτῳ τοίνυν μοι τῷ

volentibus plus aliquid ſcire, quod utile eſt humanae vitae. hujus praecipue oratio dominabitur. Vnde oportet litterarum artem perdiſcere. Etenim eſt viſus orationis. hinc enim omnia inluminantur. non indocte enim qui ſcire velit Latine loqui & Graece, diligenter attendat. hoc enim exempli gratia adponemus, orationem quae eſt Minervae gratia, quae dat omnibus doctrinam, & fortunam primum, deinde ſcire. faciens enim facit florere eos, qui non [145] neglexerunt, & faciunt, quae didicerunt. Ars enim transfertur ab homine in hominem: & propterea ars non moritur. Denique quae erat gratia diſcere, ſi qui docet erat immortalis? haec enim eſſe Dii voluerunt, admonentes primum omnium Deos colere, non ture,

πλέον τι εἰδέναι, ὃ ἔυχρηστον ἀνθρωπίνῳ ζωῇ. τότε μάλιστα ἀπηγορία κυριεύσει. [141] ὅθεν δεῖ γραμμάτων τέχνην ἐκμαθεῖν. καὶ γάρ ἐστιν [142] ὅραμα ἀπηγορίας. ἔνθεν γὰρ πάντα [143] καταυγάζονται. ἐκ ἀμαθῶς γὰρ ὁ εἰδέναι θέλων Ῥωμαϊστὶ λαλεῖν καὶ Ἑλληνιστὶ, ἐπιμελῶς [144] προσεχέτω. τοῦτο γὰρ παραδείγματος χάριν προσθήσομεν, ἀπηγορίαν ἥτις ἐστὶν Ἀθήνης χάριν, [145] τῆς διδόσης πᾶσιν τὴν μάθησιν, καὶ τύχην πρῶτον, ἔπειτα εἰδέναι. ποιῶν γὰρ ποιεῖ ἀνθρῶν τάτους τὸς μὴ ἀμελοῦντας, [147] καὶ ποιοῦντας, ἃ ἔμαθον. Τέχνη γὰρ μετατίθεται ἀπὸ ἀνθρώπου εἰς ἄνθρωπον· καὶ διὰ τοῦτο τέχνη ἐκ ἀποθνήσκει. [148] ἐπεὶ τοῦ ποῖα ἦν χάρις μαθεῖν, εἰ ὁ διδάσκων ἦν ἀθάνατος; ταῦτα γὰρ θεοὶ ἤθέλησαν, ἀναμιμνήσκοντες πρῶτον [149] πάντων Θεοὺς σέβεσθαι, ἔ λίβανῳ, ἀλλὰ συνειδήσει. (πλέον γάρ ἐστι καλῶς ζῆν, ταῦτα ποιοῦντα:) [150] Γονεῖς τιμᾶν

---

auribus & tradere in aliena re dicunt Latini. Anſegiſus *lib.* II. *cap.* 1. *In hoc praecipue ſtuduerunt, ut honor ſanctae Dei Eccleſiae & ſtatus regni decens maneret. Et cap.* 2. *In his quippe maxime ſtudere, & de his in omnibus placitis, quae vobiſcum habituri ſumus, vos admonere optamus.* Plura ſuper hac phraſi in Collectan. ad Lucretium Dominus meus Giphanius.

141. ὅθεν δεῖ γραμμάτων τέχνην ἐκμαθεῖν] De litteraturae adverſum te, Bukuwka, pluribus in epiſtola dixi. Divale reſcriptum qui auctoritate ſua validius corroboret, eccum R. David Kimchi, Doctiſſimus Judaeorum, in libro quem de re inſcripſit. Adſcribam verba Latina, quia Ebraea pauci ſunt qui intelligant: *Qui ſtudet*, inquit, *Legis divinae ſcientiam ſibi comparare, neque diſcit fundamentum Litteraturae, ſimilis eſt aratori, qui agit boves, & in manu ejus nulla eſt virga, nec ſtimulus aculeatus.*

142. Ὅραμα ἀπηγορίας, *viſus orationis*] Inepte. Ὅραμα ἀπηγορίας eſt notus Ebraiſmus, pro eo quod nos dicimus, ἀπηγορία ἐστὶν ὁρατική. *Lumen orationis*, id eſt, *oratio eſt illuminativa.* De quo loquendi genere conſulendus Beza *Annotat. in Matth. cap.* 24. *v.* 15. *in Act. c.* 9. *v.* 10. *in Epheſ.* 1. *v.* 14. Ἀπηγορία, quod heic iterato ponitur, nuſquam a me lectum: ἐκτὸς τοῦ παρόντος ἡ λόγος. Heſychius, Etymologus, Suidas, Phavorinus, alii, quos videre fuit, interpretantur ἀπολογίαν. Etymologus: Ἀπηγορία] ἡ ἀπὸ περίδεσιν ἐντολῶν δηλοῖ τὸ

143. Καταυγάζονται, *illuminantur*] Id eſt, καταφωτίζονται. Heſychius: καταυγάσας, φωτίσας. Suidas: καταυγάζω, καταδηλόω, γνωρίζω. ubi legendum videtur, καταφωτίζω. Gregor. Nazianzenus: τῷ φωτισμῷ τῆς γνώσεως καταυγάζουσιν.

144. Προσεχέτω] Quum MS. habeat προέχει, *attende*, puto ſcriptum fuiſſe, προσέχῃ, *attendat.*

145. Τῆς διδόσης] MS. ἡ δίδοσα.

146. *Neglexerunt*] Lego, *neglegunt.*

147. Καὶ ποιοῦντας] MS. καὶ ποιῶν.

148. Ἐπεὶ τοῦ] Fort. ἔπειτα.

149. Πρῶτον μὲν Θεοὺς σέβεσθαι] Scis, Nobiliſſime Bukuwka, his dictis nihil frequentius & ſollemnius in Sapientum ſcriptis, ea ubi tu ingenue (quo ingenio gnatus es) inſibularis, poſſeſſione hujus ſervitutis ſatis ditatus ad larem redibis.

150. Γονεῖς τιμᾶν] Maximus Planudes in paraphraſi libelli Dionyſii, quem Cato inſcripſit ſeu de Moribus ad filium: Τοῦτο γὰρ ἔστι. ex quo heic legendum exiſtimo,

τιμᾶν· [151] Τέκνοις ἐγγαυκαίειν· Φίλους φιλεῖν· Καὶ [152] ἁπλῶς ὑποδεικνύειν, καὶ ἀνυπόπλως πάντα ποιεῖν, [153] καὶ μὴ . . . ἵνα ἐν παντὶ πράγματι εὔχρηστος ᾖς, καὶ πάντα [154] τὰ ἔθιμα ζωῆς σῆς παρατηρῇς, καὶ θαυμάσεις [155] ὅτι τὸν καλῶς ποιοῦντα [156] καλῶς ἀκολουθεῖ.

sed conſcientia. (Plus enim eſt, bene vivere, haec facientem.) Parentes diligere: Natis indulgere: Amicos amare: Et ſimpliciter demonſtrare, & ſine ſuſpicione omnia facere, & non maligne, ut in omnibus utilis ſis, & omnia quae ſolent vitae tuae obſerves, & miraberis, quomodo bene facientem bene ſequitur.

18. Νῦν ἂν ἄρξομαι Μύθους γράφειν Αἰσωπείους, καὶ ὑποτάξω ὑπόδειγμα. [157] διὰ τούτου γὰρ [158] αἱ ζωγραφίδες

18. Nunc ergo incipiam fabulas ſcribere Aeſopias, & ſubiciam exemplum. Per eas enim picturae conſtant.

mo, γονεῖς ἀγαπᾶν, *parentes diligere*. Oſtendi jam olim tibi, Bukuwka, conſimilia veteris Sapientis dicta in Schobingeri membrana. Ea vel nunc in memoriam tibi redigas rurſum licet. Sunt vero iſta: *Praeſtabis parentibus pietatem; cognatis dotis dilectionem. Praeſtabis amicis fidem; omnibus aequitatem. Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis. Pejora ſunt tecta odia, quam aperta. properans te lequax inimicus minus, quam taciturnus offendet. pertinax eſt etiam, quod obſiſtur, in abiciente cognoſci. Semper diſſenſio ab alio incipiat, a te reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, immo periiſti occurre. Talem diligentiam exhibeto in amicitiis tuis comparandis. Ne incipias amare, quem deinceps poſſis odire. Tu primum exhibe te bonum, & ſic quare alterum ſimilem tui. Turpius nihil eſt, quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis ſentiant. Res magna demens eſt, indulgendo terrere peccata, quam vindicando.*

151. Τέκνοις ἐγγαυκαίειν] Ita MS in interſtitio lineārum corrigit verbum ἐνηνωλίνειν, quod in contextu eſt. Aliquid monſtri alunt, quod dum haruſpex quispiam expiaverit, interim haruga mea inſpecta ita faciendum dico, ut τῷ ἐνηνωλίνειν exterminato recipiamus ἐνδιφιλίνειν, ne malam manum perſculemur. Gloſſae B. Germani *indulgetur*, ἐνδιφιλίνεται. Gloſſae Cyrilli: *ἐνδιφιλίνομαι, indulgeo, largo.* Iterum Germani: *Indultum*, ἐνιδιφιλισθέν. *Indulſata*, ἐνιδιφιλισθέντα. Lego, *indultata*, niſi ſi malis, *indulgitata*, de quo verbo Nonius. Eſt vero *indulgere* heic, clementem ſe praebere, temperare, ut exponit idem Nonius. Cic. *lib.* III. *Officior. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium.* Phocylides dixit γηνωλίνειν. *Nuthetice:*

Παῖσὶ γὰρ μὴ χαλίνωσε τοῖς, ἀλλ' ὑποζεύξει.

Haec cum ita ſcripſiſſem, venit ad me Jo. Tornaſius, typographus clariſſimus, & de ſtudiis meis non mediocriter meritus, qui mihi ſignificavit, omnino videri ſibi heic legendum, τέκνοις ἐγγαυκαίνειν, *liberis indulgere*, ut eſt in Gloſſis Cyrilli, id eſt, dulcem & amabilem ſe reddere. Pervulgatum jam eſt, τὸ λ. cum

A ſolitum migrationes facere in libris Graecorum, quod nulla in pingendo differentia. Judicet Lector eruditus.

152. Ἁπλῶς ὑποδεικνύειν, *ſimpliciter demonſtrare*] Ἁπλῶς in laudata ſignificatione heic ponitur pro aperte, libere, & non fucate aut doloſe: cui opponitur δολῶς, id eſt, vafre, verſute, doloſe, cui rei auctoritates memini dari a Clariſſimo Scherbio in acroaſibus Topicis. Jul. Pollux *lib. V. cap.* 21. τὸ δὲ, ἁπλῶς, ἀπλόως, ἀπλάστως, ἀφρενῶς, ἀλυθέρως, ἀδιπλημένως, ἰσίως, videndus P. Faber in Semeſtribus. Verbum ὑποδεικνύειν mirificam vim habet, quam & B. Matthaeum puto obſervaſſe, *cap.* 3. *v.* 7. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Interp. *Quis demonſtravit vobis fugere a futura ira?* Vidi quid Eraſmus, quid Camerarius, quid Stephanus, ſed Bezae expoſitio magis eſt. Inde ὑπόδειγμα, pro παράδειγμα. Gloſſae B. Germani: *Exemplum*, ἀντίγραφον, ἀντίτυπον, ὑπόδειγμα. Et Cyrilli: ὑπόδειγμα, *exemplum, exemplar.* Doſitheus ſupra, ὑπόδειγμα τιμωρίας, *exemplum poenae.* Et infra: ὑποτάξω ὑπόδειγμα. Paul. *ad Hebr.* 4. *v.* 11. ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. Interp. *Ut ne in id ipſum quis incidat incredulitatis exemplum.* Phavorinus: ὑπόδειγμα διὰ τοῦτο ἐρῶ λέγεται, παράδειγμα δὲ. Quam bene, intelleximus.

153. Καὶ μὴ . . .] Supple, πονηρῶς, aut taliter.

154. Τὰ ἔθιμα, *quae ſolent*] Lego, πάντα τὰ ἔθιμα, *omnia ſollemnia*. Gloſſae Cyrilli: ἔθιμα, *ſollemnia, mos ſuetus; ſingularia non habet.*

155. Ὅτι, *quomodo*] Lego, *quod*.

156. Καλῶς, *bene*] Lego, καλὸν, *bonum*. praeterea Graeca ne ſit phraſis ἀκολουθεῖν τινα, haut ſcio.

157. Διὰ τούτου, *per eas*] MS, διὰ τοῦτο, *per eum*.

158. Αἱ ζωγραφίδες συνίστανται] Sic Plutarchus *de defect. oracul.* μύθοις καλοῖς καθάπερ ζωγραφήμασιν ἀφῆ ἐκπεφυκόσιν. De utilitate fabularum hic inſignis eſt locus. Nomen ζωγραφὶς uſquam alibi a me lectum, ſed γραφὶς, ὑπογραφὶς, & ſimilia. Videndus Pollux *lib. VII. cap.* Philoſtratus *epiſt. XXXIX.* ζωγραφία παιδιᾶς χαλεπῆς βαθεῖα. Phavorinus: ὑπόδειγμα, ἀντὶ τοῦ ὑπογραφῆ. ἀντιλέγουσι βέλτιον τῷ λόγῳ καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς.

Ele-

ſtant. Sunt enim valde neceſſariae ad utilitatem vitae noſtrae. Primo ergo loco fabulam incipiam de cervo.

19. Cervus bonae magnitudinis aeſtivo tempore ſiti deficiens advenit ad quendam fontem linpidum & altum, & cum bibiſſet quantum voluerat, adtendebat a corpore, & maxime quidem laudabat naturam cornuorum exurgentium in multum aërem. . . . .

159 συνέτησαν. Εἰσὶν γὰρ λίαν ἀναγκαῖαι πρὸς ὠφέλειαν τῆς ἡμῶν. Πρώτῳ οὖν τόπῳ μῦθον ἄρξομαι ἀπὸ ἐλάφου.

19. 160 Ἔλαφος ἐυμεγεθὴς ὥρᾳ θέρεος δίψει λειπόμενος παραγίνεται ἐπί τινα πηγὴν διαυγῆ καὶ βαθεῖαν, καὶ πιὼν ὅσον ἤθελεν, 161 προσεῖχε τὰ τῆ σώματος, 162 καὶ μάλιστα μὲν ἐπήνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀναστησαμένων εἰς πολὺν ἀέρα. . . . .

Cetera deſunt.

Elegantiſſime & peraccommodanter ad iſtum locum.

159. Συνέτησαν] MS. *συνέτυχαν.*

160. Ἔλαφος ἐυμεγεθὴς] Non exſtat inter Æſopi fabulas. Eam jambis Latinis fecit Phædrus *lib.* I. *fab.* 12. ubi Rigaltius, vir Doctiſſimus, nos mittit ad Aphthonii *fab.* 18. cujus librum videre necdum contigit. Similem habet Gabrias, cum Ignatii Diaconi epimythio: ὅτι πολλάκις τὰ ὠφέλιμα, ἐξ ὧν δοκεῖ βλάπτεσθαι.

161. Προσεῖχε τὰ τῆ σώματος] Male vertit, *attendebat a corpore*, quod Latinum non eſt, ſed *intuebatur* hoc eſt contemplari, quod Gabrias dixit ὁρᾶν.

162. Καὶ μάλιστα μὲν ἐπήνει &c.] Ita totum locum emendavimus, cum in MS. eſſet καὶ μαλ. μὲν ἐφιλοτίμει φύσιν τῶν κεράτων ἀναστημένων εἰς πολὺν ἀέρα: *Et maxime quid laudabat naturam cornuorum exceſſiſſimam in multo aëre.*

Et hæc ad Doſitheum paucis diebus ſcripſi, quæ ubi in uſum tuum fore intellegam, Nobiliſſime Bukuwka, minus laborum meorum pœnituerit: & punctum autem Ampliſſ. Lectii, hoſpitis noſtrum utriusque ſi ferent, liquido auſpicio foras prodierint in dias auras luminis. Tu have & fave.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII SCHVLTINGII,

JVRISCONSVLTI ET ANTECESSORIS,

ORATIONES DVAE.

Priori diſquiritur, culpandusne ſit Tribonianus, quod Juriſconſultorum, qui ſtante libera Republica Romana claruere, ſcripta ſuppreſſerit: ac poſteriorum, qui ſub Imperatoribus floruere, Reſponſa in Pandectas retulerit,

DICTA PVBLICE

Prid. Id. Mart. CIↃ IↃC XCV.

Cum Ordinariam Juris Profeſſionem in Inclyta Friſiorum Academia ſolenniter auſpicaretur.

ALTERA EST

DE JVRISPRVDENTIA HISTORICA,

DICTA SOLENNITER

Poſtrid. kal. Jun. CIↃ IↃ CC XII.

Cum Illuſtris Friſiorum Academiae regimen ſecundo deponeret.

Digitized by Google

DE IURISPRUDENTIA HISTORICA

ATLETA EST

DICTA PARTICE

QUOTIONES DARE

ANTONII SCHVLTINGII,

JVRISCONSVLTI ET ANTECESSORIS.

ORATIO,

Qua disquiritur, culpandusne sit Tribonianus, quod Jurisconsultorum, qui stante libera Republica Romana claruere, scripta suppresserit; ac posteriorum, qui sub Imperatoribus floruere, Responsa in Pandectas retulerit.

QVm quo res mihi loco nuper fuerint, quoque eaedem cum maxime constitutae sint, attentiore paulo animi contemplatione intueor, Auditores Exoptatissimi, uti ab una parte depraedicandae non mediocri intervallo laetioris ac felicioris fortunae meae, ita ab altera curae, timoris, solicitudinis causas invenio, eaque longe gravissimas. Annus jam quartus agitur, ex quo Juris in patria Gelro-Zutphanensi Vniversitate interpretandi publica auctoritate demandata mihi est provincia: qua in statione etsi cum alia plurima, tum vero inprimis quietis, tranquillitatis, & quorumdam quasi Alcyoniorum dulcedo ac jucunditas mirifice me ceperint, delectarint, vitamque mihi reddiderint nec incommodam, nec inamoenam, & ad promovenda studia non male prorsus accommodatam; id tamen agnosco lubens, atque profiteor, nihil mihi in praesenti utilius, nihil pulchrius, nihil conciliandae laudi, gloriae, celebritati magis comparatum evenire potuisse, quam ut illic aliquamdiu velitatus, rebusque in tenuioribus praeludendo ad majora instructior, paratior ac confidentior redditus, in hoc amplissimum Musarum domicilium, in hanc omnis eruditionis & humanitatis sedem, in hoc cunctis, quae ad recte instituenda & excolenda qualiacumque studia desiderari queant, praesidiis, adjumentis & ornamentis instructissimum bonae mentis theatrum, ea, qua id mihi obtigit ratione, honorificentissima, scilicet, evocarer.

Digitized by Google

Verumenimvero cum ſubit animum Vniverſitatis hujus eximia, & nulli non decantatiſſima amplitudo; cum Virorum in quarumlibet Divinarum humanarumque rerum ſcientia verſatiſſimorum, quorum indefeſſo labore, invictaque induſtria admirabilem hanc & invidendam ad celebritatem illa eſt evecta, tam fato functorum, quam ſuperſtitum, ingentem ac ſtupendam plane reſpicio copiam; praecipue vero cum contemplandos mihi propono maximos deceſſores; tum vero magis magiſque ſentio, quantum in me receperim oneris; ſentio, quantum de me ſpei conceptum eſſe videatur, quamque difficile, arduum, longe ſaltem ultra mearum virium mediocritatem ſit illi ſatisfacere. Obſervatur heic animo, ut ſuperiores, Schoranos, Sandios, Buſios, Fabros, Wiſſenbachios, pluraque commendatiſſima aeternitati nomina praeteream, Vir Summus Vlricus Huberus, de Academia hac primo praeclariſſime meritus: dein ad ampliſſimam Juris, quod hactenus maximo cum applauſu docuerat, in Suprema Curia civibus reddendi provinciam admotus: tandemque, adminiſtrato aliquamdiu egregie ſplendidiſſimo illo munere, iterum ſtudiis prioribus aucta dignitate reſtitutus: quem modo, poſt exantlatos, infinitos graviſſimoſque ſtudendi, docendi, ſcribendi, reſpondendi, judicandi labores, jam emeritum viſum eſt Supremo rerum Moderatori honeſta miſſione donatum in coelitum numerum transſcribere, non abſque irreparabili rei litterariae & Vniverſitatis hujus detrimento; niſi doctrinae ac virtutum ſuarum vivam nobis reliquiſſet imaginem, Filium, Virum Clariſſimum, qui traditam a decurſo patre lampada hoc ipſo tempore ſuſcipit. Occurrit itidem Vir Magnus, & ingenio, eruditione, prudentia ſingulari, Gerardus Noodt, Lugduni in Batavis in praeſenti Anteceſſor Celeberrimus: quo cum quod mihi non eadem tantum patria, Gelria, ac urbs natalis, ejus caput, Neomagum; ſed & communia cognationis jura contigerint, non poſſum non maximo mihi honori ducere: cuique Viro, praeter innumera, & pene quotidiana, quae mihi Lugduni Batavorum quondam agenti contulit beneficia, plurima etiam, quae ad illuſtrandam politiorem Juriſprudentiam conducant, accepta referre me debere, dum vivam praedicabo. Offert ſeſe mihi denique Vir Inſignis, Cornelius van Eck, Gelrus itidem, nunc apud Vltrajectinos Anteceſſor dignißimus, mihi ex condiſcipulatu, cum Viris Juris ſcientia ac fama inter principes conſpicuis, Johanni Friderico Böckelmanno ac Johanni Voet operam in laudata modo Lugduno daremus, amicitia ac familiaritate conjunctiſſimus. Hos ego Viros mihi dum repraeſento, humerorumque meorum robur juſta bilance examino, diſſimulare non poſſum, Auditores, animo me non mediocriter commoveri. Vnum tamen eſt, quod me conſoletur atque confirmet, quod, etiamſi paria tantis cum Viris facere me poſſe non auſim ſperare, tamen & mihi a labore, diligentia, aſſiduitate, contentione aliquid ſaltem liceat mutuari, quod a natura ingenioque obtineri minus

minus poterit. Haec me fiducia tenet, haec fovet; hac fretus & abſens religioni duxi Sereniſſimi Principis & Perilluſtrium Nobiliſſimorumque Procerum ac Curatorum voluntati & benevolentiſſimo de offerenda mihi vacante Juris profeſſione decreto refragari: &, quod mihi, quod florentiſſimae huic Academiae, quod univerſae denique Friſiae auſpicatum, laetum ac fortunatum velit eſſe Supremus rerum Arbiter, nunc praeſens in hac frequentiſſima & magnificentiſſima concione demandatum mihi Juris docendi munus publice lubentiſſimo animo capeſſo ac ſuſcipio. In tuenda autem egregia hac ſparta id dies noctesque ſevera lege agam, contendam, meditabor, allaborabo, ut nulli non ſit quam teſtatiſſimum, enixam ſaltem voluntatem bene de Praeſtantiſſimorum Juvenum ſtudiis merendi, pulcherrimoſque ipſorum conatus omni animi ac corporis niſu adjuvandi, regendi, promovendi numquam mihi defuiſſe. His ego Juris, praecipue Romani, id eſt, aequi bonique fundamenta ac praecepta rite explicata exhibere pro virili ſtudebo: Juris, inquam, Romani, quod Sacratiſſimi Imperatoris Juſtiniani auſpiciis ac juſſu collectum, digeſtum, ordinatum, confirmatum, dein per ſex ferme rudia, inſipientia, inficeta, omniſque humanitatis, doctrinae atque elegantiae ignara ſaecula tantum non intermortuum, non abſque aliquo numine tandem in ſcholas ac fora Occidentis, imperante Lothario Saxone, poſtliminio rediit: quod etiamnum hodie, exſtincto licet jamdudum & ſepulto penitus Imperio Romano, ob ſolam tamen, qua fulget, aequitatem ac juſtitiam, apud potiores Chriſtiani orbis populos, alibi quidem in pluribus, alibi in paucioribus partibus, ita tamen laudatur, colitur, frequentatur, ac ſi non unius populi uſibus deſtinatum; verum dictante ipſa natura introductum, & communi multarum gentium utilitati eſſet accommodatum: quod ſcriptam rationem appellare non dubitarunt Viri eruditione, ſapientia, dignitate, gravitate excellentiſſimi [a]: cujus praeſtantiam, aequitatem, utilitatem tot jam doctiſſimi homines ita diſerte, ita ornate, ita copioſe ac luculenter celebrarunt, ut, ſi quis exquiſitiſſimis, quibus illi id ipſum condecorarunt, elogiis ac praeconiis aliquid vellet ſuperaddere, poſt Roſcios comoediam agere, poſt Homeros Iliada ſcribere velle poſſet videri: idque in hac noſtra praeſertim Friſia, quae, ſi ulla uſpiam Europaea natio, maxima ſane etiam diligentia, ſtudio, reverentia Jus Quiritium amplectitur, retinet, obſervat, veneratur.

Ea tamen rerum humanarum eſt ratio, ut nihil tam praeclarum, nihil tam exactum, nihil tam omnibus numeris abſolutum reperiatur, quin naevis ſuis deformetur ac maculis: atque adeo etiam in pulcherrimo hoc Juris Corpore attente & accurate ſingula rimanti nonnulla ſeſe offerunt, Viriſque maximis

a *Mornac. ad l. 1. pr. D. de juſtit. & jur.*

animadverſa ſunt, quorum nomine Juſtinianus, ejuſque in difficili hoc maximique momenti negotio adminiſtri, Tribonianus cum collegis, reprehendantur; &, tamquam parum attente, oſcitanter nec ſatis bona fide verſati in re longe graviſſima & quam maxime ſeria, in excerpendis, nempe, colligendis, inque decorum ordinem redigendis veterum Juriſconſultorum reſponſis & Imperatorum Conſtitutionibus, traducantur. Qua in parte optandum eſſet quidem, ne victas umquam manus Juſtiniani ac Triboniani inſectatoribus dare cogeremur: at ita ſeſe res habet, ut, niſi evidentiſſimae, & ipſa meridiana luce clariori veritati bellum facere, ac vim inferre velimus, nonnumquam vel invitiſſimi aurem iis praebere neceſſe habeamus. Verum etiam e diverſo obſervare licet, acres nonnullos infeſtoſque Triboniani reprehenſores, dum vel Juris Romani auctoritati nimium, & ultra quam fas eſt derogatum cupiunt; cauſaeque huic ſemel, ſive recte, ſive perperam & imprudenter, ſuſceptae plus aequo inſerviunt; vel immoderatiori carpendi feruntur impetu, ipſique ſibi nimis placent in culpando opere, quod omnes fere hactenus, tamquam ancile aliquod atque Palladium e coelo delapſum venerabantur, talia acerbiſſime objicere, quae, ſi juſta expendantur trutina, vel exigua aut plane nulla, vel non hominum tantopere, quam quidem infelicium illorum, quibus nati erant, & ad barbariem inclinantium temporum vitia eſſe apparebunt. Immo inter maculas & dehoneſtamenta Corporis Juris univerſi, ſaltem Pandectarum, nonnulla enumerari conſpicimus, in quibus adeo nulla plane comparet culpa, ut contra, ſi illud ipſum effectum dediſſet Tribonianus, quod iſti maximo iniquiſſimoque clamore ac convicio exigunt, meritiſſimo jure apud omnes, & hui & ſequentium aevorum homines, non ſapientes tantum, ſed ſolo communi ſenſu praeditos, riſum & ludibrium debuiſſet. Quo in numero dubitavi ſaepius, num & illud recenſendum veniat, quod Juriſconſultorum, qui ſtante libera Republica Romana claruerunt, libros ſuppreſſiſſe, horumque priſcorum loco, recentiorum, qui ſub Caeſaribus, ſaeculo praecipue a nato generis humani Servatore ſecundo & tertio floruere, reſponſa in Pandectis nobis exhibuiſſe inſimuletur [a].

Eſt ſane ea hujus quaeſtionis vis, ut longe plus, ac ulla fere alia ad augendum vel elevandum Juris Romani pretium pertineat: quippe, qua de ipſis, unde id hauſtum eſt, fontibus controverſia moveatur: adeoque viſa mihi eſt non indigna, quam in ipſis profeſſionis meae heic loci auſpicandae exordiis in ſplendidiſſima hac panegyri accuratius excuterem. Quod ut feliciter atque ex voto mihi procedat, Vos, omnium ordinum, naralium, dignitatum Auditores, id quod Veſtra etiam ultro mihi pollicetur comitas atque humanitas, enixe rogatos cupio, ut me, cui nova haec & inſueta auditorii facies, fulgor ac frequentia;

a *Vid. Hotman. Antitribonian. cap.* 12.

tia; tot Summorum & primariorum, cum in Republica, tum in omni doctrinae genere Virorum praesentia non mediocriter oculos animumque praestringunt, placide, benevole attenteque dicentem audiatis: atque ita, causa hinc inde accurate cognita, quasi data Vobis contemnatoria atque absolutoria tabella, prout rationum & argumentorum momenta exigere videbuntur, sententiam vel contra Tribonianum, vel pro eodem proferatis.

Nemo reperitur hodie, qui vera humanitatis studia aliqua veneratione prosequatur, quin toto animo doleat irreparabilem, fatalem ac numquam satis deplorabilem illam jacturam, qua Romanorum veterum praestantissima & divina in omni arte ac scientia monumenta, pauciſſimis tantum, veluti raptis ex naufragio tabulis, superstitibus, penitus interiere. Norunt namque omnes, & restantes ex illorum lucubrationibus id luculentissime arguunt reliquiae, quantum in illis omnigenae eruditionis, sapientiae, facundiae, elegantiae lumen emicuerit. Quin nec mihi mens adeo laeva, pectusve adeo obtusum, ut ulla ab his ratione dissentiam. immo, si quisquam alius, ego etiam nihil temere tam reliquis antiquis, quam praecipue illis, qui stante Republica Romana floruerunt, scriptoribus, ac inter eos Jurisconsultis, detractum cupio. Scio, verissime a M. Tullio [a], & tamquam Delphis pronunciatum esse, Romanorum illius temporis ingenia aliarum gentium ingeniis multis partibus antecelluisse. scio, plurimos inter eosdem Jurisperitos viros fuisse eximios, sapientissimos, gravissimos, ad propaganda publica commoda natos, summarum etiam dignitatum luce conspicuos. Tales fuisse lubens adgnosco Porcios Catones, Mucios Scaevolas, Manilium, Brutum, Servium Sulpicium, A Cascellium innumerosque alios [b]; a quibus nihil, nisi aequissimum, ingeniosissimum, politissimum, consummatissimum denique proficisci potuisse, jure quis existimare posse videatur. Qua ratione etiam culpae forte aliquantulum commisisse videri possit Tribonianus, quod non, nisi ex uno alterove priscorum illorum Jurisprudentium, illaque pauciſſima, in Pandectas fragmenta retulerit. An tamen, missis recentioribus, Papiniano, Cervidio Scaevola, Africano, Juliano, Vlpiano, Paulo, Pomponio, Cajo, Modestino, ex antiquis illis opus sibi demandatum concinnare debuerit, ea vero longe diversa est quaestio: de qua quid statuendum veniat, cujus facillime liquere poterit, si modo Imperatoris Justiniani, cum in reliquo Juris Corpore, tum specialiter in Pandectarum volumine componendo scopum, atque adeo, quid Triboniano ipsiusque adjutoribus faciendum incubuerit, quaenamque ipsis hunc in finem concessa fuerit potestas; nec non, quo loco vetustorum illorum Juris auctorum responsa,

a *De Orator. lib. 1. cap. 4.*

b *De iis videndus Pomponius l. 2. §. 37. & ſqq. de origin. jur. G. Grotius de vit. Jurisconſult. l. 1. c. 5. & ſqq.*

ſa, ea ipſa non tantum tempeſtate, ſed & praecedentibus ſaeculis habita fuerint, diligenter attenteque conſideravimus.

Caeſar igitur Juſtinianus, anno ſexti a partu virginis ſaeculi ſeptimo ac veceſimo Imperii admotus gubernaculis, cum nimia ſua mole Jurisprudentiam laborare, miſerandamque ac foedam plane in fo is & tribunalibus animadverteret confuſionem; plurima illic in manu plane eſſe judicantium, omnia denique vaga, incerta atque ambigua ſurſum ac deorſum volvi, prae legum, Senatuſconſultorum, edictorum, nec non elaboratorum a Juriſconſultis librorum infinita multitudine, varietate, inconſtantia; de quibus jam dudum prudentiſſimorum hominum graviſſimae juſtiſſimaeque perſonabant querelae [a], ſerio de medicina huic tanto, tam inveterato, tam rebus humanis exitioſo malo adhibenda cogitandum eſſe exiſtimavit. atque ita impetum cepit aggrediendae rei, qua, uti ad umbilicum perducta nihil praeclarius, nihil Imperatore dignius, nihil ad conſequendam nominis immortalitatem magis comparatum, ita nec quidquam ea rite perficienda difficilius, magis arduum & pene deſperatum reperiri poterat: quamque adeo, licet multi Principes jam dudum omnino neceſſariam judicaſſent, inventus tamen inter illos erat ferme nullus, qui manum eidem admovere ſuſtinuiſſet; nemo ſaltem, qui rem perduxiſſet ad effectum [b]. Initium vero redigendi ad certum modum certumque ordinem Juris Romani fecit Imperator a Caeſarum conſtitutionibus; quarum, annorum, quippe, quadringentorum ſpatio, ab Adriano, videlicet, ad ipſum Juſtinianum uſque, editarum, infinitus plane exſtabat numerus; quarumque antiquiſſimae, & ante Conſtantinum Magnum emiſſae, Gregoriano ac Hermogeniano; inde vero ad Theodoſium uſque Juniorem promulgatae, Theodoſiano continebantur Codice; reliquae poſteriores Novellarum appellatione deſignabantur. Ex his ergo omnibus, nec non ſuis conſtitutionibus unum juſſit confici Codicem, vitatis reſectiſque, quantum ejus fieri poterat, quae abolita, ſupervacua, & maxime quae aliis contraria occurrerent: idque eo pacto, ac ſi cuncta eo comprehenſa illo ipſo tempore excogitata, perſcripta, vulgata fuiſſent; hunc que ſolum Codicem vim juris obtinere voluit [c], ut ea ratione unus tantum, iſque certus eſſet conſtitutionum fons, & indubitatum in hac juris ſcripti ſpecie incertitudini priſtinae tollendae remedium.

Inpoſito autem huic labori colophone, alia adhuc, illaque longe diffuſiſſima, & fovendae in aeternum in Juriſprudentia confuſioni apta materia ſeſe obtulit, cum veterum Juriſconſultorum infinita etiamnum volumina, ad duo uſque

a *Vid. Auctor anonym. de reb. bellic. in fin. Novell. Theodoſ. de Theodoſian. Cod. auctoritat.*
b *Conſtit. Juſtinian. de nov. Codic. faciend. prin.*
c *Dict. conſtitution. §. 2 & Conſtit. de Juſtinian. Cod. confirmand. §. 1. & §. 3.*

uſque librorum millia reperirentur [a], ſuamque in foro auctoritatem obtinerent; quibus illi partim antiquas leges, Senatuſconſulta, edicta, orationes Principum illuſtraverant, partim ambiguas enodaverant quaeſtiones, reſponſa conſignaverant, vel elementa ac dictata Juris certo ordine expoſuerant. In hiſce autem, utpote non paucorum aliquod annorum, ſed ſex, ſeptem & amplius ſaeculorum intervallo conſcriptis innumera legebantur dudum vel deſuetudine obliterata, vel contrario recentiori jure ſublata; nec pauca controverſa, in quibuſque non unus tantum alteri, ſed idem non ſemel ipſe ſibi diverſis in locis contradiceret: ut adeo vix ullus omnes illos libros ſibi comparare valeret; nemo vero unus tam conſummatus judex, nemo Juriſconſultus in arte ſua ita egregie verſatus reperiretur, qui non in vaſtiſſimo hoc oceano incertus, modo vagaretur, modo haereret, & quid pronuntiandum vel reſpondendum eſſet, penitus ignoraret [b]. Quid in tanta rerum perturbatione Imperatori Juſtiniano agendum fuit? Operae erit pretium, nec ab inſtituto noſtro prorſus alienum, paulo pluribus de eo diſſeruiſſe. Praeſtitiſſetne igitur omnia in eo, quo erant, ſtatu relicta fuiſſe; uti cum aliis, tum aliquando viſum eſt Viro cuidam doctiſſimo [c], qui integro libello admodum acerbe Tribonianum inpetere aggreſſus eſt, contraque quem etiam noſtra haec potiſſimum dirigitur oratio? Id oprandum quidem poſſet videri alicui, qui exiſtimaret, ea forte ratione accidere potuiſſe, ut ex antiquorum monumentis quaedam ſaltem ad nos integra perveniſſent. Iniquiſſimi tamen erimus Imperatoris Juſtiniani accuſatores, ſi hoc in ipſum nomine invehamur, quod non diutius Juriſprudentiam hac in parte ſuo, hoc eſt, miſerabili omnino fato ferri permiſerit: ſed eamdem certis limitibus circumſcribendam, unumque in opus cogendam curaverit? id enim fecit, publici commodi ratione, cui nihil aeque adverſatur, ac jurium nimia moles, inconſtantia, & inter ſe contradictio; nec non urgenti temporum neceſſitate adductus. Quin nec illud heic quaerimus, quid nobis utilius jucundiuſque, quidve ad admiranda & laudatiſſima veterum Quiritium inſtituta intelligenda aptius futurum fuerit: ſed quid Juſtiniano Caeſari, cui id inprimis proſpiciendum incumbebat, ut recte ſeſe in foro res haberet judiciaria, & lites certa ratione dirimerentur, fuerit faciendum. Atque adeo nullus video, quo colore, quave ſpecie audax aliquod & ingens facinus ab Imperatore in eo admiſſum eſſe poſſit affirmari, quod ex infinita illa librorum copia & vaſtiſſima reſponſorum ſylva unum aliquod colligi juſſerit opus, quod, tamquam Cynoſura, in reſpondendo ac judicando obſervaretur. Et quis tandem aſſerere auſit, ſi nullus umquam in rerum natura fuiſſet Juſtinianus aut Tribonianus, tum veterum

a *L. 2. §. 1. l. 3. pr. C. de veter. jur. enucleand.*
b *L. 1. §. 1. C. de veter. jur. enucleand.*
c *Fr. Hotmano Antitribonian. cap. 11.*

Juris peritorum monumenta, vel omnia, vel aliqua saltem aetatem etiam ad nos usque latura fuisse? Nondum tunc illa humano generi saluberrima & singulari prorsus Sempiterni Numinis dono mortalibus concessa ars typographica innotuerat, cujus ope hodie facillimo negotio voluminum aliquod millia describuntur, disseminantur, conservantur: verum singula exemplaria difficili & immani labore sumptuque describenda, relegenda, emendanda erant: adeoque etiam ex hujus saeculi ratione de Justinianeo aevo judicare velle, hominis esset aut parum aequi, aut parum intelligentis. Quem nostrum praeterea fugit, quid reliquis veterum lucubrationibus acciderit, quomodoque absque ullius Justiniani Triboniani ve malo ministerio, sola temporum injuria, posterorum insciția, barbarie atque ignavia interierint, & densissima tenebrarum & oblivionis nocte urgeantur? Et quis credat, meliorem Juris periris fortunam exspectandam fuisse? Imo tantum inde, ut ego quidem arbitror, abfuturum fuit, ut e contrario periculum futurum fuerit, ne absque Justiniani auxilio tota prisca Jurisprudentia penitus intercidisset. Non illae, quae aliorum veterum auctorum portionem qualemcumque nobis conservarunt, causae in Jurisconsultis obtinebant: scilicet, in rerum Divinarum scientia, Medicina, Matheſi, Philosophia semel recte inventa & exposita: vera ac recta esse numquam desinunt; in Historicis, Oratoribus, Poëtis exempla & praecepta, egregia ac salubria, antiquitatis, sententiarum atque verborum elegantiae investigantur; quorum omnium usus patet latissime; nec quisnam est, cui cor rite saliat, quemque rerum praeclararum cognitio delectet, quem talia non capiant. Quid simile in Jurisprudentia? An non jura quotidianae mutationi pro lubitu, nutu atque arbitrio Principum obnoxia sunt? An non ita simul necesse est, ut creberrime corruant optimae priscorum interpretationes, exactissimae nodorum antiqui Juris solutiones; excellentissima denique vetustatis inventa merarum in foro fabularum nomen mereantur? Adeoque non heic quae aliquando aequa atque egregia fuere, ita etiam semper sese habere existimantur; sed illa potissimum placent, quae praesenti temporum rationi respondeant; quaeque in ipsis, ut Imperator loquitur [a], rerum obtineant argumentis. Reliqua a Juris peritis plerumque solent contemni: atque etiam aliis nulla Juris notitia imbutis milli, vel exiguo admodum sunt fructui: quinimmo saepe illis intellectu non sunt faciliora, ac si Sphingis aenigmata, Apollinis oracula, vel Sibyllae Cumanae folia praemanibus haberent. Quae omnia si quis rite perpenderit, ac torum illud, quod inter Justinianum Imperatorem, & renatam saeculo duodecimo Jurisprudentiam intercessit, temporis intervallum, frequentesque in illo rerum vicissitudines, nec non spissas, & plus quam Cimmerias ignorantiae, quae universum fere terrarum orbem oppressere, tenebras ad animum revocavit, is mecum,

[a] *Praem. Inst. §. 3.*

Digitized by Google

mecum, ut puto, fatebitur, vix aliquid ſpei apparuiſſe, ut priſci Juris auctores illud tam terribile, tam fatale, quod tam multos involvit, quodque vix ipſa Juris novi Juſtinianei volumina evadere potuerunt, exitium eluctarentur. Verum ut ad Juſtinianum revertar, interfuiſſet quidem Juriſprudentiae, ut id, quod ille perfecit, feliciori aliquo ſaeculo effectum fuiſſet: vel potius, ut Juſtinianeum aevum doctius fuiſſet atque elegantius. Attamen ſi morbi longe lateque & periculoſe ſaevientis non ideo praetermittenda cura eſt, quia forte commodiori anni tempeſtate meliora ac tutiora adhiberi poſſent remedia, non video quoque, quid hac in parte peccaverit Juſtinianus: qui etiam, quamvis vel maxime de eo cogitaſſet, nulla tamen conjectura aut potius divinatione aſſequi potuit, quando, quin nec, an umquam aurea aliqua argenteave aetas foret exoritura: an vero, uti etiam evenit, omnia indies magis magiſque retro ſublapſa in pejus, & extremum tandem in exitium eſſent ruitura.

Abſoluto igitur Codice, Imperator maximi moliminis opus, quodque ante ipſum nullus tentare, vel etiam ſperare auſus fuerat [a], aggredi ſuſtinuit; ac Tribontano, Juriſconſultorum, qui tunc vivebant, principi, primario ſuo adminiſtro, aliiſque inter Juris peritos celeberrimis viris ipſi adjunctis, mandavit [b], ut ex immani illa bis mille librorum multitudine, omnibus diligentiſſime evolutis, excuſſis, perluſtratis, quae in foro judiciiſque etiamnum forent recepta atque probata excerperent: eaque ſelecta, nonnullis, ſi id utile aut neceſſarium exiſtimarent, ejectis, mutatis, interpolatis, in unum Digeſtorum, ſeu Pandectarum opus conferrent: ne temere eadem recoquendo illud extenderent, ne ſupervacua, ne antiquata; praecipue, ne contrariantia admiſcerent: tale denique omni illa ex materia corpus concinnarent, in quo nihil legeretur, quod non tunc primum inventum & ſcriptum potuiſſet videri [c]: indeque tantum, tamquam ex certiſſimo oraculo, prudentum reſponſa in ambiguis Juris quaeſtionibus petenda eſſe ſeveriſſime ſancivit [d], falſi propoſita poena, ſi quis ex alio qualicumque volumine aliquid recitare vel oſtendere auſus fuiſſet [e]; ne alioquin iterum ad eumdem, ad quem ante, inpingeretur lapidem: & reducendae, quae hactenus invaluerat, incertitudini novae feneſtra pateret.

Ex hiſce, niſi fallor, quae Juſtiniano fuerit hac in parte intentio, & quodnam Triboniani officium, quaenamque ipſi competierit poteſtas, cuivis erit evidentiſſimum: id, nimirum, voluiſſe Caeſarem, idque Triboniano datum negotii, ut graſſanti cum maxime confuſioni pacandae idoneum, ac foro, litigantibus, reſpondentibus, judicantibus inſerviturum volumen, idque inconcuſ-

a *L. 2. pr. l. 3. pr. C. de veter. jur. enucleand.*
b *L. 1. §. 3. l. 2. §. 9. l. 3. § 9. C. de veter. jur. enucleand.*
c *Dict. l. 1. §. 6. & 7. l. 2. §. 10. & 20. l. 3. §. 10. & 20. C. de veter. jur. enucleand.*
d *Dict. l. 1. §. 5.*
e *Ead. l. 2 §. 19. & l. 3 § 19.*

ſae auctoritatis, componeret. Hunc in finem non eligendi ſolum ex Juris auctoribus quae appoſita eſſe judicaret: ſed etiam, ubi id ſuaderet ratio, ad praeſentis temporis conſuetudinem accommodandi poteſtatem accepit [a]. Non ille, ut multi hodie temere prorſus ſibi perſuaſerunt, plenam atque abſolutam quidvis pro lubitu figendi ac refigendi facultatem habuit. Id cui probabile poterit videri, qui cogitet tantummodo, nihil minus in more eſſe Principibus, quam primarium hanc majeſtatis ſuae praerogativam cum mortali quoquam communicare? Nec eamdem etiam ita abſque ullo limite concedi videmus in illa, quam de conceptione Digeſtorum ad Tribonianum Imperator emiſit, conſtitutione: qua etiam expreſſiſſimis verbis cavetur, ne quid, niſi in foro receptum & uſitatum, huic libro inſeratur [b]. Immo tam longe inde abfuit, ut e diverſo, ſi quid in percenſendis veterum lucubrationibus vel minimum occurreret ambiguum, & necdum ſatis determinatum, non ipſe id valuerit dirimere: verum ad Imperatorem, ut is quid ſequendum foret, ſua definitione praeſcriberet, referre debuerit. Vnde ingens ille deciſionum eodem temporis curriculo promulgatarum in Codice Juſtinianeo repetitae praelectionis conſpicitur numerus [c].

Hoc Triboniani fuit officium, haec poteſtas; quam quidem non ubique partes ſuas recte impleſſe, nulli prorſus inficiamur, concedimus etiam, non ubique ea, quae oportuerat, diligentia, fide, religione fuiſſe verſatum: aegerrime ferimus inſuper, vaſto adeo atque immenſo operi, cui exacte elimando ne decem quidem ſuffeciſſent anni, non niſi perexiguum, & ne integri quidem triennii ſpatium impenſum fuiſſe [d]. dolemus graviſſime, quod innumeras uſu adhuc tunc vigentes leges, innumera Senatuſconſulta, innumeras Conſtitutiones, innumera edicta praetermiſerit; quae ſi integre ubivis propoſuiſſet, abſolutiſſimaſque Juriſconſultorum interpretationes accurate ſubjeciſſet, O quam egregie de Juriſprudentia Romana, de ſua aetate & de poſteris fuiſſet meritus? Verum de his jam non diſputamus: ac illud contendimus; illudque probandum recipimus, nihil ab officio Triboniani magis alienum fuiſſe, quam ut, neglectis recentioribus, Papiniano, Paulo, Vlpiano, Juliano, Cajo, Africano, Marcello, ceteriſque, quorum certa, indubitata & vivida, ipſis etiam Principum Conſtitutionibus approbata erat auctoritas [e], ex veruſtis illis, qui Rempublicam liberam viderant, Catonibus, Muciis, Manilio, Caſcellio, Servio Sulpicio, ſimilibuſque Pandectas componeret.

Quod autem ad ipſos illos antiquos, qui libertate vigente claruerunt, Juris peri-

a *Dict. l.* 1 § 7.
b *Ead. l.* 1 § 12.
c *Conſtitution. de emendation. Codic. Juſtin.* § 1.
d *Cit. l.* 2. § 12. *l.* 3. § 12. *Add. ſubſcriptiones l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. dict. tit.*
e *L. un. Cod. Theod. de reſponſ. prudent.*

Digitized by Google

petitos attinet, ut ut viros fuisse ingenio, judicio & exercitatione singulari lubentissime agnoscamus; an tamen ideo sequitur, debuisse illos posterioribus praeferri? Quin etiam unde nobis liquet, sub Justiniano illorum scripta adhuc invenire potuisse? Sane non, nisi ex Q. Mucio, Aelio Gallo, vel uno forte alterove amplius priscorum illorum, aeque paucula fragmenta in Pandectas retulit Tribonianus [a]. Vel etiam, ut largiar, adhuc alicubi eadem scripta delituisse, adhibitaque debita opera, fuisse parabilia; illud tamen, nec id ipsum temere asseverare audeo, eadem in scholis, tribunalibus ac judiciis aut numquam, aut rarissime laudata fuisse: uti non inde tantum colligere proclive est, quod pauciss imos libros in foro adhibitos, antiquorumque plurimos, ipsis etiam eruditissimis hominibus incognitos, penes unum nostrum Tribonianum repertos fuisse testetur Justinianus [b]. Verum insuper luculentissimum hac in parte indicium praebet scriptor gravissimus, & sesquisaeculo fere Justiniano anterior, Ammianus Marcellinus [c]; qui in tradendis anni a nato generis humani Sospitatore post trecentesimum septuagesimi rebus gestis scripta Trebatii, Cascellii, Alfenique; qui tamen labente jam libertate, & sub Julio Caesare Augustoque innotuere; horum, inquam, scripta cum Auruncorum ac Sicanorum dudum sepultis & oblivione obrutis legibus comparat. Denique Pomponius, qui sub Divis Fratribus, Antonino ac Vero, centum circiter & septuaginta post natum Servatorem, atque adeo trecentis fere ac sexaginta ante Justinianum annis floruit; ille ipse Pomponius nonnullos recenset [d] ex illis ipsis, qui non admodum diu Julii Caesaris tempora praeverterant, quorumque scripta jam tum non talia exstitisse ait, ut ea omnes appeterent: quin nec amplius versata esse inter manus hominum. Et hi tamen ipsi celebratissimi quondam fuerant auctores, Aquillius, nempe, Gallus, Balbus Lucilius, Sextus Papirius, Gajus Juventius: adeoque idem plures alios fatum oppressisse, ut ignoti in tenebris jam tum delitescerent, non levi suspicione ducti arbitramur.

Verum quid de Justiniani, quid de Ammiani Marcellini, quid de Pomponii aetate loquimur? An quidem Jurisconsultorum illorum plerorumque vigiliis id contigit, ut florente etiamnum aequis legibus Roma omnium applausum tulerint? Non illae, ob quas hodie tantopere desiderantur, causae tunc obtinebant, linguae, scilicet, qua nitebant, Latinae elegantia; utpote, quae esset vernacula, cuique exornandae oratores, non legum & formularum interpretes, adhiberentur: nec antiquitates illic investigabantur; sed quae nunc antiqua habentur, tunc passim erant obvia. Id ergo examinemus, quid de ea, quam docebant, Jurisprudentia senserint illa tempestate sapientes homines. Et cujus

a *Vide Jac. Labitti Indic. legg. D.*
b *Ead. l. 2. §. 47. l. 3. §. 17. C. dict. sit.*
c *lib. xxx. cap. 4.*
d *L. 2. §. 42. D. de origin. jur.*

heic judicio confidentius ſtabimus, ac diſertiſſimi inter Romuli nepotes Ciceronis? Ciceronis, inquam, viri, cui par magnitudini Romanae ingenium obtigiſſe memoriae eſt proditum [a]: quemque etiam, ſi amniti voluiſſet, de principatu in Juris cognitione cum quovis contendere potuiſſe, nemo, qui divina ejus monumenta diligenter evolverit, ibit inficias [b]. Is itaque Cicero non illic ſolummodo [c], ubi oratorem agit, ubi cauſae propoſitae velificatur, & quaſi pro oblectamento habet Juriſconſultos ſalibus defricare: ſed etiam ubi vel maxime ſine affectu, ſerio, candide, ſincere loquitur, inter alia in illis obſervat [d], ingentia quidem profeſſos fuiſſe, at in parvis verſatos, in parietum ac ſtillicidiorum jure, in ſtipulationum & judiciorum formulis: quod tamen & ipſis cum poſterioribus commune fuit: nec hac de cauſa parvi eos faciendos cenſeo, cum aequitatis dictamina eadem heic ſint, quae in gravioribus: & juſtitiae ratio non ex rerum pretio, ſed propriis ex regulis aeſtimanda veniat. Conſtat etiam ex eodem Tullio [e], inclinata jam libertate deletum fuiſſe Juriſprudentiae ſplendorem. Sed nec illud urgeo; quoniam id forte non tam illorum culpae, quam temporum iniquitati & vitio ſit tribuendum. Verum alia longe graviora ſunt, quae meridiano ſole clarius demonſtrent, ea, quae tunc terebantur, Juris auctorum ſcripta nihil minus, quam ab omni parte ad amuſſim exacta & conſummata fuiſſe. Adſeverat enim idem Tullius [f], ante Servium Sulpicium, tunc praecipue celebrem, vix quidquam in Jure alicujus momenti atque ordine digeſtum lucem adſpexiſſe. Hunc vero, Juriſconſultorum, quippe, non tantummodo omnium, non ejuſdem modo aetatis, ſed eorum etiam, qui fuiſſent, principem [g], verum reliquis etiam in humanioribus diſciplinis, maxime in Dialectica, eximie verſatum, talia conſignaſſe, quae in uno hoc viro artem fuiſſe; hunc lucem ad ea, quae confuſe ab aliis reſpondebantur, attuliſſe, omniumque adeo labores longo poſt terga reliquiſſe, oſtenderent. Nec cuiquam hoc mirum videri poterit, qui mentis aciem ad quaslibet artes ac ſcientias ſedulo intenderit. Inventae quidem illae ſunt a viris maximis, ingenioſiſſimis, ſapientiſſimis: ſed ipſa rerum natura prorſus non patitur, aliquid ſimul & naſci, & conſummari. Proinde rudia primo, informia atque incondita apparent principia; accedunt ſenſim, & adjiciuntur nova incrementa: atque ita, jactis a primordio fundamentis, additiſque dein veluti lateribus, trabibus aliiſque tignis, tandem quaſi aedificium ordinatur, exſurgit, faſtigatur: idque non, niſi poſt ingentem annorum ac ſaeculorum ſeriem. Temporis, nimirum, atque uſus vis

a *M. Senec. Praefation. Controverſiar.*
b *Add. Orationem noſtram de juriſprudentia M. Tullii Ciceronis.*
c *Pro Muren. cap. 9. & ſeqq.*
d *De legib. lib. 1. cap. 4.*
e *De offic. lib. 11. cap. 19.*
f *Bruto cap. 41. 42.*
g *Cicer. Philipp. IX. cap. 5.*

vis eſt longe maxima: &, ſi ulla res alia, ſane & Juriſprudentia hiſce magiſtris indiget. Hi lapides illi Lydii ſunt, ad quos ubi ejus placita atque praecepta, illorumque utilitas & aequitas ſatis diu probeque explorata ſunt, tum vero demum omnium applauſu digniſſima poſſunt judicari. Quin etiam inter innumera alia, quae Juri Romano eximiam illam, qua hodieque fulget, celebritatem ac commendationem conciliarunt, nullo prorſus modo illud in poſtremis collocandum eſt, quod non unius alteriusve hominis opera, non uno anno, non luſtro, non una alterave aetate natum fuerit, radices egerit, adoleverit, maturuerit: verum ab ultimis uſque urbis Romae incunabulis ad Juſtinianum uſque Caeſarem, per mille fere & trecentorum annorum ſpatium, recentia quotidie augmenta, continuaſque mutationes, prout reipublicae ratio, negotiorumque in ampliſſimo illo imperio multiplicium graviſſimorumque numquam non incidentium natura & varietas exigebat, receperit; donec tandem in unum corpus coaluerit.

Ceterum ut unde digreſſus ſum, eo revertar, quam procul a plena perfectione adhuc remota fuerit labente Republica Romana Juris diſciplina, quamque parum, non ſuperiorum tantum laboribus, ſed & ipſius Servii Sulpicii prope centum & octoginta, quae reliquit, voluminibus [a] ad eamdem perpoliendam profectum ſit, vel inde evidentiſſime arguitur, quod ipſe etiam Cicero de redigenda in artem Juriſprudentia & cogitaverit, & librum ediderit [b]. Nec uni hoc viſum eſt Ciceroni: verum etiam conſilium fuit virorum maximo Cajo Julio Caeſari [c], *Jus civile ad certum modum redigere: atque ex immenſa diffuſaque legum copia optima quaeque ac neceſſaria in pauciſſimos conferre libros.* Hujus juſſu atque auſpiciis ſi Juris aliquod corpus fuiſſet conditum, O quam inſigne, quam nitidum, quam elaboratum, quam pene morteli majus opus inde exiiſſet! quantus civilis prudentiae theſaurus! Sed quid juvat fruſtra votis ac ſuſpiriis expetere, atque optare id, quod habere prorſus non poſſumus; immo de quo etiam, antequam conciperetur, ſpes omnis decolavit: quodque ipſum, quantumlibet elimatum, emendatum & conſummatum fuiſſet, non ſecus, ac aliae res humanae, & potiſſimum jura, mutationes ac viciſſitudines ſuas ſubire debuiſſet.

Jam vero cum tali ſeſe modo haec habuerint ſub Julio Caeſare, quid ſub Juſtiniano, qui quingentis & ſeptuaginta annis poſt Caeſarem imperavit, fuiſſe debuit? Novata non una vice erant interea pleraque: eorumque, quae antiquitati placuerant, non niſi minima quaedam portiuncula priſtinum vigorem retinebat. Sublatae jam olim erant, pauciſſimis exceptis, cunctae duodecim tabularum leges; quae etiam Cicerone ſeneſcente, & potiente rerum Caeſare minus incipi-

a *L. 2. § 43 D. de origin. jur.*
b *Gell. Noct. Atticar. lib. 1. cap. 22.*
c *Sueton. Caeſar. cap. 44.*

incipiebant frequentari [a]; quas tamen antea primarias aequi bonique feturigines habitas fuisse, constantissime est proditum [b]: quibusque innumera prudentium responsa nitebantur. Abrogatae praeterea erant a Caesaribus leges plurimae; subierantque iterum cum aliae, tum maxime Juliae, varia Senatusconsulta, ac constitutionum ingens copia. Conditum erat insuper sub Imperatore Adriano novum ac perpetuum Edictum [c]. Horum autem pleraque uberrimis & incomparabilibus plane praestantissimorum Juris auctorum commentariis exposita atque illustrata sub Justiniano circumferebantur. In quibus tamen ipsis innumerabilia legebantur jam tum, partim diversa consuetudine, partim contrariis Caesarum placitis antiquata. Vti etiam e contrario non pauca inveniebantur, libertate vigente dubia, difficultatibus implicita, atque hinc inde magnis certaminibus agitata, posteaque, vel disputationibus prudentum, vel Caesareis constitutionibus decisa: alia etiam olim omnino incognita, ac postmodo reperta & frequentata in illis occurrebant; usus, verbi gratia, codicillorum, fideicommissa, rerum, quae usu consumuntur, quasi ususfructus, bonorum, quae liberi in parentum potestate constituti acquirunt, distinctio, & quae plura sunt talia. His autem insuper habitis, si Tribonianus ex cascis illis, & dudum obsoletis Digesta concinnasset, qua, quaeso, ratione vim juris volumen istud ab Imperatore potuisset accipere? An hoc non fuisset omnia invertere, miscere, atque in scholis forisque infinitis modis incertiora, quam pridem fuerant, reddere? An non eo pacto jus ab illo, quod praesens approbaverat aetas, tota via alienum debuerat induci: & tale quidem, cujus in plerisque partibus fundamenta jam dudum funditus erant subruta, sublata, explosa? Scilicet, misso sub Constantino Magno pristinae ac vanae superstitioni nuncio, Christiana invaluerat religio: bis commutata erat totius Reipublicae facies, primo sub Julio Caesare Augustoque, dein iterum sub eodem Constantino Magno; translata erat Constantinopolim Imperii sedes; alia longe, & pleraque olim plane inaudita magistratuum nomina, alia potestas, alia officia, alia dignitas; toto coelo ab antiqua differens publicorum ac privatorum judiciorum forma; repudiati receptorum pridem rituum plerique; amputata radicitus in omnibus actibus formularum scrupulositas; plurimum distantia a vetustis, & iis quidem subinde forte postponenda, sed non raro etiam, immo plerumque, vel ipsa fatente invidia, iisdem longe praestantiora, naturalique dictamini magis accommodata jura in nuptiis, dotibus, tutelis, acquirendi modis, testamentis, contractibus, criminibus, poenis, denique nullis non vitae quotidianae negotiis. Nihil jam dicam de lingua, non minus ab antiqua differente,

a *Cicer. de legib. lib.* II. *cap.* 23.

b *Cicer. de orator. lib.* I. *cap.* 43 *&* 44. *Liv. lib.* III. *cap.* 34. *Tacit. Annal. lib.* III. *cap.* 27.

c *L.* 2. §. 18. *l.* 3. §. 18. *C. de vetter. jur. enucleand.*,

rente, quam a priſtinis diſtabant illius ſaeculi mores, inſtituta & regiminis ratio. Et ſi his ipſiſſimis de cauſis illi etiam poſteriores Juriſconſulti, quorum ex ſcriniis hauſta ſunt Digeſta, quippe ſub Caeſaribus viguerant, infinitis in locis continuerint ab uſu remota, alibi nonnihil inflectendi fuerint, quid de illis tanto a Juſtiniano remotioribus, tantoque pauciora, quae praeſentibus temporibus congruerent, continentibus erit dicendum?

Quae cum ita non tantum ſeſe habeant, ſed eorum etiam nonnulla a Viro illo celeberrimo, adverſus quem Tribonianum hactenus conati ſumus defendere, alibi [a] animadverſa ſint, demirari ſubit, quod eo nomine Tribonianum infectatus fuerit, quod is, poſthabitis illis ſitu plane fatiscentibus, ex poſterioribus, qui ſub Imperatoribus vixere, Digeſta compoſuerit. Quid enim ad rem hanc, qua de agimus, pertinet [b], quod illi *vere Romani, & in ſummo honorum & auctoritatis gradu ſtante Republica fuerint*; quod *ea gravitate & auctoritate viri, ut ſola ipſorum praeſentia & majeſtas formidabilis futura fuerit poſterioribus illis Graecis, Syris, Africanis; qui*, cum eſſent peregrini, *e diſſitis provinciis Romam venerant; ut linguam Latinam, & demum Juriſprudentiam addiſcerent, quique a dignitate veterum tam longe aberant, quantum advena novitius a vero nobili, negotiis patriae ſuae innutrito, atque in iis exercitato.* Quid, inquam, haec ad eam, quae prae manibus eſt, quaeſtionem faciunt? Non enim quales hi, vel illi, cives, an peregrini, fuerint; ſed quaenam ſcripſerint, & quam juri, aequitati, & potiſſimum quam Juſtinianeo ſaeculo bene, vel mala convenientia; illud vero eſt, quod fuerat inveſtigiandum. Nec etiam illi, quia vetuſtiores & vere Romani, eo minus homines fuere, humanaeque conditioni per omnia obnoxii: quin nec eo ſolo, quod tales eſſent, magis adultam, perfectam, politam habuerunt Juriſprudentiam. Et nonne etiam alii, quamvis peregre Romam delati fuiſſent, jura civilia recte intelligere, veritatique & aequitati in interpretando feliciter litare potuerunt? Quam longe petita haec reprehenſio? Quid? ubi ne ipſi quidem antiquiſſimi Romani, cum civitati aſſiduis turbis & ſeditionibus diu jactatae jus aequum condendum eſſet, Graeci hominis, Hermodorii Epheſi exſulis conſilium adhubere dedignati ſint [c]; quem etiam Leges Decemvirales expoſuiſſe, ſtatuaque in comitio publice dicata honoratum fuiſſe memoriae proditum eſt [d]; an nos poſt civitatem jam olim ex conſtitutione Antonini Caracallae [e] cum omnibus in orbe Romano ingenuis communicatam, peregrinitatis controverſiam Juriſconſultis movebimus? Quin etiam licet peregrini, licet remotis ex provinciis oriundi fuiſſent, nihil tamen ideo minus inde efficitur, quam ipſos Romam contendere debuiſſe, ut primo ſermonem Latinum

a *Hotman. Antitribonian. cap.* 2 3. 5. 6. 8 b *Hotman. eod. lib. cap.* 12. c *L.* 2. §. 5. *D. de orig. jur.*
d *Plin. Natural. Hiſtor. lib.* XXXIV. *cap.* 6. e *L.* 17. *D. de ſtat. hom. Dion Caſſ. Excerpt. Peireſc. p.* 745

num, ac dein demum Jura addiscerent: atque ita non, nisi sero evaderent eruditi, cum ea tempestate neutrum horum urbis Romae pomoerio, vel Italiae etiam finibus circumscriberetur: sed utrumque longe lateque per omnes Imperii partes personaret: & proinde non ita difficulter, ac antea, ejus cognitio posset comparari. Ut autem pedem propius conferamus, quinam sunt isti Graeci, Syri, Africani? Video heic recenseri [a] Africanum, Tryphoninum, Modestinum, Javolenum, & his similes. Sed quibus indiciis, quibus testibus nobis fides fiet, hos non fuisse mere Romanos, & in Italia, etiam in ipsa urbe Roma in lucem editos? Nullus sane idoneus auctor quidquam hac de re scripsisse reperitur: & quid magis frivolum, quid magis inneptum esset, quam nulla alia, nisi nominis ratione, Africano Africam patriam adscribere? Nec in Tryphonino, cui nomen Claudius, nec in Modestino, qui Herennius Modestinus appellatus est, aliud hac in parte causae apparet, quam quod illi e Graeco formatum fuerit cognomen; hic libros de excusationibus Graca lingua elucubrarit? Sed quam invalidae, & nullius plane pretii hae sunt conjecturae? Quam facili negotio ingens illorum contexi posset series, qui, cum essent haud dubie Romani, Graeca habuerint cognomina, vel Graece libros elaborarint? Notari & hoc meretur, solos sex de excusationibus libros Graece conscripsisse Modestinum, cum alios tres & sexaginta Latine exaratos reliquerit [b]. Quod ad Javolenum Priscum (ita enim appellatus fuit) attinet, non ignoro, a Viris magnis [c] observatum esse, Javolenum, vel Jabolenum dictum quasi Diabolenum; atque adeo e Graecia petitum esse hoc vocabulum. Sed tamen eo solo argumento ipsum hominem Graecum fuisse cui persuadebitur? Incidit sane is in tempora Domitiani, Nervae, Trajani [d], saltem post Vespasianum Imperatorem floruit [e]: & cum aliis honoribus functus est, tum etiam Africae Syriaeque praefuit [f], ad quae profecto peregrinis tunc nondum patuit aditus. Nihilo melioris est monetae, quod de Vlpiano non longe post alia profertur judicium; ipsi, *cum natione Syrus esset, quod ipse testatur, cumque bonam aetatis partem in scholis Graeciae atque in Rhetorica exegisset (quod ex commentariis in Demosthenem, qui ipsi tribuuntur, apparet) longe facilius fuisse Graece, qua in lingua exercitatus erat, quam Latine scribere, quem sermonem declinante jam aetate didicisse eum oportuit.* Verum undenam constat, Vlpianum in Syria lucem adspexisse? Ipse quidem de se testatur [g], Tyro sese oriundum fuisse: at notum est, in Jure Romano in definienda alicujus origine non de loco nativitatis, sed de illo, unde genus quis duxerit, cogitari [h]: proindeque nihil vetat, quo minus Vlpianus origine

[a] *Herman. dict. cap.* 12.
[b] *Vid. Indicem antiquor. auctor. Pandectis praemissum.*
[c] *Salmas. ad Capitolin. Antonin. Pio cap.* 12.
[d] *Arg. l.* 2. *fin. D. de origin. jur.*
[e] *G. Grot. de vit. Jurisconsultor. l.* 2. *c.* 2.
[f] *Arg. l.* 5. *D. de manumiss. vindict.*
[g] *L.* 1. *pr. D. de censib.*
[h] *L.* 3. *C. de municipib. originar. lib.* 10.

L. 1. pr. D. de

gine fuerit Tyrius, & vel patrem, vel avum, vel proavum, abavum alioſque majores habuerit Tyrios; ipſe tamen etiam in media Roma auras vitales hauſire coepeſit: atque ita Latina lingua ipſi non ſero demum, ac poſt impenſam Graecis litteris atque Eloquentiae magnam aetatis partem addiſcenda; ſed omnino cum lacte materno hauſta, & vernacula fuerit. Nec, ſi aevi, quo floruit, conſideretur genius, quae nobis ex Vlpiani laboribus ſunt reliqua, ſive in Digeſtis, ſive etiam quae a Gothis conſervata ſunt, barbariem aliquam vel peregrinitatem redolent: at e diverſo, ſatis nitide, ornate, adde & perſpicue ipſum ſcripſiſſe, evidentiſſime demonſtrant: adeo ut bonus Latinitatis auctor dici mereatur, judice Viro in Grammaticis aliisque ſcientiis excellenti[a]. Quod autem de commentariis in Demoſthenem adjungitur, quis exſtitit hactenus, qui demonſtraverit, illos auctorem habere Domitium Vlpianum Juriſconſultum? Argumentum certe, quod a nomine petitur, parum juvabit, cum plures olim vixerint Vlpiani. Quin huic noſtro coaevus fuit Vlpianus Damaſcenus[b], aliusque itidem Tyrius, Rhetor, cujus Athenaeus plus ſemel meminit[c]. Inveniuntur & ſequentibus ſaeculis Vlpiani Rhetores ac Sophiſtae[d]: nec alium, quam Rhetoris titulum praefert Demoſthenis Scholiaſtes: in quo etiam occurrere quaedam plane erronea, quae Vlpiano noſtro tribui plane non poſſint, jam obſervatum eſt[e]. Ac proinde vel nihil hic eſt definiendum[f], vel alicui Vlpiano poſterioris aetatis adſcribendi ſunt illi commentarii[g].

Concidit itaque omnino illa de peregrinitate accuſatio: atque adeo & illa novitii advenae cum vere nobili, patriae ſuae negotiis innutrito, atque in iis exercitato odioſa comparatio. Nihilo magis aequum ac verum, quod ſequitur de recentioribus Juris peritis judicium, *fuiſſe ipſos promptiores ad ſcribendum vernacula ſua lingua, Graeca, Syriaca, Africana, quam Latina.* Mirum profecto, ita pronuntiari a Viro in omni re litteraria verſatiſſimo: & verendum, ne, quemadmodum in aſſignanda ipſis patria parum diſputavit feliciter, pari modo & heic, re non admodum bene perpenſa, ſententiam protulerit. Quid? noſne, lingua Latina jam dudum mortua, nec ſatis nobis comperto, quid ſaeculi illius palato arriſerit; noſne illis, quorum aliqui etiam ob eloquentiam celebrantur[h], quorumque etiam, tamquam idoneorum Latinitatis auctorum, monumenta ab ipſis veteribus Latinitatis cenſoribus, Grammaticis[i] laudantur, hanc quaeſtionem movebimus? Ceteroquin ingenue fateor, antiquos recentioribus, non omnes quidem omnibus, multos tamen multis palmam in ſermonis puritate praeripuiſſe.

a *Ger. Joh. Voſſ. de art. Grammat. lib.* III. *cap.* 7. b *L.* 15. *D. de interdict. & relegat.* c *Vid. Argumentum oper. & lib.* II. *cap.* 10. *lib.* III. *cap.* 17. *& alibi.* d *Eunap. Praefat.* 207. *Suid. v.* Ὀλύμπιος e *Iſ. Caſaub. ad Theophraſt. Character. p.* 287. 288. f *Ita Hier. Wolf. annotationibus in Vlpian. Demoſthenic. commentar. p.* 1129. g *Sic ſtatuit Lud. Kaſterus ad Suid. loc. cit.* h *L. ult. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionibus. &c.* i *Diomed. lib.* I. *p.* 375. *Priſcian. lib.* III. *p.* 607. *lib.* VI. *p.* 726. *lib.* X. *p.* 883.

Ac licet non sim ignarus, esse, qui nostros Jurisconsultos hac in parte optimis Augustei etiam aevi scriptoribus negent cedere [a], quique solis ex Pandectis Latinam linguam pristinae integritati restitui potuisse arbitrentur [b]; illos tamen res suas sibi habere jubeo. Novi, non unum alterumque, at septem & triginta auctores symbolas ad hoc opus contulisse, quorum novissimi a vetustissimis ampliori, quam quadringentorum annorum intercapedine fuerint disjuncti: quorumque adeo alii, quibus florente quammaxime Latini sermonis nitore nasci contigerit, emendatissime locuti reperiantur; alii, non patriae vitio, sed temporum suorum abrepti consuetudine, a pristina recesserint elegantia [c]. Quibus etiam de causis, uti Latinitatem ex Digestis non mediocriter adjuvari posse arbitror, ita absque Cicerone, Caesare, Livio, Virgilio, Horatio, Ovidio, similibusque optimis aureisque scriptoribus eamdem nitori suo & integritati restitui potuisse, id vero pernego. Horum absque nitidissimis atque auro pretiosioribus lucubrationibus verendum fuisset, ne etiamnum hodie Gothice atque Longobardice cum Bartolo Baldoque non tam loquuti essemus, quam barbaros, informes, quippe delicatis auribus horrorem incussissent, sonos edidissemus. Et certe Magno Budaeo ipsiusque sectatoribus immortales debentur gratiae, quod Jurisconsultos humanioribus litteris operam navare, ac Latina oratione animi cogitata efferre docuerint. Sed vt in viam me recipiam, a qua me amor ille, quo erga Latinam linguam feror singularis, abduxerat, defectusne hic nonnullorum nostrorum Jurisconsultorum in Latinitate Tribonianum movere debuit, ut vetustiores hisce praeferret? Profecto, si ex vero, nec ut Grammaticos, at ita, ut Juris studiosos decet, rem hanc examinaverimus, nihil erit certius, nihil evidentius, nihil magis indubitatum, quam primam ipsi ac potissimam rerum curam esse debuisse, an, videlicet, res, quas traderent, ei, quae tunc obtinebat Jurisprudentiae forent consentaneae: de verbis minus fuisse laborandum. Immo is, qui ab antiqua puritate magis aberat, stylus tradendae sub Justiniano Juris arti eo ipso fuit accommodatior. Quin etiam si qua hac in parte fuisset culpa, illa temporibus, non hominibus, non Triboniano esset inputanda.

Quemadmodum autem de patria ac Latinitate Jurisconsultorum nostrorum parum benigne, parumque juste pronunciatum esse ostendimus, ita nec verior justiorque illa, quae priores excipit, &, ut vara vibiam, sequitur, accusatio, illos *ita haerere in experimendo Latine id, quod volunt, ut dimidia pars supplenda sit, & (ut vulgo dicitur) adjuvanda littera etiam divinando.*

Non

a *Defensor veter. Jurisconsultor. adversus Laur. Vallae reprehension. p. 6.*
b *Laurent. Vall. in fin. praefation. in lib. III. Elegantiar.*
c *Add. Franc. Sanct. Minerv. lib. III. cap. 14.*

Digitized by Google

Non abnuerim, unum forte alterumve inveniri, qui non admodum exacte atque perſpicue mentis ſuae intentionem expreſſerit: verum pauciſſima ejuſmodi reſponſa in Pandectis exſtant; & inter tot alia, ad octo novemve millia, antequam vel viginti, de quibus liquido id affirmari poſſit, collegeris, multum laboraveris. Ac circumſpecte hic erit agendum: aloquin ſi illa ſemel aperiatur janua, ut ex eo, quod aliquid nobis intellectu atque explicatu difficile ſit, ejus generis dica protinus auctoribus ipſis ſcribatur, quis unus erit ex univerſa vetuſtate, vel Graecus, vel Latinus, in quo non innumera reperiantur, in quibus etiam eruditiſſimis hominibus aqua haereat, multaque conjectando divinandoque ſint ſupplenda, quique proinde eidem criminationi non pateat? Nobis hodie non admodum proclive eſt hac in parte de veteribus ita ſtatuere; deficiente praecipue non tantum contra ipſos aequalium aut paulo juniorum teſtimonio; ſed & cum videamus, nonnullos ipſorum etiam a facundia celebrari. Et ſi dicendum ſit id, quod res eſt, cum plurima in Digeſtis etiam hodie illis, qui linguae Latinae uſu pollent, rerumque antiquarum, prae ceteris vero Juris notitiam ſibi acquiſivere, non uſque adeo impedita ac ſalebroſa, pleraque etiam facilia ſint, an non e contrario longe majori jure aſſerere liceret, ipſos illos Juriſconſultorum libros olim, cum plane eſſent integri, nec adhuc a librariis male habiti, cum lingua eadem etiamnum vigeret, reſque, de quibus tractarent, in judiciis quotidie agitarentur, tunc illos nulla ejuſmodi obſcuritatis aut difficultatis labe contaminatos fuiſſe? Sed audiamus, unde colligatur, ipſis non ita facile ac pronum fuiſſe, id quod cogitarent, Latine enunciare. Probatur hoc adducto, ut admodum celebri, ita vexatiſſimo Cervidii Scaevolae reſponſo [a], ubi ille de diverſi agit poſtumorum generibus; de quibus quae proponitur diſputatio, ab hodiernis illa quidem judiciis in pleriſque abhorret: olim vero ſcitu plane fuit neceſſaria, cum eſſet utilis ac in foro frequentata. Licet autem nulli negemus, eſſe illic quaedam, quae crucem figant interpretibus, partim ob ipſius materiae ſubtilitatem, partim etiam forte ob lapſus librariorum, quid hoc ad Scaevolam? quid ad Tribonianum? Eone illi ſtatim erunt traducendi? Nec de ipſo etiam Scaevola verbum prorſus ullum additur; cui quoque non abſque maxima abſurditate vel peregrinitas, vel Latine loquendi imperitia objici poterat. Africanus pariter, qui in transcurſu tangitur, auctor fuit gravis, qui multa paucis ſolitus fuerit proponere, atque adeo longe plura in receſſu contineat, quam praefert adſpectus. Sed nonne & illud cum innumeris, tam Juris peritis, quam aliis egregiis ſcriptoribus commune habuit; quos ſi quis ideo Latine ac expedite ſcribere non

[a] *L. 29. D. de liber. & poſtum.*

potuisse contenderit, quid aliud apud doctos, nisi rideri & explodi mereretur? Nihil quoque causae est, ut nos hodie de Africani obscuritate multum conqueramur, postquam insigni ingenii & industriae suae specimine quidquid Africani nobis supereſt accuratissime, doctissime ac uberrime illustravit ille omnium post instaurata Juris studia Juris peritorum absque controversia princeps Jacobus Cujacius. Africanum tandem excipit Tertullianus; ex cujus stylo, quem duritatis ac ruditatis incusant Lactantius atque Hieronymus, conjecturam capi posse indicatur de reliquis hisce Jurisconsultis, quantopere in iis, quae volunt, Latine explicandis haereant. At quam gratis hoc asseratur, difficile non est apertissime demonstrare. Certe in Digestis non, nisi sola quinque Tertulliani existant responsa[a]; in quibus etiam ipsis nullum omnino peregrinitatis aut difficultatis ejusmodi vestigium apparet; omnia vero clara sunt, plana, atque perspicua. Quin etiam alium fuisse Tertullianum Jurisconsultum a Q. Septimio Florente Tertulliano veteris Ecclesiae Christianae doctore; quamvis & is Juris non mediocriter gnarus fuerit, cum hac, tum aliis rationibus inducti Viri doctissimi autumant[b]. In fumum abit itaque & haec criminatio: quae, utcumque etiam de illis, qui exempli causa adducuntur, verissima prorsus & liquidissima fuisset, quis tamen aequo toleraret animo, duorum triumve vitium nullo discrimine in omnes septem & triginta Jurisconsultos, totumque Digestorum volumen conferri? Et quid, si inversus foret rerum ordo? Quid, si Tribonianus ex antiquis, qui tantopere in coelum efferuntur, posthabitis recentioribus, Pandectas confeciſſet? Quantum heic nobis tricarum, quantum salebrarum, quantum molestiarum ac negotii profligandum fuisset in verbis rebusque a moribus nostris tanto majori saeculorum intercapedine distantibus? Quantum nobis? cum etiam in illis, qui Servium praecessere Juris auctoribus ordinem atque lucem desideraſſe sese ipse ostenderit Cicero? Quam prodigiosa heic ubique sese obtulisset nodorum & aenigmatum seges, quibus solvendis idoneus nemo unus adesset Oedipus? Quanto heic amplior Triboniani accusatoribus in ipsum detonandi patuisset area? Tum vero vel terrae coelum, & coelo mare miscuissent; tunc forsitan quos nunc ultra modum inclementer insectantur, eosdem ipsos effusissimis votis exoptarent, utpote qui lucem veteribus affunderent: & non minus fortasse quae in priscis illis laudanda fuissent, dissimularentur, ac nunc de iis, quae, quidquid etiam obloquatur livor, in posterioribus ubivis enitent egregia & divina prorsus inventa, altum agitur silentium.

Ha-

a *L. 27. D. de legib. l. 23. l. 33. D. de testament. milit. l. 30. D. de adquirend. vel amittend. hereditat. l. 28. D. de adquirend. vel amittend. possession.*

b *H. Grot. in Paul. Epistol. ad Tit. cap. 3. v. 13. H. Vales. ad Euseb. Histor. Ecclesiast. lib. 11. cap. 2. Ægid. Menag. Amoenitat. Jur. Civil. cap. 12.*

Hactenus quam perperam ob peregrinitatem, minus exactam Latinitatem, ac in ſcribendo obſcuritatem culpentur noſtri in Digeſtis Juris periti, abunde demonſtravimus. Nec majoris momenti ſunt reliqua, ob quae Tribonianum illis vetuſtos praeponere debuiſſe contenditur. Extollitur ergo, ut ante audivimus, horum dignitas, gravitas, majeſtas, quibus emicuere. Haud equidem ſum neſcius, ſummo ſemper in honore ſub libera Republica fuiſſe Juris civilis cognitionem ac interpretationem, atque a civitatis principibus, teſte Tullio [a], in poſſeſſione retentam. Verum ideone ars Juris vel tantillo fuit perfectior? Eone minus de plurimis controverterunt, pleraque ignoraverunt, quae ſubſequuta aetas feliciſſime reperit? Nec tamen eſt, quod hac in parte in poſterioribus deſideremus, cum ipſorum pleroſque, & quidem praecipuos primariis ſub Imperatoribus functos fuiſſe honoribus, uberrime teſtentur hiſtoriae. Habemus & heic Papinianos, Julianos, Vlpianos, Celſos, Neratios, Scaevolas, Maecianos, Marcellos, Paulos, alioſque [b], quorum nonnullos Praefectura Praetoriana, proxima Imperatoriae dignitas, quoſdam Conſulatus, provinciarumque adminiſtrationes nobilitarunt: alii a libellis, vel memoria, alii Caeſarum amici fuiſſe referuntur. Nec nobis etiam heic deſunt, de quibus inſignia prudentiae, gravitatis, temperantiae, innocentiae proferri poſſent teſtimonia. At non in tranſcurſu, ſed ex profeſſo maximorum horum Virorum laudes, quibus ſatis depraedicandis nulla quantumlibet copioſa ſufficeret oratio, deberent celebrari.

Porro indignatur Triboniani accuſator, quod, cum hi recentiores in Juriſprudentiam irrepſiſſent, id inprimis egerint, ut veterum ſcripta morderent, atque notarent; quod [c] *honoratos illos & eximios Juriſconſultos veteres tam ambitioſe reprehendere & carpere conati ſint, quemadmodum accidit nonnumquam, ut advenae habitandi cauſa in civitatem recepti, civibus naturalibus moleſtiam exhibeant.* Injurioſa, mehercule, & bilis plena comparatio; quaeque nihil minus quam ullam veri ſpeciem praeferat. Oſtendimus ante, quam ſine cauſa peregrinitas Juriſconſultis noſtris objiciatur; & utcumque etiam ea dubio careret, ideone ipſis in quaeſtionibus juris non licuit ab indigenis diſſentire, eoſque etiam reprehendere? Niſi forte ſolis civibus, neſcio, quo privilegio, intima Themidis adyta patuerint, atque ubivis, amota erroris caligine, verum perſpicere contigerit. Vlterius quaero, quinam ex illis, quorum potiſſima in Pandectis ſuperſunt fragmenta, id ipſum tam ambitioſe egerint, ut priſcos illos, qui ſub libera Republica enituerant, morderent? Nullus ſane profertur; cum tamen in exprobrando ejuſmodi admiſſo nullo modo oportuiſſet vagari. Quin immo ſi vel maxime huic incubuiſſent rei, ut, ſi quid vel a ratione, vel Juris dictamine

a *De offic. lib.* II. *cap.* 19.
b *Vid. Joh. Bertrand. de juris perit. G. Gret. de vit. Juriſconſultor.*
c *Hotman. Antitribon. cod. cap.* 12.

mine deflectens apud priores legeretur, hoc indicarent, refellerent, ejusque loco melius aliquid reponerent, quid, obsecro, in eo peccati fuisset? An non in re litteraria cuilibet hoc integrum? ac si quis justa quidem de causa id fecerit, quamvis fastu, jactantia, verborum pompa, vel etiam acerbitate modestiae excedat terminos, & hoc ipso apud homines moderatos in offensionem forte incurrat, nihilominus vera erit, ac manebit ipsius sententia. Ergo non tam, an, quam quo jure, quave injuria instituta fuisset haec reprehensio, hoc vero fuerat considerandum. Sane non invero inficias, occurrere in Digestis, qui interdum subinique alios interpretentur, ac taxent; non tamen ibi tantopere antiqui, de quibus nunc agimus, quam plerumque ipsis scribentibus fere aequales, aut paulo priores; ii certe, qui sub Caesaribus vixere, carpuntur, & improbantur. Ita Marcellus aliquando Juliani scripta paulo acerbius notasse creditur [a]: ac simile aliquid de Paulo Labeonem carpente observatum invenimus [b]. Verum ipsa etiam illa loca exiguo admodum sunt numero, cum iis, ubi optimo jure veterum opiniones repudiantur, nequaquam comparando. Nec ipsi etiam illi prisci heroës ita ab omni parte beati fuere, ut suos non paterentur manes, ut quaestionibus atque ambiguitatibus, de quibus in diversa abirent, seque refutarent invicem, carerent. Aliud aliquando Sexto Aelio, M. Manilio & M. Bruto, aliud Scaevolae placuit [c]. Immo ipse Servius Sulpicius ex professo ad Q. Mucium Notata elucubravit [d]. Numquam etiam, non Juridici tantum, sed nullius prorsus studii sacra aliter constabunt, quin, uti fuere semper dissensiones, sectae, objectiones, confutationes, ita, quamdiu haec rerum duret natura, nullo tempore prorsus desinant; magno quidem societatis humanae incommodo & detrimento: attamen iis saepe hoc inest utile, quod ad investigandam veritatem non raro aditum patefaciant. Exemplo sint vel solae celebres illae Sabinianorum ac Proculianorum sub Imperatoribus sectae atque altercationes; quae etiam in non paucis ejus, quod certum esset ac recipiendum, inveniendi occasionem praebuere. Multa saltem olim controversa sensim finem contentionum acceperunt, & pro certis sunt habita [e].

Plurima huc usque habuimus, Auditores, in quibus aequitatem desideravimus ab insectatore Triboniani recentiorumque Jurisconsultorum. Sed omnem iniquitatem superant, nec tolerari, aut concoqui prorsus possunt ea, quibus huic invectivae colophonem imponit Vir doctissimus [f]. *Non pergam*, ait, *in excutiendis novissimis his Jurisconsultis Geaecolatinis, producam modo testimonium Plinii Secundi, quod de aliquo inter eos celeberrimo Javolenо Prisco*

a *Cujac. Observation. lib.* XIV. *cap.* 35.
b *Ant. Faber. Rationalib. ad l.* 10, *D. de servitutib. praed. urbanor Vinn. ad §.* 17. *Inst. de legat. n.* 4.
c *Cicer. Epistol. Familiar. lib.* VII. *epist* 22.
d *L.* 30. *D. pro soc.*
e *Christ. Otth. a Boekelen de diversit. famil. veter. Jurisconsultor. cap.* 5.
f *Hotman. Antitribonian. cod. cap.* 12.

Priſco protulit. Nam libro ſexto, epiſtola quintadecima, cum rem parum honorificam de eo narraſſet, addit, hominem turbati cerebri habitum eſſe. Dein haec Plinii verba ſubjicit. *Eſt omnino Priſcus dubiae ſanitatis: intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam Jus civile publice reſpondet.* Quid audio? dubiae ſanitatis fuiſſe Javolenum Priſcum? & quid inde? idemne & de univerſis reliquis judicabimus? Eſt ſane Plinius omni exceptione major teſtis: Sed an is Javolenum Priſcum, celebrem illum Juriſconſultum, qui in Digeſtis citatur, an vero alium, qui itidem Juris peritus fuerit, intellexerit, non abſque cauſa poſſet dubitari; uti etiam temporum ratio non ſinit, ut is confundatur cum illo, quem Antonino Pio a conſiliis fuiſſe tradit Capitolinus [a]. Certe cum cogito, ſucceſſorem Caelio Sabino, ſcholae Caſſianae principi, datum hunc Javolenum [b], eumdem Africae Syriaeque praefuiſſe [c], eumdem a Salvio Juliano, prudentiſſimo ac primariae dignitatis Viro, ipſius etiam Edicti perpetui ordinatore, titulo praeceptoris honorari: illius aliquod factum, tamquam juris rationi conveniens, laudari; nec non ab ipſo Juliano, hac auctoritate moto, idem & factum eſſe, & aliis ſuaſum [d]; haec, dico, cum accuratius mecum reputo, animi pendeo, hunene ipſum, an alium apud Plinium intelligere debeam. Incubuiſſet quidem probationis onus accuſatori: ſed, ut faciles ſimus, quid ſi vel hoc ipſum concedamus, quod is voluit, eumdem fuiſſe? Quid ſi forte declinante aetate mentem ipſi hebetatam dicamus? eone minoris aeſtimanda erunt quae antea praeclare geſſit, oreque & calamo docuit? Denique quid hoc ad reliquos, quos quidem Graecolatinos per ludibrium video appellari: at quos tamen ingenii, ſapientiae, prudentiaeque laude paſſim celebrari comperimus? ideone & de illis ejuſmodi aliquid ſuſpicabimur? Quaenam illa foret adeo nova, adeo inaudita, adeo juri; quid dico, juri? adeo communi ſenſui contraria, & abſurda plane praeſumptionis regula? Sed ita ſolitus fuit huc uſque procedere Vir cetera egregius, ac Juſtiniano Tribonianoque nimis adverſus & inimicus, ut quod in uno alterove vitii ſeſe obſervaſſe arbitraretur, id abſque ullo diſcrimine univerſis, qui ejuſdem eſſent ordinis, inpingeret.

Atque ita tandem omnia, quae ille in Tribonianum evibrat, non tam argumenta, quam quidem convicia, quam longe arceſſita, quam incerta, quam omni robore deſtituta atque inania ſint, cuivis erit exploratiſſimum. Quod ideo plenius atque accuratius enumeravimus, expendimus, labefecimus, evertimus, ut cunctis conſtaret, non illos ſolos a veritatis via longe deflectere, quorum mentibus prava illa haeret ſuperſtitio, ut univerſa Juſtiniani & Triboniani effata, tamquam divinitus edita, abſque ullo examine adorent, ac reverentur; verum

a *Adrian. Pitiſc. in lex.*
b *L. 2. fin. D. de origin. jur.*
c *L. 5. D. de manumiſſ. vindict.*
d *Dict. l. 5.*

verum & illos e diverso saepe non gravissime solum, sed & perniciosissime errare, qui tum demum egregium sese decus, amplissimaque ac opima spolia reportasse, tum demum impense sese sapere imaginantur, si vel levissimam in Tribonianum invehendi occasiunculam adepti fuerint, nimis frequenter temere atque inconsiderate. simul ut illorum pro virili satisfaceremus desideriis, qui, si talia a veritate abhorreant, nihil magis Jurisprudentiae interesse, nihil magis publice utile ac necessarium esse existimant, quam eadem solide ac perspicue dilui ac refutari.

At nunc, causa hinc inde exacte cognita, quis tandem Vestrum, Auditores Praestantissimi, Tribonianum incuset, eive juste succenseri posse censeat, quod, missis obsoletis, quaeque olim quidem fuerant in pretio, praesenti vero rerum disciplinae e diametro adversabantur, illos potissimum in conficiendis Pandectis adhibuerit Jurisconsultos, quorum constans & valida in judiciis erat auctoritas. Et an non alioquin eadem simul opera oblique culpabitur, quod non pristina saecula, pristinos mores, pristinam Rempublicam, differentias inter cives ac peregrinos, patricios plebejosque, pristina comitia, auspicia, cuncta denique gentilium sacra reduxerit? Fecit ergo Justinianus, fecit Tribonianus, quod sana dictavit ratio: &, cum tempora mutare prorsus non valerent, ad illa sese suumque Corpus Juris accommodarunt. Videant ergo isti, qui cornicum oculos confixe sibi videntur, dum Tribonianum ita perstringunt, quam praeter omnem aequitatem cum eo, cui Imperatoris jussu dirimendis forensibus contentionibus inserviturum volumen erat componendum, expostulent, quod non corpus antiquitatum, nostrae, videlicet, curiositati satisfacturum condiderit. Videant, quam ipsi sibi constent egregie, dum alibi ob formularum veterum & antiquitatum exstantes reliquias eidem inclementissime insultant [a]. Ita immoderatum carpendi studium viros etiam maximos transversos potest agere, ipsi ut sui obliviscantur, talia efflagitent, quae si vel haberent, illico etiam satis reperirent causae, ob quam multo adhuc forte atrocius contra eos, quos sibi odio prosequendos desumpsere, cornua attollerent.

Nos vero, Auditores, quibus cordi est Romana Jurisprudentia, iis, quibus frui nobis licet, contenti simus Catonibus. Amplectamur Justiniani ac Triboniani egregie de sua aetate, egregie de posteris merendi studium. Ne nimis rigidi & morosi levissimarum etiam minutiarum simus exactores. Cogitemus, illorum beneficio innumera, aeque praestantissima, ipsorum etiam vetustiorum Juris peritorum cogitata ad nos fuisse transmissa, quorum alioquin forte nec vola, nec vestigium nobis restitisset. Gratulemur itaque nobis, laudesque ac grates dicamus Imperatori Justiniano, ipsiusque Quaestori Triboniano, quod aeternitate dignissimum Pandectarum volumen nobis composuerint. Nos il-

lud

[a] *Hotoman. Antitribon. cap. 8.*

Digitized by Google

lud reliquasque Juris partes diligentissime nocturna diurnaque manu pervolutemus. Quo in praeclarissimo studiorum genere ut in Inclyta hac Vniversitate eorum, qui aliis praeerant, sit copia, visum est Serenissimo Nassoviae Principi, Reipublicae hujus domi militiaeque Praefecto Hereditario, atque Illustrissimis Proceribus, una cum aliis eruditissimis Viris me quoque in insigne hoc atque affluentissimum liberalium scientiarum emporium arcessere. Qua de causa, uti summopere exsulto, novosque ac ingentes ad capessenda indies majora stimulos mihi adjectos esse sentio, ita committere nec possum, nec debeo, quin & heic publice hanc animi mei sententiam expromam. Hoc igitur beneficio devinctus, eo nomine Celsissimo Principi, cujus singularis hac in parte erga me favor exstitit; & quoniam tanti, tam invicti Herois, simul & patriae Patris honorificentissima praesentia in splendidissimo hoc auditorio ad summam fulgoris apicem desideratur, igitur absenti; nec non Vobis, Generosi atque Nobilissimi Magnates, pro transmissa ad me insignis benevolentiae aura, proque collato mihi honore gratias ago, quos animo concipere valeo, amplissimas.

Vos etiam, cujuscumque doctrinae lumina, Celeberrimi Professores, me in Clarissimum Vestrum collegium nunc recens cooptatum lubenti, quaeso, & proclivi animo accipite. Mihi id vicissim curae erit, ut candide absque mendacio vitam Vobiscum concordissime transigam, mihique erga Vos omnes amicitiae & officii constet ratio.

Vos tandem, patriae, parentum & nostra exspectatio, voluptas & deliciae, Florentissimi Juvenes, inprimis qui Almae Jurisprudentiae Vosmet devovistis, ita de me velim persuasum habeatis, Vobis, Vestris studiis, Vestris commodis, Vestris desideriis nihil mihi prius, nihil jucundius, nihil antiquius futurum: idque me omni ope, assiduitate, industria, meditatione operam navaturum, ut ea vobis via praeeam, qua recte & sedulo calcata, patriae aliquando cives utiles, rebus agendi idonei, justique & veri non solertes tantum Doctores, sed & religiosi custodes & observatores evadatis.

DIXI.

ANTONII SCHVLTINGII,

JVRISCONSVLTI ET ANTECESSORIS,

ORATIO

DE JVRISPRVDENTIA HISTORICA,

DICTA SOLENNITER

Postrid. kal. Jun. clɔ Iɔ cc xii.

Cum Illustris Frisiorum Academiae regimen secundo deponeret.

Si quis est, Auditores, quem remoti alicujus loci adeundi, temporis illic degendi, rebusque laetis ac prosperis fruendi desiderium teneat, is ante omnia id sibi obvenisse existimabit negotii, ut, quantum ejus fieri queat, sedulo ac diligenter in antecessum exploret, qualisnam illo sit terrarum tractus; quo illic pacto recte, utiliter, commode, suaviter vita possit transigi; quid illic rerum possit expediri; qualisque ad quaeque incipienda, agenda, absolvenda sese offerat occasio. Sed nec illud minus studiose exquirendum sibi esse putabit, quaenam ipsum via eo, quo tendit, possit ducere; sive illa terra, sive mari conficienda sit; quae sit brevis, tuta, commoda, jucunda; quaeve ex diverso sit longa, periculosa, difficilis, ingrata. Ac sic tandem, universis, quae undique occurrunt ac suggeruntur, attente ponderatis, subductis, examinatis, aliquid certi sibi sequendum constituit atque eligit. Quo vero diutius alicubi erit haerendum, quo graviora erunt, quae sibi quis videat perficienda, quo longinquius vel molestius futurum sit iter, eo majorem curam, ac rigidiorem, & per omnes partes circumspectiorem adhibebit inquisitionem, antequam aliquid animo defaecato decernat. Atque ita agere illis in more est, qui saepe quidem de magnis, gravibus atque arduis rebus; sed nec infrequenter de exiguis, tenuibus & exilibus deliberant. An non itaque tale quid illis vel primario incumbet providendum, qui maximarum ac praestantissimarum rerum, Divinarum atque humanarum studiis ac cognitioni adipiscendae atque excolendae semet ipsi consecraverunt, & ad illam iter affectant? & quidem absque discrimine, qualecumque

Digitized by Google

cumque tandem artis, ſcientiae, vel diſciplinae genus ſibi quis ſequendum deſtinaverit: niſi quis majorem voluerit habendam eſſe curam, ubinam pars noſtri inferior, quam ubi illa excellentior, qua proxime ad immortales ſubſtantias accedimus, verſari, ac per univerſum mortalis hujus aevi curriculum praecipue occupata eſſe debeat. Hac in parte quidquid tibi ſequendum optaveris, cui ſtudium tuum ac laborem impendas, id ipſum non tam ob gloriae, honorum, vel rei etiam familiaris amplificandae cupidinem; quae tamen ipſa non raro ex liberalibus quoque ſtudiis benigne ſatis atque abundanter ſtrenuis ipſorum ſectatoribus obveniunt, quam ob propriam atque eximiam pulchritudinem, ac ſingularem, quam inde percipiunt egregia ac bene conformata ingenia, voluptatem, maximo cuique eſſe debet in pretio. An non igitur quiſquis talia ac tanta ſibi propoſuit obtinenda, iiſque ſuam dedicavit aetatem atque induſtriam, in eo ante omnia ſerio ac vehementer elaborabit, ut diligenter perſpectum habeat, quodnam ſit iſtud re vera, in quo illa, ad quam aſſequendam graſſari conſtituit, ars aut ſcientia vertatur & occupetur? Vtque etiam voti aliquando compos queat evadere, an non de modo ac ratione diſpiciendum erit, quibus iter quis ingredi, curſum ſervare, ac tandem optatum finem portumque poſſit contingere? Certe quiſquis ad tam ardua ac difficilia negotia inconſiderate acceſſerit, talibuſque ſacris manus illotas admoverit, non obſervatis illis, quae praecognoſci eſt neceſſe, is vero ſi in ipſa alicujus ſcientiae ſacraria intrare ſeſe poſſe ſperaverit, tota ſeſe via erraſſe ſero forte comperiet. Hic ab ipſo ſtatim limine de recto deviabit tramite; ac, niſi ſingulari aliqua fortuna eo, unde deflexerat, reductus fuerit, metuendum erit, ne in ſcopulos paſſim impingat, nullumque, vel exiguum admodum laboris reportet pretium. At qui quid, & quale ſit illud, ad quod feratur, intelligit, quique viae non ignarus eſt, jam ſtatim ubi coeperit dimidium facti ſecundum poetam habebit. Atque illud quoque in ſtudiis uſui venire videmus, ut intellecta ipſorum indole ac natura, ipſa pariter, qua ad ea perveniatur via facilius perveſtigetur. Ceterum non id mihi eſt propoſitum, nec mearum etiam partium aut virium, ut de quarumcumque artium ac diſciplinarum natura & conſtitutione, quoque pacto ad ipſarum culmen eniti quis poſſit atque aſcendere, ex profeſſo diſquiram. Id tamen de illis generatim licet affirmare, vel nullam, vel vix ullam reperiri, quae non multa cum aliis communia habeat. Illa, quae me praecipue occupatum habet, quamque profiteor, Juriſprudentia, illa, inquam, ipſa in quo potiſſimum ſit poſita atque conſtet, quaeque illius primario ſit vis ac natura, id vero accurate percepiſſe, uti illius ſtudioſis perutile eſt ac neceſſarium, ita haud ſcio, an multi id non ſatis adſequantur. Auctoritatis quidem rationem in Jure principalem eſſe, ejuſque ante omnia, penes quem leges jubendi eſt pontificium, non difficulter quivis agnoſcet. Adeoque id ſimul ſatis conſtabit,

plurimum artem noſtram ab illis differre diſciplinis, quae ſepoſita atque inſuper habita omni auctoritate, id ſolum unicequé indagant & inſpiciunt, quid recta ratio artiſque regulae in quavis materia ac quaeſtione, ſive generali, ſive ſpeciali, dictent atque evincant. Inde quid verum, quid certum, quid probabile, quidve falſum, dubium, verove diſſimile dicendum ſit, illic concluditur. Sunt vero illae pauciſſimae: ut ex iis quoque ipſis maxime quidem Medicina, ſed & variae Matheſeos & Philoſophiae partes quin rerum naturalium hiſtoria, experimentorum notitia, virorumque egregiorum de iis, quae vel obſervata ſunt, vel obſervantur cum maxime, narrationibus non mediocriter poſſint adjuvari, perfici, confirmari, exornari, nemo, niſi omnis humanioris doctrinae expers, addubitaverit. Jus autem civile, ſive populi Romani Quiritium, cui nomen illud ob excellentiam adhaeſit, ſive cujuslibet alterius gentis, ſi bene attenderis, re ipſa variarum legum, jurium, morum, rerum judicatarum, eorumque, quae interpretando introducta ſunt, hiſtorica cognitione; ac deinde ſingulorum rite exponendorum, & ad quaeque quaeſita appoſite applicandorum peritia continetur. Haec quicumque animo non fuerit complexus, nec quod domi ipſi deeſt unde depromere poſſit, compertum habeat, quantumvis etiam ſapientia ſit conſpicuus, de jure tamen reſpondere, judicare, differere, ac vel mediocrem civilis prudentiae laudem reportare prorſus non poterit. Omni quidem dubio procul non minus in juris arte, quam in reliquis, mentis requiritur vigor, ingenii ſolertia, judiciique integritas ac rectitudo. Non tamen illorum probandum eſt inſtitutum, nec recte illis res aliquando committentur forenſes, rerumque fortunae, qui vel unicam, vel ſolam ferme ſtudiorum ſpem & fiduciam in mentis facultatibus habent collocatam. Ratio quidem ubivis late dominatur, ejuſque in quibuslibet ſtudiis vis eſt maxima, & prorſus admirabilis. Illa rité intelligendi, examinandi, dijudicandi magiſtra; illa loquendi & ſcribendi fons; inde profluunt regulae. At talibus apud nos fabris materia deerit, niſi innumerarum quoque rerum, quae non in ratiociniis, ſed in meris factis conſiſtunt, acceſſerit cognitio & copia. In his ubi ſeſe mens exercuerit, ac generalioribus ſpecialiora ſuperſtructa fuerint, tum vero inde demum egregium aliquid & ſocietati humanae perutile poterit exſurgere. Atque haec, Auditores Praeſtantiſſimi, dum animo plus ſemel volutavi, rem profeſſioni meae officioque convenientiſſimam, nec ab hujus diei ſolennitate ac feſtivitate remotam, nec a ſtudioſorum ratione alienam facturum me eſſe arbitratus ſum, ſi occaſione reſignandi Academici Magiſtratus de JVRISPRVDENTIA HISTORICA pro concione dicerem. Si minus erit diſerta, elegans, polita haec oratio, ea eſt etiam ipſa materia, quae non tam ornari, quam doceri ſolummodo deſideret. Sed nec erit gravis, abſtruſa, perple-

xa,

xis, vel intellectu difficilis haec tractatio; verum ne illis quidem plane obscura, aut ardua, qui vel modice aliarum scientiarum principia degustarunt: adeoque nec illis inutilis vel ingrata prorsus ea, quae dicentur, fore, videor mihi posse sperare. Favete igitur animis? ac benevolas aures atque attentas, dum quae meditatus sum, ad Vos adfero, verba facienti praebetote.

Jam dudum Viri aliqui eruditionis gloria inclyri, nec tantum singulari juris cognitione, sed & insigni historiarum, litterarum & antiquitatum scientia posteritati commendatissimi historiarum in Jurisprudentia insignem usum, earumque scientiarum conjunctionem luculenter & praeclare suis exemplis docuerunt, ac probarunt. Quin nec defuit Juris peritus politissimus [a], qui ex professo specialem huic rei lucubrationem impenderit. Horum praestantissimorum Virorum propositum omnino egregium, summisque prosequendum esse laudibus & nos judicamus: Jurisque Romani studioso id in primis commendatum esse volumus, ut illius populi, cujus jura cupit edisscere, rebus gestis, diversisque temporum mutationibus cognoscendis diligentem ac assiduam impendat operam. Aliud tamen longe est, quod hac hora exsequendum nostra sibi proposuit oratio: ostendere, videlicet, ipsam Jurisprudentiam nostram, artem illam boni & aequi, poriori sui parte historicam esse disciplinam, ac in rerum variarum ac multiplicium introductarum, receptarum ac usitatarum scientia consistere: & tali quidem, cujus ope civilis societas juvari, & quo pacto negotia publica ac privata dijudicari debeant, sciri; quidque in singulis sit justum, injustum, aequum, iniquum, discerni possit. In eo quidem ab aliis historiis jura discrepant, quod illae obligandorum civium potestate destituantur, quam juris placida in se continent: verum id nihil ad ipsam pertinet scientiam: nec facit, ut illa historica esse desinat. Quod porro ab ipsa origine evidenter demonstrare conabimur.

Nulla tam exigua hominum dari potest consociatio, nullus coetus, nullum corpus, quod non aliqua habeat vel pacta, vel constituta, secundum quae actiones ac res sociorum gubernentur, & controversiae inter ipsos exortae finem accipiant. Sine his fieri non potest, ut id, cujus causa in unum conveniunt homines, obtineatur, commune, videlicet, bonum. Sine his nihil est certum, nihil stabile, nihil concors, nihil diuturnum. Quo vero major sit coeuntium numerus, quo pluribus de rebus inita sit societas, quove illa diutius duraverit, eo plura ut sint ejusmodi placita, ipse naturalis rerum ordo efflagitat. Et quid dicemur igitur de populis, sive civitatibus integris, in quibus est perfectus hominum

a *Franc. Baldinus de institutione Historiae universae, & ejus cum Jurisprudentia conjunctione πρόλογομενα libris duobus.*

minum coetus sub eodem supremo regimine, ut illic vitae civilis, juriſque commodis fruantur, congregatus? Hic status, uti res sese habent humanae, quo pacto, non dicam, perennare, sed vel mediocri temporis spatio manere commode poterit, nisi praescripta quaedam habeantur, ad quae reipublicae procuratio, nec non mores, actus, negotia civium debeant componi, regi, exigi? Vnde ceteroquin quid rectum pravumve, honestum aut turpe, permissum vetitumve sit, dignosci ac discerni poterit? Absque illis ubinam firma & valida societatis vitaeque communis vincula comparebunt? Absque illis qua ratione de fortunis non tantummodo, sed & de existimatione, immo ipsa de vita certi ac securi mortales esse poterunt? Non ignoro, memoriae esse proditum [a], jam ab initio rerum suprema gentium nationumque imperia Regibus cessisse: & hos quidem tales fuisse accepimus, qui non populari ambitione, sed spectata inter bonos moderatione ad excelsum illud dignitatis fastigium provecti fuerint. Nullis tunc narrantur populi adstricti fuisse legibus, quarum vicem Regum arbitria suppleverunt. Nec hodieque ejusmodi populos reperiri abnuerim. Addam & illud, si viri perfecte sapientes & similiter justi civitatibus essent praepositi, multi non male prorsus, nec infeliciter posse administrari: adeoque illud longe concedam facilius, talem coetum civitatis nomen mereri, ubi similes optimates rebus praesideant; de quo insignis apud Graecos Orator [b] dubitabat. At quam pauci, quam vix ulli invenientur, qui personam tam gravem rite possint sustinere? Ne hic quidem ex antiquitate aliquis justitiae gloria celebratus sufficeret. Detur vel Modus Dejoces, vel Graecus Aristides; qui si quid secundum illius virtutis regulas egregie inter suos cives gesserint, quaedam saltem jurium legumque praecepta habuerunt, absque quibus aqua ipsis haerere saepissime debuisset, nec scire ipsi potuissent, quam sese in partem verterent. Quid dico de rerum statu legibus carente? an non nunc quoque, in tanta jurium copia atque affluentia, viri sapientissimi, juris cujuscumque scientissimi, usu subactissimi, simul etiam vera justitia, fide, integritate conspicui in controversiis de jure solicite admodum subinde haesitant atque ambigunt: vixque tandem ac ne vix quidem ipsi per omnia sibi possunt satisfacere? nec hoc ob jurium multitudinem ac diversitatem, quibus etiam quandoque res intricari solent: verum quia vel satis clara, vel omnis prorsus legislatoris dispositio deficit, nec naturalis ratio quod quis sequatur suppeditat. Quid vero illic fiet, ubi sola judicantium voluntas in judiciis dominabitur? Et quid si eo accesserit, ut non viri graves, prudentes, incorrupti tribunalibus praesint: sed homines fatui, insulsi, vel impro-

bi

a *Justin. lib.* I. *cap.* I.

b *Dion. Chrysostom. Oration.* XXXVI. *p.* 443.

bi difficile illud & arduum judicandi munus adminiſtrent? Quam malo illic more viveretur! quam in lubrico erunt collocatae, fluctuabunt, vacillabunt res civium! quam miſera, infelix, deploranda illorum erit ſors, qui de cauſis ſuis quid vel ſperent, vel timeant, nihil praeſagire vel conjicere poſſint, ad illos delati, quibus nec adſit ſcientia, nec conſtet conſcientia! cum ne nunc quidem incommoda ejuſmodi ſemper & ubivis poſſint declinari. Illic demum rebus ſuis cives tuto poſſunt confidere, ubi non ex incerto, libero & vago hominum arbitrio res ipſorum pendent: ſed jura regnant, ac vigent leges, ex quarum tenore res privatae ac publicae peragantur, liteſque diſceptentur. Juribus opus eſt, quae uno & eodem ore omnibus promiſcuè & indiſtincte ſua pronuncient dictamina. Haec civitatis quaſi ſunt lumina: his praelucentibus res populi ac ſingulorum inſpiciuntur, ut rectum de illis feratur judicium: haec civitatis quaſi mens, hae optimae conſiliatrices, quibus qui dicto eſt audiens, nihil metuat, cum hominum conſilia erroribus ac periculis ſubinde nos poſſint involvere. Harum vero legum juriúmque ſcientia quid, quaeſo, aliud eſt, quam eorum notitia, quae quaque de re publice ſtatuta, ac juſſa ſint obſervari? An autem non haec ejuſmodi ſunt, ut de illis quando quaeſtio incidit, non de alio, quam de quodam facto ambigatur? adeoque an non eorum, perinde ut aliarum rerum geſtarum, doctrina eſt hiſtorica? Profecto quemadmodum circa ea, de quibus, quid publice expediat, conſultandum eſt, qualia potiſſimum hiſtoriis materiam ſuppeditant, evenire amat, ut nullo primo exſtent exempla aut placida domeſtica: dein pauca exoriantur, quae facem in deliberationibus praeferant, regulamque ſenſim conficiant: haud aliter in juribus obtinet. Illa in civitatum incunabulis non alia erunt, quam quae natura praemonſtrat, nulla civilia: at haec pedetentim conſtituuntur, augentur, emendantur, ſupplentur; alia tota, alia ex parte tolluntur, reſtituuntur: omnia denique eo uſque perducuntur, abſolvuntur, expoliuntur, ut homini eorum perito difficile non ſit de pleriſque, quae emergunt, ſpeciebus quid judicandum vel reſpondendum ſit, invenire & explicare. Maxime vero illud erit proclive, quando varia, innumera, & confuſa jura certum juſtumque ordinem, commodamque diſpoſitionem acceperunt. Abſque hiſce diſciplinam aliquam memoria & mente complecti, eamque feliciter exercere, id eſt ſane perdifficile: ac qui eruditionem ejuſmodi vagam & confuſam tantum adeptus fuerit, fieri vix poteſt, ut non in magna illa rerum plurimarum non bene junctarum ac cohaerentium ſylva vagus oberret, & ipſe a ſe quandoque diſſentiat. Quacumque vero tandem ratione, quocumque ordine Juris tractetur prudentia, primaria tamen ſui parte manet hiſtorica.

Jam vero num aliter cum jure Romano comparatum fuit? nonne ſimili illud ei, quem rudi Minerva deſcripſi, modo ortum, incrementa, conſummationem habuit? Non ego inficias ivero, illud in omnibus ſuis capitibus ac partibus talia

ferme continere, in quibus, si considerentur attentius, sapientia, aequitas, humanitas praeclare eluceant. Si quis tamen id ex sola ratione naturali profluxisse sibi persuaserit, nae ille a veritate aberit longissime. Immo si in ullius gentis jure origo, mutationes, temporumque ac rerum vicissitudines insinges observari mereantur, & jus Quiritium nobis talia satis large suppeditabit. Primo absque jure scripto manu Regia exercita est Jurisdictio [a]: quamquam de ipso imperio ejusque gubernatione jam inde ab initio quaedam constituta fuerint [b]. Latae deinde ad populum ab ipsis Regibus leges, ab auctoribus appellatae Regiae, quas collegit, & in unum volumen contulit Sextus Papirius [c]. Verum quam multae ex illarum optimis per Tarquinii Superbi tyrannidem primo neglectae, dein sublatae [d]: ac, si quae postea illo expulso respiraverant, rursus patriciorum, potentium & factiosorum hominum, opibus & artibus elusae, oppressae, oblitteratae fuerunt [e]? Inde iterum in foro incerta omnia sursum ac deorsum volvi; adeoque in manu esse jus dicentium ac judicantium [f]. Quantum postea induxere novi, aliamque rebus imposuerunt faciem duodecim tabulae, ac Prudentium ad illas interpretatio, forique disputatio [g]? Quantum Praetores, Aediles, aliique Magistratus ac juris custodes, jura adjuvando, supplendo, corrigendo [h]: sed & oblique non pauca, eaque dura, enervando, & tantum non tollendo. Inde ad Caesares per quadringentorum annorum a promulgatis duodecim tabulis curricula nullae admodum magnae, quaeve stragem aliquam insignem in jus usitatum ederent, variationes. At quantum novi non in sola imperii administratione, sed & in jure civili invexit Caesar Augustus; quantum Hadrianus? quantum Constantinus Magnus? quantum Theodosius Magnus ipsiusque posteri? quantum denique Justinianus? Atque hi primarii quidem juris conditores & innovatores fuerunt. Ceteroquin vix quisquam exstitit Imperatorum a Julio Caesare ad Justinianum usque, quingentos & septuaginta per annos, qui vel modico temporis spatio rebus praefuerit, quique non etiam aliquo proprio invento nomen ac memoriam sui ad posteros transmiserit: quos enumerare nihil attinet. Verum an non talium notitia, quocumque tandem adquiratur ordine, est historica? Et an ipsi quidem Imperatores ac Jurisconsulti Romani aliter existimarunt? immo eadem ipsis plane sedit sententia: atque illi ipsi, etiam postquam, elapsis jam multis saeculis, ad supremum Jurisprudentia perveniisset fastigium, in tradendo

a *L. 2. §. 1. & §. 14. D. de origin. jur. Dionys. Halicarnass. Antiquitat. Romanar. lib. IV. cap. 25. & lib. X. cap. 1.*

b *Dionys. Halicarnass. lib. II. cap. 25. & lib. IV. cap. 20.*

c *L. 2 §. 2. D. de origin. jur.*

d *Dionys. Halicarnass. lib. IV. cap. 42. & 43.*

e *Dionys. Halicarnass. lib. X. cap. 1.*

f *L. 2. §. 3. D. de origin. jur.*

g *Dict. l. 2. §. 45. & seqq.*

h *§. 7 Inst. de jur. natural gent. & civil. L. 7. §. 1. D. de justit. & jur.*

dendo jure non aliter nobis praeiverunt, dum, a quibus, qua de causa, qua occasione, nec raro etiam quo anno, mense & die quidque constitutum esset; quo pacto nonnulla prioribus postea accessissent scita, quo res nunc in statu consisteret, & quae inde essent consequentia, distincte ac diligenter enarrarunt. Et quid hoc aliud fuit, quam juris civilis historiam contexere? Vt autem eorum omnium esset intellectus facilior, ex professo, quae sit juris civilis origo, quaeque Magistratuum, qui jura reddunt; quae eorum nomina & officia, nec non qui unoquoque aevo floruerint Prudentes ad Hadrianum usque Imperatorem, in speciali Digestorum titulo[a] perscriptum est. Quod si pari modo de sequenti tempore ad Justinianum usque expositum haberemus, optime studiosorum commodis consultum fuisset. Quin nec in elementis suis alia Caesar Justinianus usus est docendi methodo: sed & ipse multarum nobis rerum fontes atque origines aperuit, quas illius solius indicio novimus[b]: quaeque tamen in interpretando & accommodando ad negotia jure usui egregie veniunt. Quemadmodum, scilicet, verus historiarum fructus non ex sola & nuda rerum gestarum memoria nascitur: nec exempla recta, quae sequamur, vel prava, quae vitemus, undenam desumenda sint, cuilibet perspicuum est; nisi occasiones, causae rationesque ipsi innotuerint; ita absque similibus subsidiis vera ac genuina legum juriumque mens intentio, explicatio & usus facile nos fugiunt: quae omnia, ubi haec adfuerint, rectissime ac commodissime poterimus adsequi.

Sicuti autem multiplex historia tunc recte sibi constat, tunc plena in luce collocatur, tunc legitima dote instructa & ornata est, si non rudem, inconditam & indigestam rerum scitu dignarum congeriem contineat: verum accuratam quoque ipsius, quo quidque evenerit, temporis observaverit, & adjunctam habuerit seriem, ut ita, quaenam eadem tempestate, quaenam diversis acciderint, liceat intelligere; ita non mediocre saepe pondus iis, quae de jure proferuntur, accedet, si quando quidque constitutum sit, demonstretur: quod tanti esse momenti putavit Imperator Constantinus Magnus[c], ut edicta vel constitutiones sine die & Consule auctoritate prorsus carere jusserit: quod tamen postea aliter placuit[d]. Si quis vero ad ipsum Jurisprudentiae culmen contendere decrevit, non parum in eo eveniet auxilii, si quid quavis aetate obtinuerit, quoque se pacto Jurisprudentia in singulis materiis generatim habuerit, calleat: sique qui tunc imperarint Principes, qui floruerint Juris auctores, perspectum habuerit. Atque haec quidem posteriora plerumque hodie in tanti litterarum & rerum antiquarum luce doctioribus non admodum sunt gravia. Quantus vero acce

a *De origine juris, & omnium Magistratuum, & successione Prudentium.*
b *Vid. Cujac. Observation. lib. XI. cap. 38.*
c *L. 1. Cod. Theod. de Constitutionib. Princip. & edict. ubi vid. Jac. Gothofred. commentar.*
d *Constit. Justinian. de nov. Codic. faciend. §. 3.*

det cumulus, ſi quis ex inſcriptione alicujus fragmenti ex vetere Conſulto, aut conſtitutionis, vel ſola, vel aliis adhibitis ſimilibus, occaſionem, qua quid ſcriptum ſit odoratus fuerit? Cui inſtituto promovendo inſervientia plurima, improbo Virorum eximiorum labore effecta, in ſtudioſorum manibus verſantur [a]. Dictu incredibile eſt, quam frequenter juris antiqui monumenta inde planiſſima evadant. Hae claves ſunt, quibus intima quaeque ſubinde referentur. Inde de eorum, quae legimus, ſenſu, vi, poteſtate ſaepe tam certi reddimur, ac ſi nos illa, quae oculis luſtramus, ipſi litteris conſignaremus. Inde etiam aliis talia dilucide poterimus exponere; quod boni fidique interpretis officium eſſe, nemo poteſt diffiteri. Hoc vero filo quaſi Ariadneo deſtitutus, quique nomen aliquod Imperatoris Romani, vel Juriſconſulti audiens, ignotum aliquod piſcis aut edulii vocabulum eſſe arbitretur; quales ſuo aevo advocatos quoſdam fuiſſe teſtatur Ammianus Marcellinus [b] (atque utinam nulli tales noſtra quoque aetate invenirentur!) fieri non poteſt, ut talis aliquis libros Juris Romani evolvens non meris ſaepe in tenebris ac denſiſſima caligine reptare ſeſe exiſtimet: & quid ſcriptor cogitaverit, non multo plus videat, quam ſi homini luminibus capto colores dentur inſpiciendi. Immo qui rerum ordinem & hominum aetates vel ignorant, vel non attendunt, ad exponendos veteres, tam Juris peritos, quam alios, illa ſubinde adducunt, tamquam ipſorum menti obverſata, quae poſt duo, tria, quatuor, quinque demum ab eorum morte ſaecula fuerunt cognita: vel ad noviſſimos ſcriptores ea accommodant, quae antequam illi naſcerentur diuturni temporis oblivione dudum jam ſepulta fuerant & abolita penitus. Et ego alioquin inter illos nomen profiteor, qui exiſtimant, ubivis fere Romanam Juriſprudentiam ex quacumque antiquitatis parte aliquid lucis, decoris, ornamenti poſſe invenire. At in talibus adducendis prudenter procedi, magnamque adhiberi velim cautionem, ne rerum & temporum ſeries offendatur aut perturbetur. Non autem in jure Romano ſolo ſuum cuique rei initium & progreſſum adſignare eſt utile: ſed quid ipſo in foro frequentius, quid uſitatius, quam ut non id ſolummodo exploretur, quaenam quaque de re exſtent Principum Ordinumve ſcita atque decreta; verum etiam quando quidque ſit promulgatum: quid alias plenius, largius, explicatius ſit ſancitum, ubi quid exceptum, reſtrictum, limitatum? Ac ſi, quod toto corde optamus, ita Divinae videatur providentiae, ut plurimis haec Reſpublica ſaeculis perrennet, ſimile quoque quid in jure Friſico copioſe experientur, qui tunc aevum agitabunt, ac nos hodie in Romano animadvertimus. Ea, nempe, rerum humanarum negotiorumque

[a] *Jacobi Labitti & Antonii Auguſtini Indices, Wolfgangii Freymonii Symphonia utriuſque Juris Chronologica Jacobi Gothofredi Fontes quatuor Juris Civilis.*

[b] *Lib.* XXX. *cap.* 4.

que civilium vaga, inconstans & varians est natura, ut nulla unquam lex, nullum jus ita ab omni parte apertum, planum, & absolutum ab hominibus statui queat, ut in omne tempus sufficiat, aut omnes, quae occasione ejus exoriri quandoque possint, controversias clare, plene & indubitate definiat. Quin ne ipsae quidem Divinae leges ita liquide universa explicant, ut nullus quaestionibus etiam innumeris locus relinquatur. Saepe vix perlata erit lex, cum statim emergunt dubia, quae absque interpretatione, aut ex verbis, aut ex sententia, aut argumentis inde eductis dijudicari nequeant. Nec unquam eveniet, ut, ope hac omnino deficiente, judices ac Jurisconsulti subsistere debeant, novaque superioris potestatis opus sit auctoritate, quae quid sequendum sit determinet. Sic postquam lex duodecim tabularum liberrimam de rebus suis legandi, sive statuendi testamento, facultatem patribusfamilias esset largita, ac laude videretur dignissima, ita tamen tulit rerum cursus, ut ipsa illa potestas aliquando in perniciem creditorum, heredum, vel rei etiam publicae verteret. Inde iterum hoc jus diversimode nunc temperatum ac coangustatum, nunc iterum nonnihil auctum ac relaxatum est: & quam multae paucorum verborum caput leges, quasdam etiam plurium capitum, ut ita loquar, peperit? Inde lex Furia, Voconia, Falcidia, Julia & Papia, Fusia Caninia, aliaeque plurimae. Idem in aliis passim licet observare: nec unquam aliter obtinebit, quamdiu quidem perstabit haec rerum compages. Talia qui in tractando jure non attendunt, non possunt non multa conjungere, quae longo admodum intervallo a sese invicem sunt dissita; ac simul necessario in magnas incidere salebras: quas non tantum haud evitarunt antiqui nostri inpoliti ac barbari Doctores, quibus alioquin nec ingenium, nec judicium, nec diligentia defuit: at nec inter recentiores, nitidiores ac tersiores, quique vetustiorum famam & lumina summopere obscurarunt, defuere, qui ad eumdem lapidem offenderint; nec aliter jus civile, antiquum saltem, & praecipue quod in Digestis nobis conservatum est, quandoque considerarint, quam si universa, quae ad illud pertinent, uno eodemque momento fuisset reperta, aucta, perfecta, absolura; vel totum illud corpus, velut ancile aliquod vel Palladium, subito e coelo delapsum fuisset. Non quidem quae his suffragetur, deesse videri potest auctoritas, cum Caesar Justinianus omnia illa, quae in libris jussu ipsius compositis inveniuntur, non alio haberi voluerit loco, quam si eo ipso tempore ab ipso condita fuissent: ac, tamquam talia, in judiciis, foro scholisque plenissimum constitutionum suarum robur obtinere. Atque huic Imperatoris voluntati quis non manus porrigat, illique cedat absque omni ulteriori examine? Sed nec nos quo minus quaecumque illic posita atque approbata sunt, omnino pro jure ac legibus hodieque habeantur, intercedimus; quatenus illis nihil postea est derogatum.

Verum nec aliquid recte inde efficietur contra ea, quae nos de Jurisprudentia Historica, deque temporum distinctione, quando quidque natum, introductum, usitatum fuerit, observanda diximus. Imperator, scilicet, tantum his suis libris vim ac potestatem contulit, eaque illos reverentia voluit haberi, ac si ipse tam quae olim placuissent, quam quae ipsi visum esset constituere, nobis exposuisset. Sed & idem ille Princeps hoc ipsum, quod maxime historiam & tempora illustrare posset, non omitti e re sua & nostra esse credidit, dum nomina non tantum Imperatorum, a quibus, nec non Magistratuum aut privatorum, ad quos emissae essent constitutiones, illis praeponi voluit: sed & locum, annum, mensem diemque passim adjici: ac fragmenta Jurisconsultorum, nomen auctoris, & ex quo libro quidque depromptum esset, praeferre. Ex quibus quantum homo talium gnarus in rem suam possit vertere, nemo, nisi qui periculum fecerit, judicare poterit. Jam vero quatenus quidem non aliud scire cupimus, quam quid illi antiqui, vel principes, vel Juris conditores, de quorum mente ante omnia nobis constare debet, dum quidque scripserint, in animo habuerint, circa factum versatur & haec inspectio: nec ulla Principis constitutio, nulla voluntas, nulla potestas id effectum dabit, ut illi aliud quid senserint aut voluerint, ac ipsi re vera cum scriberent mente agitaverint. Non patitur ejusmodi transformationes rerum & temporum ratio & ordo naturalis: neque etiam id admittit, ut jura illa, quae antequam talia evaderent, qualia sub Justiniano fuerunt, mille ac trecenti excucurrerent anni, quaeque in tanta temporum intercapedine innumerorum praestantissimorum virorum ingenio ac vigiliis fundata, altius sublata, ad fastigium perducta, exasciata sunt, simul semelque in lucem edita fuerint, creverint, adoleverint, consummationemque acceperint: quamvis ut omnia, quae Justinianeis voluminibus concluduntur, maxime quatenus de negotiis civilibus in futurum disponunt, perinde habeantur, ac si tunc universa conjunctim promulgata fuissent, atque ita homines ad parendum obligent, nihil impediat. Quid vero interea erit pulchrius, quid utilius, quid jucundius, quid ad abditum cujusque loci scopum eruendum accommodatius, quam non tantum naturali, facili ac perspicua methodo juris doctrinam hausisse; id quod ego quoque omnino exigo: sed & cum ad aliquid probandum, adstruendum, confirmandum; vel etiam oppugnandum, labefactandum, evertendum proferenda est auctoritas, noviſse Principem, qui illic loquitur, cujus historia quoque non infrequenter aliquid suppeditat, unde constitutionis intellectus reddatur facilior; aut cognitum habere Juris auctorem, qualis is fuerit, quando floruerit, cujus fuerit sectae, (nam nec his ars nostra caruit) qualiaque tunc jura viguerint? Ita una opera & in Jure, & in optimorum scriptorum monumentis multa indagare

dagare licebit praeclara & egregia: simulque perspicere dabitur, quantum historia, antiquitas, & omne humaniorum litterarum genus Juri conferat, ac vicissim inde accipiat auxilii, resque altera alterius ope indigeat. Ad has vero epulas ac delicias illos primario invitatos velim, qui non tunc praeclare secum agi existimabunt, si in inferioribus Juris Doctorum ordinibus possint subsistere: verum qui ad superiora, &, si facultas detur, ad ipsum cacumen adscendere meditantur. Aliis tamen nec sua, quae sufficiant, deerunt diaria. Atque id in universum videor mihi posse affirmare, quo quis illa, quae enarravi, certius, perfectius, accuratius sciverit, ac in numerato habuerit, eo rectius, commodius, clarius vetera, recentiora, & novissima atque usitatissima jura ipsum esse adsecuturum. Praeterea si quid in priscorum responsis ac constitutionibus interpolatum, vel aliunde illis adspersum fuerit, quod is, cujus in fronte nomen conspicitur, vel omnino non, vel non eo saltem modo, scribere potuerit, haec dignoscere; ac quo pacto ex ratione juris posterioris accipienda sint, quae alio sensu veteres litteris mandarant, & quantum horum plerisque tribuendum sit, perspectum habere, talibus praesidiis munito licebit.

Verum jam dudum animadvertere mihi videor, fore, quibus novum, absonum, non ferendum plane videatur, quod Juris studium Historicae disciplinae speciem praecipue continere audiant: quique tantum non indignantes talia mihi oggerant. Quo haec tandem? Tunc ad Historiam Juris scientiam ablegas, ejusque, quam ipse doces, disciplinae dignitatem extenuas, infringis, imminuis? immemorne es, eximium illum ac celebratissimi & olim & hodie nominis Juris conditorem, Domitium Vlpianum in ipso Digestorum limine[a] sublimiori longe loco ipsam collocare, dum docet, Justitiae sacerdotes, qui boni & aequi notitiam profitentur, aequum ab iniquo separant, licitum ab illicito discernunt, bonosque non solum metu poenarum, sed & praemiorum exhortatione efficere cupiunt; tales, inquam, veram & non simulatam Philosophiam affectare? haec vero longissime distat ab Historia. Non dicam, Vlpianum id nequaquam adseverare, sed dubitare, an ita sese res habeat, dum addit, *nisi fallor*: rem enim docebat minime obviam, adeoque, uti veteribus nostris auctoribus in more fuit, suam modeste sententiam protulit, procul ab omni arrogantia, fastu ac supercilio. Noverat, quam saepe nos homines in illis, etiam labamur, in quibus firmissimo nos pede stare nobis persuademus. Non addam, quaestionem hanc, quid sit illud, quo vis & natura Jurisprudentiae continetur, non in jure, sed in facto esse positam; in quo

[a] *L. 1. §. 1. D. de justit. & jur.*

qualibus diversum ab antiquis ex justa & gravi causa sentire nulli esse debeat religio. At certissimum quoque est, quod hic tradidit Vlpianus, hanc, videlicet, quam descripserat, arctam, veram & non simulatam esse Philosophiam, quae non intra sermonem tantum, nudasque rerum contemplationes, vel sophisticam verborum pompam, inanemque in barba baculoque ostentationem consistat: quales non paucos nomine tenus Philosophos quaevis tulerunt saecula: verum talem, quae res ipsas agendas, animos hominum formandos, mores regendos & emendandos, mortales a flagitiis & sceleribus retrahendos, adeoque bonum non civitatis tantum, sed & generis humani procurandum sibi desumat. Quae certe virtutis doctrina, veraque Philosophia merito & recte appellabitur. Quin & longe efficacius animos hominum Jurisprudentia nostra adgreditur, quam sibi soli relicta prudentia moralis: quae rationibus tantum & argumentis vim suam exserit, apud illos, scilicet, qui rationi obtemperare didicerunt. At quam longe apud plurimos in vita civili aliter sese res habet! Armis ac terrore apud illos opus est judiciorum ac legum; suppliciisque, infamiae, damni denunciatione a pravis absterrendi, ac praemiorum promissione ad officium compellendi sunt. Interim tamen extra omnem controversiam haberi debet, apprime in vita utilem ac necessariam, adde & amoenam esse illam Philosophiae partem, quae praeest moribus: atque hanc non Juris tantum auctores in deliciis habuerunt, sed & innumeri ex antiquitate viri inclyti. immo hanc sibi sequendam delegit ille Deorum hominumque judicio sapientissimus Socrates. Haec una cum insigni reipublicae gubernandae peritia ad coelum evexit Solonem, celeberrimum Athenis legum latorem: inde Aristides, Epaminondas aliique in administrandis summis imperiis egregie enituerunt, cum sempiterna sui nominis gloria. Tali Philosophia Romae conspicui fuerunt Cicero, Seneca, & omnium Principum optimus, Marcus Aurelius Antoninus Imperator, ex ipsa re dictus Philosophus. Horum ac similium scientia, cujus vis & usus in ipso rerum actu versatur, verae & non simulatae Philosophiae titulo, proprio quodam jure splendere poterit. Atque huic ipsi Jurisprudentiam accenset Vlpianus. Sed an ille quoque credidit, universam Jurisprudentiam illum in censum venire? Nihil ille tale vel dixit, vel umquam etiam cogitare potuit: at libros Institutionum conditurus, nobilissimum artis elogium ab insigni ejus parte desumptum praemittere, principiumque latè fulgens operi praetexere voluit. Quantopere vero non tam Philosophica, quam quidem Historica scientia in Juris perito requiratur, quo certiori evinci poterit indicio, quam quod ne illud quidem jus gentium, quod de bello agit & pace, quodque, natura ipsa suadente, ac flagitante ita usu & humanis necessitatibus, diversos inter populos receptum est; (Jus gentium

tium voluntarium id indigitare amat Vir Maximus[a]) quod, inquam, ne illud quidem absque Historica notitia, vel ex doctrina, vel usu adquisita, cuiquam pateat? Vtque ad jus civile accedam propius, consideremus, si placet, illa ipsa, circa quae moralis occupatur disciplina, quaeque sui natura honesta, utilia, egregia; vel turpia, damnosa, vitiosa sint, an ubivis pari ratione priora promoventur, curantur, jubentur; posteriora autem coërcentur, expelluntur, amoventur? an ubivis paria & eadem praemia ac supplicia? Et an hic sola naturalis, quamvis optime conformata ratio omnia bene & salubriter in cunctis, quae exoriuntur, speciebus constituet? an haec aequa & in neutram partem inclinante libra illa trutinabit? Et quis haec praestare poterit? quis omnes ita exacte calculos subducet, ut cuncta sibi invicem ad amussim respondeant? Quis ille erit, cujus ex solo nutu talia possint pendere: ita, nimirum, ut interea res civium in tuto & stabili sint collocatae? Nisi hic quoque juris civilis accesserit auxilium, ac multorum specialis descriptio ac definitio, etiam optimis, & omnis boni rectique intelligentissimis viris tenebrae saepiuscule debebunt oboriri. Rursus vero talium jurium notitia nonne erit Historica? Absque hac cui poterit constare, quid & quantopere alicubi habeatur vel bonum, vel malum, ac quo pacto in civitate rector judexve circa illud suis fungi partibus debeat? Non omnia quoque praeclara, honesta, laudabilia statim legum tabulis inclusa comprehenduntur, ac imperantur: nec cuncta, quae prohiberi justissima vellet ratio, statim etiam sanctionibus vetantur. Multis opus est, ut publice quid constituatur: & subinde etiam camarinam non moveri consultius esse creditur. Operae erit pretium illam inspexisse juris civilis portionem, quae de rebus tractat sui natura neque bonis, neque malis. Talia certe plurima ex illis sunt, quibus fora omni die fervent praecipue, medii generis negotia, quaeque tunc justa esse incipiunt vel injusta, quando ita visum est summis potestatibus. In talibus si quis non de voluntate legislatoris ex verbis, sensu, argumentisque idoneis per legitimam interpretationem investiganda laborare, sed ad ratiocinia de justo vel utili statim decurrere voluerit, is extra oleas non raro vagabitur. Atque utinam ita non pro veris, solidis ac firmis, falsa, inania, & juris dispositioni plane adversa interdum venditarentur! Non illic rationes e morali scientia, non verborum flumina, non speciosa disputatio rem expedient. Mera facti & haec ut plurimum est controversia, quid, nempe, jura suggerant. Hoc scire ita ad Jurisconsulti officium pertinet, uti quid deceat, vel ex usu sit, illos noviisse ac respicere maxime oportet, qui non de jure respondere, vel de litibus judicare, sed de jure constituendo vel tollendo deliberare debebunt. Auctoritas itaque, auctoritas, ejusque recta applicatio pauciissimis id totum absol-

a *H. Grotius in libris de jure belli ac pacis.*

vere non raro poterit, quod dissertatio quamcumlibet prolixa & operosa intricaret magis, quam explicaret. Absque Historica legum morumque cognitione vel ipsum da mihi Socratem, aut illo sapientiorem, si de jure civili suam proferre velit sententiam, ne id quidem poterit evitare, ne novis Justinianeis ludibrium debeat: ac tale quid ipsi facile evenier, quale alia in re contigisse memoratur a Alexandro Magno: qui aliquando apud Apellem, picturem in tota antiquitate celebratissimum, in officina de arte pingendi inperite differens comiter ab illo dicitur esse monitus, ut potius fileret, quia a pueris colores terentibus videbatur. Quoties homines minime insipientes, diserti bonique perperam omnino de juris quaestis facillimis judicarunt, aut anxie & misere dubitarunt de illis, quae mediocri Themidis alumno ne quidem ut in consilium eatur, mereri videantur? Tali Historica cognitione non inbutus ne in republica quidem Platonis justum & injustum noverit. Et is ipse etiam Philosophus leges civitati suae diligenter descripsit. Quam vero longe diversa agant qui Juris operantur prudentiae, & qui Philosophiae navant operam, quam longe discrepantia sint utriusque disciplinae fundamenta, quamque parum rationis solius lumen sine Historica eorum, quae publice constituta sunt, scientia aequum & iniquum in quaque civitate possit ostendere, ut luce meridiana clarius pateat, nonnulla ex illis, quae quotidie in vita usui veniunt, libet percurrere. Si quis igitur interroget hominem sapientem quidem atque eruditum, at juris civilis, quod illo in loco viget, ignarum, an quis rei suae in alium transferre possit dominium; facile id ille quidem affirmaverit. Et fieri tamen poterit, ut illic versemur, ubi vel personarum, vel rei conditio, vel aliud aliquid alienationem inhibeat: id quod ratio sola nemini poterit indicare: nec etiam talia omnium sunt locorum ac temporum. Si porro rogetur, an ad illud perficiendum privatorum sufficiat consensus, an accedere debeat traditio, an publica etiam requiratur auctoritas, qua ille ingenii vi id expiscari poterit? quamvis, si quis ea, quae inter cives facile accidere possunt, penitius introspiciat, non difficulter quoque intellecturus sit, non inconsultum esse, ut actu etiam aliquo voluntas declaretur: & ad praecavendas fraudes, ac clandestinas in aliorum detrimentum machinationes, publicam quoque auctoritatem interdum adhiberi longe esse salubrius. Et prius quidem plerumque exigunt; quod ad posterius vero nihil tale desiderant illi ipsi praeclari juris architecti Romani, cum hodie in immobilibus tradendis id passim observetur, ut judex interveniat. Quam igitur parum tuto rationi hic fides habebitur? Dicat & idem ille sapiens, an de bonis meis testamentum vel ultimam voluntatem mihi liceat ordinare? Respondebit ille forsan, omnino; nonne enim naturali aequitati convenientissimum est, ut ego de meis pro meo arbitratu queam statuere, tam

a *Plin. Natural. Histor. lib.* XXXV *cap.* 10.

tam dum vivo, quam in casum, quo aliquid mihi accidat humanitus? Verum an satis firmo hic nitemur talo? Non ego inficias ivero, naturam tale quid permittere: non tamen illud immotae & perpetuae est necessitatis: ac non pauci olim fuere populi, qui testamenti factione penitus caruerint, veluti Germani [a]: nec hodieque ubivis apud moratiores nationes illa pari modo conceditur. Illic itaque, ubi quisque vivit, ut sciat, quid liceat vel prohibeatur, explorandum ipsi erit, quid suprema potestas decreverit: interdum quoque quid illic obtineat, ubi bona quis possidet immobilia. Id vero saepe de trivio homines melius ex auditu cognitum habebunt, quam vel sapientissimus quisque per se intelligeret. Quid si jam de modo & forma testamenti condendi dubitetur? tantum abest, ut absque adventitia cognitione naturalis ratio manu quem possit ducere, ut nonnulla quoque observanda veniant, quae qua de causa antiquitus instituta fuerint, ne nunc quidem constet inter eruditissimos. Quid dicam de successione ab intestato? quam multiplex & immanis hic singulis in locis reperitur varietas? Vel ex solis differentibus hac de re inter Christianas gentes placidis ac moribus liber posset colligi, nec is mole admodum exiguus. Quid de contractibus, usuris, nuptiis, primis secundisque, de jure conjugum, tutelis, adquirendi causis ac modis? quid de judiciario ordine? an non peritia ubivis opus erit Historica eorum, quae publice praescripta sunt? Atque hanc quo quisque majorem in rebus Divinis humanisque sibi adeptus fuerit, eo major ipsi de justo injustoque pronunciandi & respondendi suppetet copia. Quanto igitur a Philosophia intervallo diffita est nostra agendi ratio? Adde, quod apud Philosophos quod semel verum fuit, verum esse numquam desinat: in jure civili quae nuper certa, justa, usitata, in pretio habita fuerant, post breve interdum tempus, alia lege lata, incerta, injusta, abolita, ac nullius ponderis esse incipiant, antiquisque accenseantur fabulis. Et haec ipsa quoque sapienter saepe fiunt, ac suadente publica & privatorum utilitate.

Nolim tamen haec eum in sensum a quoquam accipi, quasi de eximia illa scientia, quae Divinarum rerum atque humanarum naturam, quantum mortalium infirmitati concessum est, perscrutatur, quidquam velim detrahere. Dignissima videtur haec etiam materia, in qua mens sese generosa, ac supra vulgarem sortem elata exerceat: & ad quam praeclaros quosdam viros honestissimus abripuit impetus. At morali praecipue & Politicae disciplinae Juris studioso incumbendum est. Harum usus illa in arte est varius & insignis: harum ope plurimorum jurium erui poterunt rationes: hinc vera eorum mens, hinc genuinus usus percipietur, atque eorumdem ad res apte accommodandi

a *Tacit. de morib. Germanor. cap. 20.*
b *Vid. Ant. Matthaei Paroem. v. n. 7. & 12.*

modandi ars non parum adjumenti accipiet. Immo si quis me audiat, is velim quoque ut humaniorum litterarum ac Musarum sacris initiatus, & postquam aliquid de Matheſi delibavit, ita ad Juris studia accedat. Prius ingenium expoliet, atque ut verba & mores veterum, quorum volvendâ nobis sunt monumenta, melius percipiantur, praestare poterit. Posterius id dabit, quod maximi in quibuslibet liberalibus disciplinis est momenti, ut rectae demonstrationis naturam, fidem, vim ac potestatem, justumque in veri indagine ordinem tenere possimus: nec ita facile ad perversum illum & noxium docendi discendique praecipites trahamur morem, ut incognita pro cognitis arripiamus, ac pro certis & indubitatis obtrudi nobis illa patiamur, pro quibus, si ad lucem inspiciantur, & ad obryzam exigantur, nihil inveniantur, quo fulta sint, praeter singulorum, nec quandoque magnorum virorum, vel paucorum, vel plurium, vel communis etiam opinionis auctoritatem. Et talia tamen pro arbitrio nonnumquam praesumimus, non tam an vera sint, quam an defendi queant, laborantes: idque etiam hactenus, donec de veritate nobis contraria eo usque convincamur, ut ne cavillationi quidem; quae tamen, si quis ita sese comparet, nec candide verum sectetur, ejusque solius studio ducatur, inventu plerumque non est difficilis, vel rimula pateat. Isto etiam modo in controversiam vocari, negari, oppugnari talia videas, quae & sunt, & esse debent evidentissima: quidvis fieri e quovis: & ubi quis argumentis constrictus tenetur, ad distinctiones aliquas fictas & mere commentitias decurri, quibus clarissima quaeque & indubitata eludi videantur. Verum haecne erit apposita, tuta, & ad rectum inveniendum accommodata ratio? Non magis, hercule, credo, quam si quis judex, audita obiter altera tantum parte, secundum illam litem dare voluerit. Eveniet dubio procul, ut talis casu verum pronunciet: sed an veri investigandi, hoc est, suo satisfecerit officio, alia erit quaestio. Non negaverim quidem, in disputando haud aliter posse rem expediri, atque hoc pacto praeclare juvenum ingenia exerceri, iisque veri reperiundi occasionem suppeditari. Interim nec illud sine exemplo est, ut multum altercando veritas elabatur, obscuretur, amittatur. Longe etiam diversa sunt haec, aliquid posse defendere, & verum ipsum tenere. Illud acris, velocisque ingenii, volubilis linguae, & usu exercitato homini, si opiniones non plane sint absurdae, plerumque non admodum est operosum: at hoc saepe vix illis, qui omnem lapidem movent, omnique ope, studio, industria huic uni incumbunt, licet deprehendere. Si quis autem mente praeconceptis opinionibus onerata, ac jam inde ab initio, absque ullo praevio examine, in alteram partem proniore ad capiendas disciplinas accesserit, atque ita tractare controversias velit, saepe ille quidem fortuito in verum incidet: at ut illud non multum ex falso admixtum habeat,

ar, id omnino ipſi erit inevitabile. Nihil etiam eſt, quod mihi quis regerat, in ipſis judiciis, hoc eſt, veri, recti juſtique ſedibus, non aliter negotia confici: cum illic favorem eſſe rei, ſive ejus, unde petitur, ut, quamdiu actor vel accuſator jus ſuum vel crimen non dilucide demonſtraverit, ille in poſſeſſione maneat, nihilque vel pati debeat, vel facere aut praeſtare. Ita, videlicet, publica utilitas ac ſingulorum ſecuritas exigit: valdeque aliter res humanae in ancipiti conſiſterent. Illic aliquid novi petitur, ac de inſtituenda aliqua mutatione contenditur. Illic de ſalute, ſpiritu, fama, ac re domeſtica litigatur. Illic igitur ordo obſervandus eſt iſtiusmodi, ut quoad uſque intentionem ſuam petitor impleverit, nihil innovetur, reſque in eo, quo nunc eſt, ſtatu relinquatur. Inde quidquid iſtoc pacto judici demonſtratum eſt, id eſſe vix poteſt, quin veritate nitatur. An vero ſtatim illud, quod non ita quavis ex parte oſtendi queat, verum ideo eſſe prorſus deſinit? ſaltem an non longe eſſe poterit verius, quam iſtud, quod omni probationis robore plane deſtituitur? Quin in ipſis quoque judiciis non numquam accidet, ut illos abſolvere judices cogantur, ita volente judiciorum ratione, quos plane inſontes eſſe, vel juſta rerum poſſeſſione gaudere, nihilve debere, ne ipſi quidem bona fide ſibi perſuadeant. Vbi autem de ſola veri inquiſitione agitur, non hic ab una parte ut plus ſit favoris, publica, non privata ſalus flagitat: adeoque nec rationis hic eſt, ut quis ſtatim rei partes ſibi tribuat, adverſario actoris; ſive, ut opinio aliqua in veritatis quaſi poſſeſſione conſtituta eſſe credatur; niſi aliquid, quo firmata ſit ac munita, appareat. Hic de univerſis, quae non plane ſunt perſpicua, dubitare licitum eſt ac laudabile: immo dubitatio ſecundum excellentiſſimos ſapientiae magiſtros ſciendi eſt principium: hi nervi atque artus ſunt prudentiae & bonae mentis, non temere alicui opinioni ſubſcribere: verum ut primum aliquam judicandi adepti ſimus facultatem, omnia, quae audimus, diſcimus, leginus, ad examen, & illud quidem ſerium revocare: ac in Juriſprudentia civili ad eas, quae proferuntur, auctoritates ſevera lege expandere ac trutinare. Dici non poteſt, quam multis occurramus allegationibus, quae ad lapidem, ut ita dicam, Lydium admotae alium longe, ac ante videbatur, ſenſum exhibeant, nihilque minus evincant, quam id ipſum, quod magna cum aſſeveratione inde aſſeritur. quin nec fine exemplo eſt, ut aliquo ex loco aliud, & contrarium plane ei, quod inde colligitur, & pro indubitato habetur, debeat concludi. Id omnino nobis curandum eſt, ut, tamquam legitimi ſtudioſi, nihil credamus pulchrius, nihil amoenius, nihil liberali ingenio dignius, quam aſſiduum, intenſum & ardens vera diſcendi, ac falſa di diſcendi deſiderium. Procul hinc omnes abſint, qui turpe exiſtimant & indecorum, quae ante ignoraverint, tandem noviſſe, vel quae antea perperam intellexerint, cum melioribus ſententiis commutare. Id vero praecipue eſt agendum, ut aliquid apprehendamus certum atque inconcuſſum, in quo

pedem liceat figere: adeoque circumſpiciamus, quid quaque de materia, tam generaliter, quam de ſingulis ſpeciatim quaeſtionibus definitum ſit, quidque, recta interpretatione adhibita, ex verbis, mente, conſequentibus ulterius poſſit elici. Hic ſubſiſtendum erit, donec vel recentior, vel ſpecialior auctoritas, cui antiquior & generalior debet cedere, aliud jubeat. Ac ſi quis hic quoque philoſophari velit, non abſque ingenti fructu ac voluptate interdum inſpicere poterit, quid juris naturalis ſimplicitas praecipiat: quam doctrinae partem avorum, patrum & noſtra memoria Viri inſignes & praeclari luculenter excoluerunt: & ſi quis etiam tali contemplatione delectetur, inveniet hic quoque qui ipſius deſideriis velit inſervire. Id vero ante oculos maxime eſt habendum, quod jus civile a ratione naturali immane quantum discrepet, eique modo detrahat, modo aliquid ſuperaddat. Quin nec illa deerunt, quae ipſius juris civilis regulis adverſa ob utilitatem, aequitatem, humanitatem introducta fuerint: qualia fruſtra oppugnabuntur argumentis, cum his poteſtas ſumma praevaleat: qualia vero recte intelligere Hiſtoricae ſane eſt cognitionis.

Ex hiſce univerſis, ut in viam revertar, unde deflexeram, quantum a Philoſophia diſtet Juriſprudentia, & quid tamen illa habeat, quod in rem Juriſconſulti poſſit cedere, apertiſſime, ut puto, liquebit. Si quis autem nobiliſſimae artis noſtrae dignitati aliquid decedere exiſtimat ex eo, quod potiorem ejus partem non in Philoſophica ratiocinatione, ſed in Hiſtorica ſcientia conſtitutam eſſe audiat, quaſi parum ei eſſet honorificum, quod ita ſimul detrahatur ei titulus & nomen ſapientiae, cujus non amorem ſolum profitetur Philoſophia, ſed rem quoque ipſam pollicetur; quis vero non ſapientiae cupidine corripiatur & inflammetur? quas non habet illa Veneres, & quos non blandiſſima illa Siren ad ſe allicit? Si quem, inquam haec male habeant, non reſpondebo, illis, qui veritati ſacramento dixerunt, non tam id curae habendum eſſe, ut ſplendida, honorifica, gloriosa, jucunda affectent, quam quid res ipſae contineant, ſcrupuloſe & rigide exquirant: nec quidquam magis bonae menti eſſe inimicum aut adverſarium, nullum majus profectuum in diſciplinis impedimentum, quam ut noſtris commodis, noſtra gloria, noſtra voluptate verum metiamur. Verum enimvero an non Hiſtorias rite callere, illiſque ad recte judicandum de iis, quae prae manibus ſunt, negotiis dextre poſſe uti pars eſt ſapientiae? ac ſi Juriſprudentia ſapientiae, & quidem civilis, uti alicubi illam quoque appellat Vlpianus [a], titulum tueri nequeat, ideo, quia in Hiſtorica maxime ſcientia occupatur, convertamus, ſi placet, oculos ad ipſam rerum Divinarum & ſacrarum cognitionem, Theologiam: immo Theologiam, quo pacto illa

[a] *L. 1. §. 5. D. de extraordinar. cognitionib.*

illa sapientiae sese nomine efferet; quod tamen nemo non iniquissimus rerum aestimator illi ausit denegare? An non primaria ejus capita, quibus maximae res, & gravissima innituntur dogmata, ab humanis sensibus & ratiociniis remota in factis, rebusque gestis ab orbe terrarum condito, in variis Ecclesiae constitutionibus, regimine, legibus, praeceptis, ritibus, mysteriorum ac rerum futurarum revelatione consistunt? An non quae de horum principiis, incrementis, impletione traduntur potissimum sunt Historica? immo an non & illa ipsa quaestio, quid quaque de re, quali modo, & quo usque revelatum sit, ejusdem est naturae? Et quid nos ergo miramur, quid indignamur, si cum Theologia ars nostra paria faciat?

Atque ita tandem, quantum ad rem praesentem sufficere videtur, Auditores, fidem ejus, quod proposui, abundantissime Vobis feciisse me arbitror, Jurisprudentiam principali sui parte non in ratiociniis, vel de bono aequoque disquisitionibus ac meditationibus, verum in Historica eorum, quae publice sancita, vel etiam interpretando inducta sunt, cognitione consistere. In quibus sane addiscendis animoque comprehendendis diligentia ac memoria familiam quidem ducunt: at non aliter vim ritc suam exserent, nec recte illis data occasione utendi peritia accedet, nisi sano, exacto, distinctoque judicio, quo universa subigantur, suisque locis accommodentur, adjuta fuerint. His praesidiis qui satis est instructus, in ipsa aliquando Themidis secreta penetrare poterit. Viam, qua ad rerum in vita civili utilissimarum adquirendam scientiam perveniatur, capessere si velit, (& cur non velle debebit?) eligere poterit securam, elegantem, nitidam, amoenam, per puram, & a sordibus, faecibus maculisque purgatam doctrinam. Ac si quem ejus quoque rei trahit cupiditas, per floridissima optimorum scriptorum vireta obambulare poterit suavissime. Ipsos civilis prudentiae fontes ac scaturigines uberrimas ac limpidissimas adibit: inde inventa & praecepta haurire licebit praestantissima ac saluberrima. Eadem opera & illud lucidissime apparebit, quam praeclare plurima inter sese cohaereant, quae plane a se invicem distare possint videri: quantum ubique in jure constituendo, excolendo, explicando, applicando effulgeat sapientiae, quantum justitiae, quantum aequitatis, quantum honestatis; nec non quanti illi debuerint fuisse Viri, qui res adeo diffusas ac multiplices, adeo graves atque arduas tam distincte, tam accurate, tam commode, adde & nitide ornateque in lucem protulerint. Nec horum pleraque nodis vel aenigmatibus a censeri poterunt. Agunt de illis, quae spectant homines illorumque negotia: de illis quaedam constituerunt homines, rationibus moti ex quotidiana & communi hominum vita desumptis: qualia infinitis modis proclivius est pervestigare, quam Dei vel naturae arcana. Vbi vero ita quis ea,

quae

quae Romani nobis juris ſcita reliquerunt, pernoverit, pronus ad illa, quae poſterioribus & noſtris temporibus inventa ſunt, aditus patebit. Atque hic ſimili quoque via erit incedendum. Id tamen omnino evitandum, quod non difficulter quis ſic, ut dixi, formatus plerumque praecavere poterit, ne quae ex jure Romano hodieque eſſe poſſint uſui, velut dudum antiquata & oblivioni tradita, negligat; aut contra, quae illic, poſtquam jam olim improbata eſſent, ac inuſitata, compilatorum tamen incogitantia ac feſtinatione relicta ſuperſunt, vel alioquin a temporum diſciplina abhorrent, tamquam recepta ac noviſſime confirmata, producat. Si autem quis ea, qua deſcripſi, ratione jura animo & memoria fuerit univerſa complexus, illi ego locum in Juriſprudentia principem lubens attribuam: nec illum etiam aliter adeptus eſt Vir ille ac Heros incomparabilis, & praecipuus juris Quiritium antiſtes, vindex & aſſertor, Jacobus Cujacius; qui ipſe quoque conſummatum Juriſconſultum non diſſimilibus coloribus depingit[a]. Habuit ille ante ſeſe qui iter ad artis noſtrae culmen eleganter exornaverat, magnum illum Gulielmum Budaeum; quique porro illud non tantum expolierant, ſed & egregie munierant, non paucos: quos inter eminuere Andreas Alciatus, Vdalricus Zaſius, & gentis hujus Friſicae inſigne decus atque ornamentum, Viglius Zuichemus ab Aytta: quem eodem elogio, quo ſapientiſſimum apud Graecos Poëtam Euripidem Cicero[b], cohoneſtare non eſt dedignatus ille ipſe laudatiſſimus Cujacius[c], ſingulos ipſius verſus ſingula eſſe teſtimonia. Horum illo Cujacius veſtigiis inſiſtens, linguarum, antiquitatum & hiſtoriarum lautiſſima inſtructus ſupellectile, optimorumque in omni diſciplinae genere ſcriptorum veterum ſtudioſiſſima lectione, ac pertinaci praeſtantiſſimorum, qui illic latebant, theſaurorum veluti effoſſione univerſam hac eadem ratione Juriſprudentiam illuſtrare aggreſſus eſt, non Romanam ſolam, cujus nihil reliquit intactum, verum jus quoque Feudale, & Canonicum: ac de ipſis etiam patriae ſuae conſuetudinibus idem aliquando conſilium agitavit[d]. Illaque univerſa tali modo effecta dedit, ut eadem opera nullum non genus ſcriptorum adjuvaret, exponeret, emendaret. Is quoque cuilibet rei ſua propria adſignavit principia, ſingulaſque jurium ſpecies accurate diſtinxit & ſeparavit, ab illorum inſtituto alieniſſimus, qui non tantum juris Romani genera, civile, Praetorium, & conſtitutiones; quae tamen in juris noſtri voluminibus & ab antiquis Prudentibus, & ab Imperatoribus, etiam ab ipſo Juſtiniano ubique exacte diſtinguuntur: verum Feudale quoque, Canonicum & hodier-

num,

a *Epiſtol. dedicator. Paratitlor. Codic.*

b *Epiſtol. ad Familiar. lib.* XVI. *epiſt.* 2.

c *Recitationib. ad l.* 14. *D. de inofficioſ. teſtament.*

d *Commentar. ad rubr. C. de agricol. cenſit. & colon. lib.* XI.

Digitized by Google

num, inter ſeſe plane commiſcent, non diſpari modo, ac ſi quis multos, bonos quidem ſingulos & ſalubres, ſed diverſiſſimae qualitatis cibos, dulces, amaros, ſalſos, acidos, duros, molles, eadem in olla ſimul coqueret, & eadem in patina eodem jure perfuſos apponeret: vel ſi quis pictor in eadem tabula plurima plane diverſa ac pugnantia copularet, talemque exhiberet picturam, qualem deſcribit, & ſalſe deridet Horatius [a]. Verum utinam riſu & joco digna res eſſet ſolummodo! at non alia aptior ſimul eſt ad inducendas ingentes confuſiones, in animis praeſertim juvenum; qui dum omnium ſeſe jurium putant intelligere principia, nullius tamen rite ſeparatim fundamenta percipiunt. Ab hac deformi nominum & rerum perturbatione quod his in locis liberatas ferme videamus Academias, Viris illis eximiis, aliiſque ſimilibus debetur; veluti Franciſco Duareno, Franciſco Hotmano, Hugoni Donello, Antonio Fabro. Atque haec quidem praecipue foecundiſſimae illi ingeniorum nutrici Galliae laus proprio quodam jure competit; ubi avorum quoque memoria floruerunt praeter alios Viri in quovis Juris atque antiquitatis ſtudio excellentiſſimi, Janus a Coſta, & Jacobus Gothofredus. Prior praeter late diffuſam eruditionem acri & ſublimi judicio vix ulli inferior: poſterior in omni quoque litterarum genere verſatiſſimus, ac ſubtilitate plane mirabili, longe plura elucubravit, vulgoque longe eſt celebrior. Venit etiam nunc pridem in hujus gloriae poſſeſſionem noſtra Belgica: Viroſque praeclaros protulit, atque etiam nunc alit, qui tantos duces ſtrenue ſecuti ad famae immortalitatem aditum ſibi paraverint. Et nos adjuvandis illorum, qui ad majora adſpirant, conatibus conferri nonnihil poſſe credidimus, ſi, quod maxime prioribus facem accendit, quodque hodie quidem a multis ſpernitur ac rejicitur; verum a non paucis e diverſo ſummopere eflagitatur, Juriſprudentiae priſcae reliquias, & exiguas ingenti ex naufragio tabulas, tam Viſigothorum in Gallia, quam aliorum beneficio extra jus Juſtinianeum ac Codicem Theodoſianum eique additas Novellas nobis ſuperſtites iterum Studioſorum uſibus exponeremus. Ab oblivione illas Viri inſignes vindicarunt; quorum exemplum imitari non tantum laudabile eſſe exiſtimavimus: at illas praeterea, quo deſiderabiliores evadant, pluresque alliciant, qui ſibi ipſas conciliatas expetant, luculenta, tam ex aliorum copiis, quam profectitia quoque dote locupletabimus. Harum ope plurima recte ab aliis tradita & expoſita propius contemplari, plenius intelligere, priorumque repertis aliquid ſuperaddere interdum quis poterit. Et quamvis illis potiſſimum, qui foro ſeſe praeparant, alia poſtea agenda incumbant, ac Juriſconſultis recentiſſima quaeque commendatiſſima eſſe debeant; hinc tamen etiam pluribus, quae ipſo uſu vigent, multum claritatis poſſe circumfundi, re ipſa experientur.

a *De art. Poëtic. princip.*

Inde de multis longe reddentur certiores ac securiores; illaque copiosius, distinctius, firmius discent adstruere. Quin etiam in ipso rerum actu prisca hodiernis componendo, illa quoque, quae a nostra aetate remotissima videntur, aliquando tamen & nunc sui curiosos utiliter posse erudire, ex ipsis rerum argumentis abundantissime constabit. Praecipue tamen incumbendum erit gnaviter materiis usitationibus: atque his cognitis, si dein accesserit usus ac exercitatio forensis, fieri non poterit, quin ita viri multi gnavi, egregii, & patriae regimini, judiciis, foro, Academiae utilissime, & ad ornandas eas, quae cuique in Republica obvenerint, partes aptissime exoriantur.

DIXI.

VARIÆ

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES IN CAJO.

S. notat editionem Sichardi Basileensem anni cIↃ IↃ XXVIII. L. Lugdunensem cIↃ IↃ LXVI. P. Parisiensem cIↃ IↃ LXXXVI. G. Genevensem, sive quae Aureliae Allobrogum prodiit eodem anno. Atque istae omnes haec Fragmenta exhibent ad Calcem Codicis Theodosiani. Pac. indicat editionem Jul. Pacii, qui Cajum subjecit Institutionibus Justiniani. Al. editionem Hier. Alexandri. Oiz. Jac. Oizelii.

LIBRO I.

TIT. I.

Pr. L*ibertorum)* S. in margine *libertatum.*
§. 1. *His)* Edd. vett. *biis*, & sic alibi.
§. 4. *Libertorum)* S. *libertatum:* in marg. *libertorum.*
Beneficium) S. in marg. *ordinis beneficio.*
§. 5. *Aliquis)* S. *aliqui:* dein, *habeant*, & *voluerint.*
§. 7. *Quamlibet*] Lugd. cIↃ IↃ LIX. *si quilibet.*

TIT. II.

Pr. *Qui quatuor*] S *siquatuor.*
Quindecim, sedecim) S. *decem & quinque, decem sex.*
§. 2. *Certum)* S. L. G. in marg. *decretum.*
Vel ancillas) S. *& anc.* sed pro *&* in marg. *vel.*
Prior) S. in marg. *primus.*
Non possit) S. omisit *non.*
§. 3. *Noluerit)* S. *voluerit.*
Constitutum) S. in marg. *comprehensum.*
§. 4. *Incolumis)* S. *in coloniis.*

TIT. III.

§. 1. *Iis)* S. *hiis*, in marg. *is.*

TIT. IV.

§. 1. *Etsi)* S. *si.*
§. 6. *Matrimonium)* S. *matrimonio.*
§. 8. *Quod si)* S. *quia si:* & cum prioribus hæc conjunxit.
Quamlibet matrem) S. *licet uxorem:* & in marg. *matrem.*

TIT. V.

Pr. *Generaverit)* S. & Pac. *genera-vit.*
§. 2. *Patribus)* S. *fratribus:* sed in marg. *patribus.*
Ex se) P. *a se.*
§. 3. *Habere possunt)* S. *habere tamen possunt.*

TIT. VI.

Pr. *Qui in*] Pro *qui* S. in marg. *si. In ejus)* S. *qui in ejus.*
Efficitur) S. *efficiuntur.*
§. 1. *Cognoscitur)* S. *agnoscitur.*
§. 2. *Sed)* S. in marg. *quod.*
Et in filios recipis potestatem) S. *& fil. vet. in pot.*
§. 3. *Mancipatio autem)* S. *emancipatio autem.*
Exeant) S. *exeunt.*

TIT. VII.

Curationibus) S. Oiz. *curatoribus.*

IN LIBRO II.

TIT. I.

§. 1. *Vel ea patrimonia)* S. *ac patrimonia.*
Substantia) S. *substantia.*
Antiqui) S. *antiquitus.*
In nullius bonis sunt) S. *in nullius bonis esse videntur.*
An legitimus) Ead. ed. *aut legitimus.*
§. 2. *Diversis)* Ead. *de diversis.*
Et luminum) Ead. in marg. pro *&* habet *aut.*
§. 3. *Ut si quis in solo)* P. *id est, ut si quis in solo.*
§. 4. *Solo)* S. in marg. *loco.*
Cedat) P. *cedit.*
Quod & de) Ita S. in marg. in contextu, *quod de.*
Vel argenteis) S. *aut argenteis.*
De tabula) S. *de tabellis:* & mox *tabella.*
Observatur) Ead. ed. *observetur.*
§. 7. *Quia)* Ead. sic in marg. sed in contextu, *ita ut.*
Id patribus) Ead. *Idem parentibus:* & pro *idem* in marg. *id.*

TIT. II.

§. 1. *Statutum)* S. *institutum.*
Et alieno) Ead. ed. in marg. *sed alieno.*

TIT. III.

Pr. *Filium)* S. *filium suum.* P. *filios.*
§. 2. *Habeantur)* Lugd. cIↃ IↃ LIX. *haberentur.*
§. 5. *Si aliquis)* Al. *ut si aliquis.*
§. 6. *Aut nepotes)* S. *ac nepotes.*

TIT. IV.

§. 2. *Donis)* Lugd. cIↃ IↃ LIX. *bonis.*
§. 3. *Etsi)* S. *&.*
Restituat) S. addit *vindicationis.*

TIT. V.

§. 1. *Præsumit)* S. *præsumat.*
§. 2. *Et necesse)* Ead. ed. *& si necesse.*
In pretio) Ead. *in pretium.*
§. 3. *Legato dimitti)* Ead. *in legato dimitti.*
§. 4. *Inter)* Ead. *Et inter.*
Sive damnationis) Ead. *sive & damnationis.*
Fuerit) Ead. addit *omnibus.*
§. 5. *Integra)* Ead. in marg. *in integrum.*
§. 6. *Sibi habere)* Ita ead. ad marg. sed in contextu, *eam habere.*

TIT. VII.

Pr. *Ad alium)* S. in marg. *ab alio.*
Jussus) S. in marg. *scriptus.* L. in marg. *scriptum.*
§. 1. *Possunt)* S *potest.*
§. 4. 5. *Et non solum &c.)* In P. hæc turbata sunt ita. *Et n. s. propria, aut leg. aut cuj. extr. ne leg. cui per test. res a test. p. fid. dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam id, quod consequitur, reddere tenentur.*

§. 7. *Vel legatarii*) S. & *legatarii*: ac pro & in marg. *vel.*
Sed ſi illum) Ead. ed. *Quod ſi illum.*
§. 8. *Poterit*) S. & P. non habent.
Fideicommiſſum vero) S. *per fid. vero.*
Per codicillos nemo) Ead. edit. *per codicillum nemo.*
Alii teſtam) Ead. *alii eam teſtam.*
Mortuus fuerit) Ead. *mortuus fuero.*

TIT. VIII.

Pr. *Neptis*) S. *vel neptis.*
Ac adoptiva) Ead. ed. *hoc eſt, adoptiva.*
Habeat) Ead. addit *conſtitutum.*
§. 1 *Poſtumi*) Ead. & *poſthumi.*
Qui, ſi) Ead. *quaſi.*
§. 2. *Moritur* Ead. *moriatur.*
Et ex alio) Ead. *aut ex alio.*
Neptesve filii vel nepotes) Ead. *neptes, ſive filii nepotes.*
Patri) Ead. *patre.*
Vel filia) Ead. *ac filia.* Lugd. ela lo i. IX. *filia.*
Suas partes) Ead. addit *accipiunt.*
§. 3. *Heredes ſui*) Oiz. *ſui heredes.*
Conjunctii) S. *conjunctim.*
§. 6. *Solus ſuccedit*) Ead. ed. *ſolus ſuccedat*: & mox *ſuccedant.*

TIT. IX.

Pr. *Singula*) S. *ſingula.*
§. 1. *Menſura*) Ead. ed. & *menſura.*
Numeri, vel menſura) Ead. *numerata, vel menſurata.*
§. 2. *Tradit, interroget*) Ead. *tradit, interrogetur.*
Fide tua Ead. *fidem tuam.*
Fide mea Ead. *fidem meam.*
Hac conditione) Ead. *in hac cond.*
Non ſolum ille) Oiz. omiſit *ille.*
Obligatur) Al. *obligantur.*
An fidejuſſorem) Oiz. *aut fid.* S. addit *abſolvi.*
Debitorem) S. in marg. *fidejuſſorem.*
Fidejuſſorem) Ead. in marg. *debitorem.*
Si vero fidejuſſorem...abſolvit) Eadem hæc non habet.
§. 3. *Perſona nulla*) S. pro *nulla* in marg. *ſine ulla.*
Diſſione dotis) Ead. ed. *conditione dot.* & in marg. *dictionem dotis legitime obtinere.*
§. 4. *Tenentur*) P. *retinentur.*
§. 7. *Inutilis*) S. & *inutilis.*
Dari) Ead. ed. *dare.*
Heres creditori tenetur obnoxius) Ead. *heredes creditori tenentur obnoxii.*
§. 8. *Dare*) Ead. *hæc dare.*
§. 15. *Conſentientes*) Al. *conventientes.*
§. 18 *Agi mandamus*) S. pro *mandemus* in marg. *volumus.*

TIT. X.

§. 2. *Cujuscumque*) P. *cum cujuſcunque.*
In ipſo) S. & *in ipſo.*
Falſum) S. non habet.
Furtiva) Ead. ed. *furatæ.*
§. 3. *Præſumis*) Ead. *præſumpſit.*
§. 4. *Ea uſus*) G. in marg. *eam uſus.*
Acceſſit) Pac. Al. Oiz. *acceperit.*
§. 6. *Commodavit*) S. *commodaverit.*
Vehs) Ead. ed. *vel.*

VARIÆ LECTIONES
IN
Julii Pauli Sententiarum Receptarum libris, & Interpretationibus Aniani, quas intelligi volumus per notam I. In his vero praeter quatuor editiones primo loco antea memoratas etiam laudantur C. c. I. ſive editiones Cujacii cum Interpretationibus ipſius, & R. ſive Rittershuſii.

LIBRO I.

TIT. I.

§. 4. I. *Lex aut honeſtas*) P. *legis auctoritas.*
§. 5. *Non oportet*) S. *non poteſt.*

TIT. III.

§. 1. *Præſentibus*) L. P. G. *præſenti.*

TIT. IV.

§. 1. *Pro quo*) S. L. G. *pro quibus.*
Debet) S. *debebit.*
§. 3 *Cogitur*) S. L. P. G. *cogetur.*
Hoc enim in bona fide judiciis ſervari convenit) S. *hoc enim bona fidei judices ſervare convenit.*
§. 4. I. *Filiorum*) S. & R. addunt *tutela.*
§. 6. *Servo vel filiof.*) C. c. I. *filiof. vel ſervo.*
§. 7. *Actione*) S. *ex actione.*

TIT. V.

§. 2. I. *Cinctos*) S. *cunctos.*

TIT. VII.

§. 2. I. *Per neceſſitatem*) S. & L. in marg. & P. in contextu *pro neceſſitate.* G. & R. in marg. *neceſſitate.*
§. 4. *Integri*) S. L. & G. *integra.*
I. *Integra*) P. *integri.*
In ſimplum) P. addit *reddendum eſt.*
§. 7. I. *Iſta* (&c.) R. non habet.
§. 8 *Domo* S. L. P. G. *in domo.*

TIT. VIII.

§. 2. *Tenebitur*) C. c. I. *tenetur.*

TIT. IX.

§. 1. *Coërcitionem*) S. L. P. G. *cohercitionem.*
Speciet Exd. edd. *expellet.*
I. *Coterus it excuſare*) S. & R. *ſperent excuſari.* ſed in marg pro *ſperent.* S. *poterunt*: & R. *poterunt excuſare.*
§. 2. I. *Accipere*) Ita S. in marg. in contextu *agere.*
Voluntarie) S. & R. *vel voluntarie.*
§. 6. *Conſultos*) Ita S. in marg. ſed in contextu *conſultus.*

TIT. XI.

§. 1. I. *Satisdationem*) S. & R. *ſatisdatione.*

TIT. XIII. A.

§. 3 *Edicendi*) S. *mentiendi*: ſed in marg. *edicendi.*
Punietur) Ead. ed. *puniatur.*
I. *Mutaverit, ſuſtulerit*) Abſunt a S.
Vindicatur) S. in marg. *ſtatuatur.*
§. 6. I. *Alia*) Ita S. in marg. ſed in contextu *iis.*

TIT

Digitized by Google

TIT. XIV.

§. 2. *Prelia*) S. *præsentia.*

Præstare) S. in marg. *præsentare.*

TIT. XV.

§. 2. *Ex eo*) S. in marg. *exinde.*

TIT. XVII.

§. 2. *Aquæ, vel deducendæ*) C. c. I. *vel deducendæ aquæ.*

TIT. XVIII.

§. 1. I. *Vertitur*) S. & R. *nascitur:* sed in marg. *vertitur.*

Æqualitate) S. in marg. *æquitate.*

TIT. XIX.

§. 1. I. *Quæcum*) S. & R. *quæcumque.*

Id est) R. *ut est.*

Si quid heres) S. *si quis heres:* at pro *quis* in marg. *quid.*

§. 2. I. *Per pactum*) S. & R. *pacto:* sed S. in marg. *per pactum.*

TIT. XX.

§. 1. *Dividetur*) C. c. I. & R. *dividitur.*

TIT. XXI.

§. 14. *Alba veste*) G. in marg. *veste pretiosa.*

IN LIBRO II.

TIT. I.

§. 1. I. *Refusione*) S. & R. in marg. *repetitione,* quod receptum in L. P. & G.

§. 5. *Si qui*) S. *ei qui.*

Dotetur) Ita S. in marg. sed in contextu *dicitur.*

TIT. III.

§. 1. I. *Obligare*) S. *obligari.*

Interrogatione petentis) S. *interrogationi petenti.*

TIT. IV.

Commodato) S. in marg. *commendato.*

§. 1. *Commodatam*) Ead. ed. in marg. *commendatam.*

§. 3. *Præstanda*) Ead. in marg *restituenda.*

§. 4. *Ad me*) Ead. in marg. *ab ea.*

De vendenda) Ead. in marg. *divendi.*

TIT. V.

§. 3. *Petas*) S. *petat.*

Cadis) S. *cadet.*

I. *A creditore*) Ead. ed. *ac creditori.* in marg. *a debitore.*

Solidi) Ead. *solides.*

Petat) In G. additum, *cui præstitit.*

Compensare) S. & R. *compensari.*

TIT. VI.

§. 1. *Receperit*) S. *receperat.*

TIT. VII.

§. 2. *Jactu* S. in marg. *jactura.*

§. 4. *Salvæ erunt*) C. c. I. & R. *salvæ sunt.*

Nave autem perdita, &c) Ita S. in marg. sed in contextu, *navem autem perditam conservantes cum mercibus, scapha ratio non habetur.*

§. 5. *Intributionis ob jactum*) S. *intributionis objectum.*

TIT. VIII.

§. 1. *Ancillam*) S. *ancillas.*

§. 2. *Agroque*) C. c. I. *vel agro.* R. *agro.*

I. *Frugibus*) S. in marg. *fructibus.*

§. 3. *Vel tabernis*) In C. c. I. non est *vel.*

Magistros vel institores) S. *Magistris vel institoribus.*

Dabitur) C. c. I. *datur.*

TIT. IX.

§. 1. *Vel patrem, vel dominum*) C. c. I. *dominum vel patrem.*

TIT. XI.

§. 2. I. *Tutores*) S. in marg. *tutorem se.*

TIT. XII.

§. 7. *Depositæ*) S. *debitæ:* sed in marg. *depositæ.*

I. *Commendatis*) Ita S. in marg. in contextu *commodatis.*

Commendata) S. *commodata.*

TIT. XIII.

§. 1. *Habet* S. L. P. G. *habeat.*

§. 3. *Ita*) S. *sed ita.*

Pecuniam) Ead. ed. *pecunia.*

Sibi) P. & C. c. I. *addunt rem.*

Emptori) S. *emptor ipse.*

Præstet) S. in marg. *restituet.*

I. *Liberatam*) S. P. R. *liberam.*

§. 5. *Fiduciam*) S. in marg. *fiduciatior.*

Ex tali) S. *in tali.*

§. 6. I. *Extraneo*) S. R. *extraneis* & R. in marg. *al. extraneo.*

Pignori) S. *pignus.*

§. 8. *Oblata pecunia, quo*) S. *obligatam pecuniam, a quo.* & in marg. *obligata pecunia.* L. & G. *oblata pecunia, a quo.*

Transferatur) L. & G. *transfertur.*

Potior) S. in marg. *prior.*

I. *Item prior*) S. L. P. G. *Item si prior.*

Potior) S. *posterior:* sed in marg. *potior.*

TIT. XIV.

§. 1. *Nascitur*) S. *nascetur.*

I. *Centesimam*) S. & R. *centesimas.*

§. 2. *Consumpta*) C. c. I. & R. *& consumpta.*

§. 3. *Recipere*) S. L. G. *capere.*

I. *Pecunia*) S. & R. addunt *propter periculum.*

TIT. XV.

§. 1. I. *Persona*) in marg. G. additum, *nullus speret causam suam vacillare.*

Negotium) In ead. additum *recusare, vel negare, &.*

§. 2. I. *Tantum quod impensum est*) S. *quod impensum est solum.*

§. 3. I. *Mandatum*) S. in marg. *demandatum.*

Percepit) S. *percipit.*

TIT. XVI.

§. 1. I. INTERPRETATIO *&c.*) S. *interpretatione non indiget.* Nec quidquam est in L. & P.

Vllius) G. *unius.*

TIT. XVII.

§. 1. *Manebit*) S. *manet.*

Obnoxius R. *obligatus:* & in marg. *al. obnoxius.*

I. *Vendiderit*) G. *male vendiderit.*

§. 4. *Distracto*) G. quoque his præmisit titulum, *de modo, id est, de spatio.*

Officio judicis facta æstimatione) S. *facta judicis æstimatione.*

§. 7. *Et opera servorum*) S. *& opera ejus:* & *opera* quoque est in L. & G.

Pertinent) S. *attinent.*

§. 9. *Traditam*) S. in marg. *vere traditam.*

§. 13. *Defecerit*) C. c. I. & R. *defecit.*

§. 14. *Desideratur*) Ita S. in marg. sed in contextu *demonstratur.*

De fide contractus) Sich. in marg. quoque ex codice Argentin. profert *vendendi contractus.*

TIT. XVIII.

§. 2. *Arbitrio*) S. *pro arbitrio.*

TIT. XIX.

§. 2. I. *Conjuncta*) G. in marg. *contracta*

Digitized by Google

§. 6. *Matrimonium contrahi non poteſt*) S. *matrimonia contrahi non poſſunt.*
§. 7. I. *Infirmitatem*) S. in marg. *cauſam.*
Talium) G. *talia.*
§. 8. I. *Detentus*) G. in marg. *ductus.*
§. 9. *Nuptias*) S & R *ad nuptias.*
Coërceri) S. L. P. G. *cohercerci.*

TIT. XXI. B.

§. 1. I. *Aut poſt*) L. P. G. *& poſt.*
§. 2. *Adulteriis*) S. L. P. G. *adulteris.*

TIT. XXIII.

§. 1. *Ut eſt*) C. c. I. & R. non habent *eſt.*
§. 2. *Vel certe*) S. in marg. *velut certe.*

TIT. XXIV.

§. 5. *Omnimodo*) P. *omnimodis.*
Diſſoluto) R. *ſoluto.*
Mittant) S. & R. *mittantur.*
Compelluntur) Eædem edd. *compellentur.*
§. 6. *Ventris*) L. P. & G. *ventri.*
Alere) S. *habere:* ſed in marg. *alere.*
Suus) S. in marg. *ſuo.*
Debet) Ead. in marg. *poterit.*
§. 8. I. *Judicatur*) S. & R. *judicetur.*

TIT. XXV.

Efficiuntur) S. *efficiantur.*
§. 1. *Deſinit*) P. *deſinet.*
§. 5. *Non cogitur*) S. *cogendus eſt:* ſed in marg. *non poteſt.*

TIT. XXVI.

§. 8. *Dimiſerit*) S. L. G. *dimiſit.*

TIT. XXVIII.

§. 1. *Nominati*) S. *nominatim.*
§. 2. *Gradu*) Ead. ed. *a gradu.*
I. *Sed &*) S. & R. *cedit, ſed &.*

TIT. XXIX.

§. 1. *Excuſari*) G. in marg. *recuſari.*

TIT. XXX.

Ad orationem) S. *de oratione:* & in marg. *Ad rationem.*

TIT. XXXI.

§. 8. *Manumiſſo*) S. *manumiſſore.*
I. *Si ſervus*) S. & R. *ſervus qui.*
§. 13. *Perſecutionem*) S. L. G. *proſecutionem.*
§. 14. *Reſtitutio*) C. c. L. & P. *repetitio*, ut & S. in marg.
§. 19. *Quaſi &*) S. *quod &:* & in marg. *quaſi.*
Amiſerit) S. in marg. *admiſerit.*
§. 20. *Pater*) Ead. ed. addit *mater:* ſed in marg. dicitur id abeſſe a nonnullis codicibus.
§. 26. *Servum*) G. *ſervulum.*
§. 32. *Intereſt*) C. c. I. & R. *refert.*

TIT. XXXII

§. 1. *Et*) C. c. I. & R. non habent.

LIBRO III.

TIT. I.

§. 3. I. *Minoris*) P. *junioris:* G. in marg. *junioris, qui intra ætatem eſt.*

TIT. II.

§. 1. *Prior*) G. *potior.*
§. 2. *Libertus*) S. & R. *Si libertus.*
§. 3. *Dividitur*) S. *dividetur.*
§. 4. *Æs alienum*) Ead. ed. *debitum*, ſed in marg. *æs alienum.*

TIT. IV. A.

§. 3. *Vel*) S. *&:* in marg. *vel.*
§. 4 *Accire*) S. & P. *ſcire.*
§. 5. *Intermiſſi furoris*) S. *intermiſſa furia.*
§. 7. *Ob eam rem*) Ead. ed. in marg. *ab ea re.*
Ea re) Ead. in marg. *arcere.*
§. 8. *Cornelia*) Ead. addit *valet.*
I. *Sed ſi ib.*) Ead. pro *ſed* in marg. *aut.*
Defecerit) Ead. in marg. *decedat.*
§. 9. I. *Derelictum*) L. P. G. *relictum.*
§. 13. *Sed*) S. *ſi.*

TIT. IV. B.

§. 1. I. *Tempus*) S. addit *iſtud.*
§. 6. *Heredes*) S. L. P. G. *heredis.*
I. *In diverſos*) P. *per diverſos.*
In majori) *In* non eſt in L. P. G.
In hereditate) Pro *in* S. in marg. *de.*
§. 7. I. *Data*) S. addit *ei.*
§. 8. *Suo*) P. *de ſuo.*
§. 9. I. *Meam*) G. *ipſius.*

TIT. V.

§. 1. I. *Adiri*) G. addit *dividique.*
§. 2. *Inultam*) S. *invitam inultam.*
Velut) S. *aut.* L. P. G. *vel.*
§. 3. *Cum domino eo tempore, quo occidebatur*) S. *cum dominus eo t. occidebatur:* ſed in marg. *cum domino e. t. cum occ.* & ſic P. *cum occ.*
§. 6. *Fuerint*) C. c. I. & R. *fuerunt.*
Sint) S. in marg. & P. in contextu dicuntur.
§. 8. *Qui*) S. *quicunque*, ſed in marg. *qui.*
Deſeruerunt) S. *deſerunt.*
§. 9. *Habetur*) S. L. P. G. *habebitur.*
§. 13. I. *Qui*) S. in marg. *ſi.*

Tit. VI.

§. 1. I. *Implebuntur*) S. *implebitur.*
§. 5. *Herede heredis*) S. *heredibus heredi.*
L. *Valere non debeat*) S. in marg *non valeat.*
§. 6. *Sua*) S. *ſua.*
§. 7. *Suum*) S. & R. addunt *legatum.*
§. 9. *Legati titulo*) S. & R. *legatario.* Sed in marg. uti hic legitur.
§. 12. *Partem*) S. *partim.* & ſic mox *iterum.*
§. 14. *Titio*) Ita S. in marg. in cont. *alii*
Adſcripſit) S. L. P. G. *adſcripſerit.*
§. 16. *Voluntatem*) R. addit *ſuam.*
§. 18. *Et ægrotantis*) Pro *&* S. in marg. *aut.*
§. 20. *Integro*) S. & R. *in integro.*
Gregi) S. & R. *gregibus.*
§. 21. *Ea*) C. c. I. *eo.*
§. 22. *Fructuarium*) S. *uſufructuarium.*
Quia) S. *qui.*
Pertinet) S. *pertinent.*
§. 25. I. *Legatur relictus*) S. *legatur, relictus.* L. P. G. *legetur relictus.*
Quod ei, qui uſum) S. & R. *id quod ei, qui ejus uſum.*
§. 29. *Pœna*) S. L. P. G. *pene.*
§. 30. *Vel*) C. c. I. & R non habent.
§. 35. *Monitores*) S. *munitores.*
Bidentes) Ita S. in marg. in cont. *tridentes.*
§. 37. *Focaria*) S. in marg. *foccaria.*
§. 39. *Quam*) S. *quod.*
Patrisfamilia) L. P. G. *patrisfamilias.*
§. 40. *Vero*) Abeſt a C. c. I. & R.
§. 41. *Piſcationis*) S. L. P. & G. *piſcatoris.*
§. 42. *Conſueverant*) C. c. I. & R. *conſueverunt.*
§. 45. *Vti*) S. L. P. G. *ita uti.*
§. 48 *Jus*) S. *rem:* ſed in marg. *jus.*
§. 51. *Continebuntur*) C. c. I. & R. *continentur.*
§. 53. *Aurum*) S. in marg. *argentum*, quod eſt in P.
§. 54. *Paſcua*) S. L. P. G. *paſcuaria.*
§. 56. *Ea legato*) S. *in legato.*
Tegula) S. *ut tegula.*
Et vela) S. *& tela:* C. c. I. & R. non habent *&.*

§. 58.

Digitized by Google

§. 52. *Zetarii*) S. *zythārii*.
Eidem) S. L. P. G. *& eidem.*
§. 60. *His*) C. c. I. *eis.*
Teſtatorem) G. *teſtator.*
§. 61. *Cauponis*) C. c. I. *cauponii.*
Et pecularia vaſa) S. *& pecu'a & vaſa.*
§. 63. *Debebuntur*) C. c. I. *debentur.*
§. 65. *Hypodia*) S. *podia* in marg. *hypodia.*
Fiſtule) Ead. ed. in marg. *ſtula.*
§. 66. *Et retia*) C. c. I. non habent *&.*
§. 67. *Sint*) Exed. edd. *ſunt.*
Debebuntur) Exed. *debentur.*
Vitrea) S. in marg. *aurea, alias nitria.*
Eſcaria) P. in marg. *ſcaria.*
Peculeria) S. *pecula.*
§. 69. *Servis*) S. addit *ita lege.*
Debebuntur) C. c. I. & R. *debentur.*
Iis) Exed. edd. *his.*
I. *Debebuntur*) L. P. G. *debentur.*
Quas) S. L. P. G. *quæ.*
§. 70. *Fuerunt*) Exed. edd. *fuerint.*
§. 72. *Coqui, placentarii*) S. *coqui placentarii.*
Piſtores) Ead. ed. *& piſtores.*
§. 79. *Bombycina*) S. L. P. G. *bombicina.*
Indiendi) S. in marg. & P. in contextu *indutui.*
Operiendi) S. *& operiendi.*
Injiciendique) C. c. I. & R. *injiciendive.*
§. 83. *Item*) S. *etiam*, in marg. *item.*
Vnguenta) Ead. ed. *unguentum.*
Eiuſmodi) Ead. & L. P. G. *hujuſmodi.*
§. 84. *Reticuli*) S. L. G. *reticula.*
§. 86. *Patera, lances*) P. *patina, lances.* C. c. I. *lances, patina.*
§. 87. *Charta*) S. *tam. charta.*
Philyra) Ead. *Phyllida.*
§. 88. I. *Evidenter*) Ead. *& evidenter.*
§. 92. *Soluta*) Exed. *ſolutiones*, & in marg. *ſolutis.*
I. *Reliquerat*) Ead. & R. *ſunt relicta.*
Scripſit) Exed. edd. *adſcripſit.*

TIT. VII.

§. 2. *Et pœnitentia*) C. c. I. & P. non habent *&.*

TIT. VIII.

§. 2. *Remaneat*) S. & R. *maneat.*
Percepit) C. c. I. *perceperit.*
§. 4. *Poſtulanti*) S. *poſtulatum.*

LIBRO IV.

TIT. I.

§. 2. *Dari*) S. & R. *peti.* in marg. *dari.*
§. 4. I. *Quocumque*) G. *quoque.*
§. 5. SEI) S. non habet.
§. 6. *Impire*) S. L. P. G. *Impetre.*
§. 7. I. *Relicta*) S. in marg. *dimiſſa.*
§. 11. *Donatione*) S. & R. addunt *ſit.*
§. 13. I. *Ad ſuperſtitem &c.*) S. in marg. *ei, qui ſuperfuerit, omnis hereditas acquiratur.*
Depecti) Ead. ed. *depacti.*
§. 14. I. *Iis relictum*) P. *illis reliction.*
§. 15. I. *Alii*) G. *aliis.*

TIT. II.

§. 1. *Ex*) S. non habet.
Transferuntur) S. L. G. *transferantur.*

TIT. III.

§. 1. *Ex Trebelliano*) C. c. I. & R. *ex S. C. Trebelliano.*
§. 3. I. *Facta hereditarii debitis ratione*) S. & R. *factum hereditarii debiti rationem.*

TIT. IV.

§. 1. *Sed etiam re &c.*) S. *Sed & alio quovis pacto indutio voluntatis.*
Etiam) L. P. G. *&.*
§. 2. *Compellitur*) S. *compelletur.*

TIT. V.

§. 2. *Inofficioſi querelam recte inſtituit*) S. *inofficioſi querela recte inſtituitur* R. non habet *inofficioſi.*
§. 5. *Exhauſta nec me*) S. *exhauſtaque.*
I. *Et*) G. addit, *ut adſolet.*
Diſtribuat) G. in marg. *denuo diſpergat.*
§. 7. I. *Si ex*) S. & P. *ſui ex.*
Minus quam quarta) S. *quarta.*
§. 9. I. *Peribit*) S. in marg. *remanet.*

TIT. VI.

§. 1. *Ita ut*) C. c. I. & R. *ut ita.*
§. 3. *Aut legatariis*) S. L. P. G. *& legatariis.*

TIT. VII.

§. 2. Hæc ſententia interpretationis loco poſita eſt in codice Argentor. teſte Sichardo.
Faciendumve) S. L. P. G. *faciendumque.*
§. 3. *Vel*) A. c. I. & R. non habent.
Fideicommiſſariorum) S. *fideive commiſſorum.* P. *fideicommiſſorum.*

§. 4. *Curat*) S. *curavit.*

TIT. VIII.

§. 1. *Et fratris*) S. *vel fratris.*
§. 22. *Voconiana ratione* S. C. c. I. L. G. *Voconia narratione.* P. & R. *Voconia rogatione.* G. habet in marg. *rogatione.*
Diſcretione) G. in marg. *diſcrepatione.*
